Digitized by Google

XV.
E.
38

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
E
38
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. ALPHONSI VILLAGVT NEAPOLITANI,

ABBATIS MONASTERII S. BENIGNI,
ORDINIS S. BENEDICTI,
CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

Conſultationes Deciſiuæ:

Quas ad varios caſus tam in Pontificio, quàm Cæſareo iure in pra.. tractatos, miro ordine ex Sacris Canonibus, Iuriſconſultorum Reſponſis, Cæſarum Reſcriptis, Interpretumque lucubrationibus exegit.

Opus verè aureum, omnibusque Theoricis, & Practicis, in foroque tum conſulentibus tum etiam cauſas Ciuiles, Criminales, Eccleſiaſticas, in frequentioribus materijs tractantibus, vtile admodum, & neceſſarium.

Summarijs ornatum: Indiceq; locupletiſsimo illuſtratum.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, Apud Damianum Zenarium M D C

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO

AC

REVERENDISSIMO

D. D. DOMINICO PINELLO

S. R. E. CARDINALI.

D. ALPHONSVS VILLAGVT

Abbas Monaſterij S. Benigni, Congregationis Caſinenſis æternam fœlicitatem.

AMDIV in votis habui, Cardinalis ampliſsime, vt aliquid mihi ſuppeteret, quòd pro collatis in me beneficijs tibi potiſſimum in grati animi ſignificationem reſponderem. Sed in hac mea diutina cupiditate plurimùm angebar; & velut æquoris vado infixus animo æſtuabam; Cùm tuam ex vna parte meritiſsimã Celſitudinem, meam

Digitized by Google

ex altera tenuitatem prospectans, vires offenderem, & debito, & desiderio lõgè inferiores. Et quid enim viro præclarissimo, & generis nobilitate, & literarum eruditione, & morum sanctimonia, & in cętum purpuratorum Patrum cooptatione fulgenti, tantulus ego ipse Abbas, dignum vsquã retributione meditarer? Tandem mihi sic cogitãti occurrerunt Decisiones imprimendæ, quæ meritò dicandæ fuerant tuæ magnanimitati, vt signum aliquod grati animi ostenderem; præsertim cùm te apud homines heroica generositate spectabiles, qualem te esse nemo inficiari possit, quando vegetum animum exili robore non comitãte, enitatur aliquis gratiarum actionem, si non persoluere, cùm non possit; saltem cùm possit externa aliqua demonstratione testari. Hoc igitur infimum recognitionis munus ILLVSTRISSIME CARDINALIS, quod solùm mihi superesse animaduerto, nactus occasionem edendi in lucem nostras hasce Decisiones, animo quam libentissimo exequor; & me innumeris beneficiorum vinculis tibi deuinctum, ita gratijs referendis profiteor longè imparem. Quòd si illas tuo nomini nuncupando arbitretur insuper aliquis me etiam tali ratione strenuum, ijsdem contra obtrectatorum liuores delegisse patronum, vt non negarim, ita habeo pro comperto, me haudquaquam meditata ab alijs expectatione

Digitized by Google

pectatione fraudatum iri. Interim ego, quę meę partes erunt, Deum Optimum Maximum deprecabor, vt ipſe, qui poteſt ſolus, & in hac primùm peregrinatione, & demum in æterna patria te bonorum omnium aggregatione fœlicitet. Vale.

Genuæ, ex noſtro Monaſterio Sancti Benigni.

Kalen. Ianuarij. M D C I.

Digitized by Google

AD CANDIDVM LECTOREM.

PRAE *tuis mundißimis manibus accipias exopto candißime Lector has meas quamplurimarum quæstionum quotidianarum lucubratas Deciſiones, quas in vtroque foro precibus euictus ad Dei Optimi Maximi honorem, & gloriam, Congregationis meæ Caſſinenſis decus, Innocentium tutelam, & malignorum, ac ſceleſtorum confuſionem, & iuſtam punitionem, ac denique ac iuſtitiæ dilucidationem produxeram. Confido enim plurimùm in Domino IESV te ex acurata perluſtratione earum maximum ſolamen percepturum fore; cùm ſtylo ibi in pertractandis materijs facillimo vſus fuerim, etſi non minimum laborem ſuſtinuerim;*

Digitized by Google

rim; cùm non deſint quæſtiones de feudis, fideicommiſſis, de appellationibus, de beneficijs, & alijs ciuilibus, & criminalibus me conſulente ventilatis, ac definitis in vtroque foro. Vale.

Datum in eodem Monaſterio Sancti Benigni,

eodem die.

Digitized by Google

Gli Eccellentiſſimi Signori Capi dell' Eccellentiſſimo Conſeglio di X. infraſcritti: Hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa, per relation delli tre à queſto deputati, cioè del Renerendo Padre Cõmiſſario dell' Inquiſitione, del circ. & fideliſſimo Secretario Lorenzo Maſſa, & di Domino Fabio Paulini D. Lettor publico, che nei Trattati de Extenſionibus, & Interpretationibus iuris, di D. Alfonſo Villagut: Item nelle Deciſioni, & Conſegli dell'iſteſſo, non vi è coſa contra le Leggi, & ſono Libri degni di ſtampa, concedono licentia, che poſſino eſſer ſtampati in queſta Città.

Datum die 14. *Iunÿ.* M D C.

D. Nicolò Querini.
D. Marc'Antonio Loredan. } Capi dell'Eccellentiſſimo Conſeglio di X.
D. Lorenzo Capello.

Illuſtriſſimi Conſilij X. Secre.
Cælius Magnus.

1600. à dì 13. Luglio regiſtrato in Libro.

Antonius Laured. Officij contra blaſph. Coadiutor, & Secr. ſub.

Digitized by Google

INDEX RERVM MAXIME INSIGNIVM, SCITVQVE DIGNIORVM, QVAE DECISIVIS his continentur Consilijs, vberrimus ac perinde diligentissimus.

ABBAS dispensare cum Monacho non poterit, vt sit proprietarius; & quare, licèt possit illi concedere aliqua ad vsum eius cum conditione infra relata; necnon & paciſci. decis.20.nu. 95. 242.

Absens nō per contumaciam veram damnatus appellare poterit intra decē dies computandos à die scientiæ, si Iudex reperiatur in publico, dec.40. nu.33. char. 413.

Absens & appellans an præsumatur appellasse infra decem dies à die scientiæ, decis.40. nu. 143. 439.

Absoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine per sententiam generalem poterit æquè is, qui ab excommunicatione lata à iure poterit, decis. 47. nume. 5. 498.

Absolutionem ab excommunicatione lata ab homine per modū sententiæ, non concedit regulariter, nisi lator eiusdē. decis.47.nu.6. 498.

Absurdum est, & temerarium libertatem non augeri, sed astuta interpretatione domini coarctari. decis.2.nu. 12: 39.

Absurdū quid dicatur. decis.5.nu.31. 88.

Accessus prohibetur ad audiendum conciones extra Parochiam, si id commodè fieri potest, decis 38. nu.3. 397.

Accessorē in beneficio Ecclesiastico iure optimo cōparandū fore heredi, duplici medio probatur, decis.10.nu.2. 134.

Acquirens aliquid per ludum à filiofamilias regulariter ad illius restitutionem tenebitur. decis.20.numero 4. 224.

Acquirens aliquid mediante iniusta sententia lata, tenebitur ad illud restituendum. decis.30.nume.12. 376.

Acta contra ius debet vtique pro infectis haberi. decis.15. numero 33. 191.

Acta exemplata, & nō originalia sunt tradenda appellantibus. decis.40. numero 160. 442.

Actibus ab extraiudicialibus quis non repelletur, & legitimis pendente probationis articulo de nullitate sententiæ. decis.50.nu.11. 510.

Actio nulla illa dicitur, quam exceptio repellit. decis.20.nu.77. 239.

Actio ex dolo licet non competat, tamen cōpetit exceptio. decis.20.nu.78.239.

Actio ex pacto, seu promissione nuda geminata ex interuallo oritur contra paciscentem, vel promittentem etiam de iure ciuili, dummodo secundum pactū habeat relationem ad primum & expressam. decis.20. nu.142. 253.

Actio oritur nobis ex pacto nudo de iure Canonico, quia pacta sunt seruanda. decis.20. numero 155. 256.

Actio cui à iure datur, multo magis exceptio intelligetur indulta. decis. 20. numero 3. 224.

Actio oritur ex pacto nudo firmato fidei interpositione. decis.20.nu.171. 260.

Actio oritur ex pacto nudo experienda non solum in foro Ecclesiastico, sed etiā seculari in terris Ecclesiæ subiectis contra etiā Laicos. dec.20.nu.159.257

Actionem Ecclesia, quam habet contra male alienantem bona sua immobilia.

Digitized by Google

deciſ. 52. numero 37. 527.
Actiones omnes tam actiuæ, quàm paſſiuæ teſtatorum in temporalibus tranſeũt ad hęredes. deciſ. 20. nu. 185. 264
Actus geſtus per minorem 25. annorum ſine curatore, quãuis regulariter ſit ipſo iure nullus, tamẽ ſi compareat in iudicio ſine curatore, & actum aliquem faciat: iuretque non contrauenire proceſſui in aliquo iudicio, vel ſententię, valebit actus per eum ſponte factus. & quare: & quod non requiratur certioratio faciẽda huiuſmodi minori de ſuo iure, communior eſt ſententia. deciſ. 20. nume. 210. 270.
Actus à iure prohibitus principaliter in fauorem perſonę priuatę, & ſecundariò ratione vtilitatis publicę per iuramentum validatur, & quare. deciſ. 20. numero 200. 268.
Actus factus de facto non pręiudicat in iure acquiſito. deciſ. 53. nu. 30. 578.
Actus plures exerciti à perſonis Congregationis Caſſinen. contra ipſius Cõgregationis priuilegia non pręiudicãt ipſi Congregationi: & quare. deciſ. 53. numero 31. 578.
Actus geſtus non ſeruata forma tradita à iure, vel ab homine, eſt ipſo iure nullus: ſi ipſa forma eſſet ſeruanda ante ipſum actum, vel in ipſo actu conficiendo, & non poſt actum. deciſ. 16. nu. 24. 206.
Actus Procuratoris, qui poſſet eſſe cũ delicto, & ſine, præiudicat domino cauſę, donec probetur contrarium: & quid ſit dicendum de actu, qui in delictum nõ cadat. deciſ. 10. nume. 121. 154.
Actus cum eſt omni reſpectu nullus, non confirmatur iuramento, niſi actus ipſe à ſola voluntate confirmantus dependeat. deciſ. 20. nu. 99. 243.
Actus vbicunque ad validitatem requiritur geminatus conſenſus, vel actus; tunc ſufficiet vnicus cõſenſus, vel actus cum iuramẽto. deciſ. 20. nu. 187. 264.
Actus geſti pro ſolemnitate extrinſeca nõ præſumitur in iudicio, niſi conſtaret per confeſſionem appellati. deciſ. 40. numero 125. 433.
Actus inualidus non poteſt ratificari, & quare. deciſ. 1. nu. 96. 31.
Actus, propter quam à iure ſuo cecidit emphyteuta, vbiq; eſt ſucceſſiuus, ipſe adhuc poſt caducitatem durat, & exemplificatur. deciſ. 1. nu. 64. 22.
Actum ad aliquem conficiendum, quando duo, vel plura coniunctim requiritur, vno ipſorum deficiente, totum corruit. deciſ. 3. nu. 3. 52.
Adminiſtratoris delictum, quando pręiudicet domino. deciſ. 1. nu. 48. 18.
Adminiſtratoris, qui expreſsè delinquit in aliquo non erit dicendus, & quare. deciſ. 10. nu. 124. 155.
Adoleſcentiores quibus de cauſis mitius ſint puniendi regulariter. deciſio. 46. nu. 18. 496.
Adſtringens ſe ad probandum certum tẽpus, licet non eſſet de neceſſitate, tamẽ teneretur illud probare, aliàs ſuccumberet. deciſ. 3. nu. 20. 56.
Adultus licet in vita ſua non poſſit alienare res immobiles ſine auctoritate Curatoris, & Iudicis, tamen in teſtamento ſolus poterit dare licentiam ſuis executoribus alienandi res ſupradictas. deciſio. 18. nu. 2. 214.
Aduocati quid proponere debeant ante litis conteſtationem, & quid reſpondere, ne videantur litem per huiuſmodi reſponſionem voluiſſe conteſtari. deciſio. 44. nu. 20. 481.
Aedificans aliquod altare in aliqua Eccleſia, quando dicatur habere ius patronatus in eo, & beneficium eccleſiaſticum dicatur fuiſſe erectum. deciſ. 15. nume. 1. 182.
Aedificium quãdo cedat ſolo. deciſ. 51. num. 2. 511.
Aequiparata à iure quoad certum caſum nõ habebunt locum in alijs. deciſ. 42. num. 21. 467.
Aequitas eſt ſeruanda, & in humaniorem partem declinandum. deciſio. 15. nume. 55. 195.
Agenti poſſeſſoria adipiſcendæ in beneficialibus nõ obſtat exceptio criminis ſine infamia, etiamſi ipſo iure inferat nuditatem tituli, deciſ. 10. nu. 61. 143.
Agendum, quãdo eſſet de poſſeſſione violata, prius agendũ erit de poſſeſſione, qua probata, agi poterit de violentia ſibi illata, & non e conuerſo, & quare. deciſ. 10. nu. 19. 138.

Aggreſ-

Digitized by Google

Aggessorem nostrum armis possumus statim etiam armis repellere, non autem interuallo. decis.29. nu.28. 347.
Agnatus succedens in feudo paterno, repudiata hæreditate, non tenebitur satisfacere creditoribus ipsius feudatarij mortui, etiam legatarijs, cui ipse successit,& quare: nisi solum de fructibus anni illius,in quo mortuus fuit,& quare. decis.2.nume. 47. 45.
Agnatus proximior post mortem feudatarij alienantis feudum, poterit de iure reuocare ipsam alienationem: licet filius non. & quare. decis.2.nu.48. 45.
Agnato proximiori quid dicere, ac probare sufficiat,vt possit succedere in feudo, aut in parte feudi, quam possederat in vita sua eius agnatus. decis.2. numero 26. 41.
Agnatus proximior ipso iure succedit in feudo paterno, & si repudiauerit hereditatem illius,feudo retento, non tenebitur ad debita feudatarij mortui, & quare. decis.2.nu.42. 45.
Agnatus etiam repudiata hereditate sui agnati mortui,retinere poterit eius feudum,filius verò ipsius feudatarij mortui non,& quare. decis. 2. numero 54. & 55. 47.
Alienatio rei immobilis Ecclesiæ ipso iure erit nulla, celebrata non habito assensu Apostolicæ sedis, etiam si utilis esset. Ecclesiæ. dec.52.nu.12. 522.
Alienatio rerum immobilium Ecclesiæ est prohibita de iure Diuino, & quomodo: inde concluditur,q; si fiat à Papa sine iusta causa, erit nulla ipso iure. decis. 52.nu.14.& 84. 522.& 536.
Alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ vt sit valida de iure,duo copulatiuè necessario requiruntur,nempe iusta causa & solemnitas iuris, scilicet tractatus assensus Ecclesiasticorum,& summi Pontificis; si illi sunt immediatè subiecti Papæ: & hoc de iure communi. Sed hoc ipsum habet hodie locum in omnibus generaliter etiam immediate non subiectis Sedi Apostolicæ, per Extrauag. Ambitiosæ. decis.52. numero 25. & 26. 524.& 525.
Alienatio rei Ecclesiasticæ minimi valoris facta à Beneficiato cum cõsensu Episcopi est legitima, & valida nec melioramenta per consequens facta cedent solo. dec.51.nu.1. 511
Alienatio rei Ecclesiasticæ sine solemnitatis à iure requisitis facta, etiam in vtilitatẽ Ecclesiæ,erit nulla. decis.52. nu.112. 542
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum ad vitam hominis facta comparatur perpetuæ,ita ut ambæ æqualiter sint prohibitæ & quare. dec.1.nu.19. 10
Alienatio possessionis emphyteoticæ facta in fauorem Ecclesiæ ab emphyteota, irrequisito domino directo,quando fit prohibita. dec.49.nu.11. 505
Alienatio bonorum emphyteuticorum magni momenti Ecclesiæ collegiatæ sine consensu ipsius expresso in capitulo,& capitulariter congregatæ, præcedente super tali alienatione faciendâ tractatu in capitulo, erit ipso iure nulla,nullúque de iure præiudicium generabit ipsi Ecclesiæ, etiamsi facta fuisset ab ipsius Ecclesiæ Prælato vel Economo. dec.1.nu.16. 9
Alienatio bonorum Monasterij facta cõtra prohibitionem Papæ, quare sit nulla de iure. dec.52.nu.46. 528
Alienatio rei immobilis Ecclesiæ facta sine solemnitate, etiam in eius euidentem vtilitatem,non valet,neque tenet. & quare. dec.52.nu.49. 529
Alienationis contractus rei Ecclesiasticæ immobilis factus præuia non solemnitate iuris,an possit dici validus de iure naturali,& gentium. dec. 52. nu.162. 555.
Alienatio facta non seruata forma legis, non erit valida; & ratio est,quoniam non seruata forma permissiua, succedit statim forma destructiua. decis. 2. nu.60. 50
Alienatio facta non seruata forma legis est inualida. dec.3.nu.2. 527
Alienatio vtilis dominij rei Ecclesiasticæ prohibita extenditur ad alienationem directi dominij rei Ecclesiasticæ, & quare. Dec. 52.nu. 36. 526
Alienationis Ecclesiasticorum bonorum appellationem uenit venditio,permutatio, donatio, & in feudum, vel emphyteusim, vel vsumfructum traditio.

Digitized by Google

decis. 1. numero 17. 10
Alienationis prohibitio tam à iure, quàm ab homine facta comprehendit eusdé rei pignorationem, quancunque hipothecationem, seu obligationem, & cuiusque seruitutis impositionem. decis. 1.nu.18. 10
Alienationis legitimæ forma quæ sit. de cis. 1.nu.27. 12
Alienationis concessio facta sine auctoritate superioris, dicitur nullum conferre titulum, dec.52.nu.123 545
Alienationis sub nomine comprehenditur omnis actus translatiuus cuiuscunque dominij. dec. 52.nu.11. 521
Alienationis prohibitæ appellatione, quę de iure veniant. dec.2.nu.38. 44
Alienationi factæ per Prælatum,& capitulum non debet præsumi præcessisse consensum expressum cum sit solemnitas extrinseca, quæ nunquam præsumitur,& quare. dec. 1.nu.26. 11
Alienationem perpetuam appellat Panor.factam ad 30.annos. decis. 1. numero 21. 10
Alienationem rerum immobilium Ecclesiæ prohibitam esse de iure Pontificio multiplicitèr probatur. dec. 52.n. 15.25.26.& 58. 522.524. & 531.
Alienationem bonorum Ecclesiasticorum factam omissis solemnitatibus a iure requisitis esse prohibitam, & declaratam nullam [illegible] eorum auctoritate.numeris. dec. 52. nu.29.& 37.& 38. 525.& 527.
Alienatione rei immobilis Ecclesiasticæ quid transferatur, docetur. decis. 52. nu.53. 530
Alienatione rerum Ecclesiasticarum immobilium cedente in Ecclesiæ vtilitatem requiritur etiam assensus apostolicus,& solemnitas iuris. decis. 52. numero 63. 532
Alienatione Ecclesiasticæ rei magni momenti requiritur tractatus, & consensus capituli ultra consensum Prælati. dec. 1.nu.28. 12
Alienatione bonorũ immobilium Ecclesiasticorum ad probandum, quod inter alias de iure requisitas solemnitates requiratur assensus Apostolicus, & maxime in bonis Monasterij exempti,& immediate subiecti sede Apostolicę: citatur tex.in c.2.de reb. Eccles. non alien.in 6.& verus intellectus ipsius ca. traditur. dec.52.nu.24. 524
Alienationes bonorum Ecclesiasticorum non præuijs de iure requisitis sunt ipso iure nullæ, nec cõtra ipsas aliquem producent effectum, licet bene contra alienantes, qui diuersimodè veniunt puniendi. dec.15.nu.38. 192
Alienandi bona Ecclesiastica hodie facultas requiritur a Summo Pontifice, sed non in casu c.terrulas 12.q.2. dec.52. nu.69.& 70. 533
Alienans rem emphyteoticam irrequisito domino, præuia tamen protestatione, scilicet salno iure,&c. quando cadat a iure suo tam in Regno Siciliæ, quàm alibi. dec.49.nu.17. 506
Alienantis indebitè res Ecclesiæ quę sit pœna. dec.52.nu.16. 522
Alienantis bona Ecclesiastica non præuijs requisitis de iure, quæ pœna sit, licet alienatio sit ipso iure nulla. decis. 15.nu.35. 191.
Alienantes bona Ecclesiastica non præuijs de iure requisitis, sunt excommunicati. dec.15.nu.37. 192
Alienigenis quando sit concedendum cõ trahere matrimonium, & quis dicatur Parochus eorum. dec.33.nu.8. 389
Animę quoad periculum nihil differt in [illegible] considere alienum. dec.52. nu. 155. 527
Animę periculum, vbi immineat præsumetur in deteriorem partem, cum inde consulatur saluti animę. decis. 20. nu.23. 227
Annus probationis quare indultus fuerit nouitio à iure. dec.24.nu. 8. 305
Appellare quando alicui licebit, poterit appellare etiam die feriata tam solemni, quàm repentina, sed non exerceri regulariter,& quare.dec.40.nu.37.414
Appellare volens an teneatur perquirere iudicem vbicunq; locorum. decis. 40. nu.39. 414
Appellare à dissimitiua sententia non poterit is, qui ab interlocutoria lata in eadem causa appellasset, & dicta eius appellatio fuisset frinola manifeste,& quare. dec.40.nu.74. 421

Appellare regulariter omnibus licebit, licet fallat in aliquo casu. decis. 40. num. 79. 412
Appellare licebit infra decendium à die latę sententię. dec. 40. nu. 25. 412
Appellare non licet ab executione sententię, sed solum ab eo, quem dicitur malam sententiam fuisse interpretatam. dec. 10. nu. 7. 135
Appellare non licet ad impediendum ne heres scriptus mittatur in possessione hæreditatis, vel quo minus pignus vendere liceat. dec. 10. nu. 8. 135
Appellare domino licere Doctores asseuerantes post decem dies a die latę sententię, quomodo sint intelligendi, & quare. dec. 40. nu. 96. 426
Appellare nemo poterit ad impediendam possessionem, nisi prius probauerit iniusticiam eius: cum vnicuique volenti probare se violenter eiectum de possessione, incumbat prius probare se illius rei fuisse legitimum possessorem. dec. 10. nu. 5. 135
Appellare quis semper poterit etiam post decendium a die scientię illati grauaminis habentis actum successiuum, & hęc regula exemplificatur, & limitatur. dec. 40. nu. 55. 56. 427
Appellare quis poterit etiam post decendium, si quam primum scinerit, ideft, si infra decendium aliud computandum ab ipsa hora scientiæ latæ sententiæ li, & prodierit sedentem pro tribunali ad audiendam sententiam tali die, & hoc pacto erunt interpretandi Doctores, dicentes citatos ad audiendam sententiam non venientes, sed contumaces fore audiendos appellantes post decendium, cum de iure hic non veniat dicendus contumax verus (cui non licet appellare) sed fictus, qui appellare poterit. dec. 40. nu. 59. & 60. 418
Appellari etsi ab executione non possit regulariter à sententia; tamen de exequendo appellari poterit, & quare, & quid sit faciendum aduocato solerti. dec. 10. nu. 107. 151
Appellari licet à sententia lata super possessorio non possit; tamen bene posset appellari, quando tale possessorium super peret naturam principalis; & quo in casu hoc contingat, & quare. decis. 10. nu. 108. 151
Appellari in foro seculari de iure ciuili posset à sententia lata super causa mere possessorij; tamen per ipsam appellationem non retardabitur executio sententiæ, in foro autem canonico, seu Ecclesiastico non poterit appellari, & quare. dec. 10. nu. 110. 152
Appellari non poterit à sententia, seu decreto lato super possessorio, & quare, nisi decretum se extenderet ultra sententiam. dec. 10. nu. 112 152
Appellari ab executione sententiæ, vel testamenti non poterit, nisi executor modum excesserit, & de pœna appellantis, & recipientis appellationem, & quando dicatur executorem modum excedere. dec. 10. nu. 15. 137
Appellari licet possit à pronunciatione de exequendo, vel non exequendo, nō tamen ab ipsa executione, & quare. decis. 10. nu. 16. 137
Appellari poterit ab Archiepiscopo ad Primatem, seu Patriarcham. dec. 22. nu. 13. 298
Appellari poterit ab Episcopo delegato ad Metropolitanum in illo negotio, in quo ille procedit tanquam Episcopus, & non tanquam delegatus. decis. 43. nu. 31 473
Appellari non potest ab executione sententiæ, nisi executor modum excesserit, appellationis. dec. 10. nu. 3. 134
si executor modum excesserit. dec. 10. nu. 12. 136
Appellari quando non possit à diffinitiua non expressa causa ipsius, & quare. dec. 10. nu. 76. 146
Appellari non poterit, cum agitur de possessorio mero, & quare. decis. 10. numero 90. 148
Appellari non poterit ab executione Pontificij decreti. dec. 10. nu. 9. 136
Appellari quare non possit ab Archiepiscopo ad Concilium Metropolitanum. dec. 22. nu. 7. 297
Appellari quare non possit à sententia possessoris. dec. 10. nu. 30. 139
Appellans si non instanter petierit apostolos,

Digitized by Google

ſolos, præſumetur renunciaſſe appellationi ſuæ; etiam ſi vadat, aut mittat ad proſequendam appellationem. deciſ. 40.nu.149. 440

Appellans ſi non curat petere apoſtolos inſtanter infra tempus ſtatutum a iure, tenebitur ſoluere id,ad quod fuerat cõdemnatus per ſententiam, a qua appellauerat,& quare. dec.40.nu.152. 441

Appellans quando apoſtolos petere non tenetur. dec.40.nu.159. 442

Appellans in decimo die decendij in aliqua hora computata infra ipſum decendium,audietur, & quare. dec. 40. numero 145. 439

Appellans & non valens obtinere apoſtolos a Iudice à quo, quid faciet. deciſ. 40.nu.163. 443

Appellans à ſententia diffinitiua uel interlocutoria, aut à grauamine illato, an teneatur parti appellatæ aliquid oſtendere. dec.40.nu.119. 431

Appellans tertius pro ſuo intereſſe debet exprimere cauſam,qua moueatur ad appellandum,& quare. deciſ. 10. nu.70. 145.

Appellans,& ſuccumbens qua pœna puniatur. dec.40.nu.8. 408

Appellans à miſſione in poſſeſſionem hęreditatis alicui delatæ, & Iudex ipſam appellationem recipiens incurrit pœnam viginti librarum. dec.10.num.1. 133.

Appellantis & aſſerentis iuramento, ſe appellaſſe intra decendium quando fides præſtetur, decem viginta dierum a die ſententiæ, erit tradenda copia actorum cauſæ, & apoſtoli. deciſ. 40. nu.10. 408

Appellanti tradenda erit copia proceſſus, & ſententiæ latæ dirigenda Iudici ad quem, infra triginta dies computandos a die latæ ſententię. dec.40.nu.5. 408.

Appellanti propter locum ſibi non tuto ſufficit dicere locum non tutum, non aſſignando cauſam quare ſibi non ſit tutus,quando eſſet hoc notorium Iudici. dec.10.nu.83. 147

Appellanti etſi non præiudicet, quando ſtat per alium iudicem, quin ipſe proſequatur ſuam appellationem quoad tempus ſibi præfixum in proſequendo: tamen cautius aget ſi proteſtetur de hoc coram teſtibus, & publice proponat appellationem. dec.40.nu.38.414

Appellantem à correctione exceſſiua oportet ſpeciales cauſas exprimere;aliàs appellatio non admitteretur. dec. 10. nu.71. 145

Appellatus negare debet fuiſſe appellatum à ſententia lata pro ſe infra decendium;& quare. dec.40.nu.112. 430

Appellatus ſi non præſentauerit ſententiam qua pœna puniatur. deciſ. 40. nu.127, 434

Appellatum infra decendium non præſumitur eo ipſo, quod probatur fuiſſe appellatum,& nihil aliud. dec.40. num. 123. 432

Appellatum in dubio an præſumatur fuiſſe infra decendium a die notitiæ latæ ſententiæ,& quare. dec. 4. num. 138. 437.

Appellatum fuiſſe infra decendium non præſumitur, niſi probetur. deciſ. 40. nu.116. 430

Appellator cautus quando adit iudicem ad quem, quid ſecum deferre debeat. dec.40.nu.124. 433

Appellator tenebitur proſequi iudicium, & cauſam uſque in finem. quod ſi non fecerit,ſententia executioni mandabitur,niſi probauerit legitimum impedimentum. dec.40.nu.110. 428

Appellator dec.40.nu.114. 430

Appellatio tertij vt admittatur pro ſuo intereſſe,debet ſaltem ſemiplene probare cauſas iuſtas appellandi ab executione,antequam ad ulteriora procedatur, & quare. dec.10.nu.72. 145

Appellatio a notorio non admittitur,niſi exprimatur cauſa,& quare. dec.10.nu. 73. 145

Appellatio ab executione, & à commiſſione de exequendo, quando exceditur modus executionis, debet fieri in ſcriptis, & cauſa exprimenda erit, cum regulariter ab executione non fiat appellatio, nec à commiſſione de exequẽdo in iudicio poſſeſſorio, & quare. dec.10.nu.96. 149

Appella-

Digitized by Google

Appellatio ubicunque prohibetur, cauta appellationis erit exprimenda in scriptis. dec. 10. n u. 109. 152
Appellatio vbicunque generaliter à iure interdicitur, iudex ei deferens non tenebitur supersedere executioni, nisi exprimatur aliqua causa iuri cõformis. dec. 10. nu. 49. 149
Appellatio nõ valet, si appelletur, ne fiat electio, vel Ecclesiæ ordinatio, vel illud, quod de iure cõmuni esset faciendum. dec. 10. nu. 59. 143
Appellatio non erit admittenda ab execu tione si appellans solum dixerit, appello, quia modum executionis excedis, nullo speciale excessu expresso. & quare. dec. 10. nu. 68. 145
Appellatio facta in iudicio, suspendit sententiam, & eius effectum, quando fuisset iusta causa appellationis assignata. dec. 10. nu. 33. 140
Appellatio facta post possessionẽ captam non priuat possidentem commodò ipsius possessionis, licèt si postea appellãs obtineret, fructus percepti restituerentur, aliquali seruata distinctione. dec. 10. nu. 34. 140
Appellatio notoriè calumniosa non suspendit iudicatum, & quare. decis. 10. nu. 113. 152
Appellatio facta in casu, in quo de iure regulariter non esset admittenda, nõ valet, nisi exprimatur causa, & quare. dec. 10. nu. 114. 152
Appellatio absentis per contumaciam, quando recipi possit. dec. 40. num. 66. 420
Appellatio quare ab vtroque iure fuerit inducta, & ex dicta regula, in qua habetur ab vtroque iure fuisse indultam appellationem resultat veritas consulentis, & quomodo. dec. 5. nume. 2. & 3. 70
Appellatio quare inuenta fuerit. dec. 10. nu. 22. 138
Appellatio suspendit latam sententiam ita, vt non possit executioni mandari. dec. 40. nu. 19. 411
Appellatio tunc in dubio debet admitti, quãdo subiecta materia appellationem admittit. dec. 10. nu. 93. 148
Appellatio de sui intrinseca natura effectum sententiæ ante eius executionẽ, & non post immissionem pacificam in possessionem sibi adiudicatam, suspendit. dec. 10, nu. 132. 186
Appellatio facta, & in scriptis redacta a Notario sub hac forma, videlicet. Titius appellauit a sententia sibi nota a decem diebus citrà: & quid si addatur copula, &, dicendo, & citra. dec. 40. nu. 144. 439
Appellatio fuit introducta, ne innocentes iniustis sententijs grauarentur. dec. 5. nu. 5. 71
Appellatio à notatione in quo differt. dec. 22. nu. 6. 297
Appellatio à sentẽtia lata in possessorio, licèt sit diffinitiua, nõ datur, & quare. dec. 10. nu. 17. 137
Appellatio propriè sumpta quid sit, & eius diffinitio declaratur. dec. 22. nume. 3. 296
Appellationis effectus quis sit. dec. 22. num. 4. 296
Appellationi friuolæ ab interlocutoria etsi non sit deferendum: tamen a diffinitiua erit omnino deferendum. dec. 40. nu. 4. 407
Appellationem regulariter fore admittendam, probatur vtroque iure, & communi Doct. sententia. decis. 5. numero 1. 70
Appellationem fuisse indultam Magnifico Bocrio probatur verbis ipsiusmet statuti Genuensis. dec. 5. nu. 21. 82
Appellatione facta ab executore exprimenda erit causa rationabilis, alias ei non erit deferendum, sed insistendum executione, appellatione non obstante, & hoc erit obseruandum tam ab appellante, quàm à non deferente appellationi, & quare. dec. 10. nu. 60. 143
Appellatione ab executione exprimẽda causa est, & quare. dec. 10. nu. 52. 142
Appellationibus friuolis nõ erit deferendum. dec. 10. nu. 13. 137
Appellationibus friuolis nec iustitia defert, nec à Iudice erit deferendum: sed appellans à Iudice ad quem pro his remittendus erit puniendus ad Iudicem à quo. dec. 10. nu. 81. 146
Apostoli ab appellante sint petendi, ne videretur ipsum renũciasse appellatio-

Digitized by Google

ni.dec.40.nu.161 442
Apostoli(de quib. est hic sermo)in quotuplici specie reperiantur. dec.40.numero 157. 441
Apostolos appellanti,& petenti instanter Iudex a quo dare tenebitur infra triginta dies. dec.40.nu.156. 441
Arbor, & lapis,qui per duos fundos extenditur, est vtriusque. decis.32. numero 23. 387
Arbitri an possint compositionem facere inter partes. dec.15.nu.72. 200
Arbitrator quando possit tollere de iure vnius, & dare alteri. decis.15. numero 64. 199
Arbitrium liberum disponendi cui fuit indultum, is nihil poterit in casibus à iure communi decisis,sed solum in nõ decisis. dec.43.nu.28. 472
Archidiaconus si aliquid facit, (vt Archiepiscopus est) non poterit appellari ad Concilium Metropolitanum: sed si Archiepiscopus aliquid faciet,vt Canonicus, vel vt alia persona: tunc poterit ab ipso appellari ad Cõcilium Metropolitanum, cuius Archiepiscopus ipse est caput: nisi ex dolo hoc ipsum fecerit. dec.22.nu.9. 297
Archiepiscopus errans, licet puniri non possit à Concilio Metropolitano, poterit tamen moneri charitatiuè. dec. 22.nu.11. 298
Archinium quid sit. dec.9.nu.9. 125
Assensus Apostolicus in alienatione rerũ monasterij exempti requiritur expressius & specialis, idest,quod Papa sciat quare, & de quibus rebus fit licentia concedenda. dec.52.num.81. & 140. 535.& 549.
Assensus Apostolicus quare necessario requiratur in alienationibus bonorũ immobilium Ecclesiæ perpulchra, & singularis redditur ratio. dec.52. numero 93. 537

B

BAro nõ admitten. ad compositionem adolescentulum homicidam prouocatum & bonæ ac quietæ conuersationis, & pœnitentem, peccat peccato iniustitiæ. dec.46.nu.3. 493
Barones prohibendo filijs alienationem vasallorum: eo ipso, quòd filij alienauerint,ipsi vasalli dicuntur liberati à talium filiorum seruitute,& quare. dec. 2.nu.31. 41
Bartolum dixisse, quòd solùm ei competat actio ex legato,cuius magis interest non reperitur,sed solùm recitatiuè, & reprehendendo huiusmodi dictũ contrarium iuri expresso. dec.41. numero 28. 454
Basilius Sancti Monachi prius subiecti Commẽdatarijs suorum Monasteriorũ à Papa Gregorio xiij. fuerunt facti exempti ab omnimoda illorum iurisdictione. dec.53.nu.29. 278
Bella causatiue, siue occasionaliter vnde ortum habuerunt. decis.20. numero 69. 238
Beneficium ecclesiasticũ contra possidentem & agentem nomine Beneficij sui pro suis iuribus non debet admitti aliqua exceptio: & quare. dec.10. numero 62. 143
Beneficium nouum Ecclesiasticum obtinens non præuia manifestatione dignitatis, vel alterius beneficij iam obtenti, tenetur ad illius resignationem, & quare. dec.43.nu.33. 473
Beneficium collationi summi Pontificis reseruatum ignoranter recipiens,si statim hoc cognito illud dimiserit,priuari non poterit alijs prius obtentis. dec. 40.nu.135. 436
Beneficium simplex possidens in una Ecclesia,an possit obtinere aliud curatum in eadem,sine incursu priuationis primi. dec.16.nu.3. 202
Beneficium concessum a Papa alicui tenẽdum vsque ad suæ voluntatis beneplacitum, si ab ipso Papa concedente non reuocetur, perdurabit post mortem ipsius Papæ. dec.17.nu.14. 212
Beneficium non Curatum habens,si recipiat beneficium Curatum, nõ vacat primum ipso facto,etiam si primum requirat residentiam. dec.16.nu.8. 202
Beneficium Principis decet esse mansurũ, & quod sibi semel placuit amplius displicere non potest. decis.43.numero 47.477.dec.43.nu.2. 470
Beneficij Ecclesiastici in erectione, quæ requiran-

Digitized by Googl

requirantur. decis.15.nu.3. 183
Beneficia curata qs posset retinere duo, quando alterum eorum esset curatum in actu, & alterum in potentia, seu in habitu, donec fiat in actu,& quare. decis.16.nu.22. 206
Beneficia tenere plura propter vtilitatem propriam, quare sit peccatum mortale. decis.16.nu.19. 205
Beneficiatus pro possessione beneficij adipiscendæ intentat interdictum adipiscendæ,sicut intentat hæres, vel bonorum possessor. decis.10.nu.50. 142
Beneficiarius iusta de causa alienãs bona, Ecclesiç inconsulto Papa,an peccet secundum Nauarrum. decis.52. numero 9. 521
Beneficialibus, quando dicatur sentẽtiam transire in rem iudicatam. decis. 15. nu.66. 199
Beneficialibus datur possessio ei, qui habet titulum, & ipsam possessionem petit, & quare. decis.10 nu.88. 148
Bona Ecclesiæ collegiatæ vbi sunt distincta inter ipsum,& eius Prælatum, tunc poterit Prælatus solus illa assignare ad vitam suam,quæ sibi competunt, & nõ alia,nec post mortem ipsius: non autẽ si fuerint cõmunia sibi, & Ecclesiç suæ collegiatæ,sine eius expresso consensu. decis.1 nu.25. 11
Bona Ecclesiastica de iure ad quę sint deputata. decis.15.nu.43. 193
Bona specialiter hypothecata alicui poterit is pro sui iuris cõseruatione apprehendere, & apprehensa retinere. decis. 12.nu.11. 162
Bona emphiteotica a quo vendi possint, & non. decis.52.nu.188. 569
Bona legata pupillo nondum accepta ab ipso,an aliquo pacto possint connumerari inter bona ipsius. decis.1. numero 53. 19
Bona dotalia Ecclesiæ gaudent priuilegio dotis. decis.9.nu.24. 128
Bona aliena non restituens, quomodo dicendus sit esse in actu furãdi. decis.28. num.20. 353
Bonorum in quarta parte, quæ debetur grauato hæredi non computabuntur fructus interim ex hæreditarijs bonis perceptis ab ipso, sed nec in tertia propter legitimam, quæ solum debetur filio grauato. decis.14.nu.16. 179
Bona fides Procuratoris non ampliat potestatem sibi datam a suo domino, nec includit mandatum speciale. decis.10. nu.122. 154
Bona fides non patitur vt semel exactum, iterum exigatur. decis.12.nu.29. 169

C

CAdens scienter in commissum proprio defectu a die talis casus,tenebitur restituere tales fructus inde sumptos mala fide, domino directo. decis. 49.nu.13. 505
Canones disponentes in casibus specialibus,quando tamen fundant se in ratione generali, tunc erunt intelligendi,& obseruandi ab omnibus etiã extra suos speciales casus. decis.20. numero 107. fol. 245
Canonistæ non solum docuerunt alienationem rei immobilis esse nullam,non seruatis solemnitatibus de iure requisitis,verum etiam Legistç. decis.52.numero 78. 535
Capella erecta in aliqua Ecclesia non dicetur beneficiũ ecclesiasticum, nisi auctoritate Episcopi fuerit fundata, & in titulum perpetuum fuerit tradita. decis.15.nu.5. 183
Capellç erectę sine Episcopi auctoritate, poterunt ab ædificantibus quibuslibet conferri sine consensu Episcoporum,vt eis inseruiatur in Missarum celebrationibus. decis.15.nu.6. 184
Capellania data in titulum perpetuum,dicitur beneficium Ecclesiasticum. decis.16.nu.15. 204
Cap.vnici.Ne sede vacãte.in sexto, verus intellectus. decis.42.nu.14. 463
Cap.1.de officio Vicarij in 6.verus intellectus traditur. decis.42.nu.19. 466
Capitulum quando possit beneficia conferre existente Episcopo suo suspenso decis.42.nu.15. 46.
Capituli ratihabitio subsequens non firmat inualidam locationem emphyteoticam præcedentem, factam sine consensu expresso Capituli a Prælato: & quare. decis.1.nu.91. 31

Digitized by Google

Captus per debitum non erit relaxandus, etiam ſi appellaſſet ab ipſa captura. deciſ. 10. nu. 54. 143
Carpani ſententia circa ſtatutum Mediolanenſe prohibens interpretationem, & præcipiens non fore admittendam appellationem, nec aliam interpretationem, ſed fore ſeruandum, vt iacet in litera. deciſ. 5. nu. 25. 85
Caſus nonnulli enumerantur, in quibus prior creditor in tempore erit poſterior in iure. deciſ. 12. nu. 4. 161
Caſus deciſus in facto in fauorem concluſionis. deciſ. 29. nu. 88. 364
Caſum omittere in aliquo ſtatuto aliud eſt, quam de caſu aliquo prouidere contrarium: & ideo caſus omiſſus a ſtatuto decidendus erit, iuxta iuris communis diſpoſitionem. deciſ. 5. numero 36. fol. 90
Caſum quæſtionis præſentis ponit Bald. in terminis. deciſ. 43. nu. 25. 472
Caſibus nõ determinatis a iure, intentionem fundatam quis habet, cui regula ſi uet. deciſ. 10. nu. 94. 148
Cathedrali Eccleſiæ in omnibus non inuenitur æquiparata Eccleſia regularis. deciſ. 42. nu. 18. 465
Cauſa rationabilis appellationis emiſſæ extra iudicium non caſſat quod factum eſt ante appellationem, nec impedit eius executionem, vel effectum. deciſ. 10. nu. 32. 140
Cauſa vbi non eſt, ibi non erit cauſatum. deciſ. 20. nu. 88. 241
cauſa, quæ expreſſa in appellatione facta ab executore, vel executione ſuſpendat ipſam executionem, & quid ſit faciendum in hoc. deciſ. 10. nu. 53. 143
cauſa grauaminis in appellatione exprimi debet nominatim, & non in genere, alias non deferetur appellationi tali: & quare. deciſ. 10. nu. 55. 143
cauſa poſita pro coniuncta, ſumatur pro diſiuncta. deciſ. 3. nu. 9. 53
cauſa, & non pœna æſtimationem ſugillat, & quando hæc vera regula fallat. deciſ. 27. nu. 23. 323
cauſa criminali criminaliter mota, regulariter de iure non admittitur Procurator rei ad allegandas cauſas cauſę, etſi admittatur ad allegandam cauſam abſentiæ: & non admittatur ad comparendum in foro fori pro reo in proſecutione cauſæ vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè: & quare. deciſ. 29. nu. 1. 338
cauſa criminali quicunque aliqua de cauſa de iure non veniet puniendus, niſi ad ſummum pœna relegationis, citatus perſonaliter poterit cõparere per Procuratorẽ, nec aliter de iure poſſet compelli ad comparendũ perſonaliter. deciſ. 29. nu. 11. 341
cauſa pecuniaria, etiam ſi ex ea ignominia ſequeretur, poterit agi per Procuratorem. deciſ. 29. nu. 8. 340
cauſa ciuili ad aliquid plenè probandum ſufficiunt diuerſæ præſumptiones, indicia adminicula, aut probationes, etiã per ſe imperfectæ, tendentes tamen ad eundem finem: & quãdo, & quare. deciſ. 9. nu. 27. 128
cauſa propria alicuius, quę dicenda ſit. deciſ. 40. nu. 34. 413
cauſę deuolutio per appellationẽ impeditur multis modis. dec. 40. nu. 121. 432
cauſę, quibus mouendi ſunt Principes ad admittendos reos ad compoſitionem. deciſ. 46. nu. 9. 494
cauſę plures in lege poſitę quid denotent quando fuerunt poſitę etiam plures finales effectus, qui ex lege ſequi ſperantur. deciſ. 3. nu. 10. 53
cauſis expediendis ſummariè, ſimpliciter. &c. vbi libellus, nec litis cõteſtatio requiritur; conceſſio termini ad probandũ, qui eſt primus actus iudicij, poſt litis conteſtationẽ in illis cauſis, in quibus lis conteſtatur habet vim litis conteſtationis. deciſ. 44. nu. 6. 482
cautela qua vti opus erit ſtatutarijs prohibentibus aliquid fieri, declarando alias illud nullum etiam ſi interuenerit iuramentum. deciſ. 20. nu. 119. 248
cautela optima traditur obſeruanda ab alienantibus bona immobilia Eccleſiarum, & ipſa ementibus, vt ſine diſpendio temporali, & ſpirituali ipſi celebrẽt huiuſmodi contractus, & quare. deciſ. 52. nu. 66. 533
cautela obſeruandà a cõditoribus ſtatutũ volentium aliquid prohibere, & ipſum declarare nullũ, etiã ſi interueniret iuramentum.

Digitized by Google

tamentum . decis.20. nume.112. 247
Cautela tradita a Panormitano, vt ſupradicta cautela non ſortiatur ſuum effectum. decis.20.nu.113. 247
cautio vbicunque non ſufficit, vbi fiet ſequeſtratio perſonę,& quare. decis.28. nu.7. 330
certus de aliqua re dicitur ille, cuius animus in contrarium nulla ratione poterit inclinari. decis.6.nu.61. 112
citatio partis neceſſaria non eſt in extractione ſcripturę de archiuio publico. decis.9.nu.11. 125
citatio partis non erit neceſſaria in executione mandati de prouidendo aliquem de aliquo beneficio,& quare. decis.10. nu.23. 138
citatio partis,quãdo erit prę mittenda abſolutioni a ſententia excommunicationis: & quando ſatisfacit parti leſæ. decis.29.nu.48. 353
citatio, ſeu monitio , quare exigatur ante excommunicationis fulminationem . decis.29.nu.58. 355
citatio an differat a monitione,quę requiritur præcedere ſentẽtiæ excommunicationem. decis.29. nu.54. 354
citatus ad locũ non tutum non tenebitur credere inimicis , etiam ſi fuiſſet ei indultus ſaluus conductus, & ideo nõ tenebitur illuc ire. decis.29.
citatus ad locum ſibi non tutũ habendus erit pro non citato: vnde ſi non compareat, non dicetur contumax , quando non poſſet mittere excuſatorem. decis.29.nu.24. 346
citatus ad locum ſibi nõ tutum a delegato, poterit petere , vt delegatus remoueatur a delegatione huiuſmodi, etiam ſi in huiuſmodi metum culpa ſua incidiſſe. dec.29.nu.22. 345
citatus ad locum ſibi non tutum, quando de iure non teneatur comparere , nec per Procuratorem,vel excuſatorem, & quare. decis.29.nu.23. 345
citatus ad comparendum in loco non tuto,non tenebitur comparere perſonaliter , quòd ſi compelleretur a Iudice, haberet iuſtam cauſam appellandi a tali grauamine . decis. 29. numero 19. fol. 344
citatus, an teneatur mittere Procuratorem, quando aliqua de cauſa approbata a iure ipſe perſonaliter non teneretur illuc properare . decis.29. numero 20. 344
citatus ad locum ſibi non tutum,nõ tenebitur illuc accedere , etiam ſi fuiſſent ſibi directæ literæ ſalui conductus, & quare. decis.29.nu.21. 345
citatus perſonaliter ad veniendum audire ſententiam in ſua cauſa in dubio habebitur pro vero contumace, niſi contrarium probaretur , & ſic non admitteretur ad appellandum. decis.40.numero 68. 420
citatus qui non fuit in cauſa ciuili,nõ poteſt carceri mancipari. decis.20. nume ro 94. 241
citatus ſemel peremptoriè ad audiendam ſententiam, non erit amplius citandus, & quare. decis.40.nu.86. 423
citati ad locum non tutum poterunt appellare , etiam ſi in literis delegationis dictum fuiſſet, omni appellatione remota procedatis in tali cauſa, niſi Iudices aſſignauerint locum tutum comparendi. decis.29.nu.16. 343
citato ad locum non tutum quid facere opus ſit. decis.29.nu.15. 343
clauſula generalis ſpeciali ſubſequuta, reſtringẽda de iure erit ad ſpecificata tantum,ſi plura fuerant ſpecificata, & ſic è contra. decis.4.nu.17. 63
clauſula motu proprio , inſerta in reſcripto etſi operetur ammotionem ambiguitatis ſubreptionis: nõ tamen locum habet in caſu, quo quis iniuſtè lædereture in iure ſibi legitimè acquiſito , & quare. decis.43.nu.48. 478
clauſula inſerta in ſtatutis, & priuilegijs, quibus non obſtantibus,&c.non obſtãte probatio, quæ fiet per inſpectionem oculorũ,& euidentiã facti,ſeu actorum, non intelligitur remota per talem clauſulam. decis.5.nu.49. 96
clauſula inſerta in Principis reſcripto(appellatione remota) quid operetur. decis.43.nu.42. 476
clauſula adiecta in lege interpretata videtur repetita in lege interpretante . decis.4.nu.25. 65
clauſula appoſita in medio, etiam ſi ſit appoſita per verba præteriti temporis,

Digitized by Google

refertur ad ſequentia, & ad præcedentia. deciſ. 4. nu. 27. 65
Clauſula in fine, vel in medio alicuius diſpoſitionis, ſemper erit intelligẽda ſecundum capitula, ſeu clauſulas in principio diſpoſitionis poſitas, & quando. deciſ. 4. nu. 28. 65
Clauſula erit reſtringenda, iuxta qualitatem animi volentium illa, ſcilicet ſolùm ad id, quod quis tunc ſciebat ſibi deberi. deciſ. 13. nu. 13. 173
Clauſula (vnicuique eorum, vel cuilibet eorum) quid operetur in emphyteoſi duobus conceſſa. deciſ. 52. nu. 175. & 184. 564. & 568.
Clauſula poſita in medio, etiam si sit posita per verba præteriti temporis, refertur ad ſequentia, & precedentia. deciſ. 33. nu. 7. 389
Clauſulę inſertę in ſcriptis Apoſtolicis, quę ſunt ſecundum ius commune, recipiunt omnes limitationes, & interpretationes, quas recipit ius commune, diſponens de materia illa. deciſ. 43. nu. 15. 470
Clauſulam in fine positam referrī ad omnia præcedentia, quomodo intelligatur. deciſ. 4. nu. 30. 66
Clement. cauſam. de elect. verus intellectus. deciſ. 40. nu. 62. 419
Clericus Religionem fidei, & iuramenti ſui violans erit ſuſpendẽdus ab officio, & beneficio. deciſ. 20. nu. 17. 226
Clericus in minoribus dictans, vel exequens ſententiā ſanguinis, priuatur beneficio Eccleſiaſtico, & quare. deciſ. 15. nu. 51. 194
Clericis in minoribus per ſuſceptum oſficium tabellionatus, dicitur ceſſiſſe clericatui, & beneficijs. deciſ. 15. nu. 52. fol. 194
Clericus ferens ſententiam criminalem, etiam morte non ſequuta, eſt priuandus beneficijs, & quare. deciſ. 15. numero 53. 194
Clericus Iudex non deferens legitimę appellationi qua pœna punitur, & qua laicus. deciſ. 40. nu. 12. 408
Clericus Procurator, aut iuſtitiarius Principis ſecularis, eſt deponendus, ideſt priuandus beneficio, & quare. dec. 15. nu 47. 193
Clerici beneficium per matrimonium eius ipſo iure vacat. deciſ. 15. nume. 50. fol. 194
Clerici beneficiati matrimonium contrahentes ſunt priuandi ſuis beneficijs, & quare. deciſ. 15. nu. 48. 194
Clerico regulariter eſt inhibitum fideiubere. deciſ. 21. nu. 15. 288
Coemphiteota quo caſu iure ſuo priuetur. cum declaratione. deciſ. 52. num. 178. 179. 180. 183. 185. a fol. 565. vſque ad 568.
Coemphiteota, quando nõ cenſeatur renunciare iuri accreſcendi. deciſ. 52. numero 182. 367
Cogi præcisè ad factum, propter iuramentum poterit quis de iure, etiam si contineat turpitudinem ex parte recipientis. deciſ. 20. nu. 193. 267
Collatio beneficij facta ab eo, qui mandatum habebat de prouidendo tali de tali beneficio tenet, etiam nõ vocatis illis, ad quos pertinet electio, & quare. deciſ. 10. nu. 27. 139
Commentarienſes qui dicantur. deciſ. 9. nu. 16. 126
Communicandum non erit cum infamato de percuſſione Clerici. deciſ. 29. numero 24. 227
Comparere qui aliqua iuſta cauſa non tenebitur in loco, ad quem citatur ratione loci non tuti, non poterit conueniri in alio loco remotiori vltra dietã a fine ſuæ Diœceſis. deciſ. 29. nu. 14. 346
Compoſitio facta auctoritate Iudicis, cũ interuentu partium, non indiget ad ſui validitatem confirmatione Papæ. deciſ. 15. nu. 67. 199
Compoſitio auctoritate Iudicis, facta etiã de iure ciuili, eſt valida, & pro ceſſatione ab iniuſta vexatione aliq d recipiens tenebitur ad reſtitutionem taliter accepti: & quando qui ſoluit, poſſit illud repetere. deciſ. 15. nu. 56. 195
Compoſitio facta inter Clericos, & alias perſonas ſeculares ſuper decimis ſoluẽdis auctoritate Epiſcopi, vel Archiepiſcopi valida erit, & omnis alia compoſitio iuri non contraria, etiam cum ſolutione alicuius cenſus. deciſ. 15. numero 54. 195
Cõpoſitio inter pſonas eccleſiaſticas cõtendere

Digitized by Google

tendere volentes de aliquo iure spiali, à quibus fieri possit. dec. 15. nu. 60. 198
Compositioni factæ per iudicem delegatum potest clericus consentire, etiam contra uoluntatem sui Episcopi, uita illius durante. dec. 15. nu. 62. 198
Compromittere in arbitrum periculosum, & pœnale est. dec. 10. nu. 126. 155
Compromissum prorogatum respectu tertij dicetur nouum, & quare. decis. 21. nu. 28. 290
Compromissum factum ex dispositione hominum, si non sequatur laudum infra terminum statutum, expirat ita, vt non teneantur partes aliud facere: secus ex dispositione iuris communis, vel municipalis, & quare. dec. 21. numero 30. 290
Concessio Principis cum clausula. Non obstante &c. quid operetur: cum non possit sine causa tollere dominium alicui acquisitum super aliqua re. decis. 43. nu. 45. 477
Concessio rei feudalis, & allodialis facta alicui, si quoad feudalem erit inualida, remanebit quoad allodialem ualida. dec. 1. nu. 8. 6
Concessio noua restringitur, ut ad ius cõmune redigatur, & ipsius generalia uerba, & quare. dec. 43. nu. 21. 472
Concessio facta à superiore intelligitur etiam in præiudicium tertij, si est præsens, tacet, & non contradicit, & quare. dec. 43. nu. 51. 479
Concessio simpliciter, vel generaliter facta cum præiudicio alterius, est nulla. dec. 43. nu. 40. 476
Concessione in generali quæ ueniant. dec. 53. nu. 1. 570
Concessione in generali non veniunt, quę quis verisimiliter non esset concessurus. dec. 2. nu. 34. 43
Concilium Prouinciale cum sit inferioris dignitatis Archiepiscopo, qui ei præest: non poterit appellari ab ipso ad ipsum Concilium: sed solum quando ei præesset Patriarcha. dec. 22. nu. 1. 296
Concilium Prouinciale non poterit de iure punire excessus Archiepiscopi, quando ipse ei præst: sed nunciare eos superiori, scilicet Patriarchæ, & quare. dec. 22. nu. 2. 296
Concilij Tridentini verba in materia contrahendi matrimonium declarantur. dec. 33. nu. 2. 388
Conclusionis primæ ueritas impugnatur. dec. 42. nu. 12. 463
Condemnatus in iudicio legitimo de crimine falsarum litterarum, & calumniæ, & iniuriarum illatarum, efficitur infamis infamia iuris, & priuari poterit beneficio: & quomodo fit procedendum ad priuationem beneficij, & quod talis solum per Papam famę restituatur. de cis. 27. nu. 1. 320
Condemnatus ex actione iniuriarum contra se intentata efficietur infamis infamia iuris, & quare. dec. 29. nu. 65. 358
Condemnatio facta de crimine famoso quando irrogat infamiam condemnato. dec. 27. nu. 24. 323
Condemnatus diffinitiue ex causa famosa infamis efficitur, etiam si processum iudicialiter fuisset per modum inquisitionis. dec. 27. nu. 34. 325
Conditio duplex apposita in substitutione, debet utraque verificari, aliàs non sortiretur suum effectum, etiam in pœnalibus, & multipliciter exemplificatur. dec. 3. nu. 17. 55
Conditio de præsenti, vel præterito, vel futuro habetur pro causa, & erit ualida cõuentio. dec. 20. nu. 21. 226
Conditiones plures appositæ copulatiuè sunt omnes implendæ, ut in iudicio obtineatur quod intenditur. dec. 3. numero 15. 55
Conditionibus in intrinsecis ad substitutionem dirigentibus, quid sit magis attendendum. dec. 3. nu. 19. 56
Conditor Canonis ubi aliquem excommunicat, & sibi non reseruat absolutionem; eo ipso concessisse dicitur inferioribus Prælatis ab ipsa absoluendi facultate. dec. 16. nu. 12. 203
Confessus nerè, & non fictè crimen suum, quod infamat, etiam si non fuerit sequuta sententia, incurrit infamiam. de cis. 27. nu. 20. 322
Confessus crimen suum extraiudicialiter in quibus casibus efficiatur infamis. de cis. 27. nu. 5. 321
Confessus crimen suum in iudicio non efficietur infamis, nisi fuerit de ipso damnatus,

matus, & quare. dec.27.nu.6. 321
Confessus in iudicio in ciuilibus habebitur pro conuicto & condemnato, secus in criminalibus. dec.27.nu.7. 321
confessio extraiudicialis geminata habet uim confessionis iudicialis, & ex ea oritur actio. dec.20.nu.146. 254
confessio,vel contumacia ficta non reddit aliquem infamem. decis.27. num. 15. carta. 322
confessio geminata non poterit reuocari sub prætextu erroris.. dec. 20.nu.153. carta. 256
confessio facienda alicui de aliqua magna re, etiam ad tempus, non poterit fieri de iure à prælato sine consensu expresso cap.suę Ecclesiæ collegiatæ, de cis.1.nu.24. 11
confirmatio electionis, & assignatio beneficij curati non poterit retardari per appellationem,& quare. decis.10. nu. 26. 139
confirmationem dictæ extrauag.Ambitiosæ,fuisse factam per Iulium Tertium, Paulum Quartum, & Pium Quintum probatur. dec.52.nu.27. 527
coniunctio facta per dictionem, &, uel per, cum, an differat. decis.7.num. 2. carta. 116
coniugum alter petens, & obtinens diuortium quo ad thorum propter alterius adulterium,si & ipse adulteretur, compelletur redire ad iam separatum coniugem,& quare. dec.35.nu.4. 392
consensus partium nihil ualet, ubi agitur de præiudicio faciendo bono publico, cum ipse illi renuntiare non possint. dec.52.nu.143. 550
consensus quandocunq; aliquid est nullum ex defectu; ualidum efficietur ex superueniente huiusmodi consensu taliter requisito. dec.52.nu.146. 551
consensus expressus prælati, & capituli semper necessarius est in alienatione bonorum Ecclesiasticorum, etiam si ipsa essent diuisa quoad vsumfructum eorum. dec.1.nu.100. 33
consessus expressus ubi a iure requiritur, non sufficit tacitus. dec.1.nu.22. 11
consensus tacitus proprij Sacerdotis dat robur absolutioni sacramentali impensæ a Sacerdote non ordinario, nec expresse delegato, sine quo tamen consensu absolutio esset nulla, & quare. dec.33.nu.4. 388
constituere in materia pactorum quid &c. dec.20.nu.151. 255
constitutus in infirmitate dummodo non fuerit alienatus à sensu,contrahens matrimonium, vel uouens incurrit uincula,ut ibi. dec.6.nu.14. 102
constitutio sacri Concilij Tridentini in sess.7. c. 7. de constituendo Vicarium perpetuum in Ecclesijs curatis subiectis regularibus, non habebit locum in Ecclesijs curatis, in quibus ipsi regulares celebrant diuina officia. decis. 17, nu.17. 213
constitutio concepta in casum negligentiæ non includit casum facti, licet nulliter: quapropter in pœnalibus locum non habebit: & sic loquens de cathedralibus,non includet inferiores Ecclesias. dec.42.nu.20. 467
constitutionis Gregorij XIII. Papæ de immunitate Ecclesiarum Epilogus. decis.29.nu.107. 369
consuetudo præstare non poterit facultatem prælatis Ecclesiarum collegiatarũ alienandi bona Ecclesiastica sine expresso consensu capituli capitulariter congregati. dec.1.nu.98. 32
consuetudo quando possit ualide de aliquo disponere. dec.1.nu.99. 32
consuetudo non poterit tollere solemnitatem requisitam à iure in alienatione bonorum Ecclesiasticorum. dec.1.nu. 102. 33
consuetudo alienandi bona Ecclesiæ sine consensu capituli, etiam si sit initij immemorabilis, non erit ualida. decis.1. nu.103. 33
consuetudo non potest detrahere solemnitati requisitæ in actu: decis.1. num. 105. 33
consuetudo non posset tollere solemnitates introductas a iure in alienatione bonorum Ecclesiasticorum facienda, & quare. dec.52.nu.41. 528
contractus quibus modis dicatur celebratus in aliqua ciuitate,uel loco. dec.11. nu.6. 158
contractus dubius de vsuraria prauitate dicendus erit legitimus propter bonitatem,

Digitized by Google

tem, ac fidelitatem ipsius creditoris. dec.11.nu.7. 159
Contractus qui fit inter ludentes aleis ex propria ui, & natura, an sit illicitus iure naturali, Diuino, uel humano. dec. 20.nu.128. 250
contractus, aut pactum factum lege prohibente, nullius sunt uirtutis, & quare. dec.21.nu.7. 286
contractus, seu qualitates contractuum mutantur partium consensu. decis.20. nu.227. 277
contractus alienationis bonorum Ecclesiasticorum immobilium sicut non ualet sine preuia iuris solemnitate, sic nec poterit postea ratus haberi non prævia solemnitate. dec.52.nu.57. 531
contractus alienationis factus a Prælato cum consensu capituli non præiudicat Ecclesiæ, nisi fiat alienatio in casu licito, & seruata solemnitate à iure tradita, & quare. decis. 15.numero 42. carta. 193
contractus emptionis censualis de ualiditate requiritur, ut non omnia, sed specialia fructifera bona obligentur. dec. 21.nu.4. 158
contractus quando erit ipso iure nullus. dec.52.nu.111. 541
contractus de iure nullus accedente consensu eius, in cuius vtilitatē uergit, poterit ab ipso ratificari. dec.52.num. 2. carta. 518
contractus redditur nullus non solum nō seruata solemnitate loci, in quo contrahitur, si de eo quæratur in loco contractus, uerum etiam si de eo dubitari contigerit alibi, quam in loco contractus. dec.11.nu.3. 158
contractus a lege prohibitus, eo quòd in re, uel materia, uel forma peccat, nō roboratur iuramento, sed semper erit nullus. dec.20.nu.122. 248
contractus prohibitus à iure quando roboretur iuramento, ubi datur optimus intellectus leg. non dubium C. de leg. & Authent. Sacramenta puberum. decis.20.nu.111. 246
contractus factus in casu prohibito a lege nullam faciente mentionem principaliter, vel in consequentiam de publica vtilitate. sed solum tendente in fauorem obligantis se, erit nullus, sed tamen iuramento validatur. Decis. 20. numero 121. 248
Contractus inualidus quando reintegretur. decis.52. nume. 167. 550
Contractus requirens scripturam nunquā ex sola patientia intelligetur renouari. decis.1.numero 29. 12.
Contractus emphyteotici etsi de essentia non requiritur scriptura de consuetudine: tamen ea patientia prælati, & capituli si perseueret emphiteuta in locata possessione post finitam locationem, non intelligitur facta fuisse possessionis ipsius renouatio, & quare. decis.1.nu. 76. 26
contractu etiam de iure reprobato propter consensum contrahentium oritur iure gentium naturalis obligatio. dec. 20.nu.136. 252
Contrahentibus omnibus in Regno Neapolitano fuit indultum a Nicolao Quinto emere census ac reditus ad rationem decem pro centenario etiam super re mobili infrugifera. decis.11. nu.5. 158
contradictor comparens ante, uel post licentiam datam à iudice de ingrediendo possessionem (ante tamen ingressum) quam quis petierat, an possit impedire dictæ possessionis capturam, diserte discutitur, & traditur norma iudicibus procedendi in omni casu, quo contradictor compareret, & uellet impedire immissionem uel possessionem iam obtentam. dec.10. nu. 97. carta. 149
Contraria duo in eodem subiecto esse possunt successiue. decis.39.num.14. carta. 401
Contrauenire dicitur, qui ne dum facit, sed ommittit quod facere debuit. decisione 20. numero 167. carta. 259
contumax quis dicatur. decis. 40. nu. 76. 422. & dec.40.nu.46. 415.
contumax in non parendo non priuabitur facultate appellandi, & quare. dec.40. nu.78. 422.
contumax quis appellare non possit, & quis dicatur uerus contumax. dec. 40. nu.80. 422

Contu-

Digitized by Google

Contumax uerus ut quis dicatur, quę requirantur, & quomodo punietur. dec. 40.nu.81. 422
Contumax uerus in ueniendo quando admittatur ad appellandum; & quis dicatur uerus contumax. deciſ. 40. nu.85. carta. 423
contumax uerus non admittetur aliquis pacto ad appellandum uiua uoce, nec arreptio itineris cum appellationis obtinebit,& quare. dec.40.nu. 87. 424
contumax uerus admittetur à Curia Romana infra decendium, computando à die notitiæ latę ſententię, & quando non. dec.40.nu.88. 424
contumax, qui non eſt verus,poſt decendium à die latę ſententiæ poterit appellare, dummodo appellet infra decendium à die ſcientiæ. deciſ.40. numero 64. 419
contumax fictè, ſiue præſumptiuè poterit appellare, & quare. dec.40.nu.66
contumax multipliciter contingit quis dici, & quis dicatur contumax uerus apparenter, & exiſtenter: & an eius appellatio admittatur. dec. 40. num.69. carta. 420
contumax uerus apparenter, ſed non exiſtenter quis dicatur, & an appellatio eius admittatur. dec.40.nu.70. 420
contumax uerus apparenter, & exiſtenter appellans infra decendium à die latæ ſententiæ audietur. dec. 40.nu.71. carta. 421
contumax uerus exiſtenter,& fictus apparenter,an admittatur ad appellandum. dec.40.nu 72. 421
contumax fictus apparenter, & non exiſtenter,an admittatur ad appellandum. dec.40.nu.73. 421
contumax uerus in non ueniendo, etſi non admittatur ad appellandum, tamen contumax in non reſtituendo, uel aliquid aliud non faciendo, appellare poterit, & quis dicetur uerus contumax,& quis non. dec.40.nu.92. 425
contumax uerus non admittetur ad alligandam litis pendentiam,neque ad ſupplicandum, & quis dicatur uerus contumax,etſi admittatur ad appellandum a condemnatione expentarum propter ipſius contumaciam incurſa, ſi compa-
ruerit. deciſ.40.num.93. 425
contumax uerus ſi fuerit mulier,ruſticus, uel minor admittetur ad appellandum, & quare. dec.40.nu.94. 425
concumax uerus,quem citatio facta ab homine, vel à iure apprehendit, non admittetur ad appellandum,niſi docuerit de legitimo impedimento, & quis dicatur contumax uerus, & quid erit dicendum de ficto. dec.40.nu.90. 424
contumacis in non ueniendo pœna quæ ſit. dec.40.nu.81. 422
contumacia procuratoris, an ſemper noceat Domino,vel procuratori, & quare. dec.40.nu.95. 425
contumacia eſt ſola cauſa excommunicationis. dec.29.nu.51. 354
contumacia uera in non ueniendo niſi fuerit manifeſta non impediet appellantem,uel appellationem. dec.40.numero 77. 422
conuento ad poſſeſſionem reſtituendam ſufficiet ante litis conteſtationem exhibere rei petitæ poſſeſſorem, ipſum nominanpo, deciſ. 44. nume. 15. & 27. 485.& 487.
copula poſita inter duo incompatibilia quid denotet, & quid inter conſonantia,& quid inter diuerſa, & quid inter adiectiua. dec.3.nu.11. 53
copula poſita in libello, uel poſitionibus an requirat probationem vtriuſque. dec.3.nu.14. 54
copula,quæ negat extrema,an requirat vtrunque,ut ſtatuti diſpoſitio locum habeat. dec.3.nu.18. 55
copulatiua copulans orationes reſpectiuè per modum accidentis quid denotet. dec.3.nu.7. 52
copulatiua oratio uocat omnes æqualiter & non ordine ſucceſſiuo, quando à teſtatore fuiſſent uocati ſolum ij, intvr quos ſolum cadit charitatis,& affectionis ordo,& non neceſſitatis,ſaltem cauſatiuè. dec.7.nu.24. 120
copulatiua oratio, quando non ſortietur ſuum effectum. dec.7.nu.25. 120
copulatiuæ ad ueritatem,ſiue ponatur affirmatiue,ſiue negatiue,requiritur concurſus utriuſque copulati. deciſ.3.numero 16. 55
copulatiuorum exiſtentia requiſita ad iuris effe-

Digitized by Google

ris effectum ex ipsis copulatis inducendum quid operetur. dec.3.nu,13. 54
Correctio legum non inducitur per uerba non clara, & quando decisio non est manifesta propter verba obscura, vel per suppleta, uel per subintellecta, uel tacita, uel a contrario sensu. dec. 20. nu.157. 257
Creditor quis sit dicendus. decis.45.nu. 2. 490
Creditor prior habet potius ins creditoribus posterioribus in ijsdem pignoribus, præter creditorem illum, cuius pecunia aliquid speciale fuit emptum. dec.12.nu 7. 161
Creditor prior habens specialem hypothecam super aliqua re, postea si posterior mutuet pro refectione illius, hic posterior creditor erit potior in iure acquisito super dicta re obligata. decis.12.nu. 3. 160
Creditor quando furtiuè possit impunè accipere à debitore quod sibi debetur, & quid cauendum sit à tali creditore. dec.11.nu.17. 164
Crimen omne inducens infamiam iuris, est depositione dignum. dec.27. num. 16. 322
Crimen omne infamans indusit depositionem. dec.27.nu.88. 327
Crimina mutua compensatione tolluntur. dec.35.nu.7. 392
Culpa lata non æquiparatur dolo, cum de legis Cornelię de sicarijs agitur pęna, & quare. dec.29.n.92.& 101. 365,& 367.

D

DAmnatus de crimine, quod infamat, etiam ciuliter, efficietur infamis. dec.27.nu.19. 322
Damnatus de crimine iniuriarum est infamis. dec.27.n.9.321.dec.27.n.33.325.
Damnum dedisse - cetur, qui causam dāni dederit. dec.28.nu.21. 334
Datum communiter duobus ab Imperatore pars unius eorum decedentis sine filijs legitimis,& naturalibus succresćit alteri consorti, & quod hoc etiam in feudis locum habeat,probatur. dec. 2. nu.10. 38
Debitor soluens creditori creditoris etiā in foro fori liberatus erit à tali debito non simpliciter,sed ope exceptionis doli mali. dec.12.nu. 26. 168. decis. 12. nu. 27. 168
Debitor soluens creditori creditoris sui, ipso ignorante uel inuito, in foro fori non erit absolutus a dicto debito iam soluto. dec.12.nu.25. 167
Debitor nullus poterit præiudicare creditoribus per scripta ab ipso debitore facta. dec.20.nu.178. 265
Debitum ex una causa poterit conuerti in debitum ex alia causa per stipulationem, nec non pacto nudo ex interuallo apposito,secus incontinenti. decis. 20.nu.232. 279
Debitum alicui ex una causa, poterit in aliam causam conuerti (etiam non interueniente pecunia) sola contrahentium uoluntate: modò interueniat interrogatio, & respōsio contrahentium. dec.20.nu.228. 278
Decendium ut contra appellare uolentem currat necessario requiritur scientia latæ sententiæ, & eius intimatio plena, & certa,ac tenoris sententiæ, & quare. dec.40.nu.60. 418
Decendium quando currat contra dominum litis, & quando contra procuratorem eius a die scientiæ latæ sententię. dec.40.nu.147. 440
Decendium quare non incipiat currere a tempore termini præfixi ad aliquid faciendum,tam in causa ciuili, quam criminali. dec.40.n u.52. 516
Decendij tempus quare currat de momēto ad momentum, & dicatur utile. decis.40.nu.43. 414
Decendij tempus a quo tempore computetur, & contra quos non currat. dec. 40.nu.44. 414
Decendio transacto, tam pure, quàm conditionaliter lata sententia transit in rem iudicatam, si contra illam non fuerit appellatum, computando horam latę, aut scitæ sententiæ factæ appellationis. decis. 40. nu.54. carta. 417
Decretum Principis priuans bonis Franciscum rebellem, & omnes eius fratres, non comprehendit Andream eius

Digitized by Google

fratrem, & ipſi Franciſco inimicum, & quare. dec.5.nu.29. 87
Decretum, vt ad ulteriora procedatur, quando ante litis conteſtationem reus interrogatur à Iudice, an poſſideat, reſponderit ſe non poſſidere, iuſtum ſit. dec.44.nu.5. 482
Defendendus erit quis in poſſeſſione præbendæ ſibi collatæ poſt appellationem partis aduerſæ, antequam ſuperior ad quem incepiſſet, & quare. dec.10. nu.37. 140
Delegatus a Papa eſt maior Diœceſano. dec.47.nu.1. 497
Delinquens in confinio duorum dominorum, a quo ueniat puniendus. dec.32. nu.22. 387
Delictum unum plures perſonas tangens, ſicut unicuique attribuitur inſolidum, ſic ſi plura territoria tangat. deciſ.32. nu.10. 385
Delictum unum plura territoria tangens, cuique tribuitur inſolidum. deciſ.32. nu.5. 384
Delictum cęptum in uno territorio, & in alio executum, a quo punietur. dec.32. nu.12. 385
Delictum adminiſtratoris ubi non præiudicaret pupillo in bonis ſuis, eadem ratione, & à fortiori non præiudicabit Eccleſiæ delictum Prælati, & Capituli, & quare. deciſ.15.nu.40. carta. 192
Delicta impunita remanere non debent. dec.29.nu.4. 340
Dununciatio publicè facta quando dicatur probare aliquem excõmunicatum. dec.50.nu.12. 510
Dependentia à motu diuino quomodo dicantur abſque ſolemnitate iuris poſitiui quo ad forum animæ non valere, vel ualere. dec.52.nu.163. 555
Deponens in uno iudicio tanquam teſtis, an ſibi noceat in alio iudicio tanquam parti. deciſ.6.numero 66. carta. 13
Depoſitio teſtium ſuper occultis eſt nulla, cum ſuper illis non iuretur. dec.47. nu.8. 499
Depoſitioni conſcij criminis qualis fides ſit adhibenda. deciſione 26. num.19. carta. 317
Deſcendentes per rectam lineam ab eo qui renunciauit emphiteoſi an poſſint illam reuocare. dec.52.nu.186.& 187. carta. 569
Deſcendentes ex fœmina nobili, & viro ignobili, non ſunt nobiles, & quare. dec.4.nu.21. 64
Deſcendentium appellatione regulariter ueniunt etiam fœminæ, quoniam & deſcendentes de fœminis, dicuntur de genere. dec.4.nu.20. 64
Deſcendentium appellatione etſi intelligantur omnes indiſcriminatim, & in infinitum, cuinſcunque gradus uel ſexus illi ſint, & ſiue ſint nati ex maſculis; ſiue ex fœminis, tamen hæc regula fallit, & quando. dec.4.nu.32. carta. 66
Detinens iniuſtè aliquid non differt ab interore rei alterius quo ad animæ periculum. dec.20.nu.124. 249
Deus eſt Dominus bonorum Eccleſiaſticorum, & non Prælatus, qui ſolum eſt adminiſtrator. deciſione 15.num.43. carta. 193
Deus non iudicat bis in idipſum. dec.32 nu.8. 384
Deum non facere differentiam inter ſimplicem promiſſionem, & iuramentum quomodo intelligatur. dec.20.nu.30. carta. 228
Deum dicitur quodammodo pœnitere ſententiæ, ſi pœnitentiam egerimus de peccatis noſtris. deciſ.46. numero 21. carta. 497
Deum manifeſtare an uerum ſit quod aſſeritur, dupliciter dicitur. dec.20.nu. 9. 225
Dictio (omnino) quid denotet. dec.52. nu.60. 531
Dictio [etiam] quid importet. dec.41. nu.27. 453
Dictio, per, in iure quod tempus denotet. dec.24.nu.2. 304
Dictio, quæcunque, cõparatiue repoſita in aliqua diſpoſitione, quid denotet, perpulchre traditur. dec,3.nu.24. carta. 57
Dictio, donec, de iure quem ſenſum recipiat. dec.26.nu.8. 313
Dictio, Aut, quomodo ſumatur. dec.52. nu.92. 537

Dicta

Digitized by Google

Dicta in officiali perpetuo habent locum in officiali ad beneplacitum, & quare. dec.17.nu.10. 212

Diœcesani de iure communi possunt suis in Constitutionibus taxare pœnas incurrendas à laicis adulteris, vel concubinarijs: & ultra eas, ipsos monitionibus præcedentibus excommunicare, etsi in ipsorum punitione detur locus præuentioni. dec. 36.nu.1. carta. 393

Discrepantibus à iure communi quid sit faciendum. dec.53.nu.17.

Dies in quo appellatur, an computabitur inter illos decem concessos ad appellandum: imo an & illud horæ momentũ in quo ipsa sententia fuerat promulgata, includatur. dec.40.nu.27. 412

Dispensanti cum iam promoto non habente titulum Canonicum in beneficio, non erit opus de nouo tradere illi possessionem corporalem dicti beneficij, aut dignitatis, nisi hoc mandetur per Papam, & an huiusmodi dispensatio possit tradi in casu notorio. Dec.16.nu.28. 207

Dispensatio, & admissio ad compositionem dicitur gratia cum iustitia admixta, ad quas si quis sine causa non admitteretur, iniuria afficeretur. dec. 46.nu.6. 494

Dispensatio (ubi de iure requiritur) necessario exprimenda erit, vt ualida sit. dec.16.nu.11. 203

Dispensatio Episcopalis, in retentione duorum beneficiorum dissimilium est necessaria, & expresse danda, aliàs possessio antea capta sine tali dispensatione sequuta, erit nulla, ac nullum ius cõferet. dec.16.nu.23. 206

Disponens de effectu, disponit implicitè de causa, sicut qui consequens vult, & antecedens. dec.20.nu.100. 243

Dispositio hominis quare unica perficiatur iure, etiamsi non habuerit effectum: dispositio vero iuris communis, vel municipalis non, & hoc intellige, quando hominis dispositio non est facta contẽplatione iudicij, uel litis; secus respectu horum: quia tunc talis obligatio nõ liberatur unico actu: & quare. decis. 21.nu.47. 293

Dispositio testatoris de iure recipit eam interpretationem, quam uerisimiliter feciſſet ipse testator, si interrogatus fuisset, quoad eum casum, qui non sit ex toto ommissus, sed aliquo modo comprehensus sub natura dispositionis. dec.14.nu.9. 177

Dispositio testatoris porrigitur ad casum, de quo ipse si cogitasset, uel interrogatus fuisset, uerisimiliter respondisset. dec.4.nu.5. 60

Dispositio quecunq; loquens de filio legitimè nato uerificatur etiam in quocunque legitimato per sequens matrimonium. dec.6.nu.35.39.44. 106

Dispositio nulla feudatarij non habentis filios legitimos in morte facta, erit ualida in prejudicium domini directi, aut agnatorum eius, & quare, decis.2.nu. 35 43

Dispositio omnis in casu ommisso recipit interpretationem à uerisimili mente disponentis. dec.14,no,4. 176

Dispositio omnis recipit interpretationẽ in casu omisso à uerisimili mente disponentis. dec.4.nu.8. 61

Dispositio inducta in fauorem agnationis & domus, non comprehendit fœminas, cum in ipsis finiatur agnatio. decis. 4. nu.15. 63

Dispositio limitata in masculis, dicitur prohibita in fœminis, & quare. dec.4. nu.29. 65

Dispositio est intelligenda rebus sic stantibus. dec.38.nu.2. 397

Distinctio optima Bal. ad cognoscendum quando Prelatus, vel minister possit præiudicare suę Ecclesię, vel suo domino ex actib. ipsius. dec.15.nu.12. 185

Distinctio optima tradita à Bartolo ad cognoscendum, quando Prelatus possit præiudicare suę Ecclesiæ. dec. 15. nu. 15. 116

Distinctio necessaria, ut cautela Panormitani possit nobis prodesse, & locum habere. dec.20.nu.115. 247

Diuus Paulus notorium fornicarium Corinthium prius monitum extraiudicialiter, & sæpius præcepit tradi satanæ ad interitum carnis, & sic excommunicari. dec.29.nu.50. 354

Doctores varia solum verbis sentientes

Digitized by Google

quomodo erunt concordandi circa differentiam, vel æquiparationem promissionis factæ per fidei præstationem, & periuramentum. dec. 20. nu. 31. 228
Dolus commissus à Procuratore in contrahendo, in delinquendo, in impetrando, vel litigando, an noceat domino causę. dec. 10. nu. 123. 154
Dominus litis uerus contumax, quando audiretur, si appellauerit a sententia diffinitiua. decis. 40. numero 97. carta. 427
Domini Dei sententia in c. 24. Deuteronomij, quomodo sit interpretanda. de eis. 12. nu. 18. 165
Domini temporales, ac Iudices in decernendis iudicijs debent sequi iudicium Diuinum, seu modum quo Deus ipse in not puniendo obseruat, præter quam in delictis occultis. dec. 46. nu. 16. 496
Dominium personale transfertur per trāslationem incolatus personæ. dec. 23. nu. 16. 303
Dominium bonorum descriptorum in libro æstimi plenè non probatur ad finem illius, ad cuius onera sunt ibi descripta, Dec. 9. nu. 11. 124
Dominium ex minus iusto titulo, quādo acquiratur mediante præscriptione, & quare. dec. 17. nu. 8. 211
Dominium rerum legitimè per aliquem acquisitum, ab illo auferre nulli licebit ut tradat alteri, sine causa, & quę possit esse causa talis ablationis, & quare. de eis. 30. nu. 2. 372
Dominium rei lucratæ per ludum alearum transit ad lucrantem, & quare. de eis. 20. nu. 216. 272
Dominium rei emphyteoticæ directum reuertitur ad Dominum ob lineam emphyteotę finitam. dec. 52. nu. 173. carta. 162
Dominij mutatione nascitur noua actio furti ad pœnam applicandam parti. dec. 32. nu. 14. 385
Dominio nostro quidquid secundum tempus præsens subijci non potest, scilicet in suo genere, super eo non poterit cōtrahi obligatiua dispensatio, neque purè, neque in conditionis euentum. de eis. 16. nu. 29. 207
Donatio generaliter omnium bonorum facta prę sentium & futurorū, licet de iure non ualeat in totum, ualebit tamen quoad præsentium donationem. dec. 1. nu. 11. 6
Donatio facta ex desperatione habendi filios, per superuenientiam liberorum legitimorum reuocatur ipso iure. dec. 6. nu. 49. 109
Donationem càusa mortis quotupliciter contingat fieri. dec. 6. nu. 12. 102
Donationes etiam graues factæ à Prælato Ecclesię collegiatæ consultis, & consentientibus Canonicis, contractus tenet, sed rescindèndus uenit per restitutionem in integrum: contractus uerò factus inconsultis Canonicis non erit ualidus. dec. 1. nu. 42. 17
Donatum metu mortis instantis, si detur irreuocabiliter, censebitur in uita donatum. dec. 6. nu. 13. 102
Dos plenè probatur per instrumenta, indicia, uel præsumptiones. dec. 9. nu. 25. carta. 128
Dotis etiam profectitiæ actio communiter competit filię, & patri. dec. 41. nu. 20. & 30. 452. & 455
Dubitans de aliquo opere, quòd sit peccatum mortale, & illud tale perficiens, quando peccat mortaliter. dec. 50. nu. 1. 507

E

ECclesia in sui fundatione debebit dotari bonis valentibus subministrare necessaria ministris ipsius. dec. 9. num. 22. 128
Ecclesia gaudet priuilegio minorum. dec. 1. nu. 54. 20. & dec. 15. nu. 25. 188
Ecclesia pauper potest pro se retinere emphyteusim ad se deuolutam. dec. 1. nu. 79. 27
Ecclesia an possit ratificare contractum nullum de iure propter solemnitates a iure requisitas, omissas, si ille cederet in utilitatem ipsius. decis. 52. num. 10. carta. 521
Ecclesia an possit ratificare contractum ipso iure nullum secum factum, & per consequens illum ualidum reddere: & quomodo hæc propositio sit, inter-

Digitized by Google

interpretanda. decis.52. num.44.142. 144.& quare. 145.150. & 167.528.& a fol.550. vsque ad 552.

Ecclesia Plebanalis poterit possidere, & tenere Capellam positam in suo Plebanatu, non ponendo ibi Rectorem, sed Capellanum, qui eam officiet: quia huiusmodi Capellæ cedent in vtilitatem Ecclesiæ Plebanalis. dec.15.nu.4. 183

Ecclesia collegiata deueniens ad inopiam poterit sibi retinere possessionem emphyteoticam, inuitis agnatis vltimi emphyteotæ, si ad ipsam deuoluta fuerit ipsa emphyteotica possessio. decis.1. numero 13. 6

Ecclesia compelli nõ poterit ad alienandum bona acquisita sibi, nec aliæ personæ Ecclesiasticæ, nec pro illis retentis soluere collectas, vel gabellas. dec.49. numero 7. 504

Ecclesia legataria possit ne petere & quartam, vltra ipsum legatum. decis.45.numero 3. 490

Ecclesia in eadem nemini licebit, nisi vnicum personatum, vel dignitatem, vel præposituram, siue administrationem, vel officium perpetuũ, quocunque nomine censeantur cum præbenda simul habere sine dispensatione Papali, etsi contrarium fieret, esset *ipso iure* nullum. decis.16. nu.13. 203

Ecclesia recuperans bona immobilia sua malè alienata de iure ciuili, non tenebitur restituere eorum emptori pretiũ inde solutum venditori, & quare. decis.52.nu.31.& 34.& 42. 526.& 528

Ecclesia volente,& declarante ex non petita renouatione locationis finitæ hæredes vltimi emphyteotæ priuãtur possessione huiusmodi Ecclesiastica taliter ad Ecclesiam deuoluta. decis.1.numero 35. 16

Ecclesia non poterit priuari dominio vtili, quod haberet in aliqua possessione sibi locata in emphyteosim propter nõ solutum Canonem a suo Prælato, & quare. decis.15.nu.46. 193

Ecclesiæ, finitæ locationis emphyteoticæ bonorum eius tempore præfixo licebit (& ei quoque, qui habet causam, aut iura cessa ab ea) non solum per remediũ iuris agendo interdicto vti possidetis, sed etiam remedio facti, & sic via extraiudiciali, ac extraordinaria, propria auctoritate dictam possessionem nancisci, & illum, qui naturalem possessionem fuit ingressus, vi expellere atque eijcere. decis.2. numero 31. fol. 13

Ecclesiæ collegiatæ non præiudicat alienatio bonorum suorum facta a suo Prælato, etiam cum consensu Capituli, non intercedente assensu Sedis Apostolicæ. decis.15.nu.29. 190

Ecclesiæ possessio non dicitur aliquo modo vacare per mortem Prælati: & quare. decis.10.nu.100. 151

Ecclesiæ omnes cum suis dotibus esse debent in potestate Episcopi loci illius, vbi ipsæ Ecclesiæ fuerunt erectę. decis. 15. numero 2. 183

Ecclesiam construens, vel consecrare faciens, eam dotare debet, & quare. decis.9.nu.23. 128

Ecclesijs subiectis Prælato inferiori pleno iure, potest ipse Prælatus inferior exercere omnem iurisdictionem Episcopalem, idest absoluere, &c. decis.15. nu.61. 198

Electio facta non concurrente maioritate Capituli, etiam si concurrat senioritas, est nulla. decis.3.nu.22. 57

Electio facta non seruata forma tradita a iure, dummodo affuerit consensus eligentium, valida erit: & an hæc propositio sit semper vera. decis.52. nu.6.7. & 8. 520.& 521

Electio secunda facta ab aliquibus, ad quos deuolueretur, non erit valida: licet prima esset cassanda, quia illa erat aliqua. decisio decima, numero 36. fol. 140

Electus, & confirmatus, non obstante contradictione, & appellatione extraiudiciali, debet consequi possessionem, & quare. decisio decima, numero 48. fol. 142

Electus, & confirmatus, qui de iure non poterat eligi, & confirmari sine dispensatione quid faciet, vt tuta conscientia possit ministrare. decis.16. numero 25. 206

Electores, vel confirmatores, aut præsentatores, an sint vocandi antequam Episco-

Digitized by Google

Episcopus cum electis confirmatis, vel præsentatis, qui de iure tunc non erãt habiles ad talia beneficia. decis. 16. numero 26. 206
Electores possunt impugnare propriã electionem ex facto eis nouiter detecto. decis. 16. nu. 27. 206
Emphyteosis ecclesiasticæ de sui natura non transit ad extraneos. decis. 49. numero 15. 505
Emphyteosis quare fuit prohibitum legare bona ecclesiasticã emphyteotica ecclesijs. decis. 49. nu. 9. 504
Emphyteosis, & locatio præcaria quo ad substantialia earum non differunt, cum a Doct. dicantur affines, & quare. decis. 1. nu. 34. 15
Emphyteota alienãs, & inducens emptorem in talem possessionem irrequisito domino directo, cadet a iure suo. decis. 49. nu. 6. 506
Emphyteota ignorãs rem esse emphyteoticam, & ideo non soluens Canonem, an sit priuatus inde iure suo. decis. 49. nu. 1. 503
Emphyteota voluntariè cessans a solutione Canonis, an sit priuatus iure suo. decis. 49. nu. 2. 503
Emphyteota non soluens propter ignorantiam non excusabitur, si Dominus directus probabit ipsum sciuisse possessionem esse emphiteoticam, & non soluisse. decis. 49. nu. 3. 503
Emphyteota an possit donare, vel legare rem emphyteoticã domino directo irrequisito, vel hæredem (etiam Ecclesiam) instituere in re emphyteotica ecclesiastica. decis. 49. nu. 8. 504
Emphyteota, an soluẽs partem Canonis, cadat a iure suo. decis. 1. nu. 65. 23
Emphyteota ipso facto nõ cadit a iure suo non soluendo per biennium, vel triennium Canonem, etsi ex hoc possit expelli. decis. 15. nu. 10. 185
Emphyteotica locatio semper in dubio dicenda erit facta solum ad tertiam generationem. decis. 1. nu. 1. 4
Emphyteotica locatio vsque ad tertiam generationem facta, finitur in nepotibus primi locantis. decis. 1. nu. 14. 7
Emphyteotica locatio in dubio semper facta intelligetur secundum consuetudinem locantium. decis. 1. nu. 4. 5
Emphyteoticus contractus de bonis ecclesiasticis factus ad quartam generationẽ (vbi adest consuetudo, vt non fiat nisi ad tertiam) erit vitiosus, saltem quo ad quartam generationem: etsi quamplurimi Doct. affirmant contractũ esse vitiosum. decis. 1. nu. 5. 5
Emphyteoticarum ecclesiasticarũ possessionum natura est, vt per mortem vltimi emphyteotæ ipsæ deuolutæ ad ecclesiam melioratæ possint tribui libere alteri, sicut dicitur de rei feudali, vt latius Panor. exemplificando docuit. decis. 1. nu. 30. 13
Emptor tertiæ, & quartæ partis bonorum hæreditatis, quam sibi vendidisset filius grauatus hæres institutus vniuersalis, erit tutus in vtroque foro, & non poterit de iure pro ipsis molestari a fideicõmissario: secus erit dicendum si emisset a filio non vniuersali hærede, sed solum in re certa: quia tunc non poterit disponere, nisi de sua legitima. decis. 14. nu. 15. 179
Emptores bonorum alicuius, qui instituerat hæredem filium proprium, & eius filios, non poterunt molestari a dictis filijs post mortem patris eorum, qui in vita sua, post tamen mortem sui patris illis vendiderat dicta bona hereditaria, & quare. decis. 7. nu. 13. 118
Empeum ex aliqua pecunia specialiter mutuata alicui, tacitè illud tale p illo mutuo obliganti, an pariat obligationem realem, & priuilegiatã in re taliter empta, virtute talis contractus mutui. decis. 12. nu. 10. 162
Emptum ex pecunia alicuius, nisi specialiter, vel generaliter hoc sibi fuisset obligatum non pariet, nisi actionem personalem. decis. 12. nu. 8. ibid.
Empta omnia aliqua pecuniæ quantitate specialiter mutuatæ ad ipsamet emenda: mutuanti specialiter sunt hypothecata, in tantum quod prior creditor dicti mutuatarij sit posterior in iure habendi ius super dicta re empta tali pecunia mutuata. decis. 12. nu. 1. 160
Episcopus admittens Monachum ad curã præcedente causæ cognitione, aut notorietate, dispensasse secum dicetur, de-

Digitized by Google

decif. 39. numero 12. 401

Epiſcopus præferre debet conſilium conſanguineorum teſtatoris teſtamentarijs executoribus diſcordantibus. decif. 31. nu. 7. 382

Epiſcopus, & generalis Vicarius faciunt idem tribunal. decif. 42. nu. 5. 460

Epiſcopus vbi contra reos poterit exequi executione reali, aut perſonali, erit ei abſtinendum a ſentétia excommunicationis. decif. 36. nu. 3. 393

Epiſcopus non poterit facere Eccleſiam deteriorem: & quare. decif. 51. numero 6. 512

Epiſcopus, & quilibet alter Iudex compellens vxorem habitare cum viro ſuo in caſu primæ concluſionis. tenebitur ei ad omne intereſſe inde paſſum. decif. 28. nu. 14. 333

Epiſcopus ſi per aliam cauſam, quam propter eius negligentiam in prouidendo de beneficijs vacantibus inciderit in ſuſpenſionem a collatione beneficiorum, tunc eius iuriſdictio non ad Capitulũ, vel Archiepiſcopum, ſed ad Papam deuoluetur, & quare. decif. 42. nu. 7. 460

Epiſcopus ſcienter conferens beneficium Eccleſiaſticum indigno priuatur poteſtate eligendi, vel conferendi, & huius poteſtas deuoluitur ad Papam, & non ad Capitulum, vel Archiepiſcopum, & quare. decif. 42. nu. 8. 461

Epiſcopus, ſi iurauit non alienare inconſulto Papa, & reperiatur facta alienatio, in qua nihil exprimitur de licentia Papæ obtenta: non præſumetur huiuſmodi ſolemnitas ex diuturnitate temporis, cum non conſtet inde vere, vel preſumptiuè Papam habuiſſe notitiam dicti contractus. decif. 1. nu. 88. 28

Epiſcopus iurans, quando teneatur tangere ſacram Scripturam. decif. 20. numero 49. 233

Epiſcopus non poterit de iure communi diſpenſare cum infami, & irregulari effecto propter condemnatoriam ſententiam diffinitiuã de crimine famoſo contra ipſum lata, & quare. decif. 27. numero 39. 317

Epiſcopus non poterit aliquem infamem bonæ famæ reſtituere, ſed Papa. deciſio 27. numero 2. 320

Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt quis obtineat duo beneficia diſformia in eadem eccleſia, non autem vniformia, niſi ipſa ſimilia eſſent annexa alijs, & non principaliter, & ſic per accidens duo beneficia curata quis poſſet in eadem Eccleſia retinere. decif. 16. nu. 16. 204

Epiſcopus poteſt cum ſuis ſubditis diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum, qñ illorũ redditus eſſent ita tenues, vt ex is non poſſent alimenta ſuſcipere, & quare regulariter hoc ſit prohibitũ Clericis. decif. 16. nu. 18. 205

Epiſcopus in diſformibus beneficijs, etiã in eadem poteſt diſpenſare, non autem in ſimilibus. decif. 16. nu. 20. 205

Epiſcopus peccat non diſpenſando vbi adeſt ratio diſpenſandi. decif. 46. numero 5. 493

Epiſcopo ſuſpenſo, non ideo dicetur ſuſpenſus Vicarius Diœceſis dicti Epiſcopi, quando Vicariatum ille obtinuiſſet non ab Epiſcopo, ſed ab Epiſcopi ſuperiore. decif. 42. nu. 17. 465

Epiſcopo mortuo naturaliter, vel ciuiliter, in quibus ſolum caſibus in iure expreſſis iuriſdictio deuoluitur ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ. decif. 43. numero 5. 470

Epiſcopi, quando poſſint punire regulares exemptos notorie, & ſcandaloſe delinquentes: etiam ſi ſint ex degentibus intra clauſtra: tam virtute conſtitutionis ſacri Concilij Tridentini, quàm extrauag. Clem. Octaui in anno 1595. decif. 23. nu. 12. 302

Epiſcopi, quando poſſint commutare vltimas voluntates teſtatorum, ſecundum Concilium Tridentinum. decif. 31. numero 8. 382

Epiſcopi debent conſentire executioni legati pij faciendæ per hęredes, & executores teſtamentarios, & quare. decif. 31. numero 8. ibid.

Epiſcopi, & Superiores Prælati occaſione cuiuſcunque ſententiæ ſiue mandati pœnam ſuſpenſionis, vel interdicti incurrunt: niſi fieret de ipſis ſpecialiter, & nominatim mentio in ſententia, ſiue mandato, aut iure, & quare. deciſio 29. nu. 61. 357

Epiſcopis, quomodo de iure deferatur iuramentum.

Digitized by Google

ranter tum. deciſ.20.numero 63. 236
Epiſcopis,& Sacerdotibus de conſuetudine introducta, quomodo iuramentum deferatur. deciſ.20.nu.64. 237
Epiſcopalis iuriſdictio,etſi vacante Eccleſia deuoluatur ad Capitulum, non autem illa repleta, ſed ad Papam, & quare. deciſ.42.nu.10. 462
Eſuriẽtem qui non paſcit, cum poteſt,occidit,ſi inde moriatur. deciſ.28.nu.16. fol. 333
Excipiens,quando non teneatur probare, quod excepit. deciſ.40. nu.136. 436
Excipiens tenebitur probare exceptionẽ, cum gerat in excipiendo perſonã actoris. deciſ.40.nu.128. 434
Excipiens non confitetur intentionẽ partis aduerſæ, nec litis conteſtatio fit per propoſitam exceptionem:& quare. deciſ.44.nu.35. 488
Excipiens non fatetur, neque negat, cum ponat factum ſeparatum a libello. deciſ.44.nu.17. 485
Excipiens,quando teneatur probare ſe nõ poſſidere. deciſ.44. nu.31. 487
Exceptio negationis poſſeſſionis, quare ſit proponenda ante litis conteſtationem. deciſ.44.nu.33. 488
Exceptio ad impediendam poſſeſſionem poſt collationem, quãdo agitur poſſeſſorio adipiſcendæ, regulariter non admittitur, niſi quando de defectu tituli, & proprietatis probaretur incontinenti. deciſ.10.nu.63. 144
Exceptio firmat regulam in caſibus exceptuatis. deciſ.29.nu.106. 368. & deciſ.42.nu.2. 458
Exceptio quando dicatur excluſio intentionis, & quãdo actionis. deciſ.44.numero 13. 484
Exceptio peremptoria obiecta libello nõ producit litis conteſtationem.deciſ.44. numero 7. 482
Exceptio dicentis ſe non poſſidere impedit litis conteſtationem, & quare. deciſ.44.nu.22. 486
Exceptio falſitatis cauſa differendæ ſolutionis non admittitur, ſi contra inſtrumẽtum regiſtratum opponatur.: tamen cautus ſit Iudex, vt in actis faciat deſcribi, vnde ſumpſerint hanc præſumptionem; ne in cauſa appellationis,vel ſindicatus, redarguatur de talis exceptionis reiectione,& idem conſulitur Iudici, qui noluit admittere dicta teſtium propter motum animi ſui. deciſ.10.numero 67. 144
Exceptio licet firmet regulam in caſibus non exceptuatis,tamen verificatur hoc ſolũ in caſibus diſſimilibus ijs, qui expreſſi ſpecialiter ſunt in iure cõmuni, vel municipali, nõ autem in ſimilibus: cùm ad eos fiat extenſio etiam ſi in ipſo iure eſſet dictio taxatiua, & dicti caſus ſimiles non reperirentur expreſſi in iure communi,vel municipali. deciſ.5. numero 16. 74
Exceptionem peremptoriam præſumitur proponens litem nõ conteſtari,& quarẽ, & quis ſit effectus talis propoſitæ exceptionis. deciſ.44.nu.30. 487
Exceptionem ſuã reus plene probare debet, ſicut actor ſuam intentionem, & quare excipiens dicatur actor. deciſ. 40.nu.131. 436
Exceptiones,quæ admittuntur contra intentantem in beneficialibus interdictũ adipiſcendæ poſſeſſionis,enumerantur, etſi regulariter non admittatur exceptio concernens defectum proprietatis ante adeptam poſſeſſionem: & quare. deciſ.10.nu.51. 142
Excommunicari non poterit excommunicatione maiori, niſi pro mortali peccato. deciſ.52.nu.157. 554
Excommunicari iuſtè nemo poterit, niſi pro mortali peccato cõtumaciæ, ac per conſequens niſi pro futuro peccato, vt futurum eſt,& non vt præteritum. deciſ.29.nu.42.& 43. 351
Excommunicari nemo iuſtè poterit in ſpecie, aut in genere non præmiſſa monitione. deciſ.29.nu.45. 352
Excommunicari nemo poterit iuſtè pro peccatis præteritis etiam notorijs, cum etiam in notorijs neceſſaria ſit monitio:eo quod ſolum ferenda ſit pro contumacia, & non pro peccato alio etiam graui,& quare. deciſ.29. nu.46. 353
Excõmunicari pro peccato notorio quare quis iuſtè non poſſit nõ præuia monitione. deciſ.29.nu.56. 355
Excommunicans aliquem iniuſtè incurrit ſacrilegiũ, & quare. deciſ.29.n.64.358

Excom-

Digitized by Google

Excommunicans aliquem iniuſtè, tenebitur ei ad omnes expenſas inde faciendas a tali excommunicato, & ad omne alind intereſſe illi inde datum, nec non veniet etiam puniendus arbitraria pœna a ſuo Superiore, & quare. deciſ. 29. nu. 62. 357

Excommunicans aliquem iniuſtè nullam ex ſupradictis pœnis incurret, ſi conſenſerit ipſe excommunicatus, & quare. deciſ. 29. nu. 68. 359

Excommunicatus quis erit vitandus. deciſ. 50. nu. 8. 509

Excommunicatus ſemel ſemper habendus erit pro excommunicato, niſi ſe abſolutum probauerit. deciſio 48. nu. 1. 501

Excommunicatus regulariter erit abſoluendus a ſuo excommunicatore, licet ipſa abſolutio non fuerit ſibi reſeruata. deciſ. 47. nu. 4. 498

Excommunicatus poſt appellationem factam, celebrare, & alia facere non prohibetur: ſed communicantes ei non erunt tuti, donec docti fuerint de nullitate excommunicationis, & vitabuntur etiã in iudicialibus. deciſ. 50. nu. 10. 509

Excommunicatus propter participationẽ cum excommunicatio in crimine criminoſo a quo ſit abſoluendus, & quare. deciſ. 47. nu. 2. 498

Excommunicatus ex iniuſta cauſa conſequitur inde actionem iniuriarum intẽtandum coram Summo Pontifice, vel alio inferiore Prælato excõmunicatoris, tamen Superiore: a quo extimanda erit quanti illa redimenda eſſet: & quare. deciſ. 29. nu. 63. 357

Excommunicatũ, cui non conſtat niſi per famam fuiſſe, abſtinere is debebit a celebratione Miſſarum, & alijs, a quibus cæteri excommunicati abſtinere tenentur. deciſ. 50. nu. 9. 509

Excommunicato, vel ſuſpenſo Epiſcopo eius iuriſdictio non deuoluitur ad Capitulum, ſed recurrendum eſt ad Papã, vt ipſe prouideat Eccleſiæ illius, cum ad illum ſolum deuoluatur iuriſdictio. deciſ. 42. nu. 9. 462

Excommunicatio, vel alia ſentẽtia fulminata poſt appellationem, vel Iudicis recuſationem, eſt ipſo iure nulla, & quare. deciſ. 37. nu. 4. 396

Excommunicatio erit prõbanda argumentis apertiſſimis ad conuincendum quẽ excommunicatum. & quare. deciſ. 50. numero 13. 510

Excommunicatio fulminata contra aliquem pro præterita culpa, vt præterita eſt ſecundum Sotum, eſt ipſo iure nulla: tamen reuera licet fuerit iniuſta, nõ tamen erit nulla. deciſ. 29. nume. 44. fol. 352

Excommunicatio quare dicatur medicinalis. deciſ. 29. nu. 55. 354

Excommunicatio in notorijs poterit fulminari, nulla præcedente monitione, ſed quando hoc locum habeat inferius probabitur. deciſ. 29. nu. 57. 355

Excommunicationis ferendæ ab homine de iure ſola contumacia eſt cauſa; quia etſi notorius peccator poſſit condemnari, non tamen excommunicari monitione non præmiſſa. deciſ. 29. numero 47. 353

Excommunicationis ſententia ab homine regulariter nõ poterit promulgari, niſi præcedente trina monitione facta competenti tempore. deciſio 29. numero 60. 356

Exiſtens in vno territorio, & iaculo percutiens exiſtentem in alio, a quo Iudice erit puniendus. deciſ. 32. numero 1. fol. 383

Exiſtens in Eccleſia ſi aliquid iaciens percutiat aliquem extra exiſtentem, an immunitate Eccleſiæ gaudeat. deciſ. 32. nume. 19. 386

Excuſetur quando a peccato, & reſtitutione is, pro quo fuit iniuſtè iudicatum. deciſ. 15. nu. 65. 199

Excuſandus licet regulariter nemo ſit, niſi pro maxima cauſa; tamen quælibet contumacia quantumcũque erit digna excommunicatione. deciſ. 29. nu. 53. 354.

Executio ſententiæ per appellationem ſuſpenditur vſque ad diffinitiuum iudicium ſuper eam. deciſ. 40. nu. 11. 408

Executio ſententiæ, etſi poterit retardari vſque ad quadrimeſtre, prout de iure cautum eſt, tamen a Iudice id tempus poterit arctari, & prorogari, deciſ. 10. nu. 14. 137

Executio ſententiæ per appellationẽ non impeditur, etſi admittatur appellatio.

Digitized by Google

de iure Canonico, secundum aliquos. decis. 10. nu. 31. 139
Executio pacti nudi, etiam in terris Imperij in foro Ecclesiastico peti poterit per viam denunciationis Euangelicæ. decisio 20. numero 134. 252
Executio nó impeditur super possessorio per appellationem ab ipsa. decis. 10. numero 79. 146
Executionis modus, quando dicatur excessiuus, vt faciat admitti appellationé ab executione: tamen exprimédus erit talis prætensus excessus, & quare. decis. 10. nu. 111. 152
Executor merus non poterit excusari, nec ab eo appellari: & quare. decisio 10. numero 56. 143
Executor nullo pacto tenetur cessare ab executione propter quascunque exceptiones, quotiescunq; iudicat illas opponi per malitiã, causa retardandę executionis. decis. 10. nu. 57. 143
Executor merus in executione neminem citare tenebitur, & quare. decisio 10. nu. 135. 157
Executor merus non poterit audire comparentem, & volentem dicere in personam electi, & quare. decis. 10. numero 29. 139
Executor merus non poterit recusari, nec ab eo appellari: secus si non esset merus, & quare. decis. 10. nu. 20. 138
Executor non tardabit executionẽ, quando cognouerit aliquam exceptionem proponi per malitiam causa differẽdæ executionis. decisio decima, num. 65. fol. 144
Executore a mero nõ appellatur, etsi contradictor admittatur, & quare. decis. 10. nu. 105. 151
Exemptio facta in vno, non extendit suos effectus ad alia. decisio 53. numero 3. fol. 572
Exhibere nemo tenetur aduersario, quod sibi aduertitur. decis. 40. nu. 108. 429
Expositio cap. 1. de suppl. neglig. Prælat. in sexto. decis. 42. nu. 4. 459
Extensio in pœnis regulariter non fit. decis. 29. nu. 40. 351
Extrauagãs Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alien. in Regno fuit recepta; & obseruantur omnia contenta in ipsa, & quid doceat. decisio 32. nu. 71. 533
Extraug. Execrabilis. de præben. non habet locũ in beneficijs simplicibus. decis. 16. nu. 9. 203

F

FAcere nemini licebit contra consuetudinem aliquam, vel ius, nisi de iure leges condere, alias peccaret, nisi ex iusta causa hoc faceret. decis. 1. numero 101. 33
Facere sine solemnitate necessario requisita, & aliquid non facere parificantur. decis. 2. nu. 58. 450
Faciens per alium per se ipsum verè facere dicitur fictione iuris. decis. 23. numero 3. 300
Factum lege permittente non meretur pœnam. decis. 29. nu. 83. 362
Factum quid dicatur contra bonos mores de iure ciuili, & quid de iure Canonico. decis. 20. nu. 208. 270
Factum per annũ, vt aliquid dicatur, propriè oportebit illud factum fuisse per annum continuum. decis. 24. numero 7. 305
Facta a Iudicibus vltra eorum iurisdictionem pro infectis erunt habẽda, & quare. decis. 30. nu. 11. 376
Facta contra ius pro infectis habentur. Nec præstat impedimentum, quod de iure non fortitur effectum. decis. 25. nu. 7. 308
Facta iure prohibente, pro infectis erunt habenda. decis. 30. nu. 23. 379
Facta lege prohibẽte nullum de iure producunt effectum, cum pro infectis habeantur in fauorem agentis. decis. 52. nu. 13. 522
Factis contra legẽ si non valet, quod ago, vt ago, valebit, vt valere potest. decis. 1. nume. 6. 5
Falsitas non nocibilis, an sit punibilis, & qua pœna. decis. 26. nu. 17. 316
Falsitatis crimen est sufficiens ad priuandum aliquem beneficio suo. decis. 26. nu. 10. 314
Falsarius an dicatur scribens nomine alieno, ipso inscio. decis. 26. nu. 1. 312
Falsarius (de quo est sermo) qua pœna puniendus erit. decis. 26. nu. 2. ibid.

Digitized by Google

Falsarius dicitur vẽdens rem eandẽ duobus. decis.26. nume.14. 315
Falsarius,quibus pœnis veniat puniendus de iure Canonico. decis.26.nu.6. 313
Falsificans scripturas priuatas, punitur pœna falsi,sicut falsificans publicas, tam in foro seculari, quàm in foro Ecclesiastico. decis.26.nu.4.
Falsi pœna non solum punietur Iudicem corrumpens, verum etiam corrumpere attentans, etsi non sequatur effectus. decis.26.nu.21. 317
Falsi pœna veniet puniendus quis etiam in scriptura priuata, si illa faceret aliquam præsumptionem contra aliquẽ. decis.26.nu.11. 314
Facultas concessa alicui de ingrediendo Claustra Monialium expirat in primo ingressu, & quare. decisio 21. numero 50.
Facultas vendendi feudum, si alicui data est, is hypothecare illum non poterit. decis.2.nu.44. 45
Facultate appellandi, vt quis post decem dies a die latæ sententiæ priuetur, quid necessario requiratur. decis.40.numero 58. 418
Felini sententia in materia puniendi delictum in vno loco cęptum, & in alio finitum,declaratur.decis.32.nu.15. 385
Fœmina dicitur aliquo pacto caput, & finis familiæ. decis.4.nu.33. 67
Ferens sententiam diffinitiuam ipsam exequi poterit, non autem reuocare, & quare. decis.40.nn.48. 415
Feudum antiquum,& paternum dicitur illud, quod acquisiuit aliquis ex ascendentibus pro se, & omnibus descendentibus filijs legitimis,& naturalibus. decis.2.nu.1. 37
Feudum nouissimè acquisitum cum clausula in inuestitura contenta, quod in omnibus habendum sit pro antiquo, & paterno, vel iure feudi antiqui dicetur antiquum,& paternum, & taliter infeudatus gaudebit in omnibus priuilegio feudi antiquì,& paterni. decisio 2.numero 2. 37
Feudum dicitur gratiosa concessio. decisio 2.nu.3. ibid.
Feudum dicitur quidam contractus. decisio 2.nu.6. ibid.
Feudum poterit appellari grãtia. decis.2. nume.15. 39
Feudum nemini licere in totũ, vel in partem vẽdere,vel pignorare, vel quomodolibet distrahere etiam pro animæ salute sine permissione illius domini ad quem de iure ipsum spectare dignoscitur,probatur. decis.2.nu.41. 44
Feudum, vel eius fructus non poterit grauari, vel aliàs obligari pro debitis feudatarij post mortem eius. decis.2. numero 52. 47
Feudi antiqui in successione dari ius accrescendi asseritur, & luculentissime probatur,& quid sit ius accrescẽdi. decis.2.nume.8. 38
Feudi paterni per alienationem feudum ipsum reuertitur ad agnatos, omisso domino directo, & consentiente alienationi, si non consentijssent agnati: & huius assertionis verissimæ quatuor reddũtur rationes. decisio 2. numero 24. 40
Feudo,vel emphyteosi a Principe concessa datur ius accrescendi. decis.2.numero 13. 39
Feudo nouo,& non paterno,quãdo detur & ius accrescendi. decis.2.nn.20. 40
Feudo antiquo,& nouo qui succedãt. decis.2.nu.28. 41
Feudorum in iure vbi non reperitur aliquid specialiter decisum cõtra ius commune,tunc standum erit decisioni iuris communis. decis.2.nu.14. 39
Feudatarius quoad quid comparetur vsufructuario alicuius possessionis. decisio 2.nu.4. 37
Feudatarius, an de feudo possit disponere in sua morte. decisio secunda, numero 46. 45
Feudalis res alienari non potest sine assensu domini directi ipsius rei feudalis, nec legari pro salute animæ,& quare. decisio tertia,nu.4. 52
Fides vnde dicatur. decisio 20.nume.82. fol. 240
Fidei præstatio, & iuramentum æquipollens, & quare; licet minor pœnitentia erit imponenda venienti contra fidem, quam contra iuramentum. decisio 20. nu.13.& 28. 226.& 228
Fidei præstatio, & iuramentum æquiparantur

Digitized by Google

natur quo ad validitatem actus, & obseruantiam contractus, vt est communis opinio. decis.20.nu.34. 229

Fideicommissum relictum per lineam masculinam descendentibus non comprehendet fœminas per masculos descendentes,& multo minus masculos per fœminas: & idem de emphyteosi, & quare. decis.4.nu.34. 67

Fideicommissa tanquam odiosa, etsi non præsumantur,tamen si verba,& voluntas vrgeant,tunc præsumentur. decis.7. nume.22. 119

Fideicommissa,vt odiosa non præsumuntur. decis.4.nu.2. 60

Fideicommissaria substitutio quibus verbis fiat. decis.7.nu.16. 119

Fideiussor obligatur solum per stipulationem. decis.21.nu.28. 290

Fideiussor se obligans pro tempore limitato,facta prorogatione ipsius temporis a partibus, non tenebitur pro tempore prorogato, nisi de nouo consentiisset. decis.21.nu.32. 291

Fideiussor obligatus ad certum actum, ac tempus respiciens finem obligationis, non censetur obligatus pro illo actu prorogato,si non consentiret de nouo. & quare. decis.21.nu.33. 291

Fideiussor liberatur a vinculo fideiussionis,si à creditore, vel Iudice prorogetur statutum tempus comparendi, vel soluendi. decis.21.nu.20. & 38. 289. 292.289.

Fideiussor obligatus ad tẽpus. non remanet obligatus prorogato simpliciter tẽpore.& quare. decis.21.nu.23. 290

Fideiussor ab obligatione prorogata, pro qua fideiussit, remanet liberatus. decis.21.nu.16. 288

Fideiussor liberatur si is,pro quo præsentando Iudici fideiussit, captus ab ipso fuisset, & postea aufugisset. decis.21. nu.17. 288

Fideiussor eius, qui captus postea à Iudice, & carceri mancipatus à carceribus aufugit, quando teneatur illum denuo præsentare Iudici. decis.21.num.19. car. 289

Fideiussor in dubio in stipulatione nouan re non intelligitur obligari. decis.21. nu.36. 292

Fideiussor præsentans principalem carceri sicut promiserat, si ille postea aufugisset, non tenebitur eum iterum præsentare: & quare. decis.21. num.39. car. 292

Fideiussor finito termino conuento liberatur à fideiussione, etiam si illud fuisset prorogatum a partibus,ipso non cõsentiente:& quare. decis.21.nu.48. 293

Fideiussor non vocatus in ius, non lędetur actis principalis debitoris. decis. 21.nu.49. 294

Fideiussoris nouus consensus necessario requiritur, vt teneatur pro conducente post impletũ conductionis tempus statutum. decis.21.nu.9. 287

Fideiussores pro prorogato tempore non tenẽtur, nisi promisissent restituere id, pro quo fideiusserunt. decis.21.nu.45. car. 293

Fideiussores non tenebũtur vltra tempus statutum fideiussionis de bona custodia carceris, quando custodes promisissent seruire, & custodire castrum: secus si promisissent restituere,& ad hoc dedissent fideiussores, si post illud tempus castrum fuisset deperditum. decisio 21. nu.34. 291

Fideiussionis munus clericis est interdictum: & ideo fideiussio talis facta regulariter esset nulla: & quare. decis.21. nu.6. 286

Fieri aliquid propter societatem quotupliciter dicatur. decis.41.nu.28. 454

Filius naturalis,vt legitimus efficiatur per subsequens matrimonium, quæ necessario requirantur. decis.6.nu.16. 102

Filius naturalis, qui potuit legitimari per subsequens matrimonium, non poterit legitimari per Principis rescriptum. decis.6.nu.68. 114

Filius legitimatus per subsequens matrimonium comprehendetur in omni instrumento, vel statuto,aut alia dispositione faciente mentionem de filijs legitimè natis. & in materia restringibili. decis.6.nu.30.& 40. 105.& 107

Filius legitimatus per subsequens matrimonium non solum dicitur legitimatus quo ad successionem hæreditatis paternę,ac maternę,verum etiam quo ad successionem hæreditatis agnatorũ, & cogna-

Digitized by Google

cognatorum illorum & vltra talium ſucceſſionem excludunt omnes ſubſtitutos illis,& ſic in feudo,& in iure patronatus nu.38.& num.45.etiam ſi dicatur ex ſuo corpore legitimè deſcendentes, & quare. deciſ. 6. num. 31. 32. 33. 36.48. & 50. fol.105.106. & 108. & 109.

Filius ſi ſit inſtitutus hęres,unà cum alijs extraneis, tunc extranei dicentur ſimul uocati cum filio. deciſione. 7. nu. 4. 116

Filius & nepotes ſi inſtituantur hæredes, non dicentur ſimul inuitati, ſed ordine ſucceſſiuo: & quid denoter inſtitui ordine ſucceſſiuo. deciſ.7. num.8. carta. 117

Filium natum ex clerico ſolum in minoribus conſtituto, & libera, per ſubſequens matrimonium contractum inter eos, antequam renunciaſſet ipſe clericus beneficium, dicendum fore uere, & proprie filium legitimum, & naturalem dicti Clerici, & non differre à quocunque legitimo, & naturali filio cuiuſcunque in omnibus, probatur peroptime. deciſione 6.nu. 25. 104

Filium ſororis alicuius non eſſe de familia paterna ipſius ſororis,probatur. deciſ.4.nu.11. 62

Filij legitimantur per ſubſequens matrimonium celebratum etiam ſine dotalibus inſtrumentis, & alijs ſolemnitatibus requiſitis de iure ciuili tam in terris Eccleſię, quàm Imperij, & quare. dec.6.nu.57. 111

Filij non ſunt in poteſtate matrum,ſed patrum, & quare. deciſione 4. numero 13. 62

Filij in teſtamento patris præteriti nulla expreſſa cauſa, rumpunt teſtamentum, & uenient ab inteſtato. dec. 7. nu.10. carta. 117

Filiorum quoad libertatem aſſequendam ſtatus matris liberæ attenditur,tempore ſcilicet conceptionis, uel natiuitatis filiorum. dec.6.nu.17. 102

Filiusfamilias obligatur ex omni contractu, & contra ipſum procedit uſque ad capturam, ſed mortuo filio poſt litis conteſtationem transfertur iudicium in patrem ſolum peculio, & de eo, quod in rem ipſius patris uerſum eſt. dec.20.nu.225. 277

Filiusfamilias quando ex contractu facto incurrat obligationem in ciuitate Genuenſi. dec.20.nu.222. 275

Filiusfamilias acquirens aliquod peculium,de ipſo diſponere non poterit ſaltem quoad uſumfructum eius: cum ille tranſeat ad dominium patris. dec. 20. nu.6. 224

Filiusfamilias procurator eſſe poterit. deciſ.40.nu.100. 426

Filia grauata reſtituere hæreditatem ſi ſine filijs decedat, poterit ſtatim in uita, & in morte diſponere de ſua legitima, ideſt de tertia parte ualoris bonorum hæreditatis, & de quarta parte (ultra dictam tertiam) aduenientę conditione, propter quam tenebatur hæreditaria bona reſtituere, & quare. dec.14.nu.13. 179

Filia nupta extra familiam, non dicetur de familia patris, ſed mariti,& quare. dec.4.nu.14. 62

Filia cum iuramento renuncians hæreditati paternæ ſuccedit fratri mortuo ab inteſtato poſt mortem patris etiam in bonis paternis, & quare. dec. 13.nu. 5. 172

Filiarum appellatione non tantum ueniunt iam natę tempore legati, aut teſtamenti, uerum etiam & poſthumæ. dec.41.nu.16. 450

Filiabus datur a iure actio contra patres ad aſſignandas ſibi dotes. dec.41.nu.3. carta. 447

Filiatio etſi directè probari non poſſit, tamen probatio filiationis ſufficiet, ſi fiat per famam uicinæ, uel per præſumptiones, ex eo, quia pater nominabat talem ſuum filium, uel per ſimilia, & quare. deciſ. 6. numero 60. carta. 112

Filiationis quando quis conſtituatur in poſſeſſione. dec.6.nu.63. 112

Forma optima ſeruanda in condemnatione expenſarum facienda. dec.40.num. 168. 445

Forma & ſolemnitas eſſentialis alicuius actus nunquam preſumitur: & quare. dec.52.nu.109. 548

Forma

Forma traditio à lege in dubio deberc enseri substantialis, & de essentia actus; vnde eius omissio ipso iure viciat actum dec. 52. nu. 115. 542
Forma & essentialis solemnitas, quando & quare non præsumatur. dec. 52. num. 120. 544
Formæ essentialis seruandæ in solemnitate iuris adhibenda in alienatione bonorum Ecclesiasticorum ommissio, constituit emptorem in mala fide. decis. 52. nu. 161. 555
Forum quis sortitur ratione delicti, etiam inchoati, & quare. dec. 32. nu. 3. 383
Foro pœnitentiali in dubio asserendum erit esse mortale, & quare. dec. 50. nu. 2. 507
Foro fori, ubi agitur de pœna imponenda pro irregularitate incursa, in dubio dicendum erit nullam irregularitatem incursam. dec. 50. nu. 3. 507
Foro pœnitentiali, uel quasi, dubius de incursu excommunicationis, vel alterius pœnæ, & aliquando in foro fori debebit reputari incursus. dec. 50. num. 5. carta. 508
Frater fratri in eius feudo succedit, & filius præmortui fratris patruo, si pereant, nõ superstitibus legitimis filijs eorum. dec. 2. nu. 18. 39
Frater & eius filij, si instituantur hæredes, primò admittentur frater, deinde filij ordine successiuo, & quare. dec. 7. nu. 11. 117
Frater dotare tenetur etiam de suo peculio sororem. dec. 13. nu. 16. 174
Frater consendatarius extraneum, & non fratrem superstitem instituens in portione feudi sibi competente, priuabit illum hæredem tali portione, & idem dicitur de filio fratris (præmortui) superstite, & quare. dec. 2. nu. 25. 41
Fructus ex contractu contra ius inito nõ quam quis lucratur. decis. 52. num. 43. carta. 528
Fructum ex eo quis consequi non debet, quod nixus fuit impugnare. decis. 30. nu. 21. 379
Furtum quid sit. dec. 28. nu. 17. 333
Furtum quid sit. dec. 52. nu. 94. 537
Offerentes ac donantes sua bona Ecclesijs, cuius intuitu illa conferant. dec. 52. numero 95. 537
Furans in uno territorio, repertus cum furto in alio, an ibi puniri possit. dec. 32. nu. 13. 385

G

GRatia non concessa ad certum tempus intelligetur ad perpetuum. dec. 17. nu. 15. 213

H

HAbens beneficium Curatum, si aliud Curatum recipiat, & monitus primum non resignauerit, utroque priuabitur. dec. 16. nu. 7. 202
Hæres scriptus in possessionem nititur, non obstante contradictore prætendente falsum, uel inofficiosum fuisse testamentum, cuius uirtute hæres scriptus fuit in possessionem missus. decis. 10. nu. 6. 137
Hæres institutus non dicitur factus locupletior, nisi post ipsius hereditatis aditionem. dec. 15. nu. 30. 190
Hæres non poterit aliquis institui in re sibi de iure debita. dec. 2. nu. 50. 46
Hæres non dicitur possidere hæreditatem, nisi illam apprehenderit, & quarè. dec. 10. nu. 98. 150
Hęres petens immitti in possessionem, & ostendens testamentum, non tenebitur probare mortem testatoris, & quare. dec. 10. nu. 106. 151
Hęredes per Ecclesiasticum iudicem poterunt compelli ad satisfaciendum locis a suo testatore pro damnis illatis: cum ad hoc etiam teneantur de iure ciuili. dec. 20. nu. 177. 262
Hæredes tenentur exequi mandata testatorum, aut renuntiare hæreditati, sed si ad hoc non compellerentur à iudicibus secularibus, tunc creditoribus daretur aditus recurrendi ad forum Ecclesiasticum, & quare. dec. 20. num. 170. carta. 263
Hæredes promittentes aliquid medio iuramento, licèt non possint conuenire in foro Ecclesiastico quo ad pœnam periurij; bene tamen quo ad obseruantiam iuramenti facti ab eo, cuius quis

Digitized by Google

eſt hęres, & quare. dec.20.nu 175.
Hereditas non dicitur eſſe in bonis inſti tuti ante eius aditionem. dec.1. num. 50. 18
Homicidium unde dicatur. deciſ.32.nu. 16. 386
Homicidium committens excedendo mo deramen inculpatæ tutelę de iure non poterit puniri pęna ordinaria. dec.29, nu.96. 366
Homicidium uoluntarium quid ſit. dec. 29.nu.26. 346
Homicidium aliquod eſſe caſuale, & non uoluntarium ex quibus coniecturis col ligatur. dec.29.nu.27. 346
Homicidium aliquod non fuiſſe uoluntarium probatur ex qualitate ictus. dec. 29.nu.35. 348
Homicidium culpa, & non dolo commiſſum non erit puniendum pœna ordinaria. dec.29.nu.82. 362
Homicida uoluntarius non gaudebit hodie immunitatem Eccleſiæ. deciſ. 32. nu.20. 387
Homicida quod fecit ſemper expectet. deciſ.46.nu.2. 493
Homicida, ut pœna ordinaria iuris puniri de iure poſſit, requiritur, ut dolosè interfecerit aliquem,& quare. dec.29. nu.91. 365
Honor (loquendo ciuiliter)erit pręferendus omnibus alijs rebus temporalibus, ac uitæ propriæ,& quare. dec. 29.nu. 35. 348
Hypothecam is tacitam habet ſuper illud, quod ex eius efficitur pecunia; ſi ad hoc ipſius fuit pecunia mutuata: hoc tamen deficiente habebit obligationem perſonalem, & idem dicitur de re empta: ſi ad hoc ipſum fuiſſet mutuata pecunia. dec.12.nu.5. 161
Hypotecatio prior tempore ſuper re feudali, nullo aſſequuto aſſenſu Domini directi, erit de iure poſterior hypothecatione poſteriore ſubſequuto aſſenſu ſupradicto,ac per conſequens creditor huiuſmodi poſterior tempore, erit prior in iure, & præferretur illi priori in aſſequendo quod ſibi debetur,& quare. dec.3.nu.1. 51
Hypothecatio rerum feudalium quid de eſſentia requirat. dec.3.nu. 5. 52.

I

Iaculans in uno territorio contra exiſtentem in alio,& non percutiens punietur a Iudice iaculationis. deciſ. 32. nu.21. 387
Iaſon conſultius loquens ait, Prælatum poſſe in acquirendis aliquando præiudicare ſuæ Eccleſiæ collegiatę, in acquiſitis uero non. dec.15.nu.16. 186
Identitas promouendi ad beneficium quo modo debeat conſiderari. dec. 39. nu. 19. 402
Ignoraſſe ius ſuum quis in dubio præſumitur. dec.1.nu.73. 25
Ignorantia quando excuſet. dec. 52. nu. 166. 556
Ignorantia quando dicatur probari, & quãdo ignorantes teneantur ſuam probare ignorantiam. deciſ. 40.num.141. carta. 141
Ignorantia preſumitur, ubi ſcientia non probatur. dec.40.nu.129. 435
Ignorantia quando dicatur probari, & a quo ſit probanda. deciſ. 40.num.137. carta. 437
Ignorantia in muliere,minore, & ruſtico preſumitur, ut inde iurantes, eorum iuramentum eis non noceat, ut uideantur cogitaſſe de ſucceſſione ab inteſtato. dec.13.nu.14. 173
Ignorantia facti non iuris excuſat in iudicio. dec.40.nu.130. 436
Ignorantia circa quæ præſumatur, & circa quæ ſcientia,& quomodo probetur. dec.40.nu.132. 436
Ignorantia licet in facto proprio interdũ ſit; tamen probabilior eſt in facto alieno,& ubi hæc ignorantia habet locum. deciſ.40.nu.133. 436
Ignorantiam allegans tranſmittit onus probandi ſcientiam ad aduerſarium. dec.40.nu.140. 437
Illatio non fit ex diuerſis. dec.34. nu. 3. carta. 390
Illicitum quid dicendum. deciſ. 10. nu. 129. 155
Impedimentum temporale in matrimonijs,quod tolli ſperatur etiam cum corporis periculo non irritat matrimonium. dec.6.nu. 2. 101.

Impedi-

Digitized by Google

Impedimentum non præstat,quod de iure non fortitur effectuma dec. 30. nu. 22. 379. dec.15.nu.32. 191
Imperator,uel quilibet dominus directus alicuius feudi antiqui non poterit de iure assensum præstare tam in uita,quã in morte feudatarij,& eius hliorum,de scendentiumque legitimorum in præiudicium agnati proximioris , ipso non consentiente , & alienatio ipsius facta uirtute talis assensus erit ipso iure nulla , nullumque sortietur effectum in prçiudicium agnati proximioris post mortem ipsius feudatarij obtinentis talem assensum pro se,& suis filijs legitimè descendentibus,& quare. decis. 2. nu.56. 48
Imperator non potest de iure auferre ius competens uni , & illud tradere alteri sine rationabili causa. dec.2.nu.5. 37
Impugnatio prima quæ affertur à parte aduersa , contra petitam admissionem appellationis factç a Magnifico Boerio. dec.5.nu.10. 72
Impugnatio secunda. dec.5.nu.11. 73
Impugnatio tertia. dec.5.nu.12. 73
Impugnatio quarta. dec.5.nu.13. 73
Imputari ei non poterit per quem non stat,quin aliquid faciat. decis.23.nu.7. carta. 301
Incontinenti aliquid fieri , quando dicatur ab eo,qui vult propulsare iniuriam realem,uel personalem. dec. 29.num. 30. 347
In debitum recipere, uel illicitum facere, uel in pœnam incidere non includitur in mandato generali , etiam si illud fit cum libera , &c. etiam si dominus causæ iurasset non contrauenire facto procuratoris,& quare. dec. 10. num. 128. carta. 155
Infamia est triplex , scilicet ciuilis, Canonica , & infamia facti , & quibus modis contrahatur infamia ciuilis. decis. 27. nu.11. 321
Infamia iuris ciuilis duplex. dec. 27. nu. 25. 323
Infamia iuris quotupliciter irrogetur. decis.27.nu.18. 322
Infamia,quæ ex pœna procedit, maior est quam quç ex sententia: & statim sortitur suum effectum ut efficiat inhabilem ad quæcunque beneficia obtinenda. dec.27.nu.3. 320
Infamia quando incurratur per sententiã condemnatoriam , & quando non,traditur optima norma. dec.27.nu.4.321
Infamia iuris non contrahitur per sententiam interlocutoriam,uel arbitri, & sic non per sententiam banni , sed solum per diffinitiuam. dec.27.nu.12. 321
Infamis in uno loco,erit ubique infamis, & quare. dec.27.nu.13 322
Infamis infamia iuris est irregularis , & quare. dec.29.nu.66. 359
Infamis & irregularis uenit de iure priuandus suis beneficijs,& quare. decis. 29.nu.67. 359
Infamis infamia iuris effectus est irregularis. dec.27.nu.35. 326
Infamis qui est effectus infamia iuris , & irregularis de iure uenit priuandus beneficijs iam obtentis,& effectus est inhabilis ad obtinenda beneficia non prç uia dispensatione. dec.27.nu.36. 326
Infames omnes secundum leges sunt infames secundum canones. dec.27.num. 21. 322
Inferior Papa poterit dispensare cum suo subdito , ut in eadem Ecclesia teneat unicum personatum , uel Officium cũ Canonicatu, & præbenda , cum & hoc possit consuetudo in duobus difformibus beneficijs. dec.16.nu.14. 203
Inimicis capitalibus se tradere nemo tenebitur. dec.28.nu.6. 330
Iniuria facta communiter prælato , & capitulo non poterit remitti à prçlato solo. dec.1.nu.58. 20
Iniuriarum actio licèt sit priuati iuris,tamen condemnato irrogat infamiam. dec.27.nu.17. 322
Iniuriarum occasio non debet oriri unde iura nascuntur,nec iuri alterius detrahendum erit. dec.43.nu.36. 474
Iniustum aliquid facere ex suo genere est peccatum mortale . decis.46. num.14. carta. 495
Innocentij sententia dicentis , quod ubi præcessit contumacia etiam extraiudicialis,poterit sequi excommunicatio sine alia monitione : quomodo intelligenda. dec.29.nu.49. 353
Innocentes sunt adiuuandi , & liberandi ab

Digitized by Google

di ab iniustis oppressoribus. decis. 30. nu.4. 374
Innouandum nihil erit infra tempus constitutum a iure de aliquo agendo. dec. 1.nu.67. 24
Inspiciendum non erit id, quod quis dicit se credidisse, sed id, quod credere debebat,& quare. dec.40.nu.84. 423
Institutio facta in uno casu, trahitur ad alium, de quo si testator cogitasset, idem uerisimiliter statuisset. dec.4.nu. 9. 61
Institutio facta per, cum, admittit omnes simul uocatos, etiam si essent personæ, inter quas cadit ordo affectionis, & charitatis. decis.7.numero 3. carta. 115
Institutio directa, quæ dicatur. decis. 7. nu.20. 119
Institutio breuiloqua simpliciter facta interpretatur directa,& non fideicommissaria. dec.7.nu.15.& 18. 118.119
Institutus hæres mittendus erit in possessionem bonorum hæreditariorum,si ille probauerit esse talia bona, non obstante contradictore, qui postea audietur in iudicio competenti. dec.10.nu. 4.& 23. 134.& 138
Institutus hæres ante ipsius hereditatis additionem, non dicetur factus locupletior,& quare. decis.15.numero 14. carta. 186
Institutus compendiosè si decesserit uiuo testatore instituente, is, qui ei erat substitutus admitteretur ex vulgari tacita specialiter,& expressa generaliter contenta in compendiosa, & quare. decis. 14.nu.8. 177
Institutus in Ecclesia,ut Claustralis debet habere socium,secus si habet Rectoriã, tanquam quilibet Clericus secularis. dec.39.nu.22. 403
Instrumentum celebratum a promittente aliquid cum iuramento habet executionem paratam contra promittentem, & idem dicitur contra utentem his uerbis, uidelicet si sum nobilis, si sum Princeps promitto hoc. decis.20. nu 35. 229
Instrumenti alienationis bonorum Ecclesiæ ex facie poterit constare de iuris solemnitate obseruata,uel contempta, ac per consequens de eius ualore,cum inde cesset omnis præsumptio. decis.52. nu.73.140.141. 534.& 549
Instrumento uel scripturæ extractæ de archiuio publico creditur, quia dicitur publicum testimonium habere illud, & quando. dec.9.nu.4. 124
Instrumento producto ex archiuio publico, etiam non publicato manu notarij, quando credatur. dec.9.nu.13. carta. 126
Intellectus uerus sententiæ Hostien. & Francisci Pauli redditur. dec.42. nu. 16. 464
Intellectus uerus c.super eo.de præben.in sexto. dec.16.nu.17. 204
Intellectus uerus tex.in c.quod Dei timorem.extra de statu Monachorum. dec. 39.nu.15. 401
Intellectus uerus Innocentij sententiæ in cap. quia propter. de electione, dicentis, quòd electus est tutus in foro animæ, si electio sua tenuit de iure gentium, licèt non fuisset seruata forma tradita à iure positiuo, cum huiusmodi forma fuerit introducta propter scandala & deceptiones euitandas traditur. dec.52.nu.164. 555
Intendens se obligare religioni (in sua professione) solum quam profitetur, si in illa esset prohibitum profiteri, non teneretur aliàs Religiones ingredi, nec in illa persistere, cum tuta conscientia ipse posset legitimum matrimonium contrahere. decis.25. nu. 9. 309
Intentionem quicunque plenè probauit suam,non poterit cogi subire iuramentum. dec.20.nu.118. 247
Interficiens aliquem, ut contraheret cũ uxore eius, si postea contrahat matrimonium erit nullum, secus si defuerit talis praua intentio. decis.29. nu.97. 367
Interpretatio uera cap. literas, extra de conces. præben. & Clem. si plures, & Clem. fin. de præben. decis.16. num. 3. 202
Interpretatio rationabilis quare nulla lege possit prohiberi. decis.15. num.28. carta. 87
Interpretatio benignior in iudicijs, sed

ſeuerior in foro animæ capienda eſt, & quare. dec.50.nu.7. 508
Interpretatio paſſiua quę dicatur,& quod caſus à ſtatuto omiſſus, ſit decidendus iuxta iuris communis diſpoſitionem, multis auctoritatibus probatur:& quod extendatur ius commune ad ipſius deciſionem. dec.5.nu.34. 89
Interrogatio præcedere debet in ſtipulatione,& reſponſio ſequi, ut ſit ualida, & quare. dec.20.nu.150. 255
Interrogatus a legitimo Iudice, & non dicens ueritatem,quos offendat. dec.47. nu.3. 498
Intimatio alicuius actus iudicialis, ut præiudicet alicui,uel ipſum obliget ad aliquid faciendum neceſſario in ſcriptis, facienda erit plena,& certa,aſſignando ipſum,uel eius copiam. dec.40.nu.63. carta. 419
Intimatio ubicunq; requiritur alicuius actus,quando ſufficiat ſcientia eius ſine tali intimatione. dec.40.nu.65 419
Inuitus aliquid facere quis ſit dicendus. dec.43.nu.50. 479
Irregularitas non incurritur, niſi pro caſu expreſſo in iure. dec. 50. nu.4.507
Irregularis clericus non eſt ipſo iure depoſitus, ſed deponendus, nec ipſo iure priuatus beneficijs, ſed priuandus. deciſ.27.nu.37. 327
Iudicare aliquando ponitur pro monere. dec.22.nu.12. 298
Iudicandum in dubio erit fore deferendum appellationi. deciſi.5.nu.9.79.
Iudicandum non erit iuraſſe eum, qui protuliſſet uerba relata in dicta ampliatione, quando non ita ſpecialiter ſub tali forma iuramentum fuiſſet delatum a Iudice, uel a parte aduerſa, ſed propria uoluntate illum protuliſſet, & ſi teneat iuramentum ſub tali forma præſtitum. dec.20.nu.36. 230
Iudicium humanum in quibus debeat imitari iudicium diuinum. dec.25,nu. 90. 365
Iudicio ciuili,ſeu ſeculari, quare non poſſit experiri contra obligatum ſolum naturaliter. dec.20.nu.73. 239
Iudicio poſſeſſorio plene dicitur probari per famam, & unum teſtem, & quare. dec.10.nu.18. 138
Iudex uidens interponi appellationẽ contra formam iuris communis,uel reſcripti,debet in dubio preſumere eam non eſſe admittendam: cum non interponatur in caſu permiſſo ſpecialiter, & quare. dec.10.nu.74.
Iudex ſi non traditis apoſtolis procederet in cauſa, ipſe proceſſus eſſet nullus, niſi renunciatum eſſet appellationi. dec. 40.nu.158. 448
Iudex imponendo minorem pœnam impoſita à iure, quando uideatur diſpenſaſſe cum ipſo punito in infamia incurſa. dec.27.nu.32. 327
Iudex in cauſa Ciuili an poſſit condemnare victum ad expenſas ipſi victori: etſi non condemnauerit,an uenire puniendus. dec.40.nu.167. 444
Iudex niſi euidenter cognouerit appellationem tenere,ei non deferet: & quando eſſet iniuſta,& quare. dec.10.num 80. 146.
Iudex quando appellanti etiam non petenti teneatur tradere apoſtolos. dec. 40.nu.164. 443
Iudex principiati delicti præfertur in cognitione, & quare. deciſ.32. num. 9. carta. 384
Iudex quid facere poſſit de iure contra negantem ſe poſſidere rem, pro qua ius ille fuerat uocatus. dec.44.num. 8. carta. 483
Iudex appellationis antequam inhibeat iudici à quo, quæ præcedere debeant. dec.40.nu.120. 432
Iudex ex officio poterit lacerare libellum calumnioſum. dec.10.nu.66. 144
Iudex quid facier,quando nemo poſſidet, & tamẽ duo præparãt ſe ad occupandã poſſeſſionẽ iacentẽ. dec.10.nu.99.151
Iudex, qui legitimè inter partes compoſuit, ipſas cogere poterit ad obſeruantiam compoſitionis factæ. dec.15.nu. 69. 199
Iudex utriuſque fori quibus de cauſis teneatur deferre appellationi a ſententia ſua diffinitiua etiam iuſtiſſima. deciſ. 40.nu.16. 410
Iudex non poterit ſine offenſa iuſtitię denegare reo pœnitenti compoſitionem. dec.46.nu.10. 494
Iudex à lege habet poteſtatem commutandi

Digitized by Google

tandi pœnam ex causa, quę sumitur ex aliquibus circunstantijs. decis.46.nu. 11. 495
Iudex non dicitur facere uiolentiam, cum semper pro facto eius præsumatur, nisi de dolo possit argui. decis. 10.num.44. carta. 141
Iudex in iudicando, uel condemnando, quando uideatur famam reseruare. de cis.27.nu.22. 322
Iudex in iudicando debet magis sequi misericordiam, quàm rigorem. decis.46. nu.7. 494
Iudex à quo non tenebitur deferre appellationi, nisi specialem causam assignet appellans, etiam à sententia diffinitiua, quando esset lata in casu, in quo regulariter appellatio prohibetur, & enumerantur huiusmodi casus, inter quos est, quando appellatur ab executore; & quare. dec.10.nu.84. 147
Iudex a quo, quid faciet, si fuerit appellatum à sententia lata in causa criminali. dec.40.nu.154. 441
Iudex ad quem non poterit prohibere iudici à quo, ne in causa aliqua, uel ne ad executionem sententiæ procedat; nisi sibi constiterit ad eum per appellationem causam ipsam delatam fuisse. dec.40.nu.24. 411
Iudex ad quem prius cognoscet de legitimatione appellationis, qua reperta cognoscet merita causæ, seu sententię, & quare. dec.40.nu.91. 424
Iudex Ecclesiasticus regulariter aliquem excommunicans non præmissa monitione, incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, & alias pœnas per mensem: tamen hæc pœna non includet Episcopos, & superiores prælatos. dec. 29.nu.59. 356
Iudex Ecclesiasticus non deferens appellationi factæ in causa ciuili, & criminali qualiter veniat puniendus, & qualiter Iudex secularis. decis.40.nu.13. 409
Iudex tam Ecclesiasticus, quàm secularis infra quot dies teneatur appellanti assignare apostolos, & copiam auctenticam actorum, & quid faciet ipse appellans si prædicta obtinere non possit a Iudice a quo, & quare. dec.40. num. 148. 440
Iudex potest esse Laicus, & Ecclesiasticus in causa personæ miserabilis. dec. 32. nu.6. 384
Iudex tam Secularis, quam Ecclesiasticus quid faciet si fuerit appellatum à sententia lata à se ad suum Superiorem. dec.40.nu.1. 407
Iudex non deferens appellationi factæ à sententia interlocutoria, non uenit puniendus, sicut si non detulisset sententiæ diffinitiuæ. decisione 40. num.14. carta. 409
Iudex non deferens appellationi, quæ pœna puniatur. decis.40.num.153. & 155. 441
Iudex non deferens app. factę a sua diffinitiua ad Papam, summouetur ab officio. dec.40.nu.6. 408
Iudex etiamsi non detulisset appellationi apostolos petenti dare tenebitur: & quare. dec.40.nu.162. 442
Iudicis recusati iurisdictio dicitur suspensa, donec fuerit pronunciatum de legitimitate, uel illegitimitate recusationis ab arbitris ad id specialiter electis, & quare. decisione 37. numero 3. 395
Iudici ad quem mittenda sunt acta cum apostolis à iudice a quo fuerat appellatum. dec.40.nu.7. 408
Iudici, coram quo allata fuit appellatio friuola quid sit faciendum, aut dicendum. dec.10.nu.82. 147
Iudices aliquem iniustè priuantes bonis proprijs per iniustam sententiam, ad quid teneantur. decisione 30. numero 3. 373
Iudices teneri exhibere appellantibus apostolos, & copiam actorum, probatur quoque de iure Ciuili. decis. 40.num. 151. 441
Iudicibus, à quibus fuit appellatum à diffinitiua apostolos tradere appellantibus præcipitur. decisione 40. nu. 3. carta. 407
Iurare non tenebitur quis secundum formam à parte præscriptam sibi, quando ei esset annexa aliqua execratio, & quare. Aliàs esset seruanda forma iuramenti, licet ualeret, si seruaretur forma per æquipollentia uerba. decis. 20.nu.60. 236

Digitized by Google

Iurare dicetur qui uerba proferre hæc ausus fuerit, uidelicet per fidem Christi, vel per religionem fidei Christianę. dec.20.nu.11. 225
Iurare per fidem, quam quis habet in Deum, an sit iuramentum. dec.20. nu. 12. 226
Iurare dicitur, qui aliquid promittit sub fide sua, etiam nulla facta mentione nominis Diuini. dec.20.nu.15. 226
Iurandi modus est duplex. dec. 20. num. 10. 225
Iurans contrahere prohibetur ingredi religionem, non impleto iuramento. dec. 6.nu.22. 103
Iurans simpliciter an incurrat pœnam l. si quis maior .C. de transact. si illud non obseruauerit. dec.20.nu.41. 231
Iuranti, quando opus sit iurare per Sancta Dei Euangelia. decis. 20.num.61. carta. 236.
Iuranti matrimonium cum aliqua contrahere, quid faciendum sit, & si post tale matrimonium uoluerit profiteri aliquam ex approbatis religionibus. dec. 6.nu.7. 102
Iuramentum quid sit, & quid iurare. dec. 20.nu.7. 225
Iuramentum assertorium, & promissorium quid. dec.20.nu.8. 226
Iuramentum qui fit per salutem principis comparatur iuramento, quod fit super euangelia sancta. dec.20.nu. 14. 226
Iuramentum semper habet in se tacitam conditionem, si res in eodem statu permaneat, alias non erit obligatorium. dec.13.nu.1. 171
Iuramentum tunc solum validat contractum prohibitum à lege communi, uel municipali, quando lex ipsum prohibet fieri, declarando ipsum irritum, etiamsi fuisset ualatum iuramento secundum Salic. cuius sententia quomodo sit intelligenda, dicetur in fine dicti fundamenti. dec.20.nu.101. 244
Iuramentum contra bonos mores naturales non est obligatorium, contra uero ciuiles erit obligatorium. decis.20. nu.103. 244
Iuramentum semper erit seruandũ, quãdo non uergat in detrimentũ salutis æternę, & quare. dec.20.nu.106. 245
Iuramẽtum an excludat nullitatem actus cansatum ex causa de futuro, aut de præsenti. dec.20.nu.108. 245
Iuramentum parit obligationem etiam de iure ciuili. dec.20.nu.110. 246
Iuramentum non egreditur porsonam iurantis cum sit obligatio personalis respectu iurantis. dec.20.nu.180. 263
Iuramentum non afficit hęredem quoad uinculum spirituale, ut sortiatur forum Episcopi, sicut testatorem, qui iurauit, & quare: etsi quoad uinculum temporale ipsum transeat ad hæredes, ut teneantur soluere debita promissa à suo testatore sub iuramento, & quare. decis. 20.nu.183. 264
Iuramentum interueniens alicui pacto, seu promissioni, constituit in mora huiusmodi promittentem absque alia creditoris interpellatione, quandocunque debitor sciet creditorem indigere tali re promissa, & hoc ipsum dupliciter limitatur. dec.20.nu.187. 264
Iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, erit omnino seruandum. dec.20.nu.196. 267
Iuramentum ui, uel dolo non extortum, nec delatum redundet in alterius præiudiciũ, nec obseruatũ uergat in dispendium salutis æternæ, erit seruandum, & quare. dec.20.nu.197. 267
Iuramentum adijcit robur actui, super quo interponitur: cum ipsum ultra naturam suam alteret, firmet, roboret, ualidet, ac de contractu nullo aliquẽ, & de inualido ualidum, faciat, quando interponeretur super actu non improbato à iure: pro eo quòd contra publicam utilitatem, uel contra bonos mores naturales, aut obseruantia iuramenti nutritiua sit peccati, uel in præiudiciũ tertij: uel ui, aut dolo. dec.20.num. 199. 267
Iuramentum regulariter operatur, ut uideatur in genere cogitatum. decis.13. nu.8. 172
Iuramentũ vt sit obligatorium requirit de rigore iuris, ut fiat tactis Sacris Scripturis. dec.20.nu.46. 232
Iuramentum appositum nõ solum stipulationi, uerum etiam pacto nudo addit forum foro, ita ut in utroque foro possit actio

Digitized by Google

actio intentari, licet patiscentes essent laici, & quare. decis. 20. nu. 172. 261

Iuramentum etiam de iure ciuili producit obligationem (quæ aliàs de sui natura non esset efficax ad aliquam actionem producendam) efficacem. decis. 20. nu. 194. 266

Iuramentum habet vim clausulæ, quæ apponitur in stipulatione pœnali, scilicet rato manente pactorum. decis. 20. numero 166. 259

Iuramentum contra leges, quando nõ valeat. decis. 20. nu. 214. 271

Iuramentum præstitum tactis scripturis solùm impedit restitutionem in integrum. decis. 20. nu. 47. 232

Iuramentum interpositum ab interdicto a Lege, vel Iudice super contractu, non validat ipsum contractum. decisio 20. nu. 120. 248

Iuramentũ mulieris maioris vigintiquinque annorum, an obliget ipsam. decisio 13. nu. 15. 174

Iuramentum operatur vim geminati consensus. decis. 20. nu. 170. 260

Iuramentum, vt operetur secundum aliquos requirit tactum scripturæ, etsi hodie hoc per contrariam consuetudinem sit abrogatum. decis. 20. nu. 48. 232

Iuramentum, an sit si quis iuret aliquid se facturum per salutem suam, aut fidem suam, vel caput suum, & huiusmodi, & tale iuramentum transgrediens, an pœna periurij omnimoda puniendus veniat. decis. 20. nu. 22. 227

Iuramentum, si deferatur alicui, vt iuret per caput suũ, & ille iurasset per Deũ, tale iuramentum non esset validum, & quare. decis. 20. nu. 37. 230

Iuramentum delatum contra bonos mores naturales non est obligatorium: secus tamen, contra bonos mores ciuiles, & quare. decis. 20. nu. 204. 269

Iuramentum, si deferatur a parte, vel a Iudice sub aliqua præcisa forma verborum, poterit is (cui delatum est, vti verbis æquipollentibus, & tale erit iuramentum validum. decisio 20. numero 38. 230

Iuramentum, quando simpliciter defertur dicitur deferri per Sancta Dei Euãgelia. decis. 20. nu. 62. 236

Iuramentum, quando simpliciter a parte requiritur, nulla forma erit essentialis. decis. 20. nu. 59. 235

Iuramentum non extenditur vltra iurantis intentionem. decisio 13. numero 7. fol. 172

Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non fuerat cogitatum, nec verisimile fuerit de ipsorum euentu cogitasse, nec ad ea extenditur, quæ iuranti obueniunt ex nouo iure. decis. 13. numero 3. 171

Iuramentum extenditur solùm ad excogitata verisimiliter. decisio 20. numero 113. 271

Iuramentum firmat iudicium, sicut contractum. decis. 20. nu. 211. 270

Iuramentum non obseruans impeditus ex iusta causa non incurrit periurium, & quare. decis. 20. nu. 44. 231

Iuramentum accedens pacto nudo habet vim stipulationis. decis. 20. nume. 167. fol. 259

Iuramentum est iurare sub periculo animæ suæ, vel fide sua, vt faciunt armigeri. decis. 20. nu. 19. 226

Iuramentum renuntiantis quod habet, vel habere sperat in tali re, quomodo sit interpretandum. decisio 13. numero 12. 173

Iuramentum non trahitur ad incognita, vel incogitata. decis. 20. nu. 45. 232

Iuramenti præstatio, & promissio sub fide, quando dicatur. decis. 20. nu. 29. 228

Iuramenti in materia standũ erit decisioni iuris Canonici. dec. 20. nu. 201. 268

Iuramenti delatione semper excluditur ius superioris. decis. 40. nu. 20. 411

Iuramẽti in delatione, quæ fit a parte parti seruanda omnino est conditio indicta, aliàs iuramentum non erit obligatorium, & quare. decis. 20. nu. 58. 235

Iuramento statur dicentis se intendisse obligare se solum illi Religioni, quam professus fuit, etsi illa ipsum recipere non potuisset, quia tunc professio nullam obligationem produceret, quod & latissimè probatur subsequenti obligatione. decis. 25. nu 5. 308

Iustinianus quare cõdiderit legem in Authent. alearum. C. de religio. & sumpt. funer. decis. 20. nu. 130. 251

Ius

Ius naturale quid appellabant Doctor. & quare, vel ſecundum aliquos ius gentium,& quare. deciſ.20.nu.66. 238
Ius gentium quid appellauerint Philoſophi,& quid Legiſtæ. deciſio 20.numero 68. 238
Ius gentium eſt duplex; & quæ ſunt introducta de iure gentium. deciſ.20.numero 86. 240
Ius Pontificium,& ciuile, quando in ſuis decretis voluerit denotare tempus continuum , vtitur dictione, per, & ſubinfert vocem continuo. deciſ.24.numero 6. 305
Ius commune quare indulſerit poſt latam ſententiam volentibus appellare decendium, inhibendo Iudicibus,ne infra ipſum exequutioni mandarent ipſam ſententiam. deciſ.40.nu.57. 417
Ius commune interpretatur reſcriptum. deciſ.43.nu.13. 47
Ius ciuile non obligat omnes ad ſui obſeruantiam, ſed eos ſolos, qui ſunt ſubiecti huiuſmodi legibus , quibus tamen per diſſuetudinē abrogari poterit. deciſ.20.nu.125. 249
Ius ciuile quare fuerit introductum . deciſ.20.nu.71. 238
Ius ciuile quare noluerit aſſiſtere pacto nudo, & concedere quod ex ipſo oriatur actio in iudicio perſequenda contra taliter paciſcentem . deciſ. 20. numero 76. 239
Ius nullum acquiritur recipientis ex conceſſione ſolius Prælati Eccleſiæ collegiatæ alienantis ſine eius conſenſu expreſſo. deciſ.1.nu.80. 27
Ius quando exigit in aliquo actu legitimo ſcripturam,tunc illam interfuiſſe tenetur probare , qui ſtat pro ſolemnitate. deciſ.52.nu.136. 547
Ius dicere ſibi ipſi,nemini licet. deciſ.20. nume.218. 273
Ius ſuccedendi in feudo paterno,non poterit auferri etiam iuramento feudatarij renunciantis interueniente, a filijs, & agnatis, & quarè . deciſio 2. numero 57. 49
Ius accreſcendi habet locum in feudis a Principe conceſſis. deciſ.2.nu.16. 39
Ius accreſcendi , an dicatur legis, aut hominis. deciſ.2.nu.27. 41
Ius accreſcendi non habet locum in bonis emphyteoticis,& declaratur. deciſ. 52.nu.174.176.177. 562.& 574
Ius accreſcendi datur de iure feudorum. deciſ.2.nu.17. 39
Ius accreſcendi regulariter non datur fratri ſuperſtiti per mortē alterius fratris ſine filijs legitimis , & naturalibus in feudo nouo,& non paterno:& quarè in feudo paterno detur. deciſ.2.numero 19. 39
Ius accreſcendi in feudo antiquo datur, & quare. deciſ.2.nu.21. 40
Ius accreſcendi , quomodo aliter magis propriè vocetur. deciſ.2.nu.22. 40
Iuris quando a communi regula recedit, cauſa debet inſeri, per quam actus reddatur legitimus,& hæc regula habet locum etiam in citatione. deciſ. 10.numero 87. 147
Iuris ſolemnitatē requiri de eſſentia alienationis in ipſo contractu alienationis, docuit tex.in c.conſtitutus. §.quo circa.extra de in integr.reſtitut. deciſ.52. nume.28. 39.40.45.47.48.50.54.58. & quare. 59.62.64.65.68.a fol.527. vſque ad 533.
Iuri,quod quis ignorat,nemo renunciare videtur. deciſ.20.nu.212. 271
Iure appellandi,vt quis priuetur, requiritur vera notitia citationis ad audientiam ſententiæ. deciſ.40.nu.139. 437
Iure ciuili in decidendis cauſis Eccleſiaſticis vtendum erit nobis, cùm non habemus Canones illas decidentes,& econtra. deciſ. 10.nu.78. 146
Iura dicentia denegandam fore actionem creditori filijfamiliàs ex cauſa mutui, quam interpretationem recipiant. deciſ.20.nu.223. 276
Iura dicentia contumacem in non veniendo non fore admittendum ad appellandum,quomodo erunt intelligenda.deciſ.40.nu.75. 421
Iuriſdictio requiritur ad aliquem puniendum. deciſ.32.nu.2. 383
Iuriſdictio ordinaria data a Principe ad ſuum beneplacitum,non expirat morte ipſam concedentis. deciſ.17.nu.9. 212
Iuriſdictio conferendi beneficia, quando eſſet communis Epiſcopo, & Capitulo tunc mortuo, vel ſuſpenſo Epiſcopo illa de-

Digitized by Google

la deuoluetur ad Capitulum, & è contra suspenso Capitulo, ad Episcopũ deuoluetur. decis.42.nu.13. 463
Iustum non esset admittere reum ad compositionem, vbi adest causa: & quare. decis.46.nu.12. 495
Iuste possidet qui auctore Prætore possidet. decis.16.nu.5. 202

L

Laicus conuentus coram Iudice seculari, si nominat Clericum possessoré, debebit fieri remissio causæ ad Episcopum, etsi nominantem mendaciter pœniteat, antequàm cõuinceretur de mendacio, & fateretur se possidere, non priuaretur huiusmodi possessione. & huiusmodi nominatio erit facienda ante litis contestationem, cũ per ipsam conuentus declinet iudicium. decis.44.numero 32. 487
Laicus non potest de iure possidere spiritualia, & decimas, sed nec de his aliqd disponere. decis.15.nu.49. 194
Laici prohibentur disponere de bonis Ecclesiasticis. decis.52.nu.22. 523
Lata culpa in criminalibus non æquiparatur dolo. decis.29.nu.37. 349
Laudemium non debetur domino directo, nisi pro alienatione dominij vtilis propriè dicta, facienda per emphyteotam. decis.19.nu.2. 216
Legare rem emphyteoticam, quæ requirantur, vt quis possit. decis.49.
Legans rem emphyteoticam Ecclesiæ irrequisito domino directo, dicetur deterioraste rem emphyteoticam, & ideo illa priuabitur, & quare. decis.49. numero 12. 505
Legans rem emphyteoticam, an dicatur alienare, ita vt priuetur iure suo. decisio 49.nu.4. 504
Legatum speciei, quando compensabitur ad æquiualentem quantitatem debiti. decis.45. nu.6. 491
Legatum, quando in dubio non dicitur factum animo compensandi. decisio 45. nu.7. 491
Legatum in dubio videtur factum, non solum contemplatione eius, cuius principaliter interest, verum etiam eius, cuius minus interest. decisio 41. numero 26. 453
Legatum factum creditori volũtario, vna cum ipso credito debetur, & quare. non autem creditori iuris, vel consuetudinis. decis.45.nu.4. 490
Legatum factum sub conditione, mortuo legatario ante euentum cõditionis efficitur caducum, & non transmittitur ad hæredes. decis.41.nu.5. 448
Legatum non acceptatum a legatario, licet regulariter fiat caducum, tamen si fuisset factum ad pias causas, ipsum non deficiet. decis.31.nu.5. 381
Legatum huiusmodi ad quid valeat in fauorem Ecclesiæ legatariæ. decis.49.numero 10. 504
Legati repudiatio dicitur alienatio prohibita pupillo, & Ecclesiæ, & quare. decisio 1.nu.59. 21
Legati verba, quando sunt ambigua, tunc causa legati est inspicienda. decis.41. nume.15. 450
Legatis quid magis attendatur. decis.41. nume.2. 447
Legatis, & fideicommissis si dubitetur, tũc erit recurrendum ad testatoris tacitam voluntatem, dummodo verbis non repugnet. decis.41.nu.6. 448
Legatæ rei dominium transit ipso iure ad legatarium a die mortis legantis etiam ipso legatario ignorante. decisio prima, nu.60. 21
Legata, seu donatio facta alicui Ecclesiæ sub aliqua conditione, si Prælatus eius illam non obseruauerit, huiusmodi legata, seu donatio redditur inualida, & quare. decis.15.nu.8. 184
Legatarius propria auctoritate occupans sibi legata, non venit aliqua pœna puniendus. decis.12. nu.14. 164
Legatarius rem sibi legatam propria auctoritate capere poterit ante aditã hæreditatem, & etiam post illam aditam: ante tamen apprehensam possessionem per hæredem. decis.12.nu.23. 167
Legatarius acceptans legatum sibi factum a legante, & adijciente se inde voluisse satisfacere debito secum contracto, an possit petere & debitum. decisio 45. numero 5. 491
Legatarius creditor legantis, quando non poterit.

Digitized by Google

poterit exigere nisi legatum, vel solùm creditum ab hæredibus legatis. decis. 45.nu.1. 489

Legitimatio per subsequens matrimoniũ restituit in integrum, sicut ius postlimi nij,& habet duo capita,Vnum in quan tũ de præsenti restituit alteri iura sua, & in hoc disponit per veritatem, non per fictionem. Aliud in quantum trahit retro hanc iuris institutionem, & in hoc disponit fictè, & non verè, & quare. decis.6.nu.54. 209

Legitimatio actoris,& rei debet præcedere cognitionem principalis negotij.decis.40.nu.122. 432

Legitimatus per subsequens matrimoniũ sortitur omnes iuris effectus, quos legitimi,& naturales habent,videlicet ad primogenia,fenda,aliaque omnia, quæ expressim filijs ex iusto matrimonio natis deferuntur; admittentur: quia veniunt appellatione descendentium legitime in quacunque dispositione,& dicitur verè legitimus, & naturalis: & quare. decis.6.nu.29.34.52. 105.& 109

Legitimatus per subsequens matrimoniũ, vere comprehenditur sub verbis testatoris,& ideo nullum ius aufert substituto,seu fideicommissario,& quare. decisio 6.nu.56. 110

Legitimatus per subsequens matrimoniũ dicitur natus ex legitimo matrimonio: & quare poterit esse Episcopus,ac assequi omnes dignitates etiam Ecclesiasticas. decis.6.nu.37. 107

Legitimatus per subsequens matrimoniũ in fideicommissis excludit substitutum sub illa conditione, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & hoc nõ est mirum: cum legitimatus per rescriptum idem faciat. decis.6.nu.47. 108

Legitimati per Principis rescriptum non erunt dicendi verè legitimati, sed solum per fictionem: & ideo non succedunt in feudis: & quare. Differunt a legitimato per subsequens matrimoniũ. decisio 6.nu.28.41.& 42. 105.& 107

Lex communis loquens de solido erit interpretanda de solido aureo,& non argenteo. decis.29.nu.74. 360

Lex communis, aut statutum vbicunque ponderat actus scientiã respectu certæ qualitatis ille non dicitur scire,qui scit actum, & ignorat qualitatem ponderatam ibi. Vnde articulans in tali materia debebit esse cautus. decis.40.numero 45.49.& 50. 415 & 416

Lex ciuilis quare ex pacto nudo nolit gigni actionem,sed ex stipulatu.decis.20. nu.146. 254

Lex Ciuilis, & Canonica,& sic lex positiua in foro animæ seruanda erit, & quare. decis.52.nu.160. 554

Item quæritur §.qui impleto, ff.locati,vera interpretatio traditur. decis.1. numero 75. 26

Legis si filius tuus. C.ad Macedon.declaratio. decis.20.nu.247. 282

Legis cum oportet,§.si quis itaque. C.de bonis,quæ liber. decis.20.nu.249. 283

Lex, aut statutum aliquod, quando inducit aliquid de nouo cum certis modificationibus,quicquid ibi exprimitur,reputatur pro forma substantiali. decisio 52.nu.113. 542

Lex quælibet aliquid fieri prohibẽs, quomodo ponderanda, vt verus eius sensus percipi possit. decis.52.nu.156. 554

Lex annullans contractum, vbi sit fundata super vtilitate publica, iuramentum firmat contractum. decisio 20. numero 202. 269

Lex fundata super æquitate naturali est indispensabilis,& incommutabilis. decis.20.nu.203. 269

Lex annullans contractum dicitur inhabilitare personas ad contrahendum. decis.20.nu.102. 244

Lex vbi quærit actum qualificatum, non erit satisfactum ei, nisi ea qualitas interueniat. decis.20.nu.54. 234

Lex generaliter loquens, generaliter erit intelligenda,etiam si in vno casu sit maior ratio,quàm in alio. decis.20.numero 234. 280

Lex loquens sub duplici conditione copulatiua requirit, quòd vtrunque impleatur,& idẽ erit de dispositione quacunque hominis,& multipliciter exemplificatur,& probatur etiam de iure Canonico. decis.3.nu.21. 56

Lex vbicunque loquitur de pœna corporali,aut capitali infligenda: subintelligendus erit dolus, & hoc intelligitur tam

Digitized by Google

tàm de lege communi, quàm municipali : & ideo qui sine dolo occidit aliquem, non punietur pœna corporali, sed pecuniaria, vel exilij, aut relegationis quinquennalis. dec. 29. nu. 87. 363
Legis, aut Principis auctoritate id, quod fit, pœnam non meretur. decis. 10. numero 40. 141
Leges, & iura diuinitus per ora Principum dicuntur promulgata. decis. 52. numero 159. 554
Liberi, si instituantur hæredes, quomodo sit intelligenda talis institutio. decis. 7. nu. 12. 118
Liber, quando agitur de magno præiudicio, uel scriptura reperta in loco, vbi solùm reseruantur scripturæ authenticæ faciunt plenam fidem. decisio 9. nu. 7. 125
Liber regiſtri Notarij positus in archiuio publico probat, licèt absque die, & Consule sit scriptus. decis. 9. nu. 6. ibid.
Liber æstimi probat quid quisque habet in bonis, ita vt transferat onus probandi contrarium ad aduersarium eius. decisio 9. nu. 14. 126
Liber æstimi quando plenè probet. decisio 9. nu. 12. 18. & 21. 126. & 127.
Liber æstimi publici plenam fidem facit, etiam contra priuatum, si factus fuerit auctoritate publica, & reperiatur repositus in archiuio publico. decis. 9. numero 3. 124
Libri Sanctorum Euangeliorum præsentia sine illorum tactu, an sufficiant ad perficiendum iuramentum. decisio 20. numero 50. 233
Libri scripturæ priuatę etiã antiquæ regulariter nõ faciunt plenam fidem in his, quæ ibi continentur, etsi aliqualẽ præsumptionem, cuius quãtitas arbitrio Iudicis remittitur. decisio octaua, numero 1. 121
Licèt in casu dubij in fauorem animæ ad vitandum peccatum periurij, vtens forma verborum in ipsa limitatione allatorum dicetur iurasse, tamen respectu incursionis, pœnæ temporalis ibi allatæ a Iudicibus iniungendæ transgressoribus hoc non habebit locum: cùm standum de iure sit interpretationi talium verborum faciendæ à proferentibus illa. decis. 20. nu. 39. 230
Litteræ de saluo conducto, is cui fuerunt concessæ, non tenebitur illis stare, & quare. decis. 28. nu. 8. 330
Lis cõtestatur per facti narrationem propositam, & contradictionem obiectam. decis. 44. nu. 1. 481
Litis contestatio per exceptionem peremptoriam non fit, & quare. decis. 44. numero 12. 484
Litis contestatio non fit per exceptionem declinatoriam, vel peremptoriam. decisio. 44. numero 16. 485
Litis contestatio vt facta dicatur, quæ requirantur. decisio quadragesimaquarta. numero 3. 481
Litis contestationis, & eius peremptoriæ exceptionis quis sit effectus. decisio 44. numero 11. 484
Lite pendente nemo turbãdus erit in sua possessione. decis. 10. nu. 131. 155
Locatio emphyteoticorum bonorum Ecclesiasticorum facta ad vitam alicuius, vel in perpetuum sine consensu Ecclesiæ collegiatæ non præstabit causam, vel titulum præscribendi ipsi locanti. decisio 1. numero 82. 27
Locatio fructuum feudalium facta per feudatarium, ad quod tempus se extẽdat. decis. 2. nu. 39. 44
Locationes factæ de bonis Ecclesiasticis de triennio in triennium cum promissione continuãdi locationem ipsam in fine ipsius triẽnij, quare sit illicita. decisio 52. nu. 56. 531
Locator recipiet suas pecunias expensas in melioramentis, & non valorem melioramentorum. decis. 51. nu. 8. 512
Locantis in perpetuum bona emphyteotica Ecclesiæ, quæ sit pœna. decis. 1. numero 15. 7
Locupletior nemo fit ex institutione in sua persona facta in hæredem, nisi prius ipse hæreditatem acceptet. decis. 1. numero 52. 19
Locus vbi cõtractus celebratur, quoad solemnitatem eius, attendus est, & non locus destinatæ solutionis. decis. 11. numero 2. 158
Locus iudicij specialiter nõ expressus, intelligitur iussus locus soliti iudicij sine incõmodo litigãtiũ. dec. 29. nu. 18. 144

Digitized by Google

Locupletari cum aliena iactura nemo potest. deciſ. 12. nu. 6. 161
Lucrum acquiſitum ab vxore, an ſit aſſignandum viro ſuo. dec. 20. nu. 240. 281
Lucrum vſurarium ſummopere differt a lucro luſorio. deciſ. 20. nu. 220. 274
Ludere aleis nulli licet de iure communi in publicis, & priuatis domibus, vel locis, neque ludentes aſpicere. etſi contrafactum fuerit, nulla poterit ſequi condemnatio; & datur ſoluenti hac de cauſa repetitio, niſi contra ſoluentem curriſſet præſcriptio quinquaginta annorum. deciſ. 20 nu. 1. 223
Ludus alearum non computatur inter ludos prohibitos a iure, propter conſuetudinem hodie introductam in contrarium, & ideo acquiſita in ipſo, non erũt reſtitutioni obnoxia. deciſio 20. numero 126. 250
Ludus vbi de conſuetudine eſt licitus, licet aliàs de ſe eſſet illicitus, non tenebitur quis ad reſtitutionem rei huiuſmodi lucratæ. deciſ. 20. numero 129. fol. 250

M

MAncipia empta a viro pecunia ſua nomine vero vxoris, efficiuntur vxoris, etſi maritus habeat ius repetendi pecuniam expenſam in ipſis mancipijs emptis. deciſio 20. numero 236. fol. 280
Mandatum generale de appellando non ſufficit Procuratori ex hoc, vt poſſit appellare ab executione ſententiæ, cùm talis appellatio in appellante de iure requirat ſpeciale mandatum: aliàs huiuſmodi appellatio erit ipſo iure nulla, nec ſortietur ſuum effectum, & quare. deciſio decima, numero 115. 153
Mandatum ſpeciale requiritur in Procuratore, ita vt poſſit iurare de calumnia in animam domini cauſæ, quoniam aliàs non obligaret dominum cauſæ huiuſmodi iuramentum: quia etiam de iure talis actus non erit admittendus, etiam ſi habuiſſet generale mandatum cum libera. deciſio decima, nume. 119. fol. 153
Mandatum ſpeciale requiritur in Procuratoribus collegiatarum ad hoc, vt recipientes Canonem poſt locationem finitam, vel caducitatem alio modo incurſam ab emphyteutis præiudicent ipſis Eccleſijs, & quare. deciſ. 1. numero 72. 25
Mandatum ad appellandum ab executione ſententiæ non ſufficit, etiam ſi ſit generale ad lites, & cauſas: etiam ſi in mandato dicatur, quòd poſſit appellari ab omni ſententia diffinitiua, vel interlocutoria, cùm requiratur in indiuiduo mandatum ſpecificum, & quare. deciſio decima, nu. 130. 155
Mandati fines ſunt cuſtodiendi. deciſ. 20. numero 28. 139
Mandato in generali non venit id, quod a iure fuit prohibitum, vel etſi nõ fuiſſet omnino prohibitum, vel delictum, tamen eſſet punibile. deciſ. 10. numero 120. 154
Mandato in generali, quis non dicetur conſtitutus Procurator in cauſa criminali, qnia in illa dominus poſſet incidere in pœnam. deciſio decima, numero 127. 155
Mandato generali non comprehenditur actus ipſo iure punibilis, & ideo pro tali actu puniendus non venit dominus cauſæ, ſed Procurator, niſi ſuo nomine factum ipſe dominus ratum habuiſſet. deciſio decima, numero 118. fol. 153
Maleficium duo requirit, vt legitimè tota pœna ſtatuta poſſit puniri. deciſio 29. numero 95. 366
Maleficijs puniendis, quando inſpiciatur initium quo ad locum, & tempus, & quando finis. deciſio 29. numero 31. fol. 347
Malefici non ſunt relinquendi viui. deciſ. 46. nu. 1. 493
Maria Virgo Beatiſſima matrimoniũ contraxit, poſt propoſitum ſeruandi votum virginitatis in corde factum, ipſum non exprimendo voce. deciſ. 6. numero 9. 102
Maritus ex cauſa poterit vxorem vinculare, caſtigare, & leuiter verberare pro qualitate culparum, dummodo nõ procedat ad ſcæua, aliàs ipſe veniret puniendus. deciſ. 28. nu. 11. 331

Maritus,

Digitized by Google

Marituſ, qui ſinè cauſa, vel enormiter verberans vxorem ſuam puniendus eſt, non autem cum cauſa, & leuiter. deciſio 28.nu.13. 332
Mater ſuccedens filio grauato reſtituere hereditatem per fideicommiſſariã ſubſtitutionem recipiet de iure legitimã, & trebellianicam, ideſt tertiam, & quartam partem bonorum hæreditatis. deciſio 14.nu.14. 179
Matrimonium quare fuerit inſtitutum. deciſ.6.nu.6. 101
Matrimonium primum contra leges factum, quando impediat ſecundum. deciſ.25.nu.8. 309
Matrimonium ſubſequens purgat omnẽ maculam in filio naturali: & ideo de iure dicendi erunt quo ad omnia legitimi. deciſ.6.nu.27. 105
Matrimonium ſubſequens declarare dicitur effectum matrimonialem affuiſſe tempore copulæ fornicationis. deciſ.6. nume.4. 101
Matrimonium verum poterit contrahi in articulo mortis. deciſio ſexta, numero 8. 102
Matrimonium contractum cum conſobrina eius, cum qua quis prius contraxerat, ſeparari præcipitur, etſi illa nondum fuiſſet ſeptemnis, & quare. deciſio 20.nu.25. 227
Matrimonium ſi cõtractum ſit inter duos in aliena Diœceſi, & ſit aliqua ſuſpicio, quid erit agendum. deciſio 33.numero 1. 388
Matrimonium legitimũ a principio fuiſſe per ſubſequens matrimonium fingitur a iure; & nati verè legitimi, etiam ſi fuiſſent concepti, vel nati ante ipſum ſubſequens matrimonium. deciſ.6.numero 15. 102
Matrimonium nõ vitiatur ab eo, qui contraxit, non habens propoſitum inde ſuſcipiendi prolem: ſi hoc non deduxiſſet in pactum. deciſ.6.nu.21. 103
Matrimonium per Clericum in minoribus conſtitutum, & beneficiatum contractum eſſe validum (etſi ipſe ſit compellendus ad renunciandum huiuſmodi beneficiũ) probatur multis medijs. deciſ.6.nume.23. 104
Matrimonium cõtractum a Clerico tunc beneficiato, & in minoribus ſolummodo ordinibus conſtituto, facit legitimari filios antea natos, & probatur. deciſio 6.numero 24. 104
Matrimonij vinculum indiſſolubile, quãdo fuerit inſtitutum. deciſ.35. numero 3. 392
Matrimoniali in materia, etiam in his, quæ ſunt de iure ciuili ſtandum erit diſpoſitioni iuris Canonici. & hoc in vtroque foro. dec.6.nu.37.51.58.& 59. fol. 107. & 109.
Mentio de liberis maſculis, ſi in inſtitutione, vel prima ſubſtitutione fiat ipſum verbũ (maſculis) in omnibus ſubſtitutionibus cenſebitur eſſe repetitũ. deciſ.4.nu.24. 65
Milites Melitenſes, vulgo dicti de Malta, quod connumerentur inter perſonas Eccleſiaſticas. deciſ.34. nu.1. 389
Milites Melitenſes in eorum profeſſione emittunt tria vota eſſentialia Religionis ſub ſancto Auguſtino. deciſ.34.numero 5. 390
Minus cum denegatur, etiam quod plus eſt, videtur prohiberi. deciſ.28. numero 4. 329
Miſſio in poſſeſſionem alicuius rei facta per Iudicem quantæ vtilitatis ſit. deciſio 10.nu.89. 148
Moderamen inculpatæ tutelæ excedens occidendo aggreſſorem iam in fugam ſe dantem, regulariter non punietur ordinaria pœna homicidij, ſed pœna exilij, aut relegationis quinquennalis, vel minoris, & quare. dec.29.nu.84. 362
Moderamen inculpatæ tutelæ in quo conſiſtat. deciſ.29.nu.32. 347
Modica, vel parua non curantur a iure. deciſ.52.nu.169. 557
Modus ſeruandus in intentando actionẽ nobis acquiſitam ex conſtituta pecunia. deciſ.20.nu.153. 256
Modi, quibus dominium acquiritur, de iure ciuili, enumerantur. deciſ.10.numero 39. 141
Monachus caret propriæ voluntatis vſu. deciſ.39.nu.1. 398
Monachus dicitur mortuus mundo. deciſio 39. nu.2. 398
Monachus, an poſſit inſtitui in beneficio Iuriſpatronatos, in quo conſtet ſi fuerat

Digitized by Google

inſtitui Clericum ſecularem. deciſ.39. numero 9. 400
Monachus electus in Parochum cum conſenſu Epiſcopi, & Abbatis, an indigeat aliqua alia diſpenſatione, vt ipſam curam adminiſtret. deciſ.39. numero 10. 400
Monachus ſine conſenſu ſui Abbatis non poterit aſſumi ad curam animarum, etſi poſſit interueniente illius conſenſu. deciſ.39.nu.6. 399
Monachus eſt ille, in quem poteſt cadere ius Prælaturæ, ſaltem Abbate ſito conſentiente, & Epiſcopo ſic ordinante. deciſ.39.nu.7. 399
Monachus aſſumptus ad curam animarū cum Abbatis ſui conſenſu, an neceſſario retineat ſocium ſuæ Religionis ſecum. deciſ.39.nu.8. 400
Monachum fore habendum pro mortuo, indifferenter non eſt verum. deciſ.39. numero 13. 401
Monachi, quare olim paſſim aſſumebantur ad curam animarum. deciſ.39.numero 4. 399
Monachi in ſuis Capellis bini ſaltem, & non ſoli morentur. deciſ.15. numero 36. 191
Monachorum appellatione venit quilibet profeſſus Religionis cuiuſuis approbatæ. deciſ.34.nu.8. 391
Monachorum ſtatus, an ſit perfectior ſtatu curatorum. deciſio 39. numero 16. fol. 401
Monachis, cæteriſque Clericis Secularibus, & Regularibus iuramentum, quomodo deferatur. deciſ.20.numero 65. fol. 237
Monachos conſeruatoré conſtituere poſſe, licet hucuſque priuilegio tali minimè vſi fuiſſent, probatur multiplicitèr: & traditur optima doctrina ad hoc probandum. Et an per non vſum priuilegij, perdatur priuilegium, optima etiam traditur diſtinctio. deciſ.53.numero 32.
Monachalis profeſſionis de eſſentia, quæ requirantur. deciſ.25. nu.12. 310
Monitio, vt excommunicationi præcedat, vt quis iuſtè excommunicari poſſit, requiritur de iure Diuino. deciſ.29.numero 41. 351
Morę purgatio, ubi iuramentum interuenerit de iure non admittitur, & quare. dec.20.nu.188. 265
Moræ purgatio non admittitur lite conteſtata. dec.20.nu.188. 265
Moræ purgatio quamuis regulariter non admittatur, ubi iuramentum interuenit: tamen quando adeſſet rationabilis cauſa purgandi moram, tunc admitteretur. dec.20.nu.191 266
Moræ purgatio de æquitate Canonica ſemper admittitur, etiam ubi interfuit iuramentum. deciſ. 20. num. 193. carta. 266
Moræ purgationem ſemper admitti de benignitate Canonica, intelligendum erit locum habere ſolum in foro contentioſo pœnitentiali: ſecus in foro contentioſo iudiciali. dec. 20. num. 193. 266
Mores boni naturales, qui dicantur, & qui ciuiles. deciſione 20.numero 205. carta. 269
Mors naturalis nũquam comparatur morti ciuili, niſi in caſibus a iure expreſſis. dec.42.nu.11. 463
Mors ciuilis, quando æquiparetur naturali. dec.15.nu.68. 199
Mortis incertitudinem non impedire matrimonium probatur. dec.6.num. 11. carta. 102
Morte nihil certius, & incertus hora mortis. dec.6.nu.10. 102
Motu proprio, hæc clauſula quid operetur. dec.53.nu.26. 277
More, dictio in iure repoſita denotat executionem ipſo iure fieri, deciſ.20. nu.191. 265
Mulier ſe obligans ad aliquod ſoluendum per iuramentum etiam ſine licentia mariti poterit excommunicari poſt monitiones, & non abſolui, niſi facta ſolutione promiſſa. deciſ. 20.nu.104. 244
Mulieris obligatio facta (ſine iuramento) fideiuſſione, ipſo iure eſt nulla: ſecus ſi cum iuramento. dec.20.num. 195. 266
Mulieres, quæ prohibentur teſtificari de iure Ciuili, & quæ de iure Canonico. deciſione 27.numero 16. carta. 315

Mutuum

Digitized by Google

Mutuum, aut depositum factum, an reddé dum sit in eadé monetæ qualitate, vel alia, si illa fuisset mutata in valore. decis. 29. nu. 72. 360

Mutuans in ludo ludenti, hodie repetendi mutuatum conceditur actio propter introductam consuetudinem, licet secus sit de iure communi. decis. 20. numero 127. 250

Mutuanti in refectionem domus, ipsa domus est specialiter tacitè obligata. decis. 12. nu. 2. 160

N

NAtus ex viro, & muliere simul cohabitantibus præsumitur legitimus: & quare. decis. 6. nu. 62. 112

Natus ex soluta quod per subsequens matrimonium, cum eadem contractum a patre, efficiatur quo ad omnia legitimus, & naturalis probatur. decis. 6. numero 1. 100

Nati ex filio dicuntur esse in potestate aui: nati vero ex filia minimè. decis. 4. nu. 12. 62

Naturalis filius per subsequens matrimonium legitimatus dicitur nouus filius, & quare. decisio sexta, numero vigesimo. 103

Naturales filij, legitimantur per subsequens matrimonium in mortis articulo, vel a sene contractum. decis. 6. numero 3. 101

Nauarrus confutatur, vnà cum fundamentis suis allatis in consilio quinto, numero 102. & declaratur eius sententia, vt sustentabilis, & vera appareat. decisio 52. nu. 102. & 103. 539

Necessaria quæ sunt ad acquirédum, sunt quoque necessaria ad perdendum. decis. 23. nu. 10. 301

Necessitas quo casu excusent. decisio 52. numero 170. 557

Necessitatis appellatione, quæ veniant. decis. 51. nu. 3. 511

Negans se possidere statim officio Iudicis expelletur a corporali possessione, nec illam repetere poterit infra annũ, & talis possessio tradetur actori denegata, si probauerit illum possidere. decis. 44. nu. 29. 487

Negans se possidere erit absoluendus si non constiterit eum possidere: res uerò negata tradere actori probanti ipsum possidere, & quare. dec. 44. nu. 26. 486

Negotia, quæ de iure possunt sortiri effectum ab initio, possunt ratificari, & non alia. dec. 1. nu 92. 31

Nepos ex filio in fideicommisso excludit nepotem ex filia, & quare. dec. 4. nu. 35. 67

Nepos succedit in feudo antiquo patruí decedentis sine filijs legitimis, & naturalibus. dec. 2. nu. 9. 38

Nepotes non admittentur ad institutionem factam ab auo instituente filium, & nepotes ex eodem filio instituto, si mortuo auo, pater adijt hæreditatem, & dissipauit hereditaria bona, & quare dec. 7. nu. 21. 121

Nobilem (de quo est sermo) ad obseruantiam dictę iniustæ sententiæ latę contra se à Republica Ragusina non teneri, nec ad soluendas solitas pensiones eidem Reipublicæ probatur. dec. 30. nu. 20. 378

Nomina naturaliter significantia, sicut adiectio naturalis, respiciunt bastardos, sicut legitimos. dec. 6. nu. 55. 110

Nomine quis proprio possit petere sibi solui legatum. dec. 41. nu. 1. 447

Nomine proprio si quis nominetur in fideicommisso, & plures nomine collectiuo quomodo ueniunt. dec. 7. nu. 7. carta. 117

Non refert qualiter quid fiat, dummodo fiat. dec. 21. nu. 10. 287

Nostrum quod est, ad alium sine facto nostro transferi non potest. dec. 21. num. 14. 288

Nouatio necessaria quotupliciter fieri cõtingat. dec. 21. nu. 2. 245

Nouatio uoluntaria quando dicatur fieri, & quare dicatur uoluntaria. decis. 21. nu. 3. 285

Nouatio, quæ fit per litis contestationem quare dicatur notoria. dec. 21. num. 4. carta. 285

Nouatio uoluntaria duplex priuatiua, & accumulatiua, & quid sit utraque. dec. 21. nu. 5. 285

Nouatio propriè sumpta quid sit, & quotuplex, & quid & quotuplex nouatio impro-

Digitized by Google

ãmproprie ſumptã. dec.21.numero 1. carta. 285
Nouatione facta, fideiuſſor liberatur: ſi ipſi non conſentijſſet. deciſ. 21.num. 13. 287
Nullius iuri, quãdo per prouiſionem detrahitur, quia ad eum mandatur, ad quem alias prouiſio pertinebat, tunc ualet, quod facit executor, etiam nulla præcedente cognitione, & quare. deciſ. 10.nu.25. 138
Nullo modo, talis clauſula quid importet. dec. 1.nu. 2. 4
Numeratio pecuniæ in contractu emptionis cenſus eſt de ualiditate contractus. dec. 11.nu.1. 158
Numiſma, aureus, & ſolidus auri eundem ualorem retinent. dec.29.nu.73. 360
Nuncius datus ad poſſeſſionem tradendam nullam audiet exceptionem, niſi in quinque caſibus hic enumeratis. deciſ.19.nu.64. 144

O

OBligare nemo poteſt ſe in iudicio pro alio in cauſa etiminali, & quare: & quomodo. dec.29.nu.5. 340
Obligari ad impoſſibilia nemo poterit. dec.23.nu.5. 340
Obligans ſe ingredi in aliquam ſpecialem Religionem propter peculiarem affectum, quem habet erga eam, ſi Prælati huiuſmodi Religionis illum ſuſcipere nollent, erit abſolutus ab huiuſmodi obligatione, nec tenebitur ingredi alias Religiones: & quare. deciſ.25.numero 10. 309
Obligatio ex contractu à iure non inualidato naſcitur. dec.20.nu.215. 271
Obligatio ſemel extincta non reuiniſcitur. dec.21.nu.12. 287
Obligatio in ludo eſt ex parte utriuſque colluſſoris exponentis ſuam pecuniam periculo, ut quædam mutua conuentio. dec.20.nu.217. 272
Obligatio quando haberet originem a facto hæredis, unus non tenebitur ex facto alterius: ſecus ſi ex perſona defuncti, cuius aliqui ſunt hæredes. dec.30. nu.17. 378
Obligatio naturalis quos de iure producat effectus. deciſ.20.num.80. 239
Obligatio naturalis regulariter ex pacto nudo ſolum oritur, & non ciuilis; & quare. dec.20.nu.81. 240
Obligatio naturalis ſicut ius gentium dupliciter conſideratur. dec.20.numero 84. 240
Obligatio naturalis de iure ciuili non introducit actionem in foro fori, & quare. dec.20.nu.87. 240
Obligatio naturalis geminata ſecundum Iaſ. non producit actionem, cui contradicit Alciat. & quare. dec.20.nu.147. carta. 254
Obligationis uinculum ſoluitur eodem modo, quo queri aſſoleat. dec.21.nu. 12. 302
Obligationis mutatio cum nouatione liberat fideiuſſorem; niſi fieret ipſo ſciẽte, & conſentiente tali obligationi. deciſ. 21.nu.52. 295
Obligationis naturalis ſpecies eſt duplex, & in quibus conſiſtat. dec. 20. nu. 85. carta. 240
Obligatione nouata fideiuſſores liberantur à ſua obligatione. dec.21.num.40. carta. 292
Obligationes, quæ ex inſtinctu naturali procedebant, erant in multiplici differentia: quæ enarrantur. deciſ.20.nu. 67. 238
Obligationes duæ naturales producunt actionem de iure ciuili, & quare. dec. 20.nu.144. 254
Obligationum uinculum ſoluitur eo modo, quo quæri aſſoleat. dec. 21.num. 11. 287
Obliuio in aliquo non præſumitur, niſi ex longo tempore. deciſ. 40.num.83. carta. 423
Obtinere duo beneficia ei, qui vult, quorum alterum eſt in una, & alterum in alia Diœceſi, opus erit petere diſpenſatione ab utroque Diœceſano. deciſ. 16.nu.21. 206
Occaſionem damni qui dat, damnum dediſſe uidetur. dec.30.nu.7. 374
Occupans bona ſui debitoris propria auctoritate in tribus caſibus non uenit puniendus. dec.12.nu.16. 164
Odia ſunt reſtringenda, & fauores ampliãdi. dec.42.nu.1. 458

Odio

Digitized by Google

Odio alterius nullus est grauandus. dec. 12. nu. 28. 169
Officium collatum ab aliquo usque ad suum beneplacidum, successor concedé tis poterit reuocare. dec. 17. num. 13. carta. 212
Officialis alicuius Prelati excommunicati etsi non sit excommunicatus; tamen durante illius excommunicatione erit su spensa eius iurisdictio. decis. 43. nu. 1. 469
Omissio appositionis diuini nominis in instrumentis, etiam si hoc fieri soleat, non uitiabit instrumentum. decis. 20. num. 54. 234
Omissum à lege quid sit, & quid tacitum à lege dicatur. dec. 2. nu. 35. 89
Omnia quæ exequutus fuit Iudex delega tus antequam ostendisset litteras suę de legationis Iudici ordinario, sunt ipso iure nulla, & quare. decis. 37. num. 1. 395
Oratio pluralis diuisa inter diuersa dispo sita distributiuè quid operetur, & quid complexiuè. dec. 3. nu. 12. 53
Oratio imperfecta testatoris quomodo perficiatur. dec. 41. nu. 13. 449
Oratio copulatiua uocat simul, & æqua liter omnes personas copulatas. dec. 7. nu. 1. & 6. 116. & 117
Orationes duę quando positę sunt copu latiuè non principaliter, sed respectiuè ad aliud, tunc requiritur concursus utri usque, & quid si quelibet principaliter. dec. 3. nu. 8. 52
Ordo nouus, seu Religio instituti non po terit. dec. 25. nu. 2. 308
Ordo seruandus interpretatione scriptu rarum, quis sit. dec. 4. nu. 3. 60
Ordinatus ab Episcopo ignoto, de cuius potestate ignoratur, denuo ordinari præcipitur. dec. 20. nu. 26. 227

P

Pactum quid sit, & unde dicatur. dec. 20. nu. 75. 239
Pactum de futura successione est prohibi tum, sicut pactum, in quo libera facul tas testandi detrahitur, uel in quo impe diretur à liberè contrahendo matrimo nium, & in quo obligaretur ad aliquod maleficium perpetrandum, & quæ huiusmodi pacta iramento non con firmentur. dec. 20. nu. 91. 241
Pactum nudum dicitur, cui non subest c sa. dec. 20. nu. 89. 2
Pactum principaliter aduersans iuri pui eo non robora tur iuramento: & qu hoc pactum contingat fieri, & sumi qu truplíciter, & exemplificatur. dec. 2 nu. 92. 24
Pactum initum inter partes, ut iudex sui marie procedat, & quod si quis, non se uerit intra præfixum terminum, inc dat in excommunicationem, est nullt & quare, & sic de singulis exemplifica tur. dec. 20. nu. 93. 24
Pactum de re prohibita à lege principali ter in fauorem priuatorum, & secund rio Reipublicæ, est ipso iure nullum; t. men si uallatum fuerit iuramento, erit ualidum & obligatorium, non solum si contractus respiciat res, uerum etiam personas, quamuis in hoc uariæ fuerint opiniones, quæ hic recitantur unà cum suis fundamentis. dec. 20. nu. 98. 242
Pactum nudum producit actionem, seu obligationem naturalem, quę tamen ex lato iudicis officio debebit habere executionem, & quare. decis. 20. num. 132. 251
Pactum etiam nudum parit actionem, quandocumque ille, cui aliquid pacto nudo fuit promissum, pateretur dam num, si sibi promissa non seruarentur, & nulla actio alia speraretur. decis. 20. nu. 139. 253
Pactum non seruans ad quod quis natura liter, & non ciuiliter est obligatus, tene tur læso actione de dolo. decis. 20. nu. 140. 253
Pactum nudum repetitum quare dicatur constitutum, & contractus nominatus. dec. 20. nu. 144. 254
Pactum nudum geminatum ex interuallo quare de iure ciuili producat actionẽ. dec. 20. nu. 148. 255
Pactum nudum quæ promissio dicatur, & quare. dec. 20. nu. 74. 239
Pactum nudum producit actionem etiam in foro seculari in terris subiectis Im perio. dec. 20. nu. 160. 258
Pactum nudum, seu simplex conuentio si de

Digitized by Google

de interpoſita gignit actionem in foro fori,& quare. dec.20.nu.20. 226
Pactum nudum uallatum iuramento producit actionem in foro fori etiam de iure ciuili contra paciſcentem, & ipſum innodat pœna infamię, ſi obſeruatum non fuerit; & priuat quocunque iure aliàs ſibi debito. dec.20.nu.164. 259
Pactum nudum initum metu, uel dolo interueniente, etiam dè iure Canonico non parit actionem. dec.20.num.163. carta. 258
Pactum nudum parit actionem in curia mercatorum,& ubicumque proceditur de bono,& æquo. deciſ. 20. num.161. carta. 258
Pacto in nudo ſecundo nõ neceſſario requiritur expreſſa relatio ad primum, & quarè. dec.20.nu.152. 256
Pacto nudo appoſito ex interuallo non oritur actio, niſi quando tractatur de damno,quod quis aliter uitare nõ poſſet, quia tunc ex pacto nudo oritur actio de dolo. deciſ.20.nu.142.& num. ſeq. 253
Pacta nuda non dicuntur omnino nulla, licet ius ciuile eis non aſſiſtat, nec reſiſtat,ut producat actionem in iudicio,& quare. dec.20.nu.79. 239
Pacta quo iure introducta dicantur. dec. 20.nu.70. 238
Pactorum prohibitorum ſpecies ſunt ſeptem, & quæ unaquæque earum ſit, exemplificatur. dec.20.nu.90. 241
Papa per ſuum Reſcriptum, aut priuilegium non intendit iuri alicuius præiudicare ſaltem grauiter, & taliter ipſum erit interpretandum,& quare. dec.43. nu.37. 475
Papa poterit derogare iuri communi, & quando id uoluiſſe intelligatur. dec. 53.nu.23. 576
Papa non intendit per ſuum Reſcriptum aliquid diſponere contra ius, niſi expreſsè dixerit, Non obſtante tali iure. dec.43.nu.17. 471
Papa quando dicatur reſcribere contra ius,ex certa ſcientia,& quare. dec.43. nu.18. 471
Papam uelle unico uerbo totam iuris obſeruantiam tot laboribus, ac uigiliis excogitatam auferre, non eſt præſumendum, & quare. dec.43.num.11. carta. 471
Parafrenalia bona,quę dicantur. dec.20. nu.238. 281
Participat in peccato, qui non obuiat errantibus. dec.30.nu.10. 376
Partes,quando in executione mandati de iure eſſent citandæ, qualiter procedendum ſit. dec.10.nu.24. 138
Partium iura cum ſunt obſcura potius reo fauendum erit,quàm actori. deciſ. 43. nu.3. 470
Parum aut nihil referet, utrum dicatur, ſub fide mea,uel dicatur iuro ad Sancta Dei Euangelia. dec.20.nu.18. 226
Pater nominando aliquem filium,an probetur filiatio. dec.6.nn.64. 113
Pater quomodo dicatur teneri ſoluere debita facta à filio occaſione ludi. deciſ. 20.nu.250. 283
Pater non tenebitur ſoluere pecuniam mutuatam filiofamilias regulariter, etiam ſi ille habuiſſet proprium peculium. dec.20.nu.5. 224
Pater non poterit exhæredare filio ſine legitima cauſa expreſſa in teſtamento. dec.14.nu.1. 176
Pater & filij inſtituti ab auo,quomodo dicantur inſtituti. dec.7.nu.27. 121
Pater filij familias celebrantis contractũ aliquem,& ſe obligantis,remanet obligatus pro uiribus dicti filij peculij tantum. deciſ. 20.nu.224. 277
Patientia & ſcientia domini non operatur conſenſum,nec præſumptionem tituli in poſſeſſore, nec ſolemnitatem ſubſtantialem reſpicientem iuſtitiam tituli, cum ipſa non præſumatur ex diuturniate temporis, & quare. deciſ. 1.nu.90. 29
Patientia & ſcientia alicuius quando non operatur conſenſum, nec præſumptionem tituli. dec.52.nu.119. 144
Patientia uel tolerantia directi domini admittẽtis feudatarium,uel emphyteutam ad obediẽtiam, vel ad ſolutionem ſubſequentem, an uideatur ipſe dominis amiſiſſe caducitatem. dec. 1.num. 63. 22
Patronus Eccleſiæ curatæ poteſt præſentare ita Religioſus, ſicut ſecularem, dummodo non præſentet eum, ut

Clauſtra

Digitized by Google

Claustralem. dec.39.nu.21. 403
Pecuniæ præsentia in contractus mutui celebratione non est necessaria. decis. 20.nu.231. 279
Pœna quo fine erit infligenda criminosis. dec.46.nu.19. 496
Pœna ordinaria quoties aliqua de causa erit commutanda, tunc nunquam erit imponenda pœna corporis afflictiua, sed pecuniaria. dec.46.nu.20. 496
Pœna ordinaria, quando quis aliqua de causa non ueniret puniendus, nunquã de iure poterit puniri pœna corporis afflictiua, sed uel pecuniaria, uel exilij, uel relegationis temporalis. decis.29. nu.85. 362
Pœna non debet inducere præmium. decis.27.nu.29. 324
Pœna aliqua, quando intelligetur perpetuo inflicta. dec.26.nu.9. 313
Pœna integra homicidij iuncta per legem Corneliam de sicarijs semper præ supponit non solum culpam, sed & dolum, dec.29.nu.86. 363
Pœna indicta ab aliquo soluenda alteri in casu quo aliquid faciant: ipse, qui indixit ad se coarctandum ad aliquod bonum opus faciendum, uel abstinendum se ab aliquo malo opere, erit de iure exigibilis ab eo, cui promissa fuisset dicta pœna. dec.20.nu.209. 270
Pœna mitigatur in patre, ut possit alere filios infantes, decisione 30. num. 18. carta. 378
Pœna imponenda Iudici non deferenti appellationi, facta ad eius superiorem à sua sententia diffinitiua. dec.40.nu. 2. 407
Pœna imponenda de iure Canonico Iudici Ecclesiastico an semper sit depositionis. dec.40.nu.15. 410
Pœna imponenda Iudici a quo, non deferenti appellationi quæ fit. dec.40. nu. 9. 408
Pœna pecuniaria imponenda pro uiolatione immunitatis Ecclesiasticæ, in aliquem ibi percutiendo, quæ erit. dec. 29.nu.79. 361
Pœna ordinaria statuta a iure ciuili contra uiolantes immunitatem Ecclesiasticam huiusmodi, quæ sit. decis. 29. nu. 80. 361
Pœna pecuniaria exacta à laicis adulteris hodie per Sacrum Concil. Trident. erit applicanda locis pijs. decis. 36. num. 2. 393
Pœna à iure, uel ab homine imposita per annum, intelligitur de anno continuo: quia omne tempus in dubio intelligitur de continuo. dec.24.nu.3. 304
Pœna à Iudice iniuncta equalis iniunctæ à iure reddit condemnatum infamem, si iniuncta fuisset pro crimine famoso, & quare. dec.27.nu.31. 325
Pœna l. si quis maior. C. de transact. locũ habet solum, quando adest dolus. dec. 20.nu,43. 231
Pœna l. fin. ff. de rei uendic. in quibus locum habeat. dec.44.nu.19. 485
Pœnæ suos auctores solum tenere debẽt. dec.29.nu.3. 340
Pœnæ sunt restringendæ, & fauores ampliandi. dec.29.nu.10. 341
Pœnæ damnationis ad metallum hodie succesit condemnatio ad seruiendum in triremibus. dec.26.nu.3. 312
Pœnæ impositione contrafacienti alicui constitutioni annullatur actus ipse prohibitus sub tali pœna. dec.52. nu. 90. carta. 536
Pœnam unam esse & dici maiorem altera, quatuor ex causis contingit. decis. 27.nu.30. 324
Pœnitentibus est danda uenia. decis.46. nu.4. 403
Pœnitus, quid importet talis clausula. dec.1.nu.3.& 8. 4.& 6.
Pensiones, uel tributa non tenetur quis soluere de rebus sibi iniustè assignatis, ad quas restituendas de iure teneretur. dec.30.nu.14. 377
Percutiens de loco exempto existentem in loco non exempto, a quo sit puniendus. dec.32.nu.4. 383
Percutiens, uel vulnerans, aut occidens aliquem in Ecclesia, qua pœna de iure Pontificio plectendus sit. dec. 29. nu. 70. 359
Percutiens Monachos, & conuersos cuiusuis Religionis approbatæ, incidit in sententiam excommunicationis. decis. 34.nu.7. 391
Periurus dicetur aliquis promittens sub fide sua, si non obseruauerit quod promiserat.

Digitized by Google

miserat. decisione 20.nu.32. 229
Periurus potest priuari beneficio Ecclesiastico,& quare. dec.20.nu.42. 231
Periurij pœna punitur is, qui medio iuramento, non tactis Scripturis extra iudicium dixit falsum, seu contrarium ei, quod dixerat in iudicio medio iuramentum,tactis scripturis: eo quod testis pro tali punietur de falso. dec. 20. nu.52. 234
Permissio specialis denotat regulam esse in contrarium. dec.39.nu.3. 398
Pernoctare aliquem in aliquo loco quis uere dicatur. decisione 24. numero 4. carta. 305
Persona alicuius in iudicijs decernendis non erit accipienda. decis.46.num.13. carta. 495
Personæ aliquando plures uocatę à testatore per copulatiuam, dicentur solum uocari ordine successiuo. decis.7.nu. 23. 120
Personas exemptas simpliciter in aliquo subijci alicui non est incongruum,in reliquis permanente eorum exemptioné illibata. dec.53.nu.2. 571
Personas congregationis Cassin.esse exéptas ab omnibus ordinarij decreuit Eugenius Papa IIII. & eorũ exéptio adhuc pseuerat illibata.dec.53.nu.27.277
Petitio renouationis locationis emphiteuticę finitæ, fieri debet ab agnatis infra annum & diem,seu mensem,alias dominus directus poterit possessionẽ talem locare extraneis, agnatis ultimi emphyteute inuitis, qui inde reclamare nõ poterũt,facta sola locatione ipsi extraneo: bene uerum ante ipsam infra 30. annos poterit,& quare. dec.1.nu. 66. 23
Pignus uel res obligata à fideiussore pro fideiussione facta ad certum tempus, non remanebunt obligata post illud, etiamsi renouetur cõductio, nisi nouus consensus fideiussoris superuenerit. dec.21.nu.35. 292
Pignoratio non transfert dominium rei pignoratę ad eũ, cui pignorat quis rem suam. dec.19.nu.1. 216
Pignoratio rei emphiteoticę est prohibita,& quando dicetur alienatio. decis. 19.nu.3. 216
Plus cui licet, eidem licet quod est minus. dec.28.nu.3. 329
Pluralitas beneficiorum est a iure prohibita, & quare. decisione 16. num. 1. carta. 201
Ponderanda erunt uerba Iudicis assignantis terminum ad recipiendos apostolos. dec.40.nu.166. 444
Possidere qui se negat, (cum uerè non possideat) non decipit actorem, nec uidetur se obtulisse liti,qui discessit. dec. 44.nu.9. 483
Possideri quando aliqua de iure communi non possunt ab eo, qui præscriptionem obijcit, quantuncunq; habeat bonã fidẽ,nec præscribet,quia præscriptio ius creatum auocat, nouum autem ius non creat,& quare. dec.1.nu.83. 27
Possidens beneficium simplex in aliqua Ecclesia,etsi postea obtinuerit aliud beneficium Curatum in eadem Ecclesia illud tenere non poterit sine dispensatione Episcopali,quia in hoc Episcopus poterit dispensare. dec.16.numero 10. carta. 203
Possidens quocunq; nomine,& denegans se possidere,conuictus de mẽdacio spoliatur à iudice re negata,cuiusq; possessio actori hoc probanti traditur, & quare item priuetur. dec.44.nu.10. 23. & 24 484.& 486
Possidens uomine alieno quid respondebit se interroganti,an possideat. decis. 44.nu.25 486
Possidens beneficium,uel prælaturam lõgo tempore, præsumitur illa possedisse auctoritate superioris,& eum fuisse legitime institutum.dec.17.nu.2. 210
Possessio rei denegatę, & non proprietas aufertur a mendace possessore,& traditur actori probanti, illum possidere, & quando. dec.44.nu.20.& 23. 485
Possessio inculta tradita in emphyteusim ab Ecclesia,ut melioretur, si redeat per generationem finitam locantium optime culta ab Ecclesia, eam non poterit Prælatus sine solemni consensu Ecclesiæ collegiatæ, & causa concedere alteri. dec.1.nu.23. 11
Possessio Ecclesiast. inculta in emphyteusim data, præcedente iuris solemnitate, si redeat ad Ecclesiam in eodem statu, & non meliorata, poterit iterum à Præla-

Digitized by Google

Prælato tradi in emphyteusim, nulla præcedente solemnitate iuris, & quare. dec. 1. nu. 32. 14
Possessio emphyteotica non poterit alienari in potentiorem, nec in æquè potentiorem. dec. 49. nu. 6. 504
Possessio an eodem modo amittatur, quo acquiratur. dec. 3. nu. 6. 52
Possessionis solus detentor nominando dominum possessionis potest uitare iudicium, nec tenetur aliud probare, sed actor, si uoluerit, ut ad se transferatur possessio rei denegatæ. dec. 44. nu. 18. carta. 485
Possessio Ecclesiastica quando possit tradi in emphiteusim perpetuam. dec. 51. nu. 5. 511
Possessionem emphyteoticam diuolutam ad Ecclesiam ex finita locatione, non obligatur ipsa Ecclesia concedere agnatis ultimi emphiteutæ, sed poterit illam sibi retinere. dec. 1. nu. 33. 15
Possessione à momentanea non appellatur, seu à sententia lata super possessione, & quare. dec. 10. nu. 77. 146
Possessiones & iura Ecclesiarum alienari prohibentur, & declaratur talium alienatio ipso iure nulla, si facta esset sine Apostolico assensu. decis. 15. nu. 34. 191
Possessiones steriles & ad culturam redactæ an possint alienari sine cõsensu Papæ, uel alterius, & idem quæritur de domo ruinosa. dec. 51. nu. 4. 511
Possessor bonæ fidei sine titulo quos fructus faciat suos, & quos possessor cum titulo. dec. 10. nu. 47. 142
Possessor suspectus de dilapidatione (etiã lite pendente) erit remouendus ab administratione, & quis dicatur suspectus in hac materia. decis. 10. nu. 134. 137
Possessor malæfidei ad quid teneatur. decis. 30. nu. 13. 377
Possessorio quando admittatur appellatio, & quando non, & quare. decis. 10. nu. 92. 148
Possessorium iuris quare debeat fundari in iure uero, uel præsumpto. decis. 10. nu. 104. 151
Præbenda una sicut non potest diuidi in duas personas, sic non possunt duæ præbendæ uniri in una persona. decis. 16. nu. 2. 202
Præceptum negatiuum, ut est, Non furtũ facies, an contineat in se præceptum affirmatiuum de restituendo bona iniuste ablata. dec. 28. nu. 15. 333
Præceptum negatiuum includit in se affirmatiuum, quando præceptum negatiuũ non sortiretur suum effectum. decis. 28. nu. 1. 328
Præiudicare uolens monasterio in iure sibi acquisito ex caducitate emphyteutæ, quę necessario habeat. decisione 1. nu. 61. 22
Præiudicium quisque poterit sibi generare in actibus suis, & multipliciter exemplificatur. dec. 52. nu. 106. 540
Præiudicialibus tacere quando sit consentire. dec. 43. nu. 49. 479
Prælatus Ecclesiæ collegiatę non poterit rescindere contractum, per quem Ecclesię acquisitum est ius. dec. 1. nu. 43. 17
Prælatus, & eius complices, qui ante annum continuum expletum admiserunt nouitium ad professionem, ueniunt de iure puniendi pœna arbitraria à suis Superioribus. dec. 24. nu. 10. 306
Prælatus quę bona Ecclesię suæ collegiatę possit alienare sine eius consensu. dec. 15. nu. 27. 189
Prælatus præiudicans Ecclesiæ ex suo iniusto facto: etiam in acquirendo, non impunè abibit, cum inde Ecclesiæ læsæ oriatur actio cõtra ipsum Prælatum ad resarciẽdum dictæ Ecclesię omne damnum, & interesse ab ipsa passum. dec. 15. nu. 21. 187
Prælatus etsi iuri Ecclesię in damno iuris acquisiti uitãdo possit præiudicare suæ Ecclesiæ, Collegio consentiente, nõ tamen sine eius consensu, & quare. dec. 15. nu. 28. 100
Prælatus solus an collegiatæ suæ Ecclesiæ possit repudiare legata ei facta sine ipsius consensu. dec. 1. nu 55. 20
Prælatus accedente cõsensu suæ Ecclesiæ collegiatę an possit repudiare sine iuris solemnitate legata facta dictę suę Ecclesiæ, nondum tamẽ incorporata, seu suæmensæ applicata. Et quid de pupillo sine tutoris prorisve auctoritate, & quare, peroptime probat. dec. 1. nu. 56. 20

Digitized by Google

Prælatus collegiatę Ecclesiæ non posset iniuriam Ecclesiæ illatam sine eius consensu remittere. dec.1.nu.57. 20
Prçlatus debet inuentarium facere de omnibus bonis suæ Ecclesiæ sibi assignatis ad gubernandum. dec.1.nu.70. 24
Prçlatus uel procurator Ecclesiæ collegiatę quando possit renouare tacite locationem possessionis emphiteuticæ denolutæ ad Ecclesiam ex non soluto canone, uel alia causa per acceptionem canonis soliti. dec.1.nu.93. 31
Prælatus,& capitulum non possunt renunciare statutis,& iuribus Ecclesiæ in præiudicium ipsius Ecclesiæ. dec.15.num. 45. 193
Prçlatus,& capitulum efficiunt unum corpus. dec.15.nu.41. 193
Prælatus collegiatæ Ecclesiæ non poterit ei præiudicare in legatis sibi factis, & quare.(& sic non in omnib. quærédis) sine consensu capituli dictæ Ecclesiæ, licèt consensus Episcopi non requiratur, & quare,subdidit in locis statim recensendis. dec.15.nu.13. 186
Prælatus non poterit renunciare iuribus Ecclesiæ suæ collegiatę, nec præiudicare in iure acquisito, & quare. dec. 15. nu.18. 186
Prælatus etiam sine consensu capituli poterit prçiudicare suę Ecclesiæ in rebus acquisitis parui ualoris,aut damni. dec.15.nu.19. 187
Prælatus solus poterit præiudicare Ecclesię suæ sine consensu capituli, etiam in re magni ualoris, permittendo præscribi aliquod ius suæ Ecclesiæ ab aliquo. dec.15.nu.20. 187
Prçlatus solus sine consensu capituli, an possit præiudicare suę Ecclesię in iure acquirendo. dec.15.nu.7. 184
Prælatus an possit dare cõsanguineis suis de bonis Ecclesiæ, si tantundem de proprio patrimonio daret ipsi Ecclesiæ. dec.52.nu.4. 519
Prælatus in acquisitis à sua Ecclesia præiudicare ei nõ poterit in aliquid faciẽdo, secus in omittẽdo. Dec.15.nu.11. 185
Prælatus in iuribus etiam acquisitis suæ collegiatæ Ecclesiæ,quando ei noceat. dec.1.nu.47. 18
Prælatus quando potrit repudiare hæreditatem Ecclesiæ suæ delatam, & quando non,& quare,per totum usq; ad finẽ præsentis fundaméti, cum ibi multa notata dignissima habeãtur.dec.1.n.49.18
Prælati ac procuratores Ecclesiarum collegiatarum recipientes etiam scienter canonem post locationem finitam,non possunt prçiudicare iuri iam ipsis Ecclesijs acquisito ex finita locatione. dec.1. nu.71. 25
Prælati de iure communi tenentur annuatim perquirere fugitiuos,uel expulsos, & ad claustra reuocare salua eorum norma,& disciplina regulari,vel saltem eos collocare in aliquo ergastulo alicuius Monasterij,& quare. dec.23.nu.1. 299
Prælati tenentur per se, & ordinarios loorum compellere de iure communi, reducereque ad claustra. decis.23.nu. 2. 300
Prælati collegiatarum Ecclesiarum in legatis magni momenti factis eorum Ecclesijs non possunt præiudicare sine eius consensu,etsi in rebus ininimis ualoris secus sit, & quare. dec.15. num. 22. 188
Prælati Ecclesiarum etiam collegiatarum poterunt præiudicare suis Ecclesijs in rebus acquirendis sine eorum expresso consensu,etsi postea teneantur illis restituere,seu satisfacere pro talibus damnis illatis,& in iuribus acquisitis minimi ualoris ac momenti, & quare. dec. 1.nu.37. 16
Prælati delictum quando noceat suæ collegiatæ Ecclesiæ, & quando non. dec. 1.nu.45. 17
Prælati Ecclesiarum collegiatarum poterunt sine iuris solemnitate rem Ecclesiasticam etiam immobilem modici ualoris alienare illis inconsultis. dec. 1. nu.38. 16
Prælati talia bona alienantes non dicẽtur uiolasse iuramentũ de nõ alienando aliqd incõsulto superiore.dec.1.n. 39.16
Prçlati collegiatarũ Ecclesiarum nõ poterũt præiudicare suis Ecclesijs in damno alicuius magni momenti uitando iuris sibi acquisiti sine expresso consensu ipsorum,& quare. dec.1.nu.40. 16
Prælati sunt ,pcuratores bonorum Ecclesiast.& non domini.dec.1. nu. 41. 16

Prælati

Prælati an possint præiudicare suæ Ecclesiæ collegiatæ in legatis sibi factis. decis. 1. nu. 51. 19
Prælaturæ appellatione quid de iure veniat. decis. 39. nu. 11. 401
Præscribente de iure Canonico duo necessario requirantur insimul, videlicet titulus iustus & bona fides: & hoc præcipuè in præscribente bona Ecclesiastica: & quare sola præscriptio non sufficiat. decis. 1. nu. 84. 27
Præscriptio non procedit, nec ius transfertur ex alienatione facta non seruatis solemnitatibus à iure indictis: & quare. decis. 51. num. 114. 121. & 124. fol. 545
Præscriptio non currit sine possessione rei, quam præscribere optamus. decis. 39. nu. 18. 402
Præscriptio, seu mora non currit contra recipientem pactum iuratum, & quare. decis. 20. nu. 186. 264
Præscriptio temporis immemorabilis habet vim priuilegij legitimè obtenti a Principe, necnon & priuilegij se extendentis ad reseruata ipsi Principi. decisio 17. nu. 4. 210
Præscriptio temporis immemorabilis habet vim tituli, qua stante, non erit opus alium titulũ probare, vel allegare, cùm dicatur præsumptio iuris, & de iure, quæ non admittet probationem in contrarium, & quare. decis. 17. numero 5. fol. 210
Præscriptio centum annorum dicitur immemorabilis, & quare. decis. 17. numero 6. 211
Præscriptio quadraginta annorum quo casu non currat. decis. 52. numero 172. fol. 558
Præsumitur pro inuentario, & quare. decis. 9. numero 19. 127
Præsumendum in dubio non est per generales constitutiones voluisse Principẽ, vel Rempublicam particularem priuare iure sibi iam concesso a iure etiam ciuili. decis. 5. nu 8. 72
Præsumptio iniustæ possessionis contra agentem spolio, quando est; & reus, qui spoliauit habet intentionem de iure communi fundatam: tunc taliter agenti obstat exceptio dominij, & proprietatis. decis. 10. numero 42. 141
Præsumptio & ius commune regulariter est contra præscribentem. decis. 52. numero 125. 545
Præsumptio nõ sumitur ex temporis diuturnitate in præiudicium tertij. decis. 52. nu. 133. 546
Præsumptio non sumitur ex diuturnitate temporis, quando agitur contra pupillum, aut Ecclesiam. decis. 52. numero 134. 547
Præsumptio violenta in ciuilibus probat. decis. 9. nu. 26. 128
Præsumptionem iuris, & de iure quicunque habet pro se, compelli non poterit ad confitendum cum iuramento nunquid res se aliter habeat, & quare. decis. 20. nu. 116. 247
Princeps vtens clausula, ex certa scientia, an præsumatur voluisse præiudicare iuri tertio acquisito. decisio 53. numero 15. 574
Princeps non potest sine causa aliquem priuare beneficio appellationis, & q. per consequens in dubio erit dicẽdum tale beneficium omnibus indultum à Principe, nisi expresse illud fuisset denegatum ab ipso. decis. 5. nu. 7. 72
Princeps in dubio non præsumitur voluisse derogare conuentioni initæ inter partes. decisio quadragesimatertia, nu. 32. 473
Principis intentio, in dubio non præsumitur velle præiudicare iuri tertio acquisito, & exemplificatur in legitimatione filiorum naturalium: etiam si dicatur motu proprio, & ex plenitudine potestatis. decisio 43. numero 46. fol. 477
Principis voluntas in dubio præsumenda erit talis, qualis de iure esse debet. decisio quadragesimatertia, numero 4. & 29. 470. & 473
Principem per clausulã, appellatione remota, non est verisimile voluisse ius litigatoris auferre: & ideo stante tali Iudicis iniustitia poterit appellari, cum dicta clausula non se extendat, nisi ad friuolam appellationem. decis. 5. numero 47. 95
Principum Rescripta, seu Priuilegia sunt concedenda sine aliorũ iniuria, & præiudicio.

Digitized by Google

iudicio. decis.2.numero 7. 38
Principum beneficia latissimè erunt interpretanda. decis.2.nu.11. 39
Principium an finis, quando attendi debeat in delictis puniendis. decis.32.numero 18. 386
Prior in tempore,potior in iure erit. decis.12.nu.32. 169
Priuandus est prima dignitate, qui obtinuit, & retinuit secundam similem in eadem Ecclesia. decis.16.nu.6. 202
Priuilegium personale generaliter concessum sequitur personam quocunque vadat. decis.53.nu.4. 572
Priuilegium vergens in præiudicium alterius erit strictissimè interpretandum. decis.53.nu.6. 572
Priuilegium vergens in præiudicium aliorum restringitur etiam contra propriam significationem verborum, & quare: etiam si hoc contingat ex post facto, si inde enormiter lædat ius tertij: eo, quòd tunc illud statim erit renocandum, & quare. Et quòd ad hoc sufficiat sola iusta possessio illius, cui præiudicaret rescriptum,licèt proprietas non concurreret cum possessione. decis.43.nu.38. 475
Priuilegium respiciens solum ius illud concedentis,latè interpretabitur: si verò ius tertij, strictè, ne alteri præiudicet, & quare. decis.43.nu.44. 477
Priuilegium nunquam intelligitur concessum contra ius tertij, nisi expresè dicatur. decis.10.nu.133. 156
Priuilegium reuocatur per nouam causam superuenientem. decis.13.numero 2. 171
Priuilegium concessum, quod post concessionem incipit esse iniustum, alijsq; nocium reuocatur,& quare. decis.43.numero 34. 473
Priuilegium concessum alicui ad beneplacitum, reuocatum non dicetur, nisi de reuocatione illius specialis mentio fiat in eius reuocatione. decis.17. numero 11. 212
Priuilegium concessum ab aliquo, moto ex aliqua causa,vti propter seruitia,vel merita,non poterit reuocari,nisi ex iusta causa etiam ab ipso concedente. decis.17.nu.12. 212
Priuilegio Principis non erit standum, quando ipsum incipit esse iniquum, & quare. decis.43.nu.27. 472
Priuilegio,vel beneficio Principis, quando non sit standum: & quare. decis.53. numero 25.
Priuilegia, & beneficium latissimè sunt interpretanda. decisio 17.numero 16. fol. 213
Priuilegia sunt restringenda, vt minus quàm possint, noceant iurisdictioni ordinariæ: & quare. decis.53.numero 5. fol. 572
Priuilegia alij præiudicialia,strictè erunt interpretanda: & quantum fieri poterit ad iuris consonantiam reuocanda: & quare. decis.53.nu.18.
Priuilegiorum Cõgregationis Cassinensi derogatio non fiet, nisi ad verbum de ipsa fieret mentio in aliquo Rescripto, & de simili est Rotę decisio. decis.53. numero 28. 577
Probare omnia simul narrata, quãdo quis teneatur. decis.3.nu.25. 58
Probatio iuris dicitur ipsa veritas. decisio 20.nu.117. 247
Probatio regulariter non admittitur contra præscriptionem iuris, & de iure, licèt admittatur probatio facta per partis aduersæ confessionem. decis.20.numero 114. 247
Prohibita multa sunt regulariter,quæ tamen in aliquo casu contingente sunt licita: & hoc exemplificatur in furante propter extremam necessitatem, quam patitur. decis.12.nu.19. 165
Prohibitio legis, vbi concurrit cum prohibitione testatoris, etiam sine causa, esset valida, & quare. decis.2. numero 32. 42
Prohibitio alienationis facta a testatore incipiente a præcedenti prohibitione pura. Primò prohibendo res alienari, licèt postea subiungat futurum subiunctiui: dicendo, etsi alienauerit, deueniat in talem: tunc talis prohibitio est valida, & alienatio facta contra talem prohibitionem erit ipso iure nulla. decis.2.nu.33. 42
Prohibitio alienandi facta a testatore siue tacitè, siue expresè impedit dominij translationem,& quare. decisio secunda,

Digitized by Google

da, numero 36. 44
Prohibitio hominis de alienando, si concurrat cum legis prohibitione expressa, non poterit illud alienari etiam ex causa dotis, vel alia causa permissa a iure. decis. 2. nu. 37. 44
Prohibitio alienationis facta a testatore cum causa, dicitur consona iuri communi. decis. 2. nu. 30. 42
Prohibitus vendere feudum non dicitur prohibitus vendere fructus ipsius pro tempore, quo apud eum erit res feudalis solum, & quare. decis. 2. nu. 45. 45
Prohibitio simplex (sine adiectione causæ) alienandi facta a testatore, non impedit aliquem hæredem instituere vniuersalem, & quare. decisio 18. numero 1. 214
Probare quid teneatur appellans, & appellatus coram Iudice ad quem. decisio 40. nu. 115. & 116. 430. & 431
Probare, & dispensare in quo differant. decis. 39. nu. 17. 402
Probans simpliciter se appellasse, nõ ideo probauit se appellasse infra decendium ad hoc, vt sententia lata non transeat in rem iudicatam: & quare. decis. 40. numero 111. 430
Probans aliquid per aliquam iuris regulam, dicitur habere fundatam intentionem, in tantum, quòd nisi probetur contrarium, pro ipso erit pronunciandum. decis. 5. nu. 4. 71
Probatum esse, vel constare in iudicio illud solũ dicitur, quod citata parte plenè fuit probatũ, & quid importet clausula, si tibi constiterit. decis. 40. numero 109. 429
Probationis factæ in primo iudicio effectus est in pectore Iudicis, qui non semper alligatur ad probationes in iudicio factas. decis. 40. nu. 118. 431
Procedens ad aliquem actum præstando iuramentum dicitur ad illam deliberatè accedere. decis. 20. nu. 154. 256
Procedens ad aliquem actum præstando iuramentum dicetur ad illum deliberatè accedere, & quare: tunc certioratio non sit necessaria, quæ aliàs de iure fuisset necessaria. decis. 20. nume. 169. fol. 259
Procurator nõ solum admittetur, quando quis fuisset accusatus de vulnere; & dubium esset, an vulnus esset mortale, vel non: & sic an veniat puniendus pœna capitali, an non: verum etiam quando quis esset accusatus pro pluribus criminibus, in quibus est vnum capitale, excepto pro ipso capitali. dec. 29. numero 12. 342
Procurator erit admittendus in causa criminali, etiam si maior pœna relegationis esset illa pœna de iure imponenda ipsi citato ad comparendum personaliter, quando citatus fuisset ad comparendum in loco sibi non tuto; & non solum ad proponendas excusationes absentiæ; verum etiam ad proponendas exceptiones concernentes ipsummet crimen, & ad fundandum iudicium, & telam iudicij, pro quo fuerat citatus ad informandum. decis. 29. numero 13. fol. 343
Procurator, & Prælatus a iure nunquam obtinuerunt falsitatem præiudicandi Ecclesiæ collegiatæ, cuius sunt ministri. sine expresso eius consensu, seu speciali mandato. decis. 1. nu. 62. 22
Procurator quare appellare non teneatur in causa criminali. decisio 40. numero 101. 427
Procurator etsi in causa ciuili appellare teneatur, non tamen appellationem ipsam prosequi, nisi hoc promisisset. & quid seruet Curia Romana, & quare. decis. 40. nu. 102. 427
Procurator rei appellans, quando admittatur ad prosecutionem appellationis. decis. 40. nu. 103. 427
Procurator constitutus ad appellandum poterit bis appellare, & quare: & quando noceat domino litis tam in non appellando, quam in non petendo restitutionem in integrum. decisio 40. numero 105. 428
Procurator constitutus in aliqua lite, etiã in mandato speciali domini litis poterit appellari a sententia lata super ipsam litem motam, & quare. decis. 40. nume. 98. 426
Procurator cum post litis contestationem sit effectus dominus litis, ideo non solum ipse poterit appellare, verum etiã & constituere alium Procuratorem ad appel-

appellandum,tàm de iure Ciuili,quàm de iure Canonico, & quare . deciſ.40. numero 99. 426
Procurator,ſine ſpeciali mandato domini cauſæ, vel eius ratihabitione appellando ab executione ſententiæ,venit de iure puniendus, & non dominus,& actus erit ipſo iure nullus. deciſ.10.nu.117. fol. 155
Procuratoris actus (quicunque is ſit)non poterit in pœnam aliquam inducere dominum cauſæ,niſi in duobus caſibus,videlicet ſi cum eius ſpeciali mandato illud faceret, vel eius nomine factum a Procuratore,poſtea ipſius cauſæ dominus ratum habuerit , aliàs Procurator punietur,& non dominus,& quare.deciſ.10 nu.116. ibid.
Procuratori vnius partis quid ſit faciendum, quando Procurator alterius partis opponit exceptiones pœnales, ideſt eas, quæ non probatæ inducunt pœnã imponentibus. deciſ.10.nu.125: 155
Procuratorium mandatum alicui factum ſuper certa lite,an per ſententiam ſecutam extinguatur,ita vt non teneatur appellare, vel proſequi appellationem, & quare. deciſ.40.nu.104. 427
Profeſſio emiſſa,quando ſit ipſo iure nulla. deciſ.25.nu.1. 308
Profeſſio Monachalis emiſſa antè ætatis annum quartumdecimum eſt nulla.deciſ.25.nu.15. 311
Profeſſio Monachalis emiſſa ante annum decimumſextum nullam obligationem inducit, ſi reuocata fuerit infra quinquennium a die factę profeſſionis computandum . deciſ.25. nu.6. 308
Profeſſio licèt de iure communi Pontificio antiquo emiſſa ante annum probationis fuiſſet valida,quo ad omnes eius effectus: tamen hodie ex Concilio Tridentino eſſet aliquando non valida, & quando. deciſ.24. nu.11. 306
Profeſſio in Religione approbata , tam à viris,quàm a mulieribus facta ante ſextumdecimum annum expletum,eſt nullius valoris, aut obligationis. deciſ.24. numero 1. 304
Profeſſus Religionem approbatam, ante annum probationis cõtinuum, tenetur dimittere habitum profeſſorum(ſi eſſet diſtinctus) & reaſſumere habitum nouitiorum, donec annus continuus compleatur. deciſ.24.nu.9. 306
Profeſſus in Religione nõ approbata contrahens matrimonium (etiam ſi tempore profeſſionis credidiſſet profeſſionẽ validam) ipſum matrimonium erit validum, & idem dicitur de eo qui ſuſcepit ordinem Subdiaconatus ab eo quẽ credebat eſſe Epiſcopum , & non erat. deciſ.25.nu.4. 308
Prohibitio alienationis facta a teſtatore ſine cauſa, licet regulariter non valeat, tamen ſi fuiſſet facta conditionaliter, valebit: & quare. deciſ.20.nume.139. fol. 253
Prohibitionis alienationis bonorum Eccleſiaſticorum in materia alia loca pia æquiparantẽ Eccleſiæ: ſicut in omni alia materia fauorabili.dec.52.n.54.530
Prohibitus donare vltra aliquam ſummã, ſi donaſſet vltra illam, licet donatio ſit nulla vltra dictam ſummam.Tamen infra illam donatio facta erit valida,& donator ad illam adimplendam tenebitur,& quare. deciſ.25. nu.14. 310
Promittere, affirmare, vel negare per fidem,quam quis habet in Chriſtum,vel Deum,an ſit iuramentum.deciſ.20.numero 27. 228
Promittens repreſentare aliquem coram Iudice , ad ipſius mandatum, liberatur per primam præſentationem: & alia exempla eiuſdem generis ſubnectuntur. deciſ.21.nu.26. 290
Promittens aliquẽ præſentare, ſemel præſentando liberatur.dec.21.nu.46. 293
Promittens aliquem præſentare Iudici ad ipſius mandatum, liberatur prima vice: & quare. deciſ.21.nu.51. 295
Promittentes aliquid licet poſſint compelli etiam in foro Eccleſiaſtico ſi promiſſa reddere iurauerint:non tamen talium hæredes, & quare . deciſ.20. numero 173. 261
Promiſſum is,cui aliquid cum iuramento fuit ab aliquo,licet non poſſit cõuenire ipſius heredes ad ſatisfaciendum ſibi ex dicto contractu inito cum teſtatore, in foro Eccleſiaſtico,tamen poterit agere indirectè implorando Iudicis officium, vt cõpellatur hæres ſatisfacere ſibi creditori

ditori dicti teſtatoris defuncti ad exonerationem eius animæ. deciſ.20. numero 181. 263
Promiſſum ex turpi cauſa ſi ſolutum fuerit, purgata remanet dicta cauſa turpis per nouum conſenſum in ſoluendo; vel de nouo ſponte ſoluere promittendo. deciſ.20. nu.226. 277
Promiſſa ſub fide ſua facta, non obſeruantes non punientur pœna l. ſi maior. C. de tranſact.& quare. dec.20.nu.33.229
Pronunciandum erit ſecundum regulam, niſi contrarium probetur etiam contra perſonas,& cauſas alias priuilegiatas:& quare. deciſ.10.nu.95. 148
Pronunciandum ſecundum regulam erit, niſi contrariũ probetur.dec.8.nu.8.122
Propoſitio indefinita non refertur ad omnia, vbi non eſt vniformis ratio. deciſio 4.nu.16. 63
Propoſitio indefinita,poſita in aliquo reſcripto,quomodo ſit intelligenda. deciſ.53.nu.7. 572
Propoſitio affirmatiua inducit affirmanti onus probãdi illud. dec.40.nu.113.430
Propoſitio illa Doct.communiter dicentium,q̃ obtinens poſſeſſionem deferendus ſit in poſſeſſione, donec conſtet de appellatione aduerſarij, & veritate cauſarum: & quod poſtquàm conſtiterit, cogetur omnia reſtituere, quæ percepe rat; quomodo ſit intelligenda etiam in fructibus Beneficij Eccleſiaſtici. deciſio 10.nu.46. 141
Propulſare iniuriam ſibi illatam, quando quis dicatur ſtatim,& non ex interuallo. deciſ.29.nu.29. 347
Prorogare quid ſit. deciſ.21. nu.21. 289
Prorogatio quid ſit. dec.21.nu.41. 292
Prorogatio operatur ſolùm inter ipſas partes prorogantes, & non nocet fideiuſſori,& quare. deciſ.21.nu.27. 290
Prorogatio temporis non dicitur idem tempus in præiudicium tertij: & ideo tertius liberatur a fideiuſſione facta. deciſ.21.nu.24. 490
Proteſtatio quando dicatur cõtraria actui proteſtantis. deciſ.44.nu.4. 481
Prouiſus a Summo Pontifice, prius mittendus eſt in poſſeſſionem beneficij Eccleſiaſtici, & poſtea audiendus contradictor. deciſ.10.nu.11. 136
Proximiores agnati in feudo antiquo,etſi non in feudo nouo ſemper præferuntur domino, & alijs agnatis, non extantibus filijs feudatariorum, etiam ſi eſſent in remotiſſimo gradu, dummodo ſit de familia ipſorum. deciſ.2. numero 23. 40
Puniri in eo, in quo peccat,debet; & fruſtrà legis auxilium inuocat, qui cõmittit in legem. deciſ.29.nu.103. 368
Cap.fin. ext.de immun.Eccl. verus intellectus redditur.deciſ.29.nu.104. ibid.
Puniendus ſolum in pœna pecuniaria nõ tenebitur comparere in iudicio perſonaliter, etiam in cauſa criminali criminaliter mota contra ipſum: cum de iure poſſit comparere per Procuratorẽ vſque ad finem cauſæ: & quare. deciſ.29. numero 6. 340
Puniẽdus de iure nemo erit in bonis pp crimen alterius cohæredis, & quare. deciſ.30.nume.15. & 16. 377
Punitus pœna pecuniaria inflicta a iure pro crimine famoſo, etiam ſi ipſa maior impoſita fuiſſet, remanebit regulariter infamis: ſecus ſi impoſita non fuiſſet pœna non pecuniaria, ſed grauior: ſed ſi Iudex impoſuiſſet minorem ſtatuta pœna diuerſa, vt puta, pecuniariam pro corporali: nam tunc etiam incurret infamiam, & quare: limita tamen, vt latius ſtatim dicemus. deciſ.27.nu.28. 324
Punitus pœna temporaria, ſeu ad tempus pro aliquo ex crimininibus famoſis, incurrit infamiam iuris perpetuã,quouſque ſecũ diſpenſatum fuerit. deciſio 27. numero 27. 323
Pupillus ſine auctoritate Prætoris non poterit repudiare legatum ſibi factum, & quare. deciſ.15.nu.23. 188

Q

QVadrimeſtre tempus ad executioni mandandam ſententiam regulariter eſt ſtatutum,licet a Iudice poſſit prorogari, & breuiari. deciſ.40.numero 22. 411
Qualitas habens tractum ſucceſſiuum aliquid diſponens, quantum durabit eius diſpoſitio. deciſ.43.nu.26. 472

Digitized by Google

Quæritur masculinitatis, quando in vna parte testamenti est expressa, intelligitur etiam in sequenti repetita. decis.4. numero 19. 64
Quæstio vbi aliqua non reperitur decisa de iure Ciuili, decidetur de iure Canonico,& è contra,in vtroq; foro:& quare. decis.26.nu.5. 313

R

Ratificatio quando dicatur sortiri effectum. decis.1.nu.97. 32
Ratificatio an fieri possit,vbi agit de præiudicio tertij. decis.1.nu 95. 31
Ratihabitio alienationis præcedentis facta a Capitulo, quomodo, & quando dicatur valere. decisio prima, numero 94. ibid.
Ratihabitio retrotrahitur,& mãdato comparatur. decis.20.nu.248. 283
Ratio diuersa inducit diuersitatem iuris. decis.29.nu.105. 368
Ratio redditur quare de iure Canonico ex pacto nudo oriatur actio in iudicio experienda. decis.20. nu.158. 257
Recipiens aliquid a sponte dantem, non tenebitur ad restitutionem. decis.15. numero 70. 199
Recipiens per manum Procuratoris sui Canonem consuetum non dicitur indulsisse caducitatem emphyteutæ, qui ex finita locatione ceciderat a iure suo. decis.1.nu.69. 24
Recipiens bona aliena sibi addicta a Iudicibus per iniustam sententiam restituere tenebitur ei, cuius fuerant, vnà cum fructibus eorum, & quare. decisio 30. numero 9. 376
Recipientes alienata, vel Laicis supposita bona Ecclesiastica sine assensu Apostolico: & consentientes huiusmodi alienationi quam pœnam de iure incurrãt. decis.52.nu.23. 524
Receptio Canonis, quando post caducitatem incursam præiudicet Ecclesiæ collegiatæ. decis.1.nu.77. 26
Reconciliari hæ duæ opiniones contrariæ inter se,quomodo poterunt, Innocentij,dicentis mortaliter peccare detinentem bona Ecclesiastica immobilia sibi alienata sine iuris Pontificij solemnitate,& Antonij de Butr. Panorm.Felini, & sequacium dicentium huiusmodi deteriores esse tutos in cõscientia, dummodo huiusmodi alienatio cesserit in vtilitatem Ecclesiæ alienantis. decisio quinquagesimasecũda, nu.158.& 165. fol. 554. & 556.
Recurrere per appellationem potest qs ad Iudicem a quo, & ipso deficiente ad Iudicem ad quem. decisio 40. numero 29. 413
Recusare quisq; poterit Iudicem sibi destinatum, dummodo se offerat probare coram Iudice non suspecto causas legitimas recusationis. decis.37.nu.2. 355
Recusatio Iudicis prius proponẽda,quàm appellatio, sed ipsa non acceptata iniustè, tunc appellatio proponenda. decis.10. nu.21. 138
Redimere suam vexationem, quando alicui liceat. decis.15.nu.71. 199
Redimere iniustam vexationem sibi illatam cuilibet licet, mediante auctoritate Iudicis,vel Episcopi,dummodo census soluendus ratione compositionis non duret post mortem eius,cui imponitur. decis.15.nu.57. 196
Rediniere vexationem sibi illatam, quando alicui liceat. decisio 15. nume.58. fol. 196
Regno Neapolitano hodie vsu receptum est a multis Episcopis,quòd ipsi non puniant laicos in criminibus mixti fori, quo tamen iure sit introductum, ignoratur ante Pragmaticam D. Perafan Proregis dicti Regni æditam. decisio 36. numero 4. 393
Regula peroptima tradita a Bar. ad cognoscendum, quando Legatum sit conditionale, vel in diem; & quando legatum transmittatur ad hæredes legatarij. decis.41.nu.31.
Regula tradita a Bal.ad cognoscendum legati naturam, & an sit transmissibile ad hæredes. decis.41.nu.32. item tradita a Paulo de Castro, nu.33. & tradita a Iasone, nume.34.
Regula optima tradita a Bald. ad cognoscendum quando legatum, vel donatio facta filio, dicenda sit facta contemplatione patris, vel filij. decis.41. numero 21. 458

Regula

Digitized by Google

Regula peroptima tradita a Bar. ad cognoſcendumrquando legatum, vel donatio facta filio dicenda ſit contemplatione patris, & quando contemplatione eiuſdem filij. deciſ.41.nu.18. 451
Regula, quòd pœna non ſit extendenda ad innocentes, ſed ſolum ad auctores ſuos tenendos, multipliciter exemplificatur. deciſ.30.nu.19. 378
Regula, quòd verba legis ſint intelligenda cum effectu, exponitur. deciſ.26. numero 20. 317
Regula, quòd quælibet cauſa iuſta, ſiue iniuſta excuſet quem a dolo, & pœna, quando locum habeat. deciſ.26.numero 18. ibid.
Regula, in qua dicitur, quòd dies termini non computetur in termino, non habet locum in termino a iure aſſignato volenti appellare. deciſ.40 nu.18. 416
Regula allegari pro iure poterit in caſu, in quo ius expreſsè nihil dicit. deciſ.8. numero 6. 122
Regula idé cognoſcendi tradita per Paul. de Caſtr. deciſ.41.nu.23. 452
Regula de æquiparatis a iure antiquo, qñ locum habeat. deciſ.42.nu.22. 467
Regula, ceſſante cauſa, quem ſenſum recipiat. deciſ.3.nu.23. 57
Regula, non eſt obligatorium. de reg.iur. in ſexto, limitatur, ac declaratur. deciſio 20.numero 207. 270
Regula communiter approbata eſt, quod quando plures perſonæ copulantur, inter quas nõ ſolum adeſt ordo affectionis naturæ, & charitatis; verum etiam concurrit neceſſitas præcisè ipſas in hæredes inſtituendi, vel cauſatuè, ne teſtamentum rumpatur, tunc perſonæ copulatæ cenſentur ordine ſucceſſiuo vocatæ ad bona hæreditaria: & quare. & quid dicendum ſit, ſi fuiſſent aliqui vocati nomine collectiuo. deciſ.7.numero 5. 116
Regulã habens pro ſe in caſibus a iure nõ deciſis, dicitur habere intentionem fundatã; ita vt transferat onus probãdi ſpecialitaté ad aduerſariũ. dec.8.nu.5. 122
Regularum illarũ iuris in c.qui ad habendum.de reg.iur.in ſexto, & in l.inuitus. §.cui dimus.ff.de reg.iur. in l.creditori.in fin.C.de pactis. & in l.1.§.his autem. ff.de ſuperficiebus. vera, & notatu dignißima interpretatio. deciſ.20. numero 219. 274
Regulariter non licet alicui ſibi ius dicendo occultè accipere rem ſibi debitã occupatam iniuſtè ab alio, in aliquo tamen caſu licebit, & quare. deciſ.12.numero 22. 166
Regularis, an & quomodo, & ad quid poſſit exire, & eligi de Monaſterio. deciſ. 39.nu.20. 402
Regularis exemptus, quando poterit puniri a Diœceſano. deciſ.53. nu.12. 574
Regularis, cui regreſſus ad ſuam Religionem non conceditur, æſtimandus eſt in clauſtro quo ad apoſtaſiam non incurrendam, & quare. deciſ.23.nu.8. 301
Regulares, quibus a ſuis Prælatis non conceditur ad Religiones ſuas, quando teneatur aliàs ingredi: & in ſeculo quomodo viuere teneantur, & cui ſubditi ſint effecti: & ad quæ vota teneantur. deciſ.23.nu.4. 300
Regulares electi, vel fugitiui, quibus non conceditur regreſſus ad ſuas Religiones, ſi non fuerint in ſacris, non tenebuntur ad perſolnendas horas Canonicas ſub præcepto, ſicut ſi eſſent in clauſtro, & quare? & an teneantur ad obſeruantias regulares. deciſ.23.nu.6. 300
Regulares electi, vel fugitiui, quibus regreſſus nõ conceditur ad ſuas Religiones, efficientur ſubiecti locorum, (vbi habitant) Ordinarijs, ſicut fuerat ante eorum ingreſſum in Religionem, & quare. deciſ.23.nu.9. 301
Regularibus expulſis, aut fugitiuis, quibus non datur regreſſus ad eorum Religionem, ab Epiſcopis poterit imponi cura animarum alicuius beneficij Curati, ſcilicet collatio concedi, cui operam dare poterunt, donec reuocarentur ad Clauſtra ſuæ Religionis: & quare. deciſ.23. nu.13. 302
Relictum legatum creditori intelligitur contemplatione debitoris voluntarij. deciſ.41.nu.4. 447
Religioſus, vt quis propriè dicatur ad hoc vt gaudeat priuilegio fori, & perſonæ, quid ſufficiat. deciſio 34. numero 6. fol. 390
Religioſus regulariter conſentire nõ poterit

Digitized by Google

terit electioni de se factæ fine consensu sui Prælati, aliàs electio huiusmodi esset ipso iure nulla. decis. 23. numero 14. 303

Religiosus translatus de vna Religione in aliam, non poterit eligi ad curam animarum, etiã accedente sui Prælati consensu. decis. 23. nu. 15. ibid.

Religiosus posse assumi ad curam animarum iure cautum esse probatur. decisio 39. nu. 5. 399

Remedio actionis, vel accusationis quandocunque contra laicum delinquentẽ poterit succurri: Ecclesiasticus non potest se impedire, nisi in casu negligentiæ, vel per viam denunciationis. decisio 20. nu. 182. 263

Renunciare iuri suo quando alicui liceat. decis. 29. nu. 69. 359

Renunciare nemo potest iuri, quod pro se introductum non est: vnde nec renunciatio talis iuris etiam iurata, alicuius obligationis est, aut virtutis. decis. 20. numero 96. 242

Renuncians bonis paternis, vel maternis cum iuramento, asserendo se illa nunquam petiturum: poterit petere legata bona a dictis parentibus, & quare. decisio tertiadecima, nu. 6. 172

Renouatio locationis quinquennalis de iuri essentia requirit scripturam. decisio 1. nu. 36. 16

Renouatio locationis finitæ facienda erit expresse, aliàs erit nullius virtutis. decisio 1. nu. 78. 26

Renunciatio facta de omni iure, quod ad præsens habet, vel habere sperat, non comprehendit, nisi ea, quæ habent causam de præterito, & quare. decis. 13. numero 10. 173

Renunciatio facta de aliquo iure non se extendit ad ius postea quæsitum, & quare. decisio tertiadecima, numero 9. 172

Renunciatio facta propter metum, & terrorem iniectum, est nullius virtutis, nisi illa fuisset iuramento, vel fide interposita confirmata. decis. 20. numero 16. 226

Renunciatio non omnis excludit renunciantem a iure accrescendi, decis. 52. nu. 181. 567

Renunciatio etiam iurata non trahitur ad casum valde insolitum, & incogitatum. decis. 13. nu. 4. 171

Renunciatio bonorum paternorum facta a filia dotem recipiente, licet de iure Ciuili non sit obligatoria, tamen si vallata fuerit iuramento, erit valida, & quare. decisio vigesima, numero 165. fol. 259

Renunciatione, vel remissione in generali non videtur remissum ius succedendi ab intestato, nisi id expresse renunciasset, & quare. decis. 13. numero 11. 173

Repudiatio legatorum Ecclesiæ, quare possit fieri per Prælatum, & Collegium sine prævio assensu Apostolico, etsi dicatur alienatio, non tamen poterit alienari aliud tam pleno iure possessum ab Ecclesia. decisio 15. numero 24. & 26. fol. 188. & 189

Repudiatio feudi antiqui facta a feudatario etiam in beneficium domini directi, sine consensu agnati proximioris, & non præiudicat, nisi solum vita durante ipsius feudatarij, & descendentium eius, si qui legitimi essent, & quare. decis 2 nu. 53. 47

Requisita, vt quis obligetur ad faciendum id, quod promisit sub iuramento. decis. 20. nu. 156. 256

Requisitis a lege limitatiuè, & qualificatiuè, debeat prius constare quid. decisio 52. nu. 110. 541

Rescriptum mandans quem absolui præstita satisfactione (vt conformetur iuri communi) exponitur, vel præstita cautione de satisfaciendo. decis. 43. numero 14. 470

Rescriptum fore interpretandum sine alterius præiudicio fuisse a Principe concessum in dubio, probatur quoque iure Ciuili. decis. 43. nu. 35. 474

Rescriptum erit reducendum ad ius commune, etiam si id facere oporteret per improprietatem verborum, vel transpositionem clausularum, & quare. decisio 43. nu. 12. 476

Rescriptum Principis erit interpretandũ, rebus sic stantibus, vt reperiebantur tẽpore impetrationis Rescripti, vel Beneficij, & quarè. decis. 43. nu. 6. 470

Rescri-

Digitized by Google

Reſcriptum principis reducendum erit ad ius commune. dec. 53. nu. 24. 576

Reſcriptum Principis contra ius commune conceſſum, non erit ſtatim exequendum. dec. 43. nu. 9. 471

Reſcriptum Principis non præſumitur cõceſſum in præiudicium tertij, & quare. dec. 43. nu. 30. 472

Reſcripti Pontificij forma eſt ſemper ſequenda, ſi non ſit contra ius commune uel aliàs conſtet de uoluntate Principis, & quare. dec. 43. nu. 8. 471

Reſcripti forma non erit ſeruanda, quando ex hoc ius tertij (qui in reſcripto non eſt nominatus) læderetur, & quare, & exemplificatur hæc regula. dec. 43. nu. 43. 476

Reſcripti Pontificij forma quando ſit ſeruanda. dec. 53. nu. 13. 574

Reſcripti uerba erunt conformanda æquitati, & ſi ipſa uerba forſan hoc non paterentur, & quare & quando. dec. 53. 14. & 20. 574. & 57.

Reſcripti clauſulæ, quę ſunt ſecundum ius commune, recipiunt interpretationes & limitationes, quas recipit ius cõmune diſponens de materia illius clauſulæ, & exemplificatur. deciſ. 53. num. 21. 575

Reſcripti uerba conformanda ſunt æquitati, etſi ipſa forſan hoc non pateretur, & quare. dec. 43. nu. 10. 471

Reſcripta contra ius elicita, ſunt irrita & nulla. dec. 43. nu. 7. 471

Reſcripta lædentia alium in magno, ſunt nulla, ſecus in paruo, uel unde amitteretur lucrum aliquod. dec. 43. num. 41. carta. 476

Reſcripta Principum quomodo ſint intelligenda, & quare. dec. 43. nu. 24. 472

Reſcripta de ſui natura & regulariter non ſunt contra ius. dec. 43. nu. 19. 471

Reſcripta in dubio accomodari debent iuri communi, cum ad illud ſint reducenda. dec. 43. nu. 20. 471

Reſcriptorum uerba ambigua erunt interpretanda ſecundum ius commune, & quare, & quando. dec. 52. nu. 19. 575

Reſponſio optima impugnationi factę, ac legum & Doctorum concordia. deciſ. 40. nu. 142. 438

Reſponſio ac uera interpretatio ad tex. in l. fideicommiſſa §. interdum. ff. de legat. 3. dec. 41. nu. 24. 453

Reſponſio genuina triplex ad iura ciuilia, quæ uidebantur impugnare ueritatem dicti noſtri corrolarij. deciſ. 12. nu. 21. 166

Reſponſio ad primam impugnationem allatam à parte aduerſa contra petitam admiſſionem appellationis. dec. 5. nu. 14. 73

Reſponſio ad ſecundam impugnationem allatam contra petitam admiſſionem appellationis. dec. 5. nu. 15. 73

Reſponſio ad tertiam obiectionem allatam contra petitam admiſſionem appellationis. dec. 5. nu. 22. 82

Reſponſio ad quartam impugnationem allatam contra petitam admiſſionem appellationis. dec. 5. nu. 23. 83

Reſtituere quid ſit. dec. 28. nu. 18. 333. dec. 30. nu. 5. 374

Reſtitutio in integrum, & quælibet gratia Principis in dubio erit intelligenda ſine alterius præiudicio, & quare. deciſ. 43. nu. 39. 475

Reſtitutione facienda quid ſit attendendum, & quomodo probetur ipſam iuſſam Diuino præcepto. Non furtum facies. dec. 30. nu. 6. cart. 374. deciſ. 28. nu 19. 333

Res quęlibet de facili ad naturam ſuam redit, & quare. dec. 35. nu. 5. 392

Res immobilis Eccleſię indebitè alienatæ repoſcuntur cum fructibus. dec. 52. nu. 17. 18. 19. 20. 21. 522. & 523

Res licèt ſit maximi ualoris, & tamen ſi de poſſeſſione tantum contendatur, cauſa dicitur minima, & quare. deciſ. 10. nu. 91. 148

Res certa dicitur pro eo, qui habet regulam pro ſe, & dicitur habere ſimiliter intentionem fundatam, licèt aliqui ſpeciales caſus ſint in contrarium. deciſ. 10. nu. 85. 147

Rei uendicatio non habebit locum ſi ante iudicium, & in proceſſu iudicij conſtiterit quem non poſſidere, & erit etiam abſoluendus is, qui dixiſſet, nolo reſpõdere, uel nolo defendere abſentem. dec. 44. nu. 14. 484

Rei Eccleſiaſticæ immobilis alienatæ ſine ſolemnitate iuris facta, an conferat aliquem

Digitized by Google

quem titulum emptori illius, ita ut poſſit illas detinendo eſſe tutus in foro cõſcientiæ, nullo aſſecuto aſſenſu eius, à quo de iure expectendus fuerat, & quare. dec.52.nu.153. 553

Rem Eccleſiæ habens quo caſu non ſit tutus in foro conſcientiæ. dec. 52. num. 168. 556

Rebus noſtris duplex ius habemus. dec. 52.nu.52. 530

Reus abſens ubicunque damnari poterit, tunc poterit comparere in iudicio per procuratorem, etiam in cauſa criminali criminaliter mota. dec.29.nu.7.340

Reus perſonaliter comparere non tenebitur, ſed poterit per procuratorem in omni cauſa, in qua pœna corporalis nõ ueniret imponenda, uel non excederet pœnam relegationis. deciſ.29.num.9. carta. 341

Reus dicetur probare eo ipſo, quod excipiendo aliquid aſſerat. deciſ. 40.num. 134. 436

Reus conuentus reali actione, quando teneatur reficere expenſas. dec.44.num. 28. 487

Reo punito ab uno Iudice præcluditur via alteri eum pro eodem delicto puniendi. dec.32.nu.7.& 11. 384.& 385

S

SAcrilegus regulariter non eſt ipſo iure excommunicatus, nec uiolator immunitatis Eccleſiæ, rapiendo aliquem de Eccleſia. dec.29.nu.39. 350

Sacri Canones prænalent iure ciuili non ſolum quo ad ordines clericales, verum etiam quo ad ſucceſſiones, & legitimationes. dec.6.nu.46. 108

Satiſdatio maleuolum animum non mutat. dec.28.nu.10. 331

Satisfacere quiſque de iure poterit ſibi de bonis debitoris ſui, ſi uia iuris non poſſet ſuum conſequi, & inde nullum ſcandalum immineat. deciſ. 30. num. 24. 379

Satisfieri legato, cuius intereſt habet actionem illud petendi, licèt ad illum non fuerint directa uerba legati. deciſ. 41. nu.25. 453

Scandala neceſſe eſt ut ueniant, ſed ne homini illi, per quem ſcandalum uenit. dec.28.nu.5. 328

Scandala actiua uitare præcipiuntur omnes iure Diuino, & quando ſit mortale. dec.46.nu.15. 495

Scientia uelata ad pœnam uitandam non ita ſufficit, ſicut directa uelata ſcilicet, & non probata in iudicio. dec. 40. nu. 89. 424

Scriptura reperta in archiuio quibus concurrentibus plenè probet. dec. 9.num. 10. 125

Scriptura priuata patris aliquid atteſtantis inter filios, etiam ſine teſtibus valet. dec.88.nu.3. 122

Scriptura priuata ſuſpecta in antidatione, uel annotatione diei, in qua ipſa fuit ſcripta an præiudicet creditori poſteriori. dec.8.nu.4. 122

Scriptura omnino priuata, quando probabit plenè. dec.9.nu.17. 127

Scriptura quando dicatur habere teſtimonium publicum, ita ut plenam fidem faciat. dec.9.nu.8. 125

Scriptura, quæ non apparet manu publica ſcripta, an probet pro curia plenè. dec.9.nu.15. 126

Scripturę ſolemnitates ad reuocationem locationis finitæ emphyteuticę poſſeſſionis eſt neceſſaria, ſecus tamen eſt in remiſſione caducitatis incurſæ ex non ſoluto canonę, etſi non ſemper. deciſ. 1.nu.74. 25

Scripturæ mercatorum, & campſorum plene non probant, niſi ſtatutum, aut conſuetudo diſponeret. dec.8.nu.2. 122

Scripturæ quæ apud ſedem Apoſtolicam dicantur regiſtra. dec.9.nu.5. 124

Securitas indeterminatè conceſſa alicui Bannito, ut poſſit ingredi ciuitatem, quomodo intelligatur. dec. 21. num. 22. 289

Sententia Doct. dicentium, quod excommunicatio inferatur pro diuerſis peccatis, ſcilicet quandoque pro hoc, & quandoque pro illo: quomodo ſit intelligenda, & quare. dec.29.nu.52. 354

Sententia Doctorum dicentium acquirentes per ludum alearum ab uxoribus teneri ad ipſorum acquiſitorum reſtitutionem, limitanda erit, & dicendum ipſum uerificari ſolum in uxoribus ca-

rentibus

Digitized by Google

rentibus peculio. dec.20.num. 245.& 246. 282
Sententiæ Diui Thomæ & sequacium dicentium lucrantes in ludo à filijsfamilias, uxoribus, & alijs non habentibus proprium,talium acquisitorum restitutioni fore obnoxios: uerus intellectus traditur. dec.20.nu.221. 274
Sententia iudicialis etsi in multis differat ab extraiudiciali,tamen quoad tempus appellationis conueniunt,scilicet a die scientiæ. dec.40.nu 49. 415
Sententia interlocutoria, uel diffinitiua lata expresse contra regulam iuris communis, est nulla, licèt reperiantur aliqui casus excepti, in quibus sententia illa posset saluari: ex quo illi speciales casus non fuerũt expressi in sententia, & exemplificatur hęc regula. dec. 10. nu.86. 147
Sententia interlocutoria infra decẽdium poterit exequutioni mandari,& quare. dec.40.nu.47. 415
Sententia lata in causa matrimoniali, quare non transeat in rem iudicatam post decem dies,licet ab ipsa non fuisset appellatum. dec.35.nu.1. 391
Sententia lata pro marito agente contra uxorem ad id, quod uerè sibi debebatur,& muliere ad repellendum maritũ opponente aliquam exceptionem retractabitur etiam sine appellatione, & quare. dec.35.nu.2. 391
Sententia lata in causa appellationis in quo differt à sẽtentia lata in causa restitutionis. dec.22.nu.5. 296
Sententia lata de crimine contra aliquem statim infamat, & quare. decis.27.nu. 10. 321
Sententia lata in possessorio habet qualitatem interlocutoriæ;& ideo appellans ab ea tenetur exprimere causas, & maxime in possessorio beneficij hoc habebit locum,& quare.dec.10.nu.103.151
Sententia contra aliquem lata si esset nulla propter aliquam conditionem deficientem,ualida efficeretur, si uergeret in utilitatem alicuius,& illam ratam haberet,& hoc multipliciter exemplificatur. dec.52.nu.3. 518
Sententia tam diffinitiua, quàm interlocutoria lata expresse contra regulam iuris est ipso iure nulla:licèt reperiantur aliqui casus excepti. dec.8.n.7.122
Sententia in causa & actione iniuriarum, quantumcunque minima,infamat. decis.27.nu.14. 322
Sententia a qua non fuit appellatum infra decendium, quare transeat in rem iudicatam. dec.40.nu.53. 516
Sententia,à qua non fuit appellatum intra decem dies transit in rem iudicatam & ab ea postea appellari non poterit, nec eius executio retardari, nisi propter excessum modi executionis. dec. 40.nu.21. 411
Sententia lata contra aliquem,quod tempus à iure sit indultum illi ad soluendum id,ad quod fuit condemnatus. decis.40.nu.41. 414
Sententia poterit ferri etiam disiunctiue conditionaliter, idest sub conditione, quę habet ipsam iustificare, quæ aliàs uocatur conditio intrinseca, & tacite cohærens. dec.40.nu.42. 414
Sententia de exequendo dicitur interlocutoria habens uim diffinitiuæ, & ideo in appellatione ab ea erit in specie causa appellationis exprimenda, aliàs appellatio non erit admittenda:& quare. dec.10.nu.69. 145
Sententia de exequendo,quare de iure dicatur interlocutoria,etsi habeat vim diffinitiuę. dec.10.nu.75. 146
Sententia notoriè iniqua est ipso iure nulla,etiam si talis notorietas solum dependeat ex actorum inspectione. dec. 5.nu.51. 96
Sententia habens relationem ad acta (ex quorum inspectione comprehenditur eius iniquitas) erit nulla, etiam si talis relatio esset facta in genere, & specialiter ad certam partem actorum,auctoritate multorum Doct. probatur,etiam si dicta sententia non se retulisset expresse ad acta, sed error consisteret in ea parte actorum, ad quam de necessitate refertur sententia sine expressa relatione. dec.5.nu.53. 97
Sententia lata à Principe supremo non recognoscente superiorem(licet sit inappellabilis,regulariter cum ipsa fieri debeat ad superiorem,)tamen falleret regullam,quando Princeps supremus pronunciasset

Digitized by Google

nunciasset sententiam in aliqua causa ad relationem alterius, etsi supremorũ syndicatorum tribunal recognoscat superiorem, scilicet Serenissimum Senatum Genuensem. Nam quòd tunc a dicta sententia possit appellari probatur quãplurimis auctoritatibus. dec. 5.nu. 54. 97
Sententiæ iniustitia resultans ex actis faciet ipsam sententiam nullam, si habuerit relationem ad ipsa acta, & ex inspectione ipsorum actorum apparere possit ipsius sententiæ iniquitas. decis. 5. nu.52. 97
Sententiæ latæ contra se etiam absentem, quis stare tenetur quando adueniente illius scientia non reclamasset. dec. 6. nu.65. 113
Sermo simplex, aut promissio uerificatur in prima uice. dec.21.nu.8. 286
Sermo simplex regulariter uerificatur in prima uice. dec.21.nu.25. 290
Seruare quid sit. dec.20.nu.83. 240
Seruus si sciente domino aliquem occiderit, uel vulnerauerit, Dominus eius ad interesse tenebitur. dec.28.nu.22. 334
Sexus masculinus in dispositione testatoris pluries repetitus non concipit fœminum, & quare. dec.4.nu.18. 64
Simoniacum est aliquid dare pro iure spirituli quærendo, sed non proiure iam quæsito conseruando, & quando, & quare. dec.15.nu.59. 197
Simulatio, quæ contingit fieri in contractibus, scilicet contractus permissi ad contractum permissum, permutatio licita est, & quare. dec.20.nu.229. 278
Simulationis exceptio non opponitur cõtra depositum, licet depositum fuerit de debito ex alia causa. dec.20.n.233. 279
Solemnitas necessaria presumitur interuenisse in actu ipso ex diuturniatate temporis. dec.17.nu.1. 209
Solemnitas extrinseca non præsumitur, si non appareat in scriptura. decis.52. nu.137. 547
Solemnitas non præsumitur solum ex diuturnitate temporis, nisi alia presumptio comitetur: & hoc quando agitur de magno præiudicio, secus si solum de minimo. dec.1.nu.87. 28
Solidi, sic annotati in iure, quare sic dicantur. dec.29.nu.77. 361
Solidorum appellatione, quæ pecunia ueniat, tam si reperiantur annotati in iuris communis dispositionis, quàm hominis. dec.29.nu.71. 360
Solidorum descriptorum in statuto, uel alia hominis dispositione appellatione quæ pecunia ueniat. dec.29.n.78. 361
Solidos dandos fore secundum monetam, quæ est in usu in loco illo; hoc uerum esse dicendum erit, quando hoc fuisset prouisum ab homine uel iure municipali, non autem à iure communi. dec.29.nu.76. 361
Soluens antè condemnationem iudicialem euadet infamiam iuris, quę alias procederet ex condemnatione. decis. 27.nu.8. 321
Spes non habendæ prolis quando uitiet matrimonium. dec.6.nu.5. 101
Spem sobolis satis esse habere in conuale scentia, cum etiam sinę illa esset uerum matrimonium. dec.6.nu.19. 103
Spoliatus à iudice non petit restitutionẽ, nec in eo locum habet regula, q; spoliatus sit ante omnia restituendus, quoniam hic non restituetur, nisi prius probet iniustam spoliationem. decis. 10. nu.43. 141
Spoliatus a iudice competenti in forma iudicij uolens agere, cogitur tria probare: & hæc quæ sint. dec.10.nu.45. 141
Spoliatus ab aliquo (non auctore prætore) extante omnia restituendus pristino statui. dec.12.nu.13. 163
Spoliatus non censetur, qui auctore principe, uel prætore fuit spoliatus aliquare. dec.10.nu.41. 141
Statutum Ianuense in casu omisso recipit interpretationem a iure communi, etiã si dicerit non fore interpretandum, nisi ut iacet litera, prout in simili statuto docuit Carpanus. dec.5.nu.33. 89
Statutum Ianuense intelligendum erit reiecisse solum appellationem friuolam, non autem iustam, & quando ex actorũ inspectione poterit cognosci notorie iniustitia sententiæ. dec.5.nu.46. 95
Statutum Ianuense non sustulit interpretationem legalem, iuridicam, necessariam, uel fauorabilem, etiamsi dixisset, quod esset intelligendum uere, &

proprie. decis.5. num.37.& 38. 91
Statutum Ianuense non tollit interpretationem intrinsecam, quæ ex uerbis colligi poterit.dec.5.nu.39. 91
Statutum Ianuense non tollit ueram,nec expositiuam interpretationem,neq; literalem & grammaticalem intellectum. dec.5.nu.40. 91
Statutum Ianuense non aufert interpretationem per quam ostenditur mens statuentiũ,cũ magis ista sit attendẽda,quã uerba,& hoc probatur. dec.5.nu.41.92
Statutum Ianuense non tollit interpretationem,per quam ipsa capitula statutorũ ad concordiam,& non ad correctionẽ poterunt reduci,cũ interpretatio, q̃ sumitur ex alio statuto, non censeatur prohibita per dictũ statutũ, & hæc regula applicatur statuto Ianuensi in casu proposito. dec.5.nu.42. 93
Statutum Ianuense, nõ remouet interpretationem passiuam,sed solum extrinsecam,& friuolam. dec. 5.nu.42. 93
Statutũ Ianuense nõ remouet interpretationẽ uerã,nec restrictiuam secũdũ ius cõmune, ne quis indebite pœnã patiat etiãsi inde statutũ ipsum nihil operaret ultra ius commune. dec.5.num.44.94
Statutum Genuense prohibens ipsum interpretari alio modo, quam iacet in littera ipsorum, quomodo erit intelligendum. dec.5.nu.24. 85
Statutum Genuense prohibens extensionem per identitatem rationis est simile ad uerbum Statuto Mediolanensi,cum ibi idipsum inhibeatur,& tamen Carpanus probat talem extensionem per dictum statutum non fuisse prohibitam. decis.5.nu.20. 81
Statutum Genuense (uti iuris communis correctorium) erit strictè intelligendũ in tantum,quod ubi esset dubium an appellatio in casu occurrente esset admittenda,necne, q̃ omnino foret pronuntiandũ posse appellari.Probatur apertissimis documentis. decis.5.nu.55. 98
Statutum Ragusinum declarat creditores defunctorum propter obsequia præstita,etsi essent posteriores, quod semper sint iudicandi anteriores omnibus creditoribus. dec.12.nu.31. 169
Statutum Ragusinũ præcipiens,q̃ nocatus ad iudicium,& effectus contumax, pro iudicato sit habendus,quomodo sit interpretandum. dec.30.nu.1. 371
Statutum Ragusinum qua pœna puniat homicidam. dec.29.nu.36. 348
Statutum disponens in materia iuris communis,& aliquos casus excipiens extenditur ad consimiles a iure exceptos, ita debeat recipere omnes iuris communis limitationes,& ampliationes,quoniam tunc etiam extenditur ad casum fictum quando talis casus fictus a iure communi fuisset æquiparatus casui uero. dec.5.nu.17. 78
Statutum si disponat præter, uel contra ius commune,tunc casus in statuto expresse non prouisus relinquitur dispositioni iuris communis. dec.5.n.18.78
Statutum loquens in materia iuris communis, & aliquos casus excipiens, non firmat regulam in non numeratis contra ius commune antiquum,cum in casibus non exceptis suppleatur a iure communi. decis.5.nu.19. 79
Statutum prohibens indifferenter appellationem, est nullum secundum Alciatum. dec.5.nu.50. 86
Statutum prohibens interpretationem eiusdem non includit legitimam,sed solum friuolam,& idem dicitur de statuto prohibente appellationem, uel exceptionem. dec.5.nu.30. 87
Statutum prohibens mulieri alienationẽ erit interpretandum locum habere solum in acquisitis, & non in acquirendis. dec.1.nu.44. 17
Statutum laicorum, quod non ualeat in præiudicium clericorum,intelligitur in quæsitis,& non in acquirendis. decis. 1.num.45. 17
Statutum laicorum,in quo cauetur,quòd Ecclesiæ nullo tempore præscribant,ualet,& quare. dec.15.nu.17. 186
Statutum simpliciter loquens de aliquo contractu, illum fieri prohibendo nisi adhibita aliqua solemnitate,non comprehendit huiusmodi contractum iuratum,et quare. dec.20.nu.105. 244
Statutum excludens filiam,extantib. masculis,excludit nepotem ex filia,et omnes descendentes ex ea,et quare. dec. 4.nu.36. 68

Digitized by Google

Statutum laicorum, quod non ualeat in præiudicium clericorum, quomodo ſit intelligendum. dec. 15. nu. 9. 185
Statutum mandans in curia mercatorum fore iudicandum de bona æquitate, et non inſpectis ſolemnitatibus iuris ciuilis, quomodo ſit intelligendum. deciſ. 20. nu. 162. 258
Statutum uolens haberi aliquem pro ciue efficiet ipſũ uere ciuẽ. dec. 6. n. 53. 109
Statutum præcipiens in inſtrumento conficiendo adeſſe aliquam ſolemnitatem, alias quod ſit nullius uirtutis, nõ cõfirmatur, nec ualidatur iuramento ſecundum aliquos. dec. 20. nu. 97. 242
Statutum licet dicat filiumfamilias non poſſe ſe obligare, ſi tamen ſequatur obligatio, & licet directa actio tollatur per ſtatutum, tamen poterit creditor agere actione de dolo, uel ſtellionatus crimine contra talem, & quare. dec. 20. nu. 132. 251
Statutum prohibens omnem interpretationem præter litteralem, quomodo ſit intelligendum, quando ipſum interprètando ſecundum corticem litteræ ſequeretur abſurditas multis auctoritatibus probatur etiamſi in huiuſmodi ſtatuto fuiſſet prohibita omnis gloſatio, ſubauditio, & extraneus intellectus. dec. 5. nu. 32. 88
Statutum dubium recipit interpretationẽ a iure communi, & idem dicitur de ſtatuto diſponente in materia iuris communis, cum tũc recipiet omnes ampliationes, & limitationes, quas recipit tale ius commune. dec. 29. nu. 100 367
Statutum dicens homicidam occidi, niſi faceret cauſa defenſionis neceſſarię, an poſſit extendi ad alios caſus, quàm defenſionis. dec. 29. nu. 89. 364
Statutum ſimpliciter dicens, occidens occidatur, qualiter ſit interpretandum. dec. 29. nu. 93. 365
Statutum tali pacto erit interpretandum, ne quis indebitè damnum patiatur. deciſ. 29. nu. 94. 366
Statuti uerba erunt ponderanda in inſtigendis pœnis. dec. 32. nu. 17. 386
Statuto remouente appellationem nõ obſtante, ex iuſtis cauſis licebit appellare, & maxime ſi quis manifeſtè grauaretur uel euidenter ſententia eſſet iniqua, uel lata ſine cauſæ cognitione. dec. 5. nu. 45. 95
Statuto prohibente oppoſitionẽ exceptionis non obſtante, poterit opponi exceptio euidens ex inſpectione inſtrumenti, & actorum. dec. 5. nu. 48. 96
Statuta laicorum, etſi non complectantur clericos in materia odioſi, bene tamen in fauorabili. dec. 12. nu. 33. 170
Statuta pœnalia iniungentia pœnas taxatas a iure communi, erunt extendenda etiam ad illos caſus fictos, ad quos & ipſa extenſa reperiuntur, & quomodo. dec. 29. nu. 99. 367
Statuta prohibentia interpretationem extenſiuam, illam admittent pro mitanda aliqua abſurditate indè procedẽte, etiã ſi a ſtatuto dicatur ipſum fore intelligẽdum, ut littera iacet, ſecundum Carpanum, & pleroſque omnes Doctores, & per ſtatutum huiuſmodi non præcipitur iudaica interpretatio, auctore Carpano, & alijs. dec. 5. nu. 26. 27. 86
Statutorum uerba erunt interpretanda iuxta formam iuris communis, & quare. dec. 29. nu. 98. 367
Subſtitutio facta in uno caſu extenditur ad alium, quia largiſſima fieri debet interpretatio, conformis tamen menti teſtatoris ſubſtituentis. dec. 14. nu. 6. 176
Subſtitutus poſt mortem inſtituti heredis & filiorum ſuccedet hæredi etiam ſi nũquam ille hæres filios habuiſſet. deciſ. 14. nu. 5. 176
Subſtitutus admittetur ad aſſequendam hæreditatem eius, qui aliquem hæredẽ inſtituit nondum natum, ſi in pupillari ætate fuiſſet mortuus, etiam ſi talis hæres inſtitutus nunquam fuiſſet natus, & quare. dec. 14. nu. 7. 177
Subſtitutus ſecundo loco habebitur pro ſubſtituto primo loco, ſi nũquam natus fuit qui ſubſtitutus fuerat primo loco, ita quod ſuccedet inſtituto morienti ſine filijs. dec. 14. nu. 12. 179
Superior poterit compelli ad diſpenſandũ ubi ſubeſt iuſta cauſa, & ſic Baro non admittens rem ad compoſitionem, vbi adeſſet iuſta cauſa. dec. 46. nu. 8. 494
Superior proprius in materia alienationis, cuius aſſenſus requiritur, quis dicatur.

Digitized by Google

catur. decis. 52. nu. 99. 538
Suscipiens libellum in rei uendicatione, & litem contestando, an uideatur se liti obtulisse. dec. 44. nu. 21. 485
Suspensio à priuatione etsi regulariter differat, tamen sæpè inter se confunditur (prout in casu nostro) & quare. decis. 26. nu. 7. 313
Suspenso Episcopo, licet implicitè dicatur suspensa iurisdictio Vicarij dependentis solum ab ipso Episcopo: tamen huiusmodi iurisdictio non deuoluetur ad capitulum, nec ad Archiepiscopum, sed solum ad Papam. dec. 42. nu. 6. 460
Suspenso Episcopo, sicut capitulum non poterit conferre beneficia, sic nec commendare, & quare. dec. 42. nu. 3. 468

T

TAciturnitas non operatur consensum ubi tractatur de aliquem obligando. dec. 1. nu. 86. 28
Taciturnitas præsentis in aliquo actu quãdo pro illius consensu non habeatur. dec. 52. nu. 128. 546
Taciti & expressi eadem est uirtus. dec. 33. nu. 3. 348
Tactus Sacrarum Scripturarum in iuramenti delatione vniuersaliter non est necessarius, stante consuetudine in contrarium. dec. 20. nu. 51. 233
Tactus Sanctarum Scripturarum in iuramenti delatione quando necessario requiratur, vel Sanctorum Euangeliorum. dec. 20. nu. 52. 57. 434
Tactus scripturarum omissio in iuramenti delatione, ubi a iure præcipitur facit actum irritum, & quare. decis. 20. nu. 56. 235
Tempus prorogatum inter prorogantes est unum, sed non respectu tertij, dec. 21. nu. 42. 292
Tenput centum annorum à Doctoribus dicitur perpetuum, & quare. decis. 1. nu. 20. 10
Tempus appellationis interponendæ, & exequendę quod est. dec. 40. n. 32. 413
Tempus legale in dubio semper præsumitur continuum. dec. 40. nu. 36. 414
Tempus decendij incipiet currere non à die conditionis extantis, sicut in alijs prescriptionibus contingit, sed à die latæ sententiæ, etiamsi ferretur sub conditione (suppositа tamen eius scientia) & quare. decis. 40. numero 40. & 56. carta. 414. & 417
Tempus appellandi a iure indultum curret a tempore latę sententiæ, & non à tempore lapsus diei, & elapso decendio sententia transit in rem iudicatã, & quãdo, & quare. dec. 40. nu. 51. 416
Tempus continuum quod dicatur. decis. 24. num. 5. 305
Tempus petendorum apostolorum quando currere incipiat. dec. 40. n. 164. 443
Tempus hodie indultum ad deliberandũ, an quis uelit sententiæ latæ in causa sua assentiri, uel ab ea appellare, est decem dierum tam in causa iudicialiter, mota, quàm extraiudicialiter, & quę causa dicatur mota iudicialiter, & quæ extraiudicialiter, & an huiusmodi dies sint continui currentes. de mométo ad momentum, & a die latæ sententiæ, aut a die scientiæ, aut ab hora, in qua datur copia adeundi Iudicem a quo, uel ad quem. dec. 40. nu. 17. 410
Tempus & quantitas accidentium semper sunt in maiori potentia, & habitu iuris quam actu: & ideo opus fuit constitui leges nouas ſiucessiue respectu futurorũ contingentium, ad quę ius naturale vel gentium nõ potest attingere, uel in quibus est dominium. dec. 20. nu. 72. 239
Temporis in prorogatione requiritur ut fideiussor, qui intercessit à principio de nuo expresse promittat, alias non tenebitur, etiamsi à principio fuisset conuentum, quod posset tempus prorogari, & quare. dec. 21. nu. 44. 293
Temporis non firmatur tractu, quod ab initio non subsistit. dec. 1. nu. 81. 27
Temporis ex diuturnitate quando non possit præsumi solemnitatem à iure requisitam interfuisse. dec. 52. nu. 74. 75. & 140. 534. & 549
Temporis diuturnitas alicuius actus requisiti de iure, an faciat semper præsumere omnes solemnitates iuris in ipso actu confecto interuenisse. dec. 52. nu. 104. 117. & 132. 540. 543. & 546
Temporis diuturnitas, ut faciat præsumi in aliquo actu præcessisse omnia, quæ

Digitized by Google

de solemnitate à iure indicta reperiuntur, quę necessario requirat. decis. 52. num. 108. 127. 129. 130. 131. 132. 138. carta. 541. 546. & 548
Temporis diuturnitas quare de iure non faciat præsumere, quod interuenerint solemnitates iuris in aliquo actu. dec. 52. nu. 116. 540
Temporis ex diuturnitate non præsumitur de actu requirente scripturam. decis. 52. nu. 135. 547
Terminus decendij concessus appellare uolentibus incipit a die scientię promulgationis sententiæ latæ. decis. 40. nu. 23. 411
Terminus decendij non currit appellare uolenti, nisi sibi detur copia iudicis à quo, vel ad quem, & hoc in publico, nec ipse appellare uolens tenebitur se conferre ad domum, uel uillam eorum. dec. 40. nu. 26. 412
Terminus decendij currit non a die sententiæ simpliciter promulgationis, sed à die scientiæ promulgationis ipsius ex qua fuerat quis grauatus, etiamsi talis dies esset feriatus, si tamen in ipso iudex dedisset copiam sui. dec. 40. num. 28. 412
Terminus decendij appellare uolenti concessus à iure locum habet non solum in sententia diffinitiua, uerum etiam in interlocutoria. dec. 40. nu. 35. 413
Testator poterit prohibere filijs alienationem, etiam legitimæ eorum, ex causa rationabili: cum talis prohibitio dicatur continere commodum & fauorem, non odium filiorum. decisio. 2. nu. 29. 42
Testator loquens de filijs masculis, & in eodem testamento tamen in alia eius parte simpliciter loquens de filijs, censebitur etiam de filijs masculis in dicta alia parte loquutus, & hoc tam in principio, quàm in alia parte testamenti fieri contigerit. dec. 4. nu. 22. 64
Testatoris uoluntas elicitur etiam ex coniecturis, attendenda erit, & quare. dec. 4. nu. 7. 61
Testatoris uoluntas, habenda erit pro lege, in his, quæ merè à uoluntate ipsius dependent, & non in alijs, & quare. decis. 4. nu. 6. 61
Testatoris nulla dispositio facta de antiquo feudo ualet, & quare. dec. 2. nu. 49. carta. 46
Testatoris nepotes, de quibus est sermo, dicuntur uocati per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissariam, & quare, & quæ differentia sit inter utramque substitutionem. decis. 7. nu. 17. 119
Testatorem eo modo, quo aliquos instituendo dilexisse comprobatur, eodem modo censendum esse dilexisse substituendo, probatur. dec. 14. nu. 11. 178
Testatoris si de uoluntate aperte non constiterit in testamento, eo quòd uerba sunt obscura, tunc erit recurrendum ad id, quod est uerisimile. decis. 4. nu. 3. 60
Testamentum factum in fauorem spurij quot testes habere debet, & quare. decis. 43. nu. 23. 472
Testamenti pars una uenit declaranda per aliam, & quare. Quapropter in testamento reperiatur aliquod uerbum æquiuocum, uel commune, puta, substituo, in una parte testamenti erit interpretandum, prout reperitur clarè positum in alia parte eiusdem testamenti. dec. 14 nu. 10. 178
Testamenti ex ui poterit quis a iudice immitti in possessionem rerum sibi assignatarum in ipso testamento, quando nemo compareat ad contradicendum, & quare. dec. 10. nu. 102. 151
Testamenti una pars recipit interpretationem ab alia. dec. 4. nu. 31. 66
Testamenti uerba dubia præcedentia capiunt intellectum à sequentibus. dec. 4. nu. 23. 65
Testamenti una pars per aliam declaratur & quare. dec. 41. nu. 12. 449
Testamentorum obscurorum declaratione erit recurrendum ad uerisimile testatoris dispositionem. decisio. 41. num. 7. carta. 448
Testamentis quando idem fit copulare per copulam, & per coniunctionem, cum, & quando non, & quare. dec. 7. nu. 26. 120
Testatoris ex facto non ligantur hæredes quoad censuras, et pœnas spirituales. dec. 20. nu. 184. 26

Digitized by Google

Testis non potèrit indicialiter compelli ad deponendum de occultis, de quibus non præcesserant contra aliquem in iudicio aliqua indicia sufficientia, vel semiplena probatio, vel infamia. Quapropter se sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ Delegatus præcepisset testi huiusmodi testificationem, non incideret in excommunicationem supradictam non deponendo. decis. 47. numero 7. 498

Testes volentes deponere, quòd quis aliquẽ interfecit pro sua defensione, quomodo hoc deponent. decis. 29. numero 33. 347

Testis deponentis in iudicio contrarium eius, (quod dixerat extra iudicium) dicto non creditur, nisi idipsum repetierit in tortura. decis. 26. nu. 12. 314

Testis approbatus, ac productus ab aliquo plenam fidem faciet si deposuerit contra producentem. dec. 26. nu. 13. 315

Testis vnius depositio plenè probat, quando illa non vergit in damnum alicuius, & alteri prodest. decis. 48. nu. 2. 501

Testi vnico deponenti de absolutione ab excommunicatione obtẽta, plenè probat. decis. 48. nu. 3. ibid.

Testis criminosus non admittitur de iure Canonico in causa criminali criminaliter mota, etiam si fuisset de crimine emendatus. decis. 26. nu. 15. 315

Testis molestatus a Iudice, vt deponat super occultis, poterit vti verbis amphibologicis, & non incidet in excommunicationem non respondendo secundum mentem Iudicis. Et poterit omnino ad cautelam absolui a suo Ordinario. decis. 47. nu. 10. & 11. 500

Testis sciens aliquod occultum crimen, non solum non tenebitur de illo deponere, sed nec legitimè interrogari. decis. 47. nu. 9. 499

Testis deponens per verbum, credo, quando probet. decis. 6. nu. 69. 114

Testi sufficiet si sit habilis tempore iuramenti, licèt tempore depositionis non fuerit. decis. 16. nu. 30. 207

Testium depositio erit de iure interpretanda iuxta subiectam materiam articulorum, super quibus interrogantur. decis. 6. nu. 67.

Textus in cap. si diligenti, extra de præscript. exponitur. decis. 17. numero 7. fol. 211

Tex. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. limitatur perpulchrè. decisio 12. numero 24. 167

Textus in cap. multis. dist. 17. exponitur, vnà cum sententia Archidiaconi. decisio 22. nu. 8. 297

Textus in cap. conquerente. extra de restitut. spoliat. legitimè exponitur. decisio 12. nu. 20. 165

Textus in cap. a collatione. in fine. de appellatione. in sexto, exponitur vnà cum glo. in cap. multis. distin. 17. decis. 22. numero 10. 297

Tex. in c. sine exceptione. 12. q. 2. declaratur. decis. 52. nu. 97. 538

Tex. in Clement. 1. de rebus Ecclesiæ non alienan. declaratur. decis. 52. numero 98. ibid.

Tex. in c. fin. extra de reb. Eccles. nõ alien. declaratur. decis. 52. nu. 100. ibid.

Tex. in cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in sexto, declaratur quo ad materiam, quæ in decisione tractatur. decis. 52. numero 101. ibid.

Tex. in l. si filiusfamilias. C. de petit. hæredit. declaratur. & in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. hæredit. & in l. sciẽdum. ff. de verborum oblig. & in c. peruenit. extra de empt. & vendit. decis. 52. numero 105. 540

Tex. in c. peruenit, extra de empt. & vendit. traditur vera interpretatio. dec. 52. numero 139. 548

Textum in c. tanta, extra qui fil. sint legit. comprehendere filios natos ex Clericis in minoribus constitutis, & beneficiatis cõtrahentibus matrimonium ante beneficij renunciationem: probatur apertissimè. decis. 6. nu. 26. 104

Timens priuari ab alio sua possessione, q d faciat, vt sit tutus; & quid Iudex. decisio 10. nu. 101. 151

Titulus vbi est uerus, quamuis defecerint solemnitates iuris positiui, seu de positiuo iure requisitæ, in foro animæ sufficit contractum tenere ſm limites iuris naturalis, seu gentiũ, ad quod sufficiet consensus, qui requirebatur: & quære, & an hoc sit simpliciter in casu, de quo

Digitized by Google

quo agitur in deciſione. deciſ.52. numero 5. 520
Titulus putatiuus, & coloratus non prodeſt ad præſcriptionem complendam, vbi ius reſiſtit, licet præſcribens erret in iure. deciſ.1.nu.85. 28
Titulus, quando dicatur reduci ad non titulum: & quare. deciſ.52.nu.152. 553
Titulus ibi non præſumitur, vbi agitur de magno præiudicio, ſicut eſt venditio, vel ſimplex conceſſio proprietatis. deciſ.1.nu.89. 29
Titulus non præſumitur, vbi agitur de graui præiudicio. deciſ.52.nu.131. 546
Tractu temporis non firmatur, quod de iure ab initio non ſubſiſtit. deciſ.25. nu.17.f.311. deciſ.15.nu.31. 190
Tranſactio in quo differat a compoſitione, & quando altera earum interuenire poterit. deciſ.15.nu.63. 198
Tributi ſolutio non probat poſſeſſionem rei pro qua ſoluitur. deciſ.9. nume.2. fol. 124
Turpitudinis patronus eſt, qui celat crimen vxoris. deciſ.20.nu.206. 269

V

VAlet aliquando, quod ſimulatè concipitur, licèt non valeat quod in veritate agitur. deciſ.20. nu.230. 279
Venditio cenſualis fructuum feudalium, ſeu illorum obligatio cum obligatione etiam implicita, vt illa perſeueret poſt mortem etiam feudatarij, dicitur alienatio a iure prohibita, & a teſtatore prohibente alienationem rei feudalis. deciſ.2 nu.40. 44
Venditio bonorum Eccleſiæ a ſolo Prælato facta, an & quando valida ſit. deciſ.1.numero 104. 33
Venditio facta de rebus prohibitis vendi, & inſimul de conceſſis vendi, valida tantum erit quo ad rem vendi conceſſam. deciſ.1. nu.10. 6
Venditio nulla ex defectu ſolemnitatis de iure non dicitur venditio. deciſ.2.numero 59. 50
Vaſallum, ſeu feudatarium poſſe diſponere de feudo, ipſius conditionem faciendo meliorem, & etiam ordinationem oneroſam, intelligitur de feudo nouo, & hæreditario, non antiquo. deciſ.1. numero 51. 46
Vera interpretatio l. licet. C. qui potior. in pign. haben. & l.quamuis, la terza, C.de pign.& hypot. dec.10.nu.16. 162
Verbum Prælatum ab homine conſummatur ſemel, vel prima vice, etiã ſi euanuerit. deciſ.21.nu.43. 292
Verbum a Papa prolatum, in dubio intelligitur ſecundum ius Canonicum, & non ciuile. deciſ.43.nu.22. 472
Verbum, ſubſtituo, non comprehendit fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ſed ſolùm vulgarem, & pupillarem. dec.7. numero 14. 118
Verbum, credo, prolatum à teſte, quando dicatur poſitum affirmatiuè, ita vt probet. deciſ.6 nu 71. 114
Verba præcedentia in aliqua diſpoſitione poſita limitant, ſeu declarant ſequentia verba obſcura. deciſ.41.nu.11. 449
Verba precedentia limitant, ſeu declarant ſequentia verba obſcura, adeo quod ipſa videantur repetita. deciſ.53. numero 8. f.572. deciſ.4.num.26. fol. 65. & deciſ.33.nu.6. 389
Verba in Reſcripto, vel Lege poſita cõformare debemus æquitati, licet hoc non patiantur: & quare. deciſ.53.num.16. fol. 574
Verba quod aliquid debeant operari id, quomodo ſit intelligendum exemplificatur. deciſ.53. nu.22.
Verba debere aliquid operari, quomodo ſit intelligendum, probatur, ne contra iuris communis diſpoſitionem alicui præiudicium generaretur, & exemplificatur. deciſ.43. nu.16. 470
Verba Conſtitutionum, & Reſcriptorum accipienda erunt cum effectu, & ideo ab obſeruatione Pontificij decreti appellatio non admittitur. deciſ.20.numero 10. 136
Verba hæc in teſtamento poſita, videlicet inſtituo hæredem meum filium, & nepotem ex eo, quomodo de iure erunt interpretanda. deciſ.7.nu.9. 117
Verba in teſtaméto ad declarationem poſita non debent diminutionem inducere. deciſ.41.nu.14. 449
Verba obſcura, ſi repetiãtur in contractibus, illa erunt interpretanda in fauoré promiſ-

Digitized by Google

promissoris: si tamen secundum illam stipulatio posset valere: & quid faciat aduersarius antequã agat ex dicto contractu. decis.20.nu.40. 231
Verba ab homine prolata intelligũtur de primo actu, & quare. decis.21. numero 31. 291
Verborum clausula posita in medio dispotionis alicuius ad quæ referatur. decisio 52.nu.9. 572
Verè erant in Militem Melitensem,an incidat in Canonem si quis suadẽte diabolo. & nu.4. decis.34.nu.2.& 4. 389. &390.
Verecundia est denegare quod quis pacto nudo promisit. decis.20.nu.134. 251
Veritas quæ omitti poterit pro scandolo vitando. decis.46.nu.17. 496
Via in dubijs tutior est eligenda, & quod certius est. decis.50.nu.6. 508
Vicarius Episcopi poterit ne de iure concionari facere verbum Dei in alia Ecclesia, quàm Cathedrali. decis.38. numero 1. 396
Victus in ludo alearum regulariter tenetur ad satisfaciendum victori de rebus ibi deperditis, prout communis Doct. opinio semper docuit: & per consequens dicetur lucrantem tuta conscientia posse sibi retinere sic acquisita. decis.20.nu.123. 249
Victus in ludo alearum facto non præsenti pecunia, sed credita: an in foro animæ, & iudiciali possit compelli ad soluendum deperdita, necne secundũ aliquos Doctores. decis.20.nu.2. 223
Vinculum, seu obligatio personalis non transit ad hæredes. decis.20.nu.174.262
Vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ vnicuique licebit de iure naturali. decis.29.nu.25. 346
Vim inferre dicitur qui rem sibi debitam accipit, & non per Iudicem reposcit, & ideo hic talis iuris sui in ea habitum amittit ex tali facto suo, & insuper venit puniendus pœna infamiæ,& arbitraria. An vero hæc omnia ad corticem literæ sint vera semper in responsione ad huiusmodi leges hoc statuentes examinabitur. decis.12.nu.14. 163
Violentia facta in alienandis bonis Ecclesiæ, quomodo sit procedendum, & an præiudicetur ipsi Ecclesiæ. decisio 15. nu.39. 192
Violantes Ecclesiæ immunitatem, aliquẽ ibi vulnerando, vel occidendo nõ sunt excommunicati. decis.29.nu.38. 349
Vir, & vxor quoad vinculũ incursum per eos ex eorum matrimonio ad pariã iudicantur. decis.35.nu.6. 392
Virtute communionis communiter præstitæ excommunicato respectu communicãtium secum,habebitur ipse excommunicatus pro absoluto,seu respectu ipsiusmet excommunicati relinquitur arbitrio Iudicis, qui aliqua considerabit antequàm proferat sententiam suam. decis.48. nu.4. 501
Vltimis voluntatibus, & fideicõmissis,vbi contingit de aliquo controuerti, ante omnia voluntas testatoris erit attenden da,cùm ipsa præualeat verbis, dummodo non repugnent,& hoc procedit etiã in voluntate tacita collecta ex coniecturis,& quarer decis.4.nu.1. 60
Vltimis volũtatibus, & fideicommissis testatoris voluntas tacita collecta ex coniecturis erit attendenda, & prout verisimile est ipsum respondisset,si fuisset de tali casu omisso interrogatus, vel secũdum suam consuetudinem disponendi, & idem dicitur in interpretatione statutorum. decis.4.nu.10. 61
Vnio præsumitur, ac in ipsa interfuisse assensum Apostolicum ex cursu temporis longissimi, vel saltem quadraginta annorum, & idem dicitur de alia solemnitate requisita ad validitatem alicuius actus. decis.17.nu.3. 210
Vocanti aliquem filium suum, & pro tali in publico eum reputanti non præstabitur fides, si postea ipse dixerit non esse suum filium, & quare. decis.6. numero 70. 114
Voluntas testatoris quando pro lege habenda erit. decis.41.nu.8. 44
Voluntas testatoris,aut disponentis in vltimis voluntatibus, aut fideicommissis ẽt tacita, quando erit attendenda. decisio 41.numero 9. 449
Voluntas Principis erit præsumenda conformis iuri, seu talis qualis de iure esse debeat,& sine præiudicio tertij. decis. 53. nunc.10. 573

Volun-

Digitized by Google

Voluntas testatoris semper,& ante omnia conuenit attendi,& nõ tantum expressa,verum etiam tacita,quæ ex coniectu ris poterit colligi. decis.14.nu.2. 176
Voluntas testatoris pro lege habenda erit in his,quæ merè dependent a voluntate ipsius,& quare. decis.14.nu.3. ibid.
Votum,vt dicatur solemne,quæ requiran tur. decis.25. nu.3. 308
Votum omne sumit vires ab intẽtione vo uentis. decis.25.nu.11. 310
Voti solemnis ad firmitatem non operatur perseuerantiæ in Religione prohita post votum per triennium. decis.25. numero 16. 311
Vsusfructus legati relicti filio commodũ ipso veniente acquiritur patri eius, & non filio, licet post mortem patris acquiratur filio: & quare. decis.41. numero 19. 452
Vsusfructus legatus filiofamiliàs, quando dicetur contemplatione patris, & quando filij. decis.41.nu.17. 451
Vsusfructus legatus seruo, non poterit in ipso fundari. decis.41.nu.22. 452
Vsusfructus est pars dominij, quapropter feudum alienare prohibitus, nec eius partem poterit alienare, & quare. decis.2. nu.43. 45
Vsufructuarius tenebitur restituere fructus perceptos a die finiti vsusfructus. decis.49.nũ 14. 505
Vtile per inutile non vitiatur.decis.1.numero 7. fol.5. & dec.25. nu.13. 310
Vulnerans,vel occidens aliquem in Ecclesia in sequendo aggressorem suum, non veniet puniendus pœna ordinaria iniuncta a iure Ciuili,& Canonico,sed mitiori,& quare. decis.29.nu.81. 362
Vulnerans, vel occidens in Ecclesia aliquem ex repentino motu iræ, vel vindictæ,& non vt ibi saluetur,nõ erit prinandus priuilegio immunitatis Ecclesiasticæ. decis.29.nu.102. 368
Vxor potest habere proprium triplicis speciei, videlicet dotem, bona paraphernalia, & bona propria separata a marito, tam ratione dominij, quàm fructuum. decis.20.nu.241. 281
Vxor quando acquirat patri, & non viro suo. decis.20.nu.243. 282
Vxor ad præceptum mariti non tenetur negociari etiam licita negotia. dec.20. nu.244. 282
Vxor quando erit relinquenda viro suo vitæ eius insidianti,& quando non. decis.28.nu.12. 331
Vxor, cui mortem maritus minatus fuit, & per se non stetit quin ipsam occideret,non compellitur ad cohabitandum viro suo. decis.28.nu.2. 328
Vxoris restitutio viro impeditur,non solùm propter viri sæuitiam, verum etiã propter sęuitiam consanguineorum viri,necnon propter sæuitiam eius in extorquendo debitum coniugale,necnon & per verborum sæuitiam: & e contra propter sæuitiam vxoris, & consanguineorum eius vir nõ restituitur: & quare. & tunc vxor erit committenda alicui honestæ matronæ, & quare. decis. 28.nu.9. 331
Vxorem aliquid acquisiuisse ex adulterio,quando non præsumatur. decis.20. nu.239. 281
Vxores assolent habere bona triplicis generis, & de quibus ipsæ possint disponere, & de quibus non. decis.20. numero 237. 280
Vxores,quę opera teneantur exhibere viris. decis.20.nu.242. 282
Vxores etiã inuitis maritis disponere possunt de bonis sibi aduentitijs,cum talis dominium apud eas remaneat,& ad earum viros non transeat de iure. decisio 20.nu.335. 280

FINIS.

Digitized by Google

CONSILIA DECISIVA,
SEV DECISIONES
CONSVLTIVAE
AD VARIOS CASVS IN IVRE PROPOSITOS, ET TERMINATOS:

per admodum Reuerendum Abbatem

D. ALPHONSVM VILLAGVT.

SVMMARIVM.

1 EMPHITEOTICA locatio semper in dubio dicenda erit facta solùm ad tertiã generationem.

2 Nullo modo] talis clausula quid importet.

3 Penitus] quid importet talis clausula. & nu. 8.

4 Emphiteotica locatio in dubio semper facta intelligetur secundum consuetudinem locantium.

5 Emphiteoticus contractus, de bonis Ecclesiasticis factus ad quartam generationem (vbi adest consuetudo, vt non fiat nisi ad tertiam) erit vitiosus, saltem quoad quartam generationem: etsi quamplurimi grauissimi Doctores dicant, totum contractum esse vitiosum.

6 Factis cõtra legem si nõ valet quod ago, vt ago: valebit, vt valere põt.

7 Vtile per inutile non vitiatur.

9 Concessio rei feudalis, & allodialis

by Google

facta alicui, si quoad feudalem erit inualida, remanebit valida quoad allodialem.

10 *Venditio facta de rebus prohibitis vendi, & insimul de concessis vendi: valida tantum erit quo ad rem vendi concessam.*

11 *Donatio generaliter omnium bonorum facta præsentiũ & futurorũ, licèt de iure nõ valeat in totũ, valebit tamẽ quo ad p̃sentiũ donationẽ.*

12 *Aucten. si quas ruinas. C. de sacrosanctis Eccles.*

13 *Ecclesia collegiata deueniens ad inopiã poterit sibi retinere possessionẽ emphiteoticã, invitis agnatis vltimi emphiteotæ, si ad ipsã deuoluta fuerit ipsa emphiteotica possessio.*

14 *Emphiteotica locatio vsque ad tertiam generationem facta finitur in nepotibus primi locantis.*

15 *Locantis in perpetuum bona emphiteotica Ecclesiæ quæ sit pœna.*

16 *Alienatio bonorum emphiteoticorũ magni momẽti Ecclesiæ collegiatæ sine cõsensu ipsius expresso in Capitulo, & capitulariter congregatæ, præcedente super tali alienatione facienda tractatu in Capitulo, erit ipso iure nulla, nullumque de iure præiudicium generabit ipsi Ecclesiæ, etiam si facta fuisset ab ipsius Ecclesiæ Prælato, vel Œconomo.*

17 *Alienationis Ecclesiasticorũ bonorũ appellatione venit vẽditio, permutatio, donatio, & in feudũ, vel emphiteosim, vel vsũfructũ traditio.*

18 *Alienationis prohibitio, vltra prędicta, tam a iure, quam ab homine facta, comprehendit eiusdẽ rei pignorationem, quamcumque hypothecationem, seu obligationem, & cuiusque seruitutis impositionem.*

19 *Alienatio bonorum Ecclesiasticorũ ad vitam hominis facta, comparatur perpetuæ, ita vt amba æqualiter sint prohibitæ. & quare.*

20 *Tempus centum annorum a Doctoribus dicitur perpetuum, & quare.*

21 *Alienationẽ perpetuã Panor. appellat alienationẽ factã ad 30. annos.*

22 *Consensus expressus, vbi a iure exquiritur, non sufficiet tãcitus.*

23 *Possessio inculta tradita in emphiteusim ab Ecclesia, vt melioraretur, si redeat per generationem finitã locantium optimè culta ad Ecclesiã, eam non poterit Prælatus sine solemni consensu Ecclesiæ collegiatæ, & causa, concedere alteri.*

24 *Concessio faciẽda alicui de aliqua magnare ẽt ad tẽpus, non poterit fieri de iure a Prælato sine cõsensu expresso Cap. suæ Ecclesię collegiatæ.*

25 *Bona Ecclesiæ collegiatæ vbi sunt distincta inter ipsam, & eius Prælatum, tunc poterit Prælatus solus illa assignare ad vitam suã, quæ sibi competunt, & nõ alia, nec post mortem ipsius: non autẽ si fuerint communia sibi, & Ecclesiæ suæ collegiatæ, sine eius expresso consensu.*

26 *Alienationi factæ per Prælatum, & Capitulum non debet præsumi præcessisse consensum expressum: cùm sit solemnitas extrinseca, quæ nunquam præsumitur, & quare.*

27 *Alienationis legitimæ forma q̃ sit.*

28 *Alienatione Ecclesiasticæ rei magni momẽti requiritur tractatus, et cõsensus Cap. vltra cõsensũ Prælati.*

29 *Cõtractus requirẽs scripturã, nũquã ex sola patiẽtia intelligẽt renouari.*

30 *Emphiteoticarũ Ecclesiasticarũ possessionum natura est, vt per mortẽ vltimi emphiteotæ ipsę deuoluę ad Eccle-*

Digitized by Google

Ecclesiam meliorata possint tribui liberè alteri, sicut dicitur de re feudali, ut latius Panormitanus exemplificando docuit.

31 *Ecclesiæ, finitæ locationis emphiteoticæ bonorũ eius tẽpore præfixo, licebit (& ei quoque qui habet causam, aut iura cessa ab ea) nõ solùm per remedium iuris agendo interdicto vti possidetis, sed etiã remedio facti, & sic via extraiudiciali, ac extraordinaria, propria auctoritate dictam possessionem nancisci, & illum, qui naturalè possessionẽ fuit ingressus, vi expellere atq; eijcere.*

32 *Possessio Ecclesiastica inculta in emphiteosim data, præcedente iuris solemnitate, si redeat ad Ecclesiã in eodẽ statu, & nõ meliorata: poterit iterũ a Prælato tradi in emphiteosim, nulla præcedente solemnitate iuris, & quare.*

33 *Possessionem emphiteoticam deolutam ad Ecclesiam ex finita locatione, non obligatur ipsa Ecclesia concedere agnatis vltimi emphiteotæ, sed poterit illam sibi retinere.*

34 *Emphiteosis & locatio precaria quo ad substãtialia earũ nõ differũt, cũ a Doctorib. dicãtur affines, & quare.*

35 *Ecclesia volente, & declarãte ex nõ petita renouatione locationis finitæ hæredes vltimi emphiteotæ priuantur possessione huiusmodi Ecclesiastica taliter ad Ecclesiã deoluta.*

36 *Renouatio locationis quinquennalis, de sui essentia requirit scripturã.*

37 *Prælati Ecclesiarũ etiã collegiatarũ poterunt præiudicare suis Ecclesiis in rebus acquirẽdis sine eorum expresso cõsensu, etsi postea teneantur illis restituere, seu satisfacere pro talibus damnis illatis, & in iuribus acquisitis minimi valoris, ac momenti, & quare.*

38 *Prælati Ecclesiarum collegiatarum poterunt sine iuris solemnitate rem Ecclesiasticã etiã immobilẽ modici valoris alienare illis inconsultis.*

39 *Prælati talia bona alienãtes nõ dicẽtur violasse iuramẽtũ de nõ alienando aliquid incõsulto superiore.*

40 *Prælati collegiatarũ Ecclesiarũ nõ poterunt præiudicare suis Ecclesijs in dãno alicuius magni momẽti vtendo iuris sibi acquisiti, sine expresso consensu ipsorum, & quare.*

41 *Prælati sunt Procuratores bonorũ Ecclesiasticorum, & non domini.*

42 *Donationes etiã graues factæ a Prælato Ecclesiæ collegiatæ consultis, et cõsentientibus Canonicis, cõtractus tenet: sed rescindendus venit p. restitutionem in integrum: contractus huiusmodi vero factus inconsultis Canonicis non erit validus.*

43 *Prælatus Ecclesiæ collegiatæ non potest rescindere contractum, per quem Ecclesiæ acquisitum est ius.*

44 *Statutũ prohibẽs mulieri alienationẽ, erit interpretãdũ locũ habere solũ in acquisitis, et nõ in acquirẽdis.*

45 *Statutũ laicorũ, p nõ valeat in præiudicium Clericorum, intelligetur in quæsitis, & non in acquirendis.*

46 *Prælati delictum quando noceat suæ collegiatæ Ecclesiæ, & quando nõ.*

47 *Prælatus in iuribus et acquisitis suę collegiatæ Ecclesiæ, qñ ei noceat.*

48 *Administratoris delictum, quando præiudicet domino.*

49 *Prælatus, quando poterit repudiare hæreditatẽ Ecclesiæ suæ delatã, & quãdo nõ, et quare, per totũ usq; ad finẽ præsentis fundamenti, cùm ibi multa notatu dignissima habeãtur.*

Digitized by Google

50 *Hæreditas non dicitur esse in bonis instituti ante eius aditionem.*

51 *Prælati an possint præiudicare suæ Ecclesiæ collegiatę in legatis sibi factis.*

52 *Locupletior nemo fit ex institutione in sua persona facta in hæredẽ, nisi prius ipse hæreditatem acceptet.*

53 *Bona legata pupillo, nondum acceptata ab ipso, an aliquo pacto possint cõnumerari inter bona ipsius.*

54 *Ecclesia gaudet priuilegio minorũ.*

55 *Prælatus solus an collegiatæ suæ Ecclesiæ possit repudiare legata ei facta sine ipsius consensu.*

56 *Prælatus accedente consensu suę Ecclesiæ collegiatæ an possit repudiare sine iuris solemnitate legata facta dictæ suæ Ecclesiæ, nondum tamen incorporata, seu suæ mensæ applicata: & quid dicendũ de pupillo sine tutoris, Prętoris vè auctoritate, & quare. peroptimè probatur.*

57 *Prælatus collegiatæ Ecclesiæ non posset remittere iniuriam illatam suę Ecclesiæ sine eius consensu.*

58 *Iniuria facta communiter Prælato, & Capitulo non poterit remitti solùm a Prælato.*

59 *Legati repudiatio di alienatio prohibita pupillo, et Ecclesiæ, et quare.*

60 *Legatæ rei dominium transit ipso iure ad legatarium a die mortis legãtis, etiam ipso legatario ignorante.*

61 *Præiudicare volẽs Monasterio in iure sibi acquisito ex caducitate emphiteotæ, quæ necessariò habeat.*

62 *Procurator et Prælatus a iure nunquam obtinuerũt facultatem præiudicãdi Ecclesiæ collegiatæ, cuius sunt ministri, sine expresso eius consensu, seu speciali mandato.*

63 *Patientia, vel tollerãtia directi domini admittentis feudatarium, vel emphiteotã ad obedientiã, vel ad solutionẽ subsequentẽ, an videatur ipsũ dominũ remisisse caducitatẽ.*

64 *Actus propter quem a iure suo cecidit emphiteuta vbicunque est successuus, ipse adhuc post caducitatem durat, & explicatur.*

65 *Emphiteota an soluens partem Canonis solùm, cadat a iure suo.*

66 *Petitio renouationis locationis emphiteoticæ finitæ, fieri debet ab agnatis infra annum, & diem, seu mensem, aliàs dominus directus poterit possessionem talem locare extraneis, agnatis vltimi emphiteotæ inuitis, qui inde reclamare non poterunt, facta sola locatione ipsi extraneo: bene verũ ante ipsã infra 30. annos poterit, & quare.*

67 *Innouandum nihil erit infra tempus constitutũ a iure, de aliquo agendo.*

68 *Attentata omnia a Iudice, a quo non solum post appellationem facta, verum etiam infra decennium indultum a iure post latam sententiã ad appellandum; erunt in primis renocanda, & quare.*

69 *Recipiens per manum Procuratoris sui Canonem consuetum, non dicitur indulsisse caducitatem emphiteotæ, qui ex finita locatione ceciderat a iure suo.*

70 *Prælatus debet inuentarium facere de omnibus bonis suæ Ecclesiæ sibi assignatis ad gubernandum.*

71 *Prælati, ac Procuratores Ecclesiarum collegiatarum recipientes etiã scienter Canonem post locationem finitam, non possunt præiudicare iuri iam ipsis Ecclesijs acquisito ex finita locatione.*

72 *Mandatum speciale requiritur in*

Procuratoribus Ecclesiarum collegiatarum, ad hoc vt recipientes Canonem post locationem finitam, vel caducitatem alio modo incursam ab emphiteotis, præiudicent ipsis Ecclesijs, & quare.

73 Ignorasse ius suum, in dubio præsumitur quem.

74 Scripturæ solemnitates ad renouationem locationis finitæ emphiteoticæ possessionis est necessaria, secus tamen est in remissione caducitatis incursæ ex non soluto Canone, etsi non semper.

75 L. Item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. vera interpretatio traditur.

76 Contractus emphiteotici etsi de essentia nõ requiratur scriptura de consuetudine: Tamen ex patientia Prælati, & Capituli, si perseueret emphiteota in locata possessione post finitam locationem, non intelligitur factam fuisse possessionis ipsius renouationem. & quarè.

77 Receptio Canonis quando post caducitatem incursam præiudicet Ecclesiæ collegiatæ.

78 Renouatio locationis finitæ facienda erit expressè, aliàs erit nullius virtutis.

79 Ecclesia pauper potest pro se retinere emphiteosim ad se deuolutam.

80 Ius nullum acquiritur recipiẽtis ex concessione solius Prælati Ecclesiæ collegiatæ alienantis sine eius consensu expresso.

81 Temporis non firmatur tractu quod ab initio non subsistit.

82 Locatio emphiteoticorum bonorum Ecclesiasticorum facta ad vitam alicuius, vel in perpetuum sine consensu Ecclesiæ collegiatæ non præstabit causam, vel titulum præscribendi ipsi locanti.

83 Possideri quãdo aliqua de iure communi non possunt ab eo, qui præscriptionem obijcit, quantumcunque habeat bonam fidem, nec præscribet: quia præscriptio ius creatum auocat, nouum autem ius nõ creat. & quare.

84 Præscribente de iure Canonico duo necessariò requiruntur insimul, videlicet, Titulus iustus, & bona fides: & hoc præcipuè in præscribente bona Ecclesiastica; & quare sola præsumptio non sufficiat.

85 Titulus putatiuus & coloratus, nõ prodest ad præscriptionem complendam, vbi ius resistit, licet præscribens erret in iure.

86 Taciturnitas nõ operatur cõsensum, vbi tractatur de aliquem obligãdo.

87 Solemnitas non præsumitur solùm ex diuturnitate temporis, nisi alia præsumptio comitetur: & hoc quando agitur de magno præiudicio, secus si solùm de minimo.

88 Episcopus si iurauit non alienare inconsulto Papa, & reperiatur facta alienatio, in qua nihil exprimitur de licentia Papæ obtenta: non præsumetur huiusmodi solemnitas ex diuturnitate tẽporis, cùm non constet inde verè, vel præsumptiuè Papam habuisse notitiam dicti contractus.

89 Titulus ibi non præsumitur, vbi agitur de magno præiudicio, sicut est venditio, vel simplex cõcessio proprietatis.

90 Patientia, & scientia domini non operatur consensum, nec præsumptionem tituli in possessore, nec solemnitatem substantialẽ respicientem iustitiam tituli: cùm ipsa non

Digitized by Google

præſumatur ex diuturnitate temporis, & quare.

91 Capituli ratihabitio ſubſequens non firmat inualidam locationem emphiteoticam præcedentem, factam ſine conſenſu expreſſo Capituli, a Prælato. & quare.

92 Negotia, quæ de iure poſſunt ſortiri effectum ab initio, poſſunt ratificari, & non alia.

93 Prælatus, vel Procurator Eccleſiæ collegiatæ, quando poſſit renouare tacitè locationem poſſeſſionis emphiteoticæ deuolutæ ad Eccleſiam, ex non ſoluto Canone, vel alia cauſa, per acceptionem Canonis ſoliti.

94 Ratihabitio alienationis præcedentis facta a Capitulo, quomodo, & quando dicatur valere.

95 Ratificatio an fieri poſſit, vbi agitur de præiudicio tertij.

96 Actus inualidus non poteſt ratificari, & quare.

97 Ratificatio, quando dicatur ſortiri effectum.

98 Conſuetudo præſtare non poterit facultatem Prælatis Eccleſiarum collegiatarum, alienandi bona Eccleſiaſtica ſine expreſſo conſenſu Capituli capitulariter congregati.

99 Conſuetudo, quando poſſit validè de aliquo diſponere.

100 Conſenſus expreſſus Prælati, & Capituli, ſemper neceſſarius eſt in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, etiam ſi ipſa eſſent diuiſa, quo ad vſumfructum eorum.

101 Facere nemini licebit contra conſuetudinem aliquam, vel ius, niſi de iure leges condere, aliàs peccaret, niſi ex iuſta cauſa hoc faceret.

102 Conſuetudo non poterit tollere ſolemnitatem requiſitam a iure in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum.

103 Conſuetudo alienandi bona Eccleſiæ ſine conſenſu Capituli, etiam ſi ſit initij immemorabilis, non erit valida.

104 Venditio bonorum Eccleſiæ a ſolo Prælato facta, an & quando valida ſit.

105 Conſuetudo non poteſt detrahere ſolemnitati requiſitæ in actu.

DECISIO PRIMA.

Thema cum dubijs.

QVAEDAM Eccleſia regularis collegiata, quæ ſemper aſſoluit locare bona ſua emphiteotica ad tertiã generationem per multos annos recepit per manũ œconomi, vel Prælati ſui a quodam poſſidente talia bona annuam penſionem, ſiue Canonem conuentum pro dicta locatione, & poſtea a filio eius, ac deinceps gradatim a deſcendentibus ipſius emphiteotæ primi, nomine cenſus debiti, pro retenta ab ipſis poſſeſſione ſuprascripta emphiteotica recepta ab ipſa Eccleſia: cuius tamen locationis inſtrumentum hodie oſtendi non poteſt, propter ipſius antiquitatem: ſed ſolum receptio dicti Canonis a dicto primo locante ab ipſa Eccleſia deſcripta in libro antiquo, & authentico dictæ Eccleſiæ collegiatæ: nec non a nonnullis deſcendentibus ab ipſo primo emphiteota.

Pro

Digitized by Google

Pro cuius legitima decisione quæruntur tria;

Primum quorum est:

An dicta locatio præsumatur solum facta a dicta Ecclesia collegiata ad tertiam generationem.

Secundum.

An in prima generatione numeranda includatur dictus primus emphiteota, seu locator in emphiteosim dictorum bonorum.

Tertium:

An Prælatus, seu enconomus dictæ Ecclesiæ collegiatæ, & regularis recipiens nomine ipsius Ecclesiæ Canones (post finitam dictam tertiam generationem, ac per consequens locationem ipsam) ab hæredibus tertiæ generationis præiudicauerit iuri acquisito ex dicta tertia generatione finita dictæ Ecclesiæ: ita quòd videatur, saltem tacitè, ab Ecclesia ipsa indultam illis fuisse caducitatem, & factam dictæ locationis renouationem.

PRovocata prius ope potentissima Domini & mediatoris omnium nostrum Iesu Christi, qui dixit: Sine me nihil potestis facere: litteris demandare studebimus quicquid sentiemus circa propositas tres quæstiones, quibus decisis, decidi casum propositum per se patet. Quapropter (Deo Optimo Maximo duce) sigillatim ipsas examinabimus, illarũq; decisiones muniemus auctoritatibus sacrorum Canonum, Imperialium legum, ac Doctorum vtriusque censuræ oraculis, vt omnia afferenda luce meridiana clariora reddantur.

De prima ergo proposita quęstione, in qua diximus fore agendum, ac examinandum. An dicta locatio præsumenda sit facta solum ad tertiam generationem. Primò videbatur fore dicendũ, quòd dicta locatio emphiteotica (de qua agitur) fuerit intelligẽda facta in perpetuum, & non ad tertiam generationem solum. Et ratio potẽtissima hęc videtur, quoniam licet de iure ipsi Ecclesiæ in perpetuam emphiteosim locare bona sua immobilia, iuxta textum in Authen. Si quas ruinas. C. de sacrosan. Eccles. Necnon & iuxta sententiam Bal. & Pauli de Castro in dicta Authent. si quas ruinas. Ad quod accedere videtur, quoniam indè videtur ipsam Ecclesiam vtilitatem maximam consequi, eo quod hoc ipsum videatur vergere in maiorẽ ipsius Ecclesiæ libertatem, cui semper erit consulẽdum. His non obstantibus concluſiuè respondendo fir missima hæc conclusio sit.

1 Locatio emphiteotica† (de qua agimus) in dubio semper intelligenda erit facta solum vsque ad tertiam generationem & non vltra, seu ad vlteriorem lineã, siue

Digitized

generationem.Hæc concluſio tribus firmiſſimis fundamentis veriſſima comprobabitur. Primum quorum eſt.Quoniam hoc ipſum ad litteram nos docuit mirabilis & ſingularis textus in Authen.de non alien. aut permutan. §. emphiteoſim. Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet [Emphiteoſim autem ſiue in ſanctiſſima maiore Eccleſia,ſiue in omnibus reliquis adorandis domibus fieri finimus, & in accipientis perſona, & in duobus eiuſdem perſonę hæredibus,videlicet,Filijs & nepotibus,& non tranſire ad aliquē alium hæredem.] hæc ibi. Huic fundaméto etiam ſe libentiſſimè ſubſcripſerunt & infraſcripti alij Doctores (vltra Doct.in dicto §.) videlicet Bal.in l.2.col.1.num.8. verſic.quęro quãdo.& rurſus ibidem col.2.num.11.C.de iure emphiteo.Iaſon in dicta l.2.nu.161. Alciatus in regula ſecunda,præſumpt.36.quem citat,at ſequitur Cæſar Vrſillus in addit.deciſionis Affličti 107.num.9.Alex.in l. qui in aliena.nu.15.ff.de acquir. hæredit.Antonius de Butr.in c.in præſentia. de probat. Probatur inſuper hoc primum noſtrum fundamentum,& hac ratione. Nam ſi prelatus voluiſſet concedere dictam locationem etiam ad quartam generationem,includẽdo in ipſa locatione etiam ipſius primi emphiteotæpronepotes : hoc de iure facere non potuiſſet propter dictum textum in prędicto §.emphiteoſim.Vbi vltra ſupra citata verba ſubditur , videlicet. [Aliter autem emphiteoſim fieri nullo modo permittimus: neque quod fit aliquod penitus habere robur ſinimus.]hæc ibi.Quapropter meritò erunt ponderanda il
2 la verba[Nullo modo]† cum importent clauſulam decreti nullatiuam,prout docuit latè Felinus in c. ex litteris . col.11.extra de conſtitu. cum etiam prohibitam denotet omnem diſpẽſationem , vt per Decium in c. at ſi clerici. col.33. extra de iudic. Idem docuerunt Moderni in l.1. §. ſublata.ff.ad Trebel.& in l.cunctos populos.C.de ſumma Trinit.& fide Cath.Felin.in c.ex parte , verſic. quintus caſus, extra de conſtitu. in c.Rodulfus.de reſcript.& in d. c.at ſi clerici.§.de adulterijs . Itẽ animaduertendum, quòd in d.§. emphiteoſim : eſt & aliud verbũ,
3 videlicet,[Penitus]† quod idem ſignificat, quod ex toto, prorſus ſeu omnino , vt in c.1. de ſuppl. negli. prælat. & not.in Clem.fin. de procurat. & intelligitur ipſo iure,vt docuit glo.in l.ſi quis aduocatorum.verſic.penitus arceãtur.de poſtul.Abbas in c.in quibuſdam.extra de pœnis . Alex.in l.quisnam fractis . ff. de verbor. obligat. Item animaduertẽdum, quòd in d.§.emphiteoſim . reperiuntur & verba geminata,videlicet, [Nullo modo permittimꝰ, neque quod fit aliquod penitus robur habere finimus] quo caſu lex extendi nõ poteſt aliquo modo,ſed debet intelligi,vt iacet in littera,prout docuit glo. not. in Clem.1. in verſic. Diœceſano. de iure patron. quam ita notat Geminianus in c.duobus.col.10.de reſcript.

Digitized by Google

rescript. in sexto. Huic etiam interpretationi astipulatur Ludouicus de Gozadinis. in consi. suo 25. nu. 8. & 9. versic. decimo etiã.

Secundum fundamentũ dictæ nostræ conclusionis est, quoniam cũ in dubio, & specialiter in contractu emphiteotico intelligatur facta locatio secundum locantiũ
4 consuetudinem, † & consuetudo dicti Monasterij, seu collegiatæ Ecclesiæ semper fuerit locare sua bona emphiteotica solum ad tertiam generationem, prout ex inspectione instrumentorum quàm plurimorum similium locationũ palam omnibus fiet. Indè necessariò consequens fiet, quòd & dicta locatio, de qua agitur, cuius
5 instrumentum non reperitur, facta omnino sit intelligẽda ad tertiam generationem, & non vltra: & quòd in dubio sit intelligenda locatio facta secundum consuetudinem locantium, probatur auctoritate infrascriptorum Doct. Nam libẽtissimè infrascripti Doctores ei se subscripserunt, videlicet Bal. in l. 2. nu. 11. C. de iure emphit. Angel. in Authen. de non alien. aut permut. §. emphiteosim. Bal. ipse rursus in addit. ad Specul. in titu. de locato. col. 4. versic. Ecclesia potest dare. Ioannes de Imola in c. potuit. in fi extra de locato, vbi refert se ita cõsuluisse. Ludo. Rom. in consi. suo 455. incip. In casu &c. Barbatius in c. 2. col. 2. extra de accusat. Bart. in l. iusiurandi. §. si liber. ff. de oper. liber. & in l. & hæredibus. §. fin. ff. ad Trebell. Abbas in c. in præsentia. extra de probat. Marsil. in singul. 425. incip. In cõtractu, & in singul. 493. incip. In contractibus. & in consi. 85. nu. 32. & 33. Iason in l. certi conditio. §. si nummos. col. 4 ff. si certa pecunia. Vbi hoc multipliciter probat, & exemplificat Boerius in cons. 77. nu. 30. & sequentibus.

Tertium fundamentum nostræ conclusionis est, quoniam quando alicui Ecclesiæ esset cõsuetum (vti diximus, & probare in casu nostro obtulimus) locari bona sua in emphiteosim vsque ad tertiã generationem: si Prælatus vel procurator locasset illa ad quartam vel ad vlteriorem generationem: dictus locationis † contractus omnino dicendus foret vitiosus, ac nullus, saltem quo ad illam quartam generationem adiectam in instrumento locationis vltra consuetudinem ipsius Ecclesiæ. Inde sequitur, quòd dicta locatio, iam consumata tertia generatione sit & ipsa finita, etiam si in instrumento deperdito fuisset conuentum expresè etiã de quarta generatione: quod non erit presumẽdum in casu nostro, stante supradicta consuetudine. Diximus [saltem quoad illam quartam generationem.] quoniã circa hoc ipsum duplex reperitur apud Doctores grauissimos sententia. Nam aliqui eorum dixerunt locationem emphiteoticam de bonis Ecclesiæ non posse fieri nisi ad tertiam generationem: ita quòd si fieret ad quartam, vel vlteriorem, contractus non solum quo ad vlteriorem generationẽ, verumetiam quoad tertiam esset

ipso

ipſo iure nullus, & huic ſententiæ ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Docto. videlicet. Bar. in conſ. ſuo incip. Viſa quadam conſtitutione Epiſcopi Florentini : quem citat ac ſequitur Lapus in ſua allegatione 80. in fine : ſubdés idipſum docuiſſe Nicol. Alex. de Peruſio in ſua quæſtione incip. Quæ Epiſcopali conſtitutione cauetur. & rurſus idem Bart. in Authen. qui rem. C. de ſacroſan. Eccleſ. Idipſum multis medijs docuit Iaſon in l. 2. nu. 169, 170. & 171. C. de iure emphiteo. probans hanc ſententiam eſſe veriſſimã. Idem expreſsè docuit Bal. in l. quæcunq; num. 2. C. de bonis, quæ liber. vbi tradidit & hanc pulcherrimam
6 regulam, dicens, quòd in factis contra legem: ſi non valet quod ago, vt ago : non valet, vt valere poteſt. Idem latiſſimè, & elegantiſſimè docuit Mattheus de Affli cto noſter cõpatriota in ſua deci ſio. 107. per totum, aſſerés, quòd hoc ipsũ tenuerit maior pars de conſilio, & quòd denique ita fuerit iudicatum in cauſa Motię de Motijs. Huic etiam ſententiæ latè ſe ſubſcripſit in proprijs termi nis Lapus in allegatione 80. per totum. idem docuit Ioannes de Imo. in l. quod dicitur, ff. de verb. obligat.

Alij vero Doctores è contra aſſeuerauerunt huiuſmodi contractum locationis validũ eſſe quo ad tertiam generationem ſolum: non autem quo ad quartam, vel vlteriorem : & hi in fauorem ſuæ ſententiæ afferebant iuris vulgatam illam regulam in c. vtile. de regu. iur. in ſexto. In qua hæc ad verbum habentur, videlicet. [Vti
7 le † per inutile non vitiatur.] & hoc ipſum docuerũt expreſsè ſequentes Doct. videlicet, Bal. (im memor forſan ſuæ contrariæ ſententiæ ſupra a me citatę in relatione contrariæ opinionis) in Authen. ſi quas ruinas. num. 3. C. de ſacroſan. Eccleſ. cuius Bal. ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Pau. de Caſtro in Authen. Qui rem. nu. 7. C. de ſacroſan. Eccleſ. & ibidem Fulgoſ. col. vlt. Ludo. Rom. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig. Imo. Ioãnes de Ana. & Panormitanus in c. potuit. extra de locato, & conducto .

Sed ſummopere expediet memoriæ comendare, quòd has ſibi Doctorum aduerſantes ſentẽtias non defuerunt, qui nixi ſunt ad concordiam, & recõciliationem quoquo pacto eas trahere. Sciendum igitur , quòd Alex. hanc nitens reconciliare in l. ſed etſi mihi. nu. 5. ff. de verbor. obligat. talibus verbis vtẽdo, videlicet, Ponderanda erunt quæ in ſtipulatione huiuſmodi interfuerunt. Nam aut conceſſio huiuſmodi locationis eſt facta in genere: adeo quòd recipiens non poſſit damnum prętendere, & procedit ſecunda opinio, ſcilicet Bal. in dicta Authen. ſi quas ruinas. & ſequacium Doctorum ſupra per nos relatorum. Aut recipiens poterit damnũ prętendere , vt quia conceſſio facta eſſet ſecundum formam, de qua Bar. in l. 1. C. de iure emphiteot. videlicet . Soluendo in principio locationis maximam ſummã pę-

cuniæ:

Digitized by Google

cunię: puta centum aureos, & po
ſtea omni anno certum quid: &
hoc caſu vitiatur in totum, quia
ſi valeret ſolum vſque ad tertiam
generationem, poſſet forſan dam
num pati recipiens: quia ſi hoc
putaſſet, noluiſſet ſoluere tantam
ſummam pecuniæ: & hoc ipſum
probare nititur Alex. per arg. in
l. cum eiuſdē. ff. de edilit. ędicto.
& in l. ędiles. §. cum autem. ff. eo.
vbi reſoluitur contractus in totū
propter vitium vnius ex pluribus
rebus venditis. Aretinus verò ali
ter concordat dictas ſententias
cōtrarias in dicta l. ſed etſi mihi.
col. 4. in fi. in verſ. ſecundò indu-
citur per Dominum meum: dicēs
ſentētiam primā, ſcilicet, Bart. &
ſequacium eſſe veriorem de rigo
re iuris. Bal. verò & ſequacium
eſſe ęquiorem: quorum ſententiæ
ipſe ibidem ſe ſubſcripſit, eo ꝙ
8 dictio penitus, † aliquando non
denotet actum nullum, ſed ſecun
dum ſubiectam materiam: & idē
ibidem ſubintulit ipſe Aretinus
de locatione facta ad maius tem
pus, quàm de iure Eccleſia poſ-
ſit. Cæſar autem Vrſillus in addit.
deciſionis 107. Afflicti, dixit, ꝙ
prima Doctorum ſentētia ſolum
vera ſit, quando poſſet colligi ex
mente contrahentium, quòd no-
luiſſent conſentire tali cōtractui,
niſi in toto eſſet firmus ac vali-
dus: quia in damnum Eccleſię ſic
reſultaret, ſi vtile, ideſt, licitum
ab inutili, ſeu illicito tempore lo
cationis ſepararetur: quod & ni-
titur probare ſequētibus medijs,
& primo per text. in c. 1. §. ad hoc.
de pace iuram. firm. Vbi And. de
Iſer. voluit, quòd ſi alicui conce-
9 datur † feudum, & allodium, li-
cèt non valeat conceſſio rei feu-
dalis, quia ſine aſſenſu, valet ta-
men quoad allodiū, cuius dicto
aſtipulatur Ioannes de Ana. in c.
quærelam. in fine. extra de ſimo-
nia ſequens in hoc ipſo Panormi
tanum ibidem, dicens, quòd ali-
quando venduntur plura princi-
paliter, inter quæ eſt aliquod ꝓ-
10 hibitum vendi: † & tamen vendi
tio huiuſmodi tenebit, & valida
erit tota ſolum quo ad illa non
prohibita vendi: etſi non pro re
vendi prohibita: quorum ſupra-
ſcriptorum ſententiam retulit, ac
amplexatus fuit quoque Iaſon in
conſi. 55. lib. 1. Idem docuit De-
cius in Authen. Qui rem. C. de ſa
croſan. Eccleſ. dicens, hanc eſſe
communem. Idem docuit Curt.
in tract. feud. quæſt. 6. car. 12. di-
cens, hanc eſſe communem. Ad
hoc ipſum probandum facit con
ſuetudo Neapolitana. Vbi ſi fuiſ-
ſet facta alienatio in fraudē con
iunctorum, in contractu inter vi-
nos non annullatur, nec reſcindi-
tur in totū, ſed ſolum quoad me-
dietatē, prout retulit Vrſillus vbi
ſupra. Ad idem facit, quoniam
11 † donatio generalis omnium bo
norum, præſentium, & futurorū;
licèt de iure non valeat in totū:
valebit tamen quo ad præſentia,
prout docuit Decius poſt alios
in l fin. C. de pactis. Idem docuit
Hippolitus de Marſil. in ſuo ſin-
gulari 517. incip. Donatio om-
nium bonorum: aſſerens quòd do
natio omnium bonorum pręſen-
tium, & futurorum non valeat, vt

latè

Digitized by Google

latè habetur per omnes in l.ſtipu latio hoc modo concepta. ff. de verbor.obligatio. & in l.fin.C.de pactis.quod dictum limitant, & meritò infraſcripti Doctores,dicẽtes hoc ſolum verificari quo ad bona futura: prout notanter docuerat Ang. in conſi.ſuo 106. incip. Quædam mulier.aliàs incip. Super dicto facto,col.1.citans ad hoc text.in l.ſancimus. C.de donat.quod dictum refert,& ſequitur Alexan. in conſi.157.incip.In cauſa , & lite.col.vlt.vol.6. quod eſt norandum ad intelligentiam dictarum legũ,prout docuit Marſilius vbi ſupra.Attamẽ quicquid ſit de validitate contractus huiuſmodi , ſufficiat nobis in præſentiarum pro comperto habere , ꝙ dicta locatio emphiteotica (de qua eſt ſermo)de iure debeat declarari ac iudicari facta ſolum ſaltem quo ad tertiam generationem,& non vltra .

His ergo præmiſſis quàm facillima erit reſponſio ad ea,quæ ſuperius fuerunt allata contra præſentem noſtram veriſſimam deciſionem . Nam primò negamus conſequentiam illam , quæ elici videbatur ex dicta Authentica ſi quas ruinas. Quis enim ſine rubore aſſeuerare audebit conſequentiam illã elici ab illo antecedente,ſic arguendo ? Eccleſia poteſt bona ſua immobilia in perpetuã emphiteoſim locare : ergo locauit in perpetuum? Cum nulla hucuſque proferatur valida ſcriptura hoc continens:cui forſan ſtandum eſſet,etſi ſciamus melius de iure fore dicendum ipſi nullo pacto ſtandum fore,ſtante legis expreſſa in prohibitione in dicto §. emphiteoſim : per quam apertiſſimè proſpicitur Eccleſiæ vtilitati . Secundò reſpondemus , quòd nihil colligatur contra nos ex di-
12 cta Authen.† Si quas ruinas.quoniam ibi fit ſolum mentio de domibus ruinoſis, quæ aliàs ab Eccleſia reędificari non poterãt.Sermo autem noſter hic habetur de poſſeſſionibus frugiferis exiſtentibus, & de his , quæ quàmfacillimè frugiferæ reddi poſſint. Tertiò,& vltimo reſpõdemus,dicentes eſſe falſiſſimum quod fuerat aſſertum de maiori vtilitate , & libertate indè captanda ab Eccleſia ipſa , prout patet ad ſenſum . Nam ſi in dubio huiuſmodi locatio eſſet intelligenda facta in perpetuum, & non ad tertiam generationem (prout ſemper dicta Eccleſia collegiata conſueuit locare bona ſua emphiteotica)talis
13 Eccleſia ſine † ſua culpa priuaretur duplici maximo commodo . Nam primò ipſa vergente aliquo caſu ad magnam inopiam, finita tali tertia generatione poſſet ipſa bona ſibi ac ſuæ menſę pro neceſſarijs miniſtrandis eiuſdẽ Eccleſiæ miniſtris applicando , ac retinendo : & non poſſet cogi agnatis emphiteotarum ipſa bona locare volentibus aſſignare, prout latiſſimè probauit Boerius in conſi.ſuo 98.num.16.vol.1.Secundò ipſa Eccleſia priuaretur non mediocri vtilitate,quàm aſſequeretur in concedendo laudemiũ ratione renouationis dictæ lôcationis antiquæ facienda

in

Digitized by Google

in persona extranei pro reliquo tempore locationis finiendę post tertiam generationem primi emphiteotæ locantis. Vel maiori quantitate pretij pensionis, si de nouo locaret dicta bona tanquã Ecclesiæ acquisita, siue ad eã deuoluta ex finita tertia generatione primi emphiteotæ, iuxta conditiones bonorum emphiteoticorum. Nec huic veræ responsioni poterit obstare sentẽtia Bal. & Pau. de Castro in dicta Authẽ. si quas ruinas. Cùm & ipsi loquantur de domibus ruinosis. Nos autem de possessionibus frugiferis, & de his, quę facillimè tales effici poterant, prout etiam ex dictorum Doct. sententia supra citata per nos in probationẽ tertij fundamenti plenè patuit.

De secũda proposita quæstione, scilicet

An in prima generatione numerandæ includatur dictus primus emphiteota, seu recipiens dicta bona in emphiteosim: Nec ne.

ET primò videbatur dicendum, quòd nullatenus in tali locatione emphiteotica facta vsque ad tertiam generationẽ, pro prima generatione recenseatur, ac connumeretur ipse primus emphiteota locator. Cùm nulli dubium videatur fore, neminẽ posse seipsum generare, eo quòd vnusquisq; generetur, ac producatur ab altero, & non a seipso (vt experientia totum genus humanũ docuit,) si ergo nemo generat seipsum: inde sequi videtur, q; cũ sermo habeatur in contractu emphiteotico de tertia generatione, vt scilicet fiat locatio vsque ad tertiam generationẽ: videantur huiusmodi verba interpretanda fore, quòd prima generatio dicatur cõtineri in filio, vel filijs, secunda in nepotibus, tertia in pronepotibus: & sic vltra personam primi locantis non dicendum fore finitam tertiam lineam, seu tertiam generationẽ, nisi extincto, seu mortuo pronepote dicti primi locantis. Quapropter ne compellamur asserere, quòd quis possit generare seipsum: dicendum videretur, quòd locatio facta vsque ad tertiam generationem, (prout in casu nostro) intelligenda sit protrahi vsque ad pronepotem ipsius primi emphiteotæ locantis.

Conclusio tamen amplectẽda sit hæc, emphiteosis Ecclesiastica
14 concessa † vsque ad tertiam generationem includit pro generatione prima numeranda ipsum principalem primum emphiteotam locãtem ab ipsa Ecclesia talem possessionem. Ita, quòd prima generatio in tali contractu comprehensa incipiat ab ipso locante. Secunda generatio a filio ipsius primi locantis. Tertia a nepote ipsius primi locantis, & filio filij ipsius primi locantis, & nõ vltra progrediatur talis locatio: ita quòd verum sit, quòd dicta Ecclesiastica locatio in emphiteosim facta ab Ecclesia, non intelligatur includere pronepotem

tem primi locãtis, ſed ſolùm nepotem, & ꝙ mortuo nepote primi emphiteotæ, extincta & finita ſit ipſa locatio emphiteotica, & ipſo iure poſſeſſio ipſa locata reuertatur ad Eccleſiam. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primo enim per apertiſſimũ textum in Authent. de rebus Eccleſ. non alien. & permut. §. emphiteoſim. Vbi hæc ad verbum habẽtur, videlicet: [emphiteoſim autem ſiue in ſanctiſſima maiori Eccleſia, ſiue in omnibus reliquis adorandis domibus fieri ſinimus, & in accipientis perſona, & in duobus eiuſdem perſonæ hæredibus, videlicet filijs, & nepotibus, & nõ tranſire ad aliquem alium hæredem.] hæc ibi. Idem probatur per text. in §. ſi vero, in perpetuũ. iuncto §. hæc omnino a nobis. in Authen. de non alien. aut permut. Nam in dicto §. ſi vero. hęc habentur, videlicet: [Si verò in perpetuam quiſquam emphiteoſim accipere præſumpſerit, quod non li
15 ceat, † aut temporalem quidem, non tamen ſecundum huius noſtræ legis obſeruationem etiã ſic cadãt quidem de emphiteoſi, & quod datum eſt, maneat apud venerabilem domum. Debet autem cõtinuò & poſt caſum emphiteomatis quantum futurus erat ſoluere, ſi ſecundum legem ſubijſſet emphiteoſim, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quæ fruſtra per emphiteoſim datæ ſunt. Hæc igitur omnia cuſtodiantur prædictis ſubiecta pœnis, neque tabellionibus præſumentibus inſtrumẽtis talibus miniſtrare, ſed metuentibus vſque ad exilium, & nunquam reuertantur, nec ſi ſacra hoc præbeat forma, neque iudicibus, vel dictare talia inſtrumẽta præſumentibus, vel facta ſuſcipere; & gellis monumentorum ea firmare: nec etiam ipſi & cinguli, & dignitatis ſubſtantiæ caſum, ſecundum Leonis cõſtitutionẽ ſubſtineãt.] hæc ibi. Probatur & ſecundò Docto. ſententia. Nam præſenti concluſioni expreſsè infraſcripti Doctores ſe ſubſcripſerunt, videlicet, Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua enim. nu. 150. Bar. in conſi. ſuo incip. Conceſſa alicuì emphiteoſis. Bal. in l. 2. col. 1. & 2. verſ. quæro quando per præſcriptionem. C. de iure emphit. & in Authen. Defuncto. col. 1. verſic. & nota. C. ad Tertull. Salicetus in d. l. 2. col. pen. verſ. ſed vigeſimoquartò poteſt dubitari. Ang. in §. adeo. col. 1. verſ. in glo. auferre. Inſtitu. de locato. Pau. de Caſt. in conſ. 338. col. 1. & 2. volum. 2. vbi iſtam noſtram concluſionem ampliat quoque dicendo ipſam verificari, etiam ſi in inſtrumẽto locationis eſſet dictũ, in ipſius tertiam generationem: & rurſus ipſemet Pau. idem docuit in dicta Authen. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. Eccleſ. Iaſon in l. 2. num. 168. & 169. C. de iure emphit. Imo. in l. quod dicitur. colum. 9. verſic. aduerte tamen circa quartum. ff. de verbor. ſignif. Socinus in conſi. 25. col. pen. verſ. ſextò ex alia. Corneus in conſ. 223. col. 3. verſ. in termi. autem. vol. 4. & in conſ. 31. nu. 4. verſic. eſt verum tamen.

men.vol.3. Card.Alex.in c.1.§.& quia,col.pen. verſ.quid autem dicẽtum. in titu. Qui feudum dare poſſ. Antonius Gabriel.in lib.3. conclu.titu.de emphiteoſi.col.4. ferè per totum,aſſerens hanc eſſe communem opinionem. Probatur & tertio hac ratione. Cum enim dubia ſint interpretanda in fauorem Eccleſiæ, & hæc concluſio ſit dubia propter nõnullos Doctores ei aduerſantes: Indè ſequitur veritas ipſius concluſionis ſtante communi Doct. ſententia adhærentium preſenti noſtrę concluſioni.

Ad obiectionem, & eius probationẽ modo facillima erit reſponſio, dicendo,quòd etſi in rebus naturalibus nihil dicatur generare ſeipſum, non inde ſequitur, quòd contractus emphiteoticus ſimpliciter,& non ſecundũ formam communem celebratus debeat aliam interpretationem recipere,quàm lex ipſa Imperialis,& communiter Doctores tradiderint: & quòd tali pacto ſint verba illa ſcilicet [Ad tertiam generationem] interpretanda: vt inſimul includat in prima generatione ipſum primum emphiteotam, ac locatorem, prout per allata hucuſque apertiſſimè patuit.

De Tertia propoſita quæſtione, videlicet

An Prælatus ſeu enconomus dictæ Eccleſiæ collegiatæ,& regularis,recipiens nomine ipſius Eccleſiæ Canones poſt finitam dictam tertiam generationem: ac per conſequens poſt finitam locationem ipſam, ab hæredibus tertiæ generationis, præiudicauerit iuri indè acquiſito dictæ Eccleſiæ,ita quòd videatur ſaltem tacitè ab Eccleſia indultam illis fuiſſe caducitatem, & factam renouationem dictæ locationis emphiteoticæ.

PRimò videbatur dicendum, quòd Prælatus, ſeu enconomus,aut procurator dicti Monaſterij per receptionem Canonis ab hæredibus vltimi emphiteotę poſt caducitatem incurſam ab ipſis hæredibus ex finita tertia generatione, cui ſolum facta fuerat tacitè locatio emphiteotica poſſeſſionis ipſius Eccleſiæ præiudicaſſe videatur iuri acquiſito dicto monaſterio, nec non tacitè renouaſſe prædictam locationẽ: qua ſtante nõ videtur dictum monaſterium poſſe dictum hæredẽ dicti vltimi emphiteotæ priuare dicta poſſeſſione emphiteotica, iuxta regulam iuris.Taciti & expreſſi eadẽ eſt virtus, vt in l.cum quid.ff.ſi cer.pet.Cum ergo ſi dictum monaſterium expreſsè dictam locationem finitam ipſius vltimi emphiteotę hęredibus renouaſſet, non poſſet ipſos a tali locatione expellere: ſic nec modò eo quòd tacitè videatur illam renouaſſe:quod factum fuiſſe intelligatur ſtatim poſt finitam generationẽ ipſos permittẽdo perſeuerare in retentione dictæ poſſeſſionis, & in recipiendo ſolutionem conuenti, ac conſueti Canonis,iuxta text.in l.item quæritur.

Digitized by Googl

tur. §.qui impleto.ff.de locato.

Secundò præterea idem probari videtur ex eo, quòd præſumatur in dicta renouatione interfuiſſe omnes ſolemnitates de iure requiſitas propter diuturnitatem temporis elapſi a die mortis vltimi emphiteotæ, vſque ad præſentem diem.Sicut ergo ſi affuiſſent ſolemnitates in renouatione locationis huiuſmodi,non poſſent dicti hæredes vltimi emphiteotæ expelli a dicta locatione:ita & nũc ex ſolemnitate præſumpta propter temporis diuturnitatem : & quòd præſumatur ex diuturnitate tẽporis cõfecti, contractus omnes ſolemnitates interueniſſe probari videtur triplici modo . Primò enim per text. apertiſſimũ in l.ſi filiusfamilias. C. de petit. hæredit. vbi hæc habent, videlicet, [Si filiusfamilias delatam ſibi hereditatem per longum tẽpus detinuit, eo ipſo (vtpotè agnita hæreditate)patri ſuo eius commodum acquiſiuiſſe videtur.] hæc ibi . Probari videtur idem per text. in l.qui in aliena. §. 1.ff.de acquiren. hæred.vbi hæc habentur, videlicet, [Sed ſi non adierit filius diu tamen poſſedit hæreditatem , credẽdus eſt vterque adijſſe hæreditatẽ : vt Diuus Pius Imperatorque nr reſcripſerunt.] hæc ibi . Idẽ probatur per text.in l.ſciẽdum.ff.de verborum oblig.& in cap.peruenit.extra de empt. & vendit. Probari videtur & ſecundò Doct.ſententia. Nam idipſum docuerunt infraſcripti. Glo.enim in dicta l.ſi filiusfamilias.in verſ.detinuit, & in dicta l. qui in aliena. §.1.verſ.filio. Idem docuit Bart. in dicta l. ſi filiusfamilias.§.1. Idem Bal.in dicto §.1. nu.2.dicens,inde elici argumentum , quòd ille qui tenuit vt emphiteota,præſumatur emphiteotarius, licèt non poſſet oſtendere emphiteoticum inſtrumentum . Idem repetijt idem Bald.in dicta l.ſi filiusfamilias.& in l.ſiue poſſidetis. in quarta oppoſ. C.de ꝓbat. Idem docuit Paul.de Caſtro in d.l.qui in aliena.Idem docuerunt latiſſimè Alexan. & Iaſ. in l. ſciendum.ff.de verb.oblig. Idem docuit pluribus alijs auctoritatibus Felinus in c.ſicut.nu.29.extr. de reſcript.& rurſus Alex.in conſil.79.in dubio ſecundo.volum.1. Decius latiſſimè in conſ.409. Idẽ Aretinus in conſi.36. colum.pen. probatur & multis alijs Doctorũ ſententijs recenſitis ab Antonio Gabriele in tracta.concluſionum lib.1.titu.de preſumptio.concluſione prima per totum , & rurſus in tit. de præſcript.concluſ.1.

Probaturi videtur & tertio hac ratione,videlicet:Cùm expediat Reipublicæ,vt rerũ dominia non ſint incerta, & quòd negligentia ſua cuique obſit, etſi vera non eſſent hæc quæ attulimus, inde ſequi videretur, quòd nemo certus eſſet de vero dominio rei, quam apud ſe retinet,ac per conſequés immeritò fuiſſe iure cautum , ꝙ ex diuturnitate temporis ſolemnitas contractus præſumatur .

Preterea & quarto ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur,vt in ratihabitionẽ.de reg. iur. in ſexto. At ratihabitionẽ totius

Digitized by Google

tius collegiatæ Ecclesiæ affuisse in huiusmodi tacita renouatione locationis ex scientia præsumpta, & taciturnitate, quæ ex diuturnitate tanti temporis præsumitur: indè sequitur, quòd sicut si mandatum speciale dedissent omnes Monasterij suprascripti (de quo agitur) suo Prælato, vel Procuratori dicti Monasterij ad renunciandum iuri suo, vtique potuissent illi præiudicare iuri acquisito dicto Monasterio ex finita generatione: & ex post facto videtur dicendum ex ratihabitione tacita dictorũ Monachorum dicti Monasterij non reclamantium contra huiusmodi tacitam renouationem factam ex receptione Canonum post mortem vltimi emphiteotæ, de manu ipsius heredis, præiudicasse iuri Monasterio acquisito ex finita generatione.

Præterea, Consuetudo est altera lex, immo præiudicat legi, vt docet textus, in capitulo finali. extra de consuetudine, & in l. consuetudo. ff. de legibus. At consuetudo dicitur esse in ipso Monasterio, quòd Prælatus, vel Procurator ipsius apocas de recepto faciant nomine Monasterij, & in dicto nomine Monasterij compareant tam si agatur contra ipsum, quàm pro ipso. Inde videtur sequi, quòd virtute dictæ consuetudinis totum Collegium dictæ Ecclesiæ sciendo illam, & non reclamando, videatur mediante sui Prælati, vel Procuratores persona remisisse huiusmodi caducitatem, & renouasse locationẽ dictis hæredibus dicti vltimi emphiteotæ mortui propter receptionem Canonis in subsequentibus annis.

His in contrariũ allatis non obstantibus, vnica conclusione more solito Deo Optimo Maximo dante, satisfaciemus propositæ quæstioni difficillimæ.

Conclusio tenenda circa præsentem propositã tertiam quæstionem sit hæc. Prælatus & economus siue Procurator dicti Monasterij, & per consequens dictæ Ecclesiæ collegiatæ, non potuit præiudicare, seu renunciare iuri acquisito dictę Ecclesiæ & finita tertia linea, seu generatione primi emphiteotæ locatoris dictorum bonorum Ecclesiasticorum propter mortem vltimi emphiteotæ constituentis tertiam generationem ipsius primi locatoris, etiam si (vt supponitur) hæredes vltimi emphiteotæ moderni possessores dictam possessionem emphiteoticam deuolutam (ipso iure a die mortis dicti vltimi emphiteotæ) possideant semper soluentes dictæ Ecclesiæ collegiatæ Canonem conuentum dicti Monasterij Prælatis, vel Procuratoribus pro tempore existentibus. Nec dicti Prælati, vel Procuratores per huiusmodi receptionem Canonum poterant renouare tacitè, vel expressè dictarum possessionum

Digitized by Google

emphiteoticarum locationē dictis hęredibus ſine nouo ac prę-uio tractatu capitulariter facto, ac expreſſo inibi conſenſu Monachorum dicti Monaſterij. Cum ergo talis conſenſus de iure requiſitus in tali prætenſa renouatione nunquam affuerit, nec ad præſens adſit: Indè ſequitur dictos hæredes dicti vltimi emphiteotæ illegitimos eſſe poſſeſſores dictarum poſſeſſionum, & tanquam tales omnino omni via iuris, & facti (auctore tamen prætore) expellendos fore ab illis: & ipſum Monaſterium non tantum in poſſeſſionem mittendum iuris emphiteotici, ſcilicet vtilis dominij ipſarum poſſeſſionum, (quod a die mortis vltimi emphiteotæ finiētis tertiam generationem primi emphiteotæ) de iure ad ipſum peruenit. Verum etiā meritò aſſeueramus ipſum Monaſterium mittendum fore in poſſeſſionem plenam facti, ac in ipſa fore tuendum ab omni Curia Eccleſiaſtica, & ſeculari. Hæc noſtra concluſio probatur ijſdemmet medijs, quibus probabuntur ſubſequentia fundamenta, cum luce meridiana clariùs eluceat probari ipſam concluſionem ipſiſmet fundamentis veriſſimis.

Primum fundamentum præſentis noſtræ vnicæ concluſionis eſt. Quoniam alienatio bonorum Eccleſiæ collegiatæ,
16† magni momenti ad vitam, vel in perpetuum de iure non poteſt fieri a Prælatis, vel Procuratoribus dictæ Eccleſię, non prędcedēte capitulariter tractatu, & expreſſo conſenſu maioris, & ſanioris partis Monachorum ipſius Monaſterij. Quapropter ſi his non præcedentibus fieret ipſa alienatio, de iure nullum ſortietur effectum, quando dicta bona fuiſſent communia ipſis Prælato, & collegiatæ Eccleſiæ: Vt in caſu noſtro omninò fatendum erit: cum agatur de bonis emphiteoticis Monaſterij regularis, & Monachorum viuentium in communi vnà cum Abbate. Hoc fundamentum veriſſimum probatur triplici medio. Primò enim per textum apertiſſimum in capitulo alienationes. capitulo ſine exceptione. duodecima quæſtione ſecunda, in capitulo nulli liceat. extra de rebus Eccleſ. alienandis, vel non alienandis. Vbi expreſsè prohibetur alienatio rerum Eccleſiaſticarum per emphiteoſim perpetuam. & per textum, in capitulo, vt ſuper, §. poſſeſſiones. extra de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non alienandis, ibi. [De fratrum tuorum, & ſaniori partis conſilio, & aſſenſu.] Ex quibus verbis elicitur apertiſſimè quòd Summus Pontifex ibi intellexerit de conſenſu expreſſo: cum præpoſuerit conſilium: quod non fit per ſilentium, ſed per verba expreſſa. Idem probatur per textum in capi-

Digitized by Google

capitulo ad audientiam . extra de rebus Ecclesiæ alienandis , vel non alienandis . Vbi Cœlestinus Tertius præcepit reuocari , & irritari alienationem bonorum Ecclesiæ collegiatæ factam per nonnullos Canonicos, sine consensu reliquorum de Collegio . Idem probatur in capitulo primo , de rebus Eccles. non alienandis, in sexto . Vbi reuocari præcipitur alienatio facta non præcedente solemni tractatu . Idem habetur in capitulo secundo , de rebus Ecclesię non alienandis , in sexto . Vbi expresse prohibentur alienari bona Ecclesiastica in emphiteosim sine consensu Capituli . Ratio autem huius decisionis dum redditur a Pręposito in capitulo Diaconi.numero primo, duodecima quæstione secunda , his præcisis verbis vsus fuit, videlicet . Nota alienationem † bonorum Ecclesiæ generaliter esse prohibitam , vendendo , permurando, donando, vel in feudum, vel emphiteosim , vel in vsumfructum dando . Nam omnia ista sub verficulo alienationis comprehenduntur, vt in l. prima . C. de fundo dotali : & sciendum , quòd alienatione † alicuius rei prohibita tam a iure , quàm ab homine , prohibita intelligetur ipso iure ipsius rei pignoratio , & quæcumque hipotecatio , siue obligatio , & cuiuscumque seruitutis impositio, vt docuit apertissimus textus in l. sancimus . C. de rebus alienandis , vel non alienandis. & ibi per Doctores . Hoc ipsum fundamẽtum probatur insuper in Clementina prima , de rebus Ecclesię non alienandis. Vbi expresse prohibentur possessiones Monasteriorum alienari , vel locari in perpetuum , vel ad vitam, sine consensu Conuentus , & irrita declaratur huiusmodi alienatio. Idem habetur in capitulo primo , ibi . [Absque collaudatione, & subscriptione] extra de his , quæ fiunt a Prælatis sine consensu Capituli . Idem probatur per argumentum in capitulo nouit. extra de his , quæ fiunt a Prælatus . Vbi Alexander Tertius declarauit irritas institutiones, & destitutiones factas a Prælato sine consensu Capituli, quod & rursus Cœlestinus Tertius præcepit in capitulo ea noscitur. extra de his quæ fiunt a Prælat. Idem expresse habetur in capitulo cum Apostolica . §. in alienatione. extra de his , quæ fiunt a Prælat. Vbi Innocentius Tertius his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet . [In alienatione quoque iuxta Leonis Papæ decretum, consensus Episcopi sine clericorum consensu non sufficit.] hæc ibi . Idem apertissimè habetur in capitulo tua nuper. extra de his, quæ fiunt a Prælatis. Vbi Innocentius Tertius declarat irritam donationem , venditionem, ac commutationem rerum Ecclesiasticarum factam

17 ta

18 ra

per Prælatum absque conniuen tia, & subscriprione Collegij. Idem probatur in l. prima, C. de iure emphiteo. Probatur & secundò præsentis fundamenti veritas, Doctorum scilicet auctoritate (vltra glosas & Doctores in dictis citatis iuribus, vbi hoc expressè docuerunt.) Hoc enim docuit Glo. in capitulo potuit. in versiculo expelli. extra de locato, & conducto, cuius singularem doctrinã merito communiter ibidem Doctores collaudantes sequuti fuerunt. Idem docuit Ioannes Andreas in regu. is, qui tacet. in tertia quæstio. de regu. iuris in sexto, hoc ipsum probans tribus validissimis rationibus: nec non auctoritate Damas. & Bart. Nec veritati nostri fundamenti poterit obstare, quòd ibi Ioan. Andr. videatur loqui in alienatione perpetua: † tum quia alie
19 natio perpetua, & ad vitam ho minis quo ad præsentem materiam, scilicet prohibitionis alie nandi bona Ecclesiastica æquiparantur in Clementina prima, de rebus Ecclesiæ non alienandis, vt supra retulimus ad verbum ipsum textum referendo: cum etiam communiter Doctor. doceant locationem factam ad vitam vnius hominis dici perpetuam, cum homo possit viuere centum annis: quo-
20 rum † tempus a Doctoribus communiter dicitur perpetuũ, & merito cum idipsum expressius dicatur a l. prima, & l. nulla. cum ibi not. ff. pro socio. & in l. Caio. §. Imperator. ff. de alimentis, & cibarijs legatis. Nam hoc ipsum quoque docuerunt expressè inter alios, Glo. & Doctores in dicta Clementina prima, & in dictis l. prima, & l. nullus. Decius in consilio suo 204. quem citat, & sequitur Rebuffus in suo breui, & elegantissimo tract. de alienatione rerum Ecclesiasticarum, numero vigesimosexto, qui & ibidem citat & alios Doctores, idipsum sentientes. Idem docuit Panormitanus in capitulo secundo, not. primo, extra de his quæ fiunt a Prælat. asserens posse dici perpetuam alienationem factam ad vitam vnius hominis, ad hoc vt ipsa indigeat interuentu solemnitatum requisitiuarum in alienationibus bonorum Ecclesiæ prohibitis generaliter, qui Panormitanus idem rursus docuit in capitulo nulli. columna prima, extra de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non alienandis, dicens, perpetuam dici alienationem
21 † prohibitam, etiam si fiat per triginta annos. Idem docuit Rodohanus in tractatu de rebus Ecclesiæ non alienandis, folio decimosexto, numero septimo, & rursus latius in folio vigesimoseptimo, numero 33. & 34. Idem docuit Augustinus Berous in consilio 155. numero vigesimoquarto, versiculo facit etiam. Idem Glos. singul. in capitulo finali, versiculo

Digitized by Google

ſiculo perpetuas. & ibi per Doctores. extra de reſcriptis. Idem latiſſimè docuit Cardinalis Alexandrinus in capitu. Abbatibus. numero tertio, per totum, 12. quęſtio. 2. Idem Geminianus in capitulo primo, columna penultima, verſiculo & nota, de rebus Eccleſ. non alienand. in ſexto, tradens hanc optimam regulam: quòd vbi requiritur conſenſus
22 † expreſſus, non ſufficiat tacitus: qui ibidem in fine dixit, quòd quando Epiſcopus eſt principalis alienans, tunc debet habere conſenſum ſui Capituli. Ex quibus omnibus allatis claruit locationem emphiteoticam factã ad vitam vnius hominis dici perpetuam, ac per conſequens arguendo a fortiori, multò magis dici perpetuam, ſi facta fuerit ad tertiam generationem, vt fuit locatio (de qua hìc eſt ſermo) ſi ergo perpetua dicenda erit: inde neceſſariò ſequitur Ioannem Andream in dicta regu.is qui tacet. loquutum fuiſſe in terminis preſentis fundamenti, quando dixit, quòd ad validitatem ipſius requiratur expreſſus, & non ſufficiat tacitus conſenſus Collegij alicuius collegiatæ Eccleſiæ. Idẽ docuit ad verbum in proprijs terminis præſentis noſtri fundamenti, Specul. in libro quarto, titu. de locato. §. ſequitur videre. numero quarto, verſicul. cæterum. vbi Ioannes Andreas in additio. in verſicu. contractus. idipſum eleganter docuit, tradens formam celebrãdi contractum huiuſmodi renouationis locationis emphiteoticæ. Specul. rurſus expreſſiſſimè idem repetijt in lib. 4. titul. de emphiteoſi. §. nunc aliqua. numero 37. verſic. vigeſimo ſextò quæritur. Idem docuit Berous in conſil. 116. numero 9. & in conſil. 122. in fine, dicens hanc eſſe communem, ſcilicet, quòd in caſu præſentis noſtri fundamenti ſolus Prælatus non poſſit caducitatem remittere. Idem docuit ſpecialiter Imola in dicto capit. potuit. numero 34. circa finem. Idem docuit Præpoſitus in capit. ſine exceptione. nume. 14. 12. quęſtione ſecunda. Idem docuit Panormitanus in capit. vt ſuper. columna ſecunda, verſic. ego crederem. extra de rebus Eccleſ. alienan. vel non alienan. qui ibidem concludit dicens, ſi res in-
23 culta † tradita in emphiteoſim, vt fuit a principio poſſeſſio, de qua eſt ſermo, prout veriſimiliter creditur, & elicitur ex ipſa natura contractus emphiteotici (ſcilicet ad meliorandum) vt melioraretur: tunc per generationem finitam redeat optimè culta ad Eccleſiam: in tali caſu non poterit iterum a Prælato concedi ſine ſolemnitate, & ſine cauſa, cum ceſſet cauſa primę conceſſionis. Hæc Panormitanus, quem citauit, & ſequutus fuit Rodohanus in ſuo excellenti tract. de rebus Eccleſ. non alien. in rubr. de immobil. rerum Eccleſ. alienan. nume. 56. & ſequenti. Idem rurſus clarius ipſemet Panormitanus docuit in capit. 2. columna ſecunda, verſic. & Gloſ. extra de his, quæ fi. a Prælat. ſine conſenſu,

Digitized by Google

Capituli. His pręciſis verbis vtẽs, videlicet, Et glo. optimè ſoluit, & eius ſolutionem ſemper nota, vt in conceſſione facienda in perpetuum requirantur ſolemnitates a iure requiſitæ: vt ſubſcriptio, & conſeſſus expreſſus: ſecus in conceſſione facta ad tẽpus: & vt animaduerteremus, quòd ipſe Panormitanus non loquatur in caſu noſtro, dum dixit, quòd in cõceſſione rei eccleſiaſticæ facta ad tẽpus non requiratur conſenſus expreſſus: ſed quòd tunc loquutus fuerit quando agitur de alienatione rei modicæ: Audiamus obſecro, quomodo ſe ipſum fuerit interpretatus. Quapropter ſciendum, quòd in eodem c. 2. col. 2. in verſ. ex quo habes. idem Panormitanus dixit, ꝙ doctrina Glo. Innocentij, & Hoſtienſ. ſit ſemper notanda. Ex quibus, inquit, habemus, quod vbi fieret conceſ-
24 ſio magnę † rei etiam ad tẽpus, debet interuenire cõſenſus Capituli expreſſus, qđ & voluit Ioannes And. in addit. ad Specul. circa finem rubr. de rebus eccleſ. nõ alien. & ideo textus in dicto c. 2. poteſt intelligi quando fit conceſſio ad tempus non modicum, puta ad vitam alicuius. Nam tũc æquiparatur perpetuę alienationi quo ad ſolemnitatem ſeruandam. Item nota, quòd in conceſſione rei modicæ non erit neceſſarius conſenſus Epiſcopi: ſed ad vitam alicuius ſufficiet conſenſus Capituli, & Prælati: ſed in cõ-
25 ceſſione † rei nõ modicæ: & hoc vbicunque bona Prælati, & Capituli eſſent cõmunia, ſed ſi diſtincta: tunc Prælatus poſſet aſſignare illa alicui ad vitam ipſius Prę-lati ſine conſenſu Capituli. Idem rurſus ipſemet Panormitanus in c. ea noſcitur. col. fin. verſ. in alijs. extra de his, quæ fi. a Prælat. his præciſis verbis vtens, videlicet, In alijs verò actibus non præſumitur pro conſenſu, niſi forte factum ſit antiquum, iuxta not. per Innocentium in c. innotuit. extra de eo, qui fur. ord. ſed certè, ſubintulit ipſemet Panormit. hæc dicta ſunt obſcura, & non credo vſquequaq; vera. Nam vide text. in contrarium in cap. 1. eod. titul. vbi requiritur ſubſcriptio, vt clarè probetur conſenſus: vt docuit glo. in c. 2. eo. titu. in ſexto.
26 vbi in alienatione facta † per Prę-latum, & Capitulum non præſumitur, quòd tractatus interceſſerit: fortius ergo non debet præſumi expreſſus conſenſus (& ſubdit ibidem ipſe Panormitanus inclu dendo) ſed vbi requiritur conſenſus expreſſus, nunquam ego præſumerem pro conſenſu, quia eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ nunquam præſumitur, & per hoc obuiatur multis fraudibus. Hæc Panormitanus vbi ſupra. qui rurſus idipſum ſentiens in c. nouit. extra de rebus Eccleſ. alienan. vel non. in verſic. vlterius quæritur, quem citat quoque, ac ſequitur Rodohanus in tract. de rebus Eccleſ. non alien. in fol. 67. nu. 6. 7. 8. 15. 50. & 62. probans quamplurimis auctoritaribus, quòd etſi Præſatus collegiatę Eccleſiæ poſſit alienare res minimas Eccleſię collegiatæ ſine expreſſo conſenſu

Collegij

Collegij, non tamen poterit alienare res magni momenti sine expresso consensu sui Collegij. Idē rursus repetijt ipsemet Rodohanus ibidem in fol. 125. nu. 39. dicēs, quòd de forma alienationis
27 legitimæ sit, vt Capitulum cum Prælato, siue Prælatus cum Capitulo tractet, & deinde cum consensu ipsius, deliberatione facta, alienet; quod rursus expresse repetijt idem Rodohanus ibidem in fol. 357. nu. 4. nec non in f. 167. nu. 13. & 17. Vbi tradidit hanc regulam, dicens, quòd in omnibus casibus, qui concernunt præiudicium Ecclesiæ requiritur consensus Capituli, & pari modo in spectantibus communiter ad Episcopum, & Capitulum. Idipsum rursus ipse Panormitanus repetens in capit. cum vos. extra de his, quæ fi. à Prælat. dixit, q̃ etsi consensus Capituli nō sit semper necessarius in negotijs, tamē erit semper necessarius in negotijs Ecclesiasticis, quæ tangunt communiter Episcopum, & Capitulum, vt in c. accedens. extra de præscript. quod & in dicto c. accedens. Idem Panor. repetijt in versic. in glos. & melius in c. 1. not. 2. eod. tit. subdens, quòd vbi agitur de alienatione perpetua, tunc requiritur consensus Capituli expressus, nec sufficiet tātus per tex. in c. 1. iuncta glos. eod. tit. in sexto. cuius Panormitani sententiæ se subscripsit Rodohanus in dicto tracta. de rebus Eccles. non alien. fol. 169. nn. 28. Idem docuit glos. decisionis 98. Capellæ Tolosanæ asserens, quòd in alienatione rei Ecclesię collegiatę requiritur cōsensus & subscriptio Collegij ipsius Ecclesiæ, quod & denuo Rodohanus vbi supra, confirmauit in fol. 169. nume. 27. dicens, quòd etsi in alienatione rei modicę nō requiratur consensus Capituli, benè tamē requiritur in alienatione rei magnæ, vt latius Panormitanus docuit in c. continebatur. eod. tit. ex quibus ipsemet Rodohanus vbi supra, colligit, quòd in alienatione rei magnæ (vt contingit in casu proposito) facta etiam ad tempus requiratur etiam consensus Capituli, & ad hoc probandum citat Ioannē And. in addit. ad Specul. in tit. de rebus Eccles. non alien. & Turrecrema. in summa. 12. q. 2. quod & repetijt idem Rodohanus vbi supra, in fol. 182. nu. 6. & 7. & fol. 183. nu. 25. dicēs, consensum Capituli tacitum sufficere in alienatione facta ad tempus breue, expressum verò requiri in perpetua: qui Rodohanus ibidē in fol. 234. & 235. idipsum repetijt per totum. Idipsum rursus docuit Panormitanus in c. 1. not. 1. extra de his quæ fi. à Prelat. sine consensu Capituli, sequēs Federicum de Semis in suo cons. 51. dicens, quòd etsi in concessione rei modicæ posset Prælatus sine consensu Capituli rem Ecclesiasticam alienare: non autem rem
28 magnam: † quia requirerentur omnes solemnitates requisitæ; vt est tractatus & consensus expressus Capituli. Idem docuit Glos. singul. in cap. 1. versic. perpetuis. de rebus Eccles. non alien. in sexto. cuius sententiæ ibidem se subscripsit

ſcripſit Dominicus in verſi. & nota. aſſerens, quòd vbi requiritur expreſſus conſenſus, non ſufficiet tacitus, nec præſentia habentis conſentire: qui Dominicus paulò ante ibidem in verſ. ſed & contra præmiſſa. dixit, quòd conceſſio temporalium poſſit fieri per Prælatum ſine conſenſu Capituli: dummodo fiat cauſa pietatis, vel remunerationis impenſi ſeruitij, non titulo, vel ex cauſa locationis. quod dictum erit intelligendum ſecundum mentem eiuſdem expreſſam ſupra, ſcilicet in re parui momenti, ac valoris.

Et ne quis ſuſpicetur noſtri fundamenti veritati ſuffragatos non fuiſſe Legiſtas. Sciendum, quòd ex Legiſtis quoq; infraſcripti Doctores quamlibentiſſimè ſe ſubſcripſerunt præſenti noſtro fundamento, videlicet Bar. in l. 2. nu. 8. C. de iure emphit. Bald. in l. 3. nu. 2. C. de iure emphit. & expreſſius in l. 1. nu. 40. C. quando non pet. par. & in c. quæ in Eccleſiarum, nu. 33. extra de conſtitu. cuius ſententiam Iaſ. ſequens in l. 1. nu. 66. verſic. Item per practicam. C. de iure emphit. aſſeruit eſſe communem concluſionem: quòd ſi finita eſſet locatio emphiteotica per generationem finitam, & dominus patereturemphiteotam ſtare in re emphiteotica; non intelligeretur eo ipſo ſolum ſecum tacitè facta locationis renouatio: & ratio ſecundum eum eſt, quia
29 contractus † requirens ſcripturã, nunquam ex ſola patientia intelligetur renouari, iuxta text. in l. Item quæritur, §. qui impleto. in vltimis verbis. ff. locati. Vnde inſtum benè concluditur (ſubdidit ibidem Iaſon) quòd nũquam intelligetur renouari: quod & notandum erit ad practicam ſciendam. Qui Iaſon idipſum repetẽs in l. 2. num. 130. & 131. C. de iure emphit. aſſeruit hanc eſſe communem Doctorum ſentẽtiam. Idem docuit Alex. in conſil. 105. nu. 18. lib. 5. Ruin. in conſ. 70. poſt nu. 14. lib. 5. Cœpolla in conſil. ciuil. 47. nu. 3. & nouiſſimus omnium Iulius Clarus in ſuo excellenti tracta. de emphiteoſi, quæſt. 15. verſi. ſed numquid.

Probatur & tertiò præſens veriſſimum fundamentum hac ratione irrefragabili. Cùm enim alienatio facta de re non parua communi Prælato, & collegiatæ Eccleſię non poſſit fieri, imò ſit ipſo iure irrita, & inualida, niſi illa vergat in vtilitatem euidentẽ ipſius Eccleſiæ collegiatæ, vt docuit tex. apertiſſimus in c. ad aures, & c. vt ſuper. extra de rebus Eccleſ. alien. vel non, in Clem. 1. eod. tit. & in cap tua, extra de his quę fi. à Prælat. ſine conſenſu Cap. & niſi fiat cum conſenſu expreſſo Capituli ipſius Eccleſiæ collegiatę, vt per innumera ferè ſupra recenſita iura, & Doctor. ſententias apertiſſimè probauimus. Inde patentiſſimè colligitur veritas tam allatæ concluſionis vnicæ, quàm præſentis primi fundamenti eiuſdem. Cùm cõceſſio bonorum Eccleſiaſticorum immobiliũ in emphiteoſim perpetuam, vel ad vitã vnius dicatur alienatio ipſorum bonorum prohibita ab vtroque iure

Digitized by Google

iure, & quòd alienatio sit dicta locatio, docuit text. apertissimus in dicta Clem. 1. & in cap. nulli liceat: extra de rebus Eccles. alien. vel non alien. & ibi latissimè per Doct. & præcipuè per Panor. vbi supra, qui inter alia, in dicto cap. nulli, col. 1. versic. nota, quòd verbum alienatio. infrascripta protulit præcisa verba, videlicet: Nota, quòd verbum alienationis in materia Ecclesiastica capitur largissimè, vnde comprehendit contractum, per quē transfertur vtile dominium tantū: & addidit ibidem Panormitanus: & nota, ꝙ perpetua emphiteosis est regulariter prohibita in rebus Ecclesię, & dicitur perpetua etiam si sit ad triginta annos, de quo vide bonum textum in cap. hoc ius. vers. perpetua. 10. q. 2. & in Authent. perpetua. C. de sacrosanct. Eccles.

Secundum fundamentum cui firmissimè innititur nostra cōclusio est hoc. Possessiones enim dantur in emphiteosim, vt melioren-
tur (iuribus vulgaribus) vt inde finita locatione ad tertiam gene rationem (vt supponitur, & fuit probatum factam fuisse a dicto
30 Monasterio) † propter mortē vltimi emphiteotę comprehensi in illa tertia generatione, ipso iure dicta possessio iā meliorata (prout est possessio, de qua est sermo) deuoluatur, ac reuertatur ad dominum directum ipsius possessionis, quo ad eius vtile dominium, & ius ipsum emphiteoticū, absq; facto & sententia Iudicis ex ipsa natura rei emphiteoticæ sub conditione implicita locatę, ac secūdum naturā ipsius contractus emphiteotici; absque aliqua necessitatē ipsam possessionem actualiter apprehendendi. Hoc fundamētum probatur duplici medio. Primo enim per argum. in cap. 2. extra de feudis. Vbi interrogatus Innocētius Tertius, respōdit, Vasallo mortuo posse Ecclesiam liberè alteri concedere feudum, quod vtique non dixisset, nisi sciret ipso iure per mortem feudatarij possessio feudalis quo ad vtile dominium redire ad eius dominum directum: At cùm adsit identitas rationis in possessione emphiteotica, quæ in possessione feudali, vt patet ad sensum, & cōmuniter docuerunt Doctores asserentes valere argumentum regulariter de feudo ad emphiteosim, & è contra, vt inter alios copiosissimè probat hāc ipsam pertractando materiā Nicolaus Euerardus in sua prꝫexcellenti Topica iuris, in loco de feudo ad emphiteosim. Inde apertissimè comprobatur hoc secundū fundamentum probari dicto Canone taliter arguendo. Idem elici videtur ex l. fina. C. de sacrosanct. Eccles. Idem probatur & secūdò Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doctores ad ipsum sensērunt: Paul. de Castro enim hoc expressè docuit in consil. suo 133. quem citat, ac sequitur Augustinus Berous in consi. 102. nu. 24. & in tantum contenta in præsenti fundamento dicuntur vera, q̄òd ipsemet Berous in consil. 202. nu. 48. addidit, & hoc summoperè memoriæ cōmendandum, dicens, ꝙ

finita

31 finita emphiteosi licebit † ipsi Ecclesiæ, & habentibus causam, ac iura cessa ab ea non solùm per remedium iuris agendo interdicto vti possidetis, sed etiam remedio facti, & sic via extraiudiciali, ac extraordinaria, quia licitum erit ipsis propria auctoritate possessionem nanciscì, & illum qui naturalem possessionẽ fuit ingressus, vi expellere, atque eijcere, vt voluit Glo. quam sic Bar. declarauit in l. 1. §. interdictum, in fi. col. 1. ff. vti possidetis. Vbi Bartol. hoc ipsum cõfirmauit, & sequutus fuit, quod & postea docuit Alex. in l. quemadmodum. ff. de acq. poss. asseuerans hanc esse communem Doctor. opinionem, quod & dictus Berous vbi supra, multis alijs medijs docuit. Cum ergo meliorata fuerit possessio (de qua est sermo) inde sequitur, quòd finita dicta locatione per consumptionem tertiæ generationis, non poterit dici, quòd dicta possessio remanserit in suo pristino statu, in quo reperiebatur quando fuerat locata dicto primo emphiteotæ, seu locatori. Quapropter cum agatur de damno vitando ipsius Ecclesiæ, Prælatus solus, vel Procurator sine expresso consensu Capituli dicti Monasterij nõ potuit tacitè, vel expressè de nouo locare in emphiteosim dictam possessionem emphiteoticam pleno iure deuolutam dicto Monasterio, dictis heredibus dicti vltimi emphiteotæ, in quo finita fuit tertia generatio, ad quam se extenderat dicta locatio facta à dicto Monasterio dicto primo emphiteotæ locatori, vt quàm elegantissimè docuerũt infrascripti Doctores, videlicet, Panormitanus in cap. vt super. colum. 2. in vers. in glo. super versic. intelligantur. extra de rebus eccle. alien. vel nõ alien. postquam dixisset, quòd bona feudalia, & emphiteotica non dicantur de mensa Ecclesiæ, cum vtilitas eorum pertineat ad aliũ, statim subintulit infrascripta, videlicet: Sed aduertendum, quòd illa bona quandoque redeunt ad Ecclesiam pleno iure, puta, quia finitum est tempus concessionis, vel propter defectum hæredũ vasalli, vel emphiteotæ, vel propter delictum eorum, vt in c. potuit. extra de locato, & conducto. & in c. 1. de feudis. Qui Panormitanus ibidem post multa cõcluden do his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet. Ego crederem, quòd vbi prima causa concessionis duraret de præsenti habent locum prædicta: sed vbi cessaret illa prima causa concessionis, tunc putarem, ꝙ eo ipso, quòd redeunt ad Ecclesiam, efficiuntur de mensa, & assumũt sibi naturam, & qualitatem aliarum rerum Ecclesiæ. Exemplum. Res seu possessio aliqua Ecclesiæ inculta fuit tradita in emphiteosim hoc respectu, vt reduceretur ad culturam, aliàs Ecclesia nõ concessisset: tractu temporis huiusmodi possessio optimè culta reuersa est ad Ecclesiam ex aliqua ex causis supracitatis: non video (inquit ibi Panormitanus) quòd iterum possit concedi sine solemnitate debita, & sine causa: Nam cessat causa primæ concessionis,

Google

cessionis, & militat nunc argumentum a ratione cessante, vt in c. cum cessante. extra de appellat. & cessat ratio Innocentij dicentis (prout ipse Panormitanus paulò ante retulerat,)quia ab initio videtur ordinatum, vt illa bona concederentur in feudum, vel emphiteosim. Vnde nil nouì facit nunc Prælatus iterum concedendo. hæc Innocẽtius, & subdit Panormitanus, vbi supra, sed vbi causa perseueraret, procederet primum dictum, scilicet Innocẽtij. Exemplum. Ecclesia habebat
32† castrum, quod fortè propter custodiam, & alia, erat magis damnosum, quàm vtile: deliberauit semel cum solẽnitate debita dare in feudum, vel emphiteosim, si tractu temporis redeat ad Ecclesiam: poterit ipsa Ecclesia alij iterum de nouo cõcedere sine solemnitate, non obstante iuramento de non alienando: quia ista (subdit ibi Panormitanus) nõ est noua alienatio, sed quædam executio ordinationis antiquæ: ad quod facit text. in c. cõsuluit. extra de Iudeis. & in c. recolentes. extra de statu regul. & addidit notandam hanc limitationem fore, cum non soleat a Doctoribus tradi, etsi sibi videatur verissima, & rationabilis, subdidit ibidem Panormitanus, cuius sententiam ad verbũ hìc referre studuimus; vt omnibus palàm fieret, q̃ expressissimè Panormitanus ipse senserit in casu nostro oportuisse inesse solemnitates iuris, scilicet tractatum Capituli, seu Monachorum cõgregatorum in Capitulo ad sonitum campanellæ, & eorum expressum consensum, ac subscriptionem, vt iuridicè facta renouatio dictæ antiquæ locationis finitæ dici possit: cum dicta emphiteotica possessio (de qua est sermo) deuoluta fuerit melioratа per emphiteotas, & non reperiatur modò in suo pristino statu inculturę, in quo erat tempore primæ locationis: sed effecta fuerit benè culta, & frugifera: quod & apertissimis documentis loco, & tempore oportuno (si opus fuerit) probabitur. Si ergo, in casu nostro non sufficit consensus expressus Prælati, vel Procuratoris Ecclesiæ collegiatæ: multo minus sufficiet eorum tacitus. Idem docuit Rodohanus in tract. de reb. Eccles. non alien. fol. 81. nu. 55. & sequenti amplectens dictam Panormitani sentẽtiam, quam ipse probat verã alijs medijs: quod & repetijt ibidem in fol. 246. num. 6. vers. sed declara materiam hanc: qui ibidem nu. 16. vers. & pari modo, asseuerauit hoc ipsum docuisse Doctores in c. 1. qui feud. dare poss. & ibidem Card. in princip. vltimæ colum. Quod & rursum idem Rodohanus repetijt ibidem fol. 248. nu. 24. asserens hoc ipsum docuisse Mattheum de Afflict. in libro suo super constitutiones Regni, in constitu. incip. Baũlos omnes. & in lib. 3. in constitu. incip. Diuæ memoriæ. Idem docuit Rota Beninten. conclusione 13. quod & repetijt ipse Rodohanus in codẽ tract. fol. 360. nu. 4. & quòd tam Panormitanus vbi supra, quàm Rodo-

Rodohanus vbi ſupra, non intelle xerint dicere generaliter, quòd Prælatus collegiatæ Eccleſiæ ſolus ſine expreſſo conſenſu ſui Collegij poſſit præiudicare ſuæ Eccleſiæ in bonis iam acquiſitis ab ipſa, etſi nõdum incorporatis menſæ ipſius: etſi non poſſit præiudicare in applicatis dictæ menſæ, (vt prima facie aliquibus viſum fuiſſe audiuimus) quod & elici poterit apertiſſimè tum ex verbis ipſiuſmet Panormitani, vbi ſupra relatis, quem ſequutus fuit Rodohanus vbi ſupra. Cum etiam ex eleganti doctrina Auguſtini Beroi in conſ. 116. nu. 9. Animaduertendum ergo ſummopere erit, q̃ ibi Panormitanus nolens admittere ſine diſtinctione ſupra relatam ſententiam Innocentij, dicentis vbi ſupra poſſe Prælatum ſolum ſemel locata in feudũ, vel emphiteoſim cum ſolemnitate (ſi denuo redeant ad Eccleſiam) ſine tali ſolemnitate in emphiteoſim dare, tradidit illam peroptimam regulam, dicens, dictum Innocentij locum habere in poſſeſſione non meliorata, ſed permanente in ſtatu priſtino, in quo tunc dicta poſſeſſio reperiebatur tẽpore locationis ſolemniter factæ. Nã tunc ſolus Prælatus poſſet locare, cùm illam locans nihil noui videatur facere. Non autem illud dictum locum habere in re meliorata, & effecta vtiliori Eccleſiæ: quia tunc non poſſet eã Prælatus locare ſine iuris ſolemnitate, ſcilicet ſine expreſſo conſenſu Capituli. Nam talis poſſeſſio ſic. meliorata, deuoluta ad Eccleſiã collegiatam eo ipſo, q̃ fuit deuoluta, dicitur aliquo pacto effecta de menſa Eccleſiæ, & aſſumit ſibi naturam, & qualitatem aliarum rerum Eccleſiæ ipſius, vt omnino in earum alienatione neceſſarius ſit expreſſus conſenſus Prælati, & collegiatæ Eccleſiæ. Ex his ergo benè põderatis colligitur, quàm longe aberrẽt a via veritatis, qui crediderunt Panormitanum aliter docuiſſe, quàm noſtra concluſio contineat. Ac per conſequens patuit ipſum fauiſſe etiã in præſenti fundamẽto, cui & Auguſtinus Berous in dicto conſil. 116. num. 9. apertiſſimè ſe ſubſcripſit. Nam poſtquàm expreſſiſſimè ibi docuerat, quòd ſolus Prælatus Eccleſiæ collegiatæ nõ poſſet per receptionem futuri Canonis præiudicare ſuæ Eccleſiæ in bonis communibus ad ipſam aliquo pacto deuolutis ſine expreſſo conſenſu Collegij dictæ Eccleſiæ hæc præciſa verba, videlicet: Si verò Eccleſia non ſit collegiata, vel ſaltẽ totum ius ex priuilegio, vel conſuetudine in ſolo Prælato reſideat (quod nõ eſt in caſu præſentis noſtræ quæſtionis principalis propoſitæ) tunc recipiendo Canonem pro futuro tempore, poſſet Eccleſiæ præiudicare, iuxta not. per Gl. (quam ibi omnes Doct. ſequuntur) in cap. potuit. extra de locato & conducto: quia tunc Prælatus diceretur a iure mãdatum, & poteſtatem in hoc Eccleſiæ præiudicãdi habere, iuxta ea, quæ not. & habentur in c. vt ſuper. de reb. Eccleſ. alien. vel non alien. & cum ſit Procurator ſuæ Eccleſiæ iuris

diſpoſi-

diſpoſitioue,qui liberam & generalem bonorum Eccleſiæ adminiſtrationem habere dicitur, vt docet tex. ad hoc ſingularis cum glo.in cap.fin.12.q.1.& alia gloſ. melior de iure in cap. quia Epiſcopus. 3.q.5. Nihil mirum ſi in acquiſitis, nondum tamen incorporatis, nec menſæ Eccleſiæ applicatis, ſolus Prælatus, & Collegium Eccleſiæ collegiatæ, id eſt ſine Epiſcopi,vel alterius ſuperioris conſenſu præiudicare poteſt, vt in dicto capit.vt ſuper. ibique Abbas & omnes: & eſt alius text. in cap. 2.extra de feudis. vbi glo. Hæc omnia Berous vbi ſupra. Ex quibus patuit veritas interpretationis ſententiæ Panormitani in dicto cap. vt ſuper. a nobis ſupra traditæ, & inſimul quomodo ſit interpretanda ſentẽtia ipſius Panormitani,dicẽtis ibi,quòd Prælatus poſſit in bonis acquiſitis Eccleſiæ collegiatæ præiudicare, ſi illa non fuiſſent incorporata ipſi Eccleſiæ, ſicut ſunt bona ex caducitate, vel locatione finita redeunt ad Eccleſiam non mutato priſtino ſtatu: ſed ſi mutaſſent, ſcilicet ſi fuiſſent meliorata, tunc non poſſet Prælatus ipſa locare, vel aliter alienare,nõ ſeruatis iuris ſolemnitatibus: quia eo ipſo, quòd meliorata redeunt ad Eccleſiam, efficiuntur de menſa Eccleſiæ. Cum ergo ſimus in poſſeſſione meliorata,& ſic ad Eccleſiam deuoluta. Patet inde non ſolum tacitè, verum etiam expreſsè non poſſe Prælatum præiudicare iuri ſic acquiſito ipſi Eccleſiæ collegiatæ, renouando locationem finitam hæredi vltimi emphiteotę, non præuio expreſſo conſenſu Monachorum dicti Monaſterij, cum dicta bona emphiteotica effecta fuerint ipſo iure (ſtante dicta deuolutione ex finita dicta locatione facta ad tertiam generationem) de menſa ipſius Monaſterij,& Prælatus ipſam renouare ſine expreſſo conſenſu ſuæ collegiatę Eccleſię,vt latiſſimè probabimus infra in quinto fundamento preſentis noſtrę vnicę concluſionis. Videatur ergo ibi latius.

Tertium fundamentum eſt. Quoniam dictum Monaſterium non tenebatur dictas poſſeſſiones emphiteoticas ad ſe ipſo iu-
33 re delatas † ratione locationis finitę denuo concedere locationem agnatis dicti vltimi emphiteotę illam petentibus: cum poſſet ſibi illas retinere, & non teneatur huiuſmodi locationẽ concedere illis: cum hoc ipſum approbet communis Doctor. ſententia, quam refert, & ſequitur Petrus Benintẽdi in tractatu deciſionum cauſarum Rotę Bonon. concluſione 19. afferens ita fuiſſe iudicatum ibi. & huic fundamento aſtipulati fuerunt ex Canoniſtis, Imola in capit. penulti. extra de locato.Panormitanus in cap. bonę memorię. el ſecondo, colum. penult. in princip. numero 28. in verſi.hoc dictum ego limitarem. extra de poſtul. Prælat. Idem Ludo. de Gozad. in ſuo elegantiſſimo conſilio 39. incipien. In Chriſti nomine, Amen. Prima facie, per totum, ſed ſpecialius,

&

& apertius in nu.7. verſ.circa ſecundum, quo ad doctrinam Bar. Vbi limitat ac interpretatur doctrinam Bar.in l.1.§.permittitur. ff.de aqua quoti.& ęſti.& reſpondet omnibus contrarium ſentientibus,& ſpecialiter Decio in conſil.131.& 329. qui dixit, ꝙ aliàs poſſent eludi agnati mẽdacio dicentium talem poſſeſſionem velle pro ſe retinere.& addidit hoc eſſe friuolum : cùm ex poſt facto poſſint reclamare . Idem docuit Corſetus in addit.ad Panormitanum,vbi ſupra. in verſic.renouationem. & ſpecialiter ibi. Tertiò limita.Idem docuit Ancharanus in conſi.133.in 2.dubio. Idẽ Staphil.in tracta.de lit.grat.& iuſtitię.fol.79. Idem docuit Panormitanus in c. bonæ. el ſecondo. col. penulti.de poſtulat.Prælat. & ibi Corſetus in Apoſtilla.Iaſ.in conſil.24. col.pen.vol.3. Aretinus in l.ſi mihi & Titio. ff.de verb.obligatio. Curtius ſenior in conſ.48. Roman. in conſil.22.nu.5. Anch. in conſ.133.dub.2.Zaſ.in conſ.8. volum.2. Ripa in l.1.num.9.ff.de priuileg. credit. Idem Antonius Gabriel in tract.conclu.lib.3. tit. de iure emphit. concluſ.1. nu.14. verſ. quartò limita. vbi latiſſimè, & eruditiſſimè examinat, quãdo Eccleſia, vel alter dominus directus poſſit alienare extraneo poſſeſſionem emphiteoticam deuolutam ad ſe contra voluntatem agnatorum vltimi emphiteotæ. & ex Legiſtis idipſum docuerũt infraſcripti,videlicet:Aretinus in l. ſi mihi & Titio.col.6. verſ.Bal.tamen.ff.de verborum oblig.Iaſ.in conſi.24. col.pen.vol.3.Curt.ſen. in conſ.48. Romanus in conſ.22. nu.5.Iaſ.in conſil.8.vol.2.Ripa in l.1.nu.9. & ſequen.ff.de priuileg. credit. Ruin.in conſil.151. col.5. & in conſil. 152. col.1. & in conſil.155.colum.fina.vol.1. Calcan. in conſil.8.nu.45.

Quartum fundamentum , quo fulcitur noſtra concluſio, cum in iure certiſſimum habeatur,quòd emphiteoſis , & præcaria locatio
34† quo ad ſubſtantiam ipſarũ ambarum non differant, in tantum, quòd id,quod in vna earum dicatur,ad aliam extẽdatur.Quapropter Gloſ.ſingul.in cap.præcaria. 10. quæſt.2. dixit eas eſſe affines. & Bart.in l.ſi finita. §.ſi de vectigalibus. ff.de damno infecto. dixit illas in omnibus, & per omnia ſimiles, & Alex. in conſi.165. col.2. lib. 2. & Panormitanus in c.1.col.2. verſic.Item fit,vel dicitur. extra de præcarijs. aſſeruit, contractum pręcariè,quo ad ſubſtantiam eius dici poſſe contractum emphiteoticum, ex quo fit in perpetuũ, vel ad magnum tempus:addẽs,neceſſariò renouationem locationis de quinquennio in quinquennium fore faciẽdam in fauorem Eccleſiæ, ne longitudine temporis locationem accipiens , vel eius hæres dicat rem eſſe ſuam . Quapropter ſubdidit, ſicut non petens inueſtituram à nouo domino cadit a iure ſuo, ſic & iſte, qui non petit renouationem elapſo quinquennio, ac per conſequens ſicut in cõtractu præcarię ſi conductor omiſerit tempore cõuento petere renouationem

Digitized by Google

nem locationis (volẽte Eccleſia) abſque ſpe recuperationis à iure ſuo cadit, vt voluerunt Doct. omnes poſt glo. fin. in cap. 1. extra de præcarijs. & ibi per Hoſt. Imol. Abbatem, And. Barbat. & alios. Ita omnino erit dicendũ in contractu emphiteotico Eccleſiæ, cũ eadem prorſus militet ratio. & ideo dicunt, quòd volẽte ipſa Ec
35 cleſia, † & declarante ex non petita renouatione locationis finitæ hęredes vltimi emphiteotę priuentur poſſeſſione huiuſmodi ad ipſam Eccleſiam pleno iure deuoluta ex dicta locatione finita, prout ipſe Procurator dicti Monaſterij, facto ipſo declarauit litem conteſtando contra hæredes vltimi emphiteotę, illegitimiąue moderni poſſeſſoris dictæ emphiteoticæ poſſeſſionis deuolutæ ad ipſum Monaſterium propter finitam locationem factam ab ipſo ad tertiam generationem. Inde quoque ſequitur, quòd finita tertia generatione dicti primi locãtis, etiam ſi eſſet peruentum ad quartam, vel quintam generationem: cum de iure dici non poſſet dictam locationem tacitè fuiſſe renouatam ex perſeuerantia dicti illegitimi moderni poſſeſſoris dictæ emphiteoticæ poſſeſſionis ipſam pacificè poſſidendo, & pro ipſa ſoluẽdo Canonem dicti Monaſterij, Prælato, aut Procuratori forſan, antiquitus conuentum cum primo emphiteota, & ab ipſo ſolutum: cum dicta renouatio de ſui ſubſtantia, ac natura eſſentiali requirat expreſſum cõſenſum in ipſa facienda nõ ſolum Prælati, verumetiam Monachorum dicti Monaſterij, pręcedẽte inter eos in tractatu collegialiter facto in Capitulo, & ſubſequente aliqua ſcriptura hoc atteſtante ſubſcripta manu ipſorum, vel ſaltem, vt hodie eſt in vſu, interueniente præſentia notarij publici, (& teſtium ad hoc rogatorum) & conficiente inſtrumentum cũ annotatione nominum Monachorum ibi collegialiter cõgregatorum, & conſentientium ſtipulationi huiuſmodi inſtrumenti, vt ſatis abũdè probatum fuit per allata in probationem præcedentium fundamentorum, & pręcipuè primi fundamenti. Cum hîc apertiſſimè comprobetur vacare argumentum a minori ad maius affirmatiuè tali pacto, dicendo,
36 Si in renouatione † locationis quinquemalis de ſui eſſentia, ac robore requiritur aliqua ſcriptura, (vt fuit probatum) & ſpecialiter docuit Berous in conſil. 106. nume. 7. vol. 1. & ratio (ſecundum eum eſt) ne longitudine temporis locans, vel eius hæres dicere audeat rem taliter locatam pleno iure ſuam eſſe: Quantò ergo magis ſcripturam requiri in huiuſmodi locationis ad tertiam generationem renouatione erit dicendum? Ex hoc ergo quarto fundamento colligitur quoque veritas præſentis noſtrę concluſionis.

Quintum fundamentum concluſionis noſtræ eſt: nam Regula vulgatiſſima & veriſſima apud
* Doctores communiter recepta eſt, quòd quamuis Prælati Eccleſiarum collegiatarum irrequiſito

37 ſito eorum † Capitulo in rebus acquirendis poſſint præiudicare ſuis Eccleſijs etiam collegiatis (etſi non negent ipſos tñ Prælatos inde teneri ad ſatisfaciendũ dictis Eccleſijs pro huiuſmodi damno ſibi illato eorum culpa, iuxta expreſſum text.in c.fin. extra de iniurijs,& damno dato,cũ ſimilibus iuribus vulgaribus,) vt in c.potuit.extra de locato. in c. de quarta. extra de præſcript. & ibi per Doct.communiter . Necnon in iuribus acquiſitis,minimi tamen momenti, ſeu præiudicij: vt docuit textus in cap.cęterum. extra de donationibus.Vbi com muniter per Doct. vltra quos per Panormitanum in c.veniens.nu. 21. verſic.concludendo. extra de præſcript. quem ibi ſequitur Felinus.nu.5. in fine. verſ. vnde habeo:quod dictum ſequuntur Decius ibidem,& Moderniores , & ratio eorum eſt:quoniam de minimis non curat Prætor,quæ colligitur ex text.in c.terrulas. 12.q. 2.Vbi habetur,quòd Prælatus po
38 terit † ſine iuris ſolemnitate alienare rem Eccleſiaſticam etiã immobilem modici valoris : quod & docuit ibi per ipſum textum Dominicus a Sancto Geminiano.in verſ.& glo.& idem Glo.in c.Abbatibus. & ibi Archid. 12.q. 2. & idem docuerũt Innocẽtius, Antonius, & alij Canoniſtæ in c. 1. extra de his , quæ ſi. a Prælat. Glo. & Hoſt. in c.ſi proponente. extra de reſcript.Ioannes And.in regula. Qui tacet.de regu.iur.in ſexto . Idem Federicus de Senis in ſuo conſi.210.incip. In Chriſti nomine. caſus talis eſt. Vbi per
39 hoc dicit rẽ modicam † eſſe excluſam a ſolemnitate , & rigore iuris,continericque ſub iuramento Prelati: qui iuraret, ſe non alienaturum inconſulto ſuperiore , vt docuit quoque Henricus Boich in c. etſi quæſtiones . extra de ſimonia.& Ang. in §.hoc etiã. in fi.in Authen. de alienat.& emphit.Petrus Ancharanus in cõſi. 420.incip.Quidam ſeruus Antonius,col.1.& rurſum idem Petrus Ancharanus,Imo.& Panormitanus (ſequentes illud dictum Federici) in c. ſuper . de rebus Eccleſ. alien.vel non, quod idem Panormitanus repetijt in c.fin.col.pen. extra de Eccleſ.ędific.& Ioannes Faber in Authen.Hoc ius porrectum.col.2.verſ.tertio caſu.& ibi etiam Bal. & Salicetus . C. de ſacroſan. Eccleſ. Imo. in c.1. extra de his quæ fiũt a maior.par.Cap. Socinus in conſi.208.incip. Viſis actis.col.pen. Barbat.in conſ.61. incip. A Ioue principium. col.4. verſ.præterea facit.lib.3. & Jaſon in c.1.col.6.verſ.ad dictorum confirmationem , & iterum col. ſequenti.verſ.quartò vltra alios titu.qui feud.dare poſſ. & Franciſcus Curtius in tract. feudorum. in quæſt.21. quæſt.pen.principalis. Non autem dicti Prælati po-
40 terunt præiudicare † ipſi Eccleſiæ collegiatæ in damno alicuius magni momẽti vitando iuris acquiſiti ſine expreſſo conſenſu ipſius , & ratio rationum eſt, quoniam Prælati nõ ſunt domini rerum ſuæ Eccleſiæ,ſed Procurato-
41 res, † prout ad verbũ docuit tex.

in

in cap.2.extra de donat. vbi Alexander Tertius his præcisis verbis hoc ipsum decreuit, videlicet: [Fraternitatem tuam credimus non latere, quòd cum Episcopus, & quilibet Prælatus Ecclesiasticarum rerum sit Procurator, non dominus: conditionem Ecclesię meliorare potest, facere verò deteriorem non debet. Accepimus, quòd prædecessor tuus graues donationes in rebus Episcopatus fecit in detrimentum Ecclesiæ, suis Canonicis incõsultis. Vnde quoniam donationes huiusmodi de iure non teneant: indulgemus tibi, vt liceat donationes huiusmodi tam à clericis, quàm à laicis legitimè reuocare.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in cap. delictum personæ. de regulis iuris, in sexto. vbi dicitur [delictum personæ non debet in damnum Ecclesiæ redundare.] Idem probatur per argumentum in l. magis puto. §. fundum. ff. de reb. eorum, qui sub tutela. vbi hæc habentur, videlicet: [Fundum autem legatum repudiare pupillus sine Prætoris auctoritate non potest.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum, quoniam idipsum ex ipso elicitur, vt latius probauimus in præcedenti secundi fundamenti probatione. Idem & secundò docuerunt Doctores in dicto capit. 2. & alij infrascripti. Nam idem docuerunt expressè ex Canonistis, Glo. in cap. si Episcopus. 16. quæst. 6. & Glos. in capitulo placuit, in versicul. negligentia. 16. quęstio. 3. & rursus ibidem Archidiac. in columna secunda, versic. in eadem Glo. ibi. Non concedo. vbi sequens Goffre. di-
42 xit, quòd si Prælatus † fecerit graues donationes consultis, & consentiẽtibus Canonicis, tenet contractus, vel rescinditur per restitutionem in integrum, vt in cap. requisiuit. extra de in integrum restitu. si verò ipsis Canonicis inconsultis: tunc contractus ipso iure non tenet, vt in capit. 2. extra de donat. Amplectitur ibidem ipse Archidiac. sententiam Hostiẽs. dicentis in dicto cap. 2. talem donationem fuisse nullam duplici ex causa, scilicet vna, quia in grauamen Ecclesiæ: alia, quia sine consilio Canonicorum. hæc Archidiaconus vbi supra. Idem docuit Innocentius in dicto cap. 2. Idem docuit Geminianus in capitulo primo, de rebus Eccles. nõ alienan. in sexto. Idem docuit Federicus de Senis in suo consil. 9. cuius sententiam citat, & sequitur Panormitanus in cap. tua nuper. extra de his, quæ fiunt à maiori parte Capitu. qui Panormitanus idipsum repetijt in capit. quoniam, numero quarto, versic. vltimo hîc quæro, extra de decimis. & in cap. verum. numero secundo, extra de foro competen. & in cap. verum, numero tertio, extr. de cõdit. appos. Idem Imol. in capitulo secundo, de donatio. Idem rursus Panormitanus in capitulo veniens, numero 21. extra de præscript. & rursus in cap. potuit, numero quintodecimo, versicu. vnde solus Prælatus. extra de locato. Idem docuit Felinus in

cap.contingit,el primo. nume.5. per totum, extra de ſentent. excommunicationis,& in cap.quęrelam, numero ſecundo,extra de ſimonia. vbi infraſcripta præciſa verba protulit, videlicet: Nota,
43 quòd Prælatus † non poteſt reſcindere contractum, per quem Eccleſiæ eſt ius acquiſitum.Idem docuit Decius in cap. paſtoralis, numero 35. extra de exceptio. & ſurſus in capitulo Eccleſia Sanctę Marię,nume.24.versic.& ad id, quod dictum eſt, extra de conſtitu.& iterum in conſil.ſuo 588. incip. Viſo puncto, & dubijs. numero quintodecimo, qui Decius idipſum repetijt in l. ſeruus, numero nono, & decimo, C. de pactis, ſequens Roman. in conſilio 184.incip.Viſisque narran.vbi di
44 xerat, quòd ſtatutum, † in quo habetur, quòd mulier alienare non poſſit, intelligatur in quæſitis, non in quęrendis, vt docuit Imola in conſilio ſeptuageſimo quarto, incip. In caſu præmiſſo. Et quòd ſtatutum laicorum
45 non valeat † in præiudicium clericorum, intelligitur in queſitis, ſecus in quærendis, vt not. Bart. in rubric. de conſtitut. Et ratio eſt,ſecundum eos: quia in quæſitis agitur de damno vitando, in quærendis verò de lucro captando. Nam in quæſito agitur de redemptione, quæ eſt fauorabilior. Idem prorſus docuit Mantua in cap.2.aut 2. extra de in integ. reſtitutione,à num. 29.vſque ad 32. ſequens Panormitanum in dicto cap. tua. Idem docuit Auguſtinus Berous in conſil. 116. incip. In cauſa caducitatis. numero 9. volumine primo, cuius præciſa verba retulimus ſupra in probationem primi fundamenti preſentis noſtrę concluſionis. Idem repetijt idem Berous in conſil.120. volumine primo, incip. Concludo in præſenti cauſa. nume.19. & iterum in conſil.109.numero 31. verſic.nec repugnat licentia, volumine primo, & in conſil. 122. numero 9. & 23. volumine primo. Addens, quòd propter pactum additum contractui emphiteotico de non alienando, magis,magisque verificatur regula, quòd Prælatus non poſſit præiudicare in acquiſitis ipſo iure (vt in caſu noſtro) etſi in acquirendis. Idem latius docuit Specul.in lib.4. titul.de emphiteoſi,nu.37. verſicul.vigeſimoſextò quæritur. Idem apertiſſimè docuit Dynus in cap.delictum perſonæ. in fine. de regul.iur.in ſexto. vbi his preciſis verbis vſus fuit, videlicet: Sed dici ſolet communiter,quòd delictum commiſſum à Prælato,
46 † & Collegio,ſcilicet communicato cõſilio, redundare poſſet in damnum Eccleſiæ, vt in l. iubemus nauem. C. de ſacroſanct.Eccleſ. Delictum verò Prælati tantum, ſeu alicuius, ſeu aliquorum de Collegio non præiudicat: & ita loquitur hæc regul. hæc Dynus. Cuius ſententiæ ibidem ſe ſubſcripſerunt & alij Doctores, ſequentes Gloſ. eiuſdem capitu. delictum.Ex Legiſtis infraſcripti idipſum docentes, ſe ſubſcripſerunt veritati præſentis noſtri fundamenti, Bartolus enim in dicta

Liu-

l. iubemus nullam, numero 4. id-
ipsum elegantissimè docens di-
47 xit, quòd etsi Prælatus † in iuri-
bus iam acquisitis negligendo,
scilicet permittendo aliquè con-
tra Ecclesiam præscribere in ali-
quo iure sibi competenti, seu in
aliqua re (pleno iure) suæ Eccle-
siæ possit præiudicare, non tamen
poterit Ecclesiæ suæ præiudicare
in committendo, seu faciendo si-
ne consensu Capituli suæ Eccle-
siæ. Hæc Bartolus. cuius senten-
tia communiter approbatur, &
meritò à Doctoribus, tam Cano-
nistis, quàm Iuristis, vt statim vi-
debimus. Cum ergo veritas ità
se habeat, quòd Prælati in facien
do, seu committendo non pos-
sint præiudicare Ecclesiæ suę col
legiatæ sine consensu illius Col-
legij, inde elicitur quoque veri-
tas præsentis nostri fundamenti:
cum Prælati locando, seu reno-
uando locationes rerum Eccle-
siarum collegiatarum iam fini-
tas, & ipso iure, nullo hominum
ministerio mediante, inde deno
lutas ad ipsas Ecclesias, pecca-
rent in committendo, seu facien-
do, & non in ommittendo, vt
patet ad sensum: quod & aper-
tius patebit ex relatione eorum-
demmet verborum, quibus ipse
Bartolus ibidem vsus fuit: Verba
ergo ipsius sunt hæc, videlicet:
Breuiter dic, aut quæras vtrum
Prælatus possit præiudicare Ec-
clesiæ contrahendo, aut aliud fa-
ciendo. Primo casu non potest
præiudicare, nisi licitè contra-
hat, vt in dicta l. iubemus, & in
dicta Authentica, hoc ius por-
rectum. Secundo casu, aut loqui-
mur in quęrendo, & potest præiu
dicare, vt in Authentic. Nesto-
rianis. C. de hæreticis, & in cor-
pore vnde sumitur. Aut in iam
quæsitis, & tunc aut negligen-
do, & potest Ecclesiæ præiudica-
re, puta patiendo contra se præ-
scribi, vt in Authenti. quas actio-
nes. C. de sacrosanctis Ecclesijs.
Aut aliud faciendo, & tunc aut
facit cum consensu Capituli, &
potest ei pręiudicare, & sic lo-
quitur ista lex, aut sine consensu
Capituli, & tunc non potest prę-
iudicare Ecclesiæ, vt in cap. delic-
tum personæ. de regulis iuris in
sexto. & ita intelligunt illud cap.
Doctores: hæc omnia Bartolus
vbi supra. qui rursus eadem bre-
uioris sermonis periodo repe-
rens in l. seruus. C. de pactis, id-
ipsum docuit: & idem rursus re-
petijt in rubric. ff. de constitutio-
nibus. Idem docuit Bartholo-
męus Socinus in l. Termilius, nu-
mero 16. ff. de condit. & demon-
stratio. sequens Imol. in capitulo
secundo, extra de donatio. Idip-
sum docentem. Idem docuit Ro-
manus in consil. 184. incip. Visis-
que narratis. dicens, quòd statu-
tum, in quo habetur, quòd mu-
lier alienare non possit, intelli-
gatur in quæsitis, non autem in
quærendis, vt notat quoque Imo.
in consil. 64. incip. In casu prę-
misso, & statutum laicorũ, quòd
non valeat in pręiudicium Cleri-
corum, intelligitur in quæsitis,
secus in quærendis, vt not. Bartol.
in rubric. ff. de constitutionibus.
& ratio est, quia in quęsitis agi-

tur de damno vitando: inquęren dis verò de lucro captando: nam in quæſitis agitur de redemptione, quę eſt fauorabilior: Idem expreſsè docuit Bald. in his prę-citis locis, videlicet: Primò in l. iubemus. la ſeconda, numero ſecundo, & duodecimo, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, aſſerẽs, quòd negligentia Prælati noceat Eccleſię, quod dictum ipſemet volens declarare in dicto nume. 12. his præciſis verbis vſus fuit, videlicet: Aut vult præiudicare Prę latus Eccleſię delinquendo, & tunc ſi delinquit cum conſenſu totius Capituli, & pręiudicat Eccleſię, vt in Authent. de Sanctis Epiſcopis, §. ſi quis rapuerit, ſecundum Iacob. Butrig. ſed Dominus Guglielmus dicit in hoc puncto, quòd in acquirendis poteſt prę-iudicare, ſed non in acquiſitis: quod not. in l. ſi quis in tantum. C. vnde vi. Aut deliquit ſolus Prę latus, & tunc ſecundum omnes non præiudicat Eccleſiæ: ſed tu dic, (ſubdidit ibidem ipſe Baldus) Aut loquimur in præiudicio perſonali, & tunc adminiſtrator
48† non pręiudicat domino, niſi dominus concurrat in eodem delicto tacitè, vel expreſsè, vt in l. finali. C. de excoſſan. & transfer. milit. libro duodecimo, & per Innocentium in capitulo extra. vt lite non conteſtata: Aut loquimur in præiudicio reali, & tunc refert. Aut eſt merum, & apertum delictum, & non præiudicat adminiſtrator domino, niſi quatenus dominus eſſet factus locupletior. Aut nõ eſt verum delictum, ſed velatum, & incluſum, ſeu coniunctum cum miniſtratione: & tunc præiudicat domino. Tamen dominus habet regreſſum cõtra geſtorem. Idem rurſus apertius repetijt idem Bald. in l. pupillorum, numero ſecundo, C. de repud. vel abſtin. hæredit. dicens, quòd Prælatus, ſeu Rector Eccleſiæ perquiſito, quòd hæreditas
49† delata Eccleſiæ ſit damnoſa, vel ſubiecta nimis vexationibus, poteſt eam efficaciter repudiare, tamen ſi eſt Eccleſia collegiata, requiritur conſenſus Capituli, nec requiritur auctoritas Epiſcopi: quia iſta non eſt alienatio: cum nihil de bonis Eccleſiæ transferatur in alium, vt in l. magis puto, §. ſi fundus legatus. in primo reſponſ. ff. de rebus eorum. Neque enim pauperior fit, qui non acquirit, vt in l. ſi ſponſus, §. ſi maritus hæres. ff. de donatio. inter virum, & vxorem. Cùm hæreditas nõ ſit in bonis noſtris ante agnitionem. Hęc Bald. vbi ſupra. Ex quibus elucet veritas noſtri fundamenti, taliter arguendo ex verbis ipſius. ſi Bal. voluit, q̃ requiratur conſenſus Eccleſiæ collegiatæ in repudiatione hę reditatis damnoſæ delatæ ipſi Eccleſiæ, & ratio eſt: quoniam poſſet contingere, quòd Prælatus videatur Eccleſiæ ſuæ illa pernitioſa, quæ tamen re vera non ſit, vt per tractatum eorum de Collegio plenius poſſit dignoſci, &
50 tamen hæreditas † delata nondum ab inſtitutis hæredibus acceptata de iure nõ poterit connumerari inter bona illorum: cùm

non fiat locupletior ipse hæres, nisi hæreditatem acceptet: vt do cuit textus apertissimus in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. & in dicta l. si sponsus. §. si maritus hæres: quãtò ergo magis non poterit præiudicare ipse Prælatus Ecclesiæ collegiatæ in bonis acquisitis suæ Ecclesiæ, sine consensu illius: quod ipsemet Bal. apertius docuit (eodem modo arguendo ex verbis ipsius) in l. fin. C. de acquir. vel retinen. poss. in fin a addit. in fi. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Prælatus Ecclesiæ in acquisitis non præiudicat, secus in acquirendis, quia acquisita iam deducta sunt in suo esse: acquirenda verò non. quod dictum ipsemet Bal. volens declarare in l. cõtra iuris. §. si curator. ff. de pactis. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Iste textus est in argumentum, quòd legatũ Ecclesiæ rector ipsius non potlit repudiare, sicut nec poterit pacisci de non petendo: etsi Federicus censuerit contrarium: credo (inquit) si istud legatum esset vtile Ecclesiæ, quòd non posset repudiare: secus si cõtineret onus. Nam etiam in acquirendis cum repudiantur, versatur damnum. vt in l. liberto 80. ff. de bon. liber. Hæc ille. si ergo Prælatus collegiatæ non potest repudiare legatum vtile suæ Ecclesiæ delatum, cuius ius nondũ plenè per acceptationẽ eius acquisierat, vt alia iura, & bona tali Ecclesiæ iam incorporata per acceptationẽ, multo minus alienare, seu damnificare poterit ipsam collegiatam in bonis iam ipso iure acquisitis, ex devolutione, & ex finita locatione facta de bonis proprijs ipsiusmet Ecclesiæ. Quod & rursus ipsemet Bal. repetijt in l. magis puto. §. fundum autem. in principio. ff. de rebus eorum, qui sub tut. his præcisis verbis vtens, videlicet. Nota quòd si fundus est legatus Ecclesiæ, scilicet collegiatæ, Rector ipsius non posset illud repudiare: quod nota benè. Idem docuit Iason in l. si filius meus. numero 4. ff. quod quisque iur. & in l. seruus. numero secundo, C. de pactis. dicens quòd solus Prælatus in quęsitis non poterit preiudicare suę Ecclesię collegiatę, etsi aliquando in quęrendis. quod ipsemet Iason repetijt sub alijs verbis in l. si constante. numero decimo, ff. soluto matrimon. Vbi loquens de iure quęsito Ecclesię collegiatę dicit illius Prelatum non posse renunciare iuribus Ecclesię, quia esset donatio, quę sibi regulariter est interdicta, vt in capitulo secundo, extra de donat. Idipsum repetijt idem Iason in l. filiusfamilias. §. Diui. numero octauo. ff. de legat. primo. Idem docuit Franciscus Aretinus in l. iubemus nullam. C. de sacrosan Eccles. columna prima, in fine, his precisis vtens verbis, videlicet. Distinguo cum quęrimus. Aũ factum Prelati nocet Ecclesiæ. Aut loquimur in acquirendis, aut in iam acquisitis. Primo casu dicendum est, quòd Prælatus negligendo in acquirẽdis nocet Ecclesiæ, sed paciscendo præiudicare non

Digitized by Google

poteſt, vt in l. Præſes. C. de tranſact. & in l. pactum curatoris. C. de pactis. Secundo caſu principali, quia loquimur in bonis iam quæſitis, dico, quòd negligendo Prælatus nocet Eccleſiæ, ideo preſcribitur contra eam, vt in l. fina. C. de ſacroſanctis Eccleſ. Contrahendo autem, & paciſcendo Prælatus non poteſt nocere Eccleſiæ, niſi ſeruet ſolẽnitates requiſitas in cõtractibus rerum Eccleſiarũ, vt in l. iubemus. §. ſanè. Authẽ. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſan. Eccl. Delinquendo autẽ, aut loquimur in ſolo Prælato, & tunc delictum ſolius Prælati nõ nocet Eccleſiæ: aut Prelatus cũ Capitulo, & ſic tota Eccleſia delinquit, & hoc tunc contingit quando tota Eccleſia, ſeu Capitulum ad hoc fuiſſet congregatum: nõ autem ſi caſualiter in platea, & alio in loco reperiatur alia de cauſa congregatũ Capitulum delinquat, qm̃ non diceretur Eccleſiam delinquere, ſed ſingulos ipſius, & ſic ipſi, & non Eccleſia puniretur. Hęc ille.

Sextum & vltimum fundamentum dictæ noſtræ cõcluſionis eli-
* citur ex illa optima Doctor. communi doctrina, ac concluſione. Concluſio Doctor. n. cõmuniter
51 eſt, q Prælatus † collegiatę Eccleſiæ, non poſſit aliquo pacto præiudicare in bonis acquiſitis ſuæ Eccleſiæ virtute legati facti ſibi de aliquibus bonis immobilibus nõ parui valoris poſt mortem legantis, illa bona repudiando, etiam ſi illa nondum ab Eccleſia ipſa collegiata fuiſſent acceptata, ac applicata menſæ ſuæ, & vnitæ a-lijs, ſeu deſcripta in libris ipſius Eccleſiæ, in quibus & alia bona deſcripta reperiuntur, etſi aliquo pacto a nonnullis ſoleat dici illa non tranſiſſe ad dominium plenum Eccleſiæ, antequàm illa acceptauerit, prout de hæreditate docuit textus in l. pretia. ff. ad l. Falcidiam. & in l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres, ff. de donat. inter virum, & vxorem. vbi dicitur ne-
52 minem fieri locupletiorem † ex inſtitutione facta in heredem ante ipſius hæreditatem aditionẽ. Hoc autem fundamentum probatur veriſſimum duplici medio. Primo enim per argumentum in l. magis puto, §. fundum. ff. de rebus eorum. qui ſub tut. vbi hæc habentur, videlicet: [Fundum autem legatum repudiare pupillus ſine Prętoris auctoritate non poteſt: eſſe enim & hanc alienationem, cùm res ſit pupilli, nemo dubitat.] hæc ibi. Diximus probari hoc fundamentum per argumentum in dicto §. fundum. cum ex ipſo (iuxta infraſcriptas citatas Doct. ſententias) eliciatur veritas ipſius, arguẽdo ab identitate rationis tali pacto, videlicet:
53 Si legatum factum pupillo, † nõdum ab ipſo receptum, pupillus ipſe, repudiando ſine auctoritate Prætoris nõ poterit ſibi ipſi prędiudicare in iure, inde acquiſito ſuper re taliter ſibi legata, pro eo, q ipſi pupillo non fuerat à iure conceſſa poteſtas alienandi bona ſua ſine Prætoris auctoritate, etſi potuiſſet dubitari de bonis legatis pupillo ante ipſorũ acceptationem, cùm nõ viderentur (propriè loquen-

loquendo) cõnumerãda inter bo na ipsius, eo q̃ ab ipso non possiderentur, idcircò de illis in d. §. statuit Imperator idem fore omnino dicendũ: ac per consequẽs, inde elicitur dicta bona legata, nondum acceptata connumerari inter bona ipsius pupilli: cũ prohibeantur illa alienari, quod non esset, nisi dicerentur propriè eorum ius plenum acquisitum ipsi pupillo virtute dicti legati. Atq̃m in casu nostro Ecclesia fruitur pri
54 uilegio pupillorum, † seu minorum, vt inter alia innumera iura, docuit textus apertissimus in c. 1. extra de in integ. restitu. & ibi & alibi communiter per Doct. ideo meritò diximus probari præsens fundamentum per dictum §. fundum, ac per consequens, q̃ Præla-
55 tus † Ecclesiæ collegiatę solus nõ posset repudiare legatum alicuius vtilitatis non paruæ factum suæ Ecclesiæ non habito expresso consensu sui Capituli, seu Collegij, etsi hoc posset cum tali cõsen
56 su † tale legatum repudiare non seruata aliqua alia solemnitate: cum dicta bona legata nõ fuerint adhuc incorporata menſę ipsius Ecclesiæ collegiatę, ac descripta in eius libris ad instar pupillo, q̃ aliquod prędium de iure sibi debitum pignoris actione, vel causa iudicati posset statim ipsum captum distrahere, ac vendere, nulla solẽnitate interpositionis decreti Prętoris pręmissa: sicut compelleretur facere, si dictum prędium fuisset iam incorporatum cum alijs bonis suis iam pacificè possessis: cum hoc non sit contra Senatusconsultum, quod statuit non alienari prędia pupillorum, nisi auctore Prætore, vel Pręside Prouincię, vt ad verbum docuit textus in l. 1. & 2. C. de prędijs, & alijs rebus minoribus, & ibi per Doctores: sic ergo dicendum, quòd etsi bona emphiteotica Ecclesię vtilia per finitam lineam, ac insimul locationem deuoluãtur ad ipsam collegiatam Ecclesiam ipso iure, & talium alienatio omnino sit prohibita per innumera iura supra sępius citata, etiã si non fuissent applicata menſę ipsius Ecclesię, sicut alia bona ab ipsa possessa directo, & vtili dominio iam descripta, vt talia in suis libris: cùm & ipsa bona nuperrimè ad ipsam Ecclesiam deuoluta per caducitatem, vel finitam generationem primi locantis, ante ipsam locationem erant verè in dominio ipsius Ecclesię, sicut reliqua, eo q̃ aliàs non potuissent illa locare. Quapropter patet nos meritò posse arguere à maioritate rationis tali pacto, si alienatio facta per pupillum rei sibi legatæ ex sola repudiatione ipsum non priuat iure sibi competenti, propter legatum sibi factum super re legata: quantò minus priuabitur Ecclesia collegiata re, quę à principio erat pleno iure sua, eo quòd super ipsam habebat dominium directum, & vtile, si propter alteram ex his supradictis causis reintegretur directum dominium cũ vtili prius alienato. Quapropter nulli dubium erit maiorem rationẽ nul-

litatis actus reperiri in Prælato alienante dictam poſſeſſionem rurſum deuolutam ad Eccleſiam collegiatã ſine eius expreſſo conſenſu, quàm in pupillo alienante ſibi legata ſine Prætoris conſenſu, ſuper quę nullum ius habuerat ante dictum legatum ſibi factum. Meritò igitur diximus, qp dicta bona alienari, ſeu de nouo in emphiteoſin tradi non poterant de iure, ſine expreſſo conſenſu Prælati, & dicti Monaſterij Monachorum, ſeu Capituli, capitulariter ad hoc congregati: nam ſicut pupillus ſibimet in repudiatione legati ſibi facti præiudicare non poterit ſine auctoritate Prætoris, etiam interueniente conſenſu tutoris, ſtante tali iuris prohibitione: ſic eodem modo, nec Capitulum Monaſterij ſupradicti ſine Prælato, nec Prælatus ſine Capitulo poterit dicto Monaſterio præiudicare in alienatione talium bonorum emphiteoticorum, ſic ad ipſam collegiatam Eccleſiam deuolutorum: & quod diximus, quòd Prælatus nõ poſſit præiudicare Eccleſię collegiatę per repudiationem legati vtilis facti ipſi Eccleſię, cuius eſt Prælatus. probatur ad verbum, & ſecũdò Doctorum infraſcriptorum auctoritate. Nam ex Canoniſtis huic noſtro fundamẽto libentiſſimè ſe ſubſcripſit Petrus de Ancharan. in cap. cum ſuper. columna ſecunda, verſic. pone exemplum. extra de rebus Eccleſ. alienan. vel non. & ibi quoque Barbatius in verſiculo tangit hic. Ibidem Imola columna penultima, verſic. tertiò tangit. quę Imol. idem repetijt in capitulo primo, eodem titulo, & in capit. tua nuper. in fine. verſicu. vltimo tangit hic. extra de his, quę fiunt à Prælat. Idem docuit Felinus in capitulo contingit, el primo, columna finali, verſic. nunquid. extra de ſentent. excommunic. aſſerens veriorem eſſe ſententiam Gloſin dicto cap. contingit. verſic. iniurioſa dicentis, Prælatum
57 ſine † conſenſu ſuæ Eccleſiæ collegiatæ non poſſe remittere iniuriam factã ſuę Eccleſię, cum Epiſcopus ſit Procurator, & non dominus, vt in cap. fina. 12. quæſt. 1. quia non poteſt facere conditionem Eccleſiæ deteriorem, iuxta text. in capitulo ſecundo, extra de donat. ex cuius Glo. verbis ipſe Felinus dixit, non poſſe ſolum Prælatum repudiare legatum ſine conſenſu Capituli, & qp hanc glo. ſequuntur omnes, pręter Abbatem: addens, quòd Baldus in capitulo primo, columna tertia, in titul. qui feud. dare poſſ. dixerit, quòd iniuria communis Ca-
58 pitulo, & Prælato, † non poterit remitti à ſolo Prælato. Idem prę-clariſſimè docuit Cardinal. Alexand. in cap. ſine exceptione. 12. quæſt. 2. colum. fina. num. 17. verſ. vndecimo fallit, aſſerens hoc ipſum ſentijſſe idem Calderinus, & Petr. de Peruſ. in dicto cap. contingit. per textum in dicta l. magis puto. §. fundum. Item Lapus de Caſtell. docuit in allegat. 26. numero quarto, verſic. Item ſolemnitas. his præciſis verbis vtẽs, videlicet: Item ſolemnitas non exigi-

exigitur in rebus nondum in Ecclesiam incorporatis. hinc est, ꝙ Prælatus cum Capitulo potest repudiare legatum, vel hæreditatem sibi delatam, sicut dicitur de pupillo. C. de prædijs minorum. l. 1. 2. & 3. secus si sine Capitulo, vt in dicta l. magis puto. §. fundū. Idem docuit Antonius Gabriel. in suo tractatu conclusionum, libro quarto, titul. de legatis, concl. 3. nume. 1.

Et ne quis credat solùm Canonistas adhesisse huic nostro fundamento, & non etiam Legistas: sciendum, quòd ex ipsis intrascripti quoque se ipsi subscripserunt. Nam Bald. idem docuit in dicta l. magis puto. §. fundum, versicu. nota quid si fundus. & in l. contra iuris. §. primo, vers. Item est argumentum. ff. de pactis. & in l. pupillorum. C. de repudianda hæred. & in l. præses. C. de transact. & in c. 1. & c. tua. extra de his quę fiũt a Prelat. & in cap. nulli. extra de rebus Eccles. non alienan. Idem eruditissimè docuit Paul. de Castro in l. legatum, circa finé. vers. tamen videtur. ff. de legatis primo. vbi dicit hoc ipsum probari per l. magis puto, §. fundum, qui etiam ibidem respondet Federico de Senis, qui in consilio 9. videtur docuisse Prælatum solùm posse repudiare huiusmodi legatum factum suæ Ecclesiæ collegiatæ sine eius consensu. Idem docuit Ioannes Cimator in repetione dictæ l. legatum. Idem docuit Ruinus in consil. suo 123. columna prima, in fine, versiculo & sicut videtur. volumine tertio, dicens hanc esse communem Doctor. sententiam. Idem docuit Romanus in l. is, qui hæres. §. neque filius. ff. de acquirenda hæreditate. Idem docuit Alexand. in dicta l. legatum, numero 2. per totum, asserens hanc esse magis communem opinionem: quia talis repudiatio † dicitur esse alienatio per dictum §. fundū. vt voluit Dyn. Iacob. de Aret. Bal. & Imol. in l. seruum filij, §. primo, in principio. ff. de legatis primo. & ideo requiritur cōsensus Capituli in omni alia alienatione requisitus, iuxta cap. 1. & 2. de reb. Eccles. non alienan. in sexto. Ad quod etiã facit quod dixit Imola in l. si fundum sub conditione. §. si Titius. ff. de legatis primo. Nec obstare poterit veritati præsentis nostri fundamenti, secundum Alexan. vbi supra, textus in l. qui autem. in principio. ff. quæ in fraudem credit. quia ibi non erat acquisitum legatum creditoribus, meritò nec dicetur alienatio, secus in casu nostro: cum per legatum factum Ecclesiæ succedente morte legantis ipso iure sit acquisitum ius legatorum bonorum ipsi legatario, † eo quòd etiam ignorante illud acquiratur per mortem testatoris, à qua dies legati cedit, vt in l. si post diem. in fine. ff. quando dies legati cedit. Respondebimus & secundò dictę propositę obiectioni cum Paulo de Castro in dicta l. magis puto, §. fundúm, in lectione Bononiensi, quòd ibi erat persona habilis, quæ repudiabat: in quæstione autem nostra secus.

ſecus. Idem docuit Franciſcus Aret. in d.l. legatum. col. 2. verſ. Tu autem aduerte. ſequens Bal. vbi ſupra, etſi poſtea ipſemet Aret. in l. is qui hæres. §. neque filius. col. 5. in princ. & in verſ. vnde quicquid dicant iſti Domini Canoniſtæ. ff. de acq. hæred. infraſcriptis verbis vſus fuerit, forſan impreſſoris culpa, videlicet. Veritas eſt, quòd nec per ſolum Prælatum, nec cum conſenſu Capituli poteſt fieri iſta repudiatio, ſicut tenet Bal. in d. §. fundũ. l. magis puto. In practica verò (ſubdidit ipſe Aretinus) ſeruaretur opinio Canoniſtarum. hæc ille. Ex quibus prima fronte ipsũ fuiſſe ſibi ipſi contrarium videtur, quod tamen de tam ſingulari Doctore nefas eſſet ſuſpicari. Quapropter animaduertendum, quòd hoc contigiſſe credimus ex errore potius impreſſoris, vt diximus, quàm ex ſua ſententia: quod quam facillimè comprobatur ex verbis ipſiuſmet Aretini ibidem ſtatim prolatis, cum dixerit, ſicut tenet Bal. in d. §. fundũ. Vbi ad verbum ipſe Bal. docuit Prælatum cum conſenſu expreſſo Eccleſię ſuę collegiatæ poſſe repudiare legatum factum dictæ ſuæ Eccleſiæ, etſi non ipſe ſolus Prælatus: cuius ſententiæ ad verbum ipſemet Aretinus in d.l. legatum ſe ſubſcripſerat: eo magis q̃ hoc ipſum Canoniſtæ communiter docuerunt: prout docuit Felinus loco citato, & ſupra a me relato: quos inſimul elegantiſſimè conciliauit Cardin. Alex. ſeu Præpoſitus in d.c. ſine exceptione. num. 17. verſ. vndecimò fallit. his præciſis, & memoriæ cõmendandis verbis, videlicet. Vnde dicas, eorum opinionem concordando, quòd aut quæritur, An Prælatus poſſit repudiare bona etiam immobilia non parui valoris legata ſuæ Eccleſiæ collegiatæ, cui nondum fuerant incorporata, vt ſunt illa, quæ præſcribuntur, vt in fin. de præſcript. vel illa quæ ſunt legata, vel relicta legata ipſi collegiatę Eccleſię, Prælatus, inquam, talia bona poſſet repudiare ſine cõſenſu Capituli, vel è conuerſo, Capitulum ſine licentia ſui Prælati? & dicendum eſt quòd non, vt in dicto §. fundum. & ita procedit opinio Ioannis Cald. Pet. Anch. & ſequaciũ. Aut quæritur, an poſſit Prælatus rector, & Capitulum repudiare huiuſmodi legatum ſine licentia Superioris? etiam dicendum eſt quòd poterit, & ita procedit opinio Federici de Senis, & ſequacium: & hoc voluit Bal. in l. pupillorum. C. de repud. hæred. Ex his ergo relatis ex Præpoſito, ſeu Card. Alexan. patuit non ſolum quòd Federicus, & eius ſequaces (ſi bene intelligantur, non cõtradicũt prę ſenti noſtro fundamento, ſed nec Doctoribus ſupracitatis, qui expreſsè, & ad verbum ei ſe ſubſcripſerunt. Ex his etiam apertiſſimè elicitur, quòd illa verba Aretini in dicta l. is qui hęres. §. neque filius. ſic corrigenda forent, videlicet. Veritas eſt, q̃ nec per ſolum Prælatum, ſed cũ cõſenſu Capituli poterit fieri iſta repudiatio. Ex his denique elici-

tur

tur quòque veritas supradictæ applicationis præsentis fundamenti ad decisionem veritatis pręsentis quæstionis, vt patet ad sensũ. Cum palam fiat ex supra hucusq; allatis legitimè posse argui a maioritate rationis tali pacto, videlicet. Si Prælatus Ecclesiæ collegiatæ nõ poterit præiudicare suę Ecclesię collegiatę sine expresso consensu ipsius in legatis ipsi Ecclesię factis; quanto minus poterit prędiudicare ipsi Ecclesię collegiatę in renouatione locationis emphiteoticę possessionis, olim pleno iure tam in directo, quàm vtili dominio possessę a dicta Ecclesia collegiata, & ipsius mensę applicatę: & nunc nouissimè per obitum vltimi emphiteotę in vtrisque dominijs, scilicet directo & vtili reintegratæ, & ad ipsam possessionis deuolutę, & finita tertia generatione primi emphiteotę: cui locatio ipsius possessionis a dicta Ecclesia facta fuerat? Cũ proculdubio Ecclesia ipsa collegiata habeat maius ac pinguius in ipsis possessionibus emphiteoticis, quàm in legatis nondũ acceptatis (vt supra retigimus) eo quòd per locationem ipsa Ecclesia solum transtulerit dominium vtile, sibi retinendo dominium directum, cum tacita (etsi a iure expressa) conditione, quòd finita locatione reintegrãtur ambo dicta dominia: vt communis Doctorum scola semper docuit. Etsi in rebº legatis dictę Ecclesię ante factum legatum de ipsis Ecclesia ipsa nullum habuerit ius. Cũ ergo Ecclesię collegiatæ ipso facto etiã ante acceptationem legati fuerit acquisitum ius nõ repudiabile a Prælato sine ipsius Capituli consensu. Indè sequitur, quòd multò minus Prælatus posset præiudicare suæ Ecclesiæ collegiatę in iure vtili ipso facto acquisito ei ex finita dicta locatione mediante morte vltimi emphiteotæ: cum indè reintegretur dominiũ vtile dominio directo, quod nunquam ipsa Ecclesia collegiata per dictam locationem amisit, & quidem huic concordiæ allatæ per Præpositum loco citato, & per nos hic relatæ summoperè fauet, quod in casu nostro speciali docuit ipse Feder. de Senis in suo cons. 179. Vbi concluſit Prælatum cum consensu Capituli sine aliqua alterius superioris licentia posse legitimè concedere in emphiteosim possessionẽ solitam tradi in emphiteosim, si reuerteretur ad Ecclesiam collegiatam propter finitam locationem.

His denique præmissis, & probatis fundamentis nostræ verissimæ conclusionis ac decisionis præsẽtis quæstionis propositæ tertio loco ad respondendum gradatim obiectis nos accingemur, Deo Optimo Maximo duce & omnium bonorũ operum Auctore.

Ad id ergo, quod primo loco fuit obiectum in fauorem partis affirmatiuæ dicentis, scilicet, q. Prælatus, seu Procurator dicti Monasterij, seu collegiatæ Ecclesiæ per receptionẽ Canonis soliti, seu cõuenti inter ipsam, & primum

mum locatorem poſt ipſius finitam tertiam generationem, & tacitam renouationem locationis pręiudicauerit iuri acquiſito ipſi Eccleſiæ, quæ videbatur per huiuſmodi Canonis receptionẽ renouaſſe, & denuo locaſſe huiuſmodi emphiteoticam poſſeſſionem hæredibus vltimi emphiteotæ. Reſpondemus octo modis: & primò, quòd ante omnia diligenter in hac materia erit perquirendum quis nam fuerit ille, qui annorum ſequentium poſt locationem finitam receperit Canones: quoniam ad hoc, vt recipiendo huiuſmodi penſionẽ poſt mortem vltimi emphiteotæ præ-
61 iudicetur † Eccleſiæ collegiatæ, habenti dominiũ directum in huiuſmodi poſſeſſione, neceſſe fuiſſet, quòd talis recipiens Canonẽ, habuiſſet a iure, vel ab homine poteſtatẽ ſpecialem & mãdatum tali modo præiudicãdi dicto Monaſterio: quod quidem mandatũ a dicto Monaſterio ipſius Procuratores, & Prælatos nunquam habuiſſe per ſe patet eo ipſo, quòd dicti hęredes contrariũ non probent, & tamen ad eos ſpectat hoc probare, cum contrarium non ſit veriſimile: Quapropter cum Eccleſia (de qua agitur) ſit collegiata ipſius Prælatus, vel Procurator ſine eius ſpeciali mandato nõ potuit præiudicando ipſi Eccleſiæ remittere caducitatem talem, & concedere renouationem dictæ locationis dictæ poſſeſſionis emphiteoticæ ſine expreſſo conſenſu ipſius Eccleſiæ, prout latiſſimè in noſtris quinque fundamentis allatis ad probandam veritatem præcitatæ noſtræ cõcluſionis ꝓbatum per nos fuit. Cum neque
62 a iure dicti Prælatus † & Procurator nunquam tale mandatum habuerint præiudicandi eorum collegiatæ Eccleſiæ, immo contrarium, vt probauimus, vt latiſſimè docuit Auguſtinus Berous in conſ. 116. num. 8. & 9. vol. 1. & ante ipſum ſingularis glo. in c. potuit. in verſ. expelli. extra de locato, & conducto. quam communiter ibidem Doct. ſequuntur, & alij ſupracitati in probationẽ primi fundamenti, quod & videtur quoque probari per text. in c. nouit. & c. paſtoralis. extra de his, quæ fi. a Præl. ſine conſenſu Cap. Nec obſtat quod docuit Glo. ſupraſcripta aſſerens, quòd ex pa-
63 tientia † & tollerẽtia directi Domini admittentis feudatarium, vel emphiteotam ad obedientiã, vel ſolutionem ſubſequentem, videatur ipſum Dominum remiſiſſe caducitatem: Quoniam ſecundò reſpondemus hoc non habere locum in caſu noſtro, ſed ſolũ in Prælato Eccleſiæ non collegiatæ, vt ipſamet glo. ibidẽ docuit. Reſpondemus & tertiò, quòd regula eſt, quòd vbicunque actus,
64 † propter quem a iure ſuo cecidit emphiteota, eſt ſucceſſuus, & adhuc poſt caducitatẽ durat, vt puta, quãdo cecidiſſet propter alienationem factam inconſulto Domino directo, vel ob finitam generationem, vel finitam locationem, vel propter aliquod habens aliam cauſam ſucceſſuam, vt puta ſi quis per aliquos annos

ſoluiſſet

soluisset quidem Canonẽ, sed nõ integrum pro quantitate possessionis emphiteoticæ. Nam ex solutione partis, & non totius pensionis conuentę quis incurrit ca-
65 ducitatem, † & a Domino directo poterit priuari tali re emphiteotica tota, & nõ solum pro parte: nisi cessasset propter paupertatem: prout latissimè docuit, & expressè Iason in l. 2. nu. 54. vers. sextodecimò quæro. C. de iure emphit. Oldr. Lau. in consilio 29. Bal. in rubr. C. de contrah. empt. in quæst. 10. Alber. in Auth. qui rem. C. de sacrosan. Eccles. Imo. in c. potuit. col. 39. extra de locato. Vbi respondet ad omnia iura quæ possent citari in cõtrarium, vbi addidit, quòd si quis promisisset soluere pensionem sub pęna centum; si postea soluisset partẽ tantum teneretur ad solutionem totius pœnæ. & quòd cadat a iure suo docuit quoque plenè hoc disputans Salic. in Authen. perpetua. C. de sacrosan. Eccles. Pau. de Cast. in l. in executione. §. pro parte. ff. de verb. oblig. addens, quòd si totũ soluisset, excepto vno nummo, etiam priuaretur. Attamen summopere nobis placet distinctio qua vtitur Iulius Clarus in §. emphiteosis. quæst. 8. vers. hoc autem de plano. vers. ego autem. qui nititur interpretari, & cõcordare duas sententias Specul. quæ videntur ad inuicem contrariæ, his verbis vtens, videlicet. Ego tamen aliquando dicebam quòd ita potest distingui, vt ille duæ decisiones Specul. ad concordiã reducerentur. Aut pensio erat vnius numi: & cessans in illo numo nõ excusetur a caducitate, vt dictum est supra, & in istis terminis non loquitur Specul. in 2. q. nec in 30. q. titu. de locato. §. nunc aliqua. Aut pensio erat maioris summæ, & tunc aut emphiteota cessat in parte notabili, puta dimidia, aut tertia, aut quarta parte, etsi quidem cessauit per errorem, vel paupertatem, excusatur non solum pro parte qua soluit, sed etiam pro toto. Aut verò non apparet de paupertate, nec de errore, & tunc cadit a toto, secundum opinionem Specul. in dicta quæst. 29. quæ etiam est communis. quam tamen ego intelligo, vt procedat, quando præstabatur vnica pensio super tota re, puta, decem aureos super vna domo, vel fundo, &c. secus autem si pensio præstaretur ad ratã, puta pro quinquaginta perticis terræ ad rationem solidorum decem pro singula pertica: Nã hoc casu inclinando in mitiorem partem teneo, quòd ex quo quælibet pertica habet quodãmodo constitutã suam pensionem, non caderet emphiteota, nisi pro illis perticis, pro quibus non persoluisset pensionem, vt quis non puniatur, nisi eatenus, quatenus deliquit: regulariter enim quis puniri non debet, nisi in eo, in quo deliquit. l. rescriptum. ff. de his, qui. vt indign. & est communis regula, vt ait Ioannes Monachus in c. 2. nu. 2. de hæretic. in sexto. Faciunt quæ dixi infra, hoc eodem §. feudum. quæst. 31. vers. sed pone. Aut verò emphiteota cessauit in nummo:

mo : puta, ſi penſio erat ſex, aut octo ſcutorum, ceſſauit in vno: & hoc caſu eſſet excuſandus pro rata, & in illis terminis videtur io qui Specul. in dicta queſt. 30. Ego tamen de facili incliuarem, quòd excuſaretur in totũ: maximè vbi nõ appareret illum ceſſaſſe propter contumaciam, vel contemptum: quod in dubio præſumendum non eſt : & ita in facti contingentia iudicauit Senatus in publica audientia in cauſa cuiuſdam Dionyſij Cerenſani : qui ex fictu floreno. 16. ceſſauerat in tribus libris Imperialium. hæc peroptima regula traditur ab ipſo Claro. & cauſam duratiuam (prout contingit in caſu noſtro) & hanc regulam ſpecialiter docuit Antonius de Butrio in conſ. 22. incip. In nomine Domini, &c. Viſis punctis. col. 2. & 3. qui ibi ad hoc ipſum probandum plura allegat. quem refert, & ſequitur Dominus Præpoſitus in titu. Quo tempore mil. col. 4. verſ. item in quantũ iſta glo. in vſu feud. quos refert etiam, & ſequitur Berous in conſ. 116. nu. 12. verſ. pręterea, quòd ex patientia. Cum ergo hic actus illius poſſeſſoris illegitimi, & hæredis vltimi emphiteotæ dictorum bonorum emphiteoticorum poſt tertiam generationem finitam, & locationẽ expiratã perſeuerantis in retentione dictorũ bonorum, nulla hucuſq; ſibi conceſſa locatione noua, ſeu antiquæ locationis renouatione ſuis progenitoribus factæ a monaſterio ſupraſcripto, meritò ſit dicendus continuus, eo quòd nullo temporis interpollati ſpatio fuerit interrupta poſſeſſio illegi-
66 tima illius, ex renouatione † dictæ locationis petita, indè apertiſſimè ſequitur, quòd adhuc durat huiuſmodi illegitima poſſeſſio dictorum hęredum vltimi emphiteotæ: cum non ſolum ſit tranſactum poſt mortem ipſius vltimi emphiteotę tempus vnius anni, & dici, ſeu menſis a iure ſtatutum in c. 1. §. Titius. Si de feudo controuer. fuer. inter Dominum, & agnatos: in fauoré agnatorum, ſeu hæredum legitimorũ ipſius vltimi emphiteotæ: vt etiã expreſsè docuit Romanus in conſil. 70. per l. cum ita. §. in fideicõmiſſo. & in l. peto. ff. de legat. 1. quem citat, & ſequitur Berous in conſ. 106. nu. 41. addens, quòd huiuſmodi agnatus non petẽdo infra tale tempus dictam renouationem, ipſo facto renunciat iuri ſuo: ita quòd nõ poterit amplius illam petere, ſi extraneum inueſtiſſet tali poſſeſſione emphiteotica Dominus directus : quod & antea docuerat Bal. in conſi. 243. nu. 4. vol. vlt. hanc eſſe communẽ opinionem aſſeuerãs, quam Hyppolitus Bonacoſ. in ſuo tract. cõmun. opinio. in verſ. emphiteota, qui non petijt inueſtituram, ſequutus fuit: Romanus in conſilio 22. in fine. & in cõſ. 70. & in l. prętor ait. §. fin. ff. de noui ope. nunc. Decius in conſ. 131 col. 2. Gozad. in conſi. 39. col. fi. & conſi. 71. col. 1. vbi dicit communem opinionem, & col. fin. Pariſ. conſi. 23. colum. 36. vol. 1. & conſ. 101. colum. fin. vol. 1. Marianus iun. in cõſ. 76.

in

itized by Google

in fi.volum.1.Ruin.consi.35. col. 4.vol.1.Ripa in l.1.num.11. ff.de priuileg. credit. Glo.in Consuetu.Biturigen. col.2. Tiraquel. de retract.lignag.in §.1.glo.10.nu.4. & sequen. latè Iason in consi.24. col.fi.vol.3.& in l.2.nu.22. C. de iure emphit.& in l.petens.col.4. C.de pactis.Brun.in cons.67.col. 3.Corset.in apostil.ad Pan. in d. c.bonæ.col.fi.in limit.4.Ant.Gabr.latissimè in tract. conclu. lib. 3.Alber.cõclusione prima per totum. Non negamus tamẽ,quòd si directus Dominus non inuestisset extraneum, & isto interim agnatus vltimi emphiteotæ vellet renouationem,illam petere posset infra triginta annos,vt docuit vbi supra Berous sequens Romanum in d.cons.70. quamuis ante annum lapsum a die finitæ locationis si Dominus directus inuestisset extraneum,agnatus vltimi emphitheotæ si cõquæratur apud Iudicem, tunc Iudex huiusmodi inuestituram reuocabit,& agnatum inuestiri præcipiet,eo quòd non possit sibi imputari ad negligentiam non petijsse illam: cum adhuc fuerit constitutus infra tẽpus sibi a iure indultum expressè in d.c.1. §.Titius. & ibi per Præpositum seu Card. Alex. & alios col.2.& ratio rationum est: quia beneficium a iure indultum nemini est auferendum,vt in regul. indultum. de regu.iur.in sexto, & ibi latissimè per Dynum, Ioannem And.Alber.& reliquos Docto.vtriusque iuris.Cum de iure, illo medio tempore nihil sit no-
67 uandum † in præiudicium tertij,vt docuit textus in l.siue pars. C. de dilationibus. Vbi hæc habentur,videlicet. [Siue pars,siue integra dilatio fuerit data eo vsq; Iudicis officio cõquiescat,donec petiti temporis defluxisse curricula.]hæc ibi inter alia. Idẽ probatur per text.in c.non solum.in princ. de appellat.in sexto. Vbi hæc habentur,videlicet.[Non solum innouata post appellationẽ a diffinitiua sententia interiectã, debent semper exceptis casibus, in quibus iura post sententiam prohibent appellare:ante omnia
68 † per appellationis Iudicem penitus reuocari,sed etiam ea omnia,quæ medio tẽpore inter sententiam, & appellationem, quæ postmodum intra decẽnium interponitur ab eadem contingit innouari: ac si post appellationẽ eadem innouata fuissent.] hæc ibi.Vbi singul. glo. in vers.innouata. traddidit regulam prædictam his precisis verbis vtens,videlicet.Sicut post appellationem a diffinitiua nil attentari debet: sic nec pendente iure,quod competit condemnato ad appellandum,scilicet vsque ad decẽ dies: indultum.n.a iure beneficiũ,&c. vt in dicta regula indultum. Vnde sicut ius alicui non debet auferri,sic nec spes ad ius, vt in l.si vsusfructus mihi. in princip.ff.de vsufru. quemadmodum caue. Et sciendum quòd sententiæ suprascriptę se subscripsit ibidem Ioannes Andr. & Geminianus, sed vt tandem ad rem nostram deueniamus, dicemus,quòd si non petens per annum, & diem renouationem

tionem locationis finitæ (cuius petitio omnino neceſſaria erat ad legitimè poſſidẽdam rem emphiteoticam conceſſam ſuis progenitoribus)veniunt priuandi iuris auctoritate dictis bonis emphiteoticis, & iure ſibi conceſſo, vt non poſſent ipſis anteferri extranei in locatione dictorum bonorum emphiteoticorum Eccleſiaſticorum.A fortiori arguendo igitur, dicendum erit, quòd illius vltimi emphiteotæ hæredes, modernique poſſeſſores dicendi erunt illegitimi detentores bonorum Eccleſiaſticorũ, cum poſt tot annorum circula poſt mortẽ vltimi emphiteotæ poſſederint nulla locationis finitæ facta renouatione.Ad hoc ipſum probandũ accedit, quòd cum adhuc pars aduerſa non probauerit,nec probare legitimè poterit in terminis præſentis quæſtionis Eccleſiam ipſam collegiatam ſciuiſſe hoc caducitatis ius ſibi competere, locatione, ſeu generatione finita:ideo nec poterit de iurè ipſum Monaſteriũ dominum directum dictæ emphiteoticæ poſſeſſionis deuolutionis iure ſibi contingente per mortem vltimi emphiteotæ, eo quòd ipſum Monaſterium non poterit de iure dici recipiendo Canonem manu Pro-
69 curatoris vel Prælati † ſui remiſiſſe tale ius ſibi acquiſitum dictis ſuis aduerſarijs iniuſtis detentoribus dictorum bonorũ emphiteoticorum,iuxta not.per dictum Præpoſitum (vltra notata communiter per Doct.) in c.1.§. præterea. quo temp.mil. in vſib. ſeu.quos recitat, & ſequitur Berous in dicto ſuo conſi.116.num. 13.verſ.rurſus in terminis : quod & elegantiſſimè quoque docuit Iaſon in l.2.nu.130.C.de iure emphit.Nec de iure obſtare poterit dicto Monaſterio,quòd Prælatus & Monachi præſumantur ſciuiſſe dictum hæredem vltimi emphiteotę debuiſſe petere renouationem dictæ locationis finitæ infra tempus vnius anni , & dici , ſiue menſis : & quòd poſtea ipſo iure ceciderit a iure ſuo: ac per conſequens, quòd ipſum tolerando in tali locatione,videantur renouationem dictæ locationis feciſſe: cum omnes Prælati in primo ingreſſu regiminis collegiatæ Eccleſiæ ipſorum de iure teneantur facere inuentarium de omnibus rebus Eccleſiæ ſuæ: ac per conſequens cõficere inſtrumenta ipſa, iuxta rationabilem doctrinã Specul.in titu. de inſtrumentis. §.fin. verſ.qui in alterius : & ſic præſumitur ipsũ ſciuiſſe cõtenta in huiuſmodi inſtrumentis , cum hoc ad ipſius munus ſpectet, iuxta nota.per Abbatem in cap. innotuit. extra de elect. iũcto c.manifeſtè. 12.q.1. Nam reſpondetur . Primò,quòd etſi ad officium Præla-
70 torum † ſpectet inuentarium facere,ac inueſtire nouum emphiteotam. Non tamen ſequitur Prælatos dicti Monaſterij pro tempore ſciuiſſe ſpeciali ſcientia, & ſingulàri notitia perfectè omniũ bonorum ſuæ Eccleſiæ ſic in inuẽtario deſcriptorum naturam, ſtatum,& conditionem. Cum(vt ſuperius docuimus,afferendo ipſam

sam consuetudinem Monasteriorum, ac Prælatorum) Prælati omnes dicti Monasterij pro tempore breui sui regiminis (eo quòd sæpe neque per biennium præsint tali Monasterio) videtur hoc ipsum perficere eis esse ferè impossibile. Respondetur & secundò, quòd (vt latius fuit approbatum) Prælati, & Procuratores (pro tempore) dicti Monasterij nullo pacto poterunt præiudicare iuri acquisito ipsi Monasterio ex tali locatione finita. Et ratio rationum dependet ab optima doctrina, quam communiter tradunt Doctores, dicentes, quòd in emphiteosi ab Ecclesia regulari
71 concessa † (vt in casu nostro) Prælatus & Syndicus simpliciter (etsi scienter) recipiendo Canonem non potuerint præiudicare ipsi collegiatæ Ecclesiæ in iure iam acquisito sibi ex finita dictæ possessionis locatione. Vt latissimè fuit probatum supra in probatione primi nostri fundamenti huius nostræ conclusionis, quod & elegantissimè quoque docuit Berous in consilio 102. numero quinquagesimoseptimo, versiculo, tertiò respondeo. & in consilio 116. numero nono. Ad quod summoperè facit id, quod ipsemet Berous in dicto consilio 116. numero decimo, his præcisis verbis docuit, dicens. Ex his infertur, quòd simplex negotiorum
72 gestor, † immo Procurator, qui simplex mandatum haberet exigendi, & recipiendi Canones a conductoribus, & emphiteotis: nisi etiam ab illis, qui ob non solutum Canonem a iure suo cecidissent: non diceretur Ecclesiæ præiudicare, neque ius caducitatis remittere. argumentum eorum, quæ habentur per Innocentium in capitulo in causis, extra de officio delegat. & per Pau. de Castro in l. prima. ff. de iudic. in repet. circa finem. Vbi volunt Procuratorem nō posse sine mandato speciali prorogare. & faciunt ea, quæ habentur in l. mandato generali. ibique Bart. ff. de Procuratoribus. & per Innocentium in capitulo cum olim. extra de offic. deleg. & habentur in l. si consentit. §. videamus. & ibi Bar. ff. quibus modis pig. vel hipoth. soluitur. Vbi habetur, q̃p Procurator non poterit ius Domini remittere, nisi habeat speciale mandatum, vel cum libera, vt ibi. Nec denique obstare veritati nostræ conclusionis, & responsionis factæ ad dictā primam obiectionem, illud quod pro parte aduersariorum obijcitur contra Monasterium, videlicet. Quòd post mortem vltimi emphiteotæ Monasterium ipsum per manum sui œconomi, seu Procuratoris dictas pensiones sine reseruatione aliorum iurium suorum, seu sine protestatione receperit: ex quibus videbatur fuisse tacitè confirmatam locationem finitam, vel renouatam ab ipso Monasterio, seu Ecclesia collegiata. Non (inquam) obstare hoc poterit nostræ veræ sententiæ: nam huic obie-

Digitized by Google

ſtioni (vltra ſupra allatas reſponſiones) tripliciter ſatisfaciemus, & primo dicendo, quòd talis ſimplex receptio penſionis, tunc ſolum (forſan) obtineret vicem renouationis, quando Eccleſia collegiata, & collegialiter præcedente tractatu ad hoc neceſſario (vt ſupra probauimus) recepiſſet ſolutionem penſionum ſcienter poſt notitiam vltimi emphiteotæ, & locationis emphiteoticæ finitæ, & deuolutionis inſimul ipſo iure incurſæ dictæ rei emphiteoticæ ad ipſum Monaſterium ab hæredibus vltimi emphiteotæ. Nam aliàs dictæ penſionis receptio non obſtabit dicto Monaſterio (de quo latius ſupra diximus) quod etiam elicitur elegantiſſimè ex capitulo primo. Quo tempore mil. & ibi per Bald. & glo. quos refert, & ſequitur Berous in ſuo conſilio 102. numero quinquageſimoſexto, verſiculo ſecundo reſpondeo, addens, quòd ad hoc ipſum probandum faciunt notata per Bal. Dynum, & Imo. in l. Meuius. §. duobus. ff. de legat. ſecundo, & per Specul. in titu. de locato. §. nunc vero aliqua. verſiculo vigeſimoquarto quæritur. & per Alexan. in conſilio decimoquarto. At quoniam in caſu noſtro non fuit legitimè probatum hucuſque: neque probari poterit vllo tempore dictum Monaſteriũ collegialiter ſciuiſſe in receptione Canonis facta per manum ſui Prælati, vel Procuratoris finitam tunc temporis, vel antea emphiteotica huiuſmodi locationem, eo magis, qp in dubio de iure præſumatur † ignorantia, vt apertiſſimus docuit textus, in l. verius. ff. de probation. & in l. fina. ff. pro ſuo. ſtante cõtinuo ferè motu Monachorum a dicto Monaſterio per ſolitas mutationes eorum. Quod & turſus mirificè, ac apertè docuit ipſemet Berous in ſæpe citato conſilio 116. numero octauo, addens hoc ipſum eſſe dicendum, ſi Prælatus Eccleſiæ poſtea penſiones ſimpliciter recipiens, de illarum receptione per ſcripturam appareret. Nam non propter hoc, inquit, renouationi neceſſariò faciendæ de iure fuiſſe ſatisfactum. Neque ius caducitatis ex non petita renouatione proueniens fuiſſe remiſſum videretur. Cum ſolemnitas 74 † ſcripturæ ad renouationem faciendam ſit neceſſaria: quamuis ſecus contingat in caducitate ex non ſoluto Canone proueniente, quæ tacitè ex receptione futuri Canonis poſtea facta cenſeretur remiſſa: vt habetur per glo. & Doctores in capitulo potuit. extra de locato. Niſi (vt diximus) receptio dicti Canonis fuiſſet facta cum proteſtatione, quòd nolit renunciare iuri ſibi acquiſito ex præterita ſolutione Canonis non facta: vel alia quacunque cauſa, vel colore, quem pretendere aliquando poſſet contra ipſum emphiteotam. Nec præſenti noſtræ reſponſioni factæ ad dictam primam obiectionem poterit aduerſari textus ibi citа-

Digitized by Google

citatus in l. item quæritur. §. quo impleto † ff. locati. cum ibi non
75 loquatur in casu nostro, & a diuersis non fiat illatio: Nam apertissimè elicitur agi de simplici locatione annali, per quã nullum transferri dominium vtile, vel directum propriè sumptum per se patet; etsi nudum ius vtendi tali re locata per annum transferatur; de cuius contractus renouationis essentia nõ requiritur a iure expressus consensus, mediãte aliqua scriptura Authentica hoc protestante contrahentium, ac per consequens nec Capituli collegiatæ Ecclesiæ collegialiter congregatæ, vt probauimus requiri in casu nostro. Nec tantum præiudicium generatur Domino rei locatæ per annum ex renouatione huiusmodi annalis locationis, sicut per renouationem locationis rei emphiteoticæ iam finitæ: quod ex contextu verborum dictæ l. item quæritur. §. quo impleto. quàm facillimè comprehenditur, & cõmuniter a Doctoribus passim edocetur. Nam Baldus in dicto §. quo impleto, columna secunda, versiculo quæro hìc quid in emphiteosi; dixit, quòd etsi de consuetudine scriptura de essen-
76 tia † contractus emphiteotici non requiratur, Tamen ex patientia Prælati, & Capituli ipsum emphiteotam perseuerare in locatione bonorum emphiteoticorum finita locatione, non intelligitur fuisse renouatam huiusmodi locationem; quia ibi agitur de vtili dominio transferendo, & sic non de modico præiudicio. Idem docuit Alexan. in consilio 76. volumine quinto, & rursus in consilio decimoseptimo, columna tertia, volumine quarto, expressè asserens tacitam reconductionem non habere locum in emphiteosi. Idem docuit Romanus in consilio 103. versicu. Viso de quo aliqua paulò post. Idem docuit Mattheus de Afflicto (noster compatriota) in decisione 175. numero sexto, & septimo. Vbi & Vrsillus in addit. numero quinto, & sexto. Idem docuit Iason in l. secunda, numero 130. C. de iure emphit. dicens hanc esse communem opinionem. Idem docuit Decius in consilio 328. incipiente. In casu proposito. numero primo, sequens Bald. in dicto §. quo impleto. Idem docuit expressissimè Ioannes Andreas in regula, Is qui tacet. de regulis iuris in sexto, in articulo tertio, asserẽs non sufficere taciturnitatem, & patientiam singulorum de Capitulo. Idem docuit Azo in sua summa in rubrica. C. de sacrosan. Eccles. Idem docuit Specul. in libro quarto, titulo de emphiteosi. §. nunc aliqua. numero quarto, versiculo quartò quæritur, assignans ibi omnes differentias inter locationem simplicem, & emphiteosim. Qui ibidem versiculo quintò quæritur. concludit scripturam non esse de essentia istius contractus, sed benè consensus Domini directi, & emphiteo-

phiteotæ: de quo tamen con-
ſenſu (loquens in caſu noſtro, ſcilicet in Eccleſia collegiata) ibidem ipſe Speculator numero trigeſimoſeptimo, verſiculo vigeſimoſexto quæritur, idipſum docuit, aſſerens, quòd ſi Eccleſia
77 receperit pẽſionem ſolitam † ab emphiteota poſtquam cecidiſſet in commiſſum non priuabitur iurè illum expellendi ſi ſine conſenſu Capituli ipſe Prælatus ipſam recepiſſet: & idem dicit, ſi aſſiſtiſſet talis conſenſus Capituli, ſi dictum Capitulum ignoraſſet illum cecidiſſe in commiſſum, vel recepiſſet dictam penſionem cum proteſtatione: etſi ſufficiat ſolus conſenſus Prælati, quando eius Eccleſia non eſſet collegiata: niſi & ipſe ſimiliter ignoraſſet dictam emphiteoticam poſſeſſionem cecidiſſe in commiſſum: vt ibi addidit Speculator numero trigeſimoquinto, verſiculo vigeſimoquartò quæritur. Idem probatur ex alia differentia, quæ reperitur inter contractum ſimplicis locationis annalis, & locationis emphiteoticæ. Nam ſi emphiteota elapſo termino locationis ſibi factæ (niſi pactum expreſſum initum fuiſſet inter ipſum, & Dominum directum) non petierit ſtatim locationem ipſam renouari, poſtea petere illam nõ poterit: immo ſi Eccleſia vellet,
78 quòd renouatio † haberet locum, illa expreſsè fieri deberet: cùm a iure ipſa ſtatuta fuerit in fauorẽ Eccleſię, prout etiam docuit Deciius in conſilio 329. numero 1. aſſerendo hanc eſſe communem Doctorum ſententiam in capitulo primo, extra de præcarijs. Quapropter ſecundum hanc ſententiam poſſet limitari id, quod docuit textus in l. ne cui. & l. ſequenti. C. de locato, & conducto. Vbi habetur, quòd directus Dominus non tenetur locare eidem conductori poſt finitam locationem: niſi ad hoc per ſpeciale pactum ſe aſtrinxiſſet: etſi ibidem Bald. dixerit, quòd lex iſta ſit valde notanda pro contractibus emphiteoticis, in quibus promittitur renouatio, & aſſignans rationem huius dicti, addidit dicés: alteri enim de iure concedi non poteſt, quod renouandum eſt priori locanti, vel eius ſucceſſoribus: & quòd hoc ſummopere ſit memoriæ retinendum, cum ſit quotidianum, & verum maximè in emphiteoticis, & feudalibus propter ius reale, quod pacta præciſa tuentur. Nam ex perſeuerantia emphiteotæ in locatione poſt tempus locationis finitum, non cenſetur facta renouatio locationis: (prout fuit non ſemel probatum in prę adductis hucuſque in probationem præſentis reſponſionis per nos factæ primæ obiectionis auctoritate Doctorum) inter quos fuit recenſitus Berous in conſil. 119. numero tertio, ſequens Baldum in l. vnica. quæſtione vndecima, C. quando non peten. part. & hæc allata ſufficiant in fauorem

noſtræ

nostræ responsionis suprascriptę. Ad id quod secundo loco obijciebatur contra nostram veram decisionem asserendo, quòd propter diuturnitatem temporis debeat præsumi affuisse solemnitatem de iure requisitam in renouatione locationis factæ a dicto Monasterio hæredi vltimi emphiteotæ mortui, propter cuius mortem extincta fuerat locatio facta a Monasterio ipsi primo emphiteotæ locanti ad tertiam generationem. Respondemus ergo huic obiectioni modis dicendo. Primò per diuturnitatem temporis non præsumi solemnitatem requisitam in re magni momenti (prout est in casu nostro.) Cum inde ipsa Ecclesia collegiata dicti Monasterij priuaretur solutione Laudemij, in casu, quo vellet dictam locationē finitam renouare & secundo. Necnon quoniam ipsum Monasterium posset de iure dictam possessionem emphiteoticam, sic ad se reuer-
79 sam, seu deuolutam † sibi retinere in casu paupertatis incursæ, prout docuit Rodohanus in tractat. de rebus non alienandis, folio 247. numero decimoseptimo, versiculo sed videtur. Quapropter patet, quòd in his, & similibus casibus ipsa Ecclesia collegiata iniustè priuaretur inde vtili dominio sibi de iure acquisito: & quòd leges & iura in contrarium citata in casu nostro locum non habeant, nec loquantur in terminis præsentis nostræ quæstionis: & quòd hæc nostra responsio sit verissima, probatur duplici medio. Primo enim per textum apertissimum in Clementina prima, §. si quis autem ibi. [Nec ex concessione ipsius reci-
80 pientis † ius aliquod acquiratur.] de rebus Ecclesię non alienandis. Vbi Glo. docuit contractum huiusmodi non valere: Si ergo huiusmodi contractus a iure reprobatur, cum addita declaratione, quòd indè nullum ius contrahentibus præstandum sit? Inde sequitur diuturnitatem temporis nullo pacto posse dare illi validitatem, ac virtutem: cum huiusmodi pœna sit perpetua, vt docuit ibidem Glo. in versiculo pœnam. dicens huiusmodi pęnam esse de sui natura perpetuā: cum ibi non adijciatur tempus, stante regula illa optima in capitulo non firmatur. de regu. iur in sexto, vbi dicitur. [Non firmatur
81 † tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.] Quapropter meritò Cardin. Zabarella in dicta Clementina prima, columna vndecima, versiculo vndecimò quærens, sequens Genze. & Matth. ibidem, dixit, quòd ex tali concessione, seu locatione rei Ecclesiasticæ factæ ad vitam
82 † alicuius, vel in perpetuum a Prælatis sine expresso consensu Capituli, non pręstetur causa prę scribendi ex tali titulo, stante tali iuris prohibitione, etiam si contrahens cum Prælato credidisset affuisse in tali concessione consensum Capituli, cū dictus text. dicat non acquiri ius aliquod. Quapropter huiusmodi concessionis titulus habendus erit pro

non titulo, vt in l. nec vllam. §. 1. ff. de petit. hæred. & clarius in c. 2. §. contractus. de reb. non alien. in ſexto. Vbi hæc habentur, videlicet. [Contractus autem omnes iuramenti pœnæ, vel etiam alterius cuiuſlibet firmitatis adiectione (quos de talibus alienationibus ſine huiuſmodi licentia, & conſenſu contigerit celebrari) & quicquid ex eis ſequutum fuerit, decernimus adeo iuribus carere, vt nec ius aliquod tribuant, nec præſcribendi etiam cauſam parent.] hæc ibi. Vbi glo. in verſic. præſcribendi. dicit eſſe ſpeciale in alienatione rerum Eccleſiaſticarum prohibita: cum aliàs ex glo. fin. in c. ſi diligenti. extra de præſcript. tradens hanc peroptimam regulam, dixit, q
83 quando aliqua † de iure communi non poſſunt poſſideri ab eo, qui obijcit præſcriptionem; quantumcunque habeat bonam fidem, non præſcribit: quia præſcriptio ius creatu auocat, nouũ autem ius non creat, vt in capitulo contra morem. diſtin. 100. ſic ius decimarum non cadit in laicum, & ideo nulla valet ibi præſcriptio, vt in c. vltimo, 16. q. 1. & ratio allignata a dicta glo. in principio eſt, quia ex ſolo curſu temporis ius non conſtituitur, ſicut non tollitur. vt in l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & obligat. Quapropter dicta ſingularis glo. inter alia quamplurima exẽpla, quæ ſubintulit, dixit: ſic in Monaſterio, ſi Monachi nollent ſubeſſe Epiſcopo, quia allegarent præſcriptionem, (cum de iure communi ſubiectionem euitare non poſſent) oporteret eos oſtendere titulum, ex quo habuiſſent cauſam præſcribendi. Cum ergo in caſu noſtro, a iure communi vtroque ſit prohibita locatio emphiteoticæ poſſeſſionis Eccleſiæ, collegiatę Prælatis eius ſine expreſſo conſenſu ipſius Eccleſiæ cum decreto irritante: indè aperti ſimè ſequitur, quòd huiuſmodi locatio non poſſit tueri, vel legitimari per diuturnitatem temporis, ſeu præſcriptionem cuiuſcunque temporis: cum huiuſmodi locatio de iure nullam tribuat præſcribendi cauſam, nec titulum: quoniam ſacri Canones in capitulo ſi diligenti, & capitulo finali. extra de præſcript. ſtatuerint nullum ius tribui poſſidenti aliquid præſcriptio longiſſimi tẽ-
84 poris cuiuſcunque, † niſi in toto præſcriptionis tempore duo inſimul concurrerint, videlicet, Titulus & bona fides: ita quòd vno decedente, aliud non ſufficiat ad ius nouum acquirendum præſcribenti per præſcriptionem: vt communiter Doctores docuerunt in dictis iuribus, & alibi quoque ſæpiſſimè. Cum ergo in hærede vltimi emphiteotæ volente præſcribere contra Monaſterium deſit iuſtus titulus approbatus a iure, nihil prodeſſe patet, ſibi in nouo iure acquirendo ſolus tacitus, vel expreſſus Prælati dicti Monaſterij conſenſus, niſi inſimul affuiſſet expreſſus conſenſus capitulariter Collegij dicti Monaſterij ſciẽtis dictam caducitatem in tali tacita reno-

renouatione locationis prætensæ sibi facta per receptionem Canonis nonnullorum post mortem vltimi emphiteotæ, ac per consequens post finitam locationem primam, & vtile ius ipsius possessionis emphiteoticæ reuersum ad ipsum Monasterium, cum ex tali renouatione facta tacitè per solum Prælatum maximum præiudicium inferatur dictæ Ecclesiæ collegiatæ, vt fuit probatum: & quòd quando agitur de magno præiudicio, sola téporis diuturnitas non sufficiat ad concedendum iustum titulum, seu legitimum dominiú idipsum probatur per textum in l. inuitum. ff. de seruit. vrb. præd. & in l. in eo. §. fin. ff. de ritu nupt. vbi habetur secundum Socinum in regula 391. quòd taciturnitas quo ad alicuius iuris diminutionẽ, seu actionis sibi competẽtis sublationem pro consensu non habetur. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nã ex Canonistis Ioannes And. in c. 2. col. 2. in vers. causam. de reb. Eccles. non alien. in sexto. dixit, quòd in huiusmodi præscriptionibus requiritur titulus: cum nedum præsumptio, sed etiam ius cõmune sit contra præscribentem: quoniam Ecclesiæ & earum res debent esse liberæ, vt in c. nouerint. 10. q. 1. Idem ad verbum docuit Geminianus ibidem. §. contractus. vers. sed quare isto casu requiritur titulus, etsi ipse Dominicus subdat in fi. dicti §. contractus. vers. Glo. in versic. præscribendi ad concordiam reuocando, sententiam Tancred. quam ponit Bart. in quæstione venerali. nu. 59. dicens, quòd qui emit a solo Prælato si habuerit bonam fidem, præscribit: & sententiam Hug. & Damas. dicentium non præscribere: ipse Geminianus (inquam) vbi supra, sequens Ioan. And. ibidem in fin. dicit, quòd volens præscribere si erraret solum in iure: vt quia putabat solum Prælatũ sine Capitulo posse alienare: quòd tunc non præscribit, & quòd ita procedat dictum Hug. & Damas. Aut errat in facto: vt quia putabat Prælatum habere cõsensum Capituli, & nõ habebat, & quòd tũc præscribat: & quòd ita procedat dictũ Ber. & hanc solutionem ponit in simili glo. in c. Apostolicæ. de donat. & in c. 2. extra de his, quę fi. a Prælat. Idem docuit Pan. in d. c. Apostolicæ. super glo. in vers. præscriptionem, asserens, quòd titulus
85 † etiam putatiuus, & coloratus non prodest ad præscriptionem compiendam, vbi ius resistit, licet præscribens erret in iure, & in consi. 179. nu. 5. Idipsum rursus Ioan. And. in regu. is qui tacet. in tertia quæstione. De regu. iur. in sexto. hanc nostram ad verbum pertractans quæstionem, se subscripsit nostræ respõsioni præsenti. Idem docuit Dynus in eadem regula, Is qui tacet. in vers. & ideo solent aliqui dicere: asserens, quòd vbi tractatur de aliquo obligando, taciturnitas non operatur cõsensum. vt in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de Procurat. Idem perpulchrè docuit Antonius Corsetus in suis singularibus,

86 bus, in verſic. taciturnitas. † Ad hoc ipſum probandum auctoritas Panormitani, qui idipſum repetens in c. 1. not. 1. extra de his, quæ fi. a Præl. ſine conſ. Cap. ſequensque Feder. de Senis in conſil. ſuo 51. aſſeruit, quòd etſi Prælatus in conceſſione rei modicæ poſſet ſine conſenſu Capituli rem ſuæ Eccleſiæ alienare: non autem rem magnam, quia requirentur omnes ſolẽnitates requiſitę: vt eſt tractatus, & conſenſus expreſſus Capituli: quod & repetens in c. 2. col. 2. in verſ. ex quo habes, extra eo. dixit quòd doctrina glo. Innocentij, & Hoſt. ſit ſemper notanda, cum ex illa habeamus, q vbi fieret conceſſio magnæ rei etiam ad tempus, debet interuenire expreſſus conſenſus Capituli:
87 & quòd ſolemnitas † non preſumatur ſolũ ex diuturnitate temporis, niſi alia præſumptio comitetur, docuit ipſemet Pan. in c. Albericus. col. pen. extra de teſtibus. Antonius de Butrio in cap. peruenit. col. 2 a. de cẽſibus. Imo. in c. ſi diligenti. col. pen. in fi. & col. ſequenti. extra de præſcript. & in l. 1. §. fin. col. 2. in fi. ff. de aqua plu. arcen. Idem prorſus docuit Felinus in c. ſicut. nu. 30. verſ. vide omnino Bart. in diſput. incip. Mulier habens magnum patrimonium. extra de ſent. & re iudic. Nam poſtquam ibidem. nu. 26. tradidiſſet regulam dicens, q ſolemnitas non præſumatur, niſi probetur, & ſubdiderit in numero 29. hanc regulam fallere propter diuturnitatem temporis: in dicto tamen num. 30. concludit illud intelligi inxta Bar. quando agatur de paruo præiudicio, ſecus ſi de magno: quod & ipſemet Felinus ibidem. nu. 34. repetijt, dicens, quòd regula ſupraſcripta fallat quoque in actu modici præiudicij facto a viro prouido: quia tunc præſumetur pro ſolemnitate extrinſeca, ſed ipſemet Felinus ibidem. nu. 33. in verſ. bene fateor, concludit, quòd quando conſenſus eſſet requirẽdus a principio a tali perſona; cum qua nõ fuit ſequuta diuturna obſeruantia actus, vt patet contingere in caſu noſtro propter ferè annuales mutationes Prælatorum, Procuratorum, & Monachorum dicti Monaſterij (de quo eſt ſermo) neque aliqua continuata eius notitia: tunc non eſſet inducta præſumptio, quòd illa perſona conſentiſſet, quia ceſſat dicta ratio, vt elegantiſſimè quoque docuit Alex. in ſuo conſi. 373. incip. Viſo themate ſupraſcripto. circa finẽ,
88 dicens, quòd ſi Epiſcopus † iurauit non alienare inconſulto Romano Pontifice, & reperiatur facta alienatio, quæ de licentia Papæ nihil exprimit: certè ex diuturnitate temporis non præſumitur dicta ſolemnitas: cum non conſtet verè, vel præſumptiuè Papam habuiſſe ſcientiam dicti contractus ſecundum ipſum: & addit ibi Felinus dicens, de hac deciſione nunquam obliuiſcaris. hęc omnia ibi Felinus, quì & alia his ſimilia rurſus docuit in capitulo illud. extra de præſumpt. quod & repetijt in capitulo Albericus. extra de teſtibus.

dicens

dicens præsumi solemnitatem ex diuturnitate temporis, quando agitur de modico præiudicio, & quòd in alienatione rei modicæ soli non requiratur consensus expressus, vt in c.1.nu.13.de his,qui feu.dare poss.Idem docuit Prępositus, seu Cardin.Alex. in d.c.1.

Idipsum docuerũt & infrascripti Doctores Legistæ. Nam Bart. in l.1.§.fi.nu.7. in vers.solue.ff.de aqua plu.arcen.& in l. pen. nu.2. vers.quęro quid volo. C. cõmuni diuid. vbi expresse dixit dicta iura nõ habere locum vbi agitur de
89 magno præiudicio,quia túc † nõ præsumeretur titulus,quod & rursus confirmauit in sua quæst. disput.incip. Mulier habẽs magnũ patrimonium,quod & repetijt ipsemet Bar.in l.cum de in rem vers.fo.nu.5.ff.de vsur.sequens Glo.in l.pen. C. communi dinid. dicentem, quòd diuisio præsumitur ex patiẽtia longi temporis, quia est modici præiudicij: sed venditio, seu concessio simplex proprietatis non præsumitur, quia est magni præiudicij. Idem docuit rursus ipse Bar.in l.seruitutes. col.1. ff. de seruitut. Idem docuit Bald. in l.pen.nu.3. & 4. C.de communi diuid. amplectendo dictã sententiam Bart.ibidem,etsi limitet id, quod dictus Barto. addiderat de duobus fratribus, qui per decem,vel viginti annos diuisim aliqua bona paterna possederat, si non posset probari diuisio facta per aliquem contractum solemnem: tamẽ solemnitas diuisionis præsumitur secundum Bart. ibi,si quis eorũ diuisim soluisset onera pro sua portione: hoc ergo dictũ Bal.ibi limitauit,dicens hoc esse verũ, si partes huiusmodi taliter diuisas à dictis fratribus sint æquales,secus si fuerint inæquales. Idem rursus,quod respõdimus dictæ obiectioni,confirmauit idem Bal.in l.cum non solum,§.non autem licentia. C. de bonis quæ liber. asseuerans ex illo textu elici argumẽtum,q̃ in alienatione rerum Ecclesiasticarum, & doraliũ necessaria sit solemnitas,vt in l.si fundus sit sterilis. ff. de rebus eorum. Idem repetijt Bald.in dicta l.cum de in rem verso.col.1. Idẽ docuit ad verbum Paul. de Castr. in dicta l.pen.nu.3.asseuerans, q̃ Doctores hoc ipsum docuerint: vnde ipse ibi concludit, q̃ si quis possedit lõgo tempore rem meã, me sciente, & patiente: & ego vellem modo agere rei vendicatione,si ille dixerit illam à me emisse, nec inferat aliã probationem, nõ ideo talis vẽditio probaretur,cum inde mihi oriretur maximũ prẹiudiciũ,si taliter perde-
90 rem dñium: vnde patientia, † & scientia mea nec operabitur consensum, nec prẹsumptionẽ tituli; hæc Paul. qui idipsum docuit ad verbũ in l. filiusfamilias.nu.3. C. de petit.hæred.& in l.qui aliena. nu.4.ff.de acq.hæred. Idẽ docuit Alex. in d.l. qui in aliena. nu.11. vers. vel respondeo, prout sequens Bart.in d.q.incip. Mulier habẽs & in cons.179.nu.5.& seq. vol.6. & in cons.12.nu.7.vol.4.& in cõsil.218.nu.5. & 10. & sequen.vol. vbi latè de hac materia pertractat. & in cons.11.col. fina.vol.4.

& con-

& conſil. 1. colum. 11. volum. 5. & in conſi. 94. nu. 6. & ſequen. vol. 7. vbi loquitur de quodam inſtrumento venditionis cõfecto annis quinquaginta duobus tunc elapſis: concludens ex eo tempore nõ pręſumi ſolemnitatem, quod etiã dixit in dicto conſil. 218. nu. 10. & in conſil. 9. vol. 3. citans Panor. in c. ea noſcitur. extra de his, quæ fiunt à Prelat. quos citauit, ac ſequutus fuit Afflictus noſter in deciſ. 345. nu. 5. dicens non præſumi, quando altera pars negat interfuiſſe in ſolemnitate ſubſtantiali, quę reſpicit iuſtitiam tituli, quia tunc nõ præſumitur ex diuturnitate. Idem docuit Craue. de antiquit. par. 3. in princ. nu. 22. & ſeq. poſt Alex. & Dec. vbi ſupra, & alios per eos allegatos. Idem Brunus in tract. de forma, & ſolemnitate artis. de probationibus, & præſumptionibus formę, & ſolẽnitatis, col. 9. verſ. vndecimò eſt aduertendum. vbi dicit formam ſiue ſolemnitatem eſſentialẽ nunquam pręſumi: quia ſic eſſet pręſumere ipſum factũ, nõ ſolemnitatem facti: ęp autem huiuſmodi ſolemnitates requiſitę ante alienationes rerum Eccleſiaſticarũ ſint de ſubſtantia actus, ſeu contractus, latiſſimè docuimus in noſtro tract. extenſionum legum pœnalium, & correctoriarum. Idem docuit apertiſſimis documentis Grãmaticus (noſter compatriota) in deciſ. 64. per totum. Idem docuit Fulgoſ. in l. 1. colum. pen. C. qui admitti. Idem Socinus in conſ. 254. col. 2. Idem Curtius in conſ. 87. col. 2. Idem rurſus Bald. in tract. pręſcrip. in 3. par. nu. 47. Idem Florianus in l. ſeruitutes. colum. fin. ff. de ſeruitu. Idem Ang. Aret. in § eque. col. 6. inſtitu. Idẽ docuit Iaſ. in l. 1. col. 5. C. qui admitti. & ibi Decius in tertia lectura, col. 8. & iterum Iaſ. in dicta l. qui in aliena. col. 7. nu. 46. & 47. ſequens Bart. & Paul. de Caſt. vbi ſupra, etſi re vera tam obſcurè ipſe Iaſon ibi procedat, quod vix queat percipi, quæ ſit ipſius ſententia: licèt addat, ęp hanc Bart. ſentẽtiã amplexatus fuerit Chryſoſtomus de Caſtello in d. l. qui in aliena. Nõ negamus ipſum Iaſonem ad literã idipſum docuiſſe in l. 1. nu. 66. verſi. idem practicare. C. de iure emphit. & in l. 1. col. 5. verſic. quartò limita. C. qui admitti. poſt Alex. & Fulgoſ. ibi per eundem citatos. Idem rurſus ipſemet Iaſ. in conſil. 148. nu. 7. & ſeq. colum. 4. & in conſil. 176. col. pen. vol. 2. in conſ. 140. col. penul. vol. 4. Idem docuit Socinus iun. in conſ. 16. nu. 10. & 12. volum. 1. & clariùs in conſ. 16. nu. 12. vol. 2. Matthęus de Aſflict. in deciſ. 345. nu. 5. & 6. Idem docuit Natta in conſil. 162. nu. 29. vbi nu. 24. poſt Alex. in dicta l. qui in aliena. dicit prędictam pręſumptionem militare in ſolẽnitate formali extrinſeca: ſecus in ſolemnitate ſubſtantiali. Et ratio huiuſmodi ſententię noſtrę innixę Doctorũ auctoritatibus redditur à Cacherano in deciſione Pedemont. 173. nume. 5. quoniam pręſumptio ex diuturnitate temporis nulla erit, niſi probata ſcientia, & patientia eius, de cuius pręiudicio agitur,

vt

vt docuit Roland. à Valle in consil. 2. nu. 137. post Bald. Alexand. Barbat. Iasonem, & alios ibi ab ipso citati, & Dec. in consil. 409. vers. ex aduerso. nu. 13. eo magis, quòd Iason citatus a Cacherano, vbi supra, nu. 8. vers. concludens, doceat antiquitatem, secundum communem opinionem esse centum annorum: si ergo cētum annorum, inde sequitur in casu nostro non posse præsumi solemnitatem interfuisse, cum non fluxerint centum anni à die mortis vltimi emphiteotæ, & sic a die tacitę locationis præsumptæ in persona succedenti immediatè ipsi vltimo emphiteotæ. Idem latissimè docuit dictus Cacheranus in dicis. Pedemon. 173. per totum, sed præcipuè in vers. quibus non obstantibus, sequens Bartol. in dicta quæst. mulier habens amplum patrimonium, col. fin. in principio. Ad hoc accedit, quòd huiusmodi diuturnitas temporis possessionis dictorum bonorum emphiteoticorum post finitam tertiam generationem, ac per cōsequēs post finitam locationem nō facit præsumere verum titulum, & legitimam præscriptionem in casu nostro. Nam regula est, ꝙ vbi agitur de graui præiudicio ex diuturnitate temporis, titulus non pręsumitur, vt latissimè per supra allata fuit probatum.

Ex his ergo patuit, quomodo sint intelligēnda iura, & Doctorū sententiæ in contrarium allatæ, nempè per diuturnitatē temporis alienationis præsumi in celebrāda alienatione ipsa interfuisse omnia, quæ a iure requiruntur de solemnitate actus exercendi, scilicet quādo agitur de paruo prę-iudicio tertij, non autem quando de magno, cum aliàs sibimet ipsis aduersarentur, quod de tantis Doctoribus nō est suspicandum: eo magis, quòd tempus non sit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis, vt docuit text. in l. obligationum ferè, §. placet. ff. de actionib. & oblig. & ibi per Doctores, & per Glos. in l. cum de in rem verso. vers. longo. ff. de vsuris.

Et quamuis quidā Doctor Florianus aliquo pacto nixus fuerit nostram hanc tot Doct. & legum oraculis fulcitam responsionē labefactare, infrascriptis fucatis, & non veris rationibus: Nihilominus (vt veritas ipsius magis, magisque eluceſceret) ipsis respondere operępretium duximus breuiter. Dicebat enim, ꝙ ipsi obstaret doctrina infrascriptorū Doctorum, & obseruantia ritus Florentinæ Curiæ, videlicet: Quòd præsumatur solemnitas requisita etiā in re magni momenti, prout docuit Gabr. in consil. 88. nu. 18. multis deductis decisionib. Idem facit in cons. 82. nu. 30. lib. 2. post decisionem 315. nu. 2. lib. 1. & decis. 365. nu. 3. & seq. lib. 2. Vbi in specie de triginta annis, & solēnitate non enunciata per Cassiadorum decis. 5. tit. de Procurat. & nouissimè notat Rota in decisio. 179. nu. 1 par. 2. & quòd ita practicetur Florentię. Ad quod quàm facillima erit responsio (vltra supra per me allata) dicēdo primò huiusmodi impugnationi obsta-

re tot.

re tot supra allatæ sententię Doctorum : & secundò dicimus , qp dato , & non concesso , qp ita obseruetur Florentiæ in foro seculari , nunquam tamen concedendum erit hoc ipsum obseruari in foro Ecclesiastico, quando agitur de magno præiudicio faciendo Ecclesijs, vt in casu nostro : cùm in fauorẽ Ecclesiarum in casu nostro emanauerit constitutio Clementis Quinti, & habetur in Clement. 1. §. si quis autem. de rebus Ecclesiæ non alien. prout in principio nostræ responsionis latissimè probauimus. & in c. 2. §. contractus, de rebus Eccles. nõ alien.

Ad tertiam oppositionẽ prõpositam respondendo breuiter, dicimus, qp stante verissima probatione eorũ, quæ attulimus paulò ante in responsione ad secundam obiectionem, dicimus, quòd dicta propositio non militet contra decisionem nostram, eo quòd re vera potius ipsa ei famuletur, quàm cõtradicat: cum supponamus Capitulum dicti Monasterij non consentijsse capitulariter huiusmodi alienationi tacitè factæ per Prelatum, vel enconomum dicti Monasterij, ac per consequens non potuisse hoc ascribi dicti Capituli negligẽtiæ, sed potius Prelati, siue Procuratoris vecordiæ, quibus ex officio incumbebat vigilanter pertractare negotia Monasterij: si ergo ipsius Monasterij capitulariter ad culpam de iure imputari nõ poterit, inde sequitur, qp dicta illorum negligentia nõ debebit dicto Monasterio præiudicare in iure sibi acquisito ex dicta generatione finita, vt patet ad sensum, & latissimè fuit supra probatum.

Ad quartam obiectionem fundatam in ratihabitione tacita ipsius Capituli dicti Monasterij, post tacitam, seu prætensam renouationem locationis factã, quam facillimè respondendo dicimus, quòd dicta ratihabitio Capituli post locationem etiam expresse factam, & nullius virtutis : cum de forma, ac essentia ipsius renouationis, seu secundæ locationis sit dictus expressus consensus, vt latius ex prædictis patuit ; quod & confirmari, ac probari conuincitur per text. in regu. non firmatur. de regul. iur. in sexto. vbi hęc habentur, videlicet: [Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non subsistit.] & quòd talis subsequens ratihabitio ab initio non subsistat, & de iure validam non reddat, ac firmam ipsam renouationem dictæ præcedentis locationis (etiã si ipsa expresse facta fuisset per ipsum Capitulũ) probatur apertissimè per argum. in c. auditis. ext. de elect. vbi Innocentius Tertius declarauit irritam, & nullam fuisse electionem factam in persona cuiusdam Clerici per minorem partẽ Capituli, licèt post actum huiusmodi electionis superueniisset cõsensus aliquorum de Capitulo, ex quorum omniũ numero potuisset dicta electio facta a maiori parte Capituli esse legitima: qui Innocentius Papa Tertius ad hoc ipsum confirmandum attulit hãc præcisam rationem, dicẽs, quòd

ex post

ex post facto nequeat conualesce
91 re, † quod ab initio de iure non valebat: & idcircò electio, quæ in actu ipso electionis ipso iure erat nulla, per subsequentem consensum aliquorum, qui tali electioni tunc non consenserant, non poterat esse rata, & valida. Idem in casu nostro, pręcisè in c. cum vos. extra de his, quæ fiunt a Prelat. cùm dixerit, quòd in alienationibus rerum Ecclesiasticarũ modicarum factis à Prelatis sine consensu Capituli sufficiat superueniens ratihabitio Capituli: nõ autem in alijs maioris momenti (vt est in casu nostro) & ita interpretatus fuit ipse Innocentius Quartus, tex. in dicto cap. cum vos. vbi dicitur, quòd alienatio rei Ecclesiasticæ temporalis facta a Prælato sine consensu expresso Capituli erit valida, si postea ratificaretur per Capitulum. Vbi Panormitanus in not. 2. refert, Doctores intelligere hunc Canonẽ in concessione facta ad tempus, cum in alienatione perpetua non habeat locum ratihabitio propter necessitatem precedentis tractatus, secundum Innocentium, subdens, q̃ fauore Ecclesiæ poterit etiam perpetua alienatio facta à Prælat. sine expresso consensu Capituli ratihaberi per Capitulũ: dummodo tunc quando talis ratihabitio fit a Capitulo, seruentur omnia, quæ a principio fuerant seruãda, scilicet tractatus & expressus consensus (prout ipsemet Panormit. superius dixerat) quod & aliàs ipsemet dixerat in d. cap. 1. col. 2. versicu. sed quæro nunquid. extra de his, quæ fiunt a Prælat. asserens talem alienationem non esse ita irritam, quòd non possit per Capitulum ratificari, & vt clarius doceret se intelligere prædicta, dũmodo in ratificatione omnia concurrerent necessaria de iure requisita: addidit dicens, quoniam etiam in ratihabitione poterit interuenire tractatus: quod & Hostiens. videtur innuisse in summa. titul. de his, quæ fiunt a Prelat. sine consens. Cap. §. in quibus requiritur consensus. in vers. puto veriorem sententiam Laur. & rursus in §. in quibus consil. in vers. illud autem non est omittendum. Nam in dicto vers. puto verioré. ipse Host. dixit, quòd sicut electio, in qua non est seruata forma, erit irrita, & non poterit ratam habere ex post facto, vt in d. c. auditis. ita & alienatio, quæ ipso iure esset irrita, ratificari non poterit. Qui Host. etiam in dicto vers. illud. & sequenti. Concludit, quòd quando conceditur à Prælato alicui aliquid ad tempus, & nõ in perpetuum, sciente Capitulo, & non contradicente, quòd sufficiat: secus si ipso ignorante, etsi possit talem cõcessionem Capitulum ratam habere per consensum subsequentẽ, vt in c. cum vos. ext. de his, quę fiunt a Prelat. & ratio huius sententiæ, secundum eundẽ
92 est, quia negotia, † quę de iure ab initio possunt sortiri effectũ, ratificari possunt, vt per multa iura ibi per ipsum citata probauit. Vide ergo ibi latius apud eum. Idem docuit Rodohanus in tractatu de rebus Eccles. non alien.

fol.

fol.27.nu.33.& 34. citãdo ad hoc duas deciſiones Rotæ ſub titu.de reb.Eccleſ.non alien.etſi ſubdiderit, quòd tunc ſolum habebit locũ talis tacita renouatio per acceptionem Canonis nõ ſoluti,quan
93 do Capitulum cõcetiſſet † ei poteſtatem locandi de nouo (quod meritò nõ ſupponitur in caſu noſtro, cùm nõ interuenerit.) Idem apertiſſimè docuit Ant. de Butr. in dicto c. cum vos. quem citat, ac ſequitur Rodobanus vbi ſupra. fol.182.addens, quòd quando lege cauetur, quòd actus non poſſit geri ſine conſenſu talis perſonæ, vel Capituli: tunc huiuſmodi cõſenſus requiritur per modum ſolemnitatis,& ſic pro forma: aliàs actus erit nullus, niſi in ipſo actu interuenerit, vt docuit Bart. in l. Gallus.in princ.ff.de libet.& poſthum. Idem confirmauit in caſu noſtro Imol. in dicto c.cum vos, vbi dixit,quòd cum exigitur conſenſus tertij pro ſolẽnitate actus, etiam non in fauorem illius, vel contrahentium: tunc actus nõ poterit ratificari per ſubſequentem conſenſum,niſi contrarium in iure reperiatur: & ſic ipſe Imol.intelligit text.in cap.cum dilectus. extra de iure patro. & dictum c. cum vos. quod & docuit quoque Rebuffus in ſuo compẽdio,tract. de alien.rer. Eccleſ.in verſ.tertiò requiritur . Idem rurſus apertiùs docuit Rodohanus in dicto tract. fol.183.nu.24. dicens, alienationem factam ſine expreſſo conſenſu Capituli per ratihabitionem ſequntã ipſius valere nõ ex tunc, ſcilicet ex tempore alienationis,
94 † ſed ex nunc, ideſt ex tẽpore ratihabitionis. Ad hoc ipſum quoque probãdum accedit,quòd huiuſmodi ratificatio prætenſa eſt nullius valoris, cum de eſſentia ipſius (vt de iure valida ſit) ipſa ratificatio debeat fieri tempore, quo diſpoſitio fieri poſſet, aliàs corrueret ipſo iure: & ratio eſt, quia extremum a quo non eſt habile,ſecundum Bart.in l.bonorũ. ff.rem rat. hab. Corneus in conſil.110.col.penul.litera M, vol.2. Dec.in l.contractus. & in l. ſemper,qui non prohibet. nu.15.16. & 17.ff.de reg.iur. Nam ipſe Decius in ipſo nu.15. verſ.tertiò regula principalis.dixit, q̃ vbi agitur de præiudicio tertij ratificatio fieri non poteſt: cum in præiudicium tertij non retrotrahat.
95 † argum. in l. ſi partem, §.fina.ff. ſupp.quemad.ſer.amit.prout Bartolus concluſit in l.cum in debitum,§.ſi procurator.not.2. ff.rem rat.hab. Auguſt.Berous in conſil. 277.incip.Tutor.in fi. Idem repetijt Decius vbi ſupra,num.16.di-
96 cens,quòd actus,qui debet † ratificari ſi validus nõ fuit,non poterit ratificari, prout not.docuit Petr.de Anchar.in conſil.123.incip.Vnus ex Procuratoribus. & Bart. in l.quod obſeruare. in prima oppoſ.ff.de officio Proconſulis. vbi inquit, ratificatio non poteſt fieri de actu nullo, ita q̃ actus confirmetur a tempore, quando actus ille nulliter factus fuit: etſi actus nullus poſſit ratificari: ita quòd ex nunc valeat tempore ratificationis: cuius doctrinam ſequutus fuit Alex.in conſil.78. incip.

cip. Viso.col.pen. lib.3. aliàs col. pen.lib.5. Idem docuit Bal. in c. cum consuetudinis.nu.4. versicu. Item scias. extra de consuet. dicens, quòd in facti contra ius, vel iuris ordinem non habeat locum ratificatio, vtputa, si alienata est res Ecclesiæ non præcedente tractatu, vel alius actus, sit nullus ipso iure: nullus etiã erit aduenien te ratificatione eorũ, qui sunt de Capitulo, vt in c.auditis.extr.de elect.& ratio est, secundum eum: quoniam id, quod semel consumptum est, ratificare non poterit. hæc sunt præcisa verba Bald. qui idipsum confirmans in l. executorem.colum.4. versi.sed si notarium.C.de execut.rei iudi.dixit, quòd quando mandatum pro forma à lege, vel statuto requiritur: tunc nõ sufficit ratificatio. Idem docuit Cagnolus in dicta l. semper, qui non prohibet.nu.20.vers. secundò limitatur. dicens, quòd tũc ratificatio sortietur suum effectum, quando ratificatio † fieret intra illud tempus, intra quod actus qui ratificatur, fieri potuisset, aliàs secus.per l.fin.ff.quis ordo in bo. poss.ser. & in l. bonorũ. ff. rem rat.hab. Idem docuit Cacheranus in sua Pedemont.decis. 119.num.24. dicens, Socinum in consil.77.nu.114.& seq.volum.1. post Bart. & Alex.docuisse, quòd ratificatio numquam operetur, qñ res non sunt integræ: & alia mutatio rei est facta (vt contingit in casu nostro) cùm supponatur, vt re vera est, quòd Prælatus, & economus iam receperint Canonem post transactum tempus locationis antiquæ iam finitę, nullo interueniente expresso consensu Capituli dicti Monasterij, prout etiam docuit Alexan. in cons.78. num.10.vol.5. vbi post Bar. in l. si vxor. §.si quis vxorem. ff.ad l.Iul. de adulter. & alios Doctor. inibi per eum citatos. cõcludendo ait, quòd ratihabitio tũc retrotrahatur, quãdo res est integra & in eo statu, in quo erat, quando ab initio fuit gestus ille actus, qui ratificatur, aliàs non: quem refert, & sequitur Decius in cons.247. col. pen.versic.tertiò bene facit, & sequenti. & in cons.226.nu.6. Idem docuit Federicus de Senis in cons. 179. dicens, quòd si concessio facta a Prælato cum consensu Capituli forsan esset nulla, quia debuisset interuenire Episcopi auctoritas: si superueniisset dictus episcopalis consensus, durante tali consensu Prælati, & Capituli, dicta locatio esset valida. Probatur & præsens nostra responsio ex hac irrefragabili ratione dicendo, q̃ eũ superius sæpissimè fuerit probatũ, quòd in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, quæ perpetuæ appellantur (de quarum nostro est hæc, de qua est sermo, vt fuit probatum) requiratur necessariò expressus consensus Capituli, nec sufficiat tacitus, prout ẽt docuit tex. in cap. 1. extra de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli: vbi hæc præcisa verba habentur, videlicet: [Irrita erit Episcoporum donatio, & venditio, vel commutatio rei Ecclesiasticæ absq; collaudatione, & subscriptione Clericorum.] hæc ibi.

97

Ex quibus elicitur apertissimè, ꝙ necessario requiratur in simili negotio cõsensus expressus tempore alienationis, & quòd non sufficeret simplex ratihabitio, quod & expressè, vltra præcitatos Doctores, docuit Albericus de Rosatis in regula, qui tacet. nu. 16. de regul. iur. in sexto. Idem docuit tex. iuncta Glo. in cap. 1. de rebus Eccles. alienan. vel non. & ibi per Doctores, & expressius per Panormitanum in dicto cap. 1. notab. 2. extra de his, quæ fiunt à Prælat. quod & Hostiens. ibidem docuit.

Ad quintam obiectionem, in qua dicebatur, quòd saltẽ ratione consuetudinis per huiusmodi tollerãtiam dicti hæredis vltimi in dictis possessionibus emphiteoticis post tempus finitum, & receptioné Canonis videatur facta renouatio locationis dictarũ possessionum à dicto Monasterio, quàmfacillima erit respõsio (Deo Optimo Maximo duce:) Nam etsi negetur hanc (vt prætenditur a parte contraria) vigere in dicto Monasterio consuetudinem, vt passim Prælatus solus, vel oeconomus solus sine expresso consensu Capituli dicti Monasterij possit renouare locationes emphiteoticas: contra quam negatiuam oporteret partem aduersam probare affirmatiuam ei cõtrariam, vt omnis Doctorum Schola semper docuit: sed dato & non concesso, quòd talis consuetudo vigeat in Monasterio supradicto, adhuc asseueramus ipsam nõ esse alicuius virtutis, ac nullum posse producere ex se legitimum effectum, cùm consuetudo præstans facultatem Prælato, vt irrequisito Capitulo suæ Ecclesiæ collegiatę possit alienare eius bona, sit nullius prorsus virtutis, vt diximus, & docuit apertissimus textus in c. cum causa. §. nos autem. extra de sent. & re iudic. Vbi Alexãder Tertius Papa infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Nos autem considerantes, quòd licèt
98 vsus, vel consuetudinis † non minima sit auctoritas: nunquam tamen veritati, aut legi præiudicat, vobis & Ecclesiæ vestræ domũ adiudicauimus supradictã.] hæc ibi. Idem habetur & adhuc apertius in c. 1. extra de consuet. vbi hæc habẽtur, videlicet: [Consuetudines, quæ in Ecclesijs grauamen inducere dignoscũtur, nostra nos decet consideratione remittere.] hæc ibi: Et quòd hæc consuetudo prætensa sit Ecclesijs pernitiosa, per superius allata luce meridiana clarius patuit, & latius infra ex Doctoribus statim recensendis apparebit. Nam idẽ ad verbum docuit Bal. in Authẽt. Hoc ius porrectum. col. 3. nu. 18. vers. breuiter. C. de sacrosan. Ecclesijs. vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Breuiter sic dico.
99 Aut consuetudo disponit † super iure personarum: puta, quòd posset Prælatus irrequisito Capitulo alienare, & non valet ista consuetudo. Aut disponet super iure causæ: puta, quòd pro quacunque leui causa possit alienare, & donare: & similiter non valet. Aut disponit super iure solẽnitatis, vel formæ, & tunc refert. Aut omissio

formæ

formæ potest esse damnosa Eccle siæ, puta, omissio tractatus, & nõ valet, vt in dicto cap. cum causam. in sui ratione. Aut omissio formæ non est damnosa Ecclesię, & tũc potest, vnde multa sunt de forma, quæ non sunt approbata à consuetudine, vt in c. nulli. extra de rebus Ecclesiæ alien. vel non. Vnde si consuetudo habet, quòd sufficiant singulares consensus cũ expressione nominis singulorũ: dummodo Ecclesiæ nõ accrescat, nec decrescat aliquid, valet consuetudo. Hæc omnia Bal. qui rursus idipsum breuiori stilo confirmauit in cap. causàm. in fine. ext. de iudic. his præcisis verbis vtẽs, videlicet, Item scias, quòd in factis arduis (adde tu, vt in casu nostro) semper Capitulum indiget
100 consensu Prælati sui, † & Prælatus consensu Capituli: licèt bona, quæ tangunt statum Ecclesiæ sint diuisa secundum Ioannem, & alios in capitulo primo, extra de Procuratoribus. Idem breuiter Innocentius Quartus docuit in dicto capitulo cùm causa. his præcisis verbis vtens, videlicet: Consuetudo, quę erat, quòd venditiones factæ a Prælatis sine consensu Capituli valeant, non tenet, cùm grauamen inducat Ecclesijs, vt in cap. 1. extra de consuetud. Hæc ibi Innocentius qui idipsum repetit in cap. in dubijs. extra de renunc. dicẽs renunciationem factam in manibus Prælati valere, nisi esset in Ecclesia magna, quia tunc requiritur etiã consensus Capituli, vltrà consensum Prælati. hæc Innocentius, qui rursus idem asseruit latius, & clarius in rubric. de consuetud. columna secunda, versic. sed id ideo est, asserens, quòd consuetudo, quæ est in grauamen Ecclesiæ est nulla, & rursus ibidem colum. 3. in principio subdidit infrascripta præcisa verba, videlicet: Vel dicas & melius, quòd contra iu-
101 ra, & contra pręcepta venire † licet his, quibus licitum est nouam legem & specialem introducere contra illud ius, vel præceptum: similiter & nouam consuetudinem: sed si tale esset, quòd contra illud ius, vel pręceptum nõ liceret sine peccato legem specialem statuere: sic nec consuetudinem. Et ad hoc, vt non peccet ille, qui contra ius, vel præceptum Domini Papæ facit: oportet, ꝙ ex aliqua iusta causa faciat, & volens similiter introducere consuetudinem, hoc faciat consentiente eo, qui fecit legem, vel potestatẽ habet condendi legem contra illud ius, vel mandatum. hæc Innocentius vbi supra. Cùm ergo per hucusque allata patuerit talem consuetudinem esse pernitiosam Ecclesijs, & introductam sine iusta causa, & a Prælatis, qui non possunt condere leges communes de directo aduersantes sacris Pontificijs constitutionibus: inde patuit ipsam consuetudinem esse nullius virtutis, ac per consequẽs nullum legitimum actum posse introducere dictę collegiatæ Ecclesiæ. Quod & expressius docuit Rodohanus in tractatu de rebus Ecclesiæ non alienand. folio 158. numero 57. & sequens

Innocentium vbi ſupra, & rurſus idem Rodohanus vbi ſupra. fol. 199.nu.10.& fol.204.nu.37.& fo. 157.nu.18. citans ac ſequens Io. And.Hoſt. & Calder. dicentes,q̃p
102 conſuetudo † non poſſit adimere ſolemnitatem.c.ſine exceptione.12.q.2. Idem concludit Fel.in dicto cap.cauſam. col.2. nu.3. in fin. verſ.& dicas his præciſis vtẽs verbis,videlicet: Et dicas, quòd in bonis diuiſis,licèt caſus ſit arduus, non requiritur conſenſus, ſed ſufficit conſiliũ. Vbi verò ſunt communia,requiritur conſenſus. Hæc Felinus vbi ſupra,qui eadem repetens latius & apertius in dicto cap. cum cauſam. col.3. nu.2. verſ. conſidera bene, dixit, quòd
103 cõſuetudo † alienandi ſine conſenſu Capituli, etiam ſi ſit immemorabilis initij, non erit valida: quia eſt expreſsè reprobata in dicto cap.cum cauſam. Quapropter Imol. in Clem.2. col. 4. de rebus Eccleſ. non alien. ſimpliciter ibi tranſiens cum glo. ibi in verſ.conſentiente.dicit,quòd Prælatus nõ præſcribit poteſtatem alienandi ſine Capitulo. Idem docuit expreſsè Hoſtienſ. in ſumma, tit.de rebus Eccleſ. non alien.§. & quibus ex cauſis.verſ.in rebus Monaſteriorum alienandis. & Archid. in cap. in venditionibus. 17. q.4. Idem docuit Panorm.in d.c.cum cauſam.col.fina.verſ.ad vnum reprehendens gloſam ibidẽ dicen-
104 tem,quòd venditio † a ſolo Prælato facta valida ſit, ſi pretium probatur verſum in vtilitatem Eccleſiæ ſaltem, ſi hoc habet conſuetudo : addẽs ibidem ipſe Panormitanus hoc ipſum non eſſe verum. Primò, quia non ſufficit rem alienare in caſu licito, niſi etiam ſeruetur ſolemnitas a iure introducta, vt apertiſſimè habetur in capitu. ſine exceptione. 12. quæſtio.2. & ibi communiter per Doctor. & in cap.1. de rebus Eccleſ.non alienan.in ſexto,neq; con
105 ſuetudo † poterit detrahere ſolẽnitati. Hęc Panormitanus, vbi ſupra,qui Panormitanus ibidem rurſus in colum. pemlt. in verſic. nota bene hanc gloſ. his præciſis verbis vſus fuit, videlicet : Nota bene hanc glo.dicti capituli cum cauſam. & poſt multa concluſit, quòd conſuetudo non poſſit diminuere ſolemnitatem inductã in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, prout etiam ibidem ſentit Ioannes Andreas, dicens, hoc eſſe, quia hoc inducit grauamen Eccleſijs,ac per conſequens illa eſſet contra libertatem Eccleſiæ. Quod & rurſus idem Panormitanus docuit in dicto c.1. extra de conſuetu. per totum, cuius ſententiæ rurſus ſe ſubſcripſit Rodohanus in ſupradicto tracta. f.159.nu.63. & ſeq. & nu.80.verſ. ſecundò fallit, afferens ad hoc ipſum probandum ſententiam Hoſtienſ.in c.nulli.de reb.Eccleſ.nõ alien.& in ſumma,eo.tit.§.3.verſ. in rebus.& Archid.in c.in venditionibus. 12.q 2. & in c. nemini. 16. q.7. vbi ſe remiſit ad ea, quæ dixerat in dicto cap.in venditionibus : Addentes ipſi Doctores vbi ſupra, pro ratione huiuſmodi deciſionis : quia adhibere talem conſenſum poſſit eſſe,ſeu generare

re grauamẽ Ecclesijs collegiatis, cui malo intendit in dictis iuribus Sedes Apostolica occurrere.

Et hæc pauca de multis dicta pro decisione propositę quæstionis difficillimę sufficiant. Et talis est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Ordinis S. Benedicti de Obseruantia Congregationis Cassinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum & paternum dicitur illud, quod acquisiuit aliquis ex ascendentibus pro se, & omnibus descendentibus filijs legitimis, & naturalibus.*

2 *Feudum nouissimè acquisitum cum clausula in inuestitura contenta, quòd in omnibus habendum sit pro antiquo & paterno, vel iure feudi antiqui, dicetur antiquum & paternum, & taliter infeudatus gaudebit in omnibus priuilegio feudi antiqui, & paterni.*

3 *Feudum dicitur gratiosa concessio.*

4 *Feudatarius quo ad quid comparetur vsufructuario alicuius possessionis.*

5 *Imperator non potest de iure auferre ius competens vni, & illud tradere alteri sine rationabili causa.*

6 *Feudum dicitur quidam contractus.*

7 *Principum rescripta, seu priuilegia sunt concedenda sine aliorum iniuria, & præiudicio.*

8 *Feudi antiqui in successione dari ius accrescendi asseritur, & lucubentissimè probatur: & quid sit hoc ius accrescendi.*

9 *Nepos succedit in feudo antiquo patrui decedentis sine filijs legitimis, & naturalibus.*

10 *Datum communiter duobus ab Imperatore, pars vnius eorum decedentis sine filijs legitimis, & naturalibus, succrescit alteri consorti: & quòd hoc etiam locum habeat in feudis, probatur.*

11 *Principum beneficia, latissimè erunt interpretanda.*

12 *Absurdum est, et temerarium libertatem non augeri, sed astuta interpretatione domini coarctari.*

13 *Feudo, vel emphiteosi a Principe concessa datur ius accrescendi.*

14 *Vbi in iure feudorum non reperitur aliquod specialiter decisum contra ius commune, tunc standum erit decisioni iuris communis.*

15 *Feudum poterit appellari gratia.*

16 *Ius accrescendi habet locum in feudis à Principe concessis.*

17 *Ius accrescendi datur de iure feudorum.*

18 *Frater fratri in eius feudo succedat, et filius præmortui fratris patruo, si pereant non superstitibus legitimis filijs eorum.*

19 *Ius accrescendi regulariter non datur fratri superstiti per mortem alterius fratris, sine filijs legitimis & naturalibus in feudo nouo, & non paterno: & quare in feudo paterno detur.*

20 *Feudo nouo, & non paterno, quando detur etiam ius accrescendi.*

21 *Ius accrescendi in feudo antiquo datur, & quare.*

22 *Ius accrescendi, quomodo aliter magis propriè vocetur.*

Digitized by Google

23 *Proximiores agnati in feudo antiquo, etſi non in feudo nouo ſemper præferũtur domino, & alijs agnatis, non extantibus filijs feudatariorum, etiam ſi eſſent in remotiſſimo gradu, dummodo ſit de familia ipſorum.*

24 *Feudi paterni per alienationem feudum ipſum reuertitur ad agnatos, omiſſo domino directo, & conſentiente alienationi, ſi nõ conſentijſſent agnati: & huius aſſertionis veriſſimæ quatuor redduntur rationes.*

25 *Frater confeudatarius extraneum, & non fratrem ſuperſtitem inſtituens in portione feudi ſibi competente, priuabit illum hæredem talĩ portione: & idem dicitur de filio fratris (præmortui) ſuperſtite. & quare.*

26 *Agnato proximiori, quid dicere, ac probare ſufficiat, vt poſſit ſuccedere in feudo, aut in parte feudi, quã poſſederat in uita ſua eius agnatus.*

27 *Ius accreſcendi an dicatur legis, aut hominis.*

28 *Feudo antiquo, & nouo qui ſuccedant.*

29 *Teſtator poterit prohibere filijs alienationem, etiam legitimæ eorum, ex cauſa rationabili: cũ talis prohibitio dicatur continere commodum & fauorem, non odium filiorum.*

30 *Prohibitio alienationis facta à teſtatore cum cauſa, dicitur conſona iuri communi.*

31 *Barones prohibendo filijs alienationem vaſallorum: eo ipſo, quòd filij alienauerint, ipſi vaſalli dicuntur liberati à talium filiorum ſeruitute, & quare.*

32 *Prohibitio legis, vbi concurrit cum prohibitione teſtatoris, etiam ſine cauſa, eſſet valida, & quare.*

33 *Prohibitio alienationis facta a teſtatore incipiente à precedenti prohibitione pura. Primò prohibẽdo res alienari, licèt poſtea ſubiungat futurũ ſubiunctiui: dicendo, etſi alienauerit, deueniat in talem: tunc talis prohibitio eſt valida, & alienatio facta contra talem prohibitionem erit ipſo iure nulla.*

34 *Conceſſione in generali non veniunt, quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſurus.*

35 *Diſpoſitio nulla feudatarij nõ habentis filios legitimos in morte facta, erit valida in præiudicium domini directi, aut agnatorum eius, & quare.*

36 *Prohibitio alienandi facta à teſtatore ſine tacitè, ſiuè expreſsè impedit dominij tranſlationem, & quare.*

37 *Prohibitio hominis de alienando ſi concurrat cum legis prohibitione expreſſa, non poterit illud alienari etiam ex cauſa dotis, vel alia cauſa permiſſa a iure.*

38 *Alienationis prohibitæ appellatione, quæ de iure veniant.*

39 *Locatio fructuum feudalium facta per feudatarium, ad quod tempus ſe extendat.*

40 *Venditio cenſualis fructuum feudalium, ſeu illorũ obligatio cum obligatione etiam implicita, vt illa perſeueret poſt mortem etiam feudatarij, dicitur alienatio à iure prohibita, & à teſtatore prohibente alienationem rei feudalis.*

41 *Feudum nemini licere in totum, vel in partem vendere, vel pignorare, vel quomodolibet diſtrahere*

etiam

Digitized by Google

etiam pro animæ salute, sine permissione illius domini, ad quem de iure ipsum spectare dignoscitur, probatur.

42 Agnatus proximior ipso iure succedit in feudo paterno, & si repudiauerit hæreditatem illius, feudo retento, non tenebitur ad debita feudatarij mortui, & quare.

43 Vsusfructus est pars dominij, quapropter feudum alienare prohibitus, nec eius partem poterit alienare. & quare.

44 Facultas vendendi feudum si alicui data est, is hipotecare illum non poterit.

45 Prohibitus vendere feudum non dicitur prohibitus vendere fructus ipsius pro tempore, quo apud eum erit res feudalis solum. & quare.

46 Feudatarius an de feudo possit disponere in sua morte.

47 Agnatus succedens in feudo paterno, repudiata hæreditate, non tenebitur satisfacere creditoribus ipsius feudatarij mortui, etiam legatarijs, cui ipse successit, & quare: nisi solum de fructibus anni illius, in quo mortuus fuit. & quare.

48 Agnatus proximior post mortem feudatarij alienantis feudum, poterit de iure reuocare ipsam alienationem: licèt filius non. & quare.

49 Testatoris nulla dispositio facta de antiquo feudo valet. & quare.

50 Hæres non poterit aliquis institui in re sibi de iure debita.

51 Vasallum, seu feudatarium posse disponere de feudo, ipsius conditionem faciendo meliorem, & etiam ordinationem onerosam, intelligitur de feudo nouo, & hæreditario non antiquo.

52 Feudum vel eius fructus non poterit grauari, vel aliàs obligari pro debitis feudatarij post mortem eius.

53 Repudiatio feudi antiqui facta a feudatario etiam in beneficium Domini directi, sine consensu agnati proximioris, & non præiudicat, nisi solum vita durante ipsius feudatarij, & descendentium eius, si què legitimi essent. & quare.

54 Agnatus etiam repudiata hæreditate sui agnati mortui, retinere poterit eius feudum, filius verò ipsius feudatarij mortui non, & quare. & nu. 55.

56 Imperator, vel quilibet dominus directus alicuius feudi antiqui non poterit de iure assensum præstare tam in vita, quàm in morte feudatarij, & eius filiorum, descendentiumque legitimorum in præiudicium agnati proximioris, ipso non consentiente, & alienatio ipsius facta virtute talis assensus erit ipso iure nulla, nullumque sortietur effectum in præiudicium agnati proximioris post mortem ipsius feudatarij obtinẽtis talem assensum pro se, & suis filijs legitimè descendentibus, & quare.

57 Ius succedendi in feudo paterno non poterit auferi etiã iuramento feudatarij renunciantis interueniente, a filijs & agnatis, & quare.

58 Facere sine solemnitate necessariò requisita, & aliquid non facere, parificantur.

59 Venditio nulla ex defectu solemnitatis de iure non dicitur venditio.

Digitized by Google

60 *Alienatio facta non seruata forma legis, non erit valida, & ratio est: quoniam non seruata forma permissiua, succedit statim forma destructiua.*

DECISIO II.

Quæstio talis examinanda proponitur.

DOMINVS Neapolion Spinola possidens quoddam feudum paternum & antiquum (cùm illud pacificè ante ipsum semper ascendentes ipsius per ducentos annos possedissent) & cum tandem cõperisset, quòd propter innumera bella præcedẽtia amissa fuissent priuilegia, seu instrumenta inuestiturarũm ipsius feudi indulta eius ascẽdentibus ad Imperatorem tunc existentem (vt latissimè in priuilegio inuestituræ habetur) recurrens pro confirmatione, & noua inuestitura dicti feudi sibi & suis hæredibus legitimis, & naturalibus indulgẽda, illam benignissimè obtinuit propter obsequia recepta a dictis eius ascendentibus. Declarauitque ibi ipse Imperator in dictę concessę inuestituræ priuilegio: se illud concedere de nouo, attamẽ se velle illud fore in omnibus habendum tanquam feudum paternum, & antiquum, & quòd in ipso possint succedere omnes legitimi eius descendentes in infinitum: & quòd possit illud alienari in extraneos etiam, cum tandem hac inuestitura obtenta in vltimis constitutus condidisset testamentum habens tres filios (nempe Iacobũ, Baptistam, & Paulum) præcepit illis in dicto testamento, vt quilibet eorum, qui voluisset feudũ retinere pro se, vnicuique fratrũ reliquorum ipsius assignare cum effectu teneretur decẽ milia scutorum: Necnon & præcepit ibidem quòd nullus eorũ & descendentium ex ipsis in infinitum posset alienare dictum feudum in extraneam personam, nisi prius monitis omnibus ipsius testatoris descendentibus vsque ad tertiam generationem ipsius, scilicet ad pronepotes suos: addens, quòd si contrarium fieri per suos descendentes (pro tempore possessores dicti feudi) contingeret: ex nunc prout ẽst tunc alienatio ipsa esset nulla, & alienantes ipsofacto essent priuati dicto feudo, vel partę eius sibi de iure aliàs contingente: & illi succedãt proximiores agnati dictorũ alienantium. His peractis Dominus ipse Neapolion senior ex hac vita subtractus fuit: & conuentione inter dictos tres filios eius superstites habita, ipsi feudo succesit alter eorum fratrum nomine Paulus, & illud possidens per annos multos pacificè, habuit vnicũ filiom legitimum, & naturalem nomine Stephanum, qui successit in feudo mortuo Paulo eius patre: qui Stephanus habuit duos filios ex legitimo matrimonio, nempè Dominum Neapolionem

& Ra-

& Raphaelem: qui ambo fratres cum essent orbati dicto Domino Stephano eorum patre, petierunt confirmationē, seu inuestituram dicti feudi in suam personam ab Imperatore Maximiliano Secundo, tunc imperante, & illam obtinuerunt die 6. Maij 1566. & post nonnullos annos ipse Dominus Neapoliō iunior nepos dicti Domini Pauli, & pronepos dicti Domini testatoris mortuus est, superstitibus Domino Stephano & Domina Portia filijs legitimis, & naturalibus ipsius Domini Neapolionis, necnon Domino Raphaele dicti Domini Neapolionis iunioris fratre, & confeudatario: qui Dominus Raphael suscipiens administrationem totius feudi: eo quòd dicti eius nepotes adhuc essent constituti in infantili ætate, multa contraxit debita imprudētia sua, quę ascenderūt ad summam aureorum viginti quinque mill. & vltra: quapropter obligauit, ac vēdidit redditus dicti feudi: tradens suis creditoribus potestatem recipiendi fructus illius partim ad rationē sex pro centenario, & partim ad rationem septem pro cētenario: & hoc obligando, hipotecando, seu pignorando dictum feudum illis, non solum inconsultis alijs cōpronepotibus, videlicet Ioanne Angelo, & Iulio superstitibus dicti Domini Neapolionis senioris testatoris, verùmetiam dicto Domino Stephano dicti Raphaelis nepote, ac dicti Domini Neapolionis iunioris legitimo filio, & de iure confeudatario, & proximiore ipsius Domini Raphaelis agnato ad quem de iure tota pars feudi ipsius, quæ fuerat Domini Raphaelis deuoluebatur ipso mortuo sine legitimis, & naturalibus filijs. etsi asseratur in dicta venditione censuali, seu obligatione fructuum facta per ipsum Dominum Raphaelem affuisse assensum Imperatoris, quamuis etiam hoc negetur ex parte dicti Domini Stephani confeudatarij, eo quòd asseratur ipsum assensum fuisse concessum post mortem dicti Domini Raphaelis. At quoniam nihil ad rem hoc facere, nec contra ipsum Dominum Stephanum ex hoc posse concludi ex decisione præsentis quæstionis elucesceet. Hac controuersia omissa studebimus eo breuiori sermonis periodo, in medium afferre veram ipsius decisionem. At, vt facilius ei⁹ veritas dignoscatur, hic primum annotare curabimus arborem ipsius Domini Neapolionis senioris primi nouiter inuestiti, & testatoris, qui talis feudi inuestiturę confirmationem recepit cum suprascripta potestate.

Digitized by Google

Abbatis D. Alphonsi Villagut Arbor

Dominus Neapolion senior
filij fuerunt

Iacobus — Baptista — & Paulus

ex eo nascitur — ex hoc nemo nascitur — ex hoc

Laurentius ex eo — Stephanus ex eo

Ioannes Angelus, & Iulius. — Neapolion ex hoc — & Raphael ex hoc

nullus

Stephanus, & Portia

INuocato Sanctissimæ ac Indiuiduæ Trinitatis numine, atq; Beatissimę Deiparę Virginisque Mariæ, ac nostri Sanctissimi Patriarchæ Benedicti suffragio humiliter implorato, literis commẽdare studebimus quicquid ex vtriusque iuris apicibus, atque vtriusque censurę Doctorum votis excerpere pro decidenda proposita quęstione desuper indultum fuerit.

Firmissimè asseueramus Illustrem Dominum Raphaelem nõ potuisse obligare dicti feudi partem a se possessam sine consensu Domini Stephani eius nepotis, ac confeudatarij: Nec ipsum Dominum Stephanũ aliquo iure teneri ad soluenda debita contracta per dictũ Dominum Raphaelem super fructus, seu redditus dictæ eiusdẽ feudi partis olim possessæ a se, etsi sibi Domino Stephano de iure dicta pars tanquam agnato proximiori accreuerit: primò facta dicta obligatione expresse prohibita sub pœna priuationis dictæ partis feudi à Domino Neapolione seniore primo nouiter inuestito in dicto feudo: (prout latius in testamento eiusdem continetur) & secundò saltem interuentu mortis ipsius Domini Raphaelis cõfeudatarij decedentis sine filijs legitimis & naturalibus, quamuis ipse Dominus Stephanus repudiauerit hęreditatẽ ipsius Domini Raphaelis eius patrui, & cõfeudatarij: & ad hoc asserendũ meritò mouemur quinque rationibus, seu fundamentis vtrique iuri innixis. Quibus tamen pro maiori intelligentia asserendorum prẽmittimus hoc feudum (de quo agitur) dicẽdum sit antiquum & paternum, & non nouum, quãuis fuerit renouata inuestitura in persona Neapolionis iunioris, & ipsius Raphaelis fratrum & pronepotum Illustris Domini Neapolionis senioris, qui fuerat

Digitized by Google

fuerat inuestitus de tali feudo ab Imperatore Maximiliano Primo, post illius pacificam possessionē per ducētos annos habitam a suis ascendentibus ante dictam nouā inuestituram. & hoc ipsum affirmamus duplici moti conclusione verissima apud Doctores communiter recepta.

Prima conclusio sit: Illud feudum erit antiquum & paternum, & non nouum (quamuis fuisset
1 renouata inuestitura † ab aliquo moderno successore) quod fuerat acquisitum ab aliquo ascendente illius, qui nouissimè fuit inuestitus de ipso feudo, prout communiter docuerunt Doctores, fundati in cap.1.de succes. feudi. & in cap.1.§.paternum.de natura successio.feudi. vbi hæc habentur, videlicet: [Paternum autem voco, quicūque ex superioribus id acquisiuit.] vbi glos. in vers. paternum. Idem habetur in cap.1. de gradibus succes. & ibi per Doct. vltra quos idem docuit Curt.iun. in prima par. principij.tracta.de feudis, in octaua quæst.colum.2. versic. sub hac prima. dicens, hoc communiter doceri per Doctores, quē Curtium citat, ac sequitur Iulius Clarus in tract. feu. §. feudum.quæst.8.in princ.& Bald. idem docuit in cap.1.§.hoc quoque.nu.20.tit. de succes.feudi,& in proęmio lib.feudorum.nu.42.

Secunda conclusio. Regula est in iure verissima,& a Doctoribus tanquam talis amplexata cōmuniter, quòd quandocumque con-
2 cessio inuestituræ feudi † fit cum hac clausula, videlicet: Quòd ipse Imperator concedit feudum iure feudi antiqui,& paterni, prout fuit concessa inuestitura supradictis Dominis Neapolioni iuniori (patri Domini Stephani iunioris) & Domino Raphaeli fratribus ac legitimis & naturalib. filijs Domini Stephani senioris nepotis Neapolionis senioris,& testatoris: semper ipsum feudū erit dicendum antiquum,& paternū, & tanquam tale fore regulādum, prout semper Doctores docuerunt, inter quos sunt infrascripti, videlicet Bald. in cap.1.col.2.in fin.vers.extra nota. de alienatione paterni feudi.Iaco.Ardizo. in summa feudorum.in 2.par.2.par. princip.sub rubr.quid sit nouum feudum.col.1.vers.sed quæritur si vasallus. Aluarot.in c.1.§. his verò, col.2. vers.quæro ab extra.de succes.fratrum,aliàs de gradibus succed. in feudum. & in c.1.col. fin.versic.quęro,quòd si detur.de vąsall.decrepit. ætate. & ibi Præpositus in Præludio feudali. col. 14. versic.Bald.quærit hic. Mart. Laud.in c.1.de alienatio.paterni feudi.col.14. & nota secūdò.Bal. & ibidē rursus Præpositus,col.2. vers.ideo dicit Bal.Alex.in consi. 30. col.3. vers.fortius dixit Bald. vol.1.cons.2.col.2.in fine.vers.fortius: Hoc ipsum docuit Duenas in regula 323.Iason.in cons.1.volum.3.& in vsibus feudorum.nu. 90. communem dicit, quod confirmauit Anton. Gabr. in suo excellenti tract.conclus.lib.3.tit.de feudis, conclus.1.in princi.& Iulius Clarus in dicto §. feudū.q.8. versi.sed hic occurrit, asserens ibi com-

communiter receptam. Bald. ſententiam ſupradictam in dicto c. 1. de alienat. feud. pater. vbi & recenſuit quamplures alios Doctores idem ſentientes.

His ergo premiſſis ad declarationem dicti feudi, de cuius ſucceſſione agitur: ſupereſt modò, vt quinque fundamẽtis, ac rationibus veriſimis innito, ac fundari ſupra recenſitam noſtram ſententiam, ſiue deciſionis prçſentis quæſtionis probemus.

Primum ergo fundamentũ eſt. Quoniam cùm feudum gratioſa
3 cõcellio dicatur, † inde ſequitur, quòd de iure non poterit auferrì per Imperatorem ab eo, cui de iure ipſum competit. At cùm de iure totum feudum competat ipſi Domino Stephano iuniori, poſt mortem dicti Domini Raphaelis etiam aliter diſponente, ſi dictus Dominus Stephanus non conſenſerit eius diſpoſitioni. Inde ſequitur, nõ potuiſſe Imperatorem inuito Domino Stephano tribuere facultatem Domino Raphaeli, vt poſſet alienare, ſeu obligare dicti feudi medietatẽ in vita ſua poſſeſſam, & ſolùm vita eius durante ſibi competentem: cùm feudatarius
4 † comparetur à Doctoribus vſufructuario, ſtante prohibitione alienandi ipſum feudum ſine cõditionis alicuius addictę obſeruãtia. Et quòd Imperator † hoc
5 non poſſit: probatur duplici medio. Primò enim per text. in c. 1. de feudo ſine culpa nõ amit. & in c. 1. de natura feudorũ. Idẽ probatur & ſecundò Doctorum auctoritate infraſcriptorum. Nam glo. ſingul. in dicto c. 1. de natura feudorum. & gloſ. fin. in dicto cap. 1. in fine. de his, qui feud. dare poſſ. hoc ipſum docuit. Idem docuit Bart. loquens generaliter de omni dominio vtili, in l. quicunque. C. de fun. pater. lib. 11. Bal. in cap. peruenit. extr. de iureiuran. & in c. 1. col. 1. ext. de probat. & in c. 1. per illum textũ, de natura feud. & in conſi. 327. col. 4. vol. 1. per totum. Paulus de Caſt. in conſil. 46. col. fin. vol. 2. Felinus in c. quę in Eccleſiarum. col. 19. & ſeq. de conſtitu. Beltran. in conſ. 15. col. 1. volum. 1. Ioannes de Platea in d. l. quicunque. Aymo in conſ. 135. colum. 2. Panormitanus in c. quæ in Eccleſiarum. col. pen. in fine. verſ. & ex hoc ſoleo dicere. de conſtit. Romanus in conſ. 352. in fine. Idipſum docuerunt quamplurimi Doct. ſigillatim recenſiti ab Ant. Gabr. in tract. concluſ. lib. 3. titul. de iure quæſito nõ tollendo. concluſ. 5. nu. 33. verſic. inferri poteſt. Ad hoc ipſum probandum accedit nouiſſimus omnium Doctor Iulius Clarus in §. feudum. q. 59. in princ. dicens, quòd cum vaſallus ſit dominus vtilis ipſius feudi, Princeps, etiam ſi ſit Imperator, non poterit illud dominium ſine cauſa ab eo auferre, eo ma-
6 gis cùm feudum † dicatur cõtractus, & ſecundum communes regulas Princeps ex contractu obligetur, ſicut priuatus. Idipſum docuit Boerius in deciſ. 211. nu. 23. Idem docuit Andr. ab Iſer. comparriota noſter in c. conſtitutionem. tit. de reuocatione feudorũ, & rerum feudalium in lib. 2. Cõſtitutio-

stitutionum Regni Neap. in verſ. confirmetur. in fin. dicens, rationé huius eſſe, quia reſcripta Prin
7 cipũ † ſunt concedenda ſine aliorum iniuria, & præiudicio, vt docuit tex. in l. 2. C. de iure fiſci. Idẽ docuit Caſſaneus in rub. 3. *Le Seigneur dufief.* fol. 422. nu. 17. citans ad hoc ipſum probandum Alex. in conſi. 30. col. 2. vol. 5. Et horum ratio talis reddi poterit, quoniã Imperator, vel Papa aliquid concedendo alicui non intendit aliquem in iure ſibi acquiſito lędere: quia priuilegium graue non datur in præiudicium alterius, vt in cap. in his. & in c. dudum. de priuilegijs. & in c. ex tuarum. in fine. extra de vſu pall.: cum alijs iuribus ibidem relatis à gloſis ipſorum. Idem habetur in l. 2. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco publico, & in l. 2. ff. de adminiſtr. tut. impub. & in l. nec auus. C. de emancip. liber. & in l. quotiens. C. de precib. Imper. offer. & alijs paſſim citatis a Doct. communiter in dictis iuribus.

Secundum fundamentum eſt. Quoniam in feudo (de quo agi-
8 tur) datur ius accreſcendi, † ſeu repreſentandi feudãtariorũ mortuorum perſonas: ſiue (iuxta Bal. doctrinam locis infra citãdis) ius inueſtiturę primi parentis, ſeu aſcendentis: & ſic (in caſu noſtro) Domini Neapolionis ſenioris proani dicti Domini Stephani iunioris filij dicti D. Neapolionis iunioris pronepotis dicti D. Neapolionis ſenioris teſtatoris: ita vt meritò, & iuridicè ſit dicendum, quòd dictus Dominus Stephanus iunior ſuccedere de iure debeat in locũ dicti Neapolionis iunioris eius patris; Ac per hoc non ſolum in medietate feudi competentis dicto Neapolioni iunìori: verũ etiam in alia medietate feudi ſupraſcripti antiqui, & paterni, poſſeſſi a Domino prędicto Raphaele in vita ſua,
9 ipſo poſtea decedẽte † ſine filijs legitimis, & naturalibus, prout apertiſſimus docuit textus in c. 1. §. his verò. de ſucceſs. fratrum, vel gradib. ſucced. in feudo: quod & confirmauit alius textus in c. 1. §. hodie. de ſucceſſ. feudi, & quòd hoc noſtrum fundamentum fuerit veriſſimum, probatur quoque Doct. auctoritate infraſcriptorũ (vltra Doct. ſcribentes in dictis iuribus.) Nam Cardin. Alex. hoc docuit expreſsè in d. §. his verò. col. 1. & fin. Ioannes Faber in §. cum filius. col. 1. inſtitu. de hered. quæ ab inteſtato defer. & ibidem Angel. col. 2. Glo. in cap. 1. §. 1. in verſic. ſolus. De natura ſucceſs. feud. Corneus in Authen. Poſt fratres in fi. C. de legitimis hæredibus. Iaſon in l. ſi auiæ. col. 2. C. de ſucceſ. edict. & in l. ſi duo. in fine. ff. de iureiuran. Bal. in conſi. 185. & in conſi. 195. vol. 3. Corneus in conſi. 24. col. fin. vol. 2. Abbas in conſi. ſuo 65. col. pen. nu. 6. vol. 1. Iaſon in l. is poteſt. col. 6. & ſequen. ff. de acquir. hæred. Fulgoſ. in conſi. 8. in fi. Aretinus in conſi. 164. col. 1. Afflict. ſuper conſtitu. Regni. fol. 208. col. 4. Corneus in conſ. 131. nu. 10. vol. 2. Curtius in tract. feud. in 3. par. col. 21. & ſequenti. & col. 39. Aluarot. in c. 1.

col.

y Google

col.pen.de natura ſucceſſ. & in c. 1.§.1. col.2. de gradibus ſucceſſ. in feudis.Alex.in l.Gallus. §.quidam rectè.col.pen. ff.de liber. & poſthu.& in conſ.51. col.3.vol.4. Pariſ.in conſi.2.col.pen. vol.1.& in conſi.3. col.pen.eo. vol. Tiraquel. de iure primogen. quæſtio. 40. num.18. Idem docuit Iulius Clarus in §.feudum. quæſt.66. in verſ. aut verò vaſallus, dicens, q; ſi feudum ſit antiquum erit veriſſima conclusio noſtra per omnes Doct. approbata, vt docuit Curtius iunior in dicta quinta par. in 3.concluſione. Hanc eſſe communem opinionē atteſtatur Alexan.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.col.15. ff.de damno infecto: prout illum refert Decius in conſil.252. poſt nu.6. Præpoſitus idē dicit teneri communiter in d.c. 1.§.pen. quem refert Zaſ.in tract. de feudis in dicta decima par. in 2. particula. concluſione 5. Idem docuit rurſus ipſemet Iulius Clarus in quæſt.77. Vbi peculiariter hanc quęſtionem diſputat.In cuius fauorem facit id, quod in l. vnica. C. ſi liberali Imperat. ſocius.lib.10.habetur.Vbi ipſe Imperator ſtatuit, quòd ſi quis ex
10 his, † quibus communiter aliter ab eo donatum eſt, nullo hærede relicto deceſſerit, ad conſortem potius,quàm ad perſonam aliam pars decedentis pueniat: & ideo ponderādus erit dictus textus in d.l. vnica. vbi Imperator ſimpliciter loquitur in donationibus factis ab Imperatore, habeat locū in feudis,quæ cōmuniter a Principe fuerant conceſſa: & infra-

ſcripti Doct. tenuerunt quòd ſic: de quorum numero eſt Bal. in l. vnica. nu.15. C.de caducit. toll. cuius opinionem dicit eſſe communem Iaſon in l. ſi mihi, & Titio. col.3. nu.6. verſ.tertiò fallit. ff. de verb. obligat. qui etſi prius aſſeruiſſet hanc eſſe communem Doct.ſententiam: poſtea ibidem in col.4.verſ.contrariam tamen. nu.7. ſubintulit, quòd contraria ſententia ſit verior de iure: ita q; etiam in feudo conceſſo duobus ab Imperatore,vel ab alio ſupremo Principe, non habeat locum ius accreſcendi; ſed portio feudi deficiens reuertatur ad directum Dominum, prout docuerat Cynus in l.vnica.ad fi.C.quando nō peten.par.& ibidem Salicetus in nona quæſt.Idem tenent And. de Iſer.Iacob.Aluarot. Mar.Laud.in c.1.ad finem. De duob.fratribus a Cap.inueſt.And. de Iſer.in c.1. de beneficio fratrum.Addens ipſe Iaſon, quòd talium ſententia in puncto iuris ſemper ſibi viſa fuerit verior de iure: quam ſententiam ipſemet Iaſon rurſus fuit tutatus multis medijs in repet.l. re coniuncti. ff.de legat.3. Attamen ſi in vtroque loco ponderen tur verba ipſius Iaſonis (prout tacitè videtur nobis Iulium Clarū, vbi ſupra ponderaſſe) proculdubio in caſu noſtro ipſum Iaſonem nobiſcum ſentijſſe animaduertere vnuſquiſq; quàm facillimè poterit: Nam ipſe in confirmationem talis ſententiæ prolationis vſus fuit his præciſis verbis,volēs ſatisfacere Doctoribus contrarium ſentientibus,& dixit, quòd

textus

textus in l.vnica. C. quando non peten.par.loquatur solum in mera liberalitate Imperatoris, & sic in mera, & pura donatione, quod nõ poterit de feudo ratione cuius feudatarius tenetur ad seruitia, & homagia exhibenda Domino directo ipsius feudi; quasi ipse Iason tacitè innuerit, quòd si reperiretur aliqua concessio feudi facta ab Imperatore cum expressa concessione (prout fuit concessio facta dicto Illustri Domino Neapolioni seniori, & filijs, & successoribus in futurum, vt latissimè ex contextu verborũ priuilegij inuestituræ ipsis concessi probatur) asserendo, quòd non teneatur ad aliquod seruitium, aut homagium; non haberet locum sententia Cyni, & Salyc. qui vtique videbantur expressè aduersari præsentis nostri fundamenti veritati. Concluditur ergo Iasonem potius fauere nostro fundamẽto quam ipsi aduersari: cui, & ante ipsum expressè fauerunt sequentes Doctores, videlicet Bart. in l.1. C. si liber. Imper. in prima quæstione, referẽdo qõnem ad textum, per dictum text. in d.l.vnica. C. si liber. Imper. soci. lib. 10. afferens ad hoc ipsum probandum hanc rationem, scilicet, quia beneficia † Principum sunt latissimè interpretãda. vt in l.fi.ff.de constitu.Princ. & in c.cum dilecti. extra de donat. & in c.quia circa. de Priuilegijs. & in c.olim tibi. de verb.signif. Ad hoc ipsũ facit text. valde notabilis in l.fin. circa mediũ. C. de Propo. agen. lib. 10. vbi singulariter 12 text. alle dicit, absurdum † esse & temerarium libertatem non augeri, sed astuta interpretatione Dñi coarctari, & per illã l.vnicã. infert Bar. ipse multum singulariter. in l.vnica. C. de caduc. toll. vbi & Bal. in §. in primo. col. pen. 13 asserentes, q̃ si feudum, † vel emphiteosis cõcederetur a Principe duobus (prout in casu nostro) in eadẽ inuestitura, q̃ inter eos haberet locũ ins accrescẽdi: & ideo ſm eos, si duo fratres essent facti Marchiones, vel Duces vnius Prouinciæ: tunc haberet locum ius accrescendi inter eos: & ratio secundum eosdem est, quia hoc est feudũ Imperiale, per dictam l.vnicam. iuncto c. 1. quis dicat. Dux, Comes, vel Marchio in vsibus feudi. & quòd inter feudatarios habeat locum ius accrescendi docuerunt expressè Bal. Iacobus Aluarot. & Card. Alex. in c. 1. de fratribus de nouo beneficio inuest. Et latius ipsemet Bal. in cap. 1. de duobus fratribus a Capit. inuest. in feudo. Idipsum docuerunt Bal. Cumanus, Pau. de Cast. & latissimè Alex. in dicta l. si mihi & Titio colum. 2. nu. 7. versic. tertiò fallit. Qui Cumanus ibidem fatetur se ita respondisse interrogatus nomine Venetorum. Alexan. autem respondens ad motiua allata per Iasonem dicentem, quòd non reperiatur ius accrescendi in iure feudorum, & ideo q̃ non debeat ipsum concedi in feudis: dixit, q̃ vbi in iure feudorum non reperitur aliquod decisum specialiter contra ius commune, standum erit 11 licet, quia beneficia † Principum sunt latissimè interpretãda.

14 erit decisioni † iuris communis: vt in dicto c. 1. de gradibus ſucced. in feudo. & not. ibi glo. 1. in qua ponderat ibi Bal. & eſt melior textus in c. 1. in fi. de ſucceſs. feudi noui. per Bal. in l. fin. C. de ſuis. & in l. cum oportet in princ. C. de bo. quæ liber. At quoniam in vſibus feudorum nõ reperitur textus prohibens ius accreſcendi in conceſſionibus factis a Principe, ergo, &c. ad hoc accedit quod ipſemet Alex. addidit vbi ſupra, quod idipſum eliciatur ex notatis per Bal. in præludijs feudorũ,
15 vbi concludit, quòd feudũ † poſſit appellari gratia. Idem docuit Ang. in l. vnica. C. quando nõ pet. par. Aretinus in conſi. pen. incip. Magnifici, & Excelſi Domini. in 4. col. & latius Franciſcus de Curtis in conſi. 49. incip. Memoriæ recolendæ Dux Mediolani Tertius, col. 34. & ſequen. Idẽ eſt de mente Bar. in d. l. ſi mihi & Titio. col. vltima. Idem Gratus in conſil.... nu. 14. lib. 1. Socinus iunior in conſil. 73. num. 22. & ſequenti. lib. 1. Idem docuit rurſus Iulius Clarus in q. 77. verſ. ſed certè credo. dicens, quòd dicta opinio Bart. Bald. & ſequacium ſit ma-
** gis communis, & verior, quòd ſcilicet in feudis a Principe con-
16 ceſſis † habeat locum ius accreſcendi: cum enim in alijs conceſſionibus Principum ita reperiatur cautum de iure communi, illi ſtandum fore ait etiam in feudis: ex quo expreſsè non reperitur iure feudorum diſpoſitum in contrarium. Attamen pace tantorum virorum dixerimus: Ponderanti, beneque libranti ſenſum verborum c. 1. §. Et quia vidimus de perſonis. verſic. cum verò. De his, qui feudum dare poſſ. præforibus apparebit, quòd etiam de
17 iure feudorum detur ius † accreſcendi in feudis. Hæc enim præciſa verba ibi habentur, videlicet. [Cum vero Conradus Romã proficiſceretur petitum eſt a fidelibus, qui in eius erant ſeruitio: vt lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio extendere dignaretur: & vt frater fra-
18 tri ſine legitimo hærede † defuncto, vel filio beneficio, quod eorũ patris fuit ſuccedat.] hęc ibi. Quę omnia militari in caſu noſtro per ſe patet, cum agatur de ſucceſſione nepotis in parte patrui ſui defuncti ſine hærede, & in feudo conceſſo duobus fratribus, alter quorum mortuus fuit relicto hærede, reliquo mortuo ſine hærede. Idipſum in caſu noſtro, ſcilicet, in feudo antiquo & paterno docuit ibidem Glo. in verſic. frater. Hoc ipſum elicitur ex text. in c. vnico. De fratribus de nouo beneficio inueſt. arguẽdo a contrario ſenſu (quod in iure eſt fortiſſimũ) hæc enim habentur in principio dicti c. vnici, videlicet [Si duo fratres de nouo beneficio, & non de paterno ſimul inueſtiti fuerint, vno ſine hærede defuncto, ad alterum non pertinet eius beneficij portio.] Ex quibus verbis apertiſſimè colligitur Imperatorem declaraſſe, quòd etſi dixerit, quòd quando aliquod feu-
19 dum fuiſſet conceſſum † duobus fratribus, altero decedente ſine

filijs

filijs ius ipsius feudi non accrescat reliquo fratri: solum hoc voluit intelligi quãdo sumus in feudo nouo, non autem in paterno, vt est feudũ, de quo agitur: quasi expresse declarauerit, quòd quãdo feudum est paternum: ius debeat accrescere alteri fratri. & sic nepotibus, & alijs descendentibus: cum in vtroque feudo sit dare rationem differentiæ. In feudo enim nouo tantũmodo considerata fuit nobilitas, seu obsequiũ illorum duorum fratrum: in quorum gratia fuerat facta concessio dicti feudi. In antiquo verò & paterno renouato per cõcessionem factam duobus fratribus non solum fuit habita ratio meritorum ipsorum duorum fratrũ, verum etiam ipsorum ascendentis primi inuestiti, cui facta fuerat dicta concessio. Quapropter non sine misterio Imperator in d.c.1. apertissimè innuit, quòd ius accrescendi non cõcedatur reliquo fratri quãdo beneficium, seu feudum fuisset nouum, idest, de nouo concessum ipsis fratribus: & in hoc verificari intelligẽda erit supra recensita sentẽtia Iasonis, & eorum quos ad hoc ipse ibi citauit. Quapropter remanet conclusio firmissima, quam in præsenti nostro fundamento attulimus: eo magis, quòd & subsequentes Doct. idipsum docuerunt, videlicet. Euerardus in sua iuris Topica in loco a feudo ad emphiteusim. Nicolaus Boerius in decis. 214. nu. 3. in vers. & pro hac decisione. Concludens post Bal. in d. c. 1. not. 1. quòd etiam in feudo nouo detur ius accrescendi fratri superstiti; quando communi nomine fuit acquisitum. Nec nõ quando Imperator voluisset remunerare vtrunque: quoniam in vtroque casu non obstante dicto c. 1. de succes. duorum fratrum in nouo feudo concedetur ius accre-
20 scendi † superstiti fratri, quando frater mortuus non habuisset filios: quod & in casu nostro contigisse per se patuit: quamuis (vt diximus) feudum de quo agitur, etsi fuerit renouatum duobus fratribus: tamen fuerat antiquum, & paternum: & sic nulla remanet modò dubitatio in casu nostro, quòd detur ius accrescendi: prout etiam docuit expresse Bal. in c. 1. §. fin. De feudo Marchiæ Ducatus & Comitatus: dicens. Nota ex isto §. quòd in nouo feudo non habet locum ius accrescẽdi, neque ius successorium, & est ratio, quia feudum respicit solummodo suum stipitẽ. De antiquo-
21 autem feudo † ibidem loquens ipse Bal. in num. 4. dicti c. 1. asseruit, quòd mortuis sine hærede descendentibus, qui feudum possidebant, retrocedet feudum ad cohæredes, & quidam dicũt vsq; ad quartum gradum, quidam vsque ad septimum; & quidam in infinitum beneficio inuestituræ primi parẽtis, respectu cuius omnes isti sunt descendentes, prout docuit Iacobus de Belu. & addit ipse Bal. ibidem num. 5. vers. vlterius nota. dicens vlterius nota, quòd illud, quod aliquãdo appellatur ius accrescendi magis propriè dicitur ius inuestituræ primi

22 primi parentis : quòd ſic vel ſic deſcendit, & addidit ibidem vltimo loco in eodem cap. num.6. verſ. ſed ſi per directum, quòd no tãdum ſit valde: quia poſſibile eſt quotidie accidere in ſucceſſione Illuſtrium Comitum, & Baronũ: qui ab Imperatoribus habuerunt feudum iam ſunt quingẽti anni, quòd mortuo vltimo Comite ſine hærede, ſuccedant quicunque agnati, etiã ſi ſint centeſimo gradu : quia feudum eſt paternum,
23 † & idem dicitur in ſucceſſione Regnorum: quia ſi moreretur tota domus Regia, & ſtaret vnus de ſanguine antiquo ipſius familiæ, & non eſſet alius proximior; eſto, quòd eſſet milleſimo gradu : tamen iure ſanguinis ipſe ſuccederet : Idipſum idem Bald. repetijt in cap. 1. §. hoc quoque, nu. 1. 2. 3. & ſequentibus. de ſucceſſ. feudi, dicens, quòd per alienationem
24 † feudi paterni feudum reuertitur ad agnatos, prout per ipſum textum docuit Iacobus de Bel. in cap. Imperialem. in fine princ. de prohibit. feudi alien. per Fed. & hoc ipſum notatur in ipſo textu, & in c. 1. §. ſed & res. Per quos fit inueſtit. & idem docuit Gl. in dicto cap. Imperialem. in princ. incip. Si autem. & tenuit Andr. de Iſer. in cap. 1. ſi vaſallus priuetur feudo, cui defer. & ibidem vbi ſupra Bald. addidit, dicens, ꝙ quotieſcũque feudum eſt antiquum, per alienationem factam deuolnitur feudum ad agnatos omiſſo domino: & huius cõcluſionis prima ratio ſecundum eundem ibidem nu. 3, eſt, quia talis alienatio videtur prohibita non tam fauore domini, quàm familiæ agnatorum, in honorem, ſcilicet familiarum, vt in l. 1. §. 1. ff. de ven. inſpic. Secunda ratio eſt, quoniam agnatus olim præferebatur domino in prohibitione alienationis. ergo & in reuocatione : quia potior eſt in iure prohibendi, debet eſſe potior in iure reuocandi: Argumentũ in l. in cõcedendo, & in l. In diem. ff. de aqua pluuia. Tertia ratio eſt, quoniã vaſallus quando peccat in alium, quàm in perſonã Domini, agnatus prefertur domino, vt in cap. ſi vaſallus. An ille, qui interfecit fratrem domini ſui: quæ quidẽ rationes approbatę fuerunt, & ab ipſo Iacobo de Belu. vbi ſupra. Idipſum docuit Bal. in cap. Imperialis. §. ſatis bene. num. 2. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. vbi dixit, ꝙ feudum reuertitur cũ ſuo ordine formali, & non alteratur ex facto morientis ſine hærede, quod & repetijt ipſemet Bal. in c. 1. col. 4. nu. 5. Si vaſallus feudo priuetur, cui deferatur, dicens, quòd ſi feudatarius alienat feudum contra naturam ipſius feudi, ſi quidem domino conſentiente, tunc feudũ aperitur in cohæredem (in caſu noſtro contigit) & non in dominũ, quod & tertiò repetijt in c. 1. §. & quia vidimus. De his, qui feud. da. poſſ. rationes verò alias iſtius iuris accreſcendi per agnatum in feudo paterno per mortẽ patrui, vel aliorum aſcendentium. aſſignauit idem Bal. in d. §. & quia vidimus. col. 4. verſ. Item ius accreſcẽdi. Vbi loquens de iure accre-

ſcendi

scendi dixit hoc prouenire, & quarto ex natura inuestituræ. vt in c.si Capitanei. de feudis Marchiæ: & ꝙ sit prouisio legis suplens factum hominis, vel ipsum interpretans: quia sicut si a principio fuisset vnus hęres, totum habuisset. Ita dicendum erit (inquit Bal.) si res recidat ad vnum, vt in l. sicut. in fin. ff. quod cuiusq; vni. & subdidit, quòd glo. docuit in
25 eodem c. quòd † frater mortuus instituens hæredem extraneu, superstite alio fratre, nõ ipsum priuabit portione, quæ erat apud morientem. Idipsum rursus docuit, alijs tamen verbis, ipsemet Bal. in c. si quis miles. (& est constitutio Imperatoris Lotharij) nume. 12. De Constitutio. Lotharij asseuerans, ' quòd in feudis filius fratris præmortui dicitur constitutus, & succedere in cella patris: patruus verò non habens filium (vt in casu nostro) non dicetur habere cellam, nisi in se ipso, & ideo filius fratris dicitur proximior per fictionem, quo ad gradum, & per veritatem quo ad effectum. Idipsum docuit compatriota noster Excellentissimus feudista Andreas de Iser. in capitulo primo, de natura succes. feud. columna quarta, & numero decimoquarto, versiculo nunquid nepos ex filio. Vbi dixit, quòd filius fratris pręmortui in feudo diuisibili succedit cum patruo, quia tenet locum patris sui præmortui, cum paternum ingrediatur gradum. Quapropter apertissimè colligitur (vt docuit postea Ioannes Baptista Vicemala in suo consilio incip. Videretur prima fronte. numero 73. vers. vnde satis, & sequẽ. quod reperitur primum inter consilia diuersorum Doct. in materia de
26 feudis) ꝙ satis sit agnato † probare se descendentem ex primo acquisitore, & dicere, ꝙ vult feudum descensum a cõmuni ascendente primo acquisitore: cũ hoc facere possit ex gratia, & priuilegio sibi concesso, per tex. in c. 1. an agnati vel filij. Ex quibus omnibus coniunctis colligitur luce meridiana clarius Dominum Stephanum iuniorem filium legitimum & naturalem Domini Neapolionis iunioris, & nepotis dicti Domini Raphaelis fratris dicti Domini Neapolionis iunioris, fuisse, & esse agnatum proximioré ipsius Domini Raphaelis eius patrui defuncti sine filijs legitimis, & naturalibus: ac per consequens ipsi Domino Stephano iuniori de iure competere ius accrescendi, vt apertissimè quoque colligitur ex text. in l. prima, C. quando non pet. par. peten. accres. & in l. qui plur. ff. de vulgaris, & pupill. & alibi sępè legitur. Nam & ius accrescendi poterit dici subrogatio hæredis in locum prioris, qui non existeret: ex duobus enim, aut pluribus institutis hæredibus, si vnus eorum deficit, & sic hæres non existit, portio sua cohæredibus
27 accrescit, † & sic in illius locum subrogatur. Nã ipsum ius accrescẽdi nõ est simpliciter in se dispositio testatoris, sed legis, vt in l. si in testaméto, ff. de vulg. & pup.

Digitized by Google

prout etiam docuit Paulus Leonius in tract. de ſubſtitutionibus. quæſt. de vulgari ſubſtitu. num. 11. & 16. Idem docuit Caſſaneus in conſuetu. Burgund. ſub titu. Enchoſes feudales. §. 5. fol. 438. num. 13. dicens, quòd non extantibus filijs, aut alijs deſcendentibus in proximo gradu ſuccedunt fratres, vt in §. 1. Inſtitu. de legit. agnat. ſucceſs. Addēs quòd ſi in feudo nouo non ſuccedat frater alteri fratri, nec alij tranſuerſales, vt in capitulo primo, de feudis Marchiæ: Aliud tamen eſt dicendum in feudo antiquo, quia
28 ſuccedunt tranſuerſales † etiam in milleſimo gradu. Et quidem hoc dixerunt ſupra citati Doctores fundati in capitulo primo, §. hoc quoque, de ſucceſſ. feudi. Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Hoc quoque obſeruatur, vt ſi frater meus alienauerit partem ſuam, vel fecerit inueſtiri filiam ſuam, ſi moriatur ſine hærede maſculo, nihilominus reuertitur ad me: & olim obſeruabatur vſque ad quartum gradum tantum, ſecundum quoſdam: hoc ideo, quia poſtea non vocatur feudum paternum: alij autem dicunt vſque ad ſeptimum gradum.] hæc ibi. Hodie tamen (& meritò dicemus) vſque ad gradum infinitum, vt apertiſſimus docuit textus ad verbum in capitulo primo, §. hoc quoque ſciendum. in fine. De ijs, qui feudū dare poſſ. vbi glo. & Doct. vnanimes hoc docuerunt. Idipſum apertiſſimè habetur in c. 1. §. his verò. de ſucceſ. fratrum. Vbi hæc ad verbum habētur, videlicet. [His verò deficientibus vocantur primò fratres cum fratrum præmortuorum filijs: deinde agnati vlteriores: quod ita intelligendum eſt, ſi feudum ſit paternum.] hæc ibi. Et quamuis innumeras alias Doctorum auctoritates idipſum confirmantium in medium afferre potuiſſemus in fauorē veritatis huius noſtri fundamenti ſecundi: ipſas tamen miſſas facientes, ſtudio breuitatis ad afferēdum tertium noſtræ ſententiæ fundamentū accingemur.

Tertium igitur fundamentum eſt. Quoniam Dominus Neapolion ſenior meritò potuit prohibere alienationē dicti feudi ſuis deſcendentibus in infinitum cum dicta conditione inſerta in eiuſdem condito teſtamento: cum etiam potuiſſet de iure prohibere alienationē eorum legitimæ: quoniā talis prohibitio procul dubio vergat ac tendat in fauorē deſcendentium ab ipſo ac dicti teſtatoris familiæ vtilitatem: ne eſſent ipſi poſteri proni ad diſſipanda bona dicti feudi ſibi relicta & ſucceſſoribus ſuis, & hoc tanquam de iure communi veriſſimum comprobatur, quàm virtute priuilegij dicto Neapolioni ſeniori primo inueſtito teſtatori indulti ab Imperatore de diſponendo de ipſo feudo tam in vita, quàm in morte prout voluiſſet ipſe teſtator: cum nec hoc repugnet iuri communi, immo ſit ſecundum naturam feudi. Vt paulò poſt latius probabitur. Quo ſtante (cum duo vincula magis ligēt)

omni-

omnino de iure fatendũ erit Dominum Raphaelem eo ipso quòd alienauit dicti feudi partem inconsultis Domino Ioanne Angelo, & Iulio compronepotibus ipsius testatoris, transgrediẽdo prę ceptum ipsius testatoris, fuit ipso iure priuatus dicta parte feudi sibi aliàs competente, taliter disponente dicto testatore: nec nõ & iuris communis præcepto.

Et quòd potuerit ipse testator
29 † prohibere descendentibus etiam alienationem legitimę propter supra allatam causam apertissimè colligitur ex textu in l. filijs matrem. C. de inofficioso testamento. & in l. si emancipatus. ff. de bono. poss. contra tabulas. & in l. si quis in suo. C. de inofficioso testamento, prout etiam ibi, & alibi Doct. sępe dixerũt, de quorum numero est Bart. Bal. Salicetus, & Pau. de Cast. in dicta l. si quis in suo. Idem docuit rursus Bar. in l. cum ex filio. ff. de vulgari, & pupil. & ibi Ang. Imo. & Pau. de Cast. dum volunt, vt quatenus prouisio illius legis contineat filij prouisionem, non porrigatur. Et istam limitationem sequitur Alexan. in dicta l. quoniam in prioribus. in apostillis ad Bart. Idem docuit Cassaneus in consuetu. Burgund. fol. 244. columna tertia, Guald. caut. 16. de leg. Ex quibus omnibus infertur id, quod diximus, quòd scilicet, prohibitio alienationis etiam illegitima facta a parẽte cum causa: quia cognoscit filium minus industrioſum, & non benè res suas administrantem: ex quo dicitur continere filij prouisionem & fauorem, & nõ incommodum: tolleratur, nec de legitima reijcitur, vt notat Pau. de Cast. in cõsilio septuagesimoseptimo, incipien. Visis. colum. secunda, quem refert & sequitur Pau. Pic. in l. in quartam. columna quadragesimatertia, ff. ad l. Falcid. & defendit opinionem Pau. de Cast. ab obiectis. Idem docuit Ioannes Crotus in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legat. primo, & ibi Iason columna quarta, Ioannes Antonius Alexan. in consilio vigesimoseptimo, columna prima, in fine, & sequen. & in consilio octauo, columna prima, Ferrat. cautela 35. Ruin. in consilio 136. columna quinta, volumine secundo, Bero. in quæstione 87. Ripa in dicta l. filiusfamilias. §. Diui. numero 28. versic. limita. & ibi Ruin. columna 12. Ioaz. columna 8. & 9. Apostilla ad Alciatum in prima regula, in secunda Præsumpt. numero 3. Decius in consilio 442. numero 28. versic. nec huic conclusioni, vbi dicit communem esse opinionem, quòd
30 alienatio † huiusmodi facta a testatore sit ipsi iuri communi consona: & per consequens talem subsequentem alienationem esse de iure nullam: cum hoc probetur apertissimè per textum in capit. Imperialem. De prohibit. feud. alien. Vbi latissimè per Doctores. Idipsum probatur auctoritate Bart. in l. generaliter. §. si peritum. ff. de fideicommiss. lib. vbi inter alia dixit, quòd si Baro
31 † vel Comes prohibeat filio, vel

alijs inſtitutis alienare vaſallos: ex quo talis prohibitio cenſetur facta fauore, & commodo vaſallorum. In caſu alienationis, & ſic contrafactionis (vt verbis eiuſdem Bart. vtamur) videtur relicta liberatio vaſallis: & tunc inducitur liberatio vaſallorum a ſubiectione, & ſic a ſuperioritate Domini. & ita voluit Bart. ſe fundando in dicto §. ſi petitum. vbi iſtud deciditur in ſeruo. Ad hoc ipſum probandum accedit, quòd de iure communi, abſque prohibitione teſtatoris, Domin⁹ prohibetur alienare vaſallos inuitos; quia eorum intereſt non mutare Dominum. textus eſt in capitul. præterea ducatus. De prohibita feud. alien. per Feder. Idipſum docuerũt infraſcripti Doctores, videlicet Glo. in l. inuitus. ff. de fideicommiſ. lib. Specul. in titu. de feud. §. quoniam, verſiculo vigeſimonono, & ibi Ioãnes And. in addit. quæ incipit. & hanc rationem nota. Bal. in capitulo primo, §. ſi quis miles. in primo not. per illum textum. Quo tempore miles. & in l. in teſtamento. C. ad l. Falcid. & in capitulo ſi in generali. Si de feudo fue. controuer. inter Dominum, & agnatum. & in capitulo primo, circa finem. extra de reſtitut. ſpoliat. Bal. rurſum vnà cum Salic. & Pau. de Caſtro in l. debitorum. C. de pactis. Abbas in capitulo auditis, columna ſexta, extra de præſumpt. Alexan. in l. ſecunda, in principio. ff. ſoluto matrimonio. Ex his ergo elicitur argumentum a maioritate rationis, ſic dicendo. Cum 32 in caſu noſtro concurrat † prohibitio legis cum prohibitione teſtatoris. Inde ſequitur, quòd talis prohibitio etiam ſine cauſa valeret, vbi aliàs non valeret: & ratio eſt in promptu: quoniam duo vincula magis ligant, prout etiam latiſſimè docuit Iaſon in l. filiusfamilias. §. Diui, columna ſexta, numero 66. & ſequenti. ff. de legat. primo, qui ibidem, numero vigeſimoſexto, verſiculo tu potes dicere, quod & repetijt ipſe Iaſon ibidem, numero quadrageſimoprimo, verſiculo ſecundò notanter limita. dicens, quòd doctrina Bartol. & Doctores procedat, quando teſtator incepiſ- 33 ſet a præcedenti prohibitione pura, quia primo prohibuit res alienari, licet poſtea ſubiungat futurum ſubiunctiui, etſi alienauerit, deueniat in talem. Nam tunc prohibitio bene valet, & tenet, & alienatio eſt nulla propter prohibitionem puram præcedentem, quo caſu fideicommiſſum non reuocatur tunc in caſu, quo dominium iam ſit in alium tranſlatum, ex quo prohibitio ſimpliciter facta cum cauſa impediret tranſlationem dominij, & ſic ceſſat ratio, l. Stichus ſeruus. ff. de man. teſt. prout etiam docuit ſingulariter glo. finali in dicta l. Stichus. & Aretinus in conſilio decimooctauo, incipien. Viſa & diſcuſſa conſulta. & quòd talibus verbis præciſis vſus fuerit Illuſtriſſimus Dominus Neapolion ſenior in ſuo condito teſtamento ex inſpectione ac lectione ipſius apertiſſimè

tissimè colligitur. Nec poterit obstare nostro presenti tertio fundamento id.quod insulsè objcitur a parte aduersa,dicendo, qp in casu nostro dictę legum ac Doctorum auctoritates non habeant locum : cum ipsis Domino Neapolioni iuniori & Raphaeli compronepotibus dicti Domini Neapolionis senioris ac testatoris fuerit priuilegium, seu inuestitura renouata ab Imperatore tũc imperante, cum potestate de ipso feudo disponendi in vita & in vltima voluntate, prout fuerat concessum Domino Neapolioni seniori eorum attauo in prima inuestitura sibi in dicto feudo facta, vt ex serie verborum dictæ inuestituræ colligitur. Quo stante videbatur eis posse dici auctoritate Imperatoria fuisse abolitum vinculum fideicommissi factum a dicto Domino Neapolione seniore in suo testamento. Ad quam obiectionem Deo Optimo Maximo duce quàmfacillimè respondemus,dicendo,quòd etsi respõsio vera iam elicita fuerit ex supra citatis in probationem primi fundamenti, vbi probauimus Imperatorem non posse videri voluisse nec de iure posse sine causa præiudicare iuri tertio acquisito : nisi expressè hoc declarauerit afferendo causam, ac per consequens per se pateat Domino Stephano iuniori filio dicti Domini Neapolionis iunioris ipsum Imperatorem non potuisse de iure,nec voluisse prę-iudicare iuri illi acquisito in dicta feudi parte altera possessa per eius patruum Raphaelem, motum virtute iuris communis, ac dispositione dicti Domini testatoris,cui tradiderat plenam potestatem disponendi de ipso in vita,& in vltima volũtate, prout sibi placuerit : quod & latissimè probabimus in quinto, & vltimo nostrorum fundamentorum,quibus innititur propriè præsentis quæstionis nostra decisio. Vide ergo ibi. Et quamuis (vt diximus) ex allatis hucusque elicita fuerit apertissimè responsio ad obiecta, tamen pro maiori illorum intelligentia addemus illis nonnulla scitu dignissima:Sciendum igitur,quòd cum in generali concessione † non veniant ea, 34
quæ quis verisimiliter non esset concessurus, vt in regula. In generali.de regulis iur. in sexto,& verisimile non sit Imperatorem voluisse confirmare priuilegium inuestituræ concessum dicto Domino Neapolioni seniori in personam Domini Neapolionis iunioris, & Domini Raphaelis pronepotum iuxta simplices præces sibi porrectas ab ijsdem, vt ex tenore ipsius priuilegij colligitur;per illa verba generalia (in quibus nulla fuit facta per ipsum mentio de vinculo facto in dicto feudo per ipsum Dominum Neapolionem seniorem)voluisse mutare naturam feudi, in qua tempore dictæ concessionis factæ ipsis reperiebatur ipsum feudum,& sic tacitè contradicere gratiæ factæ dicto Domino testatori ab Imperatore ipsum inuestiente : a quo sibi fuerat potestas tradita

de diſponendo de ipſo, vt ſibi placuiſſet in vita, & in vltima voluntate: per iura allegata ſuperius: ſed ſimpliciter intendit ipſum priuilegium confirmare in perſonam dictorum Dominorũ Neapolionis iunioris, & Raphaelis fratrum, iuxta ſtatum, in quo tunc feudum reperiebatur: quoniam aliàs de reuocatione dicti vinculi illati a teſtatore in fauorem omnium ſuorum deſcendentium mentionẽ feciſſet. Nec indè dicta confirmatio aliàs facta, dicenda erit fruſtratoria, quoniam primo per ipſam fuerunt ipſi Domini fratres inueſtiti: cum aliàs ſine tali inueſtitura petita, & de nouo illis conceſſa fuiſſent de iure ipſo feudo priuati vulgaribus iuribus. Et ſecundò per ipſam diſponendi poteſtatem ibidem repetitam, fuit ipſis fratribus quoque indulta poteſtas aliquo alio modo vinculandi ipſum feudum ad cõmodum ſucceſſorũ, ac deſcendentium filiorũ, & agnatorum: quod etſi dicti Domini fratres non fecerint, non ideo indè erit dicendum eos tali poteſtate fuiſſe priuatos. Ex his omnibus in confirmationem veritatis præſentis noſtri tertij fundamenti in medium producti patuit veritas ipſius. Ad cuius corroborationẽ accedit, q̃ diſpoſitio † Domini Raphaelis vltimi feudatarij in medietate ipſius feudi tãtum, & teſtatoris noui: ſimi contra naturam ipſius feudi de ipſius medietate ſibi contingente non poterat aliquo pacto de iure valere, vt docuit apertiſſimus text. in c. 1. de ſucceſs. feudi. ibi [Nulla ordinatione defuncti in feudo manẽte, vel valente] & hæc eſt communis regula, prout docuerunt infraſcripti Doct. videlicet Socinus iunior in conſ. 72. poſt nu. 40. lib. 1. Curt. iun. de feud. in quarta parte princ. in prima regula in pen. q. Idem docuit Iulius Clarus: in §. feudum. q. 40. in princ. credens rationem noſtri huius fundamenti eſſe, q̃ cum vaſallus, ſeu feudatarius non ſit Dominus feudi, niſi donec vixerit: meritò non debet poſſe de eo diſponere in præiudicium eorum, quibus ex prouidentia primi acquirẽtis poſt eius mortem, feudũ debetur, etſi poſſit vaſallus teſtari de feudo, & de ipſo aliquatenus diſponere, dũmodo indè faciat eius conditionem meliorem: & hoc tunc ſolũ quando feudũ ipſe acquiſiſſet, nõ autem hoc poſſet facere in feudo antiquo, prout latiſſimè probabimus infra in fundamento quarto circa medium. Vide ergo ibi omnino. Ex his ergo apertiſſimè cõprobatur dictum Dñm Raphaelẽ non potuiſſe diſponere circa reditus, ſeu fructus recipiẽdos poſt eius mortẽ ex dicti feudi medietate ſibi competente in præiudiciũ dicti Dñi Stephani iunioris eius nepotis: & ratio rationũ eſt, quoniam (vt annuimus) ſtatim q̃ ipſe alienauit contra dictã prohibitionem Dñi Neapolionis ſenioris primi inueſtiti, & teſtatoris, ipſa alienatio de iure fuit nulla, prout interalios firmiſſimè docuerũt infraſcripti, videlicet glo. in l. cum pater. §. liberti. ff. de legat. 2.

35

gat.2.vbi Castrensis: quinimo po
terit statim substitutus ipsam re-
uocare: prout d. glo. docuit.&
Pau.de Castro per text.in l.peto.
§.quinque.ff.de legat.2. Socin.in
cõs.135.nu.3.lib.1. Negusantius
in tract.de pignor.5.par.3.mẽbr.
nu.46.Crauet.in cons.61.num.6.
Rolan. in cons.85.lib.1. & consi.
81.lib.2. Bursat.in cons.48. nu.4.
ex quibus omnibus habemus, q̃p
36 prohibitio † alienandi, siue taci-
ta, siue expressa impedit dominij
translationẽ: in cuius cõclusionis
fauorẽ est textus in l.fin. C.de re-
bus alien.non alien.& est cõmu-
nis opinio, vt dicitur ab Alex.in
suo cons.59. nu.6. vers.sed oppo-
nitur.lib.5.eo magis q̃p a tali di-
spositione D.Neapolionis senio-
ris testatoris redditur magis ro-
borata iuris dispositio, prohibẽs
alienationem feudi in præiudi-
cium agnatorum, cum hominis
prouisio sit longè potentior iuris
dispositione: prout etiam latissi-
mè docuerunt infrascripti Doct.
videlicet Felinus in c. pastoralis.
§.cum autem, nu.28. extra de of-
ficio deleg. & Doct. in l.fin.C.de
pactis. Sed quis ambiget fortio-
rem nexum hunc extimãdum fo-
re? si cum prouisione legis con-
currat hominis prouisio: vt in si-
mili videmus in re aliqua fidei-
commissi restitutioni supposita,
quæ a iure cõmuni alienari pro-
hibẽtur, vt in l. Marcellus. §. res
quæ. ff.ad Trebell. & in Authen.
res quę.C.communia.de legat.&
fideicommis. & nihilominus si
cum prohibitione legis concur-
rat prohibitio hominis expressa
37 † non poterit etiam ex causa do-
tis, vel alia causa permissa alie-
nari: vt latissimè docuit Iason in
dicta Authent. res quæ.nume.24.
post Bal.in cap.1.§.donare. num.
3. qualiter olim feudum poterat
aliena. Idemq̃ latè confirmat
Ioannes Crottus in consi.144.nu
me.16. & sequen. Ad hoc ipsum
probandum accedit, quòd cum
Dominus Neapolion senior testa
tor fuerit acquisitor dicti feudi
mediante noua inuestitura pote-
rat facere ordinationẽ onerosam
descendentib.suis, faciendo con-
ditionem eorũ meliorem, prout
apertissimè docuit Pau.de Castr.
Alex.Felinus, Iser. & quamplures
alij citãdi infra in probationem
sequentis quarti fundamenti. Vi-
de ergo ibi omnino.

Quartum fundamentum præ-
sentis nostræ sententiæ est, Quo-
niam etiã in materia feudali ap-
pellatione venditionis, vel alie-
38 nationis prohibitæ, † venit etiã
pignoratio, hipothecatio, vsusfru
ctus assignatio, locatio ad longũ
tempus, necnon & seruitus. quã-
uis nõ negemus de iure posse feu
39 datariũ † locare, vendere, pigno-
rare, aut hipothecare quomodo-
libet fructus, redditusq̃; sui feudi
duntaxat vita sua durante: cum
dicta sua obligatio nõ intelliga-
tur facta, vt perduret post mortẽ
ipsius sine descendentibus legiti-
mis filijs: eo q̃p tunc ipsum feudũ
vnà cum fructibus pẽdentibus &
recipiendis a dicto feudo vel feu
di parte post mortem feudatarij
spectet, & pleno iure transeat ad
Dominum directum ipsius feudi

in defectum legitimorum deſcen dentium, vel agnatorũ eius: quibus tamẽ ſuperſtitibus ipſum feudum obueniet . Primo legitimis filijs. & ſecundò, ipſis non extantibus poſt mortẽ feudatarij tranſibit ad proximiorem agnatum, & ſic proculdubio ad dictum Stephanum iuniorem filium Domini Neapolionis iunioris, & nepotem dicti Domini Raphaelis , & eius cõfeudatarium in dicto feudo. Qui Dominus Stephanus nullo iure dictante, tenebitur ad ſoluenda debita contracta per Dominum Raphaelem ſupraſcriptũ & vltimo loco mortuum ſine legitimis, & naturalibus filijs repudiata tamen eius hæreditate , & acceptata feudi parte reliqua: licèt ipſe Dominus Raphael præceperit ipſi Domino Stephano nepoti , & proximiori agnato ſolutionem quamplurimorum debitorum , vt latiſſimè probabimus paulò poſt, dum probandum erit nobis hoc ipſum fundamentum:
40 & quòd dicta venditio † cenſualis fructuum dicti feudi, ſeu obligatio facta cum conditione implicita quòd perduret poſt mortẽ ipſius Domini Raphaelis confeudatarij ſit vera alienatio prohibita in teſtamento dicti Domini Neapolionis ſenioris , quã facillimè probabimus (Deo duce) auctoritate legum, & Doctorum . Quapropter ſciendum , quòd in l. ſancimus . C. de rebus alienis non alien. Imperator his præciſis verbis vſus fuit , videlicet . [Sancimus ſiue lex alienationem inhibuerit , ſiue teſtator hoc fecerit , ſiue pactio contrahentium hoc admiſerit : non ſolum dominij alienationem , vel mancipiorum manumiſſionem eſſe prohibendam : ſed vſusfructus dationem, vel hipothecam , vel pignoris nexum penitus prohiberi, ſimiliqúe modo & ſeruitutes minimè imponi , nec emphiteoſos contractus , vel teſtatoris voluntas, vel pactionum tenor , qui alienationem interdixit , aliquid tale fieri permiſerit.] hęc ad verbum in d. l. ſancimus . Idipſum & in materia feudali apertius colligitur fuiſſe ſtatutum in capitulo Imperialem, verſiculo hac ędictali . De prohibita feudi alien. vbi Federicus Imperator his præciſis verbis vſus fuit , videlicet. [Hac ędictali, Deo propitio perpetuò valitura lege ſan-
41 cimus : vt nulli liceat † feudum totum , vel partem aliquam vendere , vel pignorare , vel quocunque modo diſtrahere, ſeu alienare , vel pro anima iudicare ſine permiſſione illius Domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur.] hæc ibi . At cum ad Dominum Stephanum iuniorem tanquam ad proximiorem agnatum pertinere ipſam medietatẽ feudi dignoſcitur, ergo ſine ipſius expreſſo conſenſu facta huiuſmodi alienatio, ſeu hipothecatio de iure nulla erit dicenda: & quòd hoc ſit veriſſimum de iure adhuc clariori legis auctoritate probabimus . Nam ſingularis & in aurea tabella imprimendus textus hoc docuit in cap. primo.

an

an agnatus, vel filius defuncti poſſ.retin: vbi hæc ad verbum ha
42 bentur. [Si contigerit † vaſallum ſine omni prole decedere, agnatus ad quem vniuerſa hæreditas pertinet (repudiata hæreditate) feudum (ſi paternum fuerit) retinere poterit, nec de debito hæreditario aliquid ſoluere cogitur, ſed in fructibus, ſi quos reliquit, vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit (ſecundum quod ſupra diximus) conſiderabitur.] hæc ibi. Idipſum apertiſſimè docuerunt infraſcripti Doctores ſtatim citandi, vltra gloſas dictarum legum. Nam idem docuit Glo.& Doctor.in cap.1.verſic.alienationes. De Cap.Contra. quam dicit eſſe communiter approbatam.Alex.in conſil.18.poſt nume.5.lib.5. quem refert Picus in repet. §.Titia. poſt nu.99. Pariſ.in conſi.88.nu.4. lib.2.& hanc opinionem dicit eſſe magis communem Berous in quæſt.95.nu.1. & ita eſt communis concluſio, vt atteſtatur Curtius iun. in dicta 4. par.q.15.& ratio eſt, quoniã vſuſ-
43 fructus † eſt pars dominij: merito ergo cùm vaſallus prohibitus ſit alienare vtile dominium, nec etiã poſſe, alienare debebit eius partem: cùm is, cui data eſt licentia vendendi feudum nõ poſſit illũ hypothecare.poſt And.de Iſer. in c.Imperialẽ.col.2.nu.6. & ſeq. de prohibit. feud alien. per Fed. qui Iſer.ibid.in col.1.nu.3.verſic. ſed fructus. dicit, q̃ feudatarius poſſet vendere fructus totius temporis, quo apud eũ erit res feudalis: & ratio eſt ſm eum, quoniam vſusfructus pars eſt dñij: Meritò ergo cùm vaſallus prohibitus ſit alienare vtile dñium ipſius feudi, neq; etiã poſſe, debet alienare
44 eius partẽ, cùm is, cui data † eſt licentia vendẽdi feudũ nõ poſſit illum hipothecare, prout docuit And.de Iſer.in c.Imperialẽ.col.2. nu.6.& ſeq.de prohibi. feu.alien. per Federicum Imperat.qui And. ibid.in col.1.nu.3. verſic.ſed fructus. dicens, q̃ feudatarius poſſit vẽdere fructus totius tẽporis, quo apud eum erit res feudalis: & ratio eſt, ſecundum eum, quoniam
45 prohibitus † vendere feudum nõ prohibebitur vendere fructus ipſius, vt in l. de codicillis. §. inſtituto. ff.de legatis 2. & in l. pater. in principio.ff.de legatis 3.ſed ſi venderet feudatarius fructus pro duobus annis, & moriatur, feudo aperto Dño, omnes obligationes pereũt, vt in l.lex vecti.ff.de pign. Nam non poterit habere plus iuris emptor ſuper dictos fructus, q̃ habebat venditor. Quapropter ſi venditor moriretur ante Martij menſem, fructus feudi recipiendi erũt Domini (ſcilicet ſi Dñs ipſi feudatario mortuo non ſuperſtitibus filijs, aut agnatis) & nõ emptoris. Idipſum docuit idẽ Andr. de Iſer.in conſtitut.Regni.c.conſtitutionẽ. in verſ. nullam omnino.de reuocat. feud.& rerũ feud. dicens, quòd idcirco emptor fructuum feudi perdit pretiũ: quia ſciens, emit rem prohibitam alienari, quod rurſus idem Iſer.ibid. cõfirmans, dixit in col.6. in verſ. trãſactionis, q̃ feudatarius poterit ſolũ vẽdere fructus totius tpis,

quo

quo apud eum tritres feudalis: & ratio per ipſum eſt, quoniam prohibitus vendere, non prohibe tur de fructibus cedere, vt in l. pa ter. in princ. & in l. Codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2. & quod ideo caueant ſibi ementes: quoniam ſi feudatarius venderet fructus pro certo tempore, & interim moriatur (feudo aperto domino) omnes obligationes pereunt, vt in l. lex vectigalis. ff. de pignoribus. Idipſum ibidem rurſus confirmans ait in col. 9. verſi. locare. concludens in verſ. in hac quæſtione, quòd rei feudalis locatio fieri poſſet in annum, vel vltra in modicum tempus, videlicet, ad quinquennium. Idipſum apertius adhuc docuit Matthęus de Afflictis cõpatriota noſter, in dicto c. Imperialem. col. 4. nu. 30. ſed nu. 38. verſ. ſed dubium. relata ſupradicta ſententia Iſern. vbi ſupra, ipſamque interpretando dixit, quòd ipſa ſit vera habita diſtinctione. An ſit mortuus feudatarius ante Martium, vt in c. 1. §. his cõſequenter ſupra. Hîc finitur lex Conradi: etſi nihil ibi dicat Iſer. quid ſentiendum, quãdo ſucceſſerit filius, vel agnatus in feudo, an pereant omnes obligationes factæ per defunctum: Tamen ipſe Afflictus ibidem dicit, quòd in hoc articulo erit concludendum. Quod ſi feudum eſt ex pacto, & prouidentia, & filius fecerit inuentarium, & tunc ſit idem, vt dictum eſt, quando feudũ aperitur domino, & tunc non pote-
46 rit defunctus † diſponere vnam candelam pro anima ſua: hęc Afflictus ipſe: attamen pace ipſius dixerimus, Iſer. hoc expreſſit, idipſum nos docẽs: cùm dixerit in capit. 1. An agnatus vel filius defun. repu. hęred. in nu. 1. & 3. quòd feudatarius deceſſit habens feudum paternum antiquum multis
47 creditorib. relictis ſuccedũt, † agnati filio non extante, hæres eſſe poterit, & feudum retinere, etiã hæreditate, ſeu allodio non recepto: & ſic faciendo nõ tenebitur creditorib. & ratio eſt ſm eum, quia habuit feudũ nõ à defuncto, qui in feudo, & de feudo nihil potuit ordinare, vt in c. 1. in princ. de ſucceſſ. feud. ſed habet ex pacto, & prouidentia cõcedentis illi præceſſori, qui fuit agnationis communis cauſa: etſi de fructibus feudi anni ipſius, in quo mortuus eſt agnatus ſine filio ſolui debeãt debita hæreditaria: & ratio eſt ſecundum eundem Iſern. quia fructus de hęreditate cenſentur, quando poſt Calendas Martij deceſſit ſupra. hic finitur lex, §. ſimiliter. Et addit, q̃ ſicut non poteſt iudicari de feudo pro anima, ſic nec feudum obligare poterit legatis, quæ ſunt contracta pro debitis propter feudum. hęc omnia docuit Iſer. vbi ſupra. De quibus ipſe Matthęus de Afflict. in c. 1. nu. 36. De vaſallo qui contra conſtitu. Lotharij loquens, dixit, quòd quando feudum eſt antiquum & hæreditarium, etſi filius non poſſit reuocare alienа-
48 tionem, tamen agnatus † poterit cõficiendo inuentarium, & ſic in hoc eſt agnatus melioris conditionis, quàm ſit filius: tamẽ agnatus

tus non reuocabit statim alienationem, sed expectabit mortem alienantis, vt docuerat Andr. de Iser. in c. 1. §. hoc quoque. de succeſſ feud. Ratio verò rationis præſentis noſtri fundamẽti eſt (vt diximus) quoniam dictum grauamen, quod videtur impoſitũ parti dicti feudi paterni antiqui à dicto Domino Raphaele confeudatario de ſatisfaciendo creditoribus ſuis de ipſius fructibus, eſt iniuſtum & contra naturam feudorum: cùm de ipſis de iure non poterat diſponere, niſi vita eius durante, vt ſatis abunde fuit probatum, quod & in terminis præſentis docuit quoq; abunde ſatis Albertus Brunus in ſuo præeleganti conſilio 180. incip. Viſis dubitationibus: ſed ne videamur hoc ipſum gratis affirmaſſe, & nullis veris fundamentis innixi; ſciẽdum quod idipſum docuit tex. in c. 1. in princ. de ſucceſſ. feudi. vbi hoc etiam docuit Aluarot. in principio commenti: vbi dicitur, quòd
49 nulla teſtatoris † diſpoſitio de feudo valet, & manet cum cõcordantibus, de quibus per Alex. in dicto conſil. 30. col. 5. verſ. ſeptimo, cũ ſequenti. Idem voluit Martin. de Laud. in c. 1. in prin. col. 1. qui feu. dare poſſ. dicens, non valuiſſe teſtamentum Illuſtris Domini Marchionis Mãtuæ, in quo primogenitum hæredem conſtituerat, & Dominus Iaſon in l. de quibus, col. 12. verſ. tertiò ergo. ff. de legibus. & Bal. & Doct. in c. 1. in princ. col. 5. verſi. quæro vtrum pater. ff. de prohibi. alien. feu. per Feder. vbi dicitur limitare, niſi in feudo per ſe acquiſito, interueniente tamen Domini conſenſu, vel in feudo hęreditario. & Bal. & Doctor. in c. 1. §. donare. Qualiter olim feu. pot. alien. & Moderni in Authent. res quæ. colum. 12. C. commu. delega. dicentes, q̃ non valeat diſpoſitio teſtatoris etiam prohibẽs feudi alienationem, & ſecundum Andr. de Iſer. in dicto cap. 1. in princ. de ſucceſſ. feu. non licet teſtari de feudo etiam inter filios, & ita in propoſito huius caſus decidit Dominus Iacob. de Sancto Georgio in ſua inueſtitura feudali, in clauſula & cum pacto, q̃ de ipſo feudo poſſint teſtari in quæſt. fina. quod & fortificatur, quia reuera de iure dictus Dominus Stephanus iunior etiã pro ipſa dimidia venit ad ipſum vigore conceſſionis factæ Domino Neapolioni ſeniori inueſtito: vnde dicto Domino Stephano dicta dimidia pars feudi debetur tanquam ſucceſſori, & deſcẽdenti legitimo dicti Domini Neapolionis ſenioris, & non tanquam hæredi dicti Domini Raphaelis; minusq́ue tenebitur ad ſoluenda legata facta per ipſum Dominum Raphaelem, vt habetur in cap. 1. in prin. an agnat. vel fil. defuncti. vbi Doct. & in cap. 1. de gradibus ſucceſſ. in feud. vult Bal. in conſil. 433. incip. Fœmina. vol. 1. ſecundum Pe. impreſſionem. & in conſil. 382. incip. Petrus. eo. volum. & Cuma. in conſil. 163. incip. Guarnerius in 3. dubio. Ad quod etiã faciũt multa accumulata per Curtium ſeniorem in conſi. 48. incip. Memoriæ. col. 3. verſ. feudum paternum.

ternum. ad effectum, quòd ipſe Dominus Stephanus iunior non dicatur pro ipſa etiam dimidia feudi accepiſſe ab ipſo Domino Raphaele eius patruo, ſed ab illo Imperatore, qui ipſum feudũ con ceſſerat Domino teſtatori primo inueſtito, ſcilicet dicto Domino Neapolioni ſeniori attauo Domini Neapolionis iunioris eius patris, virtute dictæ cõcellionis feudi. Quapropter per ſe patet non valuiſſe inſtitutionem factam per ipſum Dominum Raphaelem in ipſum Dominum Stephanum de dicta dimidia ipſius feudi, ad ipſum Dominum Stephanum, vt ſupra per ipſam cõcellionem dicti Imperatoris de iure deuoluẽda, ſicut nõ valet hæredis inſtitutio,
50 † per quam quis eſt in re ſua inſtitutus, vt per Bal. in l. ſimus. §. repletionem. in 3. col. C. de inoffic. teſtam. ſicut etiam nõ valet legatum alicui de re ſua, ſeu ipſius legatarij factum. Inſtitu. de legat. §. ſed ſi rem legatarij, ſicut etiam non valet legatum factum legatario de re ſibi debita. Inſtitu. eo. tit. §. è contrario. Ita quòd ſuccedat diſpoſitio. l. ab eo. C. de fideicommiſſo. cum ſua materia: quapropter ſicut dictus D. Stephanus nihil capit ex teſtamẽto dicti Raphaelis aſſumendo ipſam dimidiam partem feudi poſſeſſam ab ipſo in vita ſua, ita ex ipſo teſtamento grauari nõ potuit. Et prędicta comprobantur etiam vera & hac ratione: quia, ſcilicet ex quo ipſe Dominus Stephanus fuit nominatus implicitè (nempè cũ veniat appellatione deſcendentium ex ipſo Domino Neapolione ſeniore primo inueſtito in dicto feudo, eo quod ſit eius abnepos, & filius Domini Neapolionis iunioris illius pronepotis, in conceſſione feudi: veniet ergo etiam ipſe Dominus Stephanus ad hanc partem feudi iure ſuo, nec eſt neceſſe, quòd ſit alterius hæres, ſeu quòd veniat vt hæres ipſius Domini Raphaelis patrui, vel Domini Neapolionis ſenioris per iura ſatis clara ſupra citata, ad hoc probãdum quod & expreſsè voluit Bald. in cap. 1. §. & quia. col. 3. verſ. quærit glo. pone, quòd frater. qui feud. dare poſſ. & Alex. in conſil. 26. vol. 4. Cur. ſen. in conſ. 50. col. 6. quod & fuit conſilium Collegij Bononienſis. Bene verum eſt tamen, quòd Paul. de Caſtro in conſil. 153. incip. In cauſa. in antiquis. cum quo tranſit Felinus in cap. prudentiam. in princ. col. 2. de officio deleg. te-
51 nens, quòd vaſallus † poſſit teſtari de feudo, & diſponere faciendo feudi cõditionem meliorem. Sed ſecundum Alex. in conſ. 125. vol. .... Iſtud procederet in feudo per talem diſponentem acquiſito, in quo ſecundum Alexan. in conſil. 18. incip. Super primo dubio. col. 2. vol. 5. bene liceret acquiſitori facere ordinationẽ onerоſam, prout voluerunt etiã And. de Iſer. & Aluarot. in c. 1. in principio. in fine commenti. de alienat. feudi pater. vbi idem dicunt de feudo hæreditario, cùm in feudo per alium acquiſito deteriorem eius conditionem facere nõ liceat per prædicta. & habetur in

cap. 1.

cap.1.§.è cõtrario.vbi Aluarot.in secundo notabili. de inuestit. de re alien.fac. Nam grauando Dominum Stephanum iuniorẽ propter ipsam dimidiam partem feudi, faceret vtique ipsius feudi conditionem deteriorẽ, & quòd successor posset grauari, quod tamen omnino illicitum esset, sicut non liceret seruitutem imponere, nisi ad præiudicium imponentis, vt in dicto cap.1.§.quid ergo.de inuestit. de re alien. faci. & quòd feudum non potlit obligari pro debitis vasalli, seu feudatarij docuit expressè Bald. in capit.1. an agnatus, vel filius.nume.23.& se-
52 quenti.dicens, quòd feudũ † non potlit obligari pro debitis vasalli, neque fructus ipsius feudi, loquendo de fructibus, qui mortuo vasallo sine hærede masculo pertinerent ad agnatum, vel ad Dominum: Nam feudum antiquum non poterit alienari in præiudiciũ proximioris agnati sine eius
53 consensu, etiam si vasallus † refutaret feudum antiquum in manibus Domini: quia talis refutatio non præiudicat agnatis, nisi in vita ipsius refutantis, & descendentium suorum, prout apertissimè post alios declarauit Bald.in c.1. §. hoc quoque. versic.conclus.10. nu.12.de succes.feud.& in cap.1. versic. sed quid si ille, qui habet feudum paternum refutauit ipsi Domino.num.6.de alienat.feudi paterni. Idem docuit Iacobus Aluarot.in cap.1. §.denique.nume. 27. quæ fuit prima causa benefic. amit.& hanc quoque sententiam dixit Curtius iunior in tracta.de feudis: in quarta parte. Ex quibus caus.feud.amitt. versic.tertia igitur est regula principalis. numero 147. Chorcouius in tract. commun. opinio. in versic.feud. conclus.83. centur.2. & Hyppol. Rimin. in consil.383.nu.87. & sequen. vol.4. vbi consuluit, q̃ non potlit alienari feudum paternum sine consensu agnatorum, quasi subiacẽs restitutioni: & ratio secundum eundem est, q̃niam videtur feudum datum, vt omnes descendentes veniant, sed successiuè, prout quis est proximior: vnde admittitur qui est in primo gradu, donec viuit, quo mortuo, sine hærede, sequens admittitur: & ideo (inquit ipse Hyppol. Rimin. vbi supra,) nec cum consensu Domini, vel Episcopi (si est feudum, cuius dominium directum esset alicuius Ecclesiæ secularis) poterit vendi in præiudiciũ agnatorũ comprehẽsorum in inuestitura, vt cõiter tenent Doct. Feudistæ, recẽsiti per ipsum Hyppol. Rimin. in supradicto suo cõs.383. a nu.47.vsque ad 53. Et q̃ D.Stephanus supradictus agnatus proximior dicti Dñi Raphaelis confeudatarij potlit succedere in parte feudi, quę apud ipsum erat ante ipsius mortẽ, etiam repudiatæ eius hæreditate (vltra citata iura & Doctores) idipsum docuerunt & infrascripti alij, videlicet Paul. de Cast. in l.ex facto.§.fi.ff.ad Tre-
54 bell. dicẽs, q̃ sufficiat † agnato, q̃ sit descendẽs à primo acquirente ipsum feudũ, prout ẽt docuit Gl. in §.fin.quam Ias.reputat notabilem in l.si non sortem. §.libertus.

in fi-

in fine.ff.de cõdit.indebiti.& rurſus in conſil.57.col.1. in princ.& fine vol.1.Socinus in conſi.57.volum.3.& Decius in conſ.38.quod & latiſſimè probauit Ioannes Baptiſta Vicemala in conſil. ſuo incip. Videretur prima facie.num. 67.185.& 186.quod eſt in tracta. conſiliorum diuerſorum in materia feudali,& ratio ſecundum eũ eſt, quoniã in feudo antiquo nullus agnatus habet cauſam ab alio, ſed quilibet eorum a concedente, & ſuccedit in feudo, vt ex tunc,non autem vt ex nunc, ideſt non ſuccedit in feudo dictus Dominus Stephanus,prout modò reperitur nepos dicti Domini Raphaelis, ſed vt deſcendens a Domino Neapolione iuniore, qui fuerat pronepos dicti D.Neapolionis ſenioris primi inueſtiti in dicto feudo,& inſimul acquirentis ipſum pro ſe,& ſuis deſcẽdentibus. Quapropter repudiata hęreditate vltimi deſcẽdentis confeudatarij obtinebit feudum tãquam deſcendens per lineam rectam,vt diximus, ab ipſo Domino Neapolione ſeniore; & tanquam proximior agnatus vltimi feudatarij, ſecundum veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, fundatam in tot iuribus præcitatis, quam & ſequutus fuit Iacobus Aluarot. & Bal. in c.1.an agnatus, vel filius. Meritò igitur diximus dictam feudi partem non potuiſſe alienari,quaſi ſubiacens reſtitutioni,ſine cõſenſu ipſius Domini Stephani. Et idcirco concludendum videtur omnino, q̃ Dominus Stephanus dicendus ſit ſucceſſor in toto ipſo feudo dicti D. Neapolionis ſenioris eius proaui,& primi inueſtiti in ipſo,prout ſemper communiter docuiſſe Doctores, aſſeuerat Alex. in conſil.10.nu.8. vol.3.quem refert & ſequitur Gozad.in conſil.8.nu.2.quos retulit, & ſequutus fuit Iulius Clarus in §.feudum. quæſt.9. verſ. ſed quæro. aſſerens Alex. pluries docuiſſe, quòd ſufficiat, q̃ ipſe agnatus proximior ſit hæres, vel primi acquirentis ipſum feudum,vel vaſalli vltimo loco defuncti, & q̃ hæc ſententia magis ſibi placeat: & vt melius eius ſententia perciperetur, ſtatim ſubdidit, dicens, cùm deſcendẽtes illius primi acquirentis ſuccedant in ipſo feudo, virtute primæ inueſtituræ, in qua fuerunt vocati ipſe Dominus Neapolion ſenior, & omnes deſcendentes ab eo. Quapropter meritò non erit cõſideranda, vel ponderanda ſucceſſio illius,apud quẽ feudum totum, aut eius pars vltimo loco repertum fuerit, ſed tantummodo illius,cuius beneficio deſcendentes ipſi ad feudum admittuntur, prout in facti contingentia iudicaſſe Senatum Mediolanenſem retulit,vbi ſupra Iulius Clarus, quod & poſtea repetijt vbi ſupra,in queſt.40.verſ ſed quia. circa finẽ. & rurſus in q.76. per totum. Idem docuit Bald. in cap.1.col.2.nu.5. verſ.ſed in materia feudorum. An agnat.vel fil. dicens, in hoc meliorem eſſe conditionem agnatorum, quàm fi-
55 liorum feudatarij † vltimo loco mortui,dicens huius deciſionis

nis quinque posse assignari, videlicet: Prima, qm̃ filius computatur eadem persona cum patre. Secũda, quia interest patris habere heredem, vt in l. 2. ff. de interrog. act. vnde quãdam iniuriã videtur facere filius patri abstinendo ab hæreditate paterna, & sic quodãmodo facere contra naturã, cùm filius connumeretur (vt in prima ratione) inter membra patris, & non possit aliter succedere, nisi ex persona patris, quod non reperitur agnatis. Tertia ratio est, quia filij veniunt eodem iure cum patre, sed agnati diuerso, & extrãsuerso capite, etsi in casu nostro hæc ratio non habeat locum: cùm ipse Dominus Stephanus iunior sit abnepos dicti Domini Neapolionis senioris eius attaui in linea recta (vt patet ad sensum) habebit tamen locũ dicta tertia ratio in alijs agnatis constitutis in linea transuersali. Quarta, quia inter patrem & filium non reperitur disgressio, sed egressio: At tamen in transuersalibus (vt sunt agnati non descendentes per lineam rectam à communi stipite) est disgressio. Quinta, & vltima ratio quæ redditur, est: quoniam feudũ ad liberos cum sua causa, suisque vitijs transmittitur, sed ad agnatos simpliciter deuoluitur, prout docuit Andr. de Iser. in cap. 1. col. 2. nu. 4. versic. vbi verò. referens nonnullas ex supra citatis rationibus. Idipsum fecit Matheus de Afflict. in dicto cap. 1. & alij Doctor. plerique passim in dicto cap. 1. Et cùm sit hæc communis Doctorum sentẽtia, supra citatis auctoritatibus contenti ad afferendum & probandum quintum fundamentũ veritatis supra recensitæ nostræ sententiæ Deo Optimo Maximo duce accingemur.

Quintum & vltimũ fundamentum supradictæ nostræ sententiæ
56 est. Quoniam Imperator † de iure non potest consensum præstare alienationi feudi totius, vel partis rei feudalis factæ, vel faciendæ à feudatario tam post mortẽ, quàm in vita ipsius feudatarij, ita vt noceat, vel præiudicet agnato proximiori nõ consentienti tali alienationi: quin post mortem ipsius feudatarij decedentis sine legitimis filijs dictum feudum, vel pars eius possessa ab ipso feudatario in sua vita, deuoluatur ad ipsum proximiorẽ agnatum, & sic ad dictum Dominum Stephanũ iuniorem, qui est agnatus proximior dicto Domino Raphaeli confeudatario, virtute primæ inuestituræ factæ de ipso feudo ab Imperatore Domino Neapolioni seniori primo acquirenti ipsum feudũ pro se, & suis descendentibus: & per consequens omnis concessio, quæ forsan fuisset obtenta ab Imperatore in præiudicium ipsius Domini Stephani a Domino Raphaele confeudatario, esset nullius virtutis ad prę iudicandum ipsi Domino Stephano proximiori agnato in iure ad se deuoluto per mortẽ ipsius Domini Raphaelis tam in ipsa medietate feudi, quàm in fructibus percipiẽdis ex ea post illius mortem, cum ipse Dominus Stephanus

nus triplici iure, seu via effectus sit ipso iure Dñs vtilis vtriusque, scilicet Primò, quia erat proximior agnatus dicti Domini Raphaelis. Secũdò, quia recta linea descenderit à Dño Neapolione seniore primo inuestito pro se, & descendẽtibus. Et tertiò, quia sibi competebat etiam pars feudi eiusdem Domini Raphaelis, iuxta mandatũ ipsius Domini Neapolionis senioris in suo vltimo testamento præcipientis, ipso facto priuari eius descendentem, qui ausus fuisset alienare ipsum feudum, non præmissis quibusdã conditionibus supra relatis, & in ipso succedere ipsius alienantis agnatum proximiorem. & ratio nostri fundamenti est & hęc quoque, quoniam Imperator concedendo sine consensu ipsius Domini Stephani, concessisset vtique in præiudicium iuris ipsi Stephano acquisito, & sine rationabili causa, quod est de directo contra ius etiam naturale, imò & contra ipsiusmet mentem expressam in c. alienatio feudi. de alienat. paterni feudi. vbi Imperator in terminis præsentis quæstionis loquens vsus fuit infrascriptis præcisis verbis, videlicet: [Alienatio feudi paterni non valet etiam Domini voluntate, nisi agnatis cõsentientibus, ad quos beneficium quandoque sit reuersurum, nec in filiã vasallus poterit cõfirmare agnatis nõ consentientibus, vel postea ratum non habentibus.] hæc ibi. Vbi Glo. in vers. nec in filiam. dicit, quòd si Imperator confirmauerit feudum in filiam, non consentiente agnato, filia ipsum retinebit donec vixerit pater, sicut Dominus si sibi refutatum fuisse à feudatario. Idipsum elegantissimè docuit Andr. de Isern. nollet ibidem nu. 2. vers. & licèt. Idẽ docuit Matthęus de Afflict. ibidem in princ. dicens, quòd licèt feudum possit alienari cum consensu Dñi, talis tamen alienatio non valeret quantum ad agnatos, qui non consenserunt alienationi, & sic post mortem alienantis competit reuocatio huiusmodi alienationis illi agnato, qui immediatè erat successurus post mortem alienantis, si non consensisset in alienationem ipsius feudi. qui Afflictus ibidẽ col. 8. nu. 23. versi. quartò nota. dixit, quòd Dominus non possit inuestire illum de feudo, ad quem non pertinet successio, in præiudiciũ debentis succedere in feudo, etsi facta sit inuestitura non præiudicat illi debenti succedere de iure, & quòd hoc habeat locum in feudo paterno, cùm hoc ipsum expresse probet supradictus textus, & ratio est, quoniam filia regulariter non succedit patri in feudo, nisi in priuilegio concesso hoc expressum fuerit, vt docuit singul. tex. in cap. 1. §. filia. de succes. feudi paterni, & expressius docuit tex. in c. 1. §. his verò deficientibus. de succes. fratrum. vbi hæc habẽtur, videlicet: [His verò deficientibus vocantur primò fratres, cum fratrum præmortuorum filijs, deinde agnati vlteriores, quod ita intelligẽdum est, si feudũ sit paternũ: hoc est, si fuit illius parentis, qui eius fuerit

agnatio-

agnationis communis.] hæc ibi. Idipsum docuit Bal. in dicto c.1. col.1.nu.1.& col.2.nu.2.de alien. feudi paterni: dicens, ꝙ requiritur consensus agnati proximioris, aliàs consensus Domini feudi præstitus in alienatione feudi paterni erit nullus ipso iure: & prima ratio secundum eum est, quoniam non poterit agnatis nõ consentientibus præiudicare Imperator. Nam quantum sit ad præiudicium agnatorum omnes ferè conueniunt, vt docuit quoque Iulius Clarus in §.feudum.q.32. ꝙ quando feudum est antiquum, siue paternum nõ durat apud secundum vasallũ, nisi donec viuit vasallus, qui infeudauit, vel eius descẽdentes: eo autem mortuo resoluitur eius infeudatio, proximioréque agnatus venit ad feudum, prout etiam docuit Specul.in tit.de feudis.§.quoniam. versi.decimonono.& est communis opinio, vt dicit Alex.in consil.15. nu.9. lib.5. quem refert Ruin.in consi.33.nu. 18.lib.1.& in cõsi.213.post nu.2. vol.eod. Et ratio secũda est, quoniam cum feudũ istis agnatis debeatur ex pacto, & prouidentia primi concedentis, meritò nõ potest vasallus aliquo modo eis præiudicare, vt volunt communiter Doctores, & retulit Berous in q. 95.nu.6.ad hoc ipsum probãdum facit quod docuit idem Iulius Clarus in d. §. feudum. in q. 34. versi. & hæc: dicens, quòd etiam si feudatarius renunciauerit Domino feudi, scilicet directo, non præiudicabit agnatis ipsius feudatarij, quando feudum esset antiquum, seu paternum, prout etiã docuerat Bald.in cap.1. in princ. nu.3. de alien. feudi paterni, quẽ omnes communiter Doct.sequuntur, vt docuit Iacob.ibid.in versi. & vnus ex dictis.post nu.8.versic. addite in quãtum. & ratio est secũdum ipsum, quoniam vasallus non potest tollere agnatis ius illis quæsitum ex tenore primæ inuestituræ, proueniens ex pacto, & prouidẽtia primi acquirentis, & ideo etiam talis renunciatio non nocebit ipsi agnato, cui post mortem sui agnati feudatarij sine filijs de iure competit ipsum feudum. & hæc est cõmunis opinio, vt docuit Aluar.in c.1. post nu.4. versi. oppono ab extra. Quemadmodum feudum ad sem.perti. & clariùs post eum docuit Collegium Bonon. inter consilia Curtij senior.in cons.50.nu.21. cuius sententiam refert & sequitur Paris.in cons.17.nu.16.lib.1. Tertia ratio huius, quam afferunt, est, quoniã hoc est ius quæsitum descendentibus ex tenore primę inuestituræ: meritò igitur nõ poterit tolli per aliquem ex successoribus primi inuestiti. Et ꝙ hæc sit cõmunis conclusio, docuit etiam Curtius iun.in cõsi.171.nu.5. Idipsum repetijt Iulius Clarus in d. §.feudum. q.41. per totum. Idem docuit Bald.in c.1.§.hoc quoque. col.4.nu.16. versi.sexta conclusio. de succes. feudi: dicens, ꝙ licèt interuenerit cõsensus Domini in alienatione feudi, nõ tamen prę-iudicat agnatis non consentientibus. argum.in l. per fundum.ff. de seruit.rusti.præd. Idipsum repetijt

petijt Bald. in c. 1. nu. 1. 5. & 7. de alien. feud. pater. dicens, q̃ Dominus in præiudicium agnatorũ nõ poterit conſentire alicui alienationi ipſius feudi: & ratio quarta eſt, cùm requiratur conſenſus agnatorum, qui ſunt proximiores: quia illi habent ius reuocandi, & ideo nõ poterit Dominus in præiudicium agnatorum gratiam facere fœminæ. & in num. 2. ibidem dixit, q̃ mortuo feudatario ſine liberis, deuoluitur feudum ad agnatos, ſed non ad Dominum. Idem repetijt idem Bald. in c. 1. nu. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Ad hoc etiam probandum accedunt quamplurima, quæ recenſuit Corbulus in tract. de emphiteoſi. tit. de cauſa priuat. ob alienat. quæſt. 7. nu. 5. & ſequent. etſi loquatur in materia emphiteotica, quia in caſu noſtro æquiparatur materiæ feudali, vt copioſiſſimè per multa probauit Euerardus in ſua excellenti Topica iuris, in loco à feudo ad emphiteoſim. Pro quinta ratione dici poterit, quòd ad hoc ipſum probandum, ſummopere deſeruit hoc, quod communiter à Doct. dicitur, quoniam etſi quando inhibitio alienationis fieret in fauorem alienantis, ipſe poterit ſuo fauori renunciando, alienare: cùm quiſque poſſit renunciare fauori ſuo, vt in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. cum ſimil. tamen hoc non habebit locum in caſu noſtro: cum prohibita alienatio feudi fuerit in fauorẽ alterius quoque, videlicet: Non ſolùm ipſius Domini directi, verum etiam agnatorũ feudatarij deſcendentium ordine ſuo ſuccedentium a primo feudum ipſum acquirente, vt latiſſimè ſupra fuit probatum, vt in cap. 1. de alienat. feud. pater. vbi & Bald. & reliqui Doctores, & in c. 1. de prohibita feud. alien. per Feder. Inde aper-
57 tiſſimè colligitur, q̃ hoc ius † nõ poterit etiã cum iuramẽto (maximè in odium filiorum, & agnatorum tacitè vocatorum in inueſtitura primo inueſtito conceſſa, tolli. prout ſingulariter docuit gloſ. 1. & ibi Doct. in c. ſi diligenti. extra de foro compet. & gl. fin. per illum textum in c. cùm contingat. extr. de iureiuran. Alex. in conſi. 55. nu. 9. vol. 1. Aret. in conſil. 18. col. 2. in fine. Iaſon, loquẽs præcisè in materia alienationis feudi. in Authen. Sacramenta puberum. nu. 47. & 48. C. ſi aduerſus vendit. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam. in præfatione. nu. 164. C. de reuocan. donat. Natta in cõſ. 470. nu. 18. Vital. in tracta. clauſularũ. col. 744. nu. 16. Bald. Nouel. in 7. par. priuilegio 18. Corn. in ſimilibus terminis, in conſ. 248. l. c. vol. 2. latè Paul. de Caſt. in conſil. 441. col. fin. verſ. ſecundò videtur facere dubium iuram. vol. 2. & hos omnes ſequitur Cacheran. in deciſ. Pedemont. 172. nu. 10. & 21. Cùm ergo dictæ dimidiæ partis dicti feudi antiqui alienatio facta fuerit in penitus extraneum, non ſeruata forma iuris feudalis, nec diſpoſitione primi acquirentis, Domini ſcilicet Neapolionis ſenioris à principio dictæ alienationis, vt habetur in cap. 1. de alienat.

alienat.feud.pater.& ibi communiter per Doctor.quod & Bartol. repetijt in l. cùm lex. colum.2.ff. de fideiussor. & in l. si ita quis.§. ea lege.nu.6.ff.de verbor.obliga. vbi dixit contractum esse ipso in re nullum. Idem docuit Dec.post alios Doctores à se recensitos in consil.208.colum.3. quamobrem inde elicitur ipsam alienationem fore habendã,ac si facta non fuisset: & ratio est,quoniam aliquid
58 non gerere, † vel absque solemnitate gerere parificantur,vt Vantius in tracta.de nullitatibus. ex defectu citationis.num.25. quod etiam docuit Corn.in l.fin. §.etsi præfatam.C.de iure deliber.cùm
59 vẽditio † nulla ex defectu solemnitatis non sit venditio.argum.in l.4. §.condemnatum. ff.de sent.& re iudic. & in l.2.ff.de auctorita. tutor. & curat. cum similibus allatis per Cottam in Memoriali. in versicul. actus nullus, eo quòd pro non scripto habetur quod fit nõ seruata forma, secundum Bal. in l.1. §.pro secundo.in fine.C.de caducitate tollenda.quem refert, ac sequitur Brunus cum pluribus concord.in tracta.de forma & solemnitate, articulo de potentia & effectu formæ & solemnitatis. colum.23. versic.vltimò alius hic restat, dicens, post Bald. & Romanum,quòd non valeat alienatio
60 † facta non seruata forma legis, quoniam non seruata forma permissiua, succedit immediatè forma destructiua. & per hæc credimus probasse quintum hoc nostrum fundamentum. Quapropter meritò dicendum erit, quòd licentia alienandi cõcessa ab Imperatore (vt prætenditur per partem aduersam) ipsi Domino Raphaeli,non prejudicat ipsi Domino Stephano proximiori eius agnato (& abnepoti dicti Domini primi inuestiti testatoris) nõ consentienti huiusmodi alienationi dictę partis feudi attinentis ad ipsum Dominũ Raphaelem solùm eius vita durante. Et ratio rationum est, quoniam dicta concessa facultas alienandi de iure recipit restrictionẽ ad vitam,scilicet ipsius Domini Raphaelis, & non vltra, vt docuerunt expressè & eleganter Doctores (vltra iam citatos supra) infrascripti, videlicet Alex.in suo consi.106.nu.3.vol.4. Sigismun.in consil.7. nu.33.& sequen. per tex.in cap.1.§.etsi clientulus.de alienat.feudi. Ruinus in consil.33. nu.18. vol.2. post Specul.Hern.Alnarot.& Alexand.per eum allegatos, quod & præsertim verificatur in casu nostro, cũ agatur de non paruo præiudicio ipsius D.Stephani descẽdentis linea recta à primo acquisitore dicti feudi, prout Ruin.in cõs.203. num.25.& sequenti.vol.2.Gratus in consil. 22. in fin. lib.1. Ad hoc accedit, quòd nos loquimur in feudo ex pacto, & prouidentia primi acquirentis pro se, & suis liberis, quorum ius primus ipse cõtrahens, prout in suo testamento semper voluit conseruari in sua familia in legitimis descendentibus. Quapropter inde sequitur non potuisse Dominum Raphaelem posteriorem, & vnam ex descendentibus à dicto primo ac-

quirente alienare, vel aliter obligare feudum, vel eius partem à se possessam, vel eius fructus post ipsius mortem, etiam accedēte consensu Imperatoris Domini directi dicti feudi in præiudicium liberorum, ac descendentiū ex ipso primo inuestito, explicitè, vel implicitè vocatorū in prima inuestitura facta dicto primo acquirenti, prout communiter docuisse Doctor. in c. 1. §. hoc quoque. de succes. feud. & in c. 1. de alien. feudi paterni, supra latissimè fuit probatum: & per auctoritatem Doctorum relatorum à Cacherano in decisione Pedemont. 164. nu. 16. verſic. Item potest responderi, per totum.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli V. I. P. & Abbas Congregationis Cassinensis.

SVMMARIVM.

1 *Hypotecatio prior tempore super re feudali, nullo assequuto assensu Domini directi, erit de iure posterior hypothecatione posteriore subsequuto assensu supradicto, ac per consequens creditor huiusmodi posterior tempore, erit prior in iure, & præferretur illi priori in assequendo quod sibi debetur, & quare.*

2 *Alienatio facta non seruata forma legis est inualida.*

3 *Actum ad aliquem conficiendum, quando duo, vel plura coniunctim requiruntur, vno ipsorum deficiente, totum corruit.*

4 *Feudalis res alienari non potest sine assensu Domini directi ipsius rei feudalis, nec legari pro salute animæ. & quare.*

5 *Hipotecatio rerum feudalium quid de essentia requirat.*

6 *Possessio an eodem modo amittatur, quo acquiratur.*

7 *Copulatiua copulans orationes respectiuè per modum accidentis quid denotet.*

8 *Orationes duæ quando positæ sunt copulatiuè non principaliter, sed respectiuè ad aliud, tunc requiritur concursus vtriusque, & quid si quælibet principaliter.*

9 *Causa posita pro coniuncta sumatur pro disiuncta.*

10 *Causæ plures in lege positæ quid denotent quando fuerunt positæ etiā plures finales effectus, qui ex lege sequi sperantur.*

11 *Copula posita inter duo incompatibilia quid denotet, & quid inter consonantia, & quid inter diuersa, & quid inter adiectiua.*

12 *Oratio pluralis diuisa inter diuersa disposita distributiuè quid operetur, & quid complexiuè.*

13 *Copulatiuorum existentia requisita ad iuris effectum ex ipsis copulatis inducendum quid operetur.*

14 *Copula posita in libello, vel positionibus an requirat probationem vtriusque.*

15 *Conditiones plures appositæ copulatiuè sunt omnes implendæ, vt in iudicio obtineatur quod intenditur.*

16 *Copulatiuæ ad veritatem, sine po-*

natur

natur affirmatiuè, siue negatiuè requiritur concursus vtriusque copulati.

17 Conditio duplex apposita in substitutione, debet vtraque verificari, aliàs nõ sortiretur suum effectum, etiam in pœnalibus, & multipliciter exemplificatur.

18 Copula, quæ negat extrema, an requirat vtrunque, vt statuti dispositio locum habeat.

19 Conditionibus in intrinsecis ad substitutionem dirigentibus, quid sit magis attendendum.

20 Adstringens se ad probandum certum tempus, licet non esset de necessitate, tamẽ teneretur illud probare, aliàs succumberet.

21 Lex loquens sub duplici conditione copulatiua requirit, quòd vtrunque impleatur, & idem erit de dispositione quacunque hominis, & multipliciter exemplificatur, & probatur etiam de iure Canonico.

22 Electio facta non concurrente maioritate Capituli, etiam si concurrat senioritas, est nulla.

23 Regula, Cessante causa, quem sensum recipiat.

24 Dictio, quæcumque, copulatiua reposita in aliqua dispositione, quid denotet, perpulchre traditur.

25 Probare omnia simul narrata, quando quis teneatur.

DECISIO III:

THEMA:

Quidam nobilis emit censum super fructibus cuiusdam feudi a feudatario, illud sibi obligante, nullo expedito assensu Domini Imperatoris directi Domini, ad quem de iure spectabat huiusmodi cõsensum præstare. Post hanc igitur contractam simplicem hipothecam, dictus feudatarius rursus idem feudum hipothecauit alteri nobili, qui volẽs huiusmodi fructus legitimè percipere ex dicto feudo, statim recepta tali obligatione impetrauit assensum huiusmodi ab Imperatore per speciale rescriptum.

Quæritur modo quis istorum nobilium de iure dicendus sit prior in iure percipiendi huiusmodi censum, ita vt non possit de iure molestari a reliquo idem ius habente supra dictis fructibus.

BREVITER respondẽdo asseueram⁹ proculdubio præferẽdum fore eũ, qui posterior tempore fuerat in hy-
1 potheca, sed prior † in impetratione assensus Domini directi: & quòd hæc nostra responsio sit verissima, probabitur duplici medio. Primò Doctorum auctoritate, & secũdò irrefragabili ratione. Sciendum igitur, quòd hoc ipsum apertissimè infrascripti Do-

Digitized by Google

ctores docuerunt cõmuniter, videlicet And.de Iser.in c.1.§.si facta.num.8. quem sequuti fuerunt ibidem Aluarot. nu.9. & Præpositus nu.3. Iacobinus in vers.inuestiui.nu.5. & rursus idem And.in c.Imperialem. in princ.colum.6. vers. Item quæritur an consensus. nu.14.de prohibit.feud.alien.per Feder.cuius sententiæ ibidẽ astipulati fuerunt Sigismun.Loffr.in suis Paraphrasibus. col.20.versic. id,quod dicit Bar.Camer.folimi bi 87.col.4.litera S, ibi,limita tamen hoc & Albert.Brun.in consi. feudal.96.nume.3. Mari.Frec.de subfeud.lib.2.in materia assensus regij. quæst.30. & ita fuisse iudicatum per Regium Consil.Neap. refert Afflict.decisio.286.& ibi in sua annot. Cæsar Vrsillus, & Marin. Frec. vbi supra, testatur suo tempore ita bis fuisse iudicatum per prædictum Regium Consilitũ. Ipsum nouissimus omniũ Vincentius de Franchis decis.86. nu. 3.& seq.testatur, asserens, q̃ suis temporibus in hoc aliqua difficultas non fuit, quin semper fuerit prælatus, qui fuerat anterior in assensu impetrato, & quòd in tantum sit vera ista conclusio, q̃ etiam verificetur si in prima venditione, vel hypoteca fuisset reseruatus Regius, aut Imperialis, siue cuiuscunque Domini directi assensus, prout præcitati Doctores in citatis locis, vnanimes docuerunt, vtramque conclusionem multis medijs ibid.probãtes, sed vltra eas, nos probabimus hac infrascripta ratione. Cùm enim regula sit ac cõclusio communiter à Doctoribus approbata (vt latissimè docuimus in nostro tracta. de extensione) q̃ quando de essentia, aut forma alicuius actus requiritur, quòd aliquid interueniat in ipso actu conficiendo, q̃ tunc illud tale dicatur essentiale in ipso, sine cuius concursu, actus erit ipso iure nullus, & inualidus. Inde apertissimè sequitur, quòd dicta hypotecatio prior in tempore facta nullo assensu interueniente, nec subsequẽte antequàm fuisset facta posterior illa hypotecatio, statim subsequente assensu, qui est de essentia validitatis alienationis, dicenda non tantùm posterior in iure, verum etiam nulla ac si nunquam fuisset facta: & ratio rationum est, quoniã aliquid non facere, vel absque solemnitate necessariò de iure requisita, facere parificãtur, vt Vantius inter alios per multa probat in suo tracta. de nullitatibus. ex defectu citationis. nu.25.& Cor.in l.fi.§.ersi præfatam.C.de iure deliber.cum venditio nulla ex defectu solemnitatis nõ sit venditio: arg.in l.4. §.cõdemnatum.ff.de sent.& re iudic.& in l.2.ff.de auctor.tutor.& curat.cũ similibus allatis per Cottam in suo Memoriali: in versicu. actus nullus, eo quòd pro nõ scripto habetur quod sit non seruata forma, secundum Bal.in l.1.§.pro secundo.in fin.C.de caducis toll. quẽ refert ac sequitur Brunus cũ pluribus concord.in tract.de forma & solemnitate, articulo de potentia & effectu formæ, & solẽnitatis. col.23. in vers.vltimò alius hîc restat.dicẽs, post Bal.& Rom.

quòd.

2 quòd non valeat alienatio † facta nō seruata forma legis, quoniam non seruata forma permissiua, succedit statim forma destructiua: cùm ergo prior hypotecatio nullum ius introduxerit in hypotecante, eo quòd fuerat actus informis, & informandus ex concursu assensus, & ex tali nulla oriatur legitima actio. Inde sequitur, quòd hypotecatio posterior informata per subsequentem assensum dicenda de iure sit prior in iure, ac per consequens ipsa præferenda sit dicta informi hypotecatione, etsi fuerit prior tempore.

Ad hoc ipsum probādum summopere deseruit regula illa iuris vulgatissima apud Doctores, in
3 qua habetur, ꝙ quando duo, † vel plura coniunctim requiruntur ad aliquem actum cōficiendum, vno ipsorum deficiēte, totum corruit. At quoniam (vt diximus) obligatio rei feudalis à feudatario facta sine assensu Domini directi ipsius rei, est nulla, vt fuit probatū, eo quòd hoc sibi fuerat prohibi-
4 tum † per text. apertissimum in c. Imperialem. versic. hac edictali. de prohibita feudi alienatione. vbi Fridericus Imperator his prę cisis verbis vsus fuit, videlicet: [Hac edictali Deo propitio, perpetuò valitura lege sancimus, vt nulli liceat feudum totū, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo distrahere, seu alienare, vel pro anima iudicare sine permissione illius Domini, ad quem feudū spectare dignoscitur.] hæc ibi. Ex quibus apertissimè colligitur, ꝙ dicta obligatio facta sine assensu Domini directi, obligatio nō poterat dici de iure, sed solùm quædā promissio de obligando dicta bona feudalia: quapropter inde per se patet, ꝙ de essentia hypote
5 cationis, † & translationis iuris super dictis feudalib. bonis duo concurrere coniunctim requirebantur, scilicet assensus Domini directi in obligatione huiusmodi faciēda, & ipsamet obligatio: cùm assensus sine sequuta obligatione nullum ius transferre poterat, nec obligatio sine assensu: & quòd verissima sit quoque supra per nos citata iuris regula, probabitur infrascriptis medijs. Et primò per argumentum apertissimū in l. fina. §. ait lex. ff. de diuortijs. vbi hæc habentur, videlicet: [Ait lex quandiu patronus eam vxorē esse volet, & velle debet vxorem esse, & patronus durare. Si igitur aut patronus esse, aut velle desierit, finita est legis auctoritas. Illud rectissimè placuit quali quali voluntate intelligi posse patronus animum habere desisse quasi in vxorem finiri legis huius beneficium.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. 3. §. hoc autem. ff. de itinere actuq; priuato. vbi hęc habentur, videlicet: [Hoc à superiore distat, quòd illo quidem interdicto omnes possunt vti, qui hoc anno vsi sunt. Hoc autem interdicto is demum vti potest, qui hoc anno vsus est, & ius sibi esse reficiendi docet. Ius autē videtur ei esse reficiendi, cui seruitus debetur. Itaque qui hoc interdicto vtitur, duas res debet docere, &

hoc anno ſe vſum, & ei ſeruitutē competere: cæterum ſi deſit alterutrum deficit interdictū.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. cum ij. §. ſi prætor. ff. de tranſact. vbi hæc habentur, videlicet: [Sed etſi non de omnibus inquiſierit, quæ oratio mādat: hoc eſt, de cauſa, de modo, de perſonis tranſigentium, dicendum eſt, quamuis de quibuſdam quæſierit, tranſactionem eſſe irritam.] hæc ibi. Vbi Gloſ. in verſic. irritam. elicit inde argum. quòd totum habeatur pro irrito, cùm aliquid de faciendis omittitur. Idem probatur per argum. in l. quemadmodum. ff. de acquir. vel omitt. poſſ. vbi hęc habētur, videlicet: [Quēadmodum nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo & corpore poteſt,
6 † ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.] hæc ibi. Idem per argum. in l. poſſideri. §. in amittenda. ff. eodem titul. vbi dicitur, quòd poſſeſſio animo ſolo non poteſt. Idē probatur per argum. in l. fin autem. §. poſſidere. ff. de rei vend. & alijs iuribus citatis à Gloſ. dictæ l. fin. in verſ. auctoritas. Idem per argum. in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de verb. oblig. vbi hęc habentur, videlicet: [Si quis ita ſtipulatus fuerit, decem aureos dabis, ſi nauis venerit, & Titius Cōſul factus ſit, non alias dabitur, quàm ſi vtrumq; factum ſit.] hęc ibi. Idem probatur in quamplurimis alijs ſimilibus iuribus Imperialibus. Nam idē probatur per tex. in l. ſi hæredi. ff. de condit. inſtitu. vbi hæc habentur, videlicet: [Si hæredi plures cōditiones coniunctim datæ ſunt: omnibus parendum eſt, quia vnius loco habentur: ſi diſiunctim, cuilibet.] hæc ibi. Cùm ergo duæ conditiones requirantur cōiunctim in caſu noſtro, vt transferatur dominium ad eum, qui prior recepit hypotecam rei feudalis, ſcilicet dicta obligatio coniunctim cū aſſēſu Dñi directi. Inde ſequitur illam fuiſſe nullā, ac per cōſequens, qui poſterior fuit in recipiēdo hypotecā cū dicto aſſenſu, effectus fuit meritò prior in iure legitimo inde acquiſito illo, qui obligationē ſine aſſenſu obtinuiſſet. Probatur & ſecūdò Doct. auctoritate vltra glo. in dictis iurib. & p̄cipuè in d. l. fin. verſ. auctoritas. qę dixit, & ſic nota cum duo ſunt neceſſaria, vnum interuenire non ſufficit. Idem docuit Glo. in l. 3. §. hoc autem. verſ. competere. ff. de itinere, actuque priuato, dicens, quòd ex dicta l. elicitur, q̄ quando ſunt duo, vel plura neceſſaria, alterum adeſſe nō ſufficiat, citans l. fin. C. de auctor. præſt. Idipſum docuit elegantiſſimè Bart. in l. ſi is, qui ducēta. §. vtrū. col. 5. verſ. tertio caſu. ff. de reb. dubijs. dicens, q̄ quādo copulatiua † copulat orōnes reſpectiuè p̄ modū accidētis, q̄ tūc ſtet propriè, i. requiritur cōſenſus vtriuſq;, vt in l. ſi hæredi plures. ff. de cōdit. inſtitu. in qua l. ſi hęredi. ipſemet Bar. dixit, q̄ veritas ſit, q̄ quādo duæ
8 orōnes † ponūtur copulatiuè, nō p̄ricipīr, ſed reſpectiuè ad aliud, tunc requiritur concurſus vtriuſque, vt hīc, ſed q̄n plures orōnes

non

non copulantur respectiuè ad aliud, sed quælibet principaliter, tunc copulatiua ponit magis causa ordinis, quàm coniunctionis: ideo non requiritur concursus vtriusque, & probatur per l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. Idem docuit ipsemet Bar. in extrauag. ad reprimendum. super versic. ne ex eorum absentia. col. 2. in vers. Item ne talia maleficia, & sequitur glo. in c. 2. extra de rescript. (quã retulit quoque ac sequutus fuit Panormitanus loco infra citando) dicentis:

9 Aut quælibet causa † est sufficiens ad producẽdum effectum, & sufficeret vna, & tunc coniuncta ponitur pro disiuncta, vt in l. sæpe. ff. de verb. signif. aliquando requiritur cõcursus omnium: verum inquit ipse Bart. est, quando in lege ponũtur plures causę, hoc est, plura facta, ex quibus debet sequi iuris effectus: tunc enim de facili cognoscitur, an quodlibet factum de per se sit sufficiens ad productionem effectus iuris: cũ ius certum sit, vt in l. 2. ff. de iuris & facti igno. sed quando in lege
10 † ponuntur plures causæ, & plures finales effectus, qui ex lege sequi sperantur: tunc an omnes requirantur est dubium, sed dic (ait ipse Bart.) quòd quando effectus sunt separati, & distincti: sufficit alterã ex illis causis adesse, sed si illę plures causæ, & plures effectus tendunt ad idem: tũc si vna causa ponitur, vt ratio: alia, vt ratio rationis: vel vna ponitur tanquam maior propositio, altera vt minor ad probandum: tunc
11 vtraque requiritur, † vt in l. 1. ff. sol. matrim. & in l. sed si lege. §. item. ff. de pet. hæred. hęc peroptima decisio ac regula traditur à Bart. vbi supra, qui Bart. idipsum repetẽs, sequendo sententiã Iac. Butr. in quæst. de mercator. & artificibus artis lanæ, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Quandoque copula ponitur inter duo incompatibilia, & tunc resoluitur in disiunctiuam. Quandoque ponitur inter consonantia simul, & tunc aut consonant simul in vnum, vt quasi insit vnum alteri, & tunc dempta copula de medio resoluitur in adiectiuum illius, vt in l. 1. §. 1. ff. de pactis. Quandoque copula ponitur inter diuersa: & tunc aut inter duo substantia non aliter verificata, & requiritur cõcursus copulatorum, vt in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de legat. primo, & in omnibus legibus tractantibus materiam coniunctorum. Quandoque cadit copula inter duo adiectiua: & tunc aut respectu alicuius substantiui, aut non: si primo, requiritur concursus copulatorum, quando non copulat respectu certæ substantiæ: & dic, vt dicam in sequenti membro. Quãdoque copula cadit inter omnes, & tunc respectu alicuius accidentis, aut non. Primo casu requiritur concursus copulatorum, vt in d. l. si hæredi. Secundo casu non, vt in l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. hęc Bar. Idem docuit Bal. in l. 1. col. 2. a vers. circa hũc articulum, vsque in fin. C. de condict. insert. cuius sententiam colligendo, dicimus ipsum docuisse

ad

ad verbum. Primo, quòd quando
12 pluralis oratio † diuiditur in diuerſa diſpoſita diſtributiuè, tunc non requiritur concurſus ipſorū: ſi verò ponitur cōplexiuè, & tunc requiritur concurſus copulatiuorum, vt in d.l. ſi hæredi pluresſi vero dubitatur qualiter ponatur, tūc aut loquimur quo ad modum ſignificandi, aut quo ad effectum ſignificati: ſi primo, ſecundum rigorem verborum requiritur veritas conditionis in vtroq; ſed ſecundum ſenſum, & intentionem naturalē erit diſtinguendum: Aut eſt eadem ratio de vno quo ad vnū, quæ de pluribus quo ad plures: & tunc, aut illa ratio eſt vera a quocumque incipiens, aut in perſona vltimi morientis tantum, & ſcietur quòd ſit vna ratio tantum, vt puta. Aut inter ſeipſos eſt aliqua prouiſio teſtatoris expreſſa, vel tacita, vt ius accreſcendi: & tunc non ſufficit alterum quo ad alterum, vt in l. fin. ff. de inſtitut. & ſubſtitu. & l. quis. ff. de impube. & alijs ſubſti. aut inter illos ceſſat omnis prouidentia tam teſtatoris quàm legis, & in hoc caſu loquitur text. in l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Trebell. & addit in fine, quòd Iacobus Butr. in quadam diſputatione de legato facto mercatoribus, & artificibus lanæ, dixit, quòd vbi pluralis locutio, ſeu oratio non reſoluitur in ſingularitates, eſt quia tendit ad vnum effectum, & non ad diuerſos: quia ea, quæ diſtinguntur, ſeu tanquā ſeparata operantur quodlibet de per ſe, vt in l. falſa. §. vltimo. ff. de condict. & demonſtr. & ſubdit denique Bal. ibidem. & Nota, quòd quando copula apponitur in libello, ſeu reſcripto. Aut ordinatur ad diuerſos effectus, & vtrumque eſt probandum: aut ad eundem effectum, & idem ſi ſe aſtrinxerit, & neutrū per ſe ſufficit, aliàs ſufficit alterum probare, vt not. Archidiaconus in c. omnes. diſt. 1. Tu dic, quòd aut vnum copulatorum eſt cauſa alterius, & vtrūque eſt probandum; aut ſunt ſeparata & ſeparatos producūt effectus, & tunc ad victoriam copulatiuam requiritur vtrumque, ſed ad victoriam diſiunctiuam ſufficit alterum. hæc Bal. vbi ſupra, qui addit hæc verba. Vel dic, vt docuit Barto. in l. Diuus Adrianus. ff. de re iudica. vbi reuera hoc ipſum idem docuit breuiter Bald. in l. ſi mater. C. de contrahen. empt. dicens, quòd contractus poſſit eſſe nullus duplici ex cauſa, & vtraq; poteſt eodem libello proponi: ſed punquid eſt neceſſe ſimul probare: ex quo copulatiuè proponit duas cauſas nullitatis. Reſp. non: vt in l. ſcio. ff. de appellat. & in c. ex parte Abbatiſſ. de priuileg. & ibi per Innoc. ſecus vbi plura requirerentur reſpectu vnius effectus, ſeu loco eiuſdem fin. cauſæ. Nā tunc oportet vtrunque probari, vt in l. 1. §. fin. & in l. 3. §. hæc autem a ſuperiore. ff. de itin. actuque priuato, & ibi not. Idem docuit Bal. in l. Titia diuortium. in princ. ff. ſol. matrim. his præciſis verbis. Nota hic, quòd quando duo cōiunctim ſunt probanda, deficiens in probatione vnius,

vnius, deficit in toto, vt hic patet in patre, qui habet coniunctim probare patriam potestatem, & filiæ consensum, & ita not. in l. 1. §. hoc autem. ff. de itinere actuq; priuato. Vbi glo. notat istud. Idipsum docens Bal. post Cyn. in d. l. si hæredi. in additionibus his præcisis singularibus verbis vsus fuit. Aut plura copulata proferuntur a lege, aut homine absolutè, ita quòd veritas, vel falsitas alterius orationis non dependeat ex copulatione: & tunc ad veritatẽ ipsorum copulatorum nõ requiritur existẽtia omnium, sed vnũquodque per se potest effectum suæ existentiæ producere, vt in l. Arriani. C. de hæretic. aut copulata non ponuntur absolutè, sed ex copulatione expectatur veritas, vel falsitas alterius orationis dependẽtis ex ipsis: tunc aut existentia copulatorum requiritur solum ad merum factum, quia his existentibus, non ex his, sed ex dispositione legis, vel hominis inducitur iuris effectus: tunc existẽtia omnium requiritur, vt hic, & ff. de verb. obligat. in l. si quis ità. Aut existentia copulatorum
13 requiritur ad iuris effectum † ex ipsis copulatis inducendum: puta, quia non alias lex, vel homo inducit obligationem, sed istis mediãtibus, & ex istis originem inducit iuris effectus immediate. Tunc si vnumquodque per se sufficit, non requiritur cõcursus: vt in l. 2. §. fin. ff. de condit. instit. & in c. ex parte. extra de rescript. Si verò neutrum per se sufficit, tunc requiritur consensus vtriusque, & facit quod notatur in glo. c. exhibita. vers. dictis grauaminibus, incip. quia simul. & addit ipse Bal. quòd de hac materia tractauerit Iacob. Butr. in quæstione legati facti mercatoribus, & artificibus artis lanæ, & dixit, quòd si plures qualitates copulantur vni subiecto, requiritur omnium existentia, vt hic. Si autem copulantur diuersis subiectis ita quòd quælibet concernat proprium subiectum: tunc non requiritur omnium existentia, vt in d. l. 2. §. fin. Hæc omnia Bal. vbi supra. Qui idipsum docens in d. c. ex parte. colum. 2. num. 2. & de-
14 inceps. sequens glo. ibi, dixit, q̃ quando est posita pro cõiunctione copulatiua, seu disiunctiua: tunc quælibet cõdictio per se sufficit: & ideo necessario non requiritur concursus vtriusque conditionis, cum aliquando copula ponatur inter extrema, quorum non est concursus ex iuris dispositione: & tunc copula non requirit existentiam vtriusque extremi: vt dicit illa lex not. in l. cum solitum. C. de sent. & interlocu. & subdit Bald. quòd hæc faciant ad
15 quæstionem. Vtrum † copula posita in libello, vel positionibus requirat probationem vtriusq; nec ne. Et præmitto, quòd qualitas, & subiectum sunt duæ res: tamen vna, scilicet qualitas adiacet alteri, scilicet, substãtiæ: quia qualitatis esse est inesse, & sic super qualitatẽ narratur: & sine ea cessat remedium intentatum oportet qualitatẽ probari, vt in l. prætor. §. docere. ff. vi bono. rapt. sed si per

si per eam geminatur effectus : non est necesse eam probare, nisi quis velit vtrunque consequi, vt patet in furto manifesto. Nã manifestum est, quòd qualitas est, per quam pœna geminatur. Si ergo probatur furtum, sed nõ probatur cõdictio illa (manifestum.) Non tamen absoluetur reus, sed condemnabitur in minus: & tamen si Iudex condemnaret vltra probata, sententia esset aliqua : dummodo libellus hoc patiatur, vt dicit l. illa notabilis. ff. de infamibus. l. quid ergo. §. pęna grauior: apparet ex prædictis, quòd non vitiatur principale, licèt accessorium non probetur. & adde quod notatur in cap. 1. super. versic. defecerit. de elect. lib. sexto, & iuxta notabilem Theoricam istius glosæ: nota, quòd aut de iure requiritur, quòd vtraque pars sit vera, & oportet vtranque probari: aut quodlibet per se sufficit, alterum probari, & ego addo (inquit ibidem Bal.) quòd si vnum venit ad informationẽ alterius ; oportet probare vtrumque, vt in l. habebat. ff. de institor. actio. hęc Bald. vbi supra, qui ibidem nu. 8. concludit dicens, quòd ex prædictis appareat, quòd copulatiua probatio non requiratur, vbi iuris dispositio est contenta de altero extremorum, vt in l. appellanti. §. non solere. ff. de appellat. Idem docuit rursus Bal. in l. 1. colum. 2. vers. ad veritatem autem copulatiuæ. ff. de iust. & iure. his præcisis verbis. Aut enim copula ponitur inter conditiones, & tũc respectu eiusdem, vel partis dispositi, & requiritur veritas vtriusque partis, vt in d. l. si hæredi plures. Idem dispositum accipio pro vno & eodem effectu, vel pro pluribus correlatiuis, aut respectu diuersi dispositi : & tunc redduntur singula singulis : vnde intellectus diuidit, & veritatem copulę distribuit, & ideo non requiritur veritas vtriusque partis. Aut copula ponitur inter causas, & tunc, aut ex pluribus concurrentibus resultat vna ratio tantum, in qua fundatur mẽs loquentis, & exigitur copulatiuis concursus causarum, vt in l. vnde. §. hoc autem a superiore. ff. de itin. actuq; priua. Aut resultant plures rationes efficaces, quælibet per se, & tunc non requiritur concursus, vt instit. de excu. tut. §. si plures. Aut nõ sunt causæ, sed partes causarum: & tunc requiritur partium concursus, vt in l. 1. ff. qui numero tut. Aut copula ponitur inter modos, & tunc si modi sunt finales, idem quod in conditionibus: si impulsiui non est curandum. Aut copula cadit inter demonstrationes: & tunc pro veritate vnius partis habetur certitudo dispositi, & sufficit altera pars: Aut certitudo dispositi non potest haberi nisi per concursum seu veritatem vtriusque partis: & tunc requiritur concursus. Aut copula cadit inter dispositiones, quia verbo dispositiuo plura copulantur : & tunc, aut vtrumque est principale, & non relinquitur veritas vtriusque partis. Aut alterum accessorium, tunc deficiente principali disposito, deficit accessorium

itized by Google

cessorium dispositū, vt in l. si cui. ff. de fundo instruct. In dubio autem. Aut copula cadit inter plures qualitates, seu adiectiua respectu vnius substantiui: tunc requiritur concursus, sed si posset referri ad vnum substantiuū multipliciter qualificatum, & ad diuersa qualificata suo modo refertur ad plura, non ad vnum: quia natura copulæ debet seruari in dubio, sicut natura cuiuslibet dictionis in dubio est seruanda. & denique addit ibidem Bal. quòd etsi regulariter ad veritatem disiunctiuè inspecta propria natura ipsius vocabuli, nō requiratur veritas vtriusque partis, cum propria natura vocabuli sit quædam vis attributa dictioni ab intellectu ad exprimēdum aptè, & propriè conceptum mentis, sed inspecta benigna interpretatione, qñque ad veritatem disiunctiuè requiritur veritas vtriusque partis propter saluandam præsumptam intentionem loquentis: hæc Bal. vbi supra.

Idē docuit Pau. de Cast. in d. l. si quis ita stipulatus. his præcisis verbis vtens, videlicet. Ad veritatem copulatiuè requiritur concursus vtriusque copulati: sed ad veritatem disiunctiuè sufficit alteram partem esse verā, & quòd primum dictum procedat, quando copulātur ad vnum effectum: sed si non respectiuè ad aliud: sed quodlibet per se, tūc ponitur conjunctiuè, & in quolibet de copulatiuis verificatur. vt in l. 1. ff. de infan. quod dic, vt plenè per Bar. in l. is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs, cuius præcisa verba supra retulimus: cum recenseremus sententiam Bart. Idem breuiter repetijt idem Pau. in d. l. si hæredi. dicens, quòd quando
15 conditiones plures † apponūtur copulatiuè debent omnes impleri: si autem disiunctiuè implere vnam: & est in electione implere debentis. & sic ad veritatem copulatiuę requiritur cōcursus: sed ad veritatem disiunctiuæ sufficit altera. hæc Pau. Idipsum breuiter repetijt ipse Pau. in d. l. Diuus Adrianus. col. 3. nu. 3. vers. in glo. 1. magna. dicens quòd quandocunque plura requiruntur, non sufficit alterum. & ad hoc probādum citat text. in dicta l. cum hi. §. si prætor.

Idipsum excellentissimè docuit Iason in d. l. si quis ita stipulatus. cuius singularia dicta colligendo dicimus ipsum infra verba protulisse in colum. 2. num. 1. vers. Nota primo ex isto textu vnam regulā, quòd ad veritatem
16 † copulatiuę siue ponatur affirmatiuè, siue negatiuè requiritur concursus vtriusque copulati: & sic coniunctio copulatiuæ requirit veritatem suarum extremitatū, quia affirmatiua requirit per vtrumque esse: negatiua verò per vtrūque non esse. facit l. si is, qui ducenta. §. cum ita. & §. vtrum. ff. de rebus dubijs. & ad istam regulam concordat vulgata l. si hęredi plures. ff. de condit. insti. vt de quando in substitutione appo
17 nitur conditio duplex, † debet vtraque verificari: alias non est locus substitutioni, secundum

Pet.

Pet.de Anch.in conſi.262. incip. Iſte magiſter Gerardus. Ludou. Rom.in conſi.132. incip. Incipit prima dubitatio. & in conſ.138. incip. Noua ſuperuenit. & Ioannes de Ana. in conſ.66. incip. Viſis his.& addit ibi Iaſon. num.3. verſ.amplia.dicens quòd hæc regula procedat quoque in pœnalibus:vnde quando a lege,vel ſtatuto imponitur duplex pœna copulatiuè, tunc vtraque debet impleri.vt in l.nemo. la ſeconda.C. de Epiſcopali audien. ſecus ſi alternatiuè.vt in l.ſi fugitiui. C.de ſeruis fugit. ſecundum Bart. in l. quid ergo.§.pœna grauior.in colum.1. ff.de infami.& addit & aliud mirabile, & verum dictum Bal. in c.1. ad finem. De duobus fratribus a Capit.inueſt.in vſibus feudi. Vbi dixit,pone ſtatutum dicit.Si quis tempore mortis caruerit filio,& filia,ſuccedat ei frater. Modo quidam carens filio, ſed non filia moritur,quæritur vtrum de vi ſermonis admittatur frater? Et videtur,quòd ſic:quia verũ eſt dicere, ego careo boue, & equo,ſi careo altero:Nam co-
28 pula,† quę negat extrema, requirit vtrumque eſſe, vt in dicta l.ſi is,qui ducenta.§.cum ita. Cõtrariũ determinat ſubtiliter ibi Bal, quia verum eſt dicere, quia ego careo copulato extremo: vt not. per gl.not. in Clem.in pleriſque. de elect.vnde hæc verba talis Eccleſia caret Clero & populo Chriſtiano æquipollet huic ſermoni, non habet clerum, nec populum Chriſtianum:ſi ergo alterum habet prædicatio de copulata carétia eſt falſa:& ſi falſa eſt omnino, ceſſat ſtatuti diſpoſitio, vt in l. prætor ait, cuius dolo. §.hæc autem actio. verſ.docereque, cum ſimilibus.ff.vi bono rapt.limitandam verò fore hanc veram regulam ſubdidit ibidem Iaſon,ſecundum Bartolum. Primo vt procedat quando plura copulantur reſpectiuè reſpectu vnius ſubiecti, vel vnius diſpoſitionis, vt eſt hic reſpectu ſtipulationis de decem. Si autem principaliter, & de per ſe,vt duę orationes copulatę:tũc in quolibet de copulatis verificatur,vt patet in l.1.ff.de infami. & ſimilibus,quia tunc eſt potius continuatiua, quàm copulatiua, prout plenius docuit Bart. in d.l. ſi is,qui ducenta. §.vtrum,& hãc ſententiam ipſe Iaſon, vbi ſupra tuetur, dicens hoc ipſum feciſſe Ang.Aret.in §.pen.inſtitu.de hęredi. inſtitu. Et ſecundò fore limitandam ſubdidit ibidem Iaſon, vt dicta regula procedat in conditionibus extrinſecis: ſecus in conditionibus intrinſecis: Vt ſi ſit facta ſubſtitutio fideicommiſſaria,vel pupillaris, & ſit collata poſt mortem duorum copulatiuè:puta,quia ſit dictum:ſi Titius & Sempronius hæredes inſtituti deceſſerint in pupillari ætate, vel ſine liberis, ſubſtituo Caium: licet illa copula importet, quòd conditio mortis vtriuſque debeat impleri inſpecta propria ſignificatione verborum: Tamen in perſona vnius ſi eueniat conditio, & non alterius, habebit locũ ſubſtitutio, quo ad illam partem hæreditatis, quæ peruenit ad illum,

lum, in cuius persona fuit purificata conditio, vt in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. & l. pen. cum glo. C. de impube. & aliis substi. quia in istis intrinse-
19 cis † conditionibus ad substitutionem magis attenditur mens, & intentio testatoris, & qua ratione sint appositę, quàm significatio verborũ, vt in iuribus præalleg. ita egregiè limitat Salicet. in d. l. pen. quem sequitur Alex. in consi. suo 93. vol. 3. incip. Aliàs consultus respõdi. col. 3. ad quod facit quod docuit Bald. in c. 2. in pen. col. de rescript. dicens, quòd potius sit inspicienda mẽs, quàm verborum copula, quia aduerbia & coniũctiones sæpe ponũtur improprie, & vnũ pro altero, vt dicit glo. singul. in l. eas causas. ff. de condict. & demonstr. Et tertiò fore limitanda in huiusmodi regulam dicendo ipsam habere locũ, vt procedat in actu recipiente dispositionem a voluntate disponentium: secus in actu, qui disponitur secũdum dispositionem legis: vbi nõ est concursus ex legis dispositione: & tunc copula non requirit existentiam vtriusq; extremi. & est textus not. in l. cũ solitum. C. de sent. & interloc. om. iudic. glo. not. in c. 2. de rescript. & ibi ita in specie limitat Bal. in col. 2. ad fin. hæc omnia Iason, vbi supra, qui idipsũ breui⁹, & apertius docuit in l. Diuus Adrianus. col. 4. nu. 19. versic. adde quòd vbi. ff. de re iudic. his præcisis verbis vtens, videlicet. Vbi duo vel plura sunt cõiunctim, pbanda deficiens in probatione vnius deficit in toto. l. Titia diuortium, & ibi Bald. & Ang. ad hoc not. ff. sol. matrim. sicut astringẽs
20 † se ad certum tempus, quamuis non esset de necessitate, tamen tenetur illud probare, aliàs succumberet, secundum Bart. in l. habebat. per illum text. ff. de instru. & concludit ipse Iason, quòd cũ Imperator mandauerit duo, videlicet. Rem seuerè vindicari, & causam in integrum restitui; sed primum fieri non poterat, scilicet aduersarium criminaliter puniri, nisi eius conspiratio interueniisset in corrumpendo testes. Idipsum docuit idem Iason in l. si filius, qui in potestate. colum. 2. nu. 2. & 5. dicens, q̃ quotiescunq;
21 lex † loquitur sub duplici conditione, copulatiua requiritur vtrũque impleri. l. si hæredi plures. ff. de condict. instru. sed quando copula ponitur inter contraria, vel inter tendentia ad diuersum effectum, vt hìc, non requiritur concursus vtriusque copulari, secundum Bald. in c. cum venissent. in not. 3. de eo qui mitt. in poss. causa rei seruan. per Bart. & alios in l. 1. in princ. ff. de iust. & iure. Idẽ ipse Iason docuit in l. 2. col. 1. a num. 2. & de inceps. ff. de condict. caus. da. & causa non sequ. Vbi elegantissimè docet, quòd quando pecunia datur ex duplici causa, oportet vtranque copulatiuè impleri: aliàs si vna sola impleatur, non sufficiet, & poterit datum repeti. facit regula l. si hæredi plures. cum simil. ff. de condict. instru. Ad idem facit simile: quòd quando duo sunt copulatiuè

latiuè probanda non ſufficit alterum probari. vt not. Cano. in c. 2. de reſcript. per illum text. & facit quod vult glo. & Doct. in Clemen. pleriſque de elect. & confirmatur (ſubdit Iaſon) quia vbicunque Papa vel Princeps mouetur ex duabus cauſis ſimul conſideratis, altera deficiente, ceſſat diſpoſitio: quod & probatur in cap. quoniam frequenter. in §. porrò. §. ſin autem. extra. vt lite conteſt. hinc eſt, quòd accuſans aliquem, quòd percuſſit Titium, & cū ſanguinis effuſione, ſuccumbit probata ſolum percuſſione, ſecūdum Cyn. Bald. & Salic. in l. 2. de probat. & Bal. in l. in cauſis. C. de accuſ. Panormitanus in c. examinata. col. 3. de iudic. & in c. conqueſtus. ad fi. de foro competen. Florianus in l. 1. in principio. ff. ad l. Aquil. Ioānes And. in addit. Specul. in tit. de accuſat. & inquiſ. ſuper rubr. & Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauis. col. 6. de infami. dixit, quòd ſi accuſaui aliquem de furto, & dixi eſſe furtum manifeſtum, & poſtea probaui ſimpliciter furtum, debet reus abſolui. hæc omnia, & his ſimilia docuit Iaſon vbi ſupra, quæ ſummoperc deſeruiunt ad dilucidationem veritatis p̄ſentis noſtræ deciſionis.

Et ne quis putet hanc peroptimam regulam (qua diximus probari præſentem reſponſiuam deciſionem) non probari iure quoque Pontificio, ſciat quòd eadem eliciatur ex text. in c. olim. extra de reſcriptis. vbi Innocentius Tertius cùm mandaſſet quibuſdam Commiſſarijs, quòd ſi de quibuſdam enarratis conſtāret, priuarēt quendam ſuo beneficio, & illud conferrent alteri. in fine, his præciſis verbis vſus fuit. [Nos igitur reſpondemus, quòd clauſula illa ad omnia debet ſuperiora referri, ad hoc vt ipſi R. præfata Eccleſia conferatur: quia licèt vitium falſitatis ad imponendum ei perpetuum ſilentium ſuper Eccleſia ipſa ſufficiat, qui falſitatem huiuſmodi perpetrauit, nō tamen propter hoc eadē Eccleſia eſt aduerſario aſſignanda, *niſi* ſuper alijs facta fuerit plena fides.] hæc ibi. Ex quibus patet verificari regulā noſtram, cùm ſupponantur plura neceſſariò concurrenda ad producendum vnicum effectum, ſcilicet vt dicta Parochia conferatur ipſi R. Idem probatur apertiſſimè in c. licèt cauſam. §. ijdem quoque teſtes. extr. de probat. vbi Innocentius Tertius his præciſis verbis vſus fuit, videlicet: [Ijdem quoque teſtes Fauentinorum generaliter repellūtūr, quia nō probant illud, ad quod probandum eorum ſyndicus ſe adſtrinxit, videlicet: Quòd corrupti falſa dixiſſent, quoniā etſi de corruptione videantur aliquid dicere, de falſitate penitus nihil dicūt.] hęc ibi. Idem elicitur ex c. quoniam frequenter. §. porrò, & §. ſi autem. ext. vt lite non conteſt. Ex quibus §§. vt peroptimè Panorm. docuit in cap. cum ceſſante cauſa. col. 2. nu. 2. de appellat. Nam ibi proceditur contra abſentem duabus de cauſis. Prima, in fauorem coniugis expectantis, de cuius fornicatione timetur. Secunda in odium

contu-

contumacis: & sic cessabat altera causa, puta odium contumaciæ, & sic cessatur dispositio. Idem elicitur ex c. cum dilecta, de rescriptis. Idem elicitur ex c. quoniam. de elect. in sexto, vbi declaratur nulla electio cõfirmata, quæ facta fuerat non vocatis vocandis, nec discusso negotio, cum ambo sint a iure præcepta concurrere.

Idipsum ꝓbatur auctoritate Canonistarũ. Nã hoc ipsum docuit Glo. 1. in vers. perpetuo. in c. 2. extra de rescriptis. dicẽs, si coniunctim duo mandantur, quorũ neutrum per se sufficiat: sed si vtrũq; probetur, sufficit ad remotionẽ: vtrumq; probãdum est. Idem repetijt breuiter glo. in d. c. olim. in vers. ad oĩa remittens se ad ea, q̃ dixerat in d. c. 2. Idẽ expresse docuit glo. in d. c. licet causã. §. ijdẽ quoq;. in vers. se adstrinxit his p̃cisis verbis vtens, videlicet. Sic vr̃ ꝙ si aliquis se adstringat ad duo probanda, quorũ alterum per se sufficeret: tunc nõ sufficit probare vnum, nisi impleuerit intẽtionem suam, ad quã se obligauit, vt in l. vltima. C. de rei vendic.

Idem docuit Pan. in c. quapropter. col. 2. nu. 7. vers. Nota, vt ibi. ext. de elect. his præcisis verbis vtens. ibi maior, & sanior pars. ꝙ
22 nõ valet electio, † nisi fiat per maiorem, & saniorem partem Capituli: non ergo sufficit sanioritas, nisi ẽt concurrat maioritas. Nam de natura istius copulatiuæ [&] est copulare vtrumq; extremorũ principaliter, vt not. gl. in c. quẽrelã. de simonia. hęc Pan. vbi sup.

Idem docuit in infrascriptis locis Pan. Nã hoc ipsum docuit in c. cessante causa. col. 1. & 2. nu. 2. ext. de appell. dicens, ꝙ d. regula (in qua dr̃, ꝙ cessante causa, cesset effectus, erit intelligẽda vera, qñ causa finalis est vnica: si autẽ sunt duę causę finales alicuius effect⁹, seu cõstitutionis, quarũ quęlibet per se sufficit ad illũ effectũ pro-
23 ducendum, † licet tunc cesset vna causa: non tñ per hoc cessat effectus: vt est textus affinitatis. Instĩtu. de nupt. secus dic (subdit ipse Panor. vbi quęlibet causa distributiuè non sufficit ad effectum illum producendum, sed simul considerate: tunc. n. si cessat vna causa debet cessare effectus. Ad hoc adduco bonum text. in c. qm̃ frequenter. §. porro. iuncto §. si autẽ. ext. vt lite non contest. Nam in §. porrò. proceditur contra absentẽ lite nõ cõtestata duab. de causis. Prima in fauorẽ coniugis expectãtis, de cuius fornicatione timet. Secunda in odiũ contumacis, & sic cessat altera causa: puta odiũ contumaciæ, cessat dispositio, vt in d. §. si autẽ. hæc Pan. vbi supra. qui & in d. c. quoniam frequenter. §. porrò in fine. vers. Nota ergo. extra, vt lite nõ cõtest. his prę cisis verbis vsus fuit, videlicet. Nota ergo bñ ex hac glo. & text. ꝙ qñ duę sunt causę alicuius dispositionis oportet, vt habeat locũ dispositio, ꝙ concurrat vtraq; causa: secus si tantum altera adest ad hoc text. in §. affinitatis. Instĩtu. de nuptijs: potest tamen ille text. adduci in contrariam sententiã, qa cessante vna causa, nõ cessat effectus dispõnis, sed manet

vigor alterius cauſę: text. verò iſte procedit, quando quælibet per ſe non ſufficit, ſed oportet, q̃ vtraque ſimul concurrat: quod notandum fore ſubdit ipſe Panormitanus ibidem: Qui volens nos plenè docere naturam † copulatiuæ
24 orationis, & ſenſum plurium copulatiuorum his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. Diſtingue colligendo dicta Doctorum, quòd aut copulatiua, & vel alia dictio copulatiua ponitur inter impoſſibilia, ita quòd nõ poſſunt ſimul eſſe verę, & tunc copulatiua reſoluitur in diſiunctiuam: vt ſi teſtator dicit volo, quòd teſtamentum meum valeat iure teſtamenti, & iure codicilli. Nam certum eſt, quòd valet iure codicilli, ſi non valet iure teſtamẽti, quia impoſſibile eſt, vt valeat tanq̃ teſtamentũ, & vt codicillus: quia in teſtamento requiritũ neceſſariò hæredis inſtitutio: in codicillo verò nõ eſt hæredis inſtitutio, vt plenè habẽt in l. fi. C. de codicil. Aut copulatiua ponitur inter ea, quæ ſimul poſſunt eſſe vera, & tunc, aut extrema copulata non ſunt omnino diuerſa: & tunc copulatiua non ſtat propriè, quia de natura copulatiuę eſt, vt copulet omnino diuerſa, & quòd vtrumque copulatum veniat principaliter, vt not. glo. ſuper Rubr. ff. de iur. & fact. ignor. & glo. in c. quærelam. de ſimonia. Aut extrema ſunt diuerſa, & tunc ſi vnum venit ad alterum, vt accidens: copulatiua reſoluitur pro 1. ita quòd ſubſtantiuum exponitur adiectiuè. Exemplum in l. prima, iũcta glo. ff. de pactis. Vbi dicitur quòd pactum eſt duorum placitum, & cõſenſus. Dictio verò placitum exponitur actiuè, ideſt, placitus conſenſus duorum. Si verò nõ fic venit vnum ad reliquum, & tunc aut ponitur inter ſpeciem, & genus: aut inter ſpeciem, & individuum, & dic vt notat Dynus in regula generi. de regu. iur. in ſexto. Aut ponitur inter duo ſeparata, & communia, & tunc, Aut ſumus extra iudicium, & improrſus voluntarijs, & copula ſtat propriè, & requiritur, quòd vtrumque copulatum verificetur. Vt ſi promitto tibi decem ſi Titius miles factus fuerit, & Sẽpronius Conſul: non enim teneor dare, niſi vtrunque accidat. vt in l. ſi quis. ita ſtipulatus. ff. de verbor. obligat. & hoc intellige, quando copulatiua formatur affirmatiuè, vt in præcedenti exemplo: ſecus ſi negatiuè, quia tũc requiritur, quòd neutrum accidat. Exemplum. Promitto Titio ſi Andreas non fuerit factus Conſul, & Imperator non veniet in Italiam. vt in dicta l. ſi quis ita. Aut ſumus in iudicijs, & tunc eſt dubium. Vtrum ſi Princeps mandet duo copulatiuè, vel ſi pars aliquid poſuit copulatiuè in libello, vel in articulis, vtrum requiratur vtrumque, & hoc caſu diſtingue: quòd aut plura copulata veniunt ad diuerſos effectus conſequendos: & tunc non ſufficit alterum ad conſequẽdum omnes effectus, & iſte eſt caſus in c. olim. infra eod. vbi de hoc. Aut plura copulantur ad vnum effectum conſequendum, & tunc.

Aut

Aut astrinxit se ad probandum vtrumque, & non sufficit alterum probare: licèt aliàs per se sufficisset: quia imputandum est sibi ex quo se ad vtrumque obligauit, vt in capitulo licèt. de probat. & not. in l. Diuus. ff. de re iudic. vbi de hac materia. Hoc (inquit Panormitanus) intellige verum, nisi vertatur fauor publicus: quia nō potuit pars se obligare ad vtrunque in præiudicium iuris publici. Vnde tunc licèt ipse compellatur in probando vtrumque, Iudex tamen ex officio suo, si probatum est alterum per se sufficiēs, dēt occurrere, & ex officio procedere. ad quod vide bonā glo. in c. si fortè, de elect. in sexto. facit c. constitutus. ext. de appellat. vbi text. notanter dicit, ꝙ si pars appellans non fuit prosequutus appellationem in termino, potest Iudex prosequi, si ibi vertitur fauor publicus, & hoc in actore. Si verò reus se obligauit ad probandum aliquid vltra, q̄ esset necesse, si non probat non perdit causam: quia per hoc non priuatur cōmodo possessionis. Vnde actore nō probante, debet reus absolui, vt habetur in l. circa. ff. de probat. & in c. vnico extra, vt Eccle. benef. Aut iste se non astrinxit ad probandum vtrumque, & tunc, Aut vnum venit, vt qualitas ad reliquum, & sufficit alterum probare: vt puta, si excipio, ꝙ testes corrupti falsa dixerunt, vt not. per Bar. in d. l. Diuus. Aut non venit, vt qualitas, sed est eq̄è principale: & tunc si neutrum per se sufficit, vtrumq; est probandum, vt in c. cum dilecta. infra eo. Si alterū per se sufficit, satis est illud probare. Nec in dubio videtur se astringere ad vtrūq; ad hoc c. iam dudum. ext. de præben. & in c. exhibita. de iudic. sed propter istas ambiguitates euitādas cauti Aduocati & Procuratores solent apponere in fine libelli, & articulorum, ꝙ non astringunt se ad probandum nisi ea, quæ necessariò incumbunt. hæc omnia Pan. quæ memoriæ sunt commendanda.

Idē docuit Felinus in d. c. 2. col. 10. nu. 24. vers. copula contingit. ext. de rescript. dicēs, ꝙ vbi copula ponitur inter duo, dēt regulariter dispositio verificari in vtroq; vt in l. si heredi. ff. de condict. instituto. cum cōcord. & licet ipse Felinus subdat triplicē limitationē dictę regulę verissimè. Nihilominus in fauorē dictæ regulę restrinxit q̄nq; modis tertiā limitationem suprascriptā, vbi in fauorem regulę multa exēpla subintulit, & illa probauit, quę hìc recēsere longum esset, & superfluū, eo magis ꝙ in relatio. supradictarū sn̄iarū Doct. multa ex eis recensita reperiuntur, saltē virtualiter, & reductiuè. Idē colligitur ipsum Felin. doçuisse in d. c. licet causā ex ipsius elegantissima doctrina ferè p totū, & specialiter in col. 22. nu. 81. vers. secundò limita dūmodo. Vbi ipse limitauit conclusionē primam post glo. in vers. astrinxit. in qua cōclusione dixerat, ꝙ ita demū teneatur q̄s ꝓbare oīa simul narrata, †q̄ aliàs per se sufficerēt, qñ deducta non distinctè, vel copulatiuè, sed qualificatiuè: puta, si dicatur manifestè deliquit, dixit. n. ipse Felin. d. 2. limitatione;

dummodo qualitas ſit de ſubſtã-tia actus, vel defenſionis: qa dẽt vtrumq; probari: Vt in l. hẽbat. ff. de inſtitut. ſecus ſi qualitas nõ ſit de ſubſtantia actus, vel defenſionis, quia deficiens in probatione qualitatis obtinebit in ſimplici facto, eo probato. qđ & ipſe Felinus ibi ꝓbat multipliciter. Videbi per te. Et ad hoc idẽ poterit afferri doctrina eiuſdẽ Felini in c. cum dilecta, per totũ, ſed præcipuè in col. 5. nu. 36. verſ. geſta cõtra formã. cum ſequentib. duodecim ampliationib. ext. de reſcriptis. in quibus apertiſſimis iuris documentis probantur oĩa, quæ tam per nos, q̃ per ſupra recẽſitos Doct. probauimus in ꝑtĩ deciſ.

Idem docuit Decius in c. 2. ferè per totum. ext. de reſcript. vbi ſequens ibidẽ Pan. infert nonnullas cõcluſiones & limitationes ſupra per nos relatas in recitatione ſnĩę dicti Pan. ibidem. Vide ibi. Qui Decius in d. c. licet cauſam. ſequitur Pan. in ſuis dictis ſupra ꝑ nos relatis. Idem Decius ſequitur Panorm. in d. c. cum ceſſante. col. 2. verſ. limitatur hoc ꝑ Abbatẽ. n. 4.

Idem docuit ad verbum Philippus Franchus in d. c. qm̃. in princ. Vbi idem per Ioan. And. & reliquos addens, ꝙ vbi aliqua copulatiuè requiruntur, nõ ſufficit alterum interuenire, ſed requiritur copulatiuorũ concurſus, vt in l. ſi hęredi. ff. de condit. inſti. & in c. cum illis. §. fi. de præben. in ſexto.

Et hęc eſt mea ſentẽtia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli V.I.P. & Abbas Congregationis Caſſinenſis.

SVMMARIVM.

1 *Vltimis voluntatibus, & fideicommiſſis, vbi contingit de aliquo controuerti, ante omnia voluntas teſtatoris erit attendenda, cùm ipſa præualeat verbis, dummodo non repugnent, & hoc procedit etiam in voluntate tacita collecta ex coniecturis, & quare.*

2 *Fideicommiſſa, vt odioſa non præſumuntur.*

3 *Teſtatoris ſi de voluntate apertè nõ conſtiterit in teſtamento, eo quòd verba ſunt obſcura, tũc erit recurrendum ad id, quod eſt veriſimile.*

4 *Ordo ſeruandus interpretatione ſcripturarum, quis ſit.*

5 *Diſpoſitio teſtatoris porrigitur ad caſum, de quo ipſe ſi cogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, veriſimiliter reſpondiſſet.*

6 *Teſtatoris voluntas, habenda erit pro lege, in his, quæ merè à voluntate ipſius dependent, & non in alijs, & quare.*

7 *Teſtatoris voluntas elicitur ẽt ex coniecturis, attẽdẽda erit, et quare.*

8 *Diſpoſitio omnis recipit interpretationem in caſu omiſſo à veriſimili mente diſponentis.*

9 *Inſtitutio facta in vno caſu, trahitur ad aliũ, de quo ſi teſtator cogitaſſet, idem veriſimiliter ſtatuiſſet.*

10 *Vltimis voluntatibus, & fideicommiſſis teſtatoris volũtas tacita collecta ex coniecturis erit attendenda, & prout veriſimile eſt ipſum reſpondiſſet, ſi fuiſſet de tali caſu omiſſo interrogatus, vel ſecundum ſuam conſuetudinem diſponendi, et idem dicitur in interpretatione ſtatutorum.*

11 *Filium ſororis alicuius non eſſe de familia*

familia paterna ipsius sororis probatur:

12 Etsi qui nascuntur ex filio, dicantur in potestate aui, non tamen qui nascuntur ex filia.

13 Filij non sunt in potestate matrum, sed patrum, & quare.

14 Filia nupta extra familiam, non dicetur de familia patris, sed mariti. & quare.

15 Dispositio inducta in fauorem agnationis & domus non comprehendit fœminas, cùm in ipsis finiatur agnatio.

16 Propositio indefinita non refertur ad omnia, vbi non est vniformis ratio.

17 Clausula generalis speciali subsequuta, restringenda de iure erit ad specificata tantum, si plura fuerant specificata, & sic è contra.

18 Sexus masculinus in dispositione testatoris pluries repetitus non concipit fœminum, & quare.

19 Qualitas masculinitatis, quando in vna parte testamenti est expressa, intelligitur etiam in sequenti repetita.

20 Descendentium appellatione regulariter veniunt etiam fœminæ, quoniam & descendentes de fœminis dicuntur de genere.

21 Descendentes ex fœmina nobili, & viro ignobili, non sunt nobiles, & quare.

22 Testator loquens de filijs masculis, & in eodem testamento tamen in alia eius parte simpliciter loquens de filijs, censebitur etiam de filijs masculis in dicta alia parte loquutus, & hoc tam in principio, quàm in alia parte testamenti fieri contigerit.

23 Testamenti verba dubia præcedentia capiunt intellectum à sequentibus.

24 Mentio de liberis masculis, si in institutione, vel prima substitutione fiat ipsum verbum (masculis) in omnibus substitutionibus censebitur esse repetitum.

25 Clausula adiecta in lege interpretata, videtur repetita in lege interpretante.

26 Verba præcedentia limitant sequentia verba obscura, adeo quòd ipsa videntur repetita.

27 Clausula apposita in medio, etiam si sit apposita per verba præteriti temporis, refertur ad sequentia, & ad præcedentia.

28 Clausula in fine, vel in medio alicuius dispositionis, semper erit intelligenda secundum capitula, seu clausulas in principio dispositionis positas, & quando.

29 Dispositio limitata in masculis, dicitur prohibita in fœminis, et quare.

30 Clausulam in fine positam referri ad omnia præcedentia, quomodo intelligatur.

31 Testamenti vna pars recipit interpretationem ab alia.

32 Descendentium appellatione etsi intelligantur omnes indiscriminatim & in infinitum, cuiuscunque gradus vel sexus illi sint, & siue sint nati ex masculis, siue ex fœminis, tamen hæc regula fallit, & quando.

33 Fœmina dicitur aliquo pacto caput, & finis familiæ.

34 Fideicommissum relictum per lineã masculinam descendentibus, non com-

Digitized by Google

comprehendet fœminas per masculos descendentes, & multò minus masculos per fœminas, & idem dicitur de emphiteosi, & quare.

35 *Nepos ex filio in fideicommisso excludis nepotem ex filia, & quare*

36 *Statutum excludens filiam extantibus filijs masculis, excludit nepotem ex filia, & omnes descendentes ex ea, & quare.*

DECISIO IIII.

THEMA.

Quidam nobilis in suo condito testamento antequam nominasset aliquem in suum hæredem vniuersalem vsus fuit his præcisis verbis, videlicet: *Voglio, che resti herede mio sempre il primogenito, & vno solo sia herede*; & paulò ante immediatè his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: *La casa mia di Genoua sia del mio herede, & non solo la godi lui, ma li descendenti d'herede in herede, di figli maschi primogeniti*: & his expletis, denique instituit suum vniuersalem hæredem nepotem, filium nempè sui fratris præcipiendo, quòd si dictus nepos hæres institutus ex legitimo matrimonio non suscepisset filios masculos, dicta hæreditas transferreretur ad alium nepotem suum filium eiusdem fratris sub quadam conditione: qui, si conditione etiam stante, non habuisset masculos filios, denique ipsa hæreditas redderetur filio alterius nepotis sui, filij scilicet dicti sui fratris: cum hac conditione, vt tali hæreditati succederet semper primogenitus dictorum nepotum, & destendentium masculorum filiorum vsque in sempiternum: & extincta dicta linea masculina illorum trium nepotum substituit suum hæredem supradictis nepotibus, & filijs eorum, primogenitum filij suæ sororis nomine Elisabet vxoris quõdam Bartholomei de Michaelinis: & deficiente hoc primogenito, substituit propinquiorem familiæ Chiaritorum: & post multa in dicto testamento concludendo ipse testator vsus fuit his præcisis verbis, videlicet. *Item perche ho scritto, che mancando la linea di parenti di donna, cioè di mie sorelle, così qui, come à Pietra Santa, che debba succedere il più propinquo di Chiariti: Voglio, & ordino, che siano anteposti tutti li descendenti di mie sorelle alli altri parenti.* At quoniam hic testator vltra dictam Elisabet habebat alias sorores, nempè duas nuptas Ianuæ, & tres in Petra Sancta: maiorque nuptarum Ianuæ nuncupabatur Iulia, & minor Margarita: & ex Iulia natus est ex legitimo matrimonio quõdam Dominus Bernardus Boerius, & ex ipso vnicus filius nomine Octauius Boerius, & ex alia minori testatoris sorore nomine Margarita nupta Ianuæ nata est quædam filia nomine Mariola, & ex ipsa filia dictæ sororis, & neptis testatoris natus est filius nomine Octauianus Albara.

Quæri-

by Goo

Quæritur modò quis dictorum nepotum videatur tacitè substitutus a testatore, dictis eiusdē nepotibus masculis hæredibus institutis, sibique inuicem substitutis, & morientibus sine filijs legitimis. An Magnificus Octauius Boerius pronepos d. testatoris descēdens ex virili, seu masculina linea viri, seu mariti dictæ Iuliæ sororis dicti testatoris. An Magnificus Octauianus Albara pronepos dicti testatoris descendens ex fœminina linea viri siue mariti dictæ Margaritæ sororis dicti testatoris: ita vt de iure possit dici vocatus ad dictam hæreditatem, cùm testator inter alia voluerit non fore diuidendam ipsam hæreditatem, sed vni tantum assignandam in perpetuum, vt in testamento ipsius apertissimè habetur.

Respondemus, quòd procul dubio dicta hæreditas deuoluta est ad Magnificum Octauium Boerium pronepotem dicti testatoris, ac per consequens ipsi erit assignanda, & non Magnifico Octauiano Albaræ pronepoti dicti testatoris, quod & probabimus subsequentibus fundamentis verissimis:

PRIMVM fundamentum præsentis nostræ responsionis decisiuæ sit. Quoniam regula iuris est, quod in vltimis voluntatibus, & fideicommissis (prout in casu nostro) vbicunque de aliqua re controuerti contingit semper, & ante omnia ipsius testatoris voluntas attendenda erit, & secūdum illam erit iudicandum: cùm etiam potius ipsa attendenda sit, quam eiusdē verba: dummodo omnino nō repugnent: quod tritum, & vulgatū est hanc conclusionem (& per cōsequens præsens nostrum fundamentum) ab omnibus Doctoribus communiter receptam docuit Roland. a Valle in consilio 82. numero vigesimoquarto, volumine tertio, quem sequitur Michael Grassus in suo tract. comm. opinio. quæstio. 76. numero secundo. & hæc conclusio procedit non tantum in voluntate expressa, verùm etiam in tacita collecta ex coniecturis. Idipsum docuerunt & infrascripti Docto. videlicet. Paris. in cons. 43. numero 24. Quapropter fideicommissum nedum quibuscunque verbis inducitur, sed sola defuncti voluntate declarata quocunque modo, vel coniecturis, etiam si expressè ex verbis non appareat, prout docuit Bart. in l. ex facto. §. rerum. ff. de hæredib. instit. quē sequuntur omnes Doct. communiter, vt testatur Paris. in consilio 92. nu. 14. volum. 2. & in cons. 25. nu. 34. & sequen. vol. 3. & in cons. 86. nu. 16. vol. 2. & in cons. 90. & Curt. iun. in cons. 121. nu. 10. & ita receptissimi iuris esse profitetur Gernaldus Mazzol. in cons. 6. nu. 13. Decad. 1. quem refert Ludo. Zuictus in dicta cons. incip. Pro vxore. nu. 386. & nouissimè egregiè

1

giè tradit Franciſcus Mantica in tract.de coniecturis vlt.volũt.lib. 8.titu.1.licèt enim vulgata & trita ſit omnium ſententia,quòd fi-
2 deicommiſſa † (vt odioſa)nõ prę-ſumãtur: in tãtum tamen vera eſt hæc concluſio, quòd mens teſtatoris coniecturis collecta magis debeat attendi, & obſeruari (vt docuit quõque Michael Graſſus in tract. commu. opinio.titu. de fideicommiſſis. quæſt.4. num.6.) quam qualitas verborum a teſtatore prolatorum:ita vt a vi,& natura verborum ſępius recedatur ſequendo coniecturatam mẽtem ipſius teſtatoris, ſput docuit tex. in l.hæredes mei. §.cum ita.ff.ad Trebell. vbi communiter hoc firmant Doctores.vt teſtatur Pariſ. in dicto conſi.43. nu.24. & veriſſimam ac communem hanc eſſe concluſionem idem Pariſ. fatetur in conſi. 19. num.15. & in dicto conſi.25. nu.35. & in tantum eſt vera hęc regula,quòd ſi de volun-
3 tate teſtatoris † apertè non conſtiterit in teſtaméto,& verba ſint obſcura,aut quandoque aliquod omiſſum eſſe videtur:tunc nè diſpoſitio concidat, ſed ſubſtineatur recurrendum erit ad id,quod eſt veriſimile, & ſic tacitè ex eo volũtatem teſtatoris conijciem⁹ iuxta regulam iuris in c. inſpicimus.de regu.iur.in ſexto, vbi dicitur [Inſpicimus in obſcuris qđ eſt veriſimilius.] Vbi Dynus docet, quòd ordo ſecundum intellectum ſcripturarum obſcuritatẽ continentium talis ſeruandus ſit:
4 † vt primò ſequamur voluntatem ſcribentis,ſi de ea poteſt appare-re,vt in l.pater.in principio,& §. condit.ff.de condit.& demonſtr. & in l.in ambigua.ff.de rebus dubijs, & in l.3. C.de liber.præter. & ſecundò ſequimur id, quod eſt veriſimile. vt in l.ſemper in ſtipulationibus. & in l. cum in teſtamento.ff.de rebus dubijs. & in l. cum res.reſpon.2. ff.de legat.primo, & hæc regula iuris, (vt docuit quoque Michael Graſſus in tract.commu. opinio.titu. de teſtamentis quæſt.76.num.5.)ſcili-
5 cet, quòd diſpoſitio † teſtatoris porrigatur ad caſum,de qua ipſe ſi cogitaſſet,vel interrogatus fuiſſet,veriſimiliter diſpoſuiſſet; quã regulam communiter receptam atteſtatur Socinus iunior in conſilio 91. numero quadrageſimoquarto,in fine, volumine tertio, &in conſilio 78. numero trigeſimoprimo, Fernand. Vaſq.de reſol.§.nono, numero 26. Mantua libro tertio,titu.19.numero quarto, & quòd hæc regula ſit veriſſima probatur quoque & infraſcriptis alijs auctoritatibus:hanc tradidit nobis text. in l.non aliter . ff. de legat. tertio, cum ſimilibus. eo quòd hæc ſit communis regula, vt rurſus docuit Pariſ. in conſilio 41. numero 15. & in conſilio 52. numero ſexto, & in conſi.78. num.16.& in conſilio 90. num. 10. volum. 2. & in conſilio 23. numero nono, & in conſi.25. num.31. & in conſi.53. num.10. vol.3. Idem docuit Socinus iunior in conſi.110. nu.10. lib.3. Imò in tantum eſt vera hæc regula, quòd de iure indè dicendum erit, teſtatoris voluntatem haben-

6 †habendam fore pro lege: prout docuit textus litteris aureis deſcribendus in Authen.de nuptijs ferè in principio in §. diſponat itaque. Vbi hæc formalia verba habentur, videlicet. [Diſponat itaque vnuſquiſque in ſuis, vt dignum eſt, & ſit lex eius voluntas, ſicut & antiquiſſima nobis lex, & prima penè Reipubl. Romanorum diſponens ait (dicimus autem duodecim tabularum) ſecundum antiquam, & patriam linguam: ita dicẽs. Vti legaſſit quiſque de ſua re, ita ius eſto; nullo valente citra eius volũtatem, nec ſi ſacram impetret formam, nec ſi quiſquam aliud omnium aliquid aliud diſponere malit.] hæc ibi. Vbi glo. & Doct. communiter. Veriſſima ergo erit hæc regula, illam intelligendo ſolum procedere in his, quæ merè ab ipſius teſtatoris voluntate dependeat, (vt in caſu noſtro euidentiſſimè liquet.) Nam non poſſet facere teſtator quin leges non habeant locum in ſuo teſtamento, vt peroptimè inter alios docuit Iulius Clarus in §. teſtamentum, quæſtio.61. Quapropter inde ſequitur, quòd in vltimis voluntatibus non ſolum expreſſa teſtatoris vo-
7 luntas erit attendenda, † verùm etiam & illa, quæ ex coniecturis: prout colligitur ex apertiſſimo textu in l. cum proponebatur. ff. de legat. ſecundo. Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Cũ proponebatur in ſcriptura fideicommiſſi, quod pluribus ſub conditione fuerat relictum, per errorem omiſſam mutuam ſubſtitutionem, quam teſtator in ſecundis tabulis cum eoſdem ſubſtitueret expreſſiſſet: Diui Marcus, & Comodus Imperatores reſcripſerunt, voluntatem manifeſtam videri mutuò factæ ſubſtitutionis: etenim in cauſa fideicommiſſi (vtcumque præcaria voluntas quæreretur) coniectura poterit admitti:] hæc omnia ibi. Et quòd hæc ſit communis regula, docuit etiam Decius in l. prima, poſt numerum quartũ. C. de collat. & ratio euidentiſſima eſt, quoniam omnis diſpoſitio reci-
8 pit † interpretationem in caſu omiſſo a veriſimili mentis diſponentis: & prout eſt veriſimile diſponentem fuiſſe reſpouſurum ſi fuiſſet interrogatus. hoc idẽ expreſſè dixiſſet, prout docuit textus in l. finali, ff. de hæred. inſtituen. vbi Imperator decreuit inſtitutionem ſecundam factam in perſona alterius nullam, ſed primam validam, quæ fuerat a teſtatore caſſata propter famam, quæ ad ſe peruenerat de morte prius in hæredem inſtituti, & ibi communiter per Doctores. Idem docuit ſingularis glo. fin. in l. tale pactum. ff. de pactis, dicẽs, idem nota de iure eſſe ſeruãdum, quòd veriſimile eſt ſtatutum fuiſſe, ſi hoc quæſitum fuiſſet. Et quòd hæc regula verificetur in vltimis voluntatibus, probatur vltra dictam l. finali, per textum in l. cum res legata, ibi. [Nam ſi alibi voluit.] ff. de legat. primo, vbi hæc habẽtur, videlicet. [Nam ſi alibi voluit, ibi præſtanda eſt, vbi teſtator voluit: vel vbi veriſimile

eſt

est eum voluisse, & ita Iulianus scripsit.] hęc ibi. Vbi Aret. in casum. 2. notab. 4. dixit, quòd illud propriè dicitur ex voluntate alicuius, quod colligitur ex verbis dispositionis, quam facit.

Idipsum docuit tex. in l. Titius testamento. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. vbi ex verisimili mente, ac voluntate testatoris institutus posthumus in hæredem, etsi natus tempore (quo condebatur testamẽtum) esset, tamen pro posthumo à iure habetur. ex quo §. Lucius. Aret. ibidem col. 1. elicit, quòd institutio facta in vno casu,
9 †trahitur ad alium, de quo si testator cogitasset, idem verisimiliter fecisset. Idem probatur per text. in l. fin. C. de posthu. hæred. instit. vbi ferè idem decernitur quod in dicto §. Lucius. & hanc optimam regulam tãquam de iure verissimam amplexati fuerunt infrascripti Docto. videlicet Angel. in l. Gallus. §. & quid si tãtum. col. 3. vers. fallit etiã. ff. de liber. & posthum. Petr. de Anch. in consil. 339. in fine. vers. pro hoc optimè, & in cõs. 336. vers. facit quod not. Alex. in consi. 66. col. 17. in fi. vers. si ergo isto casu. vol. 2. & in consil. 142. col. 3. vers. nam idem testator. vol. 2. Iason in consi. 208. col. 2. vers. secunda ratio est. volum. 2. Claudius in l. mulier. in fine. ff. ad Trebel. Idem docuit Bal. & Doct. in d. l. tale pactum. §. fin. & in l. custodiam. ff. de peric. & commo. rei ven. & in l. 1. C. quæ res pignor. oblig. poss. Paul. de Castro & moderni in l. Lucius, per illum textum. ff. de liber. & posthu. Glo. in Clem. 1. in vers. Præsidentes. de rescript. Glo. in c. 2. vers. reus. de confessis, in sexto. Rom. in consil. 105. & 392. & 438. & in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat. Albertus Brunus in tract. de statutis exclud. fœmin. à success. artic. 5. q. 13. col. 3. vers. vbicunque est verisimile. & q testatoris † volũtas
10 sive expressa, sive tacita sit attendenda, & illi prorsus adhærendũ, (vt frequenter placidum, & communiter dictum) affirmauit Dec. in l. 1. post nu. 4. C. de collat. & colligitur ex l. cùm proponebatur. in fine. ff. de legat. 2. & Iulius Clarus docuit in §. testamentum. q. 76. vers. in vltimis voluntatibus. quæ quidem regula, maximè locũ habet in fideicommissis. Nam in ipsis licèt voluntas testatoris ex verbis expressis colligi nõ possit, sed tantum ex coniecturis, illa tamen attendenda omnino erit, adeo vt plerumque propter coniecturatã mentem (vt dixit Iul. Clarus vbi supra, in vers. idque maximè) testatoris à vi & proprietate verborum sit recedendum, vt in l. hæredes mei. §. cùm ita. cum ibi not. ff. ad Trebell. & est cõmunis Doct. cõclusio, vt docuit Parisius in consil. 43. nu. 24. lib. 2. & in consil. 75. nu. 50. vol. 2. & in consil. 17. nu. 17. lib. 3. & in cõs. 25. nu. 35. lib. eod. quinimò fideicommissa ipsa ampliantur, restringuntur, extẽduntur, declarãtur, & limitantur per rationem & causam, propter quã testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum: adeo, vt talis ratio & causa potius attendi debeat, quàm verba expressa,

vt

itized by Google

vt in l. cùm pater. §. dulcissimis. vbi not. ff. de legat. 2. & est cõmunis conclusio, vt docuit Paris. in consil. 6. nu. 20. & in consil. 18. nu. 21. & in consil. 25. nu. 29. lib. 3. & ratio est secundum Iul. Clar. vbi supra, quoniam coniecturata mẽs testatoris in fideicommissis adeò potens est, vt plerumq; operetur, q̃ aliqui admittantur, qui aliàs non admitterentur; & aliqui excludantur, qui aliàs admitterentur. & q̃ hæc regula sit communiter recepta, docuit Curt. in consil. 57. nu. 6. qui Cur. subintulit, dicens, q̃ si huiusmodi voluntas nõ eluceſceret (quod dici non poterit in casu nostro) verbis insistendum esset, prout est Doctorum communis sententia. & hoc docuit Curt. in consil. 169. nu. 1. Sed si huiusmodi volũtatis perspicuitas defecerit, obsecũdabitur consuetudini testatoris, prout docuit Iason in l. si seruus plurium. §. vltimo. nu. 2. ff. de lega. 1. Nec præsenti nostro fundamento nostræ sententiæ obstare de iure poterit qd̃ docuit Parisius in cons. 87. nu. 50. lib. 2. dicens, quòd dispositio testatoris in vnum casum cõcepta, non proferretur ad aliam, quoniã hoc eius dictum erit sanè intelligendum, scilicet q̃ habeat locum solummodo, quãdo testatoris voluntas etiam coniecturis collecta aliud suaserit (prout contingit in casu nostro) vt docuit inter alios Decius in l. si mater. num. 2. C. de institu. & substitu. dicens hanc esse communem Doct. sententiam: & quòd testatoris mens ita sit interpretãda prout præsumitur testatorem respondisse, si interrogatus fuisset, probatur communi Doct. Glosæ & Doct. in l. rale pactum. §. fin. ff. de pactis. cum concordantibus per Socinum iun. in consi. 90. incip. Dominus Marianus. nu. 1. & 14. & in cons. 172. incip. Sic inter cętera legitur. num. 29. vol. 2. & in consi. 54. nu. 7. vol. 4. Hippolitus de Marsil. in l. sed sciendum. col. 2. vers. item scias. ff. ad l. Pompe. de Parricid. vbi singulariter dixit (sequens Alex. in consi. suo 279. incip. Ponderatis his, & in consi. 307. incip. Aliàs consultus. col. 4. & in consi. 66. incip. Viso titulo, in 5. col.) quòd regula intelligendi statutum in casu omisso, in qua habetur, q̃ quãdo (prout ipsemet Marsil. ibidem. nu. 4. dixerat) vnum est expressum, & aliud omissum: idem intelligitur in casu omisso, quod in expresso; quando statuentes idẽ statuissent expresse, si interrogati fuissent: & idem fore dicendum (subintulit idem Marsil. in dicto vers. Item scias) & locũ habere in dispositione testatoris: quoniam idẽ debet intelligi esse statutũ in casu omisso per testatorẽ, quod in casu expresso, si de casu omisso fuisset interrogatus. Idem rursus repetijt ipse Marsil. in l. si quis viduam. nu. 11. versic. & istud non solum. ff. de quæst. Idem docuit Bertran. in consilio 134. col. 1. versic. pro qua regula. vol. 1. in nouis. Curtius iunior in consi. 83. col. 4. vers. & ideo succedit. Marianus Socinus iunior in consi. 168. col. 12. vers. demum ex omnibus. vol. 1. decis. Neap. 69. nu. 20.

nu.20. in nouis. Alexan. in d.l. Titius. §. Lucius. in not. 1. Vbi etiam Iaſon in not. 1. & ibi Bal. & Ang. in princ. vterque, circa finem. & Aretinus ibidem. Et quòd teſtator (de quo eſt ſermo) in caſu occurrente hodie potius Magnificũ Octauium Boerium, quàm Magnificum Octauianum Albaram expreſsè ſubſtituiſſet dictis nepotibus, & eorum filijs maſculis, nepoti primogenito filio filij maſculi primogeniti dictę Eliſabeth eiuſdem teſtatoris ſororis, ſi cogitaſſet dictorum nepotum lineam maſculinam annihilandam, vnà cum linea maſculina viri, ſeu mariti dictæ Eliſabeth apertiſſimè colligitur ex verbis illius habitis in teſtamento ipſo. Nam quando ſubſtituit dictis nepotũ filijs nepotem primogenitum filij maſculi & primogeniti dictę Eliſabeth, tacitè prælegit agnationem ſororij, ſeu mariti dictæ Eliſabeth, quàm aliorum conſanguineorum cognatorũ de Chiaritis, ſeu de familia Chiaritorum: Nõ enim teſtatorem ignorare pręſumendum erit (cùm prudens fuerit) filium Eliſabeth ſibi cognatum eſſe, & non agnatum: & eum per conſequens non eſſe de familia ſua, ſed ſolũ de familia patris eius, cùm nec ipſa Eliſabeth illũ vnquã habuerit in ſua poteſtate, illo permanente ſemper in poteſtate patris. Et quòd filius † ſororis non 11
ſit de familia paterna matris ſuę, probatur apertiſſimè per text. in §. 1. verſic. at qui. Inſtitu. de legitima agnat. tutel. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet: [At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur, agnati non ſunt, ſed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitæ tuæ filius nõ eſt tibi agnatus, ſed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure coniungeris: quia qui ex ea naſcuntur, patris, nõ matris familiã ſequuntur.] hæc ibi. Vbi cõmuniter per Doct. An autem filia tam nupta, quàm virgo, vel vidua ſit in poteſtate patris, & gaudeat priuilegio patri conceſſo & deſcendentibus eius. Vide latiſſimè, quæ diximus in tracta. extenſionum, in quæſtione de extenſione priuilegiorum concluſione, per totum. vbi reperies hanc materiam exploratam, ac deciſam: & qp dicta Eliſabeth non habuiſſet filium (ſi illam genuiſſet) in ſua poteſtate, ac per cõſequens nec nepotem filiũ proprij eius filij, docuit text. apertiſſimus in §. qui igitur. in fi. Inſtitu. de patria poteſtate. & ibi per Doct. communiter cùm text. ſit apertiſſimus. hæc verba præciſa continens, videlicet: [Qui igi-
12 tur ex te, & vxore tua naſcitur † in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo, & ex vxore eius naſcitur, ideſt nepos tuus, & neptis, ęquè in tua poteſtate, & pronepos & proneptis, & deinceps cęteri. Qui autem ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt, ſed in patris eorum.] hæc ibi. Et quòd
13 filij † non ſint in poteſtate matris eos pariẽtis, ſed ſolùm patris elegans textus docuit in §. fœminæ. & ibi per Doctor. Inſtitu. de adoptionibus. Et ratio horum eſt,
14 quoniam fœmina † nupta extra fami-

familiam patris sui, non dicetur esse de familia patris, sed viri sui, prout inter alios probauit Cacheranus in decisio. Pedemonta. 127. nu. 1. multis auctoritatibus sibi allatis. addens ipsam non dicendam esse de cognomine paterno, & quòd inde sequatur, q̃p
15 disposítio † inducta in fauorem agnationis, & domus non comprehendit fœminas, in quibus finitur agnatio, iuxta vulgatã opinionẽ Ioannis de Anania in consil. 4. incip. Visis statutis. colum. 2. vers. circa verò secundum dubiũ, cum quo plerique Doct. trãseunt, præsertim Ruin. in cõs. 146. nu. 4. lib. 2. Paris. in consil. 22. nu. 41. & in consil. 40. nu. 43. lib. 3. Alciatus in consil. 69. incip. Visis his. Rimin. in consil. 121. lib. 1. Crauet. in consi. 180. 250. & 306. Et ratio est, secũdum Cacheranum vbi su-
16 pra, quia indefinita † propositio non refertur ad omnia, vbi non est vniformis ratio, secundũ Bal. in l. tres fratres. in princ. ff. de pactis. & Dec. in consil. 309. nu. 13. Socinus iunior in consi. 1. nu. 115. & consil. 23. nu. 27. lib. 1. consil. 9. nu. 7. consil. 168. nu. 29. & 50. & in consil. 186. nu. 10. lib. 2. Cùm ergo mater Domini Octauiani non dicatur de familia patris sui post contractũ matrimoniũ extra familiam, & sic non de electa familia viri sororis testatoris nomine Margarithæ auiæ dicti Domini Octauiani: sed solùm de familia patris sui generi dictæ Margarithæ, quod non dicendum erit de Domino Octauio Boerio nato ex Magnifico Bernardo, qui fuerat legitimus filius dictæ Iuliæ sororis testatoris, quæ per matrimonium effecta fuerat de familia viri sui patris dicti Bernardi, ac per consequens ipsius Bernardi. At cùm per huiusmodi substitutionem factã à testatore in personam primogeniti filij primogeniti sororum eius, & per consequens ipsius Octauij, qui fuit primogenitus filij primogeniti Iuliæ sororis testatoris iam (vt diximus) effectæ de familia viri sui Ioannis Baptistæ Boerij, & aui dicti primogeniti Octauij substituti, apertissimè colligitur ipsum testatorem elegisse per huiusmodi substitutionem, agnationẽ, ac familiam contractam per sororem eius Iuliam auiã prædicti Domini Octauij eius nepotis descendẽtis ex ea per lineam directam masculinam, & D. Ioãne Baptista Boerio auo eiusdẽ Octauij. Cùm ergo (vt satis abũde probauimus) filij filiarum non dicantur de iure de familia, & agnatione patrum filiarũ, sed solùm filij filiorum, & ex supra recensitis præcisis verbis testatoris præ eligentis instituere in hæredem nepotem primogenitum filij primogeniti sororis Elisabeth, & non pronep-tes suas neptes dictæ Elisabeth filias eius filiarum. Inde apertissimè elicitur testatorem magis dilexisse familiam & agnationẽ mariti Elisabeth suæ sororis, in defectum filiorum nepotum suorum (nempè filiorum fratrum suorũ,) ac per cõsequens lineã masculinã dicti mariti Elisabeth, q̃ descendẽtes ex ipsa Elisabeth per lineã fœmi-

Digitized by Google

fœmininam, cùm dictæ fœminæ non dicantur de familia aui earum, nec de familia de qua erant matres ante cótractum matrimonium: At cùm ipſe teſtator circa medium ipſius teſtamenti ſubſtituerit dictum primogenitum filij primogeniti dictę Eliſabeth ſororis ſuę, & illi ſubſtituiſſet illos de Chiaritis ſibi agnatos, priuando magis propinquos nepotes aliarum ſororum: Impeditus ab infirmitate, credēdus ſit hoc teciſſe, putans dicto primogenito primogeniti filij Eliſabeth ſororis ſuæ ſe ſubſtituiſſe (vt iuris erat) alios primogenitos filiorum primogenitorum reliquarum ſororum, cum eadē met conditione, quam intimauerat in ſubſtitutione dicti primogeniti filij primogeniti dictæ Eliſabeth. Arbitrans ſe hoc expreſſiſſe; ideo in fine teſtamenti procedens quaſi per modum epilogi recenſuit breuiter, ea quæ ordinaſſe putabat, non curans ea omnia verba ad amuſſim repetere (quibus vſus fuerat in ſubſtitutione dicti primogeniti filij primogeniti Eliſabeth.) his præciſis verbis vſus fuit, videlicet: [*Item perche ho ſcritto, che mancando la linea di parenti di donna.*] quaſi expreſsè elegerit lineā maſculinam ſuorum affinium, & ſic per conſequens agnatos maritorum ſororū ipſius, prout expreſsè dixerat, loquendo de deſcendentibus ex Eliſabeth: & ne offenderet agnationem virorum ſuarū ſororum, idcircò noluerat inſtituere, vel ſubſtituere ſorores ſuas, nec à fortiori neptes, aut filios neptum (vt infra latiùs) propter rationes iam dictas, & quòd noſtra interpretatio mentis, ac verborum dicti teſtatoris ſit legitima, ac iuri conſona, quàm facillimè per ſtatim ſubinferenda probabitur. Sciendum ergo, ꝙ regu-
* la iuris apertiſſimi eſt cōmuniter
17 recepta, quòd clauſula † generalis ſpeciali ſubſequuta, reſtringēda de iure erit ad ſpecificata tantum, ſi plura fuerant ſpecificata, & ſic è contra, prout probat text. peroptimus in l. legatorum petitio. §. qui plures. ff. de legatis 2. & ibi latiſſimè per Doctores in dicto §. ergo. hæc præciſa aurea verba habentur, videlicet: [Qui plures hæredes inſtituit teſtamento, a quibuſdā nominatim reliquit legata, poſtea codicillos ad omnes hæredes ſcripſit. Quæro quæ legata debeātur? Modeſtinus reſpondit: cùm manifeſtè teſtator teſtamento expreſſerit à quibus hæredibus legata præſtari vellet, licèt codicillos ad omnes ſcripſerit, tamen ea, quæ codicillis dedit, ab his præſtanda eſſe, quos munere fungi deberi teſtamento oſtēdit teſtator.] hęc ibi. At quoniam ipſe teſtator in principio teſtamenti, ac medio; dum inſtituit, & ſubſtituit hæredes, ſemper repetijt ſe velle ſubſtituere primogenitum filium nepotū filiorū fratris, ſucceſſiuo ordine: & deficiēte linea maſculina eorū, ſubſtituit primogenitū primogeniti ſororis ſuæ Eliſabeth, & ſic lineam maſculinam deſcendētem ex primogenito filio dictæ Eliſabeth, & eius coniugis: Ideo clauſula

sula illa generalis in fine testamē-
ti, quæ prima fronte videtur com
plecti omnes descendentes, quo-
quomodo ex eius sororibus siue
per lineam masculinam marito-
rum suarum sororum, siue per li-
neam fœmininam, scilicet ex fi-
liabus sororum ipsius testatoris,
omnino de iure venit restringen-
da, & declaranda, iuxta limites
conditionum specialiter & nomi
natim expressarum, scilicet ad li-
neam masculinā filiorum dicta-
rum sororum ipsius testatoris om
nino veniet restringenda, vt iam
ipse testator expresserat, prout la
tiùs probabitur per afferenda in
probationem subsequentis secun
di fundamenti. Vide ergo ibi, &
memoriæ cōmenda, quæ ibi pro-
ducentur cùm sint quotidiana, &
difficilia.

Fundamentum secundum est.
Quoniam nostræ sententiæ sum-
mopere fauet regula illa tradita
communiter à Doctoribus, dicen
18 tibus, ꝙ quando sexus † masculi-
nus esset in dispositione testato-
ris pluries replicatus, tunc sexus
masculinus nō concipit, seu com
prehendit fœmininum, prout do-
cuit Socinus in cons.100.col.fin.
vol.4. Dec.in l. fœminæ. nu.105.
versi.sed tamen aduertendum. ff.
de reg.iur. vbi dicit, quòd secun-
dum Bal.in c. cùm te.de rescript.
huiusmodi verborum geminatio
præcisam ostendunt voluntatem.
Idem docuit Gratus in consil.65.
nu.11.vol.2.& in consi.68.nu.18.
vol. 2. Quapropter concluditur
* communiter à Doctoribus, quòd
quando in vna parte testamenti
19 qualitas masculinitatis † est ex-
pressa, intelligitur etiā in sequen
ti repetita, vt inter alios docuit
Mar.iun.in cons.90.nu.16.& seq.
vol.1.quem sequitur Ant.Gabriel
in tract.conclus.lib.6.tit.de verb.
signific.conclus.6.nu.14.vers.ter-
tiò limita. Et quòd in dispositio-
ne testatoris (de quo est sermo no
ster) sexus masculinus fuerit repe
titus, imò & qualitas masculini-
tatis ex ipso testamento apertis-
simè colligitur, cùm disponerit,
ꝙ si defecerit filij masculi suorū
nepotum (nempè filiorum fratris
sui) statim ipsa hæreditas deuol-
ueretur ad primogenitum filium
primogeniti Elisabeth eius soro-
ris, & nō ad ipsam Elisabeth, vel
ad eius primogenitum, sed nec
ad filium primogenitę filiæ ipsius
Elisabeth: Nam si hoc voluisset,
vtiq; expressisset. At cùm expres-
sè voluerit dictam hæreditatem
fore assignandā primogenito pri-
mogeniti filij Elisabeth: arguen-
do ergo modò a contrario sensu,
dicendum erit ipsum testatorem
priuasse primogenitam (si nō ad-
esset primogenitus masculus dic-
tæ Elisabeth) primogenitæ dic-
tæ Elisabeth, eo magis, ꝙ hoc ip
sum testatorem expressisse quo-
quomodo comprobatur ex sub-
sequuta statim substitutione Chia
ritorum, in casu, quo primogeni-
tus Elisabeth non haberet filium
masculum. Cùm ergo ipse testa-
tor epilogando, & concludendo,
quæ præcipere intenderet in suo
testamento expressè nō disposue-
rit contrarium: dicendo, ꝙ vellet
primogenitum primogenitæ filię
sororis

ſororis ſuæ Eliſabeth ſubſtitui in hæredem deficientibus filijs maſculis primogenitis filiorum fratris ſui(quos inſtituerat hæredes, ordine tamen ſucceſſiuo) cùm ergo hoc nõ expreſſerit:inde ſequitur nos idipſum aſſeuerare non poſſe,eo quòd contrarium apertiſſimè eliciatur ex verbis,& mẽte ipſius teſtatoris. Nec vllo modo fauere poterunt dicto Domino Octauiano Albaræ aduerſario illa verba generalia, quibus vſus fuit dictus teſtator in fine ſui teſtamenti,dicens. [*Item perche ho ſcritto, che mancando la linea di parenti di donna, cioè di mie ſorelle,così quì, come à Pietra Santa,che debba ſuccedere il più propinquo di Chiariti. Voglio, & ordino,che ſiano antepoſti tutti li deſcendenti di mie ſorelle alli altri parenti.*] Verba (inquam) hæc generalia, videlicet: [*li deſcendenti di mie ſorelle,*] licèt regulariter intelligenda ſint com
20 prehendere ſexũ vtrumque, † qm̃ & deſcendentes ex fœminis dicuntur eſſe de genere, vt docuit Decius in l.fœminæ. nu.65.&67. ff.de reg.iur.recenſitis multorum Doct.ſententijs,ſtatim tamen ipſe Decius ſubintulit ibidẽ nu.68.
21 dicens, quòd deſcendentes † ex fœmina (vt eſt Dominus Albara) nobili ſunt deterioris conditionis, quia non dicuntur eſſe nobiles : cùm nobilitas non dicatur à matre, vt docuit Bald. per illum textum in l.liberorum.in fin.ff.de ſenat. & rurſus idem repetijt idẽ Bal.in l.fin. verſ.ſed hîc quæro.C. de ſeruis fugit. & tradit Petr. de Anchar.in conſil.389.incip. Viſis diligenter iuribus. Quapropter (ſubintulit Decius vbi ſupra,) q̃ huiuſmodi ex tali fœmina natus non poterit portare arma matris: quia tale ius deferendi arma non competit cognatis,vt not. Bar.in tract.de inſig. & armis. in verſic. quæro qualiter.vbi allegat tex.in l.ius familiarum. C. de Relig. & horum eſt apertiſſima ratio,quoniam deſcendentes ex fęmina nõ ſunt de familia eius, vt latiſſimè in primo fundamento probauimus. Non ergo de iure prodeſſe dicto Magnifico Albarę poterunt dicta verba generalia teſtatoris, quoniam deſcendentes ibi ſolùm erunt dicendi ij, qui ex primogenito ſororum aliarum oriãtur maſculi, & ſic ex linea maſculina,& nõ fęminina, vt in dicto teſtamento, teſtator loquendo de filijs Eliſabeth ſorore ſua apertiſſimè expreſſerat,tum quoniã hoc elicitur ex mẽte teſtatoris (vt antea probauimus,) cùm etiam ex optima illa apud Doctores vulga
* tiſſima, & veriſſima communiter approbata,in qua habetur, quòd
22 ſi teſtator † in vna parte teſtamẽti loquatur de filijs maſculis,& in eodem teſtamento in alia parte ſimpliciter dicat de filijs, cenſebitur etiã de filijs maſculis in dicta alia parte, in qua ſimpliciter dictum fuerat de filijs, prout declarauerunt, ac docuerunt communiter Doctores, inter quos eſt Panormitanus in conſil.35. nu.3. circa fin. vol.1. vbi inter alia notatu digniſſima in materia noſtra in verſ.nec obſtat. his præciſis verbis vſus fuit,videlicet: Nec

obſtat

Digitized by Google

obstat si dicatur testatore in prin cipio feciſſe mentionem de filio ſimpliciter: quia ex quo in eadem operatione, & diſpoſitione fecit mentionem de filio maſculo, videtur ſemper intellexiſſe de maſculo. Nam verba præceden-
23 tia † dubia capiunt intellectum à ſequentibus, & hoc apertè videtur probari in ſimili, in l. qui filiabus.ff.de legat.1. & in l.fin.§. cui dulcia. ff.de vino,trit.& oleo leg. hæc Panormitanus,qui hæc protulit verba in finalibus verbis eiuſdē cōſilij,videlicet: Et quicquid ſit ſatis eſt teſtatorem dixiſſe de maſculo,& non de fœmina. Vnde ſufficit ita ſcriptum eſſe, vt in cap. ſcriptura.193. & in l.proſpexit.ff.qui,& à quibus. hæc Panormitanus.Idem docuit Cumanus in conſil.117. in princ. Curt. ſenior in conſi.52.col.5.& 6. Barbat. inter conſilia Alex. in vol.4. conſil.48.col.5. & ſequenti.Iaſon in conſil.3.fol.pen.vol.1. Pariſ.in conſil.18.col.3.vol.2. & in conſil. 71.colum.4. & ſequen. volum.4. Decius in conſil.15.col.penult.& fina. & in conſil. 445. col.5. & in conſi.480.colum.1.& ſequenti.& in conſi.495.col.2.& in conſ.568. colum.1.Iaſon in conſil.140. colum.7.in fundamento octauo, colum.fin.vol.2.& in conſil.69. col. fina.volum.3.& in conſi.137.colum.8. vol.4. Alex. in conſil.150. circa finem.& in conſil.106.Franciſcus Curtius in conſ.112. col.1. & pen.& in conſil.113.col.3.& in conſil.114.col.fin. & in conſ.153. col.2. Marianus iunior in conſil. 90.num.17.vol.1.& in conſi.160. col.7.vol.2. Mantua in conſ.221. Gratus in conſil. 89. col.1. vol.2. Ruin.in conſil.36. col.5. vol.1.& in conſi.118.col.3.vol.1. Idipſum docuit Cacheranus in deciſ.Pedemont.127.ante nu.1.verſic.tertiò facit regula, citans ad hoc probandum ſingularem text.in l.qui filiabus.ff.de legat.1. Et vltra ſupradictos grauiſſimos Doctores idipſum docuit elegantius (meo quidem iudicio) in materia caſus noſtri.Guido Papæ in ſua breui & eleganti deciſione 485. incip. Si in aliqua diſpoſitione.vbi formaliter dixit, quòd ſi in ali-
24 qua † diſpoſitione fiat mentio de liberis maſculis,vtpotè in inſtitutione, vel in prima ſubſtitutione ibidem ſubiūcta: ipſum verbum, maſculis in omnibus ſubſtitutionibus cēſetur eſſe repetitū, prout probat textus in l.3.§. filius.ff.de liber.& poſthu.& apertiùs & meliùs in l.legatorum. §.qui plures. ff.de legat.2. cuius text.tenorem ad verbum recenſuimus in fine allatorum in probationem præcedentis primi fundamenti. Idem probatur per argumentum in l.nihil.ff.de coniungen. cum eman.liber.vbi hæc optima regula tradi-
25 tur, quòd clauſula † adiecta in lege interpretata,videtur repetita in lege interpretāte, prout docuit ibi Bart.& reliqui Doctores. Nam ibi hæc ad verbum habentur, videlicet: [Nihil in hac parte edicti cauit Prætor, vt legata exceptis perſonis nepos præſtet: ſed poteſt ſuperior ſermo, & ad hunc caſum referri. Nam abſurdum eſt patrem quidem eius le-

gata præſtare, ipſum verò plus habere, cùm eadem conditione in eandem partem vocentur.] hæc ibi. Ad hoc ipſum, (quod diximus) probandum accedit regula generalis, in qua habentur,
26 quòd præcedentia verba † limitant, ſeu declarant ſequentia verba obſcura, adeo quòd ipſa videntur repetita, vt quàmplurimi Doctores docuerunt, inter quos eſt ipſe Guido Papæ, vbi ſupra. nu. 2. verſicu. & facit pro hoc. In cuius regulæ fauorem facit textus in l. ſi ita inſtitutus. §. Griſogonus. cũ ibi not. per Bartolum. ff. de verborum obligatio. Ad hoc ipſum facere videtur text. in l. talis ſcriptura. §. hanc ſcripturam. ff. de legatis primo, & ibi per Bartol. cuius ſententiam reaſſumens Aretinus ibidem columna ſecunda, notabili vltimo, dixit, valdè ſingu-
27 lariter, quòd clauſula † poſita in medio, etiam ſi ſit appoſita per verba præteriti temporis, refertur ad ſequentia, & ad præcedentia, de quo ibidem per Bartol. & alios plenè. Atquoniam clauſula illa diſpoſitionis teſtatoris factæ de ſubſtitutione primogeniti filij Eliſabeth ſororis teſtatoris poſita reperitur in medio ſupradicti teſtamenti: Inde ſequitur illam fore extendendam ad ſequentia, ſcilicet ad vltimam clauſulam, in qua dixerat teſtator ſe in ſubſtitutione velle fore præferendos omnes deſcendẽtes ex eius ſororibus, alijs conſanguineis eius de familia Chiaritorum. Quapropter terminus ille [Deſcendentes] referri debebit, ac declarari ſecundum præcedentem clauſulam, in qua ſubſtituerat deſcendentes ex Eliſabeth alia nempe ſorore ſua, ſcilicet vt intelligãtur vocati ſolùm primogeniti filiorum primogenitorum ſororum teſtatoris, & non aliæ perſonæ, quæ ex ſororibus deſcendentes etiam poſſent regulariter vocari, ſtante alia iuris regula, q
28 clauſula † in fine, vel in medio alicuius diſpoſitionis ſit ſemper intelligenda ſecundũ capitula, ſeu clauſulas in principio diſpoſitionis poſitas, quãdo ſi fieret huiuſmodi relatio ad illa capitula, vel clauſulas nõ induceretur aliquid exorbitãs à iure communi, prout docuit Aretinus permulta in dicta l. talis ſcriptura. col. 5. verſic. quartò adde. Et hæc quidem eſt verißima, niſi aliter de mente teſtatoris appareret ex mente eiuſdem teſtatoris coniecturata, cùm ipſa voluntas coniecturata ſit ſeruanda, vt latißimè fuit probatum in fundamento primo. vbi & probauimus id elici etiam ex mente ipſius teſtatoris recollecta ex ipſius verbis, & hãc regulam tanquam verißimã amplectitur Guido Papæ in quæſt. 485. aſſerens ſe vidiſſe ita in diffinitione cuiuſdam cauſæ determinari. Sed & ponderandum quoque ſummopere erit pro vera deciſione præſentis quæſtionis id, quod ſingulariter docuit ipſemet Guido Papæ in fine dictæ queſtio. 485. dicens,
29 quòd diſpoſitio † limitata in maſculis (prout fuiſſe illam de qua ſit ſermo, ſupra fuit ſatis abunde probatum) dicitur prohibita in

fœmel-

fœmellis: & ratio est, quoniam id, quod vni applicatur, denegatur in cæteris, vt in l. quod rursum. §. si quis. in fine. ff. de legatis primo. Ad hoc etiam facit textus in l. fideicommiss. §. cùm esset. ff. de legatis tertio. Cùm ergo testator limitatiuè applicuerit bona sua hæreditaria filijs masculis fratris sui, eos adinuicem substituendo, addens, quòd si sine filijs masculis decederent, substituerit primogenitum filij primogeniti Elisabeth suæ sororis, apertissimè inde conuincitur testatorem prohibuisse in dictis bonis succedere primogenitam primogeniti filij, vel primogenitum filię primogenitę dictæ sororis. Inde necessariò sequitur, quòd per clausulam generalem vltimo loco factam noluisse ipsum testatorem contrarium disponere, sed voluisse intelligere de descendentibus ex sororibùs, modò, quo dixerat loquendo de descendentibus ex Elisabeth sorore sua, scilicet de descendentibus ex masculis filijs sororum ipsius testatoris, exclusis, peuldubio masculis descendentibus ex filiabus sororum eius, & sic prohibuisse dicta sua bona deuenire ad primogenitos filios filiarum sororũ eius, prout est Dominus Octauianus Albara: sed solùm ad primogenitum filij primogeniti sororum suarũ, prout est Dominus Octauius Boerius. Ad quod probandum accedit quod docuit Marianus Socinus iunior in repet. rub. ff. de verborum obligatio. nu. 380. his prę-
30 cisis verbis vtens, videlicet: Et ꝙ aliàs dicitur clausulam † in fine positam referri ad omnia præcedentia, iuxta l. talis scriptura. ff. de legatis primo, procedit quando res patitur, & præcedentia nõ habent aliquo modo super eo certam determinationem. Cùm ergo in casu nostro talem relationẽ maxima cum ratione res, seu negotium (de quo agitur) patiatur, eo ꝙ contrarium non possit elici ex verbis, ac mente testatoris, & precedentia non habent certam contrariam determinationé, immo potius intrinsecam, ac prouensam relationem, seu determinationem. Idcircò hoc solùm superest, vt fateantur ipsam clausulam in fine dicti testamenti collocatam interpretandam fore in fauorem Magnifici Boerij.

Tertium fundamentũ est. Quoniã regula vulgatissima & verissi-
31 ma iuris est, quòd vna pars † testamenti (prout in precedẽti fundamenti annuimus) per aliã partem eiusdem testamenti declaretur, & ab ipsa recipiet verum sensum voluntatis testatoris expresse, etsi non ita clarè in ipsa parte testamenti, ita vt verbum ambiguum in vna parte positum recipiat interpretationem ab eodem verbo in alia parte explicitè declarato, prout communiter Doctores semper docuerunt, teste Emil. Ferret. in l. qui filiabus. in principio. nu. 4. ff. de legatis primo. Et ratio huius regulæ potentissima est, quoniam regulariter mens testatoris præsumitur fuisse in vna parte testamenti, quæ fuit in alia, prout docuit Bart. in

l.Centurio. colum.9. verſicul.vel quid ſi in prȩcedentibus.ff.de vulgari, & pupillari, quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Socinus iunior in conſil.101. num.7.lib.1.& Iulius Clarus in §. teſtamentum. quæſt.76.in verſic. tertia regula. Idem docuit Pariſ. in conſil.73.nu.48.lib.2.& in conſil.72.lib.4.quem refert,ac ſequitur Emanuel Soarez in tract.commun.opinio.titu.de teſtamentis. nu.73.& quòd hæc communis ſententia ſit vera,& de plano procedat, docuit Michael Graſſus in tract.commu.opinio. titu. de teſtamentis quæſt.76.nu.22.vbi etſi dixiſſet, quòd de hac regula varij varia ſenſerint: tamen ipſe examente Doct. eam declarando dixit, quòd procedat quando ſumus in eadem clauſula, & diſpoſitione (prout contingit in caſu noſtro)quoniam tũc qualitas expreſſa in vna parte teſtaméti, cenſetur repetita in alia: prout docuit etiam Sforz. Odd. in tract. compen.par.6.articulo 4.concluſione 4.& Pariſ.in conſi.35.num. 19.volum.3.qui aſſeruit hanc eſſe communem in conſi. 87. nu.49. vol.2. & in conſi.38. nu.24. & ſequen. vol. 2. declaratur quoque vera eadem regula, quando ex coniecturis alijs de voluntate teſtatoris appareret, vel eadem ratio eſſet, prout docuit idem Michael Graſſus,vbi ſupra, num.23. dicens Socinus iunior in conſilio 158. numero 48. volumine 2. teſtari hanc ſententiam eſſe ex omnium Doctorum mente.

Fundamentum quartum, & vltimum prætentis noſtræ conſultationis eſt: nam quamuis regulariter appellatione † deſcendentium omnes indiſcriminatim, & in infinitum cuiuſcunque gradus, vel ſexus illi ſint,& ſiue ſint nati ex fœmina, ſiue maſculo dicantur deſcendentes, vt in l. fina. & ibi communiter Doctores. C. de ſuis & legitim. hæred. prout docuit etiam Bartolus (quem ſequuntur omnes) in l. Gallus. §. etiã ſi à parente. ff. de liberis, & poſthumis,& teſtatur quoque Pariſius in conſil.72. nume.7. volumine quarto, quod & certiſſimũ hoc eſſe aſſeuerauit ipſemet Pariſ. in conſil.88. nu.12. & ſequen. volumine 2. Hoc tamen intelligendum erit ſano modo, & locũ habere, quando in teſtamẽtis nulla fieret mentio de maſculis: non autem ſi de maſculis deſcendentibus fieret mentio in fideicõmiſſo, in teſtamento derelicto (prout in caſu noſtro adeſſe permultas probauimus.) Nam tunc deſcendentes ex fœminis (vt eſt D.Octauianus Albara) excludentur à fideicõmiſſo, prout apertiſſimè docuerunt infraſcripti Doctores, vi delicet Bart. in dicto §.etiam ſi à parente. vbi aſſerit hanc eſſe magis communem opinionẽ. Idem docuit Socin.ſen.in d.l.Gallus.§. nunc de lege. ſubdẽs ab ea nõ eſſe recedendum,& q̃ hæc cõcluſio ſit certa, & ab oĩbus approbata, docuit Decian.in cõſ.172.nu.16. vol.3.& q̃ omnes teneant deſcendentem ex fœmina excludi ab eo gradu & iure, à quo fœmina ipſa excludit,aſſeruit Carolus Molin. in con-

in consuetu. Paris. §. 16. nu. 1. fol. 192. quam sententiam Arius Pinellus dixit esse receptissimam, in tract. de bonis maternis. num. 19. libro 3. & nouissimè Franciscus Mantica in suo tract. de coniectu ris vltimarum voluntatum. lib. 8. tit. 11. num. 7. & ratio secundùm eos est, quoniam testator apponendo istam qualitatem masculinitatis, censetur cõsideresse conseruationem familiæ, quam præelegit, ac maiori amore fuerat prosequutus: & quòd ita Doctores tradant in l. omnes maximũ. C. de liber. præter. vt docuit Tiberius Decianus in consilio 83. nume. 88. volumine primo. quæ enim familiæ conseruatio nõ poterit fieri per sœminas, quæ di-
33 cuntur † aliquo pacto esse caput & finis familiæ: cùm descendentes ex sœminis (vt in primo fundamento latissimè fuit probatũ) non sint, nec dicantur de familia earum, sed patrum. Et hoc casu quando agitur de familiæ præelectæ conseruatione, tutius procedere hanc conclusionem docuit Pinellus vbi supra. Idem docuit per omnia Michael Grassus in suo tracta. commun. opinio. titul. de fideicommissis. quæstione 15. numero primo, & secundo. Idem docuerunt infrascripti Doctores, quando fideicommissum fuisset
34 relictum † descendentibus per lineam masculinam. Nam & tunc quoque sœminæ ex masculis descendentes non comprehendentur, & minus masculi, seu sœminæ descendentes ex sœminis, videlicet Alexan. Iason, & Doctor. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. & ibi Alciatus nume. 20. dicens, hoc communiter teneri. Hanc quoque esse communem opinionem, asserit Crottus in l. filiusfamilias. §. Diui. nume. 163. in fine. ff. de legatis primo. Idem docuit Michael Grassus vbi supra, nu. 3. versi. sed quid si fideicommissum. Ad hoc ipsum firmãdum summopere deseruiũt ea, quæ docuit Specul. in libro 4. titul. de emphiteosi. nu. 173. versic. 146. quæritur. vbi concludendo dixit, quòd si quis acceperit rem aliquã in emphiteosim pro se, suisq; filijs masculis, & supersit nepos nõ ex filio masculo, sed ex filia: huiusmodi nepos priuabitur emphiteosi, & ratio secundum eum est, significatio huius verbi, vt filius & nepos sit suus, & in eius potestate constitutus, sed filius filiæ non est in potestate aui: ergo non erit suus: Vnde meritò ad eum non erit habendus respectus, vt in fi. Institu. de patria potestate. & in §. sui. Institu. de hæred. qualit. & diffe. Et quòd filius ex sœmina, vel aliquis ex eius linea non admittatur ad supradictum fideicommissum, probatur per argumentum in l. prima, ff. de iure immunit. & in l. prima. C. de condit. infer. Attamen idipsum clariùs & ferè in terminis præsentis quæstionis docuit Ioannes Andreas in additio. ad Speculat. in libro quarto, in rubric. de testamentis. columna quinta. versicu. sub hoc titulo generaliter tangam. Vbi proposuit hãc quęstionem priùs

examinatam à Ricar. Malum. dicens, quòd Titius habens duos fratres, scilicet Seium & Meium: instituit Seium hæredem, rogans eum, quòd si decederet sine liberis restitueret hæreditatem Meio fratri, vel eius hæredibus masculis. Mortuo Titio testatore, moritur & Meius, relicto nepote ex filia mortua, vel viuente: demum moritur Seius (hæres rogatus) sine liberis: quæsitum fuit an fideicõmisso in persona dicti nepotis ex filia sit locus, & concludit, quòd non, quoniam eadem ratio, quæ fuit in excludendo fœminas, sit in excludendo filios fœminarum: quapropter nepos ex filia non admittetur, sed hæres Sei sibi retinebit hæreditatem Titij testatoris, cùm expirauerit fideicommissum, & rationes, quas supradicti Doctores afferunt in cõfirmationem dictæ decisiones, vltra supra allatas sunt duæ: quarum prima est, quia nepos non venit nisi per filiam sibi matrem excluſam: Ista ergo, quæ sibi filiæ non sufficiunt alteri, scilicet filio filiæ censeri non debent, vt in l. qui aliena. §. quamquam. ff. de negotijs gestis, & in l. filium. ff. ad Macedo. Secunda verò ratio est, quoniam certum est, quòd filia est agnata: quapropter siue habeatur computatio ad Titiũ primum testatorem, siue ad Meium, semper est videre ius agnationis, & prioritatem eius in vno gradu: illa ergo non admissa, absurdum esset admittere eius respectu non agnatum in gradu vltẽriori constitutum: vnde ipse Ioannes Andreas vbi supra, concludenter post aliqua iura ibi per eum citata ad hoc, vt responderet ad allata ibi in contrarium: dicit responderi posse vnico verbo, videlicet: Quòd licèt sit probabilis testatoris voluntas, illis præponitur, qui excludendo fœminas, descendentes ex illis excludere voluit. Ad quod facit (secundum eos) textus in l. cùm quæstio. in fine. C. de legatis, vbi hæc habentur, videlicet: [In omnibus etenim testatoris voluntatẽ (quæ legitima est) dominari cẽsemus.] hæc ibi. Ex quibus omnibus allatis patuit, quòd de iure nihil modò prætendere poterit Magnificus Octauianus Albara nepos ex filia sororis dicti testatoris: sed benè Magnificus Octauius Boerius testatoris nepos ex filio alterius sororis eiusdẽ testatoris, vocantis ad suam hæreditatem solum nepotes sororum ex filijs masculis ipsarum, vt latissimè in primo, & secundo fundamento fuit probatum. Et sciendum, quòd supra citatam Ioan. And. sententiã amplectitur Aretinus in l. Gallus, §. instituens, colum. pen. in fine. inuersi. nam aliquando nepos. ff. de liber. & posthum. quærens, quando nepos masculus ex filio vellet excludere nepotem ex filia. concludit in col. fin. ibidem in versic. sed salua reuerentia, quòd nepos
35 † ex filio excludat nepotem ex filia: quia nepos ex filio succedit ex persona patris, sed nepos ex filia succederet ex persona propria, & non patris, scilicet qui non erat filius testatoris, sed extranei,

Digitized by Google

tranei, ex filia tamen testatoris. Nec obstat, quòd hîc loquatur de agnatis, quia respectu vocationis factæ à testatore maritus Magnificæ Iuliæ sororis ipsius testatoris habitus fingitur pro suo agnato, vocando in hæreditatem suã nepotem filium primogenitũ eius filij primogeniti & Iuliæ sororis dicti testatoris, qui nepos procul dubio dicetur esse de agnatione sui aui & Iuliæ auiæ sororis ipsius testatoris. Cùm ergo tacitè habitus fuerit dictus Magnificus Octauius Boerius nepos & filius ex primogenito dictæ Iuliæ tanquam agnatus, siue de agnatione prædilecta, scilicet viri dictæ Iuliæ. Inde sequitur apertissimè, ꝙ omnia, quę à Doctoribus supra à nobis recensitis fuerunt ponderata, & dicta de prælatione nepotum ex filio contra nepotes ex filia locũ meritò habeant in personam Magnifici Boerij, contra Magnificum Albaram, cùm idipsum quoq; docuerit rursus idem Aretinus in dicta l. Gallus. §. nunc de lege. colum. 4. versic. in glosa posita super. versic. nam etsi. ff. de liber. & posthum. ad verbum se subscribens supradictis sententijs Specul. & Ioannis Andreæ. Addens idipsum docuisse Bald. in l. prima. C. de condit. inser. & Paul. de Castro in dicto §. nunc de lege. & quòd ibi ipse dixerit se ita cõsuluisse illa ratione potissimè, quia nepos non debeat esse melioris conditionis, quam filia. & rursus idem Bald. in Authent. si quas ruinas. in sexta car. C. de sacrosanctis Ecclesijs. & Angel. in l. sed si hoc. §. liberos. ff. de in ius vocan. & reddens ipse Aretinus rationem talis decisionis vbi supra, subintulit, dicens, quoniam illa verba non videntur posse significare aliud, nec propter aliud esse posita, nisi vt videretur descendẽtibus masculis per lineam masculinam. Vnde (inquit) in feudis videmus, quòd quia fœmina excluditur à feudo, etiam masculus ex fœmina videtur excluſus, vt in l. 1. §. hoc autem. qui feud. dare poss. nisi feudum à principio fuerit effeminatum, idest habuerit originem à fœmina. Ad hoc etiam facit quod docuit auctoritate multarum legum, ac Doct. Albertus in suo tract. singulari de statutis fœminas & cognatorum lineam à succeſſionibus excludentibus. artic. 6. membro 3. q. 1. per
36 totum. vbi concludit, ꝙ si † statutum excluderet filiam extantibus filijs masculis, si extaret nepos ex filia non admitteretur ad hæreditatem aui, prout inter alios docuit Bart. in l. liberorum. in antepenult. colum. cum sequenti. ff. de verborum signific. Idipsum latissimè docuit Georgius Natta in suo excellẽti tract. de statutis excludentibus fœminas à succeſſione. in octaua quæstione secundæ principalis quęstionis per totum, vbi inter alios citat Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. dicentem, quòd statutum simpliciter excludens fœminam filiam, tunc nepos & quilibet ex ea descendens dicetur excluſus tanquam descendens ex inhabili materia: & quia idipsum ibi

Digitized by Google

probat innumeris auctoritatibus legum & Doctor. & rationum: idcirco ſufficiet nobis hic annuere vbi illę auctoritates poſſint reperiri: cùm ſummopere illa deſeruire veritati præſentis noſtræ conſultationis reperiet, eo ꝙ iuxta omnium Doctorum ſententiam ſtatuta & teſtamẽta cùm ſint ſtricti iuris ſaltẽ in caſu noſtro erunt æquiparanda, quo ad modum interpretandi contenta verba in vtriſque. Cùm & Marſilius (vt latiùs retulimus in probationem primi fundamenti noſtræ conſultationis) docuerit fore iudicandum tam in interpretandis ſtatutis, quàm teſtamentis ex veriſimili voluntate, ac intentione diſponentium in vtriſque, quod ſcilicet veriſimiliter expreſſiſſent in caſu omiſſo, ſi fuiſſent de ipſo interrogati. Ex quibus omnibus in præſenti conſilio allatis, concludendo, aſſeueramus Dominum Octauium Boerium verum hæredem per fideicommiſſum de iure fore declarandum dicti teſtatoris, & Dominum Octauianum Albaram fore ab huiuſmodi hæreditate excludendum.

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem regulariter fore admittendam, probatur vtroque iure, & communi Doctor. ſententia.*

2 *Appellatio quare ab vtroque iure fuerit inducta, & ex dicta regula, in qua habetur ab vtroque iure fuiſſe indultam appellationem reſultat veritas conſulentis, & quomodo. nume. 3.*

4 *Probans aliquid per aliquam iuris regulam, dicitur habere fundatam intentionem, in tantum, quòd niſi probetur contrarium, pro ipſo erit pronunciandum.*

5 *Appellatio fuit introducta, ne innocentes iniuſtis ſententijs grauarentur.*

6 *Audientia, ſi cui denegetur per aliquod ſtatutum, non ideo in dubio fuiſſe denegatam ei appellationem cenſebitur.*

7 *Princeps non poteſt ſine cauſa aliquem priuare beneficio appellationis, & quòd per conſequens in dubio erit dicendum tale beneficium omnibus indultum à Principe, niſi expreſsè illud fuiſſet denegatum ab ipſo.*

8 *Præſumendum in dubio non eſt per generales conſtitutiones voluiſſe Principem, vel Rempublicam particularẽ priuare iure ſibi iam conceſſo a iure etiam ciuili.*

9 *Iudicandum in dubio erit fore deferendum appellationi.*

10 *Impugnatio prima quæ affertur à parte aduerſa, contra petitam admiſſionẽ appellationis factæ a Magnifico Boerio.*

11 *Impugnatio ſecunda.*

12 *Impugnatio tertia.*

13 *Impugnatio quarta.*

14 *Reſponſio ad primã impugnationem.*

15 *Reſponſio*

15 Responsio ad secundam impugnationem.

16 Exceptio licet firmet regulam in casibus non exceptuatis, tamen verificatur hoc solum in casibus dissimilibus ijs, qui expressi specialiter sunt in iure communi, vel municipali, non autem in similibus: cùm ad eos fiat extensio etiam si in ipso iure esset dictio taxatiua, & dicti casus similes non reperirentur expressi in iure communi, vel municipali.

17 Statutum disponens in materia iuris communis, et aliquos casus excipiens extenditur ad consimiles a iure exceptos, cùm debeat recipere omnes iuris cõis limitationes, ampliationes, quoniam tunc etiam extenditur ad casum fictũ, quando talis casus fictus a iure communi fuisset æquiparatus casui vero.

18 Statutum si disponat præter, vel contra ius commune, tunc casus in statuto expressè non prouisus relinquitur dispositioni iuris communis.

19 Statutum loquens in materia iuris communis, & aliquos casus excipiens, non firmat regulam in non numeratis contra ius commune antiquum, cùm in casibus non exceptis suppleatur a iure communi.

20 Statutum Genuense prohibens extensionem per identitatem rationis est simile ad verbum Statuto Mediolanensi, cum ibi idipsum inhibeatur, & tamen Carpanus probat talem extensionem per dictum statutum non fuisse prohibitam.

21 Appellationem fuisse indultam Magnifico Boerio probatur verbis ipsiusmet statuti Genuensis.

22 Responsio ad tertiam obiectionem.

23 Responsio ad quartam impugnationem.

24 Statutum Genuense probibens ipsum interpretari alio modo, quàm iacet in littera ipsorum, quomodo erit intelligendum.

25 Carpani sententia circa statutum Mediolanense prohibens interpretationem, & præcipiens non fore admittendam appellationem, nec aliam interpretationem, sed fore seruandum, vt iacet in littera.

26 Statuta prohibentia interpretationem extensiuam, illam admittent pro vitanda aliqua absurditate indè procedente, etiamsi a statuto dicatur ipsum fore intelligendum, vt littera iacet, secundum Carpanum, & plerosque omnes Doctores, & per statutum huiusmodi non præcipitur iudaica interpretatio, auctore Carpano, & alijs. nu. 27.

28 Interpretatio rationabilis quare nulla lege possit probiberi.

29 Decretum Principis priuans bonis Franciscum rebellem, & omnes eius fratres, non comprehendit Andream eius fratrem, & ipsi Francisco inimicum. & quare.

30 Statutum probibens interpretationem eiusdem non includit legitimam, sed solum frinolam: & idem dicitur de statuto probibente appellationem, vel exceptionem.

31 Absurdum quid dicatur.

32 Statutum probibens omnem interpretationem præter litteralẽ, quamodo sit intelligendum, quando ipsum interpretando secundum corticem litteræ sequeretur absurditas,

Digitized by Google

tas, multis auctoritatibus probatur etiam si in huiusmodi statuto fuisset probibita omnis glosatio, subauditio, & extraneus intellectus.

33 Statutũ Genuense in casu omisso recipit interpretationem a iure communi, etiam si dixerit non fore interpretandum, nisi vt iacet littera, prout in simili statuto docuit Carpanus.

34 Interpretatio passiua, quæ dicatur, & quòd casus a statuto omissus sit decidendus iuxta iuris communis dispositionem, multis auctoritatibus probatur, & quòd extendatur ius commune ad ipsius decisionẽ.

35 Omissum a lege quid sit, & quid tacitum a lege dicatur.

36 Casum omittere in aliquo statuto aliud est, quàm de casu aliquo prouidere contrarium, & ideo casus omissus a statuto decidendus erit, iuxta iuris communis dispositionẽ.

37 Statutum Genuense non sustulit interpretationem legalẽ, iuridicam, necessariam, vel fauorabilem etiã si dixisset, quòd esset intelligendum verè, & propriè. nu. 38.

39 Statutum Genuense non tollit interpretationem intrinsecam, quæ ex verbis colligi poterit.

40 Statutum Genuense non tollit veram, nec expositiuam interpretationem, neque litteralem, & gramaticalem intellectum.

41 Statutum Genuense non aufert interpretationem, per quam ostenditur mens statuentium, cùm magis ista sit attendenda, quàm verba, & hoc probatur.

42 Statutum Genuense non tollit interpretationem, per quam ipsa Capitula statutorum ad concordiam, & non ad correctionem poterunt reduci: cùm interpretatio, quæ sumitur ex alio statuto non censeatur probibita per dictum statutum. & hæc regula applicatur statuto Genuensi in casu proposito.

43 Statutum Genuense non remouet interpretationem passiuam, sed solum extrinsecam, & friuolam.

44 Statutum Genuense non remouet interpretationem veram, nec restrictiuam secundum ius commune, ne quis indebitè pœnam patiantur, etiam si inde statutum ipsum nihil operaretur vltra ius commune.

45 Statuto remouere appellationem, nõ obstante ex iustis causis licebit appellare, & maximè si quis manifestè grauaretur, vel euidenter sententia esset iniqua, vel lata sine causæ cognitione.

46 Statutum Genuense intelligendum erit reiecisse solum appellationem friuolam, non autem iustam, & quando ex actorum inspectione poterit cognosci notoriè iniustitia sententiæ.

47 Principem per clausulam, appellatione remota, non est verisimile voluisse ius litigatoris auferre, et ideo stante tali Iudicis iniustitia, poterit appellari, cùm dicta clausula non se extendat, nisi ad friuolam appellationem.

48 Statuto non obstante, prohibente oppositionem exceptionis, poterit opponi exceptio euidens ex inspectione instrumenti, & actorum.

49 Clausula inserta in statutis et priuilegijs. [Quibus non obstantib. etc.]

non

gitized by Google

non obstante probatio, quæ fiet per inspectionem oculorum, & euidentiam facti, seu actorum, non intelligitur remota per talem clausulam.

50 Statutum prohibens indifferẽter appellationem, est nullum secundum Alciatum.

51 Sententia notoriè iniqua est ipso iure nulla, etiam si talis notorietas solum dependeat ex actorum inspectione.

52 Sententiæ iniustitia resultans ex actis faciet ipsam sententiam nullã, si habuerit relationẽ ad ipsa acta, & ex inspectione ipsorum actorum apparere possit ipsius sententiæ iniquitas.

53 Sententia habẽs relationem ad acta (ex quorum inspectione comprehenditur eius iniquitas) erit nulla, etiam si talis relatio esset facta in genere, & specialiter ad certam partem actorum, auctoritate multorum Doct. probatur, etiam si dicta sentẽtia non se retuliſſet expressè ad acta, sed error consisteret in ea parte actorum, ad quam de necessitate refertur sententia sine expressa relatione.

54 Sententia lata a Principe supremo non recognoscente superiorem (licet sit inappellabilis, regulariter cùm ipsa fieri debeat ad superiorẽ,) tamẽ falleret regulam, quãdo Princeps supremus pronunciasset sententiam in aliqua causa ad relationem alterius, etsi supremorum syndicatorũ tribunal recognoscat superiorem, scilicet Sereniſſimum Senatum Genuensem. Nam quòd tunc a dicta sententia possit appellari probatur quàmplurimis auctoritatibus.

55 Statutum Genuense (vti iuris communis correctorium) erit strictè intelligendum, in tantum, quòd vbi esset dubium an appellatio in casu occurrenti esset admittenda, necne, quòd omnino foret pronuntiandum posse appellari. Probatur apertiſſimis documentis.

DECISIO V.

Admodum Illustres Domini Iudices.

VICTVS precibus ac amicitiæ, veritatisque vinculo vinctus, vt propositis a vestris Illustrib⁹ Dominationibus dubijs super admittenda appellatione proposita a Magnifico Octauio Boerio a sententia lata, a quã Illustribus supremis sindicatoribus in fauorem Magnifici Octauiani Albaręę operępretium duxi nonnulla necessariò scitu pro faciliori intelligentia afferẽdorum in responsionem dictorũ dubiorum in medium producere, etsi circa illa breuibus vsus fuero verbis, cùm auribus perceperim Illustres admodum, ac singulares Doctores ipsis satisfeciſſe reliquis vos ergo Illustres Dominos his præsentibus certiores reddere studebo meam fore, ac esse sentẽtiam nullo pacto denegandã fore admiſſionem appellationis propositæ

pro

pro parte Magnifici Octauij Boerij contra ſententiam diffinitiuã latam ab Illuſtribus ſupremis Sindicatoribus in fauorem Magnifici Octauiani Albaræ contra ipſum Magnificum Octauium Boerium:& ne videar proprio ſenſui ac intellectui potius voluiſſe initi,quàm veris fundamentis elicitis a nonnullis regulis vtriuſq; iuris,ac vtriuſque cenſuræ ſingularibus Doctoribus ſubſequentia fundamenta veriſſima, & non fucata ſubinferre operæpretium duxi, vt inde veritas noſtræ ſententiæ luce meridiana clarius omnibus illam perlegentibus innoteſcat.

Primum quorum eſt.Quoniam
2 appellatio † generaliter,& regulariter fuit conceſſa omnibus indifferenter vtroque iure Pontificio ſcilicet,ac Imperiali, vt per omnia iura contenta ſub eodem titulo, & per omnes Pontificias conſtitutiones contentas in 2.q. 6.& ibidem per Doct.& in l.& in maioribus. C.de appell. vbi hæc habentur,videlicet.[Et in maioribus, & minoribus negocijs facultas appellandi eſt. Nec enim Iudicem oportet iniuriam ſibi fieri exiſtimare, eo quòd litigator ad prouocationis auxilium conuolauit.]hęc ibi.vbi latiſſimè per Doct. Idem in l.ſi quis prouocatus.C.de appellat.& hoc fuit prin
2 cipaliter † ad iniquitatem,ſeu imperitiam Iudicis corrigendam, vt in l.1. ff. de appell. vel ad ſupplendum quod incautè in priore iudicio fuerat omiſſum, vt in l. per hanc. C.de temp. appell.c.cũ Ioannes,de fide inſtrumen.prout docuit glo. in pragmatica ſanctio. titu. de cauſis.ff.117. col.3. Idem docuerunt infraſcripti Doctor.dicentes,quòd in omni cauſa licebit appellare, niſi in iure expreſsè in aliqua cauſa contrariũ ſpecialiter decerneretur, videlicet Glo. ordin. in l.qui reſtituere in fi.ff.de rei vendic. quam ad hoc not.allegat Bar.in l.1.circa principium. C.ſi de moment. poſſ. fuer. appellat. Idem docuit Specul. in titu.de appell.§.1.& 2. vbi probat hanc eſſe regulam generalem, vt vnicuique oppreſſo liceat appellare. Idẽ docuit Bart. Socinus in conſ.195. vol.2.col.2. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus,quòd & ipſemet Socinus confirmauit in conſ.300.incip.in cauſa interpellationis,col. 8. vol. 2. verſic. ſecundum eſt, quòd regulariter. Idem docuit Decius in conſ.34.nu.2.poſt Specul.Bal. & Ang.per eum ibi citatos,qui Decius in conſ.49. nu.1.dixit, quòd ſtatuta prohibentia appellationem ſint ſtrictè interpretanda, quem ſequitur Cacheran⁹ in deciſ.Pedemont.60.nu.6. verſic.in contrariam opinionem.Idem docuit Ang. in conſi. ſuo 45. incip. Statuto ciuitatis Florentiæ, col. 1.nu.3. dicens hoc eſſe generale, quòd ab omni ſententia diffinitiua poſſit appellari, & quòd hoc ſolum fallat in caſibus expreſſis in iure:ergo (ſubdidit Angelus,) quòd hic caſus remanebit ſub regula permiſſiua, qui Ang. in ſuo conſi.187.nu.2.verſ.per rationes probatur,dixit,quòd vſus appellationis

lationis sit frequens, & necessarius, cum per eum quandoq; corrigatur iniquitas, quandoque iudicantes error; vt in l. 1. ff. de appell. addens, quòd inde pateat, quòd fauore publico est inductũ. Idem docuit Bartholomeus Socinus in regula vigesimaquarta, sallentiarum. Idem docuit Lanfrancus in repet. c. quoniam contra titu. interlocut. & appellat. nu. 102. vers. quæro in quibus causis. extra de probat. Idipsum docuit Alciatus in sua praxi in cap. de appellatione, titu. in quibus causis appellari potiit, docens, q; regulariter in omnibus præterquam in casibus a iure expressis potiit appellari. Ad hoc ipsum probandum summoperè deseruit regula, quam docuit glo. ex illo text. in l. 1. in vers. actio. C. de arbitris, dicens, quòd ab illa sentẽtia poterit appellari, ex qua oritur actio, seu exceptio iudicati: cuius doctrinam sequutus fuit Iason in l. arbitro. ff. qui satisd. cog. At ex sententia diffinitiua cuiuscumque iudicis ordinarij oritur actio, seu exceptio rei iudicatæ, vt in l. actori. C. de rebus cred. & iuramen. vbi dicitur, quòd ex iuramento nascitur actio ad instar iudicati: Indè sequitur, quòd a
3 sententia diffinitiua † lata a supremis Sindicatorib. poterit appellari: At cum hic noster casus in iure communi, vel municipali Genuensi expressus non reperiatur prohibitus, indè colligitur appellationem factam a Magnifico Boerio fore admittendam de iure. Qua regula iuris stante pro Magnifico Boerio ipsum habere fundatam intentionem probandi fore admittẽdam appellationem prædictam ab ipso factam a sententia lata per Illustres Dominos Sindicatores supremos in fauorem Magnifici Octauiani Albaræ sui aduersarij in causa inter ipsos agitata coram ipsis Illustribus Dominis Sindicatoribus supremis, procedentibus in ipsa nõ tanquam Sindicatores, sed vt eorum Iudices ordinarij virtute decreti contenti in lib. 3. statutorũ Ciuitatis Ianuæ c. 18. §. Iurisperitorum, & Medicorum. In tantum dicimus habere intẽtionem fundatam ipsum Magnificum Octauium de iure, quòd onus probandi contrarium transmittitur virtute dictæ regulæ ad ipsum Magnificũ Octauianum eius aduersariũ, prætendentem non fore ipsius appellationem admittendã, iuxta iuris regulã commũniter a Doctoribus approbatam, in qua habetur, quòd habens pro se regu
4 lam † in casibus ab aliquo iure speciali non determinatis, dicetur habere fundatam suam intentionem: vnde pro ipso erit pronunciandum, donec probetur de exceptione, vt docuit textus apertissimus in l. ab ea parte. ff. de p̃bat. & ibi per glo. & Doct. Idem docuit textus in c. ad decimas. ext. de reiitu. spoliat. & ibi per Doct. Idipsum docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Glo. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. & Bal. in c. 1. colum. 2. & 3. de alien. iudi. mut. ca. fac. & in l. fi tutor, & l. fin. C. de ser. pig. dat.

manu-

manumiſſ. & in l.3. C.fini.regun. dicens non eſſe a regula legis recedendum, & quòd ſic ſit pronunciandum niſi per aliam legē contrarium probetur: & rurſus idem Bal. in l.Tutor.in fine. C. de ſer. com.manu. Idem docuit Bart.in l. quoties, ff. ſi quis caut. aſſerens, quòd res dicetur certa eſſe, pro eo, qui habet regulã pro ſe: idipſum repetijt ipſe Bartol. in l.1.col.2.ff.ſi quis in ius voca.vbi allegat Innocentium in c.præterea. ext.de dilat. quod dictũ pro notabili reaſsũpſit Matthesilan⁹ in ſuo not.ſingul.19. incip.nota, quòd ſententia interlocutoria dicens, quòd ſententia interlocutoria, vel diffinitiua lata expreſsè contra regulam iuris communis eſt nulla, licet reperiantur aliqui caſus excepti, in quibus ſaluari poſſet illa ſententia, ex quo illi caſus ſpeciales non ſunt expreſſi in illa ſententia. Idem docuit Albericus de Roſatis in parte 2.ſtatutorum, quæſtio.158. incip.ſi ex forma ſtatuti.circa finem, dicens ſtandum fore regulæ donec doceatur de exceptione. Idem docuit Decius in l.1.nu.6. & 7.ff.de regu.iur. Idem docuit Glo.circa finem rubricæ de regu.iur.in ſexto, dicens potiorem eſſe eius cauſam pro quo facit regula: habet enim aduerſarius neceſſe oſtẽdere rationem quare in illo caſu regula non loquatur. Idem communiter Doct.docuerunt in rubr.de regu.iur. in ſexto. Idem docuit Felinus in c.quoniam frequenter in princ.3.col.ext.vt litè non con teſt. Idipſum latè, & optimè docuit Iaſon in l.cętera, col.2. not. 3.nu.3. & 4.ff.de legat.1. Idẽ docuit Curt.in rubr.C.qui admitti, col.3.Aret.in l.1.col. fin.ff.de teſtam. Idem Cagn.in l.1.nu.21.ff. de regu. iur. Idẽ docuit latiſſimè Euerardus in ſua Excellenti Topica iuris in loco ab exceptione ad regulam. num.12. verſ.primò, quòd in dubio, vbi multis medijs probat, quòd in dubio potior eſt cauſa illius, qui habet regulam pro ſe: habet enim, inquit, aduerſarius neceſſario oſtendere rationem quare in illo caſu regula non debeat ſubſiſtere, & ſic ſemper pronunciandum eſſet pro illo, qui habet regulam pro ſe. videatur ibi per ipſum: cum ergo regula iuris ſit, vt admittatur generaliter appellatio, inde ſequitur, quòd appellatio facta a Magnifico Boerio fuit admittenda.

Secundum fundamentum eſt, quoniã idipſum ſuadet ratio fundamentalis, qua fuit introducta a Legiſlatoribus auctoritas, ac poteſtas appellandi, † quæ vtique fuit ne tali denegata defenſione innocentes iniuſtis ſententijs grauari poſſent ab iniquis, vel indoctis iudicibus, vt docuit textus in c. cum ſpeciali. extra de appell. & ibi communiter per Doct. & propterea infraſcripti Doctores ſubſequentia meritò docuerunt. Nã Imo. quẽ refert, & ſequitur Bart. Socinus in conſi. ſuo 195. incip. Circa primum conſultationis articulum. col.3. verſ.confirmatur. nam appellatio, vol.2.in c.ſignificauit, extra de appell. docuit, q licet alicui denegetur † audientia

tia in dubio non censebitur dene
gari appellationem, vnde non vi-
detur, quòd intētio Principis fue
rit hanc defensionem tollere. Idē
docuit Duenas in regula 43. in-
cip. Appellatio iusta probās mul-
tis medijs non posse Principem
7 † sine causa tollere hanc innocen
tię defensionis speciem. Idem do
cuit Alciatus in sua praxi in titu.
de appellat. in cap. quid sit appel
latio. asserendo ipsam indultam
esse hominibus de iure naturali,
cùm sit defensio, & si sit de iure
ciuili secundum formam, in qua
hodie cōceditur. Quapropter in
dubio non poterit præsumi Prin-
cipem, vel vniuersitatē, seu Rem-
publicam non recognoscentē ali-
quem superiorem in suis consti-
tutionibus generalibus, vel mu-
nicipalibus præiudicare voluisse
iuri tertio acquisito, nisi expressè
exprimeret etiam si causa ratio-
nabilis subsisteret tollendo ea,
quæ fuerunt subditis indulta de
iure etiam ciuili, cùm hoc ipsum
non deceat, vt in l. digna vox. C.
de legibus, quoniam ex quo eis
est acquisitum ius, & actio appel
landi ex dictis indultis expressis
in citatis iuribus contra senten-
tiam definitiuam contra se latā.
Non erit ergo præsumendum
Principes suprædictos, nisi expres
sè hoc declarasset, voluisse, quòd
generales cōstitutiones ipsos pri
uare tali iure sibi acquisito, vt do
cuerunt Ruin. in consi. 29. col. 3.
& in consi. 167. col. 6. vol. 1. & in
cons. 12. col. 7. vol. 3. quem refert,
ac sequitur Antonius Gabr. in tra
ctat. conclu. libro 3. titu. de iure
quæsito, conclusione 2. num. 29.
vers. quartò limita. Meritò ergo
dicimus Serenissimā Rempubli-
cam Genuēsem in volumine suo-
rum statutorum non priuasse Ma
gnificos Iurisperitos, & Medi-
cos, ac Notarios hoc legis com-
munis beneficio, cum hoc expres
sè non declarauerit, & regula sit
in fauorem ipsorum. Quapropter
in dubio pro ipsis iudicandum
erit per illustres Iudices moder-
nos, cum in dubio non præsuma-
8 tur † hoc Illustres Dominos sta-
tutarios voluisse statuere (nulla
speciali causa expressa) tantoque
damno illos grauare, prout do-
cuerunt infrascripti Doct. vide-
licet Cyn. in l. fin. C. si contra ius,
vel vtilit. publi. & per Canonistas
communiter in c. nonnulli. ext. de
rescript. & in c. si quando de offi-
cio deleg. & in c. vnico. de excess.
Prælat. quos retulit, ac sequutus
fuit Benedictus Capra in regula
10. nu. 43. & sequen. & nu. 16. & se-
quenti, vt habetur in thesauro cō-
mu. opinio. sub nomine dicti Be-
nedicti. in vers. ius ciuile. nu. 43.
vnde Imo. in d. c. significauit. post
suprædicta subdidit, quòd hæc
interpretatio sit admittenda, cū
per eam quis indebitè damnum
non patietur, & alter prohibea-
tur locupletari cum aliena iactu
ra, & ideo Bartholomeus Soci-
nus, vbi supra subdidit, & meri-
tò, quòd etiam verba generalia
cuiuscūque dispositionis ne hoc
malum otiatur, restringi debeāt,
vt in l. si serui vestri, cùm ibi not.
C. de noxal. & per Glo. & Doct.
in l. fin. & in computatione. C. de

iure

iure deliberandi. & traditur in c. cum dilectus, ext. de consuet. eo magis, quòd in re dubia (subdit
9 ibi Socinus) potius † iudicãdum sit fore deferendum appellationi, & appellari posse, quàm non. vt in c. de priore, & ibi not. ext. de appellat. quod & probatur per Ang. in liquoniam iudices. ff. de appell. & per ea, quæ docuit Innocentius in c. cum dilectus, el secondo, ext. de rescript. Idem docuit Specul. in lib. 2. titu. de appellat. §. nunc dicamus. nu. 5. vers. quædam verò est media, siue dubia. concludens ibi, quòd in dubio si appelletur appellationi erit deferendum, quia ius eam admittit, huic verę assertioni deseruire comprobatur id, quod docuit Salicetus in l. fin. col. 2. vers. interdum quæritur, an prouisio facta in vno casu, extendatur ad alium. C. de postu. hæred. his prę-cisis verbis, videlicet. Aut quæritur, an de vno casu speciali simpliciter trahatur ad aliũ, & tunc, Aut dispositio est in re incerta, & dubia, ita quòd ad vtrumque casum poterit trahi, seu secundum vtrumque interpretari, & tunc si de fauore tractatur, vtrumq; comprehẽdet, non tã ibi extensionis: secus si de odio tractetur. hæc Salicetus, ex cuius verbis vera comprobatur nostra sententia, cũ agatur de re fauorabili reo, vt est admissio eius appellationis, & hæc allata sufficiant in probationem secundi fundamenti allati in fauorem nostræ sententiæ: alia verò afferentur in probationẽ responsionis faciendæ obiectionib. pro-

positis, ac proponendis tàm dictæ nostræ sententiæ, quàm eiusdem fundamentis.

Sciendum ergo, quòd aduersarij primo negant regulam fauere admissioni dictæ appellatio-
10 nis propositæ † a Magnifico Boerio, ac per consequens, quæ attulimus in ei⁹ fauorẽ, retorquendũ fore aiunt in eiusdem Magnifici Boerij odium, ac pretẽsionis suæ reprobationem, asserentes, q̃ cùm fuerit inhibita appellationis admissio a sententijs supremorũ Sindicatorum regulariter per ius municipale Ciuitatis Genuę, vt videtur elici ex locis subsequentibus dicti iuris municipalis: indè sequitur, inquiũt, on⁹ probandi contrarium fuisse statutum in dicto iure municipali transferri ad Magnificum Octauium Boerium, quem oportebit probare, quòd per dictũ ius municipale sibi licuerit appellare a sententia diffinitiua lata contra se ipsum ab Illustribus supremis Sindicatoribus, & sic docere se esse in casu cõcesso, & excepto a dicta regula ꝓhibitiua appellationis, & qđ regula iuris municipalis deneget appellationẽ a sentẽtia diffinitiua lata a Sindicatoribus supremis probatur, inquiunt. Primò per textum ipsius municipalis iuris contenti in lib. 1. capit. 2. §. non possint, vbi hæc habentur, videlicet. [Non possint vllo modo a sententijs ipsorum supradictis Sindicatorib. latis appellari, nec contra eas opponi, contradici, aut quærela moueri directè, vel indirectè, nec peti

possit

Digitized by Google

possit ab eis melioratio, imò sint, & habeantur pro validis, firmis, & legitimis, & mandentur executioni, exceptis tamen causis, de quibus in statutis de Sindicatoribus Magistratũ Dominij, seu de quibus aliter per statuta, vel leges Reipublicę disposítum esset.] Ex quibus inquiunt aduersarij, quòd indè eliciatur regula prohibitiua appellationis a sententijs supremorum Sindicatorum exceptis casibus ibi exceptuatis, in quibus nulla fit mentio de admittẽda appellatione facta a Magnificis Iurisperitis, vel Medicis contra sentẽtias latas ab ipsis supremis Sindicatoribus. Addunt
11 & † secundò aliud statutum contentum in lib. tertio statutorũ, c. 1. de sententiarum firmitate, in principio, vbi expressè firmatur regula vniuersalis de non admittendis appellationibus cõtra sententias latas per Magistratus ordinarios, siue delegatos insimul prohibendo, ne ab aliquibus sententijs possit reclamari, aut supplicari, aut peti earum melioratio, neque in integrum restitutio, neque opponi de ipsarum nullitate, etsi ibi subdatur exceptio casuum contentorum in statuto de meliorandis sententijs, & in statuto de appellationibus. Addunt † tertiò, quòd in dicto lib. 3. cap. 3. statutorum, in quibus agitur de appellationibus admittendis, nulla mentio facta fuit de ipsis Magnificis Iurisperitis, & Medicis, & Notarijs, ac per consequens nullus casus exceptuatus in fauorem ipsorum Magnificorum Iurisperitorum, & Medicorum circa appellationẽ eorum admittendam. Quapropter concludunt regulam supra allatam de non admittendis appellationibus, firmam adhuc remanere cõtra dictos Magnificos, iuxta iuris regulam vulgatã, in qua habetur, quòd exceptio firmet regulam in contrarium in casibus non exceptuatis. Addunt in-
13 super & † quartò, quòd §. incipiens. [In casibus prædictis, & a sententijs diffinitiuis contentorum.] In dicto libro 3. cap. 3. in quo post enumerationem multorum casuum, in quibus conceditur appellatio, nunquam repetitur facta mentio de sententijs latis a supremis Sindicatoribus. Idcirco, etsi in dicto §. verba inserta fuerint generalia, in quibus videbatur ipsos Illustres statutarios voluisse implicitè includere ipsum Magistratum supremorum Sindicatorum, & sic tacitè concedere appellationem à sententijs latis ab ipsis, Cum in dicto §. hæc habeantur, videlicet.

„ [In casibus prædictis, & a sen-
„ tentijs diffinitiuis latis per Ma-
„ gistratus appellari possit, nõ ob-
„ stante, quòd appellans citatus e-
„ tiam personaliter ad audiendam
„ sententiam non comparuisset in
„ termino assignato in præcepto,
„ seu citatione, & contumax fuis-
„ set, per quam contumaciam re-
„ medium appellationis non tolla-
„ tur, sed competat perindè, ac si
„ comparuisset, & hoc dummodo

Digitized by Google

„ appellatio non ſit remota, quia
„ vbi per alia ſtatuta remouetur
appellatio, vel diſponitur a certis ſententijs non poſſe appellari, per præſens ſtatutum non ſit eis denegatum.] Ex quibus aduerſarij intelligunt ſtatutum non vniuerſaliter indulſiſſe appellationis beneficium, ſed in caſibus ſpecialibus nominatim, & expreſsè conceſſis in dicto ſtatuto. At quoniam, inquiunt, nullibi in ſtatutis legitur indultam ſpecialiter fuiſſe appellationem contra ſententias diffinitiuas latas ab ipſis Illuſtribus ſupremis Sindicatoribus: Indè ſequitur, quòd nec per tale ſtatutum vtens verbis generalibus fuerit indulta dicta facultas appellandi a dictis ſententijs ipſis Magnificis Iuriſperitis, & Medicis, ac Notarijs.

Ad primam ergo obiectionem
14 † factam dicto Magnifico Boerio de ſtatuto ſupradicto in capitulo ſecundo, de ſupremis Sindicatoribus, dicimus nihila duerſari ipſi Magnifico Boerio, cùm ibi tantummodo fiat mentio de appellationibus non admittendis a ſententijs diffinitiuis, latis per ipſos Illuſtres ſupremos Sindicatores, ſuper Sindicatibus, ac per conſequens non ſuper alijs cauſis, in quibus ipſi non gerunt perſonam Sindicatorum, ſed Iudicum ordinariorum. Ex quibus quoque elicitur argumentum a contrario ſenſu, quod eſt in iure fortiſſimum tali pacto arguendo, cùm regula iuris ſit, quòd admittenda ſit appellatio a ſententijs diffinitiuis latis per quoſcumque Magiſtratus, (vt ſupra latiſſimè fuiſſe probatum) patet & in dicto §. capitulo primo, de ſupremis Sindicatoribus nulla ſpecialis exceptio facta fuerit de nõ admittenda, vel admittenda appellatione a ſententia diffinitiua lata ab ipſis, in alijs cauſis, in quibus non agitur de rebus pertinentibus ad correctionem officialium, & de ipſis Sindicatibus, (vt in caſu noſtro:) ergo regula, in qua dicitur admittendã fore appellationem in caſu noſtro, (cùm non reperiatur caſus occurrens in cauſa noſtra ibi exceptus, vt in eius littera) firmat ipſam in contrarium, ideſt in hoc caſu noſtro non exceptuato. Quapropter concludendum erit per dictum ſtatutum tacitè fuiſſe conceſſam ipſi Magnifico Boerio beneficium appellationis cõtra ſententiam (in cauſa ſua lata) a Sindicatoribus ſupremis, vt patet ad ſenſum.

Ad ſecundam obiectionem
15 † quàm facillimè erit reſponſio, ſic dicendum: quòd etſi regula ſit, quòd exceptio firmet regulam in contrarium, videlicet in non exceptuatis caſibus, & regula per aduerſarios allata, licèt appareat contra Magnificũ Boerium, tamen re vera ſi benè ipſa percipiatur, & eius natura, iuxta ſanctiones Pontificias, Imperatorias, ac Doctorum decreta ponderetur, vtique vnuſquiſque mentis compos neceſſariò fatebitur, nihil aduerſi contra

Digitized by Google

tra admissionem appellationis afferri per dictos casus ibi specialiter exceptuatis, eo quòd communiter a Doctoribus tenetur cũ maximo fundamento, (vt statim dicemus;) quòd licet dicta re-
16 gula sit vera, † tamen nullo pacto foret negandum, ipsam recipere inter alias fallentias, & hanc, scilicet, quòd ipsa non habebit locum in casibus similibus ipsis casibus exceptuatis, tam a iure communi, quàm a iure municipali. (Nam quo ad ipsos exceptuatos casus nõ firmatur regula a dicta exceptione in ipsis casibus similibus, immo potius exceptio ad ipsos casus similes extendetur etiam si adesset in ipsis casibus exceptuatis dictio taxatiua in iure excipiente, licet etiam huiusmodi casus similes nõ reperiantur alibi in iure communi, vel municipali expressi, & hoc propter identitatem rationis: Cùm ergo hoc ius municipale Genuense dispositum reperiatur in materia iuris communis, scilicet de admittendis, vel non admittendis appellationibus, indè sequitur, quòd casus hic exceptus expressè a statuto, sit decidendus, sicut ibi expressus casus similis fuit decisus: & quòd hæc nostra limitatio, & responsio supradictæ secundæ obiectioni fuerit verissima, ac innixa innumeris auctoritatibus decisionum Pontificiarum, Imperatoriarum, ac vtriusque iuris Doctorum statim: quàm facillimè probabimus, prẽmittendo tamen ei nonnulla pauca in probationem illius clausulę, in qua diximus [etiam si adesset in ipsis casibus exceptuatis dictio taxatiua.] Quapropter hanc clausulam probant veram in casu nostro (cùm simus in materia fauorabili, scilicet de appellatione admittenda ad ostendendum iniustum grauamen illatum Magnifico Boerio, mediante diffinitiua sententia supradicta) subsequentes Doctores, videlicet Bartolus in l. si constante, numero quadragesimoquarto, versiculo aut in ea sunt verba taxatiua. ff. soluto matrimonio, & in l. serui nomine, numero tertio, versic. & sic nota, quòd licet sit dictio. ff. de vsucapionibus. Idem docuit Panormitanus (sequens Bartolum vbi supra) in capitulo cum dilecta, in octauo numero, versiculo & vide ad prædictum notabile dictum Baldi, extra de confirmatione vtili, vel inutili. Idem docuit Decius in capitulo iurauit, columna tertia, numero quinto, versiculo sed addatis. extra de probation. vbi asserit hoc ipsum docuisse Alexand. in dicta l. si constante. in principio, columna sexta, versiculo item in quantum. Idem docuit Antonius Corsetus in suis singularibus, in verbo extensio. incipien. dispositio simplex. & hæc attulisse sufficiat quo ad probationem nostræ assertionis circa particulam illam in fine adiectam, scilicet, [etiã si adesset dictio taxatiua in iure excipiente.

Digitized by Google

His ergo præmiſſis, & de iure veriſſimis, ſciendum quòd veriſſimã ſtatim probabimus quoque fuiſſe ſupradictam noſtram reſponſionem, munitamque triplici clipeo cõtra aduerſarios, ne ab ipſis offendi poſſit. Primò enim probatur auctoritate iuris Pontificij, ac Imperialis: probatur enim primò per argumentum in Clementina exiui, §. cum autem natura. de verborum ſignificatione, vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm autem natura termini reſtrictiui hoc habeat, quòd ſic excludit ab ipſo extranea, quòd cuncta ad ipſum pertinentia includit.] Dixi per argumentum probari, eo quòd etſi ad verbum veritas præſentis limitationis inibi non contineatur, benè tamen ex ipſo elicitur: cùm ibi dicatur, quòd includat ſub expreſsè exceptis omnia pertinentia, ideſt habentia eandem identitatem rationis: vt quàm plurimi Doctores paulò poſt citandi dixerunt, ac per conſequẽs ſequitur, quòd caſus excepti extendãtur ad ſimiles expreſsè non exceptos.

Nam hic textus citatur ad hoc ipſum probandum inter alios ab Ana. in conſilio trigeſimoſexto, & per Decium, & Cagnolum, in l. prima, ff. de regulis iuris, numero trigeſimoſexto, & trigeſimoſeptimo, qui ambo hoc ipſum multis medijs, & exemplis probant Rodericus Suarez in repetitione l. regreſſus, de executione contract. verſiculo, venio ad ſecundam partem, prout refert, & ſequitur Couarru. in libro ſecundo variarum reſolutio. capitulo quinto, numero ſexto, in fine. Idem probatur per textum in capitulo poſt tranſlationem, §. verùm poſtulationi. extra de renunciatio. vbi Innocentius Tertius commemorando conſtitutionem Concilij Conſtantinopolitani. Adde quòd eius tenor eſt canonizatus in capitulo hoc nequaquam, ſeptima quæſtione decimaſeptima, his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Verum poſtulationi huiuſmodi videbatur Concilij Conſtantinopolitani Capitulum obuiare, in quo ſtatutum eſt, vt quicumque de Pontificali dignitate ad Monachorum vitam, & pœnitentiæ locum deſcenderit, nequaquam vlterius ad Pontificatum reſurgat: vnde contra dictum Concilium (cùm ſit vnum ex quattuor principalibus, quæ ſicut quattuor Euangelia Eccleſia Catholica veneratur) nullatenus videbatur eorum poſtulatio admittenda. Cęterum ſpeciales quidam caſus inueniuntur, in quibus (prædicto Concilio non obſtante) is, qui vitam Monachalem elegit, rurſum poteſt ad Epiſcopatum aſſumi: ſi enim quiſquam perſecutione rabie ſęuiente, vel prępediente inualetudine corporis, cum proficere nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris auctoritate ad Monaſticã vitã deſcendat, perſecutionis, vel ęgritudinis impedimento ceſſante ad

Epiſco-

Episcopalē poterit resurgere dignitatem. Item si quis propter litteraturæ defectum (ne tanquam cęcus cęco ducatum præbeat) locum regiminis auctoritate Apostolica deferendo ad otiū se contulerit Monachale, ac per exercitium lectionis scientiæ repererit Margaritam, proculdubio poterit denuo vocatus a Domino Cathedram reascēdere pastoralem. Rursus si quis per cupiditatem parentum (eo tamē penitus ignorante) fuerit Episcopatum adeptus, & hoc comperto, Episcopatum ipsum de licentia superioris dimittēs, obseruantiam elegerit regularem, etsi ad Episcopatum eundem postmodum redire nequeat, iuxta Canonicas sanctiones ad alium tamen poterit licitè reassumi: Quamquam autem in his, & consimilibus casibus is, qui Episcopatu dimisso Monasticam vitam elegit resurgere valeat ad officium pastorale, nihil tamen in his contra præscriptum intelligitur Cōcilium attentari: quod in eo loquitur casu, cùm propter aliquod crimen Episcopatum quis deserens, ad vitā Monasticam pęnitētiæ causa desceudit, (& paulo post subditur ibidem,) cùm ergo nobis constare nequiuerit ob quam causam prędictus I. Episcopatui olim cesserit mandamus quatenus si tibi constiterit, quòd propter aliquā ex præmissis causis, seu consimilibus, idem I. Episcopatui cesserit memorato, tu auctoritate nostra (dummodo necessitas, vel vtilitas id exposcat) licentiam ei tribuas ascendendi ad regimen Ecclesiæ Fauētin. maximè si veritati subnititur, ꝙ dictus I. loco tantummodo cesserit memorato, & non ordini, vel etiam dignitati, &c.] hęc ibi inter alia. ex quibus apertissimè colligitur veritas præsentis nostræ limitationis, cùm inibi rememoretur regula tradita a Concilio Constantinopolitano, in quo habetur, ꝙ Episcopus ingrediens religionem, sit inhabilis deinceps ad alium Episcopatum obtinendum, quæ postea regula fuit cōfirmata a d. Innocentio Tertio in d.cap. post translationem, necnon declarata intentio ipsius Concilij, excipiendo expressè supracitatos quattuor casus: & ne quis putaret, ꝙ regula illa vulgatissima in qua habetur, ꝙ exceptio firmat regulam in non exceptis, ad corticem verborum esset intelligēda, & quòd ideo non esset extendenda ad alios casus similes inibi expressis: Addidit statim ibidem Papa, ꝙ idē sit dicendū in casibus similibus, & hoc bis repetijt ibidē, primò in verbis illis, [quamquā aūt in his, & cōsimilibus casibus,] & secundò ibi [quatenus si tibi constiterit, ꝙ propter aliquā ex præmissis causis, seu consimilibus.] Idem probatur per textum in c. cum dilecta. §. nos igitur. extra de confirm. vti. vel inutili. vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Nos igitur attendentes, quòd iure sit ciuili statutum, vt quando periculū testium formidatur ne veritas occultetur, & probandi copia

fortuitis caſibus ſubtrahatur etiam lite non conteſtata teſtes valetudinarij, & alij de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur, ad teſtimonium admittantur eiuſdem æquitatis ſimilitudine prouocati prædicta priuilegia, quaſi iam nimia vetuſtate conſumpta, cum fuerint non in pergameno; ſed in papiro conſcripta, duximus innouãda.] hęc ibi. Idem docuit textus, quàm apertiſſimè in c.quoniã frequenter.ext.vt lite non conteſtata, vbi idipſum Innocentius Tertius ſtatuit apertius infraſcriptis vtens verbis, videlicet. [Quoniam frequenter in dubium reuocatur a multis, an lite non conteſtata teſtes recipi valeãt, auctoritate præſentium duximus declarandum, regulariter verum eſſe, quòd lite non conteſtata non eſt ad receptionem teſtium procedendum, niſi fortè de morte teſtiũ timeatur, vel abſentia diuturna, in quibus caſibus, cùm ciuiliter eſt agendum (ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur) ſenes & valetudinarij, & alij teſtes (de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur) etiam lite non conteſtata ſiunt procul dubio admittendi, ſiue pars conuenta ſit contumax, ſiue ſit abſens abſque malitia, vt conueniri non poſſit.] hęc habentur ibi in principio. ſed in §. porrò ibidem. idem probatur. Nam ibi hæc habentur, videlicet, [porrò ſpeciales cauſæ poſſunt occurrere, in quibus caſualiter eſſet aliud obſeruandum, vt (verbi gratia) ſi ſuper alicuius electione, vel copula maritali quæſtio moueatur, tunc etenim ne propter longam moram in ſpiritualibus, & temporalibus patiatur Eccleſia læſionem, vel viro, ſiue mulieri fornicationis occaſio præbeatur, maximè cùm propinquitatis gradus opponitur lege Diuina prohibitus, in huiuſmodi caſibus (ſi contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda: ſiue quia peremptoria citatione recepta venire contemnit, ſiue quia malitiosè ſe ipſum occultat, ſiue quia impedit ne poſſit ad eum citatio peruenire) teſtes lite non conteſtata ſunt meritò admittendi, & nihilominus ſi de cauſa loqueat ad diffinitiuam ſententiam procedendum.] hæc ibi. Ex quibus elicitur. Primò quòd non ſine cauſa dicitur in textu [ciuiliter,] quoniam in cauſa criminali criminaliter mota, vt docet hîc Innocentius reciperentur teſtes lite non conteſtata, niſi reus citatus non compareat, & ſic ſit contumax: ſecus ſi ciuiliter fuiſſet mota. Idem docuit Ioannes Andr. & Hoſtien. ibi, & omnes alij: & ratio ſecundum eos eſt: quoniam tunc ipſo contumace exiſtente, teſtes recipiũtur etiam facta litis conteſtatione, vt docet textus apertiſſimus in cap. veritatis. extra de dolo. & contum. & ibi per Doctores, & per Glo. in dicto cap. quoniam frequenter. verſic. ciuiliter elicitur, & ſecundo apertiſſimè quoque probatur, quòd exceptio facta non firmet regulam in ſimilibus caſibus.

bus. At potius, quòd ad eosdem extendatur, cùm ex mente iuris, vel hominis eliciatur, quòd velint ipsos comprehendi in casibus exceptuatis, & si expressè illi non fuerint nominati sub facta exceptione, & tertiò quòd valeat argumentum a testibus ad instrumenta, seu priuilegia, cùm æquiparentur quo ad hoc ipsum: cùm regula de testibus non admittendis ante litis contestationem excipiat testes nonnullos, & talis exceptio includat etiam renouationem priuilegiorum, & similes casus expressis in dicto capitulo quoniam frequenter. Idem probatur per textum in capitulo ad audientiam. extra de cleri. non resid. vbi hæc habentur statuta ab Honorio Tertio, videlicet. [Ad audientiam nostram peruenit, quòd cùm in Meldensi Ecclesia quædam sit constitutio vallata iuramento, & auctoritate sedis Apostolicæ confirmata, vt Canonici, qui non residunt in eadem suarum priuentur fructibus præbẽdarum, illis exceptis, quos infirmitas excusaret, siue in Apostolicæ sedis seruitio, contingeret detineri, & infra: Decernimus, vt duo ex Canonicis Ecclesiæ memoratę in tuo seruitio existentes suarum fructus integrè percipiant præbendarum: cùm absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesiæ seruitio commorantur.] hæc ibi. Idem probatur per textum in capit. cum dilectus filius, extra de cler. non residen. vbi Honorius Tertius idem statuit declarans statutum editũ a Capitulo Meldensi his verbis, videlicet. [Cum dilectus filius Magister Otto, & infra mandamus quatenus non obstante constitutione, quæ contra absentes Canonicos inter vos dicitur emanasse, fructus præbendæ suæ assignetis eidem in nostro seruitio commoranti, cùm familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent vniuersis minori non debeant prærogatiua gaudere, quàm vestrum singuli, quorũ negotia per ipsos sępius promouentur.] hæc ibi. Ex quibus ambobus his Canonibus elicitur apertissimè, quòd casus excepti in iure tam communi, quàm municipali etiam extendantur ad similes, etsi ipsi inibi non sint expressi. Quapropter exceptio in huiusmodi casibus non firmatur, cum illi comprehensi intelligantur in expressè exceptis propter identitatem rationis. Nam ecce in dicto capitulo ad audiẽtiam. habetur, quòd in statutario illo iure, etsi expressè excepti non fuissent non residentes propter famulatum præstandum Episcopo, sed solùm pro seruitio Papę, vel essent infirmi: tamen de iure intelligendos fore eos residere, & exceptos illos fuisse tacitè, prout declarauit ibi Honorius Tertius Papa, qui & in dicto capitulo cũ dilectus. Declarauit, quòd statutum illud in quo dicebatur, quòd sint illi Canonici excepti à pęna amissionis fructuum suarũ præbendarum, qui actu residerent, & quòd talis pœna illos in-

nolueret, quòd in Ecclesia non residerent, non comprehenderet Canonicos deseruientes Summo Pontifici: cùm reputandi sint residentes, & tacitè similiter excepti propter identitatem rationis. Nam & Ecclesiæ seruitio, & vtilitati etiam consuli assoleat apud Summum Pontificem per huiusmodi Canonicos obsequio ipsius Summi Pontificis addictos.

Probatur & secundò præsens limitatio Doctorum auctoritate: Glo. enim in dicto capitulo cum dilecta, versiculo similitudine. dixit, quòd ratio similis æquitatis similia iura suadere videtur, & quòd eadem sit ratio in testibus, & instrumentis, vt in l. in exercendis. C. de fide instrumentorum, & in capitulo peruenit. extra de testibus cogen. hæc Glo. illa, quibus addimus, quòd in dicta l. hæc ad verbum probantur, cùm inibi hæc habeantur, videlicet [In exercendis litibus eandem vim obtinent tam fides instrumentorum, quàm depositio testium.] hæc ibi. Idem & clariùs docuit Glo. in l. ob æs. C. de prædijs minorum. in versiculo alienum dicens, alienum tantum, vel similem causam, vt dotem, vel donationẽ propter nuptias, & huiusmodi. hæc Glo. illa, pro cuius intelligentia sciendum, quòd ipsam præsenti limitationi se subscripsisse probatur ex verbis dictæ l. ob æs, cuius est glo. Nam ibi hæc habentur, videlicet. [Ob æs alienum tantùm causa cognita præsidiali decreto prædium rusticum minoris prouinciale distrahi permittitur.] hæc ibi. Glo. ergo volens declarare, quòd etsi textus ipse excipiet solum propter æs alienum tantum, nihilominus talis exceptio comprehendet aliam similem causam, ad quam ipsa exceptio extendenda erit: vnde in ipsa simili causa non erit locus axioma illud, seu regula, quòd exceptio firmet regulam in non exceptuatis, cùm exceptio comprehendat similia exceptuatis a regula, etsi expressè ipsa non fuissent nominata in exceptione facta in iure communi, vel municipali: idcirco, inquam, subdidit, vel similem causam, vt dotẽ, &c. Idem & ad verbum ferè docuit Bartolus in dicta l. ob æs. Nam ibi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Hinc dicit, ob æs alienum tantum, subaudias, vel similem causam. Nota ergo, inquit, quòd licèt in lege sit dictio taxatiua, tamen extenditur ad alios casus similes virtute aliarum legum. Idem Bartolus docuit rursus in l. prima, numero vndecimo, versiculo quæro, dicitur hic. ff. de officio eius, cui manda. his verbis vtens, videlicet. Quærq; dicitur hic, quòd causæ meri Imperij potest delegari si Præses vadit extra Prouinciam, sed quid si ipse est infirmus, an eodem modo potest delegare videtur, quòd non, per hunc textum ibi [non aliter.] In contrarium est veritas, secundum nostros Doctores, & Cynum hic in sexta quæst. argum. in l. prima,

ff. de officio Cõsulis. Præterea eadem est ratio in infirmitate, quæ est in recessione Præsidis. hęc ille ibi. Ex quibus habemus, quòd licèt exceptuatus casus fuerit a regula generali de non delegando, quando Præses egreditur Prouinciam, firmauerit regulam in reliquis casibus non exceptuatis, tamen ex mente Legislatoris elicitur dictam exceptionem fore extendendam ad quemcumque casum similẽ ipsi excepto, cùm militet eadem ratio, quæ mouit Legislatorem ad illum casum excipiendum, quæ proculdubio fuit, vt per se Præses expediret negotia, & per alium, quando ipse pro se non posset, impeditus a rationabili causa. Idem rursum docuit Bartolus in l. serui nomine. numero tertio, versiculo, & sic nota. ff. de vsucapio. & vsurpa. dicens, quòd licèt hic sit dictio taxatiua, tamen auctoritate alterius legis extenditur, sed si alia lex hoc non diceret, tunc propter rationem legis extẽderetur in materia fauorabili, & pia, & idem prorsus docuit in l. si constante. quæstione nona, numero quadragesimoquarto, versiculo aut in ea sunt. ff. soluto matrimonio. Idem docuit Glos. in l. prima, in versic. iudicati. in fine. C. de condit. indebiti, dicens, dic ergo hic non ex causa iudicati, scilicet vel simili: nam sufficit si Legislator vnũ ponat gratia exẽpli. Idem docuit Glo. bene intellecta in l. fin. versic. voluerit. C. de reuocan. donat. infrascriptis vtẽs verbis, videlicet: Voluerit sic: ergo quinquẽ sunt, sed quid si donator inops factus nõ alatur: potest dici eum ad hoc cogi, vel donationem reuocari, licèt non enumeretur: hic argumen. in l. alimenta. in principio. & in §. primo. ff. de liber. agn. & in l. Diuus. & in l. ingratus. ff. de iure patro. hæc Glos. illa. Sed notandum, q̃ dixit. [Glos. bene intellecta,] & hoc propter tex. in dicta l. fin. cui cõcordare debet, eo quòd ipsam interpretari creditur, cuius est Glos. Nam ibi hæc habentur, videlicet: [Generaliter sancimus omnes donationes lege confectas, firmas, illibitasque manere, si non primò donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur, ita vt iniurias atroces in eum effundat: Secundò, vel manus impias inferat: Tertiò, vel iacturæ molem ex insidijs suis ingerat, quæ non leuem censum substantiæ donatoris imponat: Quartò, vel vitæ periculum aliquod intulerit: Quintò, vel quasdam conuentiones siue in scriptis donationi impositas, siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minimè implere voluerit: ex his enim tantummodo causis, si fuerit in iudicio dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ, etiã donationes in eos factas euerti concedimus, ne sit cuiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem irridere donatoris (& ipsum iterum donatorem, suasque res perdere) & præfatis malis ab ingrato donationis acceptore affici.] hæc ibi inter alia.

ex

ex quib. modò apertissimè elicie tur veritas interpretationis nostræ factæ circa sententiam dictæ Glo. cùm ex ipso textu habeatur, quòd fuerit constituta regula, ꝙ omnis donatio legitimè facta, revocari non possit, exceptis quinque casib. supradictis, inter quos nõ reperitur casus exceptus, & dictis quinque additus à Glosa, scilicet quãdo donator in inopiam versus fuerit, & ei donatarius alimenta non pręstiterit, cùm ipsa Glo. asserat idem iudicium fiendo hoc casu faciendum, etsi inter illos quinque expressè non fuerit connumeratus: & ratio, quæ Glo. mouit alia reddi non potest, nisi ratio similitudinis istius casus, cũ casu ingratitudinis in textu expresso: cùm & ingratus donatarius nõ alimentans in inopia existentem suum donatorem, apertissimè comprobetur, quod nota: quia hanc rationem Doctores nõ tradiderunt. Idem docuit Alex. de Imola in l. certi conditio. §. fi. ff. si cer. pet. Idem Angel. Ioannes de Imo. & alij Doctores in l. 1. §. si is, qui. ff. ad Trebellia. (vt refert Euerardus in Topica iuris. cap. locus except. ad regulam.) Idem docuit Bald. in d. c. post translationem. num. 3. versic. nota, quòd exceptio. dicens, nota, quòd exceptio in vno casu porrigitur ad similes casus, vt in versic. quamquã autem, est textus multum notabilis hîc. hæc ille. Idem docuit Cardinalis Zabar. etsi non sic explicitè in dicta Clem. exiui. §. cùm autem. vbi postquàm dixisset, quòd exceptio firmet regulam, subdit in quarto not. quòd de æquipollentibus idem iudicium hic, & in §. proximo, ac si apertè dixerit, quod dixi de exceptione, quòd firmet regulam: idem dicendum erit de æquipollentibus casibus exceptuatis per exceptionem factam, etsi specialiter de ipsis facta non fuisset aliqua mentio in casibus exceptis. Idem docuit expressè Panormitanus in dicto c. cùm dilecta. nu. 6. versic. Item nota, dicens, semper tene menti, ꝙ nedum dispositio simplex trahitur ad alium casum ex identitate rationis, sed etiã casus exceptus à regula. Nã Papa hîc casum exceptum in c. quoniam, vt lite non contest. vbi fuit concessum, quòd testes recipi possint non seruata iuris solemnitate trahi ex identitate rationis ad innouationẽ priuilegij, & sic per hõc credo, inquit ibi Panormitanus, quòd licèt in iure reperiantur tres casus excepti duntaxat, in quibus absentes debent vocari ad Capitulum, de quibus per Glos. in c. 2. de testibus, in sexto. quòd vocandi erunt in alijs casibus consimilibus, vel arduioribus. & per hoc limita id, quod dicitur exceptionem firmare regulam in non exceptis, vt in c. Dominus. 32. q. 7. procedit enim, vt restringatur regula ad casus non consimiles exceptis: si autem exceptio est facta per dictionem taxatiuam, etsi specificè alibi in iure non excipiatur, nihilominus fiet extensio ad ipsos casus per identitatem rationis in materia fauorabili, & pia, vt sensit Glos. not. in l. illud.

C. de

C.de sacrosanct. Eccles.in versic. alicuius.secus in materia restringibili,vt not.in l.1.C.de patr.qui fil.distr.& hoc nota.hęc Panormitanus, qui idipsum docens in dicto c.quoniam frequenter. nu.4. in fine.in vers.& ex hoc tex.dixit, quòd ex illo text. & Glos.notandum erit, quòd casus excepti firmant regulam. 32.q.7.cap. Dominus,nisi reperiantur excepti in alia parte iuris, seu sint similes exceptis & ad hoc habes bonam Glo.in l.1.C.de condit.indebiti. Nō enim possunt omnes iuris articuli eadem lege comprehendi, vt in l.non possunt. ff.de legibus. hæc Panormitanus ibi, qui idipsum, docens paulò post in eod.c. nu.6.vers.quæro quid sit, si non timetur de morte,vel absentia diuturna (post multas auctoritates Doctorum) ipse sequens sententiam Glo. ibidem in vers. subtrahatur,& Host.Io.And.& Anto.de Butr.dicentium,quòd non solùm in casibus expressè exceptis à dicto cap.quoniam frequenter.possunt recipi testes ante litis contestationem, verum etiam,quando adest timor, quòd propter morā varient fidem, si de facili possent obliuisci facti seriem : quam sententiam ipse Panormitanus ibid. probat his verbis vtēs, vidēlicet: Ego sequor Gl. & Host. Moueor: quia eadem ratio est, cum timetur de obliuione,sicut cum timetur de morte : satis enim quo ad partem habetur pro mortuo testis, cùm negotij oblitus est. arg. in c.in apibus.§.ecce.7.q.5.vbi dicit textus,quòd transiatus de beneficio habetur pro mortuo, quo ad illud beneficiū,& quo ad successorem, & maximè hoc dicendum est in casu nostro,vbi considerator mors, duntaxat propter testimonium : si ergo eadem ratio est,ergo eadem debet esse iuris dispositio, & maximè cū hoc habeat æquitas.argum.optimum in c.cum dilecta.extra de confirmat.vti.vel inuti. vbi Papa hunc casum exceptū (cùm timetur de periculo testiū) extendit, seu declarat habere, locum etiam cùm timetur de consumptione instrumentorum, motus simili æquitate. Ad hoc bona Glos.in l.1.C.de condit.indebi.vbi notabiliter dicit Glo.quòd excepto vno casu à regula, videntur excepti omnes consimiles : satis enim est vnum esse exceptū,exempli gratia. hæc Panormitanus vbi supra,qui rursum idem confirmans (loquendo de statutis generaliter aliquid statuentibus, conforme tamen communi iuris dispositioni) in dicto cap.cum dilectus.nu.5.vers.& nota ex hoc, & ex textu. his verbis vsus fuit, videlicet: Constitutio disponens in materia iuris, non includit in se casum aliàs exceptum à iure communi, seu casum fictum à iure communi. Nam de iure communi est, quòd non residens fructus non percipiat, sed familiaris Papæ excipitur, seu censetur residere,vnde cōstitutio simpliciter dictans, vt nemo habeat fructus in absentia, non includit casum à iure exceptum, imò verificatur in casu ficto à iure, qui habetur pro vero, & sic habes casum,

ſum, in quo ſtatutum verificatur in caſu ficto, contra notata in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt. & in c. in noſtra, extra de iureiuran. & hoc ideo eſt, qa ius in hoc equiparat caſum verum, & fictum, vnde conſtitutio diſponens regulariter id, quod ius, debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris communis, quod perpetuo nota: ſecus dic vbi ſtatutum eſſet præter, vel contra ius, & odioſum. Tunc non verificabitur in caſu ficto, ſed verba debent intelligi propriè, & in ſuo pprio ſignificatu, & ſic intellige illam l. 3. & c. in noſtra. hæc Panormitanus vbi ſupra, qui eadem repetés in c. ad audientiam. nu. 2. verſicu. primò nota vnum dictum. extra de Cleric. non reſid. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: Primò nota vnum dictum ſatis notabile,
17 quòd ſtatutum † diſponés in materia iuris, & excipiens duos caſus aliàs à iure exceptos, non videtur excludere alios caſus prorſus conſimiles, a iure exceptis, & hoc ideo, quia ex quo diſponitur in materia iuris, & non agit ſpecificè derogare iuri, recipit omnes limitationes iuris. Nam de iure non reſidentes priuantur fructibus, & excipiuntur infirmi, & exiſtentes in ſeruitio Papæ, vel Epiſcopi: ſtatutum verò (de quo hic) excipiebat ſolùm duos caſus, nec per hoc excludit tertium caſum, imò intelligitur exceptus, ſicut excipitur à iure communi. Quod videtur mirabile cõtra regulam illam, quòd exceptio firmat regulam in caſibus nó excep-

tis, vt in c. Dominus. 32. q. 7. & facit hæc litera optimè in argumentum, quòd ſicut caſus exceptus à iure, extenditur ad conſimilem caſum propter identitatẽ rationis, & probatur in cap. cum dilecta. extra de confir. vtili, vel inutili, & notat Gloſ. in l. 1. C. de condit. indebi. Ita & caſus exceptus à ſtatuto, vbi diſponit ſtatu-
18 tum † in materia iuris, vt probatur hic: ſi autem diſponeret contra ius, vel præter, forte dicerem oppoſitum, quia caſus expreſsè non prouiſus in ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis. Secundò nota principaliter ex tex. ibi. [Cùm abſentes dici non debeant, quòd ſtatutum diſponés in materia iuris, verificatur etiã in caſu ficto,] quãdo caſus fictus eſt verus, vel æquiparatur à iure caſui vero, quòd eſt etiam bene notandũ, & clariùs probatur hic, quàm in c. præcedenti: & aduerte, ſubdit idẽ Panormitanus, quia Papa hic non intendit indulgere Epiſcopo, nec ſtatutum de nouo facere, ſed potius reſpondit de iure interpretando ſtatutum: patet ex verſi. decernimus, & ex ratione quam allegat. hæc Panormitanus vbi ſupra. Qui idem rurſus docuit breuiter in c. iurauit. extra de probat. nu. 3. verſ. & ex hoc nota. vbi dixit, & ex hoc nota, qꝙ vbi vnum ius venit exceptiuè, ſeu limitatiuè ad communes regulas iuris, fit extenſio illius per identitatem rationis. Iura enim quæ admittunt teſtes publicatis atteſtationibus, loquuntur, cùm agitur de matrimonio iam contracto,

Digitized by Google

&to, vt in c. ſeries. c. cum in tua. ext. de teſtibus, nihilominus extenduntur ad ſponſalia, quando ſubeſt ratio peccati, ad hoc text. not. qui hoc bene probat in cap. cum dilecta. extra de confir. vti. vel inuti. Idem Panormitanus rurſus docuit in c. cum omnes. nu. 7. verſicul. caſus exceptus. extra de conſtitu. vbi poſt relationem ſententiæ Antonij de Butr. idem ſentientis, dixit caſus exceptus à lege debet extendi ex idẽtitate rationis, vt eſt tex. not. in c. cum dilecta. extra de confir. vtili, vel inutili, quod tene menti, & ſic non ſolum lex communis extenditur ex identitate rationis, ſed caſus excepti extenduntur. hæc Panormitanus, vbi ſupra. Qui rurſus idẽ docens in c. inter alia. nu. 15. verſic. preterea, extra de immun. Eccleſ. dixit, quòd vbicũque loqui-
19 tur conſtitutio † in materia iuris communis, & aliquos caſus excipit, non per hoc firmat regulam in nõ enumeratis contra ius commune antiquum, imò in caſibus nõ exceptis, ſuppletur à iure communi. Ad hoc allego tex. in c. ad audientiam. cum ibi not. ext. de Cler. non reſid. Item adduco Gl. & Bar. in l. ſerui nomine, vbi notãter voluit, quòd ſi vnum ius ponit regulam, & excipit aliquem caſum cum dictione taxatiua, ꝙ nihilominus excipiuntur alij caſus, qui reperiũtur excepti in alia parte iuris. hæc Panormitanus vbi ſupra. Idem docuit Antonius de Butrio in c. cum dilecta. col. 3. verſic. nota argumẽtum. extra de cõfir. vti. vel inuti. vbi hoc innuit, dicens, nõta argumentum à ſimili in iure procedere, & quòd hoc voluerit ipſe nos docere in caſu præſentis limitationis, elicitum apertiſſimè ex verbis ipſius cap. cum dilecta ſupra à nobis recenſitis, cum per ipſum Canonẽ extendatur exceptio facta in teſtibus non admittendis regulariter ante litis conteſtationem ad innouationem priuilegiorũ faciendam, propter identitatem rationis, vt ibi docuit Summus Pontifex. Attamen meo iudicio, idipſum clariùs docuit rurſus ipſe Antonius in c. tranſlato. col. 2. verſic. nota quartò, extra de conſtitu. dicens, nota quartò vnam regulam in materia extenſionis. Quando duo extrema ſeparata ad inuicẽ ex aliquo accidenti verè connectuntur, tũc diſpoſitum in vno ad reliquum extenditur, dato quòd de illo nõ fiat mentio, & per hoc habes limitationem ad illud dictum in vno, in alio negatũ: quia id verum, niſi tacitum ſit per viã rationis, & naturam cõnexorum cum expreſſo, vel ſe habeat conſequutiuè ad expreſſum, ſic limita. c. non ne. extra de præſumpt. & l. maritus. C. de procura. & aduerte, quia non propterea dicitur comprehendi expreſsè, ſed intellectiuè. hæc ille. Et quòd voluerit intelligere in caſu præſentis limitationis, demonſtrauit, citando dictam l maritus, in qua habetur, quòd licèt maritus poſſit agere pro vxore, tamen ſi vxor ipſius conceſſerit mandatum procuratorium in vno, nõ poterit ipſe maritus agere in alijs, cum videatur

ſibi

sibi prohibitum tacitè ab vxore, & ratio talis reddi potest, quia exceptio tam negatiua, quàm affirmatiua firmat regulam in non exceptuatis, & idcircò ipse Dominus Antonius dixit limitandã fore dictam l. maritus, quando ratione identitatis, id quod expressè fuit cõcessum in vno, & in alio videtur cõcessum, si eadem ratio suadeat, ac doceat talẽ fuisse mentem tale quid concedentis: & hęc satis sint in probationem præsentis nostræ interpretationis sententiæ Domini Antonij, cum & id ipsum quàmapertissimè ipsemet docuerit in c. cum dilectus, & in c. ad audientiam. extra de Cleric. non resid. sententia ferè ad verbũ comprobatur veritas nostræ sententiæ. vide ergo ibi latius per ipsum, eo quòd etsi ipse ibi loquatur de statuto aliquos casus excipiente, non extendendo ad casus exceptos in alio iure communi, ita vt non potlit exceptio facta in ipso statuto comprehendere & casus exceptos à iure communi, nõ tamen incongruum erit arguere a fortiori, cũ statuta dicãtur stricti iuris, & quòd debeant stricte interpretari, ac per hoc quasi ꝙ includat exceptos casus à iure communi, quod non contingit sic suspicari de exceptione facta in aliquo iure particulari cõmuni, eo quòd apertissimè fuit probatum per præcedẽtia ipsam exceptionem non firmare regulam in alijs casibus dissimilibus exceptis in alia parte iuris cõmunis: Ex his ergo potuit Dominũ Antonium assipulatũ fuisse præsenti limitationi. Idem docuit Felinus in cap. pastoralis. col. 2. versic. pro quibus facit, extra de rescriptis, dicens, quòd licèt a iure sint expressi certi casus, in quibus vocari debent Canonici absentes, de quibus per Glos. in vers. ipsorum: in c. 2. de testibus, in sexto, tamen debent etiam vocari in alijs casibus, vbi est similis ratio. Idẽ rursus docuit ipsemet Felinus in cap. quoniam frequenter. col. 2. versi. limita secundò, extra vt lite non contest. sequens Panormitani sententiam in d. c. ad audientiam. Idem docuit Ioannes de Anania, & Cardinalis Zabar. in cap. lator. extra de homicid. qui Ananias in fine dicti cap. lator. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: Vltimò quærit hic Flor. duo piscabant in quadam naui alter cum ligno, in quo erat ferrum ad detrahẽdum ramos arborũ obstantes, cum instaret detractioni, casu percussit socium, & mortuus est: fuit dubitatum an ille teneatur, dicit fuisse consultum de facto, quòd non dummodo alias adhibuerit diligẽtiam, quam debuit, nec obstãt verba statuti, quę dicebant, quòd homicida occidatur, nisi faceret causa defensionis necessarie: licet enim statutum excipiat vnum casum tantum, tamen debebat intelligi, secundum ius commune, & sic de homicida culpabili, vt in l. 2. ff. de noxalib. & pro hoc facit quod notat Salicetus in l. pen. C. ad l. Cornel. de sicar. vbi reprehendit Butrium, dicentem, quòd statuta nõ requirunt dolum, & ideo concludit, quòd statuta pœnalia reci-

recipiunt interpretationē restrictiuam, secundum ius commune: & pōdera bene, quòd istę duę auctoritates, videlicet Flo. & Salic. sunt sufficientes ad liberādum hominem à morte, qui commisit homicidium sine dolo, pro quo etiā facit, quia casus exceptus à regula, etiam conditione taxatiua tantū in simili potest extēdi ex identitate rationis, vt probat tex. Gl. & Bar. in l. ob æs alienum tantum de prædijs minoribus, & in l. illud. de sacrosanct. Eccles. per Gaze. & Io. de Lig. in c. statutum. §. cum vero. de rescriptis, in sexto. & probatur optimè in cap. ad audientiam. ext. de Cler. non resid. hæc ille. Idem docuit Dec. in l. 11. nu. 32. vers. postremo nō est omittendum, & num. 36. versic. si vero exceptio. ff. de regulis iuris, vbi docuit, q̄ exceptio facta in vno casu, porrigitur ad similem, quando nō adesset dictio taxatiua. sed ibidem nu. 35. versic. sed quæritur an exceptio dicit, quòd quando exceptio facta est taxatiua, tunc non porrigitur, seu extenditur talis exceptio ad similes casus. hæc Decius vbi supra. Qui tamen in c. cum dilecta. col. 2. versic. & hoc etiam ampliatur. ext. de confirm. vtili, vel inutili. Id quod negauit in dicto nu. 35. de exceptione facta cū dictione taxatiua, sequens Pan. & alios, affirmauit. Nā postquàm ibidem in col. 1. vers. quintò noto, dixisset quintò noto, q̄ casus exceptus à regula, extenditur ad alium casum similem, vbi supra, subintulit, & hoc etiam ampliatur si facta sit exceptio p̄ dictionem taxatiuam tantum. Abbas hic dicit, facit quòd notat Barto. in l. si constante in princ. ff. soluto matrimonio. & in l. 3. §. cum Titio. ff. de alimentis legatis, & in proposito, in terminis tradit Angel. in l. si hominem. §. in ędilitijs. ff. de ędil. edic. in l. Paulus. §. hæres rogatus. vers. & hinc est. ff. de vsu. in l. Ita nobis. C. de adulter. cum similibus, & tradit Alex. & moderni in l. 1. C. de cōtratabu. & idem Alex. in d. l. si constante. in 2. charta, & consil. 130. incip. In causa. col. 3. lib. 4. hæc ibi Decius, cuius sententiam commendauit, & sequutus fuit Aegidius Bossius in sua Praxi. crimin. titul. fin. nu. 41. ex quibus patuit, quòd ipse Decius melius recordatus correxerit, quæ dixerat in dicto num. 35. Idem rursus ipsemet Decius docuit in consil. 284. col. 3. nume. 5. versic. quia exceptio à regula, vbi eadem repetens dixit, quòd exceptio à regula facta in vno casu ad casum similem porrigitur, vt in c. cum dilecta. vbi Abb. ext. de cōfir. vti. vel inuti. & hoc etiā procedit si facta sit exceptio p̄ dictionem taxatiuam tantum, vt notat Abbas in d. c. cum dilecta. & dixi ibi. hæc ibi. qui Decius eadem repetijt in consi. 151. nu. 6. vers. non obstat dixit, non obstat, quòd exceptio facta in c. si Papa de casu hæresis contra regulam (quæ ibi ponitur) videtur cōfirmare regulam in casibus non exceptuatis: quia illud verū est in casibus dissimilibus ab exceptuatis: secus est in similibus casibus: quia exceptio facta in vno, ad similē casum

ſum porrigitur, vt notat Abbas per illum tex.in c.cum dilecta.de confir.vtil.vel inutil. & idem Abbas in c.iurauit. ext.de probat.& hoc etiã procedit, ſi exceptio facta ſit per dictionem taxatiuam tantum, vt notat Bar. in l. ſi conſtante. in princ.ff.ſoluto matrim. Idem docuit iterum Decius in c. iurauit.col.3.verſic.in Glo.1.ext. de probat.ſequens Panormitanũ in d.c. cum dilecta. Idem docuit Antonius Corſet. in ſuis ſingularibus,in verſ.extenſio.incip. Diſpoſitio ſimplex, nedum trahitur ibi inter alia notatu digniſſima, dixit, quòd diſpoſitio ſimplex nedum trahitur ad alium caſum ex identitate rationis,ſed etiam caſus exceptus à regula.tex. eſt elegãs, & celebris in c. cum dilecta. extra de confir.vti. vel inuti. vbi Papa caſum exceptum in c. quoniam frequenter, extr.vt lite non conteſt. (& ſic non ſeruata iuris ſolemnitate) trahis ex identitate rationis ad innouationem priuilegij,& per hoc limitat regulam, & id, quòd dicitur exceptionem firmare regulam in caſibus non exceptis, vt in cap.Dominus.32. q.7. Procedit enim talis regula, ſeu tale dictum, vt reſtringat regula ad caſus non conſimiles exceptis, vt etiam docuit Bar. in l. ſerui nomine. ff.de vſucap.quem & ipſe Corſetus ſequitur in ſuis ſingularibus. in verſicu.extenſio. incip. Diſpoſitio ſimplex. & in verſi.ſtatutum.incip. Nota vnum dictum ſatis notabile, vbi ſupra, aſſerens ipſum Bartol.ibi dixiſſe, prout verè dixit, prout ſupra retuli,quòd etiam ſi exceptio facta fuerit per dictionem taxatiuam, nihilominus extenditur ad alium caſum,ſi in alia parte iuris reperitur exceptus: ſi autem ſpecificè alibi non excipitur,tunc per identitatẽ rationis extenditur in materia fauorabili, & pia, vt ſenſit Glo.not.in l.illud.C.de ſacroſan. Eccleſ. in verſic.alicuius:ſecus in materia reſtringibili.hæc ille.Idẽ docuit Euerardus in ſua Topica iuris, in capitulo ex ab except.ad regulam.nu.5. verſic.tertiò dicta theorica exceptio firmat regulã, vbi poſtquã ad verbũ ſe ſubſcripſit præſenti limitationi,citando quoque alios Doctores ad hoc ipſum probãdũ attulit pulcherrimã deciſionem cuiuſdam quęſtionis ad hanc ipſam materiam attinentium. his verbis vtens in nu.7.videlicet verſic. Item per iſtud vidi ego decidi vnam arduã quæſtionem ortum ſumentem ex tractatu pacis initę inter Sereniſſimũ Imperatorem Maximilianũ ex vna parte, & Flandros cum adhęrentibus ex altera, in quo nominatim excipiebãtur aliquot, qui nõ debebant in emenda Imperatori ſoluendà contribuere ex eo,q̃ ſequuti fuerãt partes Imperatoris, & cũ fieret executio cõtra quoſdam Flandros, ſpecialiter nõ exceptos,qui etiam ſequuti fuerant partes Imperatoris, ipſi ſe oppoſuerunt, ſuſtinentes ſe non teneri ex eo,quòd ex partibus ſteterant Imperatoris:obijciebatur autem contra eoſdem, quòd erant Flandri, & ſic comprehenſi ſub regula,nec erant excepti, & exceptio

firmat

firmat regulam in non exceptis, sed ipsi replicabant, & dicebant, quòd eadem ratio vigebat in ipsis, quę in exceptis: & maior cum substinuissent partes Imperatoris, vt excepti, & plura pertulissent damna, quàm alij excepti, & quòd illa fuit mens disponentis, & quòd aliter intelligendo sequeretur absurdum: & dicebãt quòd exceptio firmat regulam in casibus dissimilibus exceptis, sed nõ in casibus similibus exceptis, & ita fuit iudicatum in magno consilio Cæsaris, me præsente, quod manda memorię, addidit ibidẽ Euerardus, ex quibus patet ipsum loquutum fuisse in terminis præsentis limitationis, prout apertissimè ibi docuit, cùm loquutus fuerit in terminis iuris communis, & municipalis. Idem docuit Couarruuias in secundo libro variarum resolut. cap. 5. nu. 6. vers. hæc oĩa eo tendunt. dicens hoc ipsum docuisse Ioannem Lupi in tract. de donat. inter vir. & vxo. in §. 16. num. 6. Idem docuit Ioan. And. in d. c. qui ad agendũ, col. 1. vers. vbi enim nihil de procurat. in sexto, dicẽs, ꝙ vbi nihil est expressum, totũ est generale, sed aliquo expresso, clausula generalis includit similia. Idem docuit Philipp. Franc. in d. c. qui ad agendum, §. sed si aliquis. dicens, ꝙ expresso vno casu, in quo requiritur speciale mãdatum, adiecta clausula generali, fit tunc extẽsio ad similes casus non expressos, ẽt si in talibus casibus non expressis requiratur specialis expressio, vel speciale mãdatum. Idem docuit Nauarrus in c. 1. §. laboret in 14. vers. pro contraria tamen parte, & in 119. vers. Non obstat etiam. de pęn. dist. 6. Idem docuit Ang. de Arimine in addit. tract. Angeli de maleficijs. vers. & ibi caput a scapulis amputetur. nu. 42. vers. tertius casus. in fine, & num. 43. vers. & per consequens exceptio. Idem Paulus Fuscus in singularibus suis, vers. exceptio firmat regulam. Idem Sil. in summa, verbo alienatio, numero duodecimo & duodecimo prefata forma, §. duodecimo pręfata forma, circa medium: & quia statutum excipiens aliquos casus exceptos a iure communi, nõ censetur ex-
20 cludere † casus similes iuris communis, sed interpretandũ fore secundum ius commune, prout docuit Carpanus in 1. vol. ad c. 107. fol. 157. nu. 22. statutorũ Mediolanensium, in quibus præcipitur interpretatio litteralis, & omnia alia, quæ in nostro Genuensium statuto requiruntur, vt in lib. 1. cap. 18. §. 1. titu. de extrinseco intellectu prohibito. qui Carpanus ad ipsũ confirmandũ citauit subsequentes Doctorum sententias his pręcisis verbis ibi vtens, videlicet. Ita signanter post Abbatem firmat Ias. in l. si constante, n. 85. declarando, vt per eũ n. 86. & 87. ff. sol. matr. Corsetus sing. statutũ. Secundo facit, quia non excipit hos casus taxatiuè, quinimò etiã ꝙ eos exciperet taxatiuè, tamẽ ꝙ non excluderentur casus similes, ita in his terminis not. Alex. cõs. 130. n. 6. 7. & 8. vol. 4. vbi sic ẽt declarat opinionẽ Bal. d. l. 1. §. excipiuntẽ ad fi. ff. de ferijs. Idẽ Alciat.

conſ.157.n.9.Idē Turzanus in ſuis regulis. nu.86.verſ.regulam.Aſin. ſua Praxi Iud.§.31. c.57. & q.per dictionem taxatiuam non excludantur caſus ſimiles,not.Soc.ſen. conſ.38.num.4.vol.1.Brun.tract. ſtatut. excludent. fœmin.arti.12. q.16.caſu 31,nu.3.Berous conſil. 93.nu.7.& 8.vol.3.Iatè Tiraquel. tract.retract.lignag.§.20.Gl.vnica,nume.3.& 4.& latius tract.retract.conuent.§.1.Gloſ.5.nu.6.& 7.not.etiam Boſſ.tract.ſuo crimi. titul.de remiſſ. merced. publica. nu.36.verſ.non obſtat primū. Idē Plot.conſ.16.nu.28. Vrſill.ad Affict.deciſ.46.nu.16. pro qua etiā opinione facit cōcluſio illa,quòd exceptio nō ampliat regulā pluſquàm ſit eius natura, vt not.Aret. conſ.30.nu.9.Felin.in c.quoniam frequenter.nu.1.limit.1.& nu.2. limit.3.vt lite nō conteſtata,cum nec etiam operaretur, q̄ caſus ſimiles exceptis comprehenderentur ſub regula;quialiàs non comprehenduntur,vt not.Aret.conſil. 30.nu.9.deciſ.1. cū dilecta. nu.6. de confir.vtili,vel inutili, & conſil.44.nu.4.cum addit.ibi confirmat hanc etiam opinionem illa concluſio,quòd regula non extenditur, nec ampliat̄ per exceptionē, vt tradit in his ferè terminis Alciat cōſ.748. ad finem. Didac. Couaruuias.tract.variarum reſolutionum.lib.2.cap.2.nu.9.Nam exceptio ponit,nō priuat, vt not. Iaſ.§.ſupereſt.nu.1. Inſtit. de act. facit etiam,quia caſus nō dicitur à ſtatuto omiſſus,vbi adſit voluntas cōiecturata, & ſimilis ſit à ſtatuto comprehenſus, vt not. Mencn.conſil.76.nu.25.& 26.vol.1. Ad deciſionem autem Baldi,d.l. 1.§.ſed excipiuntur. ad finē,quā ſequitur Ioan.Crott.locis allegatis, poteſt reſponderi, tenendo, hanc opinionem, quam ego potius tenerem , prout reſpondet Alexan.conſil.130.nume.8.vol.4. verum hæc indagatio in hoc caſu,ſtantibus decretis allegatis, ſuperflua eſt, licèt poſſet ſeruire in caſu aliorum ſtatutorum ſimiliū. Qui autem ſint caſus , in quibus poſſit procedi de iure communi diebus feriatis, vltra hic expreſſos,notātur dicta l.2. ff.de ferijs, & in l.1.& 2.C.de ferijs. not.aliquos Socin.d.reg.125. die feriata,& præcipuè ſi tractatur de datione tutellæ, vel curæ, vbi nō requiritur cauſæ cognitio , vt not. Iaſ.l.1.§.ſed excipiuntur.nu.6. ff. de ferijs.nouiſſimè Lanfrāc.Balb. in ſuis cōmunibus. cent.4. conſi. 132. Idem in examine teſtium ad perpetuam rei memoriā, ex quo indiget celeritate , vt not. Bald. conſil.2.volum.2. & dicetur cap. ſequenti . Idem in exequutione ſententiarum in iudicatum tranſactarum , vt not. Caſtrenſ. conſil.119.num.1.volum.2.Orian.d. cap.quoniam contra. cap.1.de citationibus.num.19.de probatio. Alexan.conſil.130.nume.2. volumine quarto , niſi verſetur cauſæ cognitio, vt ibi per eum. Socin. d.regula.125. limitatione ſexta. Rebuffus tracta. de litteris obligat. artic.3. Gloſ.3. nume.6. ita Senatus quotidie cenſebat , ſed nunc non eſt opus per d. Decreta. Idem in capiendo debitore ſuſpe-

suspecto, quia potest cępi die feriata etiam in honorem Dei. Ita Bald.consil.166.num.1.vol.5.las. d.l.1. §.sed excipiuntur. nume.9. ff.de ferijs. Idem docuit Glo. Capellæ Tolosanæ, in quæst. 161. in verbo ad quam etiam Episcopus. circa finem, dicens, quòd licèt singularis casus iste, scilicet quod in causis leuibus, nedu Episcopi, verũ etiam Presbyteri sunt priuilegiati in hoc, vt dum deferunt iuramentum, non teneantur iurare tactis Sacramentis: sufficit enim in tali casu ipsos iurare per eorũ cõsagrationẽ, vt in c. si quis Presbyter. 2.q.5. quod sic restringitur, vt dictum c.fin. ponat aliquid speciale in Episcopo, & vt alia iura non corrigantur. in casibus vero non leuibus, scilicet similibus expressis in alleg. c. fin. dici potest Episcopum priuilegiatum, vt nõ tangat: exceptio enim firmat regulam in contrarium, in casibus nõ similibus exceptis, vt not. Gl. in l. 1. C. de condit. indeb. & in l. 1. ff. quod vi, aut clam, & in c. cũ dilecta. de confir. vtili, vel inutili. Ita tenet Sicul. in c. fin. alleg. etsi iuxta intelligentiam traditã communiter illius regulæ, in qua ha-
21 betur, ꝙ exceptio † firmet regulã in cõtrarium, videatur satisfactũ dictæ appellationi, ne tñ aliquibus appareat hoc ipsum nos non posse probare auctoritate ipsiusmet Genuensis statuti tali obiectioni, & secundò respondemus:
22 sciendum ergo, † quòd in dicta obiectione dicebatur, non reperiri indultam in aliquo loco ipsorum statuorum concessam admissionem appellationis ipsis Magnificis Medicis, ac Iurisperitis, quòd etsi expressè non fiat inibi mentio de admittendis appellationibus a sententijs latis per Illustres Sindicatores supremos in causis Magnificorum Medicorũ, & Iurisperitorum, quorum ipsi sunt Iudices ordinarij, vt statim probabimus: sed neque expressè poterit ab aduersarijs probari fuisse inibi huiusmodi appellationis admissionem prohibitã: si ergo nõ fuit prohibita, ergo concessa implicitè, & tacitè. nec obstat statutum in c.1. de sententiarum firmitate. lib. 3. cùm taciti, & expressi eadem sit virtus, vt in l. cum quid. ff. si cer. pet. & quòd hoc appellandi beneficium ipsis Magnificis fuerit concessum, probatur primo per statutum ipsum Genuense, contentum in lib.3. c. 18. de priuilegijs Doct. Medicorum, & Notariorum. §. 3. incip. Iurisperitorum, & Medicorum, vbi cõceditur ipsis Magnificis in priuilegium (ob singularem statutariorum obseruantiã erga eos tanquam Reipublicæ benemeritos,) vt possint, licèt habere in Iudices ordinarios suos actiuè, & passiuè Sindicatores supremos, & nõ tantum ipsos, verum etiam & Sindicatores ordinarios, indulgendo ipsis Magnificis, vt ad libitũ possint se conferre ad quem maluerint ex his Magistratibus pro causis suis expediendis, & hoc in speciale priuilegium, comparãdo dictos vtrosque Magistratus in procedendo in causis dictorum Magnificorum Iurisperitorũ, & Medico-

dicorum ęquales in iuriſdictione ordinaria exercenda ſuper cauſis eorum, & meritò cum in ipſis nõ proceſſuri ſint, vt Sindicatores, ſed vt eorum Iudices ordinarij: idem ſtuduerunt apertius confirmare ipſimet ſtatutarij in lib. 1. ſtatutorum. c. 2. §. 2. ſub tit. de Sindicatoribus ſupremis, limitãdo, ſeu declarando qualitatem iuriſdictionis collatæ ipſis ſupremis Sindicatoribus, dicẽdo eam debere eſſe ipſorum iuriſdictionẽ, ſ. eãdem met, quæ virtute ſtatutorũ fuerat collata ipſis ordinarijs, his præciſis verbis vtendo, habeant etiam eandemmet iuriſdictionẽ, quæ harum legum vigore competit Sindicatoribus ordinarijs, etſi hunc ſolum caſum exceperint à dicta regula tradita, addentes ẽt hæc verba, videlicet: (vt ipſi ſupremi poſſint auocare ad ſe cauſas, & negotia ab illis ordinarijs Sindicatoribus,) in quo ſtatuto ponderanda omnino veniunt illa verba, videlicet, (habeant eãdem met iuriſdictionẽ) cum inde eliciatur ipſos ſtatutarios, mediante eadẽ met ipſa clauſula voluiſſe nobis patefacere eos noluiſſe indulgere dictis ſupremis Sindicatoribus maiorem iuriſdictionem illa, quàm contulerant Sindicatoribus ordinarijs, ſed talibus voluiſſe conſtituere illis metam iuriſdictionis eis conceſſæ, & vt hanc eorum voluntatẽ magis exprimerent, ſtatim poſt regulã dictam conſtituram ſubdiderũt fallentiam excipiẽdo caſum, in quo maiorem iuriſdictionem eiſdem conferre intenderent, dicendo, q̃ ab ipſis ordinarijs poſſent ãuocare cauſas, & negotia quaſi in hoc tantum maiorem iuriſdictionem cõferrent cũ non reperiatur inibi hoc ipſum cõceſſum ipſis ordinarijs Sindicatorib. in cauſis, & negotijs agitatis corã dictis ſupremis: quapropter patet ad ſenſũ, q̃ reſpectu modi ꝓcedẽdi, & adminiſtrãdæ iuriſdictionis in cauſis ipſorũ Magnificorũ Iuriſperitorũ, ac Medicorũ, remanent inde inconcuſa regula, ſ. q̃ in cæſibnõ exceptuatis ſint pares in iuriſdictione, & q̃ in hoc habeat locũ iuris regula vulgatiſſima, q̃ exceptio firmat regulã in cõtrariũ in caſibus nõ exceptuatis: & rõ fuit differẽtia graduũ: in reliquis vero modis iudicia decernẽdi remanebũt (vt diximus) ęquales in iuriſdictione. Hac ergo de cauſa (meo quidẽ iudicio) ipſi Illuſt. ſtatutarij omiſerunt expreſsè declarare quid ipſi vellẽt ſtatuere circa admittendas, vel nõ admittẽdas appellationes propoſitas cõtra latas diffinitiuas ſnĩas ĩ alijs cauſis dictorũ priuilegiatorũ, q̃ ſup eorũ Sindicãtib. cũ expreſsè ſtatuere decreuiſſet de iptis ĩſimul vnico cõtextu, propt fecerũt in lib. 3. c. 3. de appellationib. in §. incip. A ſnĩjs diffinitiuis his præciſis verbis vtẽtes, videlicet. A ſnĩjs diffinitiuis latis per Sindicatores ordinarios excedentib. ſummam lĩbrarum tricẽtarũ poſſit appellari ad ſupremos Sindicatores, a quibus in caſu cõceſſę appellationis poſſit appellari ad Senatũ, ex quo Decreto, apertiſſimè colligitur, q̃ à ſentẽtijs excedẽtibus ſummã libra-

librarum tricentarũ latis ab ipsis ordinarijs Sindicatorib.datur appellatio ad superiorẽ Magistratum, & quia eius immediatus superior Magistratus non est Senatus, sed Magistratus dictorum supremorum Sindicatorũ, ideo dicitur in statuto, quòd possit (procedendo gradatim) appellans appellare a dd.sententijs ad dictos supremos, & a sententijs latis ab ipsis ad Senatũ eodem modo. & in eo statuto eos statuisse comprehenditur, cum simus in casu simili exceptuato a dicto statuto, ꝓpter ęqualem vtrorum Magistratuum iurisdictionem, de appellationibus faciendis a sententijs latis a dictis Sindicatoribus supremis, vt scilicet appellari a dictis sententijs immediatè possit ad Senatum, cum inter Magistratum ipsorum supremorum, & Senatũ non detur Medicis Magistratus (ad quem possit prius recurri,) vt reperitur in sententijs latis a Sindicatoribus ordinarijs, & quidẽ hæc nostra interpretatio verificatur in decreto supradicto in libro 1. c.2. de supremis Sindicatoribus, vbi habetur, quòd supremi Sindicatores habeant eandemmet iurisdictionem, quæ cõpetit Siudicatoribus ordinarijs: si ergo a statuto declaratum fuit Sindicatores supremos habere eandemmet iurisdictionem, quã ordinarij Sindicatores, & ambo hi Magistratus sunt ordinarij Iudices constituti a statuto in causis Iurisperitorum, & Medicorum, & per statutum iurisdictione fuerunt æquiparati præter supradictum casum, & expresse reperitur in statuto supradicto, ꝙ a sententijs ordinariorum poterit appellari ad Senatum, qua de causa negandum erit posse virtute statuti eiusdem, & eodem modo appellari a sententijs diffini-
23 tiuis† latis a Sindicatoribus supremis ad ipsummet Senatum, nõ animaduerto eo magis, quòd volentes confirmare, quòd dixerant in libro primo, capitulo secundo, §. 2. de potestate supremorum Sindicatorum, dũ in dicto libro tertio, capitulo tertio, titu. de appellationibus, nullam specialem mentionem facere curauerunt, quid sentiendum de appellationibus faciendis a sententijs latis per ipsos Sindicatores supremos, etsi de omnibus alijs Magistratibus specialiter docuerint in ipso Capitulo, sed solum quid dicendum fuerit de appellationibus contra diffinitiuas latas ab ordinarijs Magistratibus, meritò iudicantes hoc fore superfluum, cum declarassent Magistratum supremorum Sindicatorum habere eandemmet iurisdictionem, quæ competat Sindicis ordinarijs. Quapropter indè elicitur, ꝙ si poterunt appellare dicti Magnifici a sententijs latis a Sindicatorib.ordinarijs, per consequens & a sententijs latis a supremis Sindicatoribus, vt paulo ante latius ꝓbauimus. Quod animaduertẽtes ipsi statutarij de hoc prędictis de causis nõ fore a quoquã rõnabiliter dubitãdum post singulorũ Magistratuũ nominationẽ in eo.c.3.de appellationib.

in §.in casibus prędictis breuiter, quæ sigillatim dixerat,epilogando, vsi fuerũt illa forma verborũ, dicentes, in casibus prædictis, id est in quibus diximus fore admittẽdam appellationẽm, cum dixerant non fuisse admittendam appellationẽ ab ipsis ordinarijs sindicatoribus,quãdo causa,de qua agitur non excederet summã tricentarum librarum , sed in excedentibus fore admittendam , & volẽtes quod diximus clariùs cõfirmare,nõ vsi fuerunt his verbis, & à sentẽtijs diffinitiuis latis per Magistratus specialiter nominatos,appellari possit,sed voluerũt vti termino vniuersali, dicendo simpliciter, latis per Magistrat⁹, comprehendere volẽtes vnica voce omnes Magistratus ipsius Reipublicæ,inter quos est Magistratus Sindicatorum supremorum : nec obstant illa sequentia verba in eodem §. in casibus prædictis, videlicet: Non obstante,quòd appellans , citatus etiam personaliter ad audiendam sententiam nõ comparuisset in termino assignato in præcepto , seu citatione, & contumax fuisset, per quam contumaciam remediũ appellationis non tollatur, sed cõpetat perinde ac si cõparuisset,& hoc dum modo appellatio non sit remota, quia per alia statuta remouetur appellatio,vel disponitur à certis sententijs non posse appellari per præsens statutum non sit eis derogatum , hæc ibi. & quidem non cesso mirari, quonam pacto quis præsumat decretum apertissimũ in fauorem Magnifici Boerij vel-

le retorquere contra ipsum, cum proculdubio, si quis voluerit ipsius verba nõ lippis oculis perlegere, at potius intellectus acumine ipsorum valorem põderare ipsa interpretando (vt decet Iurisperitos) secundum benignã mentem statuentium verbis supradictis expressam,verum etiã secundum sensum Grammaticalem, reperiet apertissimè dicto Magnifico Boerio fauere, etsi ipse literalis sensus, quã sępissimè à Doctoribus, ac legibus vulgatis præcipiatur non attendi in hmõi legibus fauorabilib.enucleandis.Sed vt breuibus hmõi obiectioni satisfaciamus,subnixè obtestor admodum Illustres Iudices, vt mecum perlegant omnes §§.dicti capituli tertij.lib.3. statutorum, eo quòd proculdubio perspiciẽt Illustres statutorũ conditores fuisse benignissimos in concedendis appellationibus à sententijs latis contra omnes, & singulos conciues cuiusuis gradus,sexus,& ætatis fuerint: quoniã inde animaduertent, quòd ipsi Domini statutarij studuerint primò explicitè recensere omnes Magistratus ordinaria iurisdictione fungentes in ciuitate eorum, inter quos fuit proculdubio Magistratus ordinariorum, & per consequens supremorum Sindicatorum (prout latius supra probauimus)& insimul decernere , quando , & à quibus eorum diffinitiuis sententijs valida fuerit appellatio: secundo loco sermonem habuerũt de appellationibus factis a sententijs latis à Iudicibus delegatis: tertio lo-

co

co ſtuduerũt Iudices appellationum monere ne tranſgrederẽtur metas iuriſdictionum ſibi indultarum: his præmiſſis animaduertentes ipſi Illuſtres ſtatutarij, ꝙ potuiſſet in dubium forſan ab aliquibus reuocari quid foret ſentiendum de appellationibus factis à ſententijs diffinitiuis, latis per Sindicatores ſupremos (etſi hoc fuiſſet implicitè deciſum in lib.1.§.2.capituli ſecundi, de Sindicatoribus ſupremis, vbi habetur eos eandem met iuriſdictionem habere, quàm habent ordinarij Sindicatores, de quorum iuriſdictione circa appellationem, etiam expreſsè fuerant deciſum per eoſdem quid ſenſerint) ipſi in dicto lib.3.c.3.§.à ſententijs diffinitiuis latis per Sindicatores ordinarios: breuiter igitur ipſi Domini ſtatutarij tali tacitè interrogationi, reſpondentes in dicto §. incip. In caſibus prędictis per modum epilogi, expreſsè dicunt in caſibus prædictis, ſcilicet expreſſis, & à ſententijs diffinitiuis, latis per magiſtratus, appellari poſſit vtẽtes illo numero plurali complectentes de iure omnes, & ſingulos Magiſtratus ipſius Reipublicæ, inter quos vtique connumeratur Magiſtratus ſupremorũ Sindicatorum, & credentes hoc ipſum annuendo, obuiaſſe dictæ ambiguitati forſan oriũdę ſe contulerunt ad decidẽdam aliã quæſtionem, quæ potuiſſet etiam futuris temporibus, & meritò in Republica ventilari contra eos, qui per cõtumaciam etiam perſonaliter citati non interfuerunt ſententiæ promulgatæ tempore ſtatuto, & ſibi intimato, cum hac etiã ſola de cauſa in pœnam eorũ contumacię de iure communi, nullo pacto poſſent vti tam neceſſario, ac ſalubri rimedio appellandi à ſententia diffinitiua contra ſe lata, pro tuenda propria innocentia à iure introducto ipſi Illuſtres Domini (inquam) tanquam prudentes patres conceſſerũt ijſdem beneficium appellationis in caſibus ſupra enarratis, in quibus ſcilicet vniuerſaliter omnib⁹ fuerat idem beneficium conceſſum: volentes ergo breuiter nos docere, epilogãdo, quę de appellationibus proponendis à ſentẽtijs à cunctis Magiſtratibus ciuitatis Genuen. latis, eruditiſſimo vtentes ſtylo, dixerunt in omnibus caſibus, & à ſententijs diffinitiuis latis per Magiſtratus poſſit appellari, etſi nihil ſubdidiſſent, viderentur voluiſſe talibus verbis excludere contumaces à tali beneficio. Quapropter volentes tanquã patres miſericordes ſe oſtendere erga conciues etiã contumaces, & inſimul non alterare, quæ in ſuperioribus §.§. eiuſdem capituli, (in quibus vniuerſaliter indulſerant appellationis beneficium à ſentẽtijs latis ab vnoquoque Magiſtratu, cũ aliqualibus exceptionibus) (vt ex contextu verborum patet) vſi fuerũt illa celebri, ac erudita forma verborum cõditionali, ſcilicet in caſibus prędictis, & à ſnijs diffinitiuis latis per Magiſtratus appellari poſſet, nõ obſtante, ꝙ appellãs, &c. ac ſi apertè dixerint, nõ ſolum concedimus eis

poſſe appellare à ſententijs diffinitiuis latis per Magiſtrat⁹ quoſcumque, ſeruatis cõditionibus ſupra enarratis, verum etiam & illi qui pro eo, ꝙ ſentẽtię promulgatæ non affuit poſtquàm fuiſſet citatus ad ipſam audiẽdã termino præfixo contra ipſum per dictos Magiſtratus fuiſſet lata ſententia diffinitiua, licèt ſciamus (tacitè dicentes) de iure cõmuni talibus denegatam fuiſſe facultatem appellandi à ſententijs contra ſe latis in pœnam contumaciæ ipſorum, tñ voluerũt eorũ appellationem admittẽdam fore, ex quibus omnibus bene per Illuſt. Iudices libratis, apertiſſimè ipſis apparebit dictũ §. in caſib. prędictis, &c. fauere Magnifico Boerio, nec ipſi obſtare poſſe ſubſequẽtia illa verba, nõ obſtante, cum duo voluiſſe, vt diximus in ipſo §. ſtatutarios facere, quàm facilliмè colligatur: Primum quorum fuit confirmare, ac declarare breuiter per modum epilogi omnia, quæ in reliquis ſuperioribus §.§. decreuerant: Secundum, indulgere citato (ad audientiã ſentẽtiæ, & contumaciter non comparenti) facultatem appellandi. & quòd dicti §. in caſibus prædictis interpretatio noſtra fuerit conformis menti dictorũ ſtatutariorũ, elicitur quoque ex vltima clauſula ibidẽ addita, videlicet (& hoc dummodo appellatio non ſit remota, ꝙa vbi per alia ſtatuta remouetur appellatio, vel diſponitur à certis ſentẽtijs nõ poſſe appellari, per præſens ſtatutum non ſit eis derogatum) ex quibus verbis apertiſſimè elicitur, quòd fuerit facta regula vniuerſalis in ipſius §. primis verbis concedens, quòd in caſibus ſupra recenſitis, liceat à ſententijs diffinitiuis latis per quoſcunque Magiſtratus appellari, nõ ſolum ijs, qui citati ad audientiam ſententiæ citationi obtemperaſſent, verum etiã ſi per contumaciã affuiſſent, etſi de iure cõmuni talibus denegetur appellatio: ſed ne aliquibus videretur inde fore eliciendum, ꝙ tã dictis cõtumacib. q̃ aſtantibus publicationi ſentẽtiæ eſſet indifferẽter in omnibus caſibus indultum appellare à diffinitiuis latis per quoſcunque Magiſtratus, reſtringẽdo regulam talis priuilegij indulti, ipſamq́; declarãdo expreſsè excipere voluerunt omnes caſus, in quibus alias dixerant non fore admittendam appellationẽ à diffinitiuis: quapropter remanſiſſe dignoſcitur dictam regulam intactam de appellãdo à diffinitiuis, latis per quoſcunque Magiſtratus, etſi tres inibi ſubijciantur exceptiones, nec poterit hęc noſtra (ni fallimur) interpretatio dici ꝓhibita à ſtatuto in lib. 1. c. 16. §. 1. de extrinſeco intellectu: cũ hoc ꝓbetur primò ex rubrica ipſius, eo ꝙ in d. 1. §. dicatur in d. c. fore ſermonem habendũ de extrinſeco intellectu prohibito, ac ſi apertè proteſtarẽtur ibi ſtatutarij ſe in dicto c. ſolum prohibituros extrinſecum intellectũ dari decretis ſuorum ſtatutorũ, non autem intrinſecum, qui neceſſario elicitur ex vero ſenſu verborum, conſono tamen menti ipſorum, necnon iuſtitiæ diſtributiuæ,

itized by Google

tiuæ, cui ipsi non consuluissent, si (vt aduersarij arbitrantur) fauore appellandi fuissent Iurisperiti, Medici, ac Notarij, nulla assignata ratione priuati, quo per eosdem statutarios fuerant reliqui conciues, etiam contumaces, non ita benemeriti Reipublicæ cohonestati : sed nec obstant, quæ postea in eodem capitulo dicuntur, quòd non admittantur aliqua interpretatio extensiua, aut restrictiua, quacumq; de causa, etiam ratione identitatis, aut maioritatis rationis, nec illa ampliare, nec subaudire, aut arguere, sed q̃ dicta statuta forent intelligenda, prout litera iacet.

24 † Non inquam nostræ superiori interpretationi dicta verba aduersari posse duplici medio, facillimè probatur. Nam primo dicimus, quòd ipsimet statutarij in dicto §. primo, in quo dicitur, quòd non fiat nisi litteralis statutorum interpretatio, statim à regula tres casus excepserunt: Primus quorum fuit [quando proferretur verbum in masculino genere, volentes, quòd tunc intelligatur comprehendi etiam fœmininum, si illud, in quo genus masculinum profertur, poterit conuenire etiam fœminino ita sicut masculino, etsi hoc alicui statuto expresse non contrarietur : Secundus casus à regula exceptus est, q̃ vbi aliquid profertur in numero plurali, intelligatur etiam in singulari, & è conuerso, si tamen illud poterit ita vni conuenire, sicut pluribus, & pluribus sicut vni : Tertius casus exceptus à regula de non interpretando statuta, nisi ad literam est, quòd vbi fit mentio de Magistratu Genuæ, vel de Magistratu districtus, aut Dominij, intelligatur de omnibus Magistratib. Rei publicæ, tam in Dominio, quàm extra, si terminus, vel casus occurrens poterit conuenire, vel congruere.] hæc ibi ad verbum. Ex quibus patuit, quòd Illustres statutarij in eodem met §. constituta regula, de non interpretando statuta, nisi ad literam, statim absurditatis vitandæ gratia à regula exceperunt supradictos tres casus. Quapropter, ne tanquam cœci, recurrendum nobis erit nõ ad sutores, vel ad rusticos pro vera interpretatione valoris dictæ regulæ sic limitatæ, sed ad Doctores. Quorum proprium est interpretari regularum, & fallentiarum valorem. At quoniam vt annotauimus supra in declarationem vulgatæ illius regulæ iuris, in qua dicitur, quòd exceptio firmet regulam in contrarium in casibus non exceptuatis, & probauimus innumeris decretis vtriusque iuris, ac sententijs dictorum vtriusque censuræ, quòd inter alias fallentias, quæ de iure tribuitur dictæ regulæ, meritò est illa, in qua dicitur ipsam fallere in casibus similibus ipsis expresse exceptuatis à regula, licèt ipse casus similes non reperirentur in iure communi, vel municipali expressi, & hoc propter identitatem rationis, etiam si exceptionibus fuisset annexa dictio taxatiua,

vt

vt ibi in responsione ad secundā obiectionem factam, fuit ad satu ritatem probatum: his ergo de iu re sic stantibus (ni fallamur) non poterit supradicta nostra inter pretatio dici prohibita dicto sta tuto de extrinseco intellectu p hibito, sed implicitè indulta, tū quia videtur minor supradicta, quæ in cap. de appellationibus fuit excluſa facultas ipsis priuile giatis supradictis appellandi a sententijs diffinitiuis per supre mos Sindicatores latis, cum stan te statuto lib. 1. c. 2. §. 2. de supre mis Sindicatoribus, in quo tri buitur supremis Sindicatoribus iurisdictioque Sindicatoribus or dinarijs, a quorum tamen senten tijs admittitur appellatio, vt in cap. de appellationibus, §. 4. Nec dici poterit nostra hæc interpre tatio, nisi litteralis, cùm de iure dici non possit extensiua, sed cō prehensiua, quam quidem etiam stante supradicto statuto esse licita tam docuerunt infrascripti Do ctor. loquentes in terminis dicti statuti prohibētis interpretatio nem. Quapropter sciendum, q̄
25 Horatius Carpanus † nouissimus scriptor, & doctissimus interpres statutorum, in suo tract. super sta tuto Mediolanensi, in quo expres sè prohibetur appellatio ferè ijs dem verbis vtendo, quòd vtitur statutum nostrum Genuense. Ipse Carpanus, inquam, in vol. secun do, ad capitulum 174. fol. 45. nu. 13. verbo verum, quòd hæc verba referens opinionem Doctorū de clarantium quid importent ver ba illa, quòd (verba statutorum communis Mediolani seruentur, vt iacet littera) postquam in nu mero 1. super versiculo [verba sta tutorum] dixisset, quòd simile statutum, vel per verba similia, vel æquipollentia habetur, quòd totam ferè Italiam, pro ut notat Cotta in suis Memorial., in vers. statuto cautum est, ferè in princi pio. Picus in Authen. Præterea. num. 41. C. vnde vir, & vxor. super versic. [seruentur, vt iacet] dixit, quòd si statutum diceret, quòd statutum seruaretur præcisè, tunc etiam haberēt interpretationes, de quibus infra, vt not. Alexan. in consi. 80. nu. 5. vol. 1. & signanter Iason in l. omnes populi. nu. 60. vers. item, quòd Bar. & col. seq. ff. de iust. & iur. Brun. relatiuè in tra ctat. statut. fœm. exclud. artic. 5. quæst. 23. nu. 23. ad finem, & arti culo 8. quęst. 8. ad finem. Qui Car panus ibidem. num. 3. addidit, q̄ statutū si tolleret interpretatio nem legis ciuilis, & quamlibet aliam, non tolleretur per tale sta tutū, tamē interpretatio per pun ctum rationis, vel ex cōmuni vsu loquendi, vel ex obseruantia. Ita Corn. in cons. 331. nu. 9. versiculo item ex alio, vol. 1. inter alia, re fertq; infrascriptos Doctores te nentes, quòd tantum friuola in terpretatio sit remota, quando remoueretur interpretatio, di cens hoc docuisse Corneum con sil. 131. colum. 2. nu. 14. vol. 1. Idē Barbatia in l. cùm acutissimi. nu. 165. C. de fideiuss. Brun. tracta. statut. fęmin. exclud. art. quinto, quæstio 29. num. 22. versic. qui plus dicit. Menoc. tracta. adipisc.

remo-

remedio quarto.num.226. Rol.a Valle tracta.de lucro dotis.quæstio.35.num.3.Gallinius dicto libro octauo,c.31.num.5. & quòd omnes interpretationes non sint remotæ, notat Aret. consi.108.& consi.109. coegistis me, & consi. 144.licèt statuta.Felinus in rubrt ca decretalium,colum.quinta.in principio. versiculo secundòamplia.Decius cons.64.ad finem.Alciatus in tracta. de verbor. significatio.lib.2. nu.28.cum sequent. Ruin.cons.27.ad finem,volum.5. Cassan. in suis comment. in fine in verbo conclusio, & approbatio.in textu interpretes per totũ. Alba consi. 20. per totum. Natta cons.172.nu.14.vol.1. Sciendum insuper, quòd postquam dictus Carpanus in dicto tractatu vol.2. ad cap.174.in quo intenderat declarare valorem verborum illorum, quæ reperiuntur inserta in statuto Mediolanensis Ciuitatis, scilicet, verba statutorum cõmunis Mediolani seruentur,vt iacet in litera. ibidem in fol.45. num. 15. postquam, inquam, dixisset, quòd per dicta verba statuti tolleretur omnis extensio,& hoc ipsum auctoritate aliquorum Doctorum probasset in num.16.statim subiunxit duas fallentias dictæ regulæ Inquantũ prima dixit
26 fallere, quando extensio † fieret ad euitandam absurditatem, vel circumscriptionem, prout Brunus in tractatu de statutis fœminas excludentibus a succession artic.5.quæst.29.num.21. vers.sic nec etiam. in secunda verò fallentia dixit dictam regulam de non facienda extensione verborũ statuti,in quo perciperetur ipsa fernari ad litteram,fallere, quando extenderetur ad simile, quia tantum intelligitur reiecta dissimilis,prout docuerat dictus Brunus vbi supra, vers. & tunc bene credo. inquit ipse Carpanus, cuius quidem sententia quo ad secundam fallentiam verissimam fuisse iam fuit probatum per quamplurima supra allata in declaratione illius regulæ, in qua habetur, q̃ fallat regula illa: exceptio firmat regulam in cõtrarium in casibus non exceptuatis, quando diximus, & probauimus per ipsam non esse prohibitam extẽsionem ad alios casus similes exceptuatis: vide ergo ibi, quia reperies ibidem relatam sententiam Carpani id ipsum sentientis, & ad hoc citantis alios Doctores. Cũ ergo eadem ratio vigeat in sententia lata ab ordinarijs Sindicatoribus,quę in supremis,cùm eadem sit iurisdictionis potestas:vt elicitur ex lib.1. statutorum Genue,c.2.§.2. & ambo sint Iudices ordinarij,vt in lib.3. de priuilegijs Doct.& Medic. c.18.§.3. Indè sequitur arg.ab identitate rationis eo magis,q̃ hoc videantur Illustres statutarij expressisse in lib.3.cap.3.titu.de appellationibus.§.incip.a sententijs diffinitiuis latis, vbi expressè dixerunt posse appellari a diffinitiuis sententijs latis ab ordinarijs Sindicatoribus super causis excedentibus tringintarum librarum valorem,quòd & probatur, & hac alia ratione nempe,quia iudaica

inter-

interpretatio, scilicet ad corticē litteræ per huiusmodi statutum
27 non exigitur, † vt docuit Carpanus vbi supra, nu. 54. vers. iudaica. sequens Iasonem in l. non dubium. num. 18. C. de legibus. Alia vero quæ in confirmationem suprascriptorum veniunt ponderanda in probatione nostræ verissimę interpretationis circa dicta verba statuti Genuensis, infra latius afferemus. Circa vero secundam sallentiam, in qua Carpanus dixit fore extendēdum statutum pro vitanda absurditate summopere ipsā laudamus, in cuius confirmationem, sciendum hoc ipsum docuisse infrascriptos Doctores, dicentes, quòd statuta generalia erunt intelligenda, ac restringenda secundum formam iuris communis ratione vitandę absurditatis: Inter quos est Glosa in Clemen. litteras. de rescript. & in Clem. Auditor. eodē tit. arguendo ex ipsis per locum ab oppositione. dicta enim Glo. disputan. hoc tenuit, ac docuit. Idem docuit Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episcopis, & cler. facit l. nam absurdum, ff. de bon. lib. & per Imo. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matrim. Nam etiā quando statutū prohibet interpretationē ratione euitandę absurditatis poterit fieri interpretatio, vt disputando concludit Ray. de Forli. & refert Pet. de Anchar. in c. 1. colum. vltima, extra de constitut. quos sequutus fuit Bartholomeus Socinus in consi. 84. nu. 3. & 4. vers. tertiò principaliter. volum. 1. Nam hæc regula est peroptima, & a iure approbata in l. 2. C. de noxal. actio. & in l. vt gradatim, §. 1. ff. de muneribus. Item docuit Carpanus vbi supra, num. 88. dicens, quòd per dictum statutum non reijciatur interpretatio, vt euitetur absurdū, quòd prius iam dixerat, & probauerat auctoritate infrascriptorum Doctorum, scilicet Aretin. consi. 109. num. 1. Alexan. consi. 80. num. 8. vol. 1. consi. 83. num. 5. vol. 2. Socin. senior consi. 84. nu. 4. vol. 1. Ias. l. non dubium, num. 39. C. de leg. Alciatus l. prima, §. si quis ita. num. 9. cum sequen. ff. de verborum obligat. Brun. dicto articulo 5. quæst. 29. nu. 22. & tunc bene credo. Cotta in verbo statuto cautum est ferè. versiculo, & quid eo modo debet fieri interpretatio. Hippolitus Rimin. consil. 74. nu. 66. volum. primo. Idem Gallinius tract. de verbor. signific. lib. 8. cap. 30. num. 28. & Idem docuit Paulus de Castro in l. 1. ff. si cer. pet. quem sequitur ibidem Bartholomeus Socinus. columna sexta, num. 42. asserens, quòd si statutum sit in Ciuitate, quòd verba statuti intelligātur stricte, & quòd non possint addi, vel detrahi, hoc statutū debet intelligi ita vt non remoueatur interpretatio litteralis, quia est omnino necessaria, & quod statuta non sint intelligenda ad litterā, prout iacent, docuit Bal. in l. non dubium C. de legibus. & in l. non satis, C. de bo. quæ libe. & text. in l. 3. C. de lib. præter. cū ibi not. quos in d. l. 1. sequutus fuit Socinus. idē docuit Alciatus in l. 1. §. si quis ita

col.3.nu.3.ff.de verb.obligat. dicens ex ipso textu colligi, quod in materia etiam stricta & requirente aliquid ex verbis explicari non censetur reiecta sana interpretatio, quæ possit ex verbis colligi, imò lex non posset talem prohibicionem facere secundum Bal.in l.2.§. his legibus, ff.de origi. iur. vbi reddens rationem huius dicti dixit hoc esse, quia naturaliter in
28 terpretatio† est necessaria, & ideo nulla constitutione prohiberi potest, quia aliàs lex esset impossibilis: & istud facit ad statutum dicens, quòd verba in statutis intelligantur ad litteram, prout iacēt: Nā non censebitur prohibita interpretatio rationabilis. vt per Bar.in l.omnes populi.col.pen.ff. de Iustit.& iure, cum multis similibus aggregatis per And.Sicul.in l.cum acutissimi. car.24.C. de fideicommis.& per Franciscum de Curtis. consil.9.col.8.subdit vero ipse Alciatus ibidem, quòd cùm hæc quotidie vertantur in consilijs, poterimus dicere quòd aut in statuto agimus de restrictione,& tunc licèt militent verba, cessat ratio expressa, vel quæ sola potest assignari, iuxta glo.in l.Quamuis. C.de fideicommiss.& tale statutū non compræhendet illum casum, quia non videtur dictum per statuentes quod mente non agitauerūt, vt in l.Labeo, ff.de suppel.leg. & ita procedit, quod ī notabili casu consuluit Decius in consil.64.
29 vbi decretum Principis† puniens rebellem & eius fratres, factum ad finem, vt tales magis absterrentur respectu propinquorum, nō comprehendet fratrem inimicum rebellis, quia propter talem quis nō absterretur. Aut agimus de extensione, etsi in statuto militet eadem ratio, extendetur quatenus uis verborū importet, etiam latè ea intelligendo litteraliter tamē. Hęc Alciatus vbi supra. Idem docuit Ripa in lib.1.respon. titu. de legib.& consuetu.resp.3.num.14. & deinceps.vbi concludenter pro
30 bat, quòd statuta † quæ dicunt ipsa forte intelligenda ad litteram & prout littera sonat, vt cauetur in calce voluminis statutorum. tamen erāt interpretanda, vt non remoueant interpretationes legitimas, sed solū friuolas, vt docuerunt infrascripti Doct. videlicet Bar.in l.omnes populi, vltima q. 6.quæst.princip. ff. de iustitia & iure, & ibi Iason col.11.& sequitur Bal. in l.quamuis,& ibi etiam Iason C.de impu.& rursum idem Iason in l.Iam hoc iure, ff.de vulga.& pupill.& in l.quamuis, ff.de in ius vocan.& in l.fin. C. de success.edicto. Alex.in l.1.col.8.ff.si cer.pet.& consi.50.col.2.& consi. 80.colu.4.lib.1.& consil. 213.colum. 2. & pen. lib.3. Panormitanus in proęmio Gregorij,& ibi Felinus col. 3. Barbat. consil. 39. colu.2.& consi.21.col.11.lib.1.& consi.7.col.13.lib.2. & ad hoc ipsum probandum, faciunt quę dicuntur a Doctoribus de clausula appellatione remota, per quam censetur solum remota friuola appellatio, vt in l.1.ff. à quibus appell.non lic. vbi Bar. idē de clausula nulla exceptione obstāte. pro quo est tex.in c.ex parte, el.2. de

officio

officio deleg. & ibi per Felinum amplißimè, & Alex. in conſi. 133. incip. ſuper quæſitis, col. 2. lib. 5. Felinus enim in dicto capit. ex parte, col. 3. nu. 6. fallentia tertia, quòd diſpoſitio generalis tam iuris communis, quàm ſtatutarij ſit reſtringenda pro euitanda abſurditate, prout etiam docuerũt & infraſcripti alij Doctores, videlicet Bart. in l. omnes populi, in 6. quæſt. principali poſt principiũ. ff. de iuſtitia, & iure, & Bar. idem in l. non dubium. C. de legibus, & in l. prima, in fine. C. de agric. & cenſi. lib. 11. Panormitanus in c. ſolitę, de maiorit. & obedięntia. Bal. in l. benignius, in principio. ff. de legibus, & in l. Gracus, C. de adult. verba enim legis non debent captari, vt in l. penultima, ff. ad exhibendum, etiam ſi præcedat aliud ſtatutum generale, vt (docet Euerardus in Topica iuris in loco ab abſurdo. nu. 4. verſ. hinc etiam eſt) quo cauetur, quòd verba ſtatuti intelligantur præcisè, & ad litteram ſine vlla interpretatione ſub maxima pęna, ſubdens id ipſum fuiſſe iudicatum Bononiæ, vbi ſimile ſtatutum fuerat conceptum ſub ijſdem verbis: nam in ipſo dicebatur generaliter, quòd quicunque extraxerit ſanguinem in platea puniatur pœna manus, barbitonſor tamen qui extraxit ſanguinẽ in platea phlebotomiam faciendo, etſi fuiſſet Bononię dubitatũ, an fuiſſet indè puniendus barbitonſor pœna ſtatuti tandem fuit deciſum, quòd non, vt euitaretur abſurditas, quæ indè ſequeretur ſi tuiſſet obſeruatus iudaicè cortex litteræ dicti ſtatuti, prout docuerunt ſequentes Doct. videlicet Alber. de Roſat. poſt Iac. Butrig. in l. quamuis. ff. de in ius vocando, & Iaſon in d. l. non dubiũ. Hinc etiam dixerũt infraſcripti, quòd ſtatutum generaliter, & indiſtinctè diſponens, quòd homicida pœna capitis puniatur, reſtringi debeat ad dolosè occidentem, nec habet locum in eo, qui per laſciuiam, vel petulantiam, aut culpam occidit, & multo minus, in eo qui ſine culpa occidet, & ſic reſtringitur ſtatutum, ne ſequatur abſurdum. Idem docuit Alex. de Imo. in conſi. 102. vol. 3. incip. Domini Redemptoris, & cap. ſuper eo, de quo quæritur, & Pau. de Caſtr. in conſi. 192. incip. In Chriſti no. ſine amen. In cauſa carceratorum, & Cępoll. in cõſil. crimin. 30. per totum, vbi hoc apertiſſimis documentis probauit. Hinc etiam ſingulariter dixit Albericus de Roſat. in prima par. ſtatut. quæſt. 273. verſic. Item quæro aliam quæſtionem. quòd ſi ſtatuto caueatur, quòd habens centum in bonis, vel plus debeat tenere equum, & arma in ſeruitio communis, vt vitetur abſurditas non ſolum tenebitur ad tenendum equum, & arma, qui tenet in bonis cẽtum, & paulò plus, verùm etiam, & qui habent cẽtum, & multo plus quinque mille, vel maiorem ſummam, cùm hoc ipſum eliciatur ex mente ſtatuentium, qui illis verbis non putarũt excuſandum ditiſſimum, ſed potius includendum fore in eorum

ſtatuto

ſtatuto quãuis de ſui natura dictio [Plus] regulariter ad modicam quantitatẽ referatur, & eodem modo intelligendum foret ſtatutum, in quo caueretur, quòd habens 40. annos, vel plus ſit excuſatus ab exercitu: nam ſi dictio plus ad modicam quantitatẽ referetur, inde hoc abſurdum ſequeretur, ſ. q; habens centũ annos nõ excuſaretur, & qui 41. excuſaretˉ, & hoc probat alijs medijs ibidẽ: *Albericus*. Id ipſum multis alijs exemplis probat Euerardus, vbi ſupra, aſſerens in nu. 8. quòd ab-
31 ſurdum† dicatur illud, in quo neque ratio, neque æquitas militat; Et vt ad rem noſtram tandem deueniamus, quòd abſurdum ſit velle, quod ſtatutum Genuæ ſupradictum priuet per illa generalia verba, nulla aſſignata ratione, ipſos Magnificos Iuris peritos, ac Medicos tutela propriæ innocentiæ, cui per remedium appellationis cõſulitur nulliq; rationi, aut æquitati inhærere dignoſcitur, cùm ipſum beneficium fuiſſe quibuſcunque mechanicis indultum proprię eorum indemnitatis remediũ ibi reperiatur. Quapropter, vt vitetur hæc ſic enormis abſurditas falsè intellecta in ſtatuto de ſupremis Sindicatoribus, à quorum ſententijs prohibetur appellatio, cum ibi agatur, vt ſępius fuit dictum, de appellationibus à ſententijs ipſorum, vt (Sindicatores ſunt) non autem ibi fiat ſermo, de ſententijs latis ab ipſis vt Iudices ſunt ordinarij aliquorum ſunt, vera indè comprobatur hæc noſtra reſponſio, & interpretatio dicti capituli de ſupremis Sindicatoribus, prout etiam apertiſſimè cõprobatur auctoritate iuſraſcriptorum Doctorum, qui videntur expoſuiſsè ad verbũ dictum ſtatutum ciuitatis
32 Genuę, in quo prohibetur † omnis interpretatio alia, preterquã litteralis: ſciendum ergo, quòd de hoc etiam loquentes infraſcripti Doct. in infraſcriptis locis hæc ſequentia docuerunt, prout eos retulit Albertus Brunus in ſuo præcedenti tract. de ſtatutis excludentibus fœminas à ſucceſſione, articulo quinto. quæſt. 29. incipiẽdo à verſ. ſed Petr. de Anch. nã infraſcripta ad verbũ ibi retulit, quę cùm ſummopere diluci dent veritatẽ ſupradictæ noſtræ interpretationis ſtatutorum Genuenſium ad verbum, & ipsã referre viſum fuit. Quàpropter ſciendum, quòd Petrus de Ancha. in repet. c. Canonum ſtatuta: in vltimis verbis ext. de conſtitu. dixit, quòd etiam ſi extet ſtatutum diſponens, quòd ſtatuta debeant intelligi ad litteram prout iacent, abſque gloſatione, ſub auditione, vel extraneo intellectu nõ modo nõ intelligitur exclusa interpretatio, quę ſumitur pro cõgrua vocabili expoſitione, ſed nec etiam interpretatio, quæ ſe habet per modum extenſionis de vno caſu ad alium, quando alias reſultaret abſurditas, vel circumſcriptio, quia abſurditas debet videri excluſa. etſi ex verbis videatur admiſſa, vt in l. ſcire oportet §. Illud. ff. de excu. tut. l. cõſulta diualia. C. de teſta. & pariter cir-

cum-

cumſcriptio, quæ ſub ſpecie legis ſępe crimen inuoluit. l. fraus. & l. contra. ff. de legibus, ſubdit quòd extenſio poteſt fieri per modum æquitatis, & ſimilitudinis rationis, quando æquitas, vel ratio eſt ſcripta in lege, vel ſtatuto: & ſic ex mente Pet. de Anch. talis diſpoſitio ſtatuti non eſt magni effectus, & idcirco dixit Paul. de Caſt. in conſil. 183. incipien. in cauſa, quæ vertitur in l. 2. in vol. antiquorum conſiliorum, ſecundum primã impreſſionem, quod ſtante ſtatuto, quod verba eorum intelligãtur modo groſſo, & prout iacent, non tolletur neceſſaria vel iuridica interpretatio, ſed parum operabitur tale ſtatutũ: per not. per Bar. in l. omnes populi, in 7. col. quæſt. 6. princ. ff. de iuſt. & iure. vbi dixit ſtatutum diſponés verba ſtatutorum nõ recipere debere interpretationem, gloſationem, vel extraneum intellectum nihil, aut modicum operari, quia friuola tantum interpretatio intelligitur ſummota, non autem iuſta, & iuridica, quod etiam ſequitur ibi Bal. & Boni. in l. Cęſar. ff. de publi. predictã opinionem ſequitur Cuma. in conſil. 136. incip. viſis Inſtrumentis, vbi voluit quòd ſtante ſtatuto quòd ſtatuta intelligãtur vt ſunt ſcripta, & groſſo modo, non excludetur intellectus, qui colligitur ex verbis, nec alius iuſtus, aut veriſimilis, per not. p Bar. in loco prędalleg. & Bal. in l. non ſine. C. de bo. quę libe. ſequitur Petr. de Anch. in dicta repet. c. Canonum ſtatuta, in col. 77. verſi. & prędicta. adeo ſunt vera, & in 79. col. verſi. tertio principaliter. Imol. in c. Rainutius, de teſtam. vbi tenet contra Bal. qui contrarium dixerat in dicta l. prędicibus. 3. colum. verſ. & nota quod in quibuſdã, C. de impub. & aliorum ſubſtitu. Idem dixit Anton. de But. in c. fi. in fallentia 5. extra de conſuet. aſſerens, quod ſtatutum expreſſè prohibens extẽſionem intelligitur prohibere omnem omnino diſſimilem, non autem omnino ſimilem per Glo. in l. illud. C. de ſacroſan. Eccl. & in l. ob es. C. de prędi. mi. facit l. argẽtarius in principio ff. de eden. & quod not. Guil. de Cuneo in l. de quibus, ff. de legibus. fortius dixit Franciſcus de Aret. in conſi. 109. incip. coegiſtis me ſubtilizare. aſſerens, quod ſtante ſtatuto, quod ſtatuta nullam debeant recipere interpretationẽ, ſed debeant intelligi, prout iacent: non intelligetur excluſa interpretatio paſſiua: quia tunc ipſum ſtatutum ſe non extendit ad caſum non expreſſum, ſed lex communis ſe extendit ad ſtatutum, inferens ex hoc, quod eo caſu ſtatutum præferens agnatos cognatis in ſucceſſione, illos etiam præferat in tutela, vult Maria. conſi. 84. incip. viſa. colum. 3. verſi. decimo & vltimo facit quod dixit Paul. de Caſt. in conſ. 346. incip. pñs caſus. in volu. antiquorum conſiliorum ſecundum primã impreſſionem, quod ſtatutũ excludens matrem propter collaterales, & ſic propter patruum magnũ, multo magis excludet propter auum paternum, etiã ſtante ſtatuto, quod

verba

verba statutorum debeant ad literam intelligi, etsi statutum dicat, quòd vigore alicuius legis ciuilis, vel alterius cuiuscumq; statuta exponi, interpretari, vel extrahi ad alium sensum non possint, quam sonet verba. Interpretatio tamen quæ fit in punctum rationis, vel ex communi vsu loquendi, vel ex cõmuni obseruantia, non intelligetur sublata, sed proueniens ex lege ciuili Canonica, prætoria, vel municipali, secundum Corn. in consi. 331. incipien. In hoc. col. 2. vol. 1. qui plus dicit in col. 3. in princ. q̃ per dictum statutum friuolę tãtum interpretationes videntur sublatę, post Bar. in repet. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Nec laudabilis, aut intrinseca interpretatio videtur sublata, nec restrictiua, per quam prauus tollitur intellectus, secundum Corn. cons. 224. incip. Non sequendo, col. 5. vol. 2. vbi declarat quis dicatur litteralis intellectus, & q̃ nõ tollatur per talia statuta iusta, & legitima interpretatio voluit Alex. in cõs. 50. incip. Visis & oportune consideratis, col. vlt. & in cons. 80. incip. Viso & oportune, &c. col. 3. vers. & ita declaratur, cum prece, vol. 1. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & tunc vnum statutum debere per aliud distingui Dominus Baptista de S. Seuerino in d. l. omnes populi, in vlt. carta solum refert opiniones Doct. & nihil a se ipso concludit: verior, inquit Brunus, vbi supra, videtur precedens opinio in casu suo, q̃ statutum vult attendi sonum verborum, quouis modo loquatur, (quod non est in statuto nostro Genuensi,) quia subdit ibidẽ Brunus, quod ex mente nõ est ex verbis, cùm aliud sint verba, & illud quod sonant, aliud mẽs, quę plus continet, quàm quod verba sonant, & eorum Grammaticalis significatio. l. non aliter. ff. de legat. 1. not. in l. non dubium. C. de legib. & in Instit. de legit. patro. tu. in text. & glo. & in titu. sequenti, & in l. qui neque, §. 1. ff. de re co. facit Clemen. exiui de Paradiso, de verborum significatione, vbi Papa prohibet glosationem regulæ Sancti Francisci, & solum litteralem grammaticalem admittit, (vt etiam habetur in statuto nostro: tũc benè credo quod talis prohibitio limitetur, vt non excludatur limitatio (inquit vbi supra ipse Albertus Brunus) quæ tendit ad obuiandum absurditatibus, vel circumscriptionibus, quasi non fuerit mentis statuentium eas admittere per plura allegata: vult Marianus in d. consilio 84. in columna tertia, versiculo sexto, & versiculo decimo,
33 & vltimo, & quòd dictum † statutum Genuensem in casu omisso recipiat interpretationem passiuam a iure communi probatur infrascriptis auctoritatibus allatis ab ipso Domino Carpano in dicto tract. interpretationum statutorum Mediolanensium, quæ ad verbum quo ad obseruantiam ipsorum præcipiunt cademmet, quæ in statutis Genuę in libro primo, cap. 16. §. primo, tit. de extrin. intellect. prohib. & quidem

ipſe Carpanus inter alia notatu dignißima ad c.174.fol.47.vol.1. nu.77.verſ.admittitur etiam. his pręciſis verbis vtitur , videlicet. admittitur etiã interpretatio paſſiua a iure communi proueniẽs, quia tunc non dicitur fieri extenſio , ſed eo caſu lex communis ſe extendit ad ſtatutũ. Ita not. Aret. conſ.108.nu.1.& conſ.109. nu.1. Ang.in l.non poſſunt , nu.1. verſ. ſecundo caſu, ff.de legibus. Alex. in l.1.§.lex Falcidia, col.1.ad fin. ff.ad legem Falcid.& conſ.50.nu. 12.& conſ.80.nu.5.vol.1.Cuman. conſ.30. nu.1. Brun. d.artic.5. q. 29. nu.22. Cotta in ſuis memorialibus, dicto verbo ſtatuto cautum eſt ferè, verſ.item ſtante hoc ſtatuto. Curt.iun.conſ.7. num.8. Claud. Sayſel. in l. inter cęteras, nu.17.ff.de liber.& poſthum. Rolan.a Valle tracta.de lucro dotis, quæſt.26.nu.12.Menoch.conſi.5. num.27. volum.1. Crauet.tracta. de antiquit. tempo. quarta parte princ. in principio, numero 49. Plot. dicto conſi.17. num.68. ad finem, declarãdo, vt per Cœpol. conſi.82. num.7. Idem Camillus Gallin. tract. de verborum ſignificatione, libro octauo, cap.8.numero 12. & 13. & libro 6. capit. 5.numero quarto,& quinto, (vbi notat quæ dicatur paſſiua,& actiua interpretatio) † & quidem paſſiua interpretatio eſt legis oſtenſio. ita Gallinius dicto libro ſexto, capitulo 21. numero 16. (Niſi ea fuiſſet ſublata per ſtatutum in ſpecie, ita Brun.dicto tracta. ſtatut. fœm. exclud. articulo ſeptimo, quæſt.tertia, ad finem,) & quod caſus omiſſus in ſtatuto remaneat in diſpoſitione iuris communis probatur infraſcriptis etiam auctoritatibus. Nam primo legum auctoritate, tex. eſt enim clarus in l.ſi extraneus. ff.de condict.ex cauſa data, vel non ſequuta in l. commodiſſimè , ff.de liberis,& poſthumis, & in l.ſi cũ dotem.ff.ſol.matrim.& per Ang. in l.Titius,§.Lucius,ff.de liber.& poſthu.probatur & ſecundo Docto.auct.vltra gloſas in citatis iuribus.Bart.enim in l.Cæſar.in 6. & 7.col.ff.de publica.dixit,quòd in ſtatuto hoc , ſcilicet quod fiat omiſſum remaneat in diſpoſitione iuris communis , vt mdè interpretationem recipiat lex,nec taliter remaneret indeciſa.Bal.id ipſum docuit in l.ſi is qui, col.2. C.ſi pen. app. mors interue. dicens,quòd omiſſum differat a tacito, ex quo omiſſum dicetur id quod a lege non ſuppletur: tacitũ vero quod lex ſupplet, & in l.vbi adhuc. C.de iure dot. dixit quod 35 caſus † omiſſus per viã pacti non excludit pactum diſpoſitionis legalis,& in l.humanitatis,colum. pen. C. de impub. & alijs dixit, quod ſi caſus omiſſus ſit ſimilis expreſſo, fiat extenſio de vno ad alium. Idem Bal.in l.ſi mater. C. de inſtitu. & ſubſtitu.ſub condit. fact. docuit dicens, quod etſi in ambitioſis , & reſtringendis caſus omiſſus habetur pro omiſſo, nec attenditur ibi ſimilitudo,ſed in fauorabilibus, & extendendis diſtinguit , aut ratione caſus omiſſi defuit ſolemnitas , & tunc habebitur pro omiſſo, vt in dicta l.com-

l.commodissimè, aut non defuit solemnitas, & tunc si est eadem æquitas, & omnimoda similitudo. Adde (vt in casu nostro) tunc talis casus omissus habebitur pro expresso, vt in l.si mater. C. de instit. & substit. sub condict. fact. Aut non est omnimoda similitudo, & tunc habetur pro omisso, vt in l.fin. C. de his qui ven. æta. impetr. siue omittatur a Canone, siue a consuetudine, siue a statuto etiam iurato, siue a pacisscente, siue ab impetrante, siue ab appellante, siue a Iudice dante, siue a dante procuratore, & vbicumque ponderatur modus magis, quàm finis: & ibi latius per ipsum Bal. cuius sententiæ assipulatus fuit Euerardus in sua præexcellenti Topica iuris in loco ab æquipollentibus. nu. 14. vers. extra autem dictos casus. Romanus idem docuit in consil. 227. incip. Spectabilis. & dixit quòd statutum loquens de debito, remanet in dispositione iuris communis quo ad delinquentem, ex quo ipsum omittit, & in cõs. 454. incip. In re præsenti dicit. quod licet constitutio municipalis det vxori post mortem mariti facultatem petendi alimenta de tacita hipotheca, tamen nihil determinans pro his efficit, vt tanquã omissũ relinquatur dispositioni iuris cõis. Idem Mantua probat in sua collect. in d.l.si extraneus. ff. de condict. causa data, vel non data per multa. Idẽ docuit Alex. in d.l.si extraneus, col. 2. n. 4. vers. tamen concordãdo, dicens quod concordando omnes poterit dici, quod casus omissus habetur pro omisso in ipsa dispositione hominis adeo, quod ex ipsa dispositione agi non possit: sed non habetur pro omisso extra illã dispositionẽ hominis, inspecta dispositione legis, quæ de illo casu prouidet. Idem docuit Iason in d.§. Lucius, num. 5. dicens, quòd casus omissus a testatore, (quod fortius est) habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis, vt in dicta l. commodissime, vbi in col. 1. not. 1. dixit quòd casus omissus habetur pro omisso, & relinquitur dispositioni iuris communis: & quod ad hoc quotidie allegetur dicta lex, idem docuit Alciatus in 3. libro, ff. de verb. signif. col. 3. vers. igitur, vbi postquam dixerit, q̃ prima conclusio, seu axioma sit quòd prouisio, qua quid dispositum est in vno casu facta, ad aliũ non producitur, subdidit ipsum non habere locum in quattuor casibus. Primus quorum est, cùm id quod omissum est virtute expressi, intelligi potest, vel ex natura actus, vel ex antecedente, & consequente necessario, vel propter connexitatẽ, vel quia inuicem se respiciant, vel quia per argumentum a contrario sensu id suadeatur. Idem docuit Ioannes Annibalis in rubr. ff. fol. matrim. nu. 218. vers. sed est casus omissus a statuto, dicens quòd tunc casus omissus in statuto relinquendus sit dispositioni iuris communis. Idem docuit Barthol. Socinus in suo præleganti consi. 32. incip. Omnipotens Deus adsit, col. 5.

nu. 18. verſic. vlterius poſito ſine præiudicio, vol. 1. his præciſis verbis vtens, videlicet caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & ideo remanet in diſpoſitione iuris cõmunis, ſiue omittatur a Canone, vt in c. 2. de tranſlat. Prælat. c. is qui, primo reſponſo, de ſent. excom. in ſexto, in Clem. ne Romani. & Clem. conſtitutionem, de elect. ſiue a lege, vt in l. an in totum. C. de ẽdiſ. priua. l. ſi vero. ff. ſol. matrim. cum ſimil. alijs iuribus vulgatis: ſiue a ſtatuto etiam iurato, vt in c. pen. de iureiuran. cum ſimil. ſiue a conſuetudine, vt in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud. & in c. cum dilectus de conſuet. ſiue a teſtatore, vt in l. commoditſimè. ff. de liberis, & poſthumis, & l. ex his, ff. de excuſat. tut. ſiue a Iudice, ſeu a ſuperiore concedente, vt in cap. ſuſceptum, lib. 6. l. ſolemus, §. fin. ff. de iudic. ſiue ab appellante, vt in Clemen. appellanti, de appellat. & in l. prẽcipimus. C. de appell. ſiue a Procuratore, vt in c. cum olim. de officio delegat. & in l. maritus. C. de procurat. ſiue ab impetrante, vt in dicto capitulo ſuſceptum, & in capitulo cùm in illis, &c. cui. de præben. in ſexto: ſiue a cõpaciſcentibus, ſeu contrahentibus, vt in l. inter ſocerum, & l. Beblius. ff. de pact. dot. l. fin. C. de pactis, l. ſi cum dotem, in principio, & ibi per Doctores, ff. ſoluto matrimonio, & l. ſi extraneus, ff. de condict. ob cau. hæc Socinus, vbi ſupra. Idem docuit Angelus de Peruſio in ſuo conſilio 71. incip. Statuto antiquo, nu. ſecundo, dicens, quod ſtatutum nouum non loquens de nepote non cõtradicit antiquo: nam nouum, etſi hũc caſum omittat, & vt de omiſſo iudicaretur, ſecundum ius commune, vt in l. commodiſſimè. ff. de liberis, & poſthumis. tamen ſi ſtatutum vetus prouideret de ipſo, tunc ſtandum eſſet diſpoſitioni ipſius: & ratio, ſecundum ipſum eſt, quoniam aliud eſt ca-
36 ſum omittere, † & aliud de caſu prouidere contrarium, vt in l. ſi extraneus. ff. de cõdict. ob cau. & in l. poſt dotem. ff. ſoluto matrimonio. Idem repetijt ipſemet Ang. in conſilio ſuo 92. numero ſecundo, dicens quod caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis. Idem docuit Salicetus in l. fin. C. de poſthu. hæred. col. 2. verſ. interdum queritur, dicens, q; ſi quæratur, an prouiſio facta in vno caſu extendatur ad alium. & inter alias diſtinctiones quibus ibi vtitur eſt iſta, aut diſpoſitio eſt, inquit, certa, & clara vnum caſum tantum concernens: & tunc, aut caſus omiſſus euenit, ſeu contingit præter fraudem aliquam, & tunc ſi eſt per omnia ſimilis expreſſo, vt quia eundem effectum conſumauit, & tunc ad illum extenditur, vt in l. Deo nobis, C. de Epiſcopis, & cler. & pro hoc accedãt omnes leges, in quibus cauetur, quod non referat quid ex æquipollentibus fiat, vt l. ſi mater. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub cõdict. fact. & in l. fideicommiſ. §. ſi cui. ff. de legat. tertio: ſin autem non eſt per omnia ſimilis. Tunc aut ratio paritatis,

aut

aut ęqualitatis seruandę hoc suadet, & tunc ad alium casum extenditur, vt institu. pro socio, §. illud, & in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. vbi autem hæc cessent, & tunc casus proximus non extendetur ad casum omissum, vt in l. cum dotem, ff. sol. matrim. & in l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. & in l. si extraneus. ff. de cõdict. ob causam, & ꝙ casus omissus habeatur pro expresso, quãdo est eadem ęqualitas, & omnimoda similitudo repetitę ipsemet Salic. in d. l. si mater, etsi potuissent quamplurimę aliæ sententiæ in corroborationem verę interpretationis traditæ superdicta capitula statutorum Ciuitatis Genuę, nihilominus sufficiet supra allata ad probãdum, quòd casus omissus a statuto, sit decidendus secundum dispositionẽ iuris communis. At quoniam in primo, & secundo fundamento superius pũcto fuit abunde satis probatũ, quod iure cõmuni nemini regulariter sit deneganda facultas appellandi a sententijs cõtra ipsum latis pro Iudices quoscumque. Nec poterunt obstare, quæ afferuntur ab aduersa parte, nitente probare quod simus in casu omisso a statuto, ac per consequens casus omissus huiusmodi erit pro omisso habendus, quoniam talis regula in fauorabilibus pręcipuè (vt in casu nostro) non habere locum per supracitatos Doct. sententias apertissimè patuit: Cum ergo dato, & nõ concesso, nec vnquam concedendo, si essemus in casu omisso a statuto esset nobis recurrendum ad dispositionẽ iuris communis, ac per consequens esset omnino de iure facultas appellandi ipsi Magnifico Octauio Boerio concedenda. Quanto magis (in casu nostro) cũ tale beneficium ei fuisse indultum etiam ab ipso statuto supra latissimè probauerimus. Non erit ergo denegandã d. Magnifico Boerio facultas appellandi a dicta sniа contra se lata a supremis Sindicatoribus ad ꝙ accedũt ea, quę ad declarationem statuti Genuẽsis in c. 16. lib. 1. §. fi. tit. de extrin. intel. prohib. docuit eruditissimus Doct. Carpanus in prędicitato tract. in vol. 2. in responsione ad c. 174. statutorum Mediolanen. In quo fuerat statutũ, quod verba statutorum suorũ seruarentur, vt iacet litera, q. Carpanus post nõnulla per nos supra allata in nu. 65. & sequentibus infrascripta docuit in fauorẽ verissimę nostrę interpretationis dictorum statutorum Genuensium: his ergo prędictis verbis vsus fuit, quę studui ad verbum referre, vt ipsamet perlegere possit qui ad veram decisionem qõnis propositæ pertingere voluerit, etsi dictus tractatus forsan sibi non esset. Dicit ergo ibi Carpanus, ꝙ per prædicta verba statutorũ † supradictorum nõ tollatur interpretatio legalis iuridica, & necessaria, & fauorabilis, & ꝙ docuerit ita Alex. cons. 80. nu. 5. vol. 1. Barbat. d. l. cũ acutissimi, nu. 170. vers. & ideo in proposito. C. de fideicom. Brun. d. art. 5. q. 29. nu. 21. vers. & sic ex mẽte Decij. & n. 22. vers. & quid. Idẽ Cotta d. verbo statuto cautũ

37 †

est ferè, vers. & de effectu, & vers. & dicit Anton. (quod quidem procedit etiam quod statuta fuissent facta ad correctionem iuris communis, ita Alex. consi. 50. nu. 10. & consi. 80. nu. 4. vol. 1. Iaſ. in l. quamuis, num. 2. C. de iure dot. Ruinus conſ. 27. nu. 11. volum. 5. Plot. conſ. 17. nu. 68. ad finem, Rolan. a Valle tract. de lucro dotis, quæſt. 35. nu. 3. Gallin. d. conſuetud. ſua in ver. legare, quæſt. 7. nu. 136. Idem Gallinius d. tract. de verbo. ſignif. lib. 8. c. 30. nu. 1. cum tribus ſequentibus, & c. 31. nu. 5. & 16.) Quod etiam ſubdit Carpanus procedit, ſi ſtatutum diceret

38 † quod verba ſtatutorum deberent intelligi verè, & propriè. Ita Bonacoſſa quæſt. crimina. in verbo, ſtatutum, vers. ſi ſtatutum dicit, & quod cẽſeatur remota tantum interpretatio hominis, non legis notat dictus Bonacoſſa latè d. quæſt. crimin. in verbo gloſatio, Menoc. tract. adipiſcend. remed. 4. nu. 225. ad fi. verſic. reſpondet & ſecundo. Menoch. idem conſ. 5. num. 27. vol. 1. & conſi. 11. nu. 19. vol. 1. Plot. conſi. 17. nu. 68. Idem notat Gallin. d. tracta. lib. 8. c. 13. nu. 15. & c. 30. num. 7. & c. 31. nu. 16. Quæ quidem interpretatio quam recipit a lege, & iure communi debet eſſe declaratoria, & diſtributiua non ampliatiua, vel reſtrictiua, ita Cotta dicto verbo ſtatuto, cauetur Plot. conſi. 17. nu. 68. Non tollitur pariter prędicta ſtatuti verba inter-

39 pretatio intrinſeca, quæ ex verbis colligi poteſt, & quæ ſit ſubſtantialis, licèt tollatur extrinſeca. Ita not. Alex. conſ. 80. col. penult. nu. 5. vol. 1. Dec. in c. tranſlato. nu. 13. de conſtitut. Idem Barbatia. d. l. cum acutiſſimi. nu. 167. & nu. 170. vers. Ideo ſtatutum, & vers. 171. ad finem, verſic. & cum appareat. C. de fideicommiſſ. Brun. d. tractat. ſtatut. fęm. excluſ. art. 5. quæſt. 29. nu. 22. vers. nec laudabilis. Pariſ. conſi. 10. nu. 12. vol. 3. Roland. a Valle tract. de lucro dotis. queſt. 35. num. 3. Menoch. in tracta. adipiſc. remed. quarto nu. 223. Idem conſi. 6. nu. 19. & conſ. 11. nu. 6. vol. 1. Bonacoſſa in queſt. crimin. in verbo interpretatio vers. ſtatutum remouens. Idem notat Gallin. tract. de verb. ſignif. lib. 4. c. 5. nu. 27. & lib. 6. c. 22. nu. 2. quæ colligitur trib. modis, vt ibi per eum nu. 3. cum ſeq. Idem notat libro 8. cap. 13. nu. 5. & cap. 31. nu. 12. vera quoque interpretatio non cenſetur remota. Ita Alciatus in tracta. de verbor. ſignific. col. pen. num. 63. vers. ſed quid ſi alia lege. Idem Cotta d. memorab. in verbo ſtatuto cautum eſt ferè, verſic. & dicit Alciatus interpretatio etiam

40 expoſitiua † non cenſetur reiecta, ita not. Barbatia d. l. cum acutiſſimi, numero 170. verſic. Accedatque. C. de fideicommiſ. maxime ſi ſumatur interpretatio hæc ex congrua vocabuli expoſitione, vt notat Brun. dicto articulo quinto, quæſtione 29. nume. 21. verſiculo ſed Petrus de Anchar. Gallinius in tracta. de verborum ſignificatione, libro octauo, capit. 31. numero 17. (litteralis inſuper) & grammaticalis intelle-

ctus

ctus non censetur remotus, ita not. Bal. in l. 2. nu. 8. C. de patribus, qui filias distraxerunt, & in Auth. si qua mulier, cap. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Cathren. in l. 1. nu. 18. vbi Alexan. nu. 13. ff. si cert. peta. Alex. cons. 50. num. 2. vol. 1. Cotta d. memorab. in verbo statuto cautum est ferè, vers. Idem dicit, & versic. proinde dicit Brunus d. art. 5. quæst. 29. versic. est enim sensus. Osasc. decis. 21. num. 15. Camillus Gallin. d. tracta. de verbor. signif. lib. 8. cap. 30. num. 17. & cap. 31. nu. 17. Quis autem dicatur litteralis intellectus not. Corn. consi. 224. nu. 10. ad finem volum. 2. Barbat. d. l. cum acutissimi, nu. 120. C. de fideicommiss. Ripa dicta l. 1. num. 16. & 27. ff. si cert. petat. vbi signanter hoc ipsum declarat Rolan. a Valle consilio 62. num. 30. volum. 3. & litteralis intellectus non dicetur id quod virtualiter continetur in aliquo, ita cauetur in libro 19. communium in verbo virtualiter, & comprehensa. Non reijci-
41 tur pariter interpretatio, † per quam ostenditur mens statuentium, quæ magis attendi debet, quam verba. ita notat Barbat. d. l. cum acutissimi, num. 172. C. de fideicommis. Corn. dicto consilio 331. columna 2. num. 9. versiculo item ex alio. volumine primo, Brun. dicto articulo quinto, q. 29. nu. 22. vers. & sic statutũ. Paris. cons. 16. nu. 51. vol. 3. vbi tamen mens sit scripta in statuto not. Brun. d. art. 5. q. 29. versic. & tunc latè notatum supra Gallin. d. tract. lib. 8. c. 31. nu. 18. Idem si non sit expressa, sed vnica possit reddi, vt ibi per eum nu. 19. hæc omnia ad verbum sunt Carpani verba vbi supra. Pro cuius peroptimè, (vbi supra nu. 81. in §. non reijcitur) sententię confirmatione sciendum erit, quòd supradicta Carpani sententia non solùm roboratur suprascriptorũ ab ipso citatorum Doctorũ auctoritate, verùm etiam & subsequentium, qui vnica voce id ipsum docuerunt in locis statim citandis. Nã hoc ipsum docuit Glo. fin. ac singularis in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. dicens id esse de iure seruandum, licèt nõ sit statutum, quod verisimile est statutum fuisse, si hoc ipsum quæsitum a statutarijs fuisset, vt in l. si totas. C. de inoff. donat. & in l eum qui. §. 1. de verb. oblig. & in l. si duobus. §. hæres. ff. de legat. 1. Bal. in d. §. fin. in 2. not. vbi & Paul. de Castr. col. 1. in fi. in versic. Nota quòd dispositio, & ibi Fulgos. col. 2. vers. in eadem, ad finem. Ibi Iason in fine, versic. in quarta, & vltima glo. ibi Iacobus in col. 1. vers. nota subsequenter. Idem rursus Iason in l. Titius. §. Lucius. not. 1. nu. 1. ff. de liber. & posthu. asserens, quod similiter extendatur statutũ ad casum, in quo verisimiliter idem statuissent, vel prouidissent statuentes si interrogati, aut recordati fuissent, prout ita expressè docuit glo. finali valde solennis, & reputata singularis in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. vbi Bal. & Ang. dicentes, quod dicta glo. sit not. ad multa, & procedit etiam in con-

tractibus reſcriptis teſtamentis, & vltimis voluntatibus : & rurſus idem repetijt Iaſon in l. Barbarius, colum. fin. in fine. & ſequen. verſic. tum diligenter not. ff. de officio prætor. Alex. in conſil. 24. colum. 11. verſic. inſuper reſpondeo. volum. 2. & in conſi. 217. colum. 7. verſic. ad octauum argumen. volum. 2. Claud. in l. mulier, verſic. nota text. ff. ad Trebell. Romanus in conſi. 392. in fine verſiculo tertio certum eſt. Idem docuit elegantiſſimè idem Hippolitus de Marſil. in l. ſed ſciendum, numero ſecundo. iuncto numero quinto, ff. ad l. Pompeiam de parricid. ſequens dictam glo. fin. in dicta l. tale pactum, §. fin. dixit, quòd ſi ſtatuentes ſtatuerunt in aliquo caſu, & in aliquo caſu omiſerunt, quod idem iudicandum ſit in caſu omiſſo, quod in caſu expreſſo, ſi idem ſtatuiſſent in caſu omiſſo, ſi fuiſſent interrogati, quod ſtatuerunt in caſu expreſſo, quã glo. appellauit ſingularem Romanus in conſilio ſuo 105. incipien. Viſo themate, quam rurſus ſingularem, ac notabilem vocauit idem Romanus in conſilio 382. incipien. Circa primum. in fine, verbis, & in conſilio 339. incipien. Circa primum propoſitum conſultationis, in principio, columna ſecunda, quam glo. allegauit pro notabili Bal. in l. prima, C. quæ res pigno. oblig. poſſ. & Alexan. in conſilio ſuo 48. incipien. ſuper executione. colum. 3. volum. 1. & in conſi. 215. incipien. Nec arguendi, colum. 9. & in conſi. 386. incip. circa hanc dubitationem, col. 4. & in conſ. 387. incip. Memor. & in conſ. 24. incip. Animad uerſis, col. 12. & in conſ. 34. incip. Viſo, col. 3. & in conſ. 46. incip. Ponderatis. quam extiam glo. pro valde notabili allegauit Barbat. in c. veniens, col. 9. extra de accuſat. & in conſ. ſuo incip. Clementiſſimi Dei patris, col. 5. & huic glo. ſimilis eſt glo. in l. 1. C. de raptu virg. in verſ. ſponſam ſuam. Nam in d. l. ſermo fit ſolùm de pęna rapientium ſponſas, & fuit omiſſum quid foret dicendum, ſi ſponſa raperet ſponſum cauſa libidinis: tamen dicit glo. idem fore dicendum. Cum ſit eadem ratio in vtroque, etſi ibi ſolum fiat mentio de rapiente ſponſam. Nã cùm hoc ſit frequẽtius, ideo hoc fuit expreſsè prouiſum, vt communiter dixerunt ibidem Doct. & ratio eſt, quoniam etiam in pęnalibus maſculinum concipit fœminimum iſt pęnali conſtitutione nõ expreſſum propter identitatem rationis, ſcilicet, quando ſumus in caſu, vel in materia, quæ conuenit vtrique ſexui : & verba legis ſic poſſunt adaptari fœminis, ſicut maſculis : & rurſum idem dicetur, quando ſumus in materia indifferenti, quæ poterit conuenire vtrique ſexui, vt multarum legum, & Doctorum auctoritate docuit Hippolit. de Marſil. in dicta l. vnica, numero 225. & numero ſequenti, C. de raptu virgin. & Antonius Gabr. in libro ſexto concluſio. titu. de verborum ſignificatione concluſione ſexta, & quod caſus omiſſus

Digitized by Google

sus sit comprehensus in expresso etiam in pœnali dispositione statuti, & quòd secundum casus expressi decisionem sit decidendus casus omissus propter identitatem rationis, vtputa si statutũ dat prẽmium accusanti delinquentẽ, & de denunciantem nihil dicat, tamen omnino ad denunciantem extendetur ipsum statutum, prout multis medijs docuit Hyppolitus de Marsilijs in dicta l. vnica. numero 230. versiculo & rursus alia Glosa. versiculo per totam. C. de sacrosanctis Ecclesijs, quæ disposita in casu expresso, extendit ad casum omissum: nam ibi solum Imperator cassauerat expressè statuta contra libertatem Ecclesiæ facta in Italia, & omiserat quid esset dicendum de similibus statutis, quæ essent in alijs Regnis, & Prouincijs in dicta nouissima constitutione non expressis: & concludit idem fore dicendum propter identitatem æqualitatis. Idem in casu nostro docuerunt & quamplurimi Doctores citati ab Antonio Gabr. in tractatu conclusion. libro sexto, titul. de regulis iuris. conclusione decima, numero 2. versiculo primò amplia, necnon & Mantua in sua collectanea. super dicta l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. vbi hoc ipsum docuit quàm plurimis exemplis, ac doctrinis propositis per eum. videte omnino ibi eum. Idem docuit Alciat. in principio lib. 3. columna prima. ff. de verborum significatio. & hoc multis medijs per totum ipsum tertium librũ. Idem Hyppolitus de Marsil. in consilio 16. numero 34. per multa. Idem docuit Glos. in versicu. Præsidentes. in Clementina prima, de rescriptis. Ad idẽ faciunt & aliæ quamplures similes doctrinæ Iurium, Doctorumque citatæ ab Hyppol. de Marsil. in dicta l. sed sciẽdum numero secundo, tertio, & quarto. ff. ad l. Pompeiam. de parrici. Nam ibi numero quarto, versic. & ex istis ampliat veritatem præsentis decisionis, his præcisis verbis vtens, videlicet: Quod sicut quando vnum est expressum, & aliud est omissum, idem intelligatur statutum in omisso, quod in expresso, quando statuentes idem statuissent, si fuissent interrogati. Ita quando vnum tantum est concessum, & omnia alia sunt generaliter prohibita. Nam tunc videtur, & illud concessum, quòd generaliter est prohibitum, quando si prohibens fuisset interrogatus specialiter, illud concessisset. At quoniam nullo pacto erit suspicandum tam iustos conditores statutorum ciuitatis Genuæ voluisse per illa verba generalia priuare tam salubri appellationis rimedio, ac tutela sine causa ipsos Magnificos Doctores, & Medicos, quod per supradicta patuit, quòd indulxisse omnibus reliquis ciuibus, non ita benè meritis: Cùm (vt probauimus) appellatio sit de genere concessorum, & non prohibitorum, immo & sit species defensionis, quæ generaliter ab omni iure est concessa, vt probauimus: Inde sequitur concludendum, quòd

quòd cùm expresse in dicto statuto non sit ipsis Magnificis Medicis, ac Doctoribus inhibita facultas appellãdi, hic casus aliquo pacto posset dici in statuto omissus: inde sequeretur fore attendẽdam dispositionem iuris communis, à quo fuit indulta illa appellãdi facultas, etsi nos negemus (vt paulò ante probauimus) respondẽdo obiectis per admodum Illustres deputatos Iudices, hoc expresse non fuisse illis concessum, immo expresse concessum: Si ergo dato, & non concesso, quòd appellatio eis non fuisset expresse concessa, inde sequitur omnino de ipso casu omisso in statuto fore iudicandum, iuxta alterã ex regulis duabus à Doctor. traditis, dicendo, quòd sit hic casus omissus decidendus: Aut iuxta id, quod verisimile sit statutarios respondisse, si de hoc fuissent interrogati, prout probauimus supra. Aut iudicandum foret tãquam de casu omisso, & per cõsequens (vt probauimus) decidẽdus erit, iuxta dispositionem iuris communis, dicendo omnino appellationem fore admittendam, prout ius commune generaliter, & regulariter disposuit: & quòd hæc nostra interpretatio verborum supradictorũ statuti Genuensis sit vera, probatur & alia iuris regula allata à Carpano in supradicto tractatu ad c. 174. fol. 47. num. 85. & 89. in quo dixit, q̃ per huiusmodi statutum non tolli interpretationẽ,
42 † per quam ipsa capitula statutorum ad concordiã, & non ad correctionẽ poterunt adduci, vt docuit Alciat. in tract. præsumpt. regula secunda, præsumpt. 28. vers. & istud procedit: Nam interpretatio, quæ sumitur ex alio statuto non censetur reiecta. Ita Alexan. consil. 80. nu. 5. vol. 1. & consil. 32. nu. 3. vol. 7. Dec. in c. gratam, colum. 2. in princ. num. 4. de officio delegati. & in l. fin. in princ. nu. 3. C. de edendo. Brun. d. c. vt in artic. 5. quæst. 23. nu. 22. vers. & tunc vnum statutum. Plot. consi. 17. nu. 68. Rol. à Valle consi. 62. nu. 3. volum. 3. Osasc. decis. 167. nume. 18. Idem docuit Cotta in suis memorabilibus, in verbo statuto cautũ est ferè vbiq; per Italiam, dicẽs, quòd verba statutorum seruẽtur, vt iacet litera: Hic enim Doctor post nonnulla ibidem allata, subdidit, q̃ in §. Item stante hoc sta-
43 tuto, q̃ interpretatio † passiua nõ potest remoueri per tale statutũ, vt latè per Dec. in c. translato. in penult. col. & seq. extra de const. in prioribus scriptis, sed solùm extrinseca, vt docet Felin. in c. super quæstione. in princ. in 1. col. extra de officio deleg. Ex his ergo præmissis, quàm facillimè elicitur veram fuisse conclusionem supra per nos allatam, cùm in libro 1. c. 2. §. 2. statutorũ Ianuensiũ fuerit indulta supremis Sindicatoribus eadem met iurisdictio (vt ijsdem verbis statuti vtamur) quę ordinarijs Sindicatoribus fuerat mox concedenda in seq. c. 3. eiusdem libri: Cùm ergo iam cõcessa fuisset ambob. Magistratibus eadem met iurisdictio, idcircò meritò Illustres statutarij in lib. 3. eorundem statutorum. cap. 5. §. 4.

dum

dum intenderet declarare qñ ab ipsorum sentẽtijs liceret appellare, nulla alia facta métione de appellationibus à sententijs latis à supremis Sindicatoribus: (Cũ hoc videretur ipsis superfluam, propter supradictam decisionem factam in dicto §.) nullam fecerunt mentionem expressam inibi, vel alibi in dictis statutis de quęstione hac, quid scilicet sentiendum foret de appellationibus à sententijs dictorum supremorum, vt ordinarij Iudices sunt priuilegiatorum: Idcircò ne correctio statutorum videatur cõcedi, omnino fatendum erit nostram interpretationem admittendam fore, stante supradicta Carpani sententia, dicentis, quòd verbis dicti statuti nõ debet censeri reiecta interpretatio, quæ sumitur ex alio statuto, ad quod facit, quod in declarationem statuti Mediolanensis contenti ijsdem verbis, quibus & nostrum: dixit ergo (in præcitato loco inter alia) quòd vera in-
44 terpretatio † nõ videtur reiecta, nec remota interpretatio restrictiua, cùm interpretatio friuola tantum per huiusmodi statutum remoueatur. Ad hoc etiã probandum (quod intendimus) summopere deseruit, quod communiter docuerunt Doct. infra, statim citandi, dicentes, quod statutũ huiusmodi debeat interpretari, ipsum restringendo secundum ius commune, ne quis indebitè pœnam patiatur, per tex. in l. 2. C. de noxal. act. vt peroptimè docuit Hyppolitus de Marsilijs in cõs. 7. nu. 15. & seq. & Salic. in l. penul. in fine. C. ad l. Cornel. de suc. dicés, quod statuta pęnalia recipiũt interpretationẽ restrictiuam, secundum ius commune, qui idipsum apertius docuit in l. fin. §. si vero. C. de iure deliber. nu. 5. vers. Bar. verò, tenet Glo. dicens, quòd statutum recipiet interpretationẽ restrictiuam, seu declaratiuã, secundum ius commune, quando aliquis iniustè damnũ incurret, etiam si inde statutum nihil operaretur vltra ius cõmune, ac per consequens statutum, in quo haberetur, quòd hæres contra factum defuncti venire non posset, & testator obligauit fundũ eius, quem postea hæredem instituit, qui hæreditatem eius adiuit, & inuentarium solemniter fecit, an fundum suum poterit à creditore vendicare, ipse dicit (sequens ibidem Glo. & Bart.) quòd sic, quoniam verba statuti essent intelligenda de hærede, qui nõ fecit inuẽtarium, vel de eo, qui fecit, sed vltra vires hæreditatis nõ grauatur: & ipse Salicet. respondens ad Cynum contrarium sentientem, dicit, quòd tũc statutum vltra ius commune operatur, quando restricta ad ius commune, ratio recti sermonis non remaneret salua, vel non omnia verba statuti possent aliquid operari, vt in contrario, aliàs ad ius commune restringuntur, & ne inducatur correctio legis, in statuto intelliguntur apposita gratia clarioris, & maioris notitiæ, quod cordi fore tenendum (subintulit ibi Salycetus.) & quòd ex his inferatur, q̃ si statuto caueatur, vt executio instrumenti

strumenti ita fiet cõtra hæredem, ſicut contra defunctum, tale ſtatutum intelligatur, niſi hæres fecerit inuentarium, & vires hæreditatis non patiantur, vt in hac glo.not.ex quibus ſubdit Salic. ſe vidiſſe decidi aliam quæſtionẽ, ſ. ſtatuto cauetur, vt quis pro debito confeſſionato poſſit incarcerari: certè (inquit) hæres, qui fecit inuentarium pro debito à defuncto confeſſionato, nõ poterat incarcerari. hæc Salic. qui latius idipſum docuit in d.l.2. col.3. verſ. Aut reſtrictio, quam intendimus facere poterit fieri ſalua ratione ſermonis. Idipſum breuiter docuit Bart. in d.l.2. C. de noxa. act. referens ſe latius de eadem dixiſſe in l. omnes. ff. de iuſti. & iure. Idem docuit rurſus Bart. in l. non dubium. nu.9. C. de legibus. Bald. idipſum docuit in d.l.2. & in l. ab executiõe. col. pen. C. quo. appel. non recip. Idem Alex. docuit in dicto §. in computatione. col. 4. nu.10. verſ. in eadem ibi, ſed quid ſi ſtatutum: Aſſerens, quod licèt Cyn. & Ray. ibidem contrarium docuerint, & q̃ Ray. fuerit motus, quia aliàs ſequeretur, quòd ſtatutum nihil operaretur cõtra. l. fin. ff. de legat. 1. & c. ſi Papa. de priuileg. in ſexto. tamen dictæ Gloſæ (inquit) hoc ipſum docentis ſe ſubſcripſerunt ibidem Iac. de Bel. Fran. Tigr. Bar. Bal. Salic. Fulgoſ. & Paul. de Caſt. vnica voce dicentes, ipſam Glo. valde notandã ad hoc, ſcilicet quod ſtatutum debeat interpretari ſecundũ ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur, & quòd hanc Gloſ. ſequuntur Imol. & Anch. in c.1. ext. de teſt. & reſpondens ad ſi quando. cum ſimilibus, dicit fore reſpondendum, quòd ſtatutum debeat interpretari, iux. ius commune, ne quis indebitè patiatur damnum, etiã ſi ita interpretando, ſtatutum nihil operaretur, ſed vbi quis indebitè damnum non pateretur, tunc foret interpretandum vt aliquid operaretur. Et quòd ſtatutum ſit interpretandum, iuxta ius commune, ne quis indebitè aliquid pateretur, docuit tex. in c. cum dilectus. & in c. ad audientiam. ext. de Cleric. non reſid. & ibi per Anton. & Imol. & in c. ex parte. lo vltimo. ext. de verb. ſignific. & ibi Antonius, qui hoc ipſum ſenſit in c.1. de reſcript. Idem repetijt Imo. in l.4. §. Prætor. ff. de damn. infect. verſ. quæro quid ſi ſtatutum, concludens, quòd quando non datur graue præiudicium parti (dato, quòd ſtatutum non intelligatur, ſecundum ius commune) tunc ſtatutum intelligetur, prout verba iacent, vt aliquid addat iuri communi, non autem quando graue præiudicium generaretur alicui: Nam tunc etiam poterit dici, q̃ ſtatutum aliquid operetur, quia addit nouum vinculum vltra vinculum iuris communis, vt docuit Bart. ad l.1. ff. ad l. Falcid. & Ant. de Butr. in dicto c. ex parte. per illum tex. Idẽ rurſus docuit Alex. in l. ſi quis priore. col.2. verſ. iuxta Glo. dicit Rom. ff. ad Senatuſconſul. Trebell. vbi concludit cũ Bar. & Io. Calde. contra Bal. quòd ſtatuta etiam ſi veniant derogatiuè

contra

contra ius cõmune, recipient interpretationem à iure communi. Nam si statutum augebit legitimã filiorum, habebunt tunc locũ omnia iura communia disponentia de legitima filiorũ: vnde filius in tali legitima non poterit gratiari sicut ius commune disponit in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. Ad hoc accedit quod ipse Bald. docuit in rubri. extra de cauſ. poſſ. & propriet. col. vlt. vbi dicit, q̃ si statutũ venit ad ampliandum ius commune, tunc idẽ erit in ampliãte, quod in ampliato: vide ibi alia per ipsum Alex. ibidem. Idem docuit Iaſ. in d. §. in computatione. col. 4. num. 2. & 13. quod & breuius repetijt in Authent. Præterea. col. 5. nu. 14. verſ. iſta ſolutio non eſt bona. C. vnde vir & vxor, ſequens Alex. in d. l. ſi quis priore. in caſu ibi propoſito, ſcilicet etiam quando ſtatutum procedit derogatiue ad ius commune, aſſerens, quòd contra Bal. docuerit Io. de Imo. in l. ſi vero. §. de viro. in primo membro princip. ff. ſolu. matrim. & Rom. in d. l. ſi quis priore, qui aſſarunt Valentiæ contra Bal. conſuluiſſe. Idem repetijt breuitus ipſemet Iaſon in l. Marcellus. in nor. 4. nu. 6. ff. ad Senatuſcõſul. Trebell. Idem docuit Mãtua in ſua collect. iuris. in d. §. in computatione, vbi elegantèr, (more ſolito) multipliciter exemplificat hanc noſtrã cõcluſionem, ipſam approbando. Idem docuit Feli. in c. edoceri. de reſcript. quẽ ſequitur Caſſa. in cõſuet. Burgũd. in rub. 6. §. quinto, in fi. verſ. & ad illud, quod dictũ eſt ſupra. f. 872. aſſerens, q̃ tũc tale ſtatutũ melius erit, vt ſit fruſtratorium, & nihil operetur, quã, q̃ quis iniuſtè inde damnum patiatur, & q̃ hæc ratio iã adducta militet in caſu noſtro vltra citatos Doc. idipſum ſentijt Carpanus in tracta. ſupradicto, in declaratione c. 141. ſtatutorum Mediolanen. f. 202. nu. 22. his præcipuis verbis vtẽdo, ſ. q̃ etſi per ſtatutum remoueatur appellatio, tũ ex iuſtis cauſſis licet appellare, 45 † de quib. per Spec. tit. de appell. §. In quibus, n. 28. maximè ſi quis manifeſtè grauaretur, vel euidenter ſnia ſit iniquã, vt in his terminis not. Alex. conſ. 113. nu. 8. & 9. vol. 5. Decius conſ. 49. nu. 3. Socin. ſen. conſ. 39. col. 3. nu. 10. cum ſeq. vol. 4. Idem Rebuffus tract. de appell. art. 3. Gloſ. 2. nu. 17. Idẽ Nat. cõſ. 172. nu. 4. vol. 1. Menoc. tract. adipiſc. reme. 4. nu. 852. vel ſi lata ſit ſine cauſæ cognitione, vt ibi penum. nu. 855. Idem notat in ritib. magnę curię. c. 44. nu. 12. ad finẽ, & nu. 13. & q̃ tantum friuolæ appellationes ſint reiectæ per dictũ ſtatutum, non autẽ iuſtę, not. Menoch. tract. arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 197. nume. 3. & docuit etiam Carpanus, vbi ſupra.

In caſu etiã noſtro militat doctrina Doctorum infraſcriptorũ, dicentium, q̃ ſtatutum prohibẽs appellationem non habebit locũ, quando ex actorum inſpectione poterit cognoſci notoriè iniuſtitia ſententiæ latæ. Quoniam admitteretur tunc appellatio. Nã hoc ipſum docuerũt infraſcripti Doctores, videlicet Gloſ. ſingul. in c. ex eũ quæſtione, in verſi. poſt appellatio-

pellationem.extr.de restitutione spoliatorum, dicens teneri appellationē, licet in litteris fuisset inhibita, quia remotio appellationis nō impedit appellationē, vbi manifestè quis grauatur, vbi communiter per Canonistas idem dicitur, cuius decisioni fauent. tex. in c. postremo. c.pastoralis. & c. vt debitus honor.ext.de appell.& ibi per Glos.& Doct. & præcipuè per Glos. magnam in dicto c. vt debitus. in vers.absque rationabili causa. vbi habetur, quòd clausula appellatione remota,prohibetur appellatio irrationalis, & frustratoria,quæ à iure non conceditur:non autē quando quis præsentia non iniustè grauaretur.Idē docuerūt infrascripti Doct. Nam Horatius Carpanꝰ nouissimè scriptor, & doctus statutorum interpres in suo sępe citato tract.super statuto Mediolanen.quod similiter prohibet appellationem ferè ijsdem verbis vtendo,quibus vtitur statutum nostrum Genuens. ipse Carpanus (inquam) in primo vol. ad c.116. fol.172. col.2. nu. 163. vers. appellatio pariter. dixit,ꝙ appellatio pariter admittatur à duabus sententijs conformibus,non obstante dicti statuti dispositione, quādo iniustitia esset euidens,& notoria ex actis,vt tradit Bal.in consi.141.ad finem. vol.1.& in l.1.num.4.C.si de moment. poss. & Alex.in consil.106. nume.27. vol.3. per.in c.pastoralis.circa finem.ext.de appell.Idipsum repetijt idē Carpanus ibidem ad c.141.fol.202.nu.22.vers.c. appellatione remota,dicens, quòd etsi remota fuerit per statutum appellatio,tamen ex iustis causis licebit appellare, de quibus per Specul. tit.de appell. §.in quibus.nu.28.& in fine. versi.nec est verisimile, dicit, quòd non sit
47 verisimile, † Principem per clausulam,scilicet appellatione remota, velit ius litigatoris auferre,& in dicto nu. 28. dixit breuiter, ꝙ non obstante prohibitione appellationis propter iniquitatem sententiæ, vel facti Iudicis, grauādo aliquē contra ius, poterit appellari,& quidē hoc verificatur, maximè si quis manifestè grauaretur,vel euidenter sententia sit iniqua, vt in his terminis not.Alex. in consil.113.nu.8.& 9. volum.5. Dec.in consil.49.nu.3. Socin.sen. in consil.39.col.3.nu.10.cum seq. vol.4. Idem Rebuffus in tract. de appel.artic.3.Glo.2.nu.17. Idem Natta in cons.172.nu.4.volum.1. Menoch.in tract.adipiscen.remedio quarto,num.852. Idem not. Cummia in ritibus magnæ Curię.c.44.nu.12.ad finem,& nu.13. & quod per huiusmodi statutum solum appellationes frivolæ sint reiectæ: non autem iustè docuit idem Carpanus vbi supra,nu.25. sequens Menoch. in tract. arbitr. lib.2.cent.2.casu 197. nu.3.

In huius sententiæ fauorem faciunt dicta per Bal. qui dictæ Gl. se subscripsit in l.1.C.si de momē. poss.sue.app. cuius sententia nō refert ac sequitur Alex. in consi.suo 301.incip.Viss.dubitat.vol.5.Abbas in consil.44.incip.In præsenti quæst.& vltra medium,quos Doctores retulit, ac secutus fuit Hyp.

polit[illegible]us

politus de Marsil.in consil.81.incip. Salus omnium.nu.68. versic. Item in casu nostro potuerit appellari, & in versicu.sequentibus. Ad hoc facit, quòd docuit Bald. in l.si ex prædijs. C.de euictionibus. vbi dixit,quòd stante statuto, ꝙ contra instrumentum nulla
48 posſit opponi exceptio, † quòd tamen poterit opponi exceptio, euidés ex inspectione instrumenti,quod dictum refert,ac approbat Barbat.in cap.cùm in iure.in pen. char.col.vlt. de officio delegati.Rom.in consil.suo 42. incip. Visis,quæ egregiè: Ad hoc ipsum facit, quod docuit Io.de Imol.in l.fin.col.9.ff.à quibus app.non licet. vbi dixit, quòd stante statuto,quòd contra instrumentum publicum non posſit opponi aliqua exceptio, nisi exceptio solutionis : Quòd tamen tali casu poterit opponi alia exceptio, quæ ex inspectione instrumenti ipsius apparet.Idem docuit Cynus in l.ita nobis cordi.C.de adult. & Antonius de Gama. in tract. suo guarrentigiæ in 1.& 2.quæstione, dicentes, quòd si statutum dixerit, quòd nulla exceptio posſit opponi,nisi talis & talis,tamen aliæ iustæ non censentur excluſæ, & hos Doct.refert,ac sequitur Bar.Soci. in cons.suo 225.col.2.vers.secundò ; quia ad hoc faciunt multa, quæ in materia præsenti exemplificando in multis,docuit idē Hyp politus de Marsil. in l.1. §.si serui quasi. nume.6. & deinceps. ff. de quæst.vide ibi latissimè per eum. Necnon & quod docuit Petr. de Anchar.in cons.suo 212.incip.de iure cōmuni. circa finem, vbi dicit, quòd statutum prohibens, ꝙ contra sententiam non posſit opponi de nullitate,non habet locū de nullitate, quæ cōstat ex inspectione actorum,& concludit ipse Marsil.ibidem nu.13.dicens,quòd per talia limitandum erit, ꝙ di-
49 catur in statutis,† vel priuilegijs (quibus non obstantibus) quoniā per euidentiam, & inspectionem oculorum admittetur probatio cōtra prędicta. Quapropter cùm ex inspectione actorum, ac inibi productorū elucere notoriè (cum debita reuerentia tamen sit dictum) poterit iniustitia sententię latæ contra Magnificum Boeriū, inde apertissimè sequitur, ꝙ non obstāte statuto (si quod esset denegans grauato appellationis remediū) appellatio ipsa esset admittēda,cùm inibi solùm debeat intelligi prohibita frustratoria, & non legitima appellatio proposita à grauato notoriè: Ad hoc ēt confirmandum accedit, quod docuit Alciat.in repet.c.cùm cōtingat.nu.145.versic.primò statutū. extra de iureiuran. dicens , quòd statutum non potest generaliter
50 prohibere appellationem, † etsi prohibeat, erit nullū, scilicet indifferēter. Idipsum scilicet quòd appellatio in casu nostro sit admittenda , probatur & alio medio. Quoniā ipse Magnificus Boerius offert se probaturū iniustitiā sententiæ contra se latæ per notorietatem iniustitiæ resultātem ex inspectione ipsorum actorum. In quibus debebat fundari vera, ac legitima sentētia in sui fauorem;

&

& contra aduersarium, cum proculdubio si omnia producta in actis Illustres supremi Sindicatores, vel deputati ab ipsis iusta statera librassent, ex ipsis vtique coacti fuissent sententiã in fauorem Magnifici Octauij Boerij pronunciare contra Magnificum Albaram, & non è contra, vt fecerunt: & quod verum sit, quòd non habeat locum statutum nostrum Genuense prohibẽs appellationem, quando notoriè ex actorum inspectione patere poterit iniustitiam sententiæ vltra allata hucusque, probatur auctoritate Carpani loquentis in casu nostro, ac interpretantis verba ipsius statuti, (vt supra diximus.) His enim verbis vsus fuit in responsione ad cap. 398. vol. 2. fol. 176. col. 2. nu. 35. verbo non cẽsetur autem. docens, quòd non obstante statuto prohibente exceptionem proponi contra sententiam latam, dicit tale non remouere exceptionem, quam quis vult incõtinenti probare, vt tradit Abbas in c. super eo. nu. 7. de offic. deleg. & Dec. in consi. 424. nu. 6. & cons. 467. nu. 6. & 7. ac Asin. sua praxi iudiciaria, §. 31. cap. 26. & Rol. a Valle tract. de inuent. parte princ. quarta, versic. quæritur etiam, nu. 22.

Ad hoc ipsum probandum accedit conclusio vera, & communis Doct. sententiam, dicentium;
51 quòd quando sententia † notoriè iniqua sit, tunc ipsa erit nulla ipso iure, cui sententiæ se subscripsit Ant. Gabr. in tract. concl. lib. 2. tit. de sententijs concl. 10. num. 1. referens innumeras Doct. sententias, & quamuis in num. 4. verb. Primo limita. referat multos Doctores dicentes dictã conclusionem veram, si intelligatur de alio notorio, quàm quia de eo constat in actis: nihilominus in nu. 5. verbo contrarium, refert infrascriptos Doct. idem docuisse in notorio resultante ex actis, & sunt infrascripti, videlicet. Iac. de Are. Petr. & Cin. in l. ex diuerso, §. fin. ff. solut. matrim. Cin. in l. 1. col. 1. vers. sed quid si Iudex. C. de error. calculi, Guido Papæ singu. 183. Alex. qui dicit communem opin. in consi. 91. col. 1. vers. quia licet, vol. 6. Lofred. consi. 32. col. pen. vers. & hæc cõclusio. Cuman. in l. cum prolatis, versic. illa opinio. ff. de re iud. Rom. in l. admonendi. nu. 20. ff. de iureiur. Imo. in c. cùm dilecta. col. fin. vers. sic obstat, & in fine, versic. facit ad matetiam. de rescript. Ias. in l. 1. col. 3. vers. secundum est. C. de error. calculi. Paris. consi. 107. nu. 10. vol. 4. Barbat. in cap. quoniam contra, nu. 52. vers. Bal. in d. l. 1. de probat. Card. in c. cum in nostris, colum. 6. in 3. q. de concess. præben. Ang. in l. si pars. versic. in eadem glo. ff. de inoffic. testam. Rota in nou. decis. 341. in fi. vers. & hoc verum. Rui. consi. 209. col. 10. vers. nec valuit bannum, vol. 1. Beltr. cons. 130. col. 3. vers. præterea sententia præfata, volum. 2. in nouis, & quòd vera fuerit nostra sententia in terminis suis, & approbata a dicto Ant. Gabr. non obstante sententia contraria multorum, quam ipse Ant. licèt vo** cet esse opinionem magis communem,

munem, nihilominus statim ipse subintulit, dicens dictam contrariam sententiam sublimitandam fore, dicendo ipsam veram, nisi ipsa sententia haberet expressam relationem ad acta, ex quibus iniquitas appareat, quoniam tunc ipsa sententia dicenda erit nulla. Et quoniam sententia, de qua agimus habet apertissimam relationem ad acta, ex quibus comprobatur iniustitia sententiæ. Id-
52 circo †Doct. citatos ab ipso Ant. Gabr. vbi supra ad hoc ipsum cõfirmãdum ad verbum referemus. sunt ergo infrascripti, videlicet Bar. enim in l. 1. col. 1. vers. quandoque nõ est expressus. & ibi Iaf. col. 3. vers. in 2. casu, vbi dicit cõmunem opin. & Dec. col. 2. vers. 2. Bal. concl. C. de errore calculi. Innoc. in c. cùm Bertoldus. col. 2. in glo. in verbo. concessimus, & ibi Ant. de But. col. 6. vers. quintus casus, de re iud. Imo. in l. si is, ad quẽ. col. 2. vers. ex prędictis, & ibi Iason num. 19. & seq. ff. de acq. hæred. Bal. in l. exceptione, circa fin. vers. sed quid si exprimit. ff. de fideiussoribus. Antonius de Butrio in cap. ab excommunicato col. 5. vers. quandoque fertur sententia. de rescript. Imola in l. ex diuerso. §. si in iudicio. col. 1. vers. & intellige. ff. sol. mat. Ant. de But. in c. quoniam contra, col. pen. vers. si ex actis, & ibi Imol. columna quarta, versiculo interdum verò, & Dec. numero 37. versiculo tertius casus. de proba. Franc. in capitulo dilecto. columna 45. & sequent. versiculo, sed tu considera aliquos casus. de appellat. Alex. in consi. 123. col. 4. versic. tamen quo ad propositum. vol. 1. Socin. in consi. 99. num. 13. vers. ex quo apparet. vol. 3. vbi dicit, istã communem opin. Curt. iun. cons. 170. col. 2. vers. confirmantur præmissa. Abb. in c. inter cęteras. col. 2. versic. quandoque non est expressus, & versic. si vero apparet de re iud. Aflict. decis. 39. nu. 5. & decisi 47. col. 1. vers. sed per me fuit. Imola in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 7. vers. tu adde. ff. de verborum obligatione, Roman. in l. si is ad quem, numero decimosexto, ff. de acquirenda hæreditate. Anton. de Butr. in capitulo in præsentia, columna secunda, versiculo quandoque allegatur. de renunciat. Felin. in capitulo inter cęteras, columna prima, & sequen. versiculo recipit ista conclusio. de re iud. Barba. consilio decimooctauo, columna quarta, versiculo etsi quispiam, volumine primo. Socinus in regula 254. in vndecima limitatione. Grammaticus consilio 135. columna prima.

Ad hoc accedit sententia infrascriptorum Doctorum dicen-
53 tium, quòd talis sententia † habens expressam relationem ad acta reddatur nulla, etiam si in genere facta sit relatio ad acta, licèt non ad certam partem actorum, vt docuerunt infrascripti Docto. videlicet Aretin. in l. si is, ad quẽ. columna penultima, versiculo & aduerte diligenter, ff. de acquirenda hæreditate, Decius in capitulo quoniam contra. numero trigesimoseptimo, versiculo &

maximè de probat. Inſuper id ipſum probatur auctoritate infraſcriptorum Doct. dicẽtium, quòd etiã ſi ſententia non ſe referat expreſsè ad acta, ſed error conſiſtat in ea parte actorum, ad quam de neceſſitate refertur ſententia ſine expreſſa relatione, vt tradit Bartolus in l. 1. verſic. aut eſt lata ſimpliciter, & ibi Iacobi. colum. penult. verſic. aliquando vero error eſt. & ibi Decius colum. 3. verſic. tertia concluſio. & Riminald. in verſic. in gloſ. magna, vbi declarat. C. de errore calculi. Bald. in l. 2. circa finem. verſic. ſed ſi in libello. C. de re iud. Angel. in l. 1. §. Item ſi calculi. ff. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcind. Alex. conſil. 81. col. 1. verſicu. plus dicit Bal. vol. 2. Abb. in cap. inter cæteras. col. 21. verſic. aut eſt lata ſententia, & ibi Felin. declarat in 3. col. verſicu. 4. declar. de re iudic. vbi tripliciter reſtringit. Areti. in l. ſi Titius. col. fin. verſ. in vno tamen caſu. ff. de verb. oblig. Feli. in c. quoniam contra. col. 14. verſic. iſtum caſum limita. & ibi Decius nu. 36. verſic. prędicta concluſio. & Pariſ. nu. 111. verſ. & circa materiam, de probatio. Gram. conſi. 235. col. 1. quos refert, ac ſequitur vbi ſupra Antonius Gabr. nu. 12. in verſic. ſecundò amplia.

Ad hoc ipſum probandum accedit & alia ratio militans in caſu noſtro, ſcilicet quoniam licèt
54 à ſententia lata à Principe † ſupremo, non recognoſcendo ſuperiorẽ, non poterit appellari regulariter. (cum appellatio ſemper fieri debeat à Iudice inferiore ad ſuperiorẽ.) Nihilominus fallit hæc regula quando Princeps pronunciaſſet ſententiam in aliquã cauſam ad relationem alterius: nam tunc conceditur de iure appellatio, prout docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet Rom. in conſil. 21. Soc. in conſ. 165. col. 3. verſ. poſtremò poſito. Dec. in c. intimaſti. col. fin. verſ. tertius caſus, & ibi Philippus Francus col. 3. de appell. Pariſ. in tract. Sindic. fol. 21. Ripa in cap. 1. circa tertiã columnã. de reſcriptis. Nicel. in concordia 6. in 19. caſu. Abb. in 1. diſput. incip. Epiſcopus, col. 13. poſt. ad Felin. in rubric. de appel. colum. 3. poſtil. ad Paridem de Puteo in tract. Sindic. fol. 20. Goza. in conſ. 101. colum. 2. Rebuffus in l. quòd iuſſit, in ſecundo nota. nu. 52. ff. de re iud. Rum. conſ. 30. col. 2. volum. 4. Gram. deciſio. 35. At cum in caſu noſtro ex ſententia ipſa lata per ſupremos Sindicatores non fuit proprio motu ipſorum lata, præcedente ponderatione actorum, & eorum, quæ in ipſis fuerant allata, ſed ſolùm ad relationem Iudicum delegatorum, quibus ipſi Illuſtres Sindicatores inueſtigationem rationum vtriuſque partis, ac compilationem actorum commiſerant, vt palàm ex contextu verborum, tam ſententiæ ipſorum ſupremorum, tum ex relatione dictorum deputatorum luce meridiana clariùs eluceat: inde apertiſſimè colligitur, quòd dato, non conceſſo, nec concedendo de iure, vt latiſſimè per ſupra allata fuit probatum, quòd prædicta ſtatuta Genuenſis

nuensis ciuitatis fuisset prohibita appellatio à sententijs supremorum Sindicatorum tanquam à supremo ferè Tribunali. Nihilominus in casu nostro non haberet locum, tum quìa supradictam Tribunal est Tribunal Serenissimi Senatus, ac per consequens non diceretur sententiam latam fuisse à Principe, à quo non licet appellare, tum etiam quoniam (vt diximus & probauimus) etiam si lata fuisset ab ipso Serenissimo Senatu ex relatione aliorum, stante supradicta Doctorum vera sententia, omnino fatendum esset admittendam fore appellationem a tali sententia, vel saltem secùdum infrascriptos Doctores, quibus, cùm videretur dicta sententia Doctor. supradictorum aliquantulum derogare dignitati Principis supremi, dixerunt, q etsi a sententia Principis non possit appellari, tamen omnino poterit appellari a relatione facta ipsi Principi, super quam Princeps ipse fundasset eius sententiam. At cùm in casu nostro vtroque sentẽtia Doctorum, quæ prima fronte videbatur contraria ambæ Doct. sententiæ faneant appellationi propositæ a Magnifico Octauio Boerio ipsos hic referre studuimus: hoc.n. censerunt Abb. in capitulo intimasti, columna finali, versiculo tertius actus, de appellatione, & ibi Imola columna prima, Angel. Aretin. in l. prima, §. primo in fine. ff. de appell. recip. Domi. in capitu. biduum. §. si quidem, & ibi Cardin. Alexand. qui declarat consilium Romanum. 2. quæstio. 9. & quòd non appelletur, sed sit exequendo, & ad hoc malè loquatur Roman. tenet decisio Neapolitana 111. in nouis.

Nouissimè verò in hac quæstione, in qua controuertitur an appellatio emissa à Magnifico Boerio sit admittenda, nec ne. Nobis & alia obuiat ratio, vltra innumeras supra recensitas, & 55 est: quoniam statutum † Genuense vti iuris communis correctorium, erit strictè intelligendum, in tantum, quòd vbi esset dubium, an appellatio in casu occurrenti esset admittẽda, nec ne, omnino foret pronunciandum à Iudicibus posse appellari, prout latissimè in primo, & secundo fundamento præsentis nostræ consultationis probauimus: idcircò modò sufficiat nobis afferre sententiam Carpani in simili casu, in tractatu sepe citato, in volumine primo, in responsione ad c. 116. f. 172. nu. 157. (nec possit vlterius appellari. in fine. in verbo. hæc causę indagatio, dicentis. Hæc autem indagatio vtrum possit appellari, nec ne, à sententia, de iure communi est non modicę vtilitatis: quia si posset appellari, (prout communior sententia videtur, & verior) statutum hoc vti correctorium iuris communis esset strictè intelligendum, & vbi esset dubium an essent à sententiæ conformes, vel ne in dubio pronunciandum non conformes, vt posset appellari. Ita notat in in his terminis Decius consilio 385. numero secundo, versiculo

secus vt videre licet. Burſat. conſilio 219. numero decimoquarto, volum. 2.

Hæc omnia allata hic per nos ſi æquo animo, ac hilari vultu ab Illuſtribus Iudicibus ad verbum perlecta, & peroptima eorum acutiſſimorum ingeniorum ſtatera fuerint librata (Deo Optimo Maximo duce) procul dubio, vt tam ſingulares Iuriſperitos decet, admittendam fore appellationem a ſententia ſupradicta per Magnificum Boerium inter poſitam, definiendum eſſe ab ipſis Illuſtribus Dominis Iudicibus aſſeueramus.

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis. V. I. P.

An filius legitimatus per ſubſequẽs matrimonium quo ad omnia ſit æquiparandus (etiã in fideicommiſſo) filio legitimo, & naturali.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex ſoluta quod per ſubſequens matrimonium, cum cadens cõtractum à patre efficiatur quo ad omnia legitimus & naturalis probatur.*

2 *Impedimenti temporale in matrimonijs, quod tolli ſperatur etiam cum corporis periculo non irritat matrimonium.*

3 *Naturales filij legitimãtur per ſubſequẽs matrimonium in mortis articulo, vel à ſene contractum.*

4 *Matrimonium ſubſequens declarare dicitur effectum matrimonialem affuiſſe tempore copulæ fornicationis.*

5 *Spes non habendæ prolis quando vitiet matrimonium.*

6 *Matrimonium quare fuerit inſtitutum.*

7 *Iuranti matrimonium cum aliqua contrahere, quid faciendum ſit & ſi poſt tale matrimonium voluerit profiteri aliquam ex approbatis religionibus.*

8 *Matrimonium verum poteſt contrahi in articulo mortis.*

9 *Maria virgo Beatiſſima matrimonium contraxit, poſt propoſitum ſeruandi votum virginitatis in corde factum, ipſum non exprimendo voce.*

10 *Morte, nihil certius, & incertius hora mortis.*

11 *Mortis incertitudine non impedire matrimonium probatur.*

12 *Donationem cauſa mortis quotupliciter contingat fieri.*

13 *Donatum metu mortis inſtantis, ſi detur irrevocabiliter, cenſebitur in vita donatum.*

14 *Conſtitutus in infirmitate dummodo non fuerit alienatus à ſenſu, cõtrahens matrimonium, vel vo-*

uens

uens incurrit vincula, vt hic.

15 Matrimonium, a principio fuisse per subsequens matrimonium fingitur à iure, & nati verè legitimi, etiam si fuissent concepti vel nati ante matrimonium ipsum nouissimè celebratum.

16 Filius naturalis, vt legitimus efficiatur per subsequens matrimonium, quæ necessario requirantur.

17 Filiorum quo ad libertatẽ assequendam ex statu matris libera attenditur, scilicet matris status tempore conceptionis vel natiuitatis filiorum.

18 Assertio verissima (in qua diximus in articulo mortis posse legitimum matrimonium contrahi ab eo, qui esset sui compos) quinque modijs impugnatur, quibus tamen satisfit gradatim.

19 Spem sobolis satis esse habere in conualescentia, cum etiam sine illa esset verum matrimonium.

20 Naturalis filius per subsequens matrimonium legitimatus dicitur nouus filius, & quare.

21 Matrimonium non vitiatur ab eo, qui contraxit non habens propositum inde suscipiendi prolem: si hoc non deduxisset in pactum.

22 Iurans contrahere, prohibetur ingredi religionem, non adimpleto iramento.

23 Matrimonium per clericum in minoribus constitutum & beneficiatum contractum esse validum (& si ipse sit compellendus ad renunciandũ huiusmodi beneficium) probatur multis medijs.

24 Matrimonium contractum à clerico tunc beneficiato, & in minoribus solummodo ordinibus constituto facit legitimari filios antea natos, & probatur.

25 Filium natum ex clerico solum in minoribus constituto, & libera, per subsequens matrimonium contractum inter eos, antequã renunciasset ipse clericus beneficium, dicendum fore verè & propriè filium legitimum & naturalem dicti clerici, & non differre à quocunque legitimo & naturali filio cuiuscunque in omnibus, probatur peroptimè.

26 Textũ in c. tanta. extra qui filij sint legit. comprehendere filios natos ex clericis in minoribus constitutis, & beneficiatis contrahentibus matrimonium ante beneficij renunciationem: probatur apertissimè.

27 Matrimonium subsequens purgat omnem maculam in filio naturali, & ideo de iure dicendi erunt quo ad omnia verè legitimi.

28 Legitimati per Principis rescriptum non erunt dicendi verè legitimati, sed solum per fictionem, & ideo nõ succedũt in feudis. et quare. nu. 41. nam differunt à legitimato, per sequens matrimonium. nu. 42.

29 Legitimatus per subsequens matrimonium fortitur omnes iuris effectus, quos legitimi & naturales habent, videlicet ad primogenia, feuda, aliaque omnia quæ expressim filijs ex iusto matrimonio natis deferuntur, admittentur, quia veniunt appellatione descendentium legitimè in quacunque dispositione. nume. 34. & dicitur verè legitimus & naturalis. & quare. num. 52.

Digitized by Google

30 Filius legitimatus per subsequẽs matrimonium comprehendetur in omni instrumento vel statuto, aut alia dispositione faciente mentionem de filijs legitimè natis. & in materia restringibili. num. 40.

31 Filius legitimatus per subsequens matrimonium nõ solum dicitur legitimatus quo ad successionem hereditatis paternę ac maternę, verum etiam quo ad successionem hereditatis agnatorum & cognatorum illorum, & vltra talium successionem excludunt omnes substitutos illis, num. 32. 33. & 36. & sic in feudo, & in iure patronatus nume. 38. & num. 45. etiam si dicatur ex suo corpore legitimè descendentes, et quare nu. 48. & 50.

35 Dispositio quecumque loquens de filio legitimè nato verificatur etiam in quocũque legitimato per sequẽs matrimonium. nu. 39. & 44.

37 Legitimatus per subsequens matrimonium dicitur natus ex legitimo matrimonio: & quare poterit esse Episcopus, ac assequi omnes dignitates etiam Ecclesiasticas.

43 Matrimoniali in materia, etiam in his, quę sunt de iure ciuili standum erit dispositioni iuris canonici. nu. 51. & hoc in vtroque foro. num. 58. & 59.

46 Sacri Canones prevalent iure ciuili non solum quo ad ordines clericales, verum etiam quo ad successiones, & legitimationes.

47 Legitimatus per subsequens matrimonium in fideicommissis excludit substitutum sub illa conditione, si decesserit sine filijs legitimis et naturalibus, & hoc non est mirum; cùm legitimatus per rescriptum idem faciat.

49 Donatio facta ex desperatione habendi filios, per superuenientiam liberorum legitimorum reuocatur ipso iure.

53 Statutum volens haberi aliquem pro ciue, efficiet ipsum verè ciuem.

54 Legitimatio per subsequens matrimonium restituit in integrum, sicut ius postliminij, & habet duo capita, vnum in quantum de præsenti restituit alteri iura sua, & in hoc disponit per veritatem, non per fictionem. Aliud in quantum trahit retro hanc iuris institutionem, et in hoc disponit fictè & non verè. & quare.

55 Nomina naturaliter significantia, sicut adiectio naturalis, respiciunt bastardos, sicut legitimos.

56 Legitimatus per subsequens matrimonium, vere comprehẽditur sub verbis testatoris, & ideo nullum ius aufert substituto, seu fideicommissario. & quare.

57 Filij legitimãtur per subsequens matrimonium celebratum etiam sine dotalibus instrumentis, & alijs solemnitatibus requisitis de iure ciuili tã in terris Ecclesiæ, quàm Imperij: & quare.

60 Filiatio etsi directè probari nõ possit, tamen probatio filiationis sufficiet, si fiat per famam vicinię, vel per præsumptiones, ex eo, quia pater nominabat talem suum filium, vel per similia. & quare.

61 Certus de aliqua re dicitur ille, cuius animus in contrarium nullâ ratione poterit inclinari.

62 Natus ex viro et muliere simul cohabitan-

Digitized by Google

habitãtibus præsumitur legitimus. & quare.

63 Filiationis quando quis constituatur in possesione.

64 Pater nominando aliquem filium, an probetur filiatio.

65 Sententiæ latæ contra se etiam absentem, quis stare tenetur quando adueniente illius scientia non reclamasset.

66 Deponens in vno iudicio tanquã testis, an sibi noceat in alio iudicio tanquam parti.

67 Testium depositio erit de iure interpretãda iuxta subiectã materiam articulorum, super quibus interrogantur.

68 Filius naturalis, qui potuit legitimari per subsequẽs matrimonium, non poterit legitimari per Principis rescriptum.

69 Testis deponens per verbum, credo, quando probet.

70 Vocanti aliquem filium suum, & pro tali in publico eum reputanti non præstabitur fides, si postea ipse dixerit non esse suũ filiũ. & quare.

71 Verbum, credo, prolatum à teste, quando dicatur positum affirmatiuè, ita vt probet.

DECISIO VI.

THEMA.

D. Bernardus Boerius existens Clericus, & in minoribus ordinibus constitutus, & beneficiatus, ex quadam D. Lucia Veneta suscepit D. Octauium, post cuius conceptionem, vel natiuitatem contraxit secum matrimonium ante promulgationem sacri Cõcilij Tridentini coram duobus testibus, post quod matrimonium dictus Octauius semper ab eodem D. Bernardo, & conuicinis, ac sanguine fuit habitus pro filio legitimo, & naturali per dictum subsequens matrimonium cõtractum cum dicta D. Lucia constituta ferè in mortis articulo, qui tandem D. Bernardus mortuus ab intestato, fuit ipso Domino Octauio vnico filio superstite.

Quæruntur modo infrascripta.

Primum, an filius supradictus naturalis per subsequens matrimoniũ legitimatus fuerit.

Secundum, an huiusmodi filius dicatur verè, & propriè filius legitimus, & naturalis Domini Bernardi supradicti.

Tertium, an huiusmodi filius comprehendatur in instrumento quocunque faciente mentionem de filio legitimè nato ex dicto Domino Bernardo.

Quartum, an huiusmodi filius dicatur legitimus, & naturalis, non

Digitized by Google

ſolum reſpectu patris, aut matris, verùm etiam reſpectu agnatorum, & cognatorum.

Quintum, an huiuſmodi Octauius filius ſic legitimatus excludat ſubſtitutum, vtputa ſi aliquis amicus, vel conſanguineus dicti Domini patris Domini Bernardi in ſuo teſtamento inſtituiſſet dictum nobilem filium Bernardum ſuum hæredem, & dixiſſet, q; ſi dictus nobilis filius eius deceſſiſſet ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio, ex tunc ſubſtituit Franciſcum hæredem.

Et hæc erunt gradatim examinanda Deo dante.

INVOCATO Sanctiſſimę Trinitatis Numine, ac Beatiſſimæ Deiparæ, Sanctiſſimiq; Patriarchæ Benedicti ſuffragio literis commendare ſtudebimus quicquid ex ſacrorũ Canonum, ac legum Imperialiũ decretis, Doctorumq; votis excerpere pro decidendis propoſitis quæſtionibus deſuper indultum fuerit.

Quo ad primum, vnica hæc ſtatuitur concluſio. Dominus Octauianus ſupradictus per ſubſequẽs matrimonium legitimatus fuit, ac legitimus, & naturalis filius effectus dicti Domini Bernardi. Hæc cõcluſio triplici medio probatur.

Primo enim per text. apertiſſimum in c.tanta.extra qui filij ſint legit. vbi hæc ad verbum habentur,† videlicet: [Tanta eſt vis matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, poſt cõtractum matrimonium legitimi habeantur.] hęc ibi. Idẽ habetur in §.fi.inſtitu.de nuptijs, & apertiùs in §.quibus.verſic.nec non. Inſtitu. de hæredit. quæ ab inteſt.defer. Idipſum apertiſſimè probatur per tex. in l. cùm quis à muliere. & l.nuper. C.de naturalibus liberis, & in Authent. quib. mo. nati eff. ſui. §. reliqui igitur ſunt.per totum.& rurſus apertiùs in Authent.de incęſtis & nefarijs nuptijs.§.dubitatũ itaque in quibuſdam gentibus. vbi habetur, q; filij naturales per ſubſequens matrimonium legitimentur in omni caſu, & quo ad omnia.

Probatur & ſecundò Doct. auctoritate infraſcriptorum, (vltra alios communiter idipſum tenentes in citatis iuribus,) videlicet Ant.de But.& Præpoſitus & Abb. in c.2. extra de frigidis & malef. & in c. innotuit, & in cap.cùm in cunctis.extra de elect.vbi Decius nu.23.cum alijs. Iaſon in l. generaliter.§.cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber. & poſthum.Doctores in dicto §.fin.inter quos præcipuè eſt Silueſter Aldobrandinus (Pater Clementis Octani Summi Pontificis moderni) necnon. Angel. Aret.num.11. verſ. quæro an deſponſatio facta in mortis articulo legitimet filios de concubina. Idem docuit Bal.in l.1.C.de priuileg.dot.& in dicta l.nuper. Idem docuit Ang. in dicta l.1. Idipſum latiſſimè, & elegan-

Digitized by Google

elegantissimè docuit Io. Andr. in Mercur. in Regn. sine culpa. de reg. iur. in sexto. & in c. tanta. ext. qui filij sint legit. Idem Mattheus de Afflict. in c. 1. §. naturales. not. 5. si de feu. sue. cõtro. inter domi. & agnat. vasal. in vsib. feudi. Idem Barbat. in repet. l. cùm acutissimi. nu. 241. cum alijs. C. de fideicom. Couarruuias in suo Epitome de sponsal. in 2. par. c. 8. §. 2. Guglielm. Mayner. in l. quoties. Idem nu. 9. & 21. cum alijs. ff. de reg. iur. Ioannes Brunel. in conclusione secunda, per omnes ampliationes suas ibi recẽsitas, vnà cum rationibus assignatis, & fundamẽtis earum. Chassaneus in cõsuetud. Burgun. in titu. (des succẽssionis) rubri. 8. §. 3. fol. 287. colum. 2. num. 2. Laurent. Sylua. in consil. 3. nu. 20. cum alijs. Decius in consil. 155. Ludouic. Gozad. in consil. 25. nume. 1. & 2. cum alijs. Nicolaus Boerius in decis. 159. per totum. Guglielm. Bened. in repet. c. Raynutius, in versic. & vxorem nomine Adelasiam. in princip. nu. 181. extrà de testam. Tiraquell. in l. si vnquam. in verticul. susceperit liberos. nume. 71. cum alijs. C. de reuocan. donatio. & in tract. de primogenitu. quæstio. 34. Socinus iunior in consil. 11. nume. 1. & sequent. volum. 2. Roder. Suarez in Glo. l. 1. titul. 6. lib. 3. fori. Ripa in repetitio. dictæ l. si vnquam. quæstio. 32. Curtius iunior in consil. 136. Ludou. à Sardis in tract. de natural. liber. cap. de legitimatione per verum matrimoniũ, cum tribus sequent. Antonius de Roselis in tractatu de legitimatione. libro primo, cap. de causa materiali legitimationis. Parisius in consil. 13. columna quarta, nu. 33. & in consi. 15. columna prima, volumine secundo. Marc. Mant. in consil. 45. Matur. Monta. in Authent. de hæredibus ab intesta. venien. collat. 9. pag. 36. Duenas in regula 336. Idem Alexand. in l. si quis posthumos, columna prima. ff. de liberis, & posthumis, asserens hanc esse communem opinionem. Ruin. in consil. 212. colum. 1. vol. 1. & consil. 263. num. 6. vol. 3. Idem Antonius Gabriel. in tract. conclus. lib. 6. titu. de legitimatione, conclus. 1. nu. 18. versic. octauo ampliat.

Probatur & tertiò infrascriptis nouem rationibus, quibus satisfaciemus nõnullis Doctoribus, contrarium asserentibus, etsi pauci numero sint matrimonium contractum in mortis articulo nõ esse validum. Prima quarum est. Cum impedimentum temporale
2 † in matrimonijs quod tolli speretur etiam cum corporis periculo nõ irritet matrimonium, vt docuit Innocentius in c. fraternitatis. extra de frigid. & malefic. & omnis infirmitas etiã constituẽs hominem in ferè mortis articulo sit huiusmodi, eò q; quamsępissimè ex tali periculo hoĩes passim liberentur. Inde sequitur veritas pręsentis nostræ conclusionis elici ex hac prima ratione, vnà cum allatis in quarta ratione reddita, eò magis, quòd filij naturales
3 † legitimentur per subsequẽs matrimoniũ in mortis articulo, vel à sene decrepitò contractum, vt docue-

docuerunt elegãtiſſimè infraſcripti Doctores, videlicet Io. Andr. in regula. ſine culpa. poſt longam diſputationem. de regulis iur. in ſexto, Panormitan. in c. 2. ext. de frigid. & malef. Idẽ rurſus Ioan. And. Ant. de Butr. & Præpoſitus in d. cap. tanta. Cin. & Alber. in l. quiſquis. C. de natu. liber. Ludoui. de Sard. in tract. de natur. lib. in cap. de legitimatione per verũ matrimoniũ, nu. 1. 2. 3. & 4. Ang. in §. fin. in fin. inſtitu. de nuptijs, hanc opinionem dicit eſſe communem Alex. in l. ſi quis poſthumos. col. 1. ff. de liber. & poſthum. Jaſon in l. ſed & quæſitum. columna tertia. ff. de liber. & poſthum, Didacus Couaruuias in epitome de ſponſal. par. 2. c. 8. §. 2. nu. 10. Paul. Pariſius in conſi. 13. nu. 68. lib. 1. Antonius de Roſellis in tract. de legitim. vbi eam latiſſimè examinat in principio. cap. de legitimationis cauſa materiali a nu. 23. vſque ad nu. 43. licèt videatur dubius hoc afferere. Idẽ latiſſimè docuit Ioannes Brunellus in tract. de ſponſal. concluſione ſecunda, ampliatione quarta per multa ibi allata. Didacus del Caſtillo in l. 12. Tau, nu. 25. & ibi Ciſuentes, num. 13. Guliel. Maynet. in l. quoties idem, num. 22. ff. de regu. iur. Abbas in c. commiſſum de ſponſal. Laurẽtius Siluan. in conſi. 3. num. 39. Ruin. in conſi. 163. nu. 6. vol. 3. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit. num. 73. C. de reuocan. donat. Montal. in glo. l. 2. titu. 6. lib. 3. fori. Nicol. de Vbal. in tractat. de ſucceſſionibus ab inteſtato. in principio, nu. 63. Ioannes Gualdenſis in tract. de arte teſtandi, titu. 1. cautela 14. num. 2. reſpondentes iuribus, quæ aſſolent citari ab aliquibus Doctoribus cõtra hanc primam rationem.

Secunda ratio. Cùm per tale matrimonium, non ſolùm dicatur quis de præſenti contrahere
4 matrimonium, † ſed retro habita talis affectio declarari, vt in l. cũ quis, & in l. nuper. C. de natural. lib. ſed illud poterit fieri in extremis, vt in §. quia verò legem. Authen. vt liceat matri, & auiæ, maximè idem procedet cùm dicatur nouam prolem nanciſci, vt in Authen. quibus mod. nat. effici. ſui. §. reliqui igitur ſunt.

Tertia ratio. Spes prolis † non
5 habendæ, tunc demum vitiat matrimonium, quãdo deduceretur in pactum, vt in cap. fin. extra de condit. appoſ. attamen in caſu noſtro non fuit ſuppoſitum hoc fuiſſe in pactum deductum: ergo.

Quarta ratio. Si matrimonium legitimum, & validum non eſſet, vbi ſpes prolis non adeſſet, ſequeretur hæc abſurda. Primum quorum eſt, quòd inter ſenes nõ poſſet contrahi matrimonium, quod eſſe falſiſſimum doctrina, & vſus longeuus in Sancta Eccleſia tales admittendos fore iudicãs ad matrimonium ſemper docuit, eo q̃ duę rationes finales inſtitutionis Sacramẽti matrimonij aſſignentur
6 † à Sacris Theologis, nempè propter prolis creationem, & remedium: Nam aliàs matrimoniũ contractum ab eo, qui cum iuramento promiſerat cũ aliqua contrahere,

7 trahere, † & postea pœnitens, volensque ingredi Religionem, vt seruaret iuramentum, contraxit cum illa matrimonium, & ante illud consumatum per carnalẽ copulam, ingressus fuerit Religionem, non esset verũ, & legitimum matrimonium: cùm videantur in ipso duo substantialia requisita defuisse, nempè spes prolis, cùm non intenderet ille cõtrahens ad coitum. Item defecit, & Sacramentum, quia per professionem faciendã intenderat contrahens, & per consequens diuertere a tali contracto Sacraméto, & tamen hoc ipsum cõsulnit fieri summus Pontifex Alexander Tertius in c. commissum. extra de sponsal. his præcisis verbis vtens, videlicet. [Turius est ei (religione iuramenti seruata) prius contrahere, & postea si elegerit, ad Religionem migrare: si tamen post desponsationem copula non dignoscitur interuenisse carnalis.] hæc ibi: sic ergo arguendo nõ solum ab identitate rationis, verùm potius a maioritate, dicemus legitimum, ac verum esse matrimonium contractum in periculo mortis, cùm
8 † non omnis in tali articulo constituti, nec eorum maior pars moriatur (experientia teste,) & è contra maior pars ingrediẽtium Religionem profiteantur tria vota atque seculo moriãtur. Idem verificator in matrimonio contracto a
9 † Gloriosa Virgine Maria cum Ioseph, quæ tamen ante matrimonium vouerat Deo interiori locutione virginitatem, vt docuit Sanctus Augustinus, & habetur in capitulo Beata Maria, 27. quæst. 2. & sic iuxta propositum animi non erat spes prolis.

Quinta ratio, cùm morte nihil certius sit, & hora mortis nihil
10 incertius, † & hoc sit generale, tam in egris, quàm in sanis, arg. in l. 1. ff. de condict. & demon. Tunc nõ obstat si dicatur in agente in extremis, merito timemus mortem de proximo futurã, quoniam etiam in eo, qui est hodie sanus cõtingere potest quod apoplexia, vel alias cito morietur: eo magis, q. sæpe contingere quotidiana ipsa experientia docuerit; sanari pronosticatos ad mortem, & è cõtra citò occumbere sanos. Quapropter concluditur, & meritò certitudinem, vel incertitudi-
11 nem, † quæ in omnibus mortalibus generaliter reperitur non impedire validitatem contracti matrimonij, aliàs de iure nullum legitime esset matrimoniũ quodcumque contractum.

Sexta ratio. Præterea donatio causa mortis fit aliquando metu
12 mortis non instantis, † aliquando metu mortis instantis de proximo, vt in l. Senatus. §. mortis. ff. de donat. cau. mor. & tamen donatum metu
13 † mortis instantis, si detur irreuocabiliter censebitur in vita donatum, vt in l. vbi. ff. eo. sed in matrimonio geritur semper cõtractus irreuocabiliter Domino IESV, dicente apud Matthæum. c. 19. versic. 6. Quod Deus coniunxit, homo non separet: ergo perinde habetur factum in periculo mortis instantis, ac si esset factum in vita. Huc etiã accedit,

quòd

Digitized by Google

quòd ſpirituale matrimonium, q̃ eſt per Religionis ingreſſum contrahitur ex profeſſione facta in periculo mortis, vt docuit textus in c. ſicut nobis, extra de regular.
14 modò propter infirmitatem † nõ fuerit alienatus a ſenſu, ac rationis vſu, vt in c. ſicut tenor. ext. eo. titu. quo caſu tunc neque carnale matrimonium teneret, vt in c. neque, 32. q. 7. & in c. dilectus, extra de ſponſal.

Septima ratio. Edictum de matrimonijs non contrahendis eſt prohibitorium, vt in c. cũ apud. extra de ſponſal. ſed in iure non reperitur cautum laborãti in extremis non eſſe licitum contrahere matrimonium, inde ſequitur ipſi eſſe cõceſſum, alioquin ſequeretur hoc abſurdum, quod is, qui iuraſſet contrahere matrimoniũ cum aliqua, & aliqua de cauſa tale iuramentum diſtuliſſet adimplere, conſtitutus poſtea in articulo mortis neceſſe haberet deierare inuoluntariè non contrahendo, & ſic inuoluntariè peccare mortaliter, quod prorſus abſonum eſſe a ratione per ſe patet: cùm ſubiectum peccati ſit voluntas, vt in c. Nabuchodonoſor. 23. q. 4. & omnes Theologorum ſcola ſemper docuit. Quapropter conuincitur veritas præſentis noſtræ concluſionis.

Octaua ratio. Cùm per legitimationem ſubſequutam per ma-
15 trimonium legitimè † ſubſequutum fingatur a iure ab initio legitimum fuiſſe matrimonium, & antea nati legitimi, vt in dicto c. tanta, & ibi communiter per Doctores, & per ipſum textum tenet Socinus in l. Gallus. §. fin. ſi eius. nu. 4. ff. de liber. & poſthumis, & per conſequẽs declaratur omnis coitus (præcedens ipſum matrimonium) licitus, & matrimonialis. Indè ſequitur, quòd ſicut in omnibus filius natus ex matrimonio legitimè contracto reputatur legitimus, & naturalis: eodem modo filius naturalis conceptus, aut natus per ſubſequẽs matrimonium iudicãdus erit in omnibus legitimus, & naturalis, prout etiam docuit Duenas in regula 350. ampliat. 3.

Nona ratio eſt, cùm ad hoc, vt filius naturalis legitimari poſſit per ſubſequẽs matrimonium re-
16 quiratur, † quòd parentes tam tempore conceptionis, quàm natiuitatis potuiſſent inuicem matrimonium contrahere, & in caſu noſtro ambo parẽtes, (vt fuit ſuppoſitum) poterant inſimul contrahere tam tempore conceptionis, quàm natiuitatis dicti filij. Inde ſequitur ipſum eſſe verè legitimũ, & quòd illa requirantur, docuerunt text. in l. nuper, verſic. generaliter. C. de natur. liberis, & infraſcripti Doctores, videlicet Glo. in c. 2. & ibi Doct. ext. qui filij ſint legit. & ſignanter Hoſtien. Ioannes And. Antonius de Butr. & ibi Præpoſitus nu. 17. in d. cap. tanta. Salic. in d. l. nuper. Hẽricus Boich in d. c. 2. ad hoc facit etiã textus in l. in ſeruorum. §. fin. ff. de ſtatu hominum, & in §. ſufficit, inſtit. de iuga. & manu. vbi probatur, quòd quo ad filiorum li-
17 bertatem † ſtatus matris tempo-

re

re conceptionis, vel natiuitatis attenditur. Ad hoc ipsum probandum facit etiam textus in l. qui in vtero. ff. de statu homi. Idem Duenas docuit in regula 350. ampliatione 19.

Etli verissima sit præsens nostra
18 decisio † posset tamen contra ipsam quis insurgere triplici telo ignito accinctus. Primum quorũ esset textus in l. nuper, vers. spẽ tollendę sobolis. C. de naturalib. lib. quam legem. Ad hoc ipsum probandum citabat Lac. de Aret. Secundum est, quoniam matrimonium videtur institutum fuisse a Deo Optimo Maximo ex causa primaria in statu innocentiæ in Paradiso voluptatis ad sobolis procreationem, vt in lib. Genes. capit. 2. [Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, quãobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.] Idipsum docuit Bonifacius Octauus in c. f. de voto, & voti redempt. Tertium est elicitum ex verbis Apostoli 2 Corinth. c. 7. dicentis. [propter fornicationem autem, scilicet vitandam, vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquaque suum virum.] Ex quibus videtur Sacramentum matrimonij pro causa secundaria, scilicet pro vitãda fornicatione. Cum itaque in matrimonio contracto in extremis videantur deesse illa duo substantialia, videlicet Spes prolis, & euitationem fornicationis. Inde videtur consequens esse, quod deficiente causa matrimonij in matrimonio contracto ab existente in articulo mortis deficiat ipsum matrimonium. Quartum diuersa sunt aliquid facere in vita, & aliquid facere in morte, vt patet in baptismo suscepto in morte & in vita. Nam baptismus susceptus in morte irregularitatem inducit quo ad promotionem ad ordines suscipiendos, vt in c. vnico, dist. 57. vbi præcipitur in Sacerdotem non ordinari baptizatum in mortis articulo constitutum, & Diuus Augustinus non audet asserere Sacramentum pœnitentiæ in tali tempore susceptũ esse illius efficatiæ, cuius est Sacramentum pœnitentiæ susceptũ in valetudine bona, vt habetur in c. si quis positus. de pœnitent. dist. 7. propter impedimentum suscipientis. Ad hoc additur quia aliquando in mortis articulo constituto denegatur sepultura, vt in c. super eo, extra de raptoribus. Quintum est, quoniam clericus beneficiatus donec non relinquerit beneficium, videtur inhabilis ad matrimonium contrahendum, ac per consequens non solum matrimonium sit nullum cum tali contractu, verum etiam quod per subsequens matrimonium contractum ab ipso beneficiato ante renunciationem beneficij, filij naturales antea geniti non efficiantur legitimi, & naturales virtute dicti matrimonij, prout specialiter docuerunt infrascripti Doctores citati per partem aduersam in dubijs propositis, videlicet Antonius de Roselis in suo tract. de legit. lib. 1. ti-

tu. de

tu. de causa mater. legitim. num. 18. in fine. Prępositus in c. per venerabilem, §. quod autem, circa finem, extra qui filij sint legitimi. Ludouic. de Sardis in tract. de legitim. in 2. par. q. 3. cap. de legitim. per verum matrim. num. 17. Bursat. in consi. 129. num. 74. vol. 2. & decis. Pedemont. 154. in principio; His non obstantibus adhuc asseueramus, & firmissime asserimus, verissimam fuisse & esse hanc nostram conclusionem, & satisfaciendo vnicuique ex propositis oppositionibus sigillatim earum fundamenta fucata, veris responsis subuertemus.

Ad primum ergo, respondendo, dicimus ipsum nobis nō ob-
19 stare, quia satis esset † contrahentibus matrimonium spes sobolis in casu conualescentiæ. eo magis quod sine tali spe poterit esse verum & legitimū matrimonium, prout latiùs supra probauimus, in rationibus allatis in fauorem presentis cōclusionis propter humanitatis solatium, qua ratione decrepiti, in quibus cessat omnis spes prolis, matrimonium verum & legitimum contrahunt, vt in c. nuptiarum. 27. q. 1. & in l. sancimus. C. de nuptis. & in c. Quòd si dormierit. & in c. Aperiant. 31. q. 1. quod & apertissimè docuit Glo. & ibi alij Docto. in c. quod sedem, in versiculo impotens, extra de frigidis & malef. Ad hoc additur & ratio vrgens: Nam fi-
20 lius † naturalis per matrimoniū legitimatus dicitur nouus filius per nouam ipsius qualitatem, & patris potestatem, in quam recidit, vt docet textus in §. si quis ergo: cùm enim non vitietur ma-
21 trimonium † si contraheretur ab eo, qui nō habuisset propositum habendi prolem, nisi deduceretur in pactum, vt in c. fin. extra de condit. appos. & in c. de infidelibus, extra de consang. & affin. ad hoc, videtur facere textus in c. commissum, extra de sponsal. vbi iurans contrahere matrimonium, prohibetur ingredi reli-
22 gionem † nō adimpleta promissione iurata: qui contrahens tamen pro tali causa nullo pacto conuincitur habuisse spem prolis. Cùm in contrahendo huiusmodi matrimonio non intenderit ad copulam habendam cum illa: immo post matrimonium cōtractum intenderit ingredi religionem. Quapropter patet in tali deficere duo illa bona matrimonij, idest spē prolis, & spem Sacramenti: quia intendebat per professionem diuertere à coniuge: & tamen dicitur tale matrimonium validum, quantò magis dicendum erit matrimonium validum & producere ex se omnes effectus, quos producunt generaliter omnia legitima matrimonia, cū tātū in vno deficiat, & per accidens solum. Et hæc dicta sufficiant pauca de multis allatis à Io. Andrea in c. sine culpa, de regu. iur. in sexto, & per Ioannem Brunellum in tract. de sponsal. & matrimonijs, conclusione 2. ampliat. 4. fol. 25. versic. Primò, dum allegat l. Nuper.

Ad secundam obiectionem respondendo dicimus ipsi fuisse satisfa-

tisfactum per allata responsione ad primam, cùm in idipsum coincidat, vt patet ad sensum. & supradicti Docto. idipsum ibidem docuerunt vbi supra, & vt breuiter respondeamus duab. alijs, scilicet tertię & quartę obiectioni, dicimus cum Io. And. & Brunello vbi supra, quòd ex responsione facta ad primã obiectionem fuit per nos satisfactum, & ipsis vt patebit rectè ponderanti omnia ibi allata.

Ad quintam autem obiectionẽ factam de clerico beneficiato, etsi facillima esset responsio: tamen quoniã respondendum omnino videtur auctoritatibus allatis in fauorem eorum, qui videntur asseuerare clericum beneficiatum non esse habilem ad contrahendum non præmissa renunciatione beneficij: sciendum ergo dictam Doct. sententiam, cum reuerentia tamen ipsorum dixerimus, non tantum nulli iuri innixam esse, verum etiam aduersari expresso decreto Alex. Tertij in c. 1. ext. de clericis coniugatis. vbi hęc ad verbũ, videlicet [si
23 qui clericorum † infra Subdiaconatum acceperint vxores ipsos ad relinquenda beneficia Ecclesiastica & retinendas vxoris districtione Ecclesiastica compellatis, sed si in Subdiaconatu, & alijs superioribus ordinibus vxoris accepisse noscuntur, eos vxoris dimittere, & pœnitentiam agere de commisso per suspensionis & excõmunicationis sententiam compellere procuretis] hęc ibi. Ex quibus patuit matrimonium contractum a clerico beneficiato in minoribus cõstituto legitimum, & ratum ab Ecclesia esse, ac per consequens sortiri omnes effectus, quos, cõmuniter alia matrimonia legitima, quoniam aliàs ipse Summus Pontifex decreuisset, ac declarasset illud esse nullũ, vt apertissimè docuit ibidem de matrimonio contracto a Subdiacono, & a constituto in superioribus ordinibus. Idẽ docuit apertissimus textus in cap. quod à te. extra de clericis coniugatis. Insuper sciendum, quòd nõ tamen defuerunt Doctores grauissimi non solùm omnes Canonistæ ibidem, verùm etiam multò plures ex Iuristis hoc ipsum docuerunt, quàm ij fuerunt, qui supradictæ oppositioni quintę se subscripserunt) expressè dicẽtes, quòd per subsequens marrimo-
24 nium contractũ a Clerico † tunc beneficiato in minoribus constituto legitimentur filij antea nati. Quapropter sciendum ergo quòd præsenti nostræ responsioni, ac sententiæ astipulati fuerunt expressè, ac libenter infrascripti Doctores, videlicet Ioannes Andreas in regula sine culpa. de regu. iur. in sexto, multis medijs ibi ab ipso allatis. Ioannes Brunellus in tract. de sponsal. conclusione secunda, ampliatione sexta. Bal. in cap. 1. in §. naturales. titu. si de feu. fue. contr. inter dom. & agn. in vsibus feud. sequens Ioan. Andr. Matth. de Affict. expressè in d. §. naturales. not. 5. nu. 38. Antonius de Butr. in c. tanta. ext. qui filij sint legitimi. Præpositus in dicto

dicto c. Tanta. expreſsè poſt longam diſputationem in quæſt. 6. nu. 12. & 13. & rurſum in c. per venerabilem. §. Quòd autem, nu. 12. eo. titu. vbi remittit ſe ad ea quæ dixit in dicto c. Tãta. Glo. in Pragmat. Sanctio. in titu. de concubinarijs. §. ipſas. in verſicu. Arcere. vbi poſt multa ſequens idẽ And. vbi ſupra, ita concludit Nicolaus de Vbaldis in tract. de ſucceſſione ab inteſtato, num. 60. pro hac vera opinione vltra plura allata fundamenta ſupradictis Doctoribus, Petrus Duenas concludit in regula 350. limit. 7. quòd inde ſequatur, quod matrimoniũ huiuſmodi contractum à clerico in minoribus conſtituto & beneficiato validũ ſit, & quòd etiam tèmpore conceptionis, vel natiuitatis filij potuiſſet cõtrahere cũ concubina, & filius ſic naturalis natus per ſubſequens matrimonium fuerit legitimatus, & quod faciat ad hoc l. 11. in legibus Tauri. Subactis ſupraſcriptis impugnationibus probatur & tertio pñs cõcluſio quo ad idem ẽt hac ratione vltra tot fundamenta allata à Ioanne Andrea, vbi ſupra in dicta regula ſine culpa: ad probandum hanc noſtrã ſententiam. Cum ergo textus in dicto c. tan-
25 ta, † extra qui legitimi ſint filij. generaliter loquatur de omnib. filijs illorum, qui à iure non fuiſſẽt aliàs prohibiti cõtrahere matrimonium, q ſubſequens matrimonium legitimentur, & vt ex ſupra allatis apertiſſimè patuit, matrimonium contrahere clericis in minoribus etiam beneficiatis licitum ſit: cùm ipſum per dictum tex. in c. 1. & in c. Quod à te. extra de Bigamis, declaretur validũ. inde ſequitur dictum textum in dicto c. Tanta. cõprehendere filios naturales clerici in minoribus conſtituti ac beneficiati: Nam dictus tex. in dicto c. Tanta. & in l. nuper. & in l. cum quis. C. de natural. libe. ſolum requirit, quòd tempore contractus matrimonij potuerit inter ipſos contrahentes validum matrimonium intereſſe: cùm ergo hoc ipſum verè reperiatur in caſu propoſito, de eiuſdem concluſionis veritate non erit ambigendum. Et per hæc ſit ſatisfactum primæ quæſtioni propoſitæ.

De ſecunda propoſita quæſtione, in qua fuit quæſitum an ipſe Dominus Octauius taliter natus ex dicto Domino Bernardo de iure dicendus ſit verè & propriè filius legitimus & naturalis ipſius. ſtatuendam duximus de propoſita quæſtione ſecundo loco vnicam concluſionem, dicendo dictum filium illius nobilis cle-
26 rici per ſubſequens matrimoniũ verè & propriè dici filius legitimus, & naturalis dicti Nobilis. Hæc concluſio probatur triplici medio: Primo enim per arg. in c. Tanta. extra qui filij ſint legit. cùm ibi dicatur huiuſmodi filios natos ante matrimonium contractum, poſt ipſum matrimonium legitimos habendos fore. Idẽ probatur per tex. in Authen. quib⁹ modis natu. eſſic. legit. collat. 6. & in Authen. quibus mo. natu. eſſic. ſui ibi. [nihil a legitimis

diffe-

Digitized by Google

differentes]in §.liceat tibi coll.6. Idē aptius docuit text.in Authē. de inceſtis, & nepharijs nuptijs. §.dubitatū, vbi hęc ad verbū habē tur, videlicet. [Dubitatū itaq; in quibuſdā gentib.ēt aliquid de legitimis filijs ex nr̄a conſtitutione factis exiſtimauimus recte ſe hr̄e tanq̄ legis p̄res, & adijcere ei, & ſoluere dubitationem, etenim cū tali intellectu ab initio legē poſuimus. Nā etſi legitimorū quiſq; ſit p̄, & abeūte ei⁹ vxore ex homi nibus legitimè tranſigente habue rit quandā conſuetudiné ad aliā mulierem, q̄ licebat ēt legitimè ducere vxorē, & fuerint ei filij ante dotalia documenta, ſi tñ ea fecit, aut ēt poſtea, vel etiā ſoli maneant ante dotalia filij: ſecundis autē non procreatis, aut ēt poſtq̄ nati ſunt morientib. exiſtimauerunt quidā non poſſe ſecūdos eſſe legitimos; qm̄ prę exiſtāt ex priori coniuge alij legitimi, & pprij filij, quod nullam rectā, & conſequentem hēt conſonantiam. Si.n. hmōi filios nos legitimos, & proprios demonſtrauimus (.ſ. ſi eorū mr̄em poſt eorum natiuitatē accepiſſet in vxorē ille, ex quo generati fuiſſent, vt docet ibidē glo. in verſ. demonſtrauimus dotaliū documentorū contenti cōfectione: legitimi vero ēt primi, i. nati ex concubina, q̄ poſtea duxit in vxorē, vt docuit glo. ibidē in verſ. primi conſtituti ſunt in oīb. venient igitur, inquit ibi glo. ēt ab inteſtato, & ex teſtō (ſicut & p̄, & lex permittit) proprij exiſtentes, atq; legitimi alterutriſque ſuccedent. Quid.n. aliud decernimus, cū ſufficiat legitima, & ſuorū appellatio ſub poteſtate eos oſtēdere, & dare etiā contra teſtm̄, quæ leges præbent, & oīa hr̄e quæcunq; huiuſmodi appellationem decent.] hęc ibi. Idē docuit Alex. in rubr. de liber. & poſthu. dicens legitimatum per ſequens matrimoniū nihil differre a verè legitimo, & q̄ hæc eſt communis opinio. Idē Decius in cōſ. 52. in princ. & huic ſententię quoque fauet textus in l. nuper, in princ. cum l. ſequenti. C. de natur. liber. vbi habetur, quòd legitimati per ſubſequens matrimonium efficiātur verè legitimi, & in poteſtate.

Probatur & ſecundo præſens concluſio Docto. ſententia. Nam infraſcripti ſe ſubſcripſerunt: glo. 1. enim in d.c. tanta. dixit q̄ nati ante matrimonium poſt contractum matrimonium erunt dicendi legitimi quo ad omnia, q̄a
27 ſubſequens matrimoniū † omnia purgat. Idem docuit Iaſ. in l. generaliter, §. cùm autem. nu. 9. C. de inſtit. & ſubſtit. Ant. de Butr. in c. innotuit. de electio. Paulus de Caſtro in l. fin. C. de his, qui veniam ętat. impetra. Ripa in l. ſi vnquā. in rubr. nu. 86. C. de reuocan. donat. Chaſſa. in conſuet. Burgun. in titu. (Des ſucceſſionis) rubr. 7. §. 1. fol. 128. col. 4. nu. 7. & Duenas in regula 350. ampliatione prima. Idem Antonius Gabr. in tract. conclu. lib. 6. tit. de legitimat. concluſ. 1. nu. 19. & 20.
28 addens, q̄ etſi legitimati † per reſcriptū, cum clauſula perinde, ac ſi nati eſſent ex legitimo matrimonio, tamen non erunt tales niſi per fictionē, vt per Mar. iun. conſi. 65. col. 1. vol. 2. Tamen ij,

qui legitimati fiunt per ſubſequẽs matrimoniũ, verè dicẽtur legitimi, prout docuit quoq; Ruin. in cõſ. 161. col. 8. vol. 2. & quod legi-
29 timatus † per ſubſequens matrimonium fortiatur oẽs iuris effectus quos legitimi hẽnt, & ad primogenia, feuda, aliaq; oĩa, q̃ expreſſim in filijs exiuſto matrimonio natis deferũtur, admittetur, vt ſrequenter placidũ aſſeuerant Alex. in l. ex facto. 6. ſi quis rogatus. nu. 18. ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Boerius in deciſ. 240. n. 16. Couarruuias in tract. deſponſal. par. 2. c. 8. §. 2. nu. 3.

Probatur & tertio irrefragabili rõne allata ſeptimo loco in probationem præcedentis concluſionis. Vide ergo ibi.

De tertia propoſita qõne, in qua hr̃ an dictus D. Octauius filius legitimatus per ſubſequens matrimoniũ comprehendatur in inſtrumẽto, vel ſtatuto quocũq; faciente mentionẽ de filio legitimo nato ex dicto D. Bernardo eius pr̃o.
30 Vnica cõcluſio ſit. Filius † d. Nobilis cõprehendetur in quocũq; inſtrumento, vel ſtatuto faciente mentionẽ de filijs legitimè natis. Hęc cõcluſio ꝓbatur auctoritate Doct. infraſcriptorũ. Præpoſitus hoc. n. docuit in c. per venerabilẽ. §. quod aũt. nu. 63. ext. qui filij ſint legit. Ant. de Butr. in c. innotuit, cõlũb. in fi. verſ. nota. ext. de elect. Decius in c. cũ in cunctis. nu. 29. ext. de elect. Paulus de Caſt. in l. fin. C. de his, qui ven. ęta. impetr. & in conſ. 155. col. pen. & fin. Ioãnes Campeg. in tract. de dote in par. 1. §. par. princip. q. 59. in fi. Pariſius in conſi. 13. nu. 40. vol. 2. Ioan. Crotus in repet. l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. nu. 82. & 169. ff. de liber. & poſthu. Petrus Duenas in reg. 350. ampl. 2. Hoc ipſũ docuit Ant. Gabr. in tract. cõcluſ. lib. 6. titu. de legitimatione, concl. 1. nu. 60. verſ. cõtrariã opinionẽ tenet. vbi recenſet quãplurimos Doctores (quos infra referam in diſcuſſione quintæ qõnis propoſitę, vide ibi.) dicentes quòd ad legitimatos per ſubſequens matrimonium extẽditur quęcumq; diſpoſitio, in qua diceret̃ de deſcẽdẽtib. legitimis, vel de legitimè natis.

De quarta propoſita qõne, in qua hr̃. An dictus filius dicatur legitimus, & naturalis non ſolũ reſpectu patris & matris, verũetiã reſpectu agnatorũ, & cognatorũ.

Vnica ſit concluſio dicti Nobilis filius per ſubſequutũ matrimo
31 nium † non ſolũ fuit legitimatus quo ad pr̃em, & mrem, inter quos ſubſequutũ fuit matrimoniũ legitimum, verũ ẽt quo ad alios agnatos, & cognatos, & quo ad aſſecutionẽ hereditatis pr̃næ, put cõiter tenent Doct. in c. 1. & c. tanta, ext. q̃ filij ſint legit. per tex. apertiſſimũ in d. c. 1. vbi Alex. III. infra ſcriptis pciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Cõqueſta eſt nobis N. q̃ cũ quandã mulierẽ in vxorẽ acceperit R. patruus mulieris ipſã exhęredare conatur eo, q̃ ante deſponſationẽ mr̃is ſuę nata fuerit, licẽt poſtea pr̃ mulieris prædictæ mr̃em ipſius acceperit in vxorẽ. Ideoq; mãdamus quatenus, ſi ita eſt, eã legitimã iudicetis, ꝓ dicto R. inhibẽtes ne dictæ mulieri hac occaſione ſup hęreditate materna moleſtiã inferat, vel grauamẽ: ſi au-

y Google

si autẽ contra hoc venire p̃sumpserit, eũ seueritate Ecclesiastica p-cellatis.]hęc ibi.Idẽ docuit Duenas in reg.350.ampliat.4. Idẽ docuit Prępos.in c.per venerabilẽ.§. ꝙ aũt,col.7.vers.septimus mod⁹. ext.qui filij sint legit. Ang.in cõs. 17.col.2.& cons.20.Cassan.in cõsuet.Burg.f.300.col.1.quos citat, & sequit Ant. Gabr.in tract.conclus.lib.6. tit.de legit. conclus.1. ampliat.3.nu.8. Idem docuerunt cõiter Pan.& Doct.in c.1.& c.tanta.ext.qui filij sint legit. Et ꝓ hac conclus.facit ẽt text.in §.proxima itaq;. Authen. quib.mo.nat.effic. sui,coll.6.&rõ suprascriptorũ est,

32 qm̃ filij hmõi legitimati †per sequens matrimoniũ succedunt parẽtib.vt alij liberi legitimi ab intestato,& ex testõ,necnon succedunt regulariter cũ alijs filijs legitimis, & naturalib.si adsint,& illis nõ exstantib. alios agnatos, & cognatos excludũt. Prout elegantissimè docuit Bart.in l.ex facto.n.3.ff.de vulg.& pup.Bal.in l. si te parẽs.per illũ text,C.de suis, & legit. Adeo vt illis legitima ex bonis p̃ris dẽatur.Ias.in rub.ff.de liber. & posthu. nu.11.vbi appellat eã veram, & cõem conclusionem.& hanc sũam cõiter approbari scribunt quoq; Pau.Parisius in cons.1.nu.19.in cons.7.nu.1.2. & 3.& in cons.10.nu.74.in 2.par. cõsiliorũ,& Ascan.Clem.in tract. de pat. potest.c.5.nu.52. Idẽ docuit Laur.Rirchouius in tract.cõmu.opinio. vers.filij legitimati.

De quinta,& vltima proposita qõne,in qua hr̃,an dict⁹ filius excludat substitutũ in acquisitione rei fideicõmisso relictę a cognatis,velagnatis,vel amicis sui p̃ris. Vnica statuetur cõclusio. Filius supradicti Nobilis, sic legitima-

33 tus † p subsequens matrimonium excludet quẽcunq; substitutũ p̃ri suo notato ab auo,vel alijs, & idcirco si p̃ d.Nob, in testõ instituisset hęredẽ d.Nobilem,& substituisset Frãciscũ in suis bonis hæreditarijsqñcunq; dictus Nobilis de hac vita subtractus fuisset non relinquẽdo filios legitimos. Nihilominus dict⁹ filius ipsũ substitutũ excludet a sua p̃rna hęreditate. Hęc cõclusio probat̃ duplici medio: Primo,n,per arg,in c.1,ext. q filij sint legit, cuius verborũ pcisum tenorẽ supra retulimus in ꝓbationẽ precedentis cõclusionis, cũ dicatur ibi natã ante matrimonium cõtractũ per subsequẽs matrimoniũ legitimã iudicandã fore,ac iõ minimè priuandã eã fore hęreditate mr̃na:q̃ quidem dr̃ ẽt hereditas p̃rna,i.quæ erat p̃ris sui,i.in oĩb.bonis, quę quocunq; sua illa effecta fuissent rõne m̃ris, vel p̃ris,vel aliorũ, vt cõis vsus loquentiũ sp obtinuit,& specialiter in casu nr̃o docuit Ruin. in cons. 211.nu.1.vol.1.dicẽs hanc legitimationẽ habilitare talẽ legitimatũ ad successionẽ p̃rnam oĩ iure, videlicet. tã Canonico , q̃ ciuili: cũ veniat appellatione legitime descẽdẽtiũ, vt voluit idẽ Ruin.in cons.109. col.5.vol.3, & in consi. 158.vol.1.& in cons.164. vol.1.& in cõs.108.col. fin.vol.2. Idẽ Ant. Gabr.in lib.6. tract.conclusionũ, concl.1.n.46.& 47.& n.60.vbi addit hoc ẽt locũ hr̃e,si in aliqua di

34 spõne diceret † de descẽdentib. legitimis , prout docuerũt infra-

ſcripti alij, videlicet Pan.in d.c. tãta,col.2.& ibi Ant.de Butr.col. 1.verſ.quęro an limitatio.Iſer.(nr cõpatriota. in c.1.§.naturales. & ibi Aluar.col.3.verſ.& quid ſit inueſtit.diceret, & ibi ẽt Matth.de Lud.ſi de feu.fuer.cõtrouer.& rurſus Ant. de Butr. in d.c.innotuit. col.2.& ibi Imo.col.2. ext.de electio.Curt.ſen. conſ.13.col.2.in fi. Præpoſit.in c.lator.col.5.verſ.q̃ro circa prędicta,ext.qui filij ſint legit.Trig.ſingul.35. Curt.in tract. feud.in 3.par.col.31.verſ.ſecunda princip. regula.Dec. in d.c.cũ in cunctis,col.2. & in conſ.155.col. 2.in vlt.not.Idẽ probatur & Docto.ſnĩa.Nam cõiter in d.c.1.dixerunt legitimatũ per ſubſequẽs matrimoniũ intelligendum fore legimatũ nõ ſolùm quo ad pr̃em, & mr̃em, verumetiã quo ad agnatos,& cognatos vtiq; vt ſuccedat in bonis eorum.Id ipſum expreſſius docuerũt infraſcripti alij Docto. videlicet Ant.de Butr.ĩ c.innotuit.ext.de elect. Dec.in conſt. 155.n.7.dub.2.& in conſ.284.nu. 9.vbi dicit hãc eſſe cõem opinionẽ,necnon & hoc repetijt in c.cũ in cũctis.nu.28.& in col.2.in vlt. not.de elect. vbi ipſe Dec.addit, q̃ ex ipſo textu eliciatur, q̃ di-
35 ſpõ † loquens de filio legitimè nato,verificatur ẽt in legitimato p ſubſequẽs matrimoniũ,quem citat,& ſequitur Ant.Gabr.in trac. cõclu.tit.de legitimat.n.26.verſ. amplia quia non modo talis.aſſerẽs id ipſum tenere Ant.de Butr. in d.c.innotuit,col.2. Pau.de Caſtro in l.fin.C.de his qui ven.ętat. impetr. Dec.in l.generaliter. §.fi. C.de inſtit.& ſubſtit.Ioan. Crot. in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃. nu.82. ff.de liber. & poſthu. Idẽ Decius docuit in conſ.258. incip. in caſu Dñi Frãciſci,col.1.in fi.& in cõſ. 365.ĩcip. Viſo cõſilio.col.2. verſ. tertio hoc cõprobari. & in conſi. 366.incip. p̃ declarat.col.1. verſ. quartò. Idẽ comprobatur, vol.3. latè Alex. in conſ.2. incip. Viſis. col.4.vol.1.Idem docuit Ruin.in conſ.87.incip.Quia Matth.n.13.
36 vol.3.dicens,q̃ legitimatus † excludat ſubſtitutũ,ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs legitimis,& naturalib.quem citat,& ſequit̃ Moder.Pariſien. in tract.cõmu. opinio.verſic.leges excludit,Alex.in conſi.2. incip. Viſis codicillis,in lib.1.Curt.in conſi.17.col.2.Barbat.in cõſi.27.lib.1.Cotta in ſuis memor.in verſ.legitimatus excludit.& in verſ.commater,circa medium,referens hoc ipſum docuiſſe Martinũ Lauden.in tract.de legitimat. col.2. verſ.an aũt legitimatus,poſt Anchar.in repet.c.Canonum ſtatuta.col.80. verſ.quid ſi ſtatutum loquitur.ext.de cõſtitu.Calderinus in conſ.1.ſub titu. qui filij ſint legit. Idem docuerũt infraſcripti, videlicet Laur. Silnan.in conſ.3.nu.22.Bal.in conſi. 329.incip.Punctus, quidã ſubſtituit.col.2. quẽ citat, & ſequitur Nicolaus Boerius in deciſ.159. nu.20. Ripa in rubr. ff.ſi cer.pet. nu. 3. & in repet. l.ſi vnquam. C. de reuocan. donat. nu.86. Ioannes Antonius Rube. in repet.l.Titia Seio.§.Imperator.nu.46. ff.de legat.2. & hanc eandem opĩnionem Ruin. dicit eſſe cõem in cõſ. 163.nu.6.& 7.vol.3. Idem docuit Duenas in reg.350.ampliat.9.qui reſpon-

respondens Bald.(immemori eorum, quæ dixerat in supradicto consil.329.) dicenti in consi.357. nu.1.vol.5. quòd legitimatus per sequens matrimonium non excludat substitutum vbi facta fuerit substitutio sine filijs de legitimo matrimonio procreatis. Nã subdidit ibi Duenas, ꝙ hoc videatur contra text. in c. cùm in cunctis. extra de elect. qui Canon loquitur per talia verba, de legitimo matrimonio, &c. & tamen verificatur in legitimato † per sequẽs
37 matrimonium, vt docuit Glos. & Doct. in c. innotuit, ext. de elect. Sed vt veritas sententiæ istius Doctoris, ac insimul præsentis nostrę cõclusionis omnibus innotescat, sciendum erit, quòd hęc sunt præcisa verba dicti cap. cùm in cunctis, videlicet: [Ea propter ne, ꝙ de quibusdã pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum, præsenti decreto statuimus, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam trigesimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vita, & sciẽtia commendabilis demonstretur.] hæc ibi. vbi quamuis dicatur, ꝙ Episcopus esse non potlit, nisi natus de legitimo matrimonio, ac per consequens inde videatur elici argumentum à contrario sensu, concludens, quòd Episcopus esse nõ possit natus naturalis, & postea legitimatus per subsequens matrimoniũ, nihilominus contra hunc sensum Doctorũ sentẽtia est communis, quòd imò natus ex fornicatione, & per subsequens matrimonium legitimatus poterit esse Episcopus, eo quòd talis dicatur natus ex legitimo matrimonio, cùm ei quoad omnia comparetur à iure Põtificio, vt patet per tex. in cap. 1. & c. tanta. extra qui filij sint legitimi. Vbi habetur, quòd legitimatus sit iudicandus, ac per consequens quo ad omnia, vt latius fuit probatum per iura ciuilia allata in probationem præcedentis fundamenti: & quòd dicatur natus ex legitimo matrimonio is, qui per subsequens matrimonium fuit legitimatus, expressè docuerunt infrascripti Doctores, (dicentes huiusmodi legitimatum posse esse Episcopũ, quia & in ipso locum habeat supradicta cõstitutio. c. cùm in cunctis,) videlicet Glos. in cap. innotuit. in versic. coniugata, dicens, ꝙ matrimonium sequens omnia purget, & ideo ille tanquam legitimus est habẽdus tali pacto etiam interpretatur Glos. in dicto cap. tanta. in versic. legitimi. his prę-cisis verbis vtens, videlicet: Sed nũquid tales legitimos factos per subsequens matrimonium ex illegitimis esse legitimos, quo ad ordines, & honores videtur, ꝙ non: quia non sunt nati de legitimo matrimonio, vt in c. cũ in cunctis. ext. de elect. sed credo (subdit Glo.) quòd legitimi sunt quo ad omnia: quia matrimoniũ omnia præcedẽtia purgat, & sic proxima, & præcedẽs turpitudo sublata est. hęc dixit Glos. quas omnes glosas cõmuniter dicitur approbatas à Doctoribus, firmat Duenas in regul. 350. ampliatio-

Digitized by Google

ne quinta, quas inter alios ibidé sequitur Panormitanus in dicto cap.tanta.dicens hunc legitima-
38 tum † succedere parentibus quo ad omnia, & sic in feudo, & iure patronatus.Calderinus in cons.2. sub rubric. qui filij sint legit. Aegidius de Bellamera in c.2.nu.3. distin.36. & in dicto cap. cùm in cunctis. nu.18. & ibidem Decius num. 24. Chassan. in consuetud. Burgund.in tit.(des successionis.) rubr.8.§.3.fol.287.col.2.nu.6.Ias. in dicta l.generaliter. §.cùm autem.nu.10. C.de instit. & substit. Nicolaus Boerius decis. 159.nu. 4.& 15.infrascriptis verbis vtens, videlicet: Hæc decisio probatur per Glo.in dicto c.innotuit.vers. cõiugata, volentem legitimatũ per sequens matrimonium posse in Episcopum eligi: quia matrimonium omnia præcedentia purgat. & eam ibi sequitur Antonius de Butr.col.2.vers.qro an filius.q̃ dicit esse singulare ad dispositio-
39 nem statuti † volentis legitimè natum per successionem admitti, extendi ad legitimatum per matrimonium: quia appellatione matrimonij, etiam in materia stricta comprehẽditur legitimatus per sequens matrimonium: & idem ibi docuit Panormitanus in columna quinta, versiculo expredictis, & Albericus de Rosat. in rubric. C. de naturalibus liberis, numero sexto. Idem docuerunt Baldus, Salicetus, & Paulus de Castro in l.fin. ante finem. C. de ijs, qui ven. etat. impet. & Decius in consilio 155. & in consil. 355. Ioan. Anton. Rubei. in l. Gallus. §. quidam recte. fol. 15. columna quarta, post principium. in versic. vnum tamen nota. ff. de liber. & posthumis. Tiraquell. in tract. de primogenitura. quæst. 34. nu. 55. Ripa in repet. l. si vnquam. nu. 87. C. de reuocan. donat. & in rubr. ff. si cer. pet. nu. 3. Parisius in consilio 13. nu. 45. lib. 2. Laur. Syluanus in consil. 3. nu. 23. Gugliel. Mayner. in l. quoties. Idem nu. 14. ff. de reg. iur. Ludou. de Sardis in tract de natural. liber. in c. de legitimat. effectu. nu. 5. Ioãnes Cotta in l. pro parte. nu. 14. ff. de seruitu. Petrus Briaxius in directorio electionum. c. 1. par. 2. nu. 6. Idem docuit Syluester in sua Summa. in versi. filij. §. Tertiodecimò quæritur, dicens ex dicto cap. tanta. & ibi notatis à Panorm. & alijs Doctoribus possumus inferre, quòd etiam in materia restringibili ap-
40 pellatione † legitimè nati veniat legitimatus per sequens matrimonium: quia fingitur legitimè natus, prout etiam tenet Iacobus de Beluis. & Hostiens. & communiter Doctores, vt expressè docuit ipse inter Panormitanus in capitulo innotuit. numero 17. versi. & quanquam. extra de elect. Nec obstat cap. naturales. in lib. feud. titul. si de feud. do. vbi dicitur, quòd naturalis & legitimatus nõ succedit in feudis: quia intelligitur de legitimato per rescriptũ
41 † Principis, quæ legitimatio cùm sit stricti iuris, tanquam dispositio cõtra ius erit restringenda, vt in c. quòd dilectio. extra de consanguinit. & affinit. matrimonium tanquam res fauorabilis purgat omnia

Digitized by Google

omnia præcedentia, & retrotrahitur, ita vt fingatur contractum ante natiuitatem filiorum. Quapropter meritò, inquit Siluester, ipsi filij erunt in omnibus habendi ac si legitimè descendissent fauore matrimonij pro est bonus textus in cap. cùm in cunctis. de elect. vbi dicitur quòd promouendus in Episcopum debet esse legitimè natus, & de legitimo matrimonio. Tamẽ legitimatus per sequens matrimonium eligi potest in Episcopum, vt notant glo. & communiter Doct. in c. innotuit. de elect. Idipsum docuit Rebuffus in praxi beneficiaria. titu. de rescripto legitimationis mixto. nu. 10. vers. quarto vult, dicens
42 etsi differat legitimus † a legitimato per rescriptum, nihil tamẽ differt legitimus a legitimato per subsequẽs matrimonium. Cacheranus in decis. Pedemont. 154. numero 8. dicit quod in materia
43 † matrimonij etiam in his, quæ sunt de iure ciuili, standum erit iuris Canonici decisioni, vt in c. pen. & fin. extra de secundis nuptijs. vt Bal. quoque tradit in c. extransmissa. col. 1. extra de restitut. spoliat. Panormitanus in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 6. vbi reliqui Canonistæ. extra de constitu. not. Ruin. in consi. 211. nu. 4. & in cons. 173. num. 7. & in consi. 163. num. 6. & sequen. vol. 3. & in cons. 7. nu. 3. dicens hanc esse cõmunem, vol. 1. Paris. in consi. 29. col. 1. vol. 3. & in consi. 13. col. 6. nu. 40. vol. 2. & in consi. 15. col. 2. vol. 2. & in consi. 1. num. 78. vol. 2.
44 dicitq; quòd statutum † loquens de filijs legitimè natis, comprehendit legitimatos p subsequens matrimoniũ, quem sequitur Antonius Gabr. vbi supra, num. 36. versic. amplia. etiam si statutum. Idem docuit Michael Grassus in tract. communium opinionum, versic. de legitimatis. quæst. 38. nu. 4. vers. secundus casus, dicens, hoc ipsum omnes vno ore concludere excludi scilicet substitutum
45 † a legitimato per sequens matrimonium, & addit ipse Cacheranus ibidem, quòd Canones de matrimonio iudicantes non solum prænalent quo ad ordines clericales, sed etiam quo ad successiones, & legitimationes, quæ
46 † sunt sequelę matrimonij, vt in §. fin. vbi glo. instit. de gradibus cognat. Glo. in l. 1. C. de secundis nuptijs, quod & Bal. elegãter docuit in l. Paulus. ff. de statu hominum, vbi in spem legitimationis ius Canonicum, secundum etiam respectu successionis tradit Curtius iun. in consi. 7. nu. 6. Natta in consi. 473. nu. 38. Sciendum insuper, quòd dictam Glo. in d. c. innotuit, in vers. cõiugata. extra de elect. tãquam veritimam sequuti fuerunt & infrascripti alij Doctores, videlicet, Ibidem Composte lla. & Ioan. Andreas, col. pen. Gosfred. in summa sub titu. de filijs Presbit. col. 3. vers. fin. quid si quis natus, & in d. c. innotuit, col.... vers. quæro an filius, & ibi Doct. omnes sequuntur. Idem voluit Glo. in d. c. tanta. quam ibi sequitur Ancharanus, col. 2. vers. quæritur, Glo. & ibidem Henricus Boich in principio, Archid. in c.

Oſius.diſtin. 56. Iacobus de Beluiſ.in §.dubitatum,in Authen.de inceſtis nuptijs.Præpoſitus Alex. in c.lator. col.6. ext. qui filij ſint legit.Alex. in l.ex facto. §.ſi quis rogatus.& ibi quoque Imola,colum.90. ff.ad Trebel. Ang.Aret. in §. fin. in fi. inſtitu. de nuptijs. Calderinus in conſi.2.ſub tit.qui filij ſint legitimi.Iaſon dicit hanc magis communem in l.generaliter:§.cùm autem,nu.2.& col.pen. C.de inſtitu.& ſubſtitutionibus, & in conſi.156. col.1.vol.4. & in l.Gallus. §.& quid ſi tantum. nume.139.ff.de liber.& poſthum.& in conſi.2.lib.1. Idem Antonius Gabr.in tract. conclu.lib.6. titu. de legitim. concluſione 1.nu.21. verſ. decimo amplia. Et quòd le-
47 gitimatus † per ſubſequens matrim. in fideicommiſſis excludat ſubſtitutum ſub illa conditione ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & quòd hoc non videantur habere difficultatem docuit Antonius Gabr. in dicto tractat. conclu. lib.6. titu.de legitimatione, concluſione prima, nu. 32. verſic. tertiodecimo amplia, quia, inquit, etiã legitimati per reſcriptum excludunt ſubſtitutũ, per Iaſ.in d.l.generaliter,colum. pen. & fin.quia hanc dicit magis communem opinionẽ. Idem docuit Alex.in conſ.2. nu.13.& 41. vol. 1. & Curtius iunior in conſi. 83.nu.8.& in conſi.52.col.1.& in conſi.27.Ad hoc accedit,quoniã tali pacto legitimatus intelligi-
48 tur legitimatus † quo ad omnẽ effectum ſucceſſionis, vt ſingulariter docuit Pariſ.in conſi.13.nu. 34.& conſi.15.nu.1.vol.2.Ad hoc accedit, quod docuit Affictus ſu per conſtitut. Regni, ſub rub. de matrim.publ.contra.circa finem, dicens quòd ſi dictum eſſet in ali qua diſpoſitione ex tuo corpore legitimè deſcendẽtibus, talis diſpoſitio haberet locum in legitimato per ſubſequens matrimonium,quẽ citat, & ſequitur Antonius Gabr.vbi ſupra,nu.6. verſic. amplia iſtam vltimam. Marian. Socinus, cùm in l.Gallus, §. & quid ſi tantum,nu.126. ff.de lib. & poſthum. dicens hunc eſſe de legitimo matrimonio iuris cenſura: cùm huiuſmodi matrimonium retrotrahatur.Idem docuit Eman. à Coſta dicto verſiculo ſi abſque liberis. nu. 50. quem ſequitur Michael Graſſus in theſauro comm.opinio.in quæſt.38.dicens hoc ſine ſcrupulo procedere in ſubſtituto in his verbis,ſi ſine filijs deceſſerit,vt aſſerit Sfor. Odd.dicto titu.in par.2. an legitimati.

Probatur & tertiò hac triplici ratione,cùm enim procul dubio, ſine cõparatione dignius ſit priuilegium legitimationis conceſſum a Deo mediãte matrimonio, quàm priuilegium legitimationis conceſſum a Principe per ſpeciale reſcriptum, cum habilitatione in fideicommiſſo ſuccedendi,& tamen hoc reſcripto Principis quis habilitatur ad talem ſucceſſionem ſi ibi de illá fiat,mẽtio. Indè ſequitur, quòd legitimatus per ſequens matrimonium habiliteur in ſucceſſione tali: cùm tanta ſit matrimonij vis, vt in dicto

c.tan-

zed by Google

c. tanta, quòd matrimonium sequens fingatur contractum ante natiuitatem filiorũ, & quòd tanquam tales habendi sint.

Secunda est ratio. Cùm legitimatus per subsequens matrimonium comparetur natis post matrimonium contractum, (vt per superiora patuit,) propter natos ante legitimum matrimoniũ per superueniẽs matrimonium æquè
49 reuocetur donatio † facta ex desperatione obtinendi filios, sicut per superuenientiam liberorum legitimorum. Indè consequens fit, quòd quo ad successiones in bonis paternis, & alijs hæreditarijs nulla sit vera differentia inter natum ex legitimo matrimonio, & legitimatũ per subsequens matrimonium. Antecedens per supra citata iura, & auctoritates Doctorum, etsi fuerit probatum, tamẽ hic specialiter probatur auctoritate Bald. Panormitan. & aliorum in cap. innotuit. extra de elect. Necnon & Ripæ in l. si vnquam, quæst. 32. C. de reuocan. donat. quos citat, & sequitur Antonius Gabr. vbi supra. nu. 5. vers. vigesimooctauo amplia.

Tertia ratio. Cùm institutio in hæredem, sub his verbis, videlicet: Si sine liberis legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio natis, & procreatis decesserit filius meus, substituo talẽ, tunc per sequens matrimonium
50 legitimatus † excludet substitutũ talem: consequens erit quòd multò magis excludet substitutum factum simpliciter. dicendo substituo talẽ, si sine hæredibus legitimis filius morietur, & quòd antecedens sit verum, probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum. Decius enim hoc docuit in l. generaliter, num. 22. C. de institu. & substitu. Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus. ff. ad Senat. consult. Trebelli. & quòd sit hæc opinio conformis communi menti scribentium docuit Alciatus in consil. 52. num. 3. lib. 9. subdens neminẽ fore qui dissentiret, nisi Alex. cõtrarium consuluisset in consi. 6. vol. 7. & hanc sententiam veriorem esse pluribus relatis testatur Sfort. Odd. in tract. Compend. par. 6. articulo vltimo versi. an legitimati, subdens quod si numerentur auctoritates eorum, qui in terminis vtrãque partem tenent, huius partis fautores non esse impares reperiet. vnde hanc vti benignio rem & æquiorem tenendam esse asserit. hanc quoque magis communem dicit Emanuel Soarez in tract. commu. opin. in versi. legitimatus. Idem docuit Celsus Hugo in consil. 119. nume. 20. & in consi. 88. num. 4. Franciscus Burgatus in consil. 1. nume. 28. vol. 1. addens contrariã sententiam duriorem esse, & cõtra ius cõe: & q̃ in nudo verborum vigore fundetur fatẽtur Parisiens. in addit. ad Alex. in consil. 5. vol. 7. Idem docuit Michael Grassus in tract. cõmu. opinio. verticu. legitimatus, quæst. 28. addẽs hanc esse sequendam in fauorẽ matrimonij cùm
51 iuris † canonici dispositionem, in his standum sit magis, quàm dispositioni iuris ciuilis, eo q̃ legitimati

gitimati huiuſmodi verè ſint legitimi ac habeantur ac ſi numquam fuiſſent illegitimi, quod & communiter Doctores ſequũtur, cùm etiam hoc videatur contra veriſimilem mentem teſtatoris, ſi diceremus eos excluſos: quoniam iſta verba, ex legitimo procreatis, †non cenſentur addita niſi ad cauendum contra generales clauſulas reſcriptorum, & ad excludendum legitimatos per reſcriptum, vel gratias pretio, (vt ſolet) redẽptas, nõ ad diſponendum contra ius commune. Imò per has clauſulas ei magis ſe conformare videtur, ſi non apertè hunc casũ expreſſerit. Idẽ docuit Franciſcus Aret. in l. Gallus. §. ſi eius. colum. 5. verſicu. nouiſſimè quærit hic Bal. ff. de liber. & poſthumis, vbi concludit ex Bald. qui dixit hanc quæſtionem fuiſſe diſputatam Bononiæ, quòd ſi quis fuiſſet grauatus alicui reſtituere hæreditatem ſi deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, quod tunc filius legitimatus per ſubſequẽs matrimoniũ excluderet ſubſtitutum, & quòd idem docuerit Angel. in diſputatione ſua incip. Nobilis quidam genere. in primo dubio. & ratio eſt, ſecundum eos, quoniam cùm omnia iura legitimorum attribuantur legitimatis, vt in Authẽ. quib. mod. na. eſſi. legit. §. ſi quis ergo ibi. [antiquæ ingenuitati,] & ibi. [ad ipſam deducentes naturam,] & in fine, dum dicit, [nihil à legitimis filijs differentes.] ſicut etiam dum dicitur in Authent. quib. mod. nat. eſſi. ſui. §. illud ſequitur, quod per interpretationem paſſiuam quælibet diſpoſitio faciens diſpoſitionẽ de filijs legitimis trahetur ad legitimatos, quorũ dictis, addit ipſe Aretinus, dicens: Tu autem potes dicere & melius, quòd legitimatus à tempore legitimationis in futurum eſt verè legitimus, & ideo nõ eſt mirum, ſi ex proprietate verborum comprehendant ſub diſpoſitione teſtatoris: quòd autem ſit verè legitimus patet ratione legitimationis, ratione quidẽ, qa in his, quæ ſunt iuris, lex diſponit diſponenda ſimpliciter, & abſolutè per fictionem. Vnde ſi ſtatutũ
53 † vult aliquem haberi pro ciue, ille eſt verè ciuis: ſecus ſi diſpoſitio iuris imprimat alicui aliquã qualitatẽ quo ad quid, ideſt quo ad vnum effectum, vel duos, ita declarat notabiliter Bart. in l. nec vtilem. ff. ex quibus cau. maior. & in l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adulter. & ideo Bal. in quæſtione noſtra. in l. ea quam. C. de fideicommiſſ. ſentit tacitè veritatem:
54 dum dicit, quòd legitimario † reſtituit in integrũ, ſicut ius poſtliminij habet duo capita, vnum in quantum reſtituit alteri iura ſua de præſenti, & in hoc diſponit per veritatem, non per fictionẽ. Aliud in quantum trahit retrò hanc iuris inſtitutionem, & in hoc diſponit fictè, & non verè, vt ſalubriter declarat Bart. in dicta l. nec vtilẽ. & ex hoc patet, quòd legitimatus, vt ex nunc, eſt verè legitimus: & hoc eſt quod dicunt iura ſupra allegata, dum volunt, quòd nihil differat à legitimo: quia filius legitima-

gitimatus, erat filius naturaliter facientis eum legitimari. vnde dicere poteris, q̃ filius legitimatus est verè legitimus, & naturalis. Quod ergo sit naturalis, per supradicta patuit, & quòd sit verè naturalis, patet, quia secundum primæuum ius naturæ, quilibet filius erat legitimus & naturalis patri suo, vt patet in iuribus prælegatis, prout declarauit Bar. in l. tutelas. in principio. ff. de capit. dimi. & in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. signifi. dicens, quòd
55 ista nomina † naturaliter significantia, sicut adiectio naturalis, respiciunt bastardos, sicut legitimos: vnde iste legitimatus, licèt nõ dicatur naturaliter legitimus, sed ex accidenti, secundum Bald. qui subtiliter declarat hoc in l. manumissiones. ff. de iustitia, & iure. dicens, quòd dicatur tamen verè & naturalis, & legitimus. Additq́ue vbi supra Aret. in col. 8. respondens secundo dubio ab ipso supra proposito, in quo quæsiuit an instituens hæredem grauatũ, vt restitueret, dixerit, si decesserit sine filijs legitimè natis, seu legitimè descendentibus, & retulit in dicta col. 8. vers. sed ista ratio, cum reuerentia nihil valet, quòd ista qualitas, quòd filius sit legitimus naturalis ad excludendum substitutum satis est, q̃ instit filio tempore mortis grauati, licet verò filius non videatur fuisse legitimus, quia qualitas adiũcta verbo sufficit, quòd adsit secundũ tempus, vt l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. & plenè per Bartolum in l. ex facto. in principio. ff. ad Trebell. etsi tu dicas saltim per legitimationem sequutam, si legitimatus excluderet substitutum, auferetur ius quæsitum substituto, quod in dubio non videtur velle Principem, vt in l. nec anus. ff. de emancipat. liber. Ad hoc respondeo, quòd ex quo fi-
56 lius legitimatus † verè comprehenditur sub verbis testatoris nullum ius auferetur fideicommissario, seu substituto: quoniam non fuit substitutus in hunc casum, q̃n filius legitimatus extaret, si sub appellatione legitimi, comprehenditur legitimatus ex proprietate sermonis (vt supra diximus) vel ex alio capite, & elegantissimè hæc docuit Aretin. vbi supra.

Sequuntur modò dubia oblata à Iudicibus Nob. Octauio de Borrio in causa sua, contra M. Albaram.

IN materia fideicommissi legitimatus per subsequens matrimonium non dicitur legitimè natus. Alex. in consil. 5. nu. 7. Ruin. cons. 92. nu. 13. volum. 3. & Butr. in capitu. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi, opinionem Bartoli in l. secunda. ff. de concubi. quod filij clerici beneficiati non legitimentur per subsequens matrimonium, sequuntur Ant. de Rosel. de legit. lib. 1. titul. de cau. mater. leg. nu. 18. in fine. Præpositus in dicto cap. per venerabilem. §. quòd autem. circa finem. Ludo. Sard. de legit. in 2. par. q. 3. de legit. per vi. matrim. nu. 17. Bursat. in cons. 129. nu. 74. vol. 2. decis. Pedemont. 154. in principio.

Secunda

Digitized by Google

Secunda obiectio. Licèt causa matrimonialis pertineat ad forũ Ecclesiasticum, & de iure Canonico ad legitimationem filiorum non requirantur multa requisita a iure ciuili, nihilominus quãdo agitur de successione, & sumus in terris Imperij videtur attendendum fore ipsum ius Ciuile, & nõ Canonicum ex cõmuni opinione relata per Alciat. in consi. 16. nu. 5. to. 3. lib. 9. tradit Angel. in cons. 29. nu. 6. Præpos. in c. tanta. qui filij sint legitimi, col. penult.

Tertia obiectio. Ad probandũ, quem esse filium legitimum, & naturalem videtur necesse probare matrimonium saltim præsumptũ ad transferendum onus probandi cõtrarium in aduersarium, ad trad. in L. filium, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. Nat. consilio 773. Petr. de fideicom. q. 2. num. 478. & præsertim, vbi agitur de fideicommis. ab extraneo relicto, vt ibi per Petr. num. 484. nec vidẽtur probata requisita ad trãsferendum onus probandi contrarium in aduersarium, ad trad. per Socin. in consi. 39. volum. 1. & per alios supra.

Quarta obiectio. Nec etiam sententiæ, seu decreta videntur prodesse actori, siue quia nõ fuit causa defensa coram Reuerendo D. Vicario, nec corã alijs obtenta, cum legitimo contradictore, vt per Alexan. in l. sæpe, num. 60. vers. putat tamen, & ibi num. 78. Bald. & alij in l. ingenuum. ff. de stat. hom. & cùm non fuerint hactenus intimatæ, non videntur transiuisse in iudicatum, ad trad. in l. ab eo. C. quo. & quando Iudex, & plura requiruntur ad hoc, vt præiudicent omnibus.

Quinta obiectio. Nec depositio Magnifici Albaræ vti testis videtur ipsi præiudicare, vti principali, vt per capit. in decis. 52. nu. 4. Ruin. in consi. 193. num. 6. volum. 3.

Sexta obiectio. Et quia non asseruit eum teneri pro nato de legitimo matrimonio, vt requiritur ex testamento, sed quòd eum tenuerit pro filio legitimo, & naturali, potest referri ad legitimatum per alios modos, qui habentur per legitimis & naturalibus, & confessio in dubio interpretatur in fauorem confitentis, vt per Decium in consil. 25. nu. 2. versic. confirmatur.

Septima obiectio. Preterea deponit de eius iudicio: quia pro tali eum vidit tractari, quo nõ videtur dictũ testis probari, vt per Afflict. decis. 381. nu. 7. Alexan. in consil. 63. nu. 18. vol. 4.

Primum dubium propositum fuisse euacuatum patuit per quãplurimas auctoritates allatas in probatione vnicæ conclusionis, satisfacientis quintæ propositæ quæstioni. vide ergo ibi.

Secundo dubio latissimè fuit responsum per allata in responsione ad quintam obiectionem factam de Clerico beneficiato.

Ad tertiam quamfacillima erit responsio, dicendo, quòd etsi quæ ibi proponũtur ab aliquibus pauciss imis Doctoribus dicãtur, & teneantur, tamen a quamplu-

ribus numero Doctoribus cõtra-

rium

rium esse verius semper fuit asseueratum : quapropter patet non esse verum (cum reuerētia tamen dicentis) q̄ huiusmodi sit ſm cōmunem Doctor. sententiā, vt statim patebit ex recensione infrascriptorum Doctorum firmissimè asseuerantium, q̄ tam in terris Ecclesiæ, quàm Imperij subiectis, pleno iure quo ad successionē fi-
57 lij † legitimentur ex subsequenti matrimonio celebrato siue dotalibus instrumentis, & alijs solemnijs de iure Ciuili requisitis inter Doctores innumeros, qui hoc docuerunt, sunt infrascripti, videlicet Alex in l. ex facto. §. si q̄s rogatus. nu. 19. ff. ad Treb. reprobās ibi Angelum contrarium tenentem in cons. suo 29. nu. 6. & ratio huius verissimæ nostræ sententiæ est, quoniā in materia matrimo-
58 niali † standum erit dispositioni iuris Canonici in vtroque foro, & in vtrisque dominijs, vt expressè, & latè docuerūt Doctores moderni (vt refert & sequitur Duen. in reg. 550. limit. 10. vers. cōtrariā tamen opinionem) in d. l. priuilegia. C. de sacros. Eccles. & in c. per venerabilem. extra qui filij sint legit. Feli. in rubr. & in c. 1. nu. 12. de spōsal. nu. 16. vers. octauò in causa matrimoniali subdidit Duen. vbi supra, q̄ cōis opinio sit, q̄ nullis cōfectis instrumētis dotalib. per subsequēs matrimonium, filij antea nati legitimentur, vt in c. tanta. extra qui filij sint legitimi; vbi nō requirūtur aliqua dotalia, vel nuptialia instrumenta, cùm generaliter, & indistinctè ille loquat tex. & hanc opinionē tenuit Cin. in l. nuper. C. de natural. lib. Ioan. And. in regula sine culpa. in Mercur. de reg. iur. lib. 6. Salic. in l. cū quis. & in Authen. si quis habens. C. de natur. lib. Ioan. Faber in §. fin. nu. 2. Institu. de nuptijs. Glos. in §. fin. versicu. generata: Institu. de gradibus. idipsum apertius ibi docuit Angel. his præcisis verbis vtens, videlicet. Nota Glos. & similis Glo. est in l. Iurisconsul. §. liberi. in fine glosæ magnæ. ff. de gradibus cognat. quòd in concernentibus matrimonia semper
59 † attenditur ius Canonicum, etiā in foro seculari in terris etiā Imperij subditis. Iason in cons. 234. volum. 22. & in consil. 158. colum. 5. volum. 4. in l. quæsitum. colum. penultima. ff. de liberis, & posthumis, & in l. generaliter. §. cùm autem. colum. penult. & finali. C. de institu. & substitu. Couarru. in Epitome de sponsal. 9. par. capit. 8. §. secundo, numero octauo: & hanc sententiam dicit communem, & ab ea in iudicando, & consulendo recedendum non esse. Decius in consilio 155. columna secunda, dicens hanc esse communem opinionem Car. Ruinus in consilio 78. columna secunda, volumine tertio, & ibi consil. 51. columna tertia, & sequen. volumine quinto, dicēs hanc esse communem opinionem, & in consilio 211. columna secunda, numero quinto, libro primo, & consilio 13. nume. 46. cum alijs. libro secundo. Laurentius Syluanus (vbi latissimè hanc quæstionem examinat) in consilio tertio, numero trigesimo, cum sequenti.

Guliel.

Gullel. Mayner. in l. quoties idē. à num. 17. vsque ad 22. ff. de regu. iur. Pariſ. in conſi. 13. col. 6. & ſequenti. vol. 2. Idem nouiſſimus omnium docuit Anton. Gabr. in ſuo eleganti tract. concluſ. libro 6. titu. de legitimatione, concluſione prima, num. 11. verſic. contrarium addens, quòd hanc opinionem ſequuta fuerit Rota in cauſa Colonien. matrimonij coram Raynaldo Petrutio in anno 1538.

Ad quartam obiectionem, ſeu dubitationem propoſitam facilis eritreſponſio, cùm id, quod quęritur ibi producendum fore ad probationem filiationis legitimæ & naturalis, ſcilicet quòd ſaltem præſumptiuè probetur matrimonium inter parentes eius, quē volumus probare legitimum filium. Dicimus ergo hoc ipſum probari primò pro eo, quòd ipſe Nobilis pater nomine Bernardus Boerius corā teſtibus & notario confeſſus fuit ipſum Octauium Boerium filium ipſius eſſe legitimum & naturalem ex legitimo matrimonio natum ex ſe, & Domina Lucia Veneta anno ſalutis 1522. die 10. Octobris, & ipſum habuiſſe per ſeptem aut octo annos antequā promoueretur ad Sacrum Ordinem Subdiaconatus, nec non ſemper ipſum publicè habuiſſe, ac reputaſſe verum, legitimumque filium natum ſibi ex legitimo matrimonio contracto per verba & de præſenti corā legitimis teſtibus, vt patet per fidem Notarij Io. Baptiſtæ Bacigalupi Notarij publici Ianuēſis, ſcriptam die 12. Ianuarij 1571. cui teſtificationi ac declarationi aſtipulatur depoſitio teſtium multorum iurata facta in Archiepiſcopali palatio ac curiæ Ianuæ, prout latiùs in proceſſu ibidē inchoato compilato in anno 1573. 14. Auguſti, & quòd maius eſt, idipſum apertiùs probatur per ſententiam ſuper dicta legitima filiatione lata à Reuerendiſſimo Domino Lelio Arloto V. I. D. generali Vicario Illuſtriſſimi Archiepiſcopi deſcriptam in proceſſu ſupradicto deſuper cōfecto, folio 177, in qua dictus Dominus Octauius Boerius fuit declaratus filius legitimus & naturalis Domini Bernardi Boerij, natusque de legitimo matrimonio contracto ex dicto Domino Bernardo & Domina Lucia Veneta: & huiuſmodi ſententia fuit lata præuia citatione aduerſariorum dicti Domini Octauij ad audiendum ſententiam promulgandam poſt litis conteſtationem, & alia acta acta in dicta cauſa per dictum D. Octauium, vt ex fine dictæ ſententiæ colligitur: ſupradictæ verò declarationi D. Bernardi, & dictæ ſententiæ famulantur depoſitiones infraſcriptorum teſtium, licèt ſummariè examinatorum Ianuæ ad perpetuam rei memoriam, in anno 1555. die 13. Nā Magiſter Bartholomęus Cantonus Vercellenſ. ann. 66. Petrus Ioannes Boerius ann. 50. qui interfuerunt celebrationi matrimonij contracti, vt in fol. 49. vol. 1. & ꝙ fuerit vox publica, ac fama, ꝙ dictus D. Octauius fuerit filius

legiti-

legitimus, vt supra dicti Domini Bernardi: & quòd pro tali fuerit ab ipso D. Bernardo de propria scientia deposuerunt in processu summario ad futuram rei memoriam. f. 53. & sequen. testes supra infrascripti Domina Mariola mater Domini Aduersarij, & ipsemet Octauianus aduersarius. Qui tamen testis fuerũt postea in pleno iudicio repetiti, & alij quoque examinati, mediante eorum iuramẽto (vt in supradicto processu vol. 1. fol. 8. & sequen.) examinati, & dixerunt, vt statim dicam. Nam dictus Franciscus. fol. 28. deposuit audiuisse sepius tam à dicto Domino Bernardo, quàm à dicta Domina Mariola matre ipsius testis dictum D. Octauium Boerium esse filium legitimum, & naturalem, & natum ex eo, ex legitimo matrimonio contracto antequàm fuisset Presbyter Dominus Bernardus & D. Octauianus supradictus. fol. 31. ratificauit cum iuramento esse vera, quę deposuerat in supradicta depositione sua facta ad futurã rei memoriam. Bartholomęus Albara pater Octauiani aduersarij. f. 33. Idem cum iuramento deposuit, dicens, antequàm fuisset in sacris Mariola supradicta. fol. 55. consanguinea. Idem deposuit antequàm fuisset in sacris, & multi alij idipsum testificati fuerunt, vt plenius ibidẽ. Idem testatur Reuerendus Frater Io. Baptista de Aug. Frater Sancti Frãciscî, Confessor dicti Domini Bernardi, dicens hoc audiuisse à dicto Domino Bernardo.

Ex his ergo omnibus patuit probatum non tantum præsumptiuè, verumetiam apertissimè, & plenissimè fuisse dictum Octauiũ fuisse, & esse filium dicti Domini Bernardi, natumque ei ex legitimo matrimonio.

Ad hoc accedit, quòd docent infrascripta iura, & Doctores.

60 Nam etsi filiatio directè † probari nõ posse dicatur, vt docuit tex. in l. Titius. ff. de cõdit. & demon. & ibi Glos. & Doct. & per multa alia citata ab Hyppolito de Marsilijs in rubr. C. de probat. num. 9. Probatio tamen filiationis sufficiet si fiat per famam vicinię, vel per præsumptiones resultãtes ex eo, quia pater nominabat talem pro filio, vel per similia, vt volunt cõmuniter Doctores. & ratio est: quia à communiter accidentibus non potest aliter probari ipsa filiatio, & ideo Bal. singulariter dixit in l. filium dilinimus. col. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, quòd si testis dixerit, scio pro certo, quòd A. est filius B. an probet, & dico, videtur quod non: quia dicit impossibile. Attamen contrarium dicit esse verius: quia intelligitur de ea certitudine, quę cõmuniter haberi potest per præsumptiones hominum, & legum, secundum Iacobum de Rauenna, 61 & Cyn. & addit, quòd certus † dicatur ille, cuius animus in cõtrarium nulla ratione poterit inclinari. Panormitanus verò in cap. lator. extra qui filij sint legitimi, ex verbis Alani ibidem dicentis, quòd licet clandestinè contrahentes, nõ præsumentur coniuges, vt

ibidem

Ibidem dixit Glos. hoc procedit respectu nubentium, sed respectu filiorum præsumuntur coniuges: ex quo subinfert (inquam) Panor
62 mitanus, quòd natus ex viro, † & muliere simul cohabitãtibus præsumitur legitimus: quia fauore legitimationis ꝑsumitur inter eos matrimonium, facit tex. in l. in liberæ mulieris. ff. de ritu nupt. qđ maximè procedit si se coniuges vocabant, vt docuit Innocentius in cap. ex parte. ext. de restit. spoliat. addit Panormitanus in d. c. lator, quòd ex nominatione filij, & tractatu vt filij, constituitur
63 † quis in possessione filiationis, etiam si fuisset natus extra domum: quapropter ibidem subdit Antonius de Butr. quem ibi Panormitanus sequitur, & notat Butrius in l. quidam ff. de probat. ꝙ tractatus parentum, puta, quia illi tractabant eum vt filium, & ipse illos, vt parentes probat aliquẽ filium alterius. Imò plus vult gl. in cap. transmissæ. extra qui filij sint legitimi, in versic. à vicinia, ꝙ fama viciniæ multum in hoc operetur: imò huic sententiæ, & præcisè in casu nostro summopere fauet singularis text. in c. per tuas. extra qui filij sint legitimi, vbi apertissimè elicitur probari dictũ Dominum Octauium esse filium legitimum & naturalem, ac meritò vniuersalem hæredẽ eius ab intestato, stante declaratione ipsius Domini Bernardi Boerij eius patris, confitentis ipsum esse eius filium legitimum & naturalẽ coram testibus, & Notario, quę confessio in forma authentiça producitur, nec non extantibus depositionibus testium supra citatis, qui idipsum testãtur apertissimè, vt supra diximus: sciendum igitur hęc esse præcisa verba decisionis dicti Canonis, videlicet. [Per tuas literas intimasti, ꝙ R. ex muliere, quam secundum opinionem maioris partis vicinię in concubinam habebat, prole suscepta, quãdam post & aliam ea defuncta duxit in vxorem, & ea de qua prolem susceperat virum aliũ sibi copulauit. Processu verò temporis in præsentia multorum firmauit proprio iuramento, quòd eam quã habere visus fuerat concubinam prius affidauerat in vxorem antequàm ex ea filiũ genuisset: & postea cùm ageret in extremis eum, quẽ ex ea susceperat in testamento hęredem instituens legitimum filium appellauit. Cùm autem tuę inquisitioni fuisset cõmissum an filius sic susceptus legitimus esset hęres ipsius R. & ad eius patrimonium admittendus: Tu præter id, quod ex quadã decretali bonæ memoriæ Alexãdri Papæ (scilicet in dicto cap. transmissæ.) prædecessoris nostri standum esse super hoc verbo viri, & mulieris credebas, receptis testibus à filio eiusdem R. productis, quibus legitimè cõprobauit prædictum R. matrem suam in Capella S. Sergij affidasse, cum ipsius R. heredem esse legitimum iudicasti. Nos autem attendentes, quòd plus est, quod in veritate agitur, quàm quod simulatè concipitur, licèt dictus R. cùm ea dimissa, quam vt cõcubinam habuerat ad

alia

alia vota transierit, videatur ipso facto matrimonium quod inter eos celebratum fuerat denegasse: quia tamen despõsatio per testes legitimos cõprobata eos matrimonialiter fuisse cõiunctos, ostendit siue desponsatio ipsa fuerit de præsenti, vt per consensum legitimum per verba de præsenti expressum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata, siue per verba de futuro carnali copula subsequuta, non tam decretali dicti prædecessoris. (Addetu in qua dicitur, quòd creditur verbo coniugum negantium aliquem esse eorum filium, nisi contrarium probetur) nisi quæ in casu dissimili loquitur, quàm inductis probationibus innitentes te processisse legitimè respondemus sententiam tuam auctoritate Apostolica confirmantes.] hæc omnia ibi. Ex quibus omnibus conuincitur hoc apertissimo, & singulari Canone probari, quòd breuiter diximus in responsionem quarti propositi dubij, etsi innumera alia possent afferri: illa ergo sufficiant. Non tamen silentio pertranseã, quæ docuit Nicolaus Boerius in decis. 140. nu. 16. quasi prophetando scribens in fauorem illius D. Octauij Boerij. Nam ibi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Mirabilius est, q̃ 64 pater † nominando aliquem filium legitimum tam in testamento, quàm in alio actu publico matrimonium fingitur, & præsumitur rectò fuisse cum amasia, seu concubina, ex qua nati, siue aliqua expressa verborum ad matrimonij aptorum probatione contractum propter tacitum mulieris consensum, quod ipse Boerius innumeris auctoritatibus docuit esse veram ipsius sententiam.

Ad quintum dubium respondetur ipsum non vera continere, sed falsa (cum reuerentia) cùm ex dicto compilato processu coram dicto Domino Vicario oppositũ appareat, eo q̃ fol. .. fuerit expedita banna, & publicata, & post comparitionem Domini Albaræ volentis facere partem in iudicio contra dicta prætensa a dicto Domino Octauio, vt in fol... Accessit ad dictum Dominum Vicarium opponens. Fuit etiam citatus ipse àduersarius ad cõcludendũ in causa, vt in fol... necnon ad audien. sententiam, vt continetur in fol... qua citatione stante, & ipso nihil producente sentẽtia transiuit in rem iudicatã, vt in c. quod ad cõsultationẽ, & in c. cùm Bertoldus. ext. de sent. & re iudic. & ibi per Doctores vnanimes ibidẽ hoc ipsum dicentes, eo magis, q̃ non tãtum decennij tempus post sententiam effluxerit, verum etiã ferè viginti anni ipso D. Aduersario sciente huiusmodi sententiã emanasse (prout præsumitur) cũ sit ciuis Ianuensis, & semper ferè fuerit in ciuitate ipsa moratus: imò, vt dicetur, hanc sententiam fuisse promulgatã iuridicè facto ipso sæpius docuerit (vt dicetur) cum dicta sententia promulgata fuerit in ann. 1573. 30. Octobris, ipse verò confessus fuerit ipsum Dominum Octauium legitimum filium Dom. Bernardi supradicti:

vide ergo in responsione ad dubium quartum: Nam ibi hoc reperies.

Ad sextum dubium, respondendo dicimus, tex. in dicta l. ab eo. C. quomodo, & quando: ad verbum probare in casu nostro contrarium eius, ad quod inductus fuit, cùm ibi dicetur non posse ab eo iudicato recedere neminem
65 quod ipso absente, † & ignorante fuisset iudicatũ, si statim post eius scientiam non conquestus fuisset de contentis in lata sententia. Quapropter me fugit causam citationis dicti textus in fauorem propositi dubij sexti, cùm contrarium eliciatur ad verbum ex ipso, stãte veritate facti. Nam quomodo sine erubescentia poterit Magnificus aduersarius Octauianus negare sciuisse id quod iudicatum contra se fuerat in dicto anno 1573. ipso xdito mensis Octobris die 30. Cùm in anno sequenti 1576. die vero 8. Februarij, cum iuramento asseuerit coram Magnificis Officialibus Sancti Georgij dictum Dominum Octauium filium esse vnicum dicti Domini Bernardi Boerij, nullis alijs relictis filijs, nec filijs filiorum in gradu succedendi, & ipsum hæreditatem dicti Bernardi abintestato assequutum fuisse manu Prætoris dictæ ciuitatis Iannæ: Cur ergo ipse Aduersarius hoc dixerit nescio, ipse videat, & sic satis sint, quæ in responsione ad sextam propositam obiectionem fuerunt allata.

Ad septimum dubium, respondendo, miror quomodo fuerit in eius fauorem citata sententia mei compatriotæ Capicij in decis. 52. numero quarto, cùm ipse non loquatur in casu nostro, vt ad sensum patebit hoc intuenti non lippis oculis, pro cuius maiori intelligentia afferam in mediũ præcisa verba ipsius Capicij in præcitato loco: infrascripta enim protulit verba, videlicet: Qui in vno iudicio certo modo tanquãm te-
66 stis deposuit † non nocet sibi in alio iudicio tanquam parti, vt est decisio Rotę in titul. de confessis in decisione secunda, decisionum Domini Bernardi de Bisgnero. fol. 12. Addit postea ipse Capicius in fine dictæ suæ decisionis, quòd ibi in decisione in antiquis sit cauda, quæ dicit in oppositum his fideliter recẽsitis dicimus sententiam Capicij in casu nostro, ad quem decidendum fuit citata, nihil probari contra Dominum Octauium. Quapropter dupliciter respondebimus dictæ sententiæ Capicij. Primò dicendo, dato, & non concesso, quòd talis propositio esset vera, nihil ex illa produceretur contra nostram sententiam allatam in superioribus conclusionibus, ac responsionibus factis ad supradictas oppositiones, seu dubia oblata. Nam depositio Magnifici Octauiani fuit facta in eodem met iudicio Ecclesiastico, in qua depositione fassus fuit Magnificum Octauium esse legitimum filium Magnifici Bernardi, prout supra latius retulimus in responsione ad quartam obiectionem.

Nec obstat si ibi se retulerit ad

ea, quæ deposuerat in alia sua testificatione facta in actis, vt supra diximus: cùm ipse in tali relatione voluerit ibi deposita in hac secũda depositione pro expressis habere in hac secunda, ac per con consequens in hoc vltimo iudicio illa repetendo, in hoc vltimo videtur solùm deposuisse, & non in prima sua depositione: cùm in illa non interuenerit auctoritas Iudicis, quę requiritur in testium examinatione ad futurã rei memoriam, vt in cap. quoniam frequenter, extra vt lite non contest. & Doctor. passim, ideo nulla fuit: & dato, quòd esset illius depositio prima valida: cùm ibi nõ fuerit aliqua figura iudicij dicẽdum non erit illam computari pro iudicio, ac per consequens deposuisse in duplici iudicio, nec in hoc vltimo fuit ipse examinatus, vt principalis: sed vt testis ratificans primum suum dictum in illo examine informi. Secundò respondetur, quòd huiusmodi propositio sit falsa, nec cõstanter fuerit pro vera firmata à Capicio, vt patuit ex verbis ipsius supra relatis, cùm contra ipsam sint infrascriptæ auctoritates. Nam textus apertissimus est in cap. per inquisitionem. extra de elect. vbi testis dictum cõtra alios nocuit sibi in alio iudicio, cùm aliud iudicium dici poterit quod habitũ ibi fuit coram Papa interrogãtibus eum Commissarijs, vt ex illo tex. elicitur, & ex ibi notatis per Innocentium: cùm & hoc ipsum concludatur in decisio. 4. incip. Quidam agebat per Rotã in antiquis. titu. de confessis: cõcludendo ergo dicimus, quòd contra huiusmodi propositionem faciat tex. in cap. ex literis. extra de transact. cum ibi not.

Ad octauam obiectionem dicendum erit, ipsam esse friuolam cauillationem, & nullius momenti: quoniam nullo pacto hoc poterit verè dici ex dicta testificatione, cũ debeat proculdubio in-
67 terpretari depositio † testiũ, iuxta subiectam materiam articulorum, super quibus interrogantur, alias depositio eorum esset nulla, cùm videatur, non fuisse iuramento firmatam, vt opus est, & habetur in cap. extra. de testibus, & ibi per Doctores, nec creditur eius nouissimę declarãtioni stantibus tot indicijs præmissis, & in actis productis, ac probatis contra ipsum Octauianum, de quibus supra latissimè diximus. Cum ergo in interrogatorijs propositis, nulla fuerit facta mentio de alia specie legitimationis, nec in ipso D. Octauio poterit alias species legitimationis interfuisse: cum ergo aliam speciem legitimationis interfuisse probari non possit: patet ipsum ibi loquutũ fuisse de le-
68 gitimatione † acquisita per subsequẽs matrimonium contractũ cum dicta Do. Lucia eius matre, eo magis, q̃ filius naturalis quotiens poterit legitimari per subsequens matrimonium, nunquam poterit legitimari per rescriptũ Principis, prout singulariter docuit Bal. in cap. per tuas. extra de maior. & obed. allegans ad hoc tex. singul. in Authen. quib. modis

by Google

nat.eſſi.legit.in §.ſit igitur.verſic. permittimus, & docuit Hyppol. de Marſil.in ſingul.130.incip. Dixi tibi ſuperius,& idem apertiſſimè docuit Glo.& Bar.in dicto §. ſit igitur. verſic. permittimus. & ibi Angel.& rurſus Bal.in c.illud. nu.3.extra de præſumpt. Iaſ.quoque hanc dicens communem ſententiam in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.nu.107.ff.de liber.& poſthu.quos ſequitur Ant.Gabr.vbi ſupra, nu.38. verſic.decimoſextò amplia.

Ad nonam & vltimã obiectionem, reſpõdendo dicimus, q̃ etſi
69 teſtis deponens † de credulitate, vel iudicio ſuo, regulariter non probet, vt cõmunis Doct.ſententiæ ſemper placuit: tamen quãdo redderet cauſam ſuæ credulitatis, tunc probat: eo magis in caſu noſtro, cùm dicta redditio cauſæ ſuę credulitatis plenè probet filiationẽ, vt probauimus abũde ſatis in reſponſione ad quartam obiectionẽ. Nec ſentẽtia Afflicti mei compatriotæ in d.deciſ.381.nu.7. ſequenti. Bald.aduerſatur nobis, eũ ipſe ibi loquatur regulariter, & quando teſtes non reddunt rationem dicti huiuſmodi.ſecus in caſu noſtro, cùm ipſe aduerſarius reddiderit rationem ſuæ credulitatis,ac indicij,dicẽs:quia viderit ipſum Dominum Octauium à dicto Domino Bernardo tractari pro filio, & ſic bene concluſit dicta Magnifici Octauiani depoſitio, iuxta Gloſ.in c.tranſmiſſæ. in verſic.à vicinia.extra qui filij ſint legitimi. & apertiùs ad verbũ in cap.per tuas, extra de probat. vbi Innocẽtius Tertius Papa docuit,
70 quòd ſi qui nominent † aliquem filium, & ita communiter reputetur, non credetur poſtea alteri eorum cõtrarium aſſerenti: & ratio verò eſt, quia perfectè hoc probari facile non poſſit. Ad hoc accedit teſtificatio alia ipſiuſmet facta cum iuramento coram Officialibus, vt ſupra retulimus, & quòd doctrina Afflicti ita debeat intelligi (vt diximus) quid dixerit ipſemet in deciſione 307. nume.25. (ſequens eundem Bal. in l.qui quinque.ff.de legatis pri-
71 mo) dixit enim,quòd ſi teſtis † dixit,credo,quia vidi: Illud verbũ, credo, mutat naturam, & ponitur affirmatiuè,& nõ dubitatiuè. Ad hoc accedit, quòd ſufficit teſtificationi, vt probet ſi teſtis teſtificetur de eo, quod ſenſu percipit, vt in l.qui teſtamẽto hęres. §.fi.ff. de teſtamẽtis,& q̃ teſta. fac.poſſ. & ibi per Doct. quapropter conuincitur oppoſitionẽ fuiſſe vanã.

Hæc omnia dubia examinãda ſuſcepimus, non q̃ D. Octauius Boerius fuerit natus ex D.Bernardo Boerio V. I. D. & Clerico in minoribus conſtituto, & beneficiato, & Magnifica Lucia Veneta, ante eorum inſimul contractũ matrimoniũ. At potius, q̃n ita à parte aduerſa ſiue aliquo vero fundamento in iudicio fuerat propoſitum, prout etiam ex dubijs propoſitis apertiſſimè elicitur. Diximus ergo quæ ex ſacrorum Canonum, Imperialiũ cõſtitutionũ, atq; Doctorũ vtriuſq; cenſuræ decretis, ac ſnijs meo ingeniolo colligere deſuper indultum fuit.

Qui-

zed by Google

Quibus & meum qualecumque præstiti votum.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

De repetendis, vel non repetendis bonis hæreditarijs alienãtis post aditam hæreditatem à filio testatoris instituentis in ipsis hæredem dictum filium alienantem, & suis hæredibus, sub his præcisis verbis, instituo in bonis omnibus meis meum hæredem filium meum Sempronium, & suos hæredes.

SVMMARIVM.

1 Oratio copulatiua vocat simul, & æqualiter omnes personas copulatas. & nu. 6

2 Coniunctio facta per dictionem, &, vel per, cum, an differat.

3 Institutio facta per, cum, admittit omnes simul vocatos, etiam si essent personæ, inter quas cadit ordo affectionis, & charitatis.

4 Filius si sit institutus hæres, vnà cũ alijs extraneis, tunc extranei dicentur simul vocati cum filio.

5 Regula communiter approbata est, quòd quando plures personæ copulantur, inter quas non solùm adest ordo affectionis naturæ, & charitatis, verum etiam cõcurrit necessitas præcisè ipsas in hæredes instituẽdi, vel casjatiuè, ne testamentum rumpatur, tunc personæ copulatæ censentur ordine successiuo vocatæ ad bona hæreditaria, & quære. & quid dicendum sit, si fuissent aliqui vocati nomine collectiuo.

7 Nomine proprio si quis nominetur in fideicommisso, & plures nomine collectiuo, quomodo veniant.

8 Filius, & nepotes si instituantur hæredes, non dicentur simul inuitati, sed ordine successiuo: & quid deberet institui ordine successiuo.

9 Verba hæc in testamento posita, videlicet instituo hæredem meum filium, & nepotem ex eo, quomodo de iure erunt interpretanda.

10 Filij in testamento patris præteriti nulla expressa causa, rumpunt testamentum, & veniẽt ab intestato.

11 Frater & eius filij, si instituantur hærede, sprimò admittẽtur frater, deinde filij ordine successiuo, & quare.

12 Liberi, si instituantur hæredes, quomodo sit intelligẽda talis institutio.

13 Emptores bonorum alicuius, qui instituerat hæredem filium propriũ, & eius filios, nõ poterunt molestari à dictis filijs post mortem patris eorum, qui in vita sua, post tamen mortem sui patris illis vendiderat dicta bona hæreditaria, et quare.

14 Verbum, substituo, non comprehendit fideicommissariam substitutionẽ, sed solùm vulgarẽ, et pupillarẽ.

Digitized by Google

15 *Institutio breuiloqua simpliciter facta interpretatur directa, & non fideicommissaria. & nu. 18.*

16 *Fideicommissaria substitutio quibus verbis fiat.*

17 *Testatoris nepotes, de quibus est sermo, dicuntur vocati per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissariam, & quare? & quæ differentia sit inter vtramque substitutionem. nu. 19.*

20 *Institutio directa, quæ dicatur.*

21 *Nepotes non admittentur ad institutionem factam ab auo instituente filium, & nepotes ex eodē filio instituto, si mortuo auo, pater adijt hereditatem, & dissipauit hereditaria bona, & quare.*

22 *Fideicommissa tanquàm odiosa, etsi non præsumantur, tamen si verba, & voluntas vrgeant, tunc præsumentur.*

23 *Persona aliquando plures vocatæ à testatore per copulatiuam, dicentur solùm vocari ordine successiuo.*

24 *Copulatiua oratio uocat omnes æqualiter, & non ordine successiuo, quando à testatore fuissent vocati solùm ij, inter quos solùm cadit charitatis, & affectionis ordo, & non necessitatis, saltem causatiuè.*

25 *Copulatiua oratio, quando non sortietur suum effectum.*

26 *Testamentis quando idem sit copulare per copulam, &, & per coniunctionem, cum, & quando non. & quare.*

27 *Pater & filij instituti ab auo, quomodo dicantur instituti.*

DECISIO VII.

THEMA.

Titius viuens, vnicum habens filium Sempronium, nepotes filios dicti Sempronij verò quinque viuentes; testamentum condidit his præcisis vtens verbis, videlicet: In omnibus bonis meis mobilibus, & immobilibus hęredem instituo meum, Sempronium meum filium, & eius hæredes. Post mortem dicti Titij dictus Sempronius totam hæreditatem patris sui alienauit sine consensu filiorum cohæredum institutorum sub dictis verbis.

Quæritur modò, an dicti filij Sempronij possint repetere dicta bona alienata, ab eorum emptoribus.

Cùm difficillima & quotidiana sit proposita quæstio, operæpretium duximus pro vtraque parte arguere, ac deinceps præmissa distinctione quadam, vnica conclusione satisfaciemus præsenti ambiguitati.

IN-

Digitized by Google

INVOCATO Sanctissimę Trinitatis Numine, ac opę sanctissimę Deiparæ, cuius annonciationis festũ hodie celebramus, atque Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti, proferemus quicquid sentiemus.

Et primò videbatur dicendum dictam alienationem fuisse irritam, ac per consequens dicta bona dictis filijs adiudicanda omnino fore subsequentibus medijs.

Primum est, quoniam in dicto testamento adest copulatiua oratio, scilicet instituit, & esse voluit sibi hæredem Sempronium eius filium, & eius hæredes: cùm dictæ orationis copulatiuæ † ea sit ratio, vt omnes personæ copulatæ simul, & æqualiter vocentur, vt in l. vnica. §. his ita. & §. seq. C. de caduc. tol. cum alijs simil. iuribus citatis per Iasonem in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 12. ff. de liber. & posthum. Corne. in consil. 321. lib. 3. vol. 3. sed in casu nostro, vt diximus, isti filij Sempronij copulatiuè fuerunt vocati: ergo simul, & æqualiter dici vidẽtur instituti, eo quòd natura copulæ sit coniungere pariter, vt in l. 1. §. si quis ita. ff. de eo quòd certo loco. & in l. reos. §. cum in talibus. ff. de duobus reis. Idque comprobatur ex eo, quod dicitur nõ esse à propria natura verborum recedendum, nisi de contraria testatoris voluntate appareat, vt in l. non aliter. & in l. ille, aut ille. ff. de legatis tertio.

Secundum, quoniam paria esse dicuntur coniunctionem fieri per dictionem, † &, vel per dictionẽ, cùm, vt in l. Titiæ textores. §. nihil. ff. de legat. 1. & in l. si quis Titio, & hæredibus. cum l. sequenti. ff. de vsufr. accresc. & in l. Triplici. ff. de verb. signific. sed quando fit institutio † per copulam, cum, vocati simul admittuntur, etiam si sint personæ, inter quas cadit ordo affectionis, & charitatis, vt in l. fin. C. de impub. & alijs substit. Iason in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 30. ff. de liber. & posthum. Conarruuias in cap. Raynutius. §. 2. nu. 3. extra de testam. post Anton. Rub. & fort. quos ibi citat: ergo in casu nostro dicti filij debent cum patre admitti, & conuenire videtur quod docuit Iason in dicto §. quidam rectè. nu. 32. & 33. dicens, quòd etsi quando dictio, cum, ponitur inter personas, quarum vna non est alteri accessoria, vt in filijs qui non accedunt matri, tunc non est differẽtia an coniunctio fiat per dictionem, &, vel per copulam, cum: secus si poneretur inter personas, quarum vna accederet alteri, vel ambæ pro vna reputarentur, vt pater & filius in potestate: quia adiectus per dictionem, &, non facit partem, secus per dictionem, cum, quam Iasonis doctrinã putamus ipsam accepisse ex dictis Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de pecul. leg.

Tertium, ad hoc ipsum probandum concurrit & hęc ratio, nã si Titius auus instituisset Sempronium filium, † & alios extraneos in hęredes. ipsi hęredes extranei hęredes censerentur simul

vocati cum filio, vt in l.fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. arguendo modò à maioritate rationis videtur concludendum, quòd multò magis dicendi erunt inſtituti, ac vocati ad hęreditatem dicti nepotes, filij Sempronij tanquam magis dilecti, quo argumẽto motus hanc ſententiam ſequutus fuit Marius Salomonius in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 46.

Quartum, quoniam dicendum videtur, quòd ſi non fuerint vocati ad hęreditatem dicti nepotes ſimul cum Sempronio patre eorum, ſaltem fuerint vocati ordine ſucceſſiuo, ita q̃ poſt mortẽ Sempronij patris eorum remaneant inſtituti heredes in dictis bonis à dicto Titio eorũ auo: Si ergo ordine ſucceſſiuo inde videtur ſequi dictum Semproniũ non potuiſſe illa bona alienare tanquam fideicommiſſo tacitè ſubiecta reſtituenda dictis nepotibus poſt mortẽ Sempronij patris eorum, cùm dicti nepotes dicendi ſint ad dicta bona hęreditãda vocati ordine ſucceſſiuo, quod & videtur probari his medijs. Primũ quorum eſt, quoniam in dicto teſtamento dictus Titius inſtituit hęredem ipſum Sempronium, & hęredes ſuos (vtique legitimos & naturales, ideſt nepotes filios dicti Sempronij, cùm nõ poſſint interpretari ſecundum mentem ipſius teſtatoris voluiſſe eũ priuare nepotes dictis bonis inſtituendo hęredes alios extraneos) cùm igitur de nepotib. ipſa teſtatoris verba ſint omnino intelligẽda, & regula, ac firma concluſio ſit apud Doctores, † quòd quando plures perſonę copulãtur, inter quas nõ ſolùm adeſt ordo affectionis naturę, & charitatis, verum etiam concurrit neceſſitas pręcisè ipſas in hęredes inſtituendi, vel cauſatiuè, ne teſtamentum rumpatur, tunc huiuſmodi perſonę copulatę (prout in caſu noſtro reperitur) cenſentur ordine ſucceſſiuo vocatæ ad dicta bona hęreditaria, quod & docuerunt cõiter Doctores in d.l. Gallus. §. quidam rectè. relati à Laſo. ibi. nu. 11. 12. & 20. Alex. in conſil. 22. nu. 6. vol. 3. & in conſil. 13. vol. 4. in conſi. 24. incip. Attẽtis his. nu. 5. & ſeq. lib. 3. Decius in conſ. 205. nu. 2. in cõſ. 213. nu. 6. & 7. & in conſil. 384. nu. 2. 3. & 6. Ioannes Crottus in conſil. 4. nu. 1. vbi dicit hanc opinionem communem & veram, & in conſulendo atque iudicãdo amplectendam. Iulius Clarus in lib. 3. ſent. iuris. §. teſtamentum, q. 80. concluſ. 2. qui ſpecialiter loquitur in caſu noſtro, quando hæredes inſtituerentur filius & nepos ipſius teſtatoris, aſſerens, quòd tunc nõ cenſeantur vocati ſimul & ſemel, ſed ordine ſucceſſiuo, & ratio eſt ſecundum eum, in eo. §. teſtamentum. q. 76. verſi. ſecundo infertur, quoniam diſpoſitio teſtatoris facta de perſonis, quæ ſibi ab inteſtato ſuccedere poſſent, in dubio intelligitur eo modo, & ordine, quo de iure communi, vel municipali ad ſucceſſionem ab inteſtato vocarentur, prout colligitur ex not. per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. quem omnes ſequuntur, vt docuit Socinus iunior

iunior in consil. 104. nu. 26. lib. 1.) Inde sequitur (ait Clarus vbi supra,) quòd si plures vocati sint ad fideicommissum sub nomine collectiuo: puta, substituo omnes de familia mea, censentur vocati ordine successiuo, ita vt gradatim proximiores admittantur, secundum quod succeditur ab intestato, & ita tenuit Glo. in l. cùm ita. 6 §. in fideicommisso. in versic. nominati sunt. ff. de legat. 2. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Paris. consi. 3. nu. 41. lib. 1. & consil. 38. nu. 1. lib. 2. & cons. 51. nu. 16. eod. vol. & cons. 57. nu. 16. eod. vol. & consil. 76. nu. 6. eo. vol. & consil. 83. nu. 14. eod. volum. & consil. 5. nu. 26. lib. 3. & consil. 50. nu. 28. eod. vol. quam conclusionem Socinus in consil. 43. num. 8. lib. 3. & consi. 86. nu. 8. eod. vol. & Curt. iun. cons. 22. nu. 12. dicunt 7 * esse communem. Iulius etiam Clarus in dicta conclusione secunda, videtur specialius loqui de casu nostro dicens, quòd quando inter eos, qui vocantur per copulam, cadit non solùm ordo charitatis, sed etiam concurrit necessitas instituendo, saltem causatiua, vt est, quando instituuntur filius, & nepos ipsius testatoris: eo casu non censentur vocati simul, & semel, sed ordine successiuo, scilicet filius solus in primis, deinde nepos post eum, & quòd hæc est communis opinio, vt attestantur scribentes in dicta l. Gallus. §. quidam rectè. & in specie Alex. post nu. 6. versi. in ea. Glos. ibi. & Iason ibi. nu. 20. rursus Alex. in cons. 14. nu. 10. lib. 2. Corn. in consi. 156. in l. 11. lib. 4. Bertran. in consi. 9. nu. 1. lib. 1. in 2. par. & consi. 82. nu. 2. eod. vol. & consi. 182. nu. 1. lib. 3. in 2. parte. Curt. iun. in cons. 128. nu. 1. Berous in c. Rainutius. nu. 68. & sequen. Idem docuit Corn. in consi. 231. post nu. 1. in vers. prædictis tamen non obstantibus, qui Doctor postquam dixisset, quòd natura copulæ † est pariter copulata inuitare, vt in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. oblig. & in l. reos. §. in tabulis. ff. de duobus reis. etiam quãdo inuitantur pater, & filius, vt est text. in c. Rainutius. ext. de testam. & in l. si quis Titio, & in l. si mulieri, cum liberis, ff. de vsufru. accres. & hoc propter naturam copulæ, quæ est, vt copulatiuè censeantur simul, & æqualiter inuitati, etsi non negemus, quòd quãdo vnus nominatur nomine † proprio, & plures nominantur nomine collectiuo, tunc (vt docuit Corn. in d. consi. 231. incip. Visis scripturis, colum. 2. in princ.) tunc omnes nominati nomine collectiuo habẽtur pro vno, vt tantundem recipiant, quãtum ille solus nominat⁹ nomine proprio, vt in l. si pater. ff. de vulg. & pupil. & in l. si Titius. ff. de hęred. instit. & in l. planè. in princ. de legat. 2. cum simil. etsi fallat hæc regula, quando esset adiectum, q̃ęquè succedant: nam tunc in tantum succedit quilibet ex nominatis nomine collectiuo, inquantum succedit nominatus nomine proprio, vel nomine appellatiuo. vt est text. not. in l. interdum. ff. de hæred. instit. pari ratione, & fortius id ipsum sentiẽdum erit, quando

quando vbi adderẽtur verba hęc, videlicet . Aequis portionibus. Quãpropter concludendo dictus Corn.vbi ſupra in conſi.2.verſic. prędictis tamen non obſtantibus dicit, quòd quando inſtituuntur
8 † hæredes filij, & eorum nepotes tunc non erunt cẽſendi ſimul inuitati filius,& nepotes,ſed ordine ſucceſſiuo, hoc eſt, quòd ſi filius non ſuperterit tempore delatæ hæreditatis,& ſic non erit hæres, tunc cenſeantur inſtituti nepotes,vt in l.Gallus.§.quidam tẽtè,ff.de liber. & poſthum. & ibi per glo.apertiſſimè in verſic.non exprimat,dicens hęc verba in teſtamento poſita, videlicet, Inſtituo filium , & nepotem ex eo, interpretãda erunt , quòd ſubſtituerit naſciturum nepotem filio, in eum caſum in quem pręteritus rumperet teſtamentum , ſcilicet, quando viuo teſtatore moritur filius,& poſtea ipſo teſtatore mortuo naſcitur nepos infra x. menſes:vt enim teſtamentũ non rumperetur inſtituit nepotem naſciturum. Addidit ibidem glo.quid dicendum in caſu noſtro, ſcilicet
9 quando teſtator † inſtituiſſet filium,& nepotem natum,& refert idem dicendum fore:cùm dicatur eodem ordine inſtituiſſe ipſos,quando teſtator eſſet pater,& auus,ſecus ſi extrane⁹,& hoc gloſam cõmuniter Doctores ibidem ſequuntur, vt refert ibidem Aret. col.2. in verſ.in glo. poſita ſuper verſic. non exprimat, dicens hoc eſſe, quando inter filium , & nepotem non ſolum eſt ordo charitatis naturalis,ſed etiã ordo ſucceſſionis ab inteſtato, & cum hoc concurrit, quòd aliquo caſu teſtator habebat neceſſè hũc nepotem inſtituere,videlicet. Si filius moreretur viuo pãtre, vt in l.Gallus. §.nunc de lege.ff.de liberis,& poſthu.quod & ſequutus fuit Corn. vbi ſupra, qui idipſum confirmauit in conſi.47. incip.In præſenti conſultatione . col.2. verſ.his tamen non obſtantibus, lib.4. concludens,quòd vbi concurrit ordo charitatis,& affectionis cum ordine ſcripturæ : licèt ceſſet ordo debiti naturalis , tamẽ cenſentur inſtituti, & vocati ordine ſucceſſiuo,& non ſimul: ſed in caſu noſtro, vt diximus ; vltra ordinẽ affectionis concurrit neceſſitas inſtituendi nepotes tanſatinè, quia ſi mortuo pãtre ſuperuiuente auo teſtatore ipſi ſubintrarent in locũ patris,etſi reperirent ſe prętero
10 ritos † ſine inſertione cauſę, poſſent dicere teſtamentum nullum, ac ipſum irritare, vt docet ſingularis, ac aureus textus in Authen. vt cum de appell. cogno. §. aliud quoque, vbi hoc expreſsè habetur , & docuerunt ibi Doctores, necnon & infraſcripti alij, ſcilicet Glo.in l.1. C.de inoffic.teſtamen.Aret. & Ioan.Faber.in §.fin. inſtit.de exhæred.lib.Pau.de Caſtro in Authen.non licet. C.de liber.præter. & Cacheranus in deciſ.Pedemont.81.nu.13.

Secundò pro hac eadem opinione vr̃ facere alia cõmunis concluſio , in qua dicitur , q; ſi quis inſtituat fratrem , & eius liberos tunc ipſe frater primo admitti-
11 tur, † deinde liberi ordine ſucceſſiuo,

cessiuo, cùm sint vocati sub nomine collectiuo continente plures gradus, ita concludit Ang. in consil. 38. num. 3. Iason post alios per eum relatos in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 22. Socin. in consi. 113. nu. 2. & 3. vol. 1. quem refert, & sequitur Gal. in d. l. §. quidam recte, col. 5. vers. tertia conclusio, & facit textus in l. fin. iuncta glo. in vers. nulla. C. de verb. signif. Paris. in cons. 23. nu. 128. vol. 1. & in consi. 2. nu. 2. 27. & sequen. vol. 3. Decius in consi. 248. num. 3. & 4. cons. 205. num. 2. consi. 236. nu. 2. Socin. in cõs. 238. col. 2. quem refert, ac sequitur Couarr. vnà cũ alijs. in c. Rain. §. 2. nu. 6. extra de testam. Cranet. in consi. 22. nu. 2. Ioannes Dilect. de arte testandi titu. 4. causa 6. nu. 4. post Bar. Bal. & Alex. quos refert Neuiz. in consil. 54. nu. 10. Port. in cons. 8. num. 27. Natta in cons. 437. nu. 1. Idem docuit Cacheranus vbi supra. nu. 14. & idem dicitur, cùm plures instituerentur vnus nomine proprio, & reliqui nomine collectiuo per dictionem plurium graduum, vt instituo Titium, & eius liberos, vel posteros, vel familiã, dicentur isti vocati ordine successiuo, vt docuit Bart. in d. l. Gallus, §. quidam rectè. quem communiter sequuntur Doctores, vt testatur Gribald. ibi vers. secundo limitatur. Decius in cõs. 248. Couarru. in c. Raynutius, §. 2. nu. 6. quos refert, ac sequitur Michael Grassus in tractat. commu. opin. tit. de instit. §. certum est plures, nu. 14. versic. septima qui. nu. 13. ibidem id ipsum docuerat de institutis tali pacto, instituo filium meum, & eius filios collectiuè, eo quòd intelligantur instituti successiuo ordine, & sic primo filius, & post mortem eius filius illius æqualiter, & ad hoc probãdum citat multos Micheal Grassus vbi supra.

Tertiò idipsum videtur probari, arguendo à maioritate rationis per tex. in Authen. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles. Nam
12 si instituerentur liberi, † dicetur institutio facta inter eos ordine successiuo, vt censeantur vocati proximiores, & semper salua gradus prærogatiua, prout docuerũt infrascripti Doct. videlicet Bart. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. per text. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. & in l. fin. ff. de verb. signif. ad hoc probandum summoperè deseruiunt allata in dicto secundo fundamento. Ergo vbi pater, qui est proximior in gradu ipsi auo, quàm dicti nepotes interuenit, dicendum erit testatorem voluisse seruare gradus prærogatiuam, quam lex, & natura prius ad hæreditatem ab intestato vocabãt, vt in l. fin. C. quorum bonorum. & in Authen. defuncto. C. ad Tertul. & ita præsumitur testatorem censuisse, vt docuit Bal. in l. 1. col. 3. C. de secundis nupt.

Ex his fundamentis verissimis videbatur dicendum dictos nepotes institutos hæredes in dictis bonis Titij eorum aui saltem ordine successiuo, scilicet post mortem Sempronij eorum patris, filij eorum, & coheredis dicti Titij: si ergo ordine successiuo, inde videtur

interfuisse institutionem fi-
ommissariam, ita vt de ipsis
potuisset disponere, vel ali-
alienare in vita sua ipse Sē-
ius pater eorum, nisi de vsu-
tu, prout communiter dici-
de rebus subiectis fideicom-
issis, ac per consequens, quòd
ienatio sequuta fuerit ipso iure
ulla.

His tamen omnibus non ob-
antibus breuiter multa perstrin
gendo dicimus, nullo iure dictos
nepotes posse † molestare em-
ptores dictorum bonorum (in ca
su proposito contentorum,) cùm
Sempronius potuerit illa aliena-
re tanquam suæ dispositioni com
missa, & non subiecta fideicom-
misso alicui, etsi non negemus in
illis fuisse substitutos dictos ne-
potes, si Sempronius eorum pa-
ter illa in sua vita non dissipasset,
& mortuus fuisset ab intestato,
vel viuente Titio eorum auo, eo
quòd dicti nepotes ad dicta bo-
na hereditaria a Titio eorum auo
censentur solùm vocati per vulga-
rem substitutionem, non autem
per fideicommissum, prout do-
cuit his præcisis verbis vtens Are
tinus in d.l.Gallus. §.quidam re-
ctè.col.4. versic. secundo videtur
errare.ff.de liber. & posthum.re-
prehendens Pau.de Cast.ibidem
dicentem, quòd fratre instituto
adeunte post mortem testatoris,
filij eius vocabuntur ipso fratre
mortuo per fideicōmissum. Qua-
propter ipse ibi subdidit, & hæc
præcisa verba, videlicet. Nā hoc
videtur impossibile, tū quia sub-
stitutio facta per verbum dire-
ctum ciuile, sicut est verbum in-
stituo, ex quo a principio potuit
valere iure directo, non videtur
inualidandum fore, vt in l.verbis
ciuilibus, & in l.in substitutione.
ff.de vulg.& pup. Nam in d.l.ver-
bis ciuilibus hęc habentur, vide-
licet [Verbis ciuilibus substitu-
tionem post decimumquartum
annum ætatis frustra fieri conue-
nit: sed qui non admittitur, vt
substitutus, vt adiectus hæres qñ-
que non erit, ne fiat contra volun
tatem, si filius non habeat totum
interim, quod ei testamento pa-
ter dedit.] hæc ibi. Tum etiam,
14 quia verbum substituo † non cō-
prehendit fideicommissariā sub-
stitutionē, sed solùm vulgarem,
& pupillarem, vt est casus hic cū
glo. sua, quam allegat Bar.ad hoc
ita tenentem in l.Centurio. ff.de
vulga. & pupil. Melius ergo po-
test dicere, quòd filij videntur
inuitari per substitutionem vul-
garem, & omni casu in quo ipsa
substitutio potest habere locum.
Hæc omnia Aretinus vbi supra.
Id ipsum docuit Corn. in consil.
231.nu.3. vers.tum quia substitu-
tio his præcisis verbis vtens, vi-
15 delicet Tū quia substitutio † bre
uiloqua simpliciter facta inter-
pretatur directa, & non fideicom
missaria, vt in l.iam hoc iure, &
in l.Lucius. ff.de vulg. & pupil.&
in l.hæreditatem. C.de impube-
rum, & alijs substitutionibus. hęc
ille. Et quia hæc tacita substitu-
tio testamentaria (prout in casu
proposito) fuit breuiloqua, & sim
pliciter facta sine additamento
aliquorum verborū denotantium

hanc

hanc institutionem, seu substitutionem, fuisse fideicommissariã, cùm inibi non reperiantur hæc verba, quibus institutionem fideicommissariam fieri a Doctoribus communiter doceturi Indè sequitur, quòd huiusmodi institu-
16 tutione † non fuerit fideicommissaria. Verba enim quibus fideicommissaria institutio celebratur sunt solùm infrascripta, vt ad litteram habetur in §. fin. instit. de singulis rebus per fideicommissum relictis, videlicet. [Verba autem fideicommissorũ hæc maximè in vsu habentur, peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo, quæ proinde singula firma sunt, ac si omnia in vnum congesta essent.] hæc in d. §. Id ipsum expressius docuit Iulius Clarus in §. testamentum, q. 80. dicẽs
17 dictos nepotes testatoris † solũmodo cẽsendos fore vocatos per vulgarem substitutionem, non autem per fideicommissum, & quòd hæc sit communis opinio, vt attestatur Decius in consi. 205. post nu. 9. & in cons. 248. post nu. 6. & Parisi in cons. 82. nu. 11. lib. 2. necnon Emil. Ferret. in consi. 10. nu. 1. Addiditque ibidem Clarus, q̃ vtilitas hoc sciendi est euidens & maxima, quia si censeretur inductum fideicommissum, nõ posset filius testatoris de ipsa hæreditate liberè disponere, & testari, sed teneretur illam restituere ipsis nepotibus: si verò est tantũmodo vulgaris substitutio, filio adeunte, statim expirat, iuxta ea, quæ dixi supra. §. substitutio. hæc omnia Iul. Clarus vbi sup. Id ipsum docuerunt expressè & infrascripti Doct. videlicet, Glo. in l. Gallus. §. quidã. ff. de vulg. & pup. insuper sciendum, q̃ Laur. Kircho uius in tract. commun. opinio. in verf. substitutio: dicit q̃ substi-
18 tutio † breuiloqua siue sit facta verbis directis, siue verbis cõib. siue sit facta personis imparibus, siue paribus nunquã continet sub se nisi directas vulgares, pupillares, & exẽplares substitutiones, nunquam aũt fideicommissariã, & hanc esse asserit cõem opinionem antiquorum, & Modern. Doct. prout ét testatur Ias. in consi. 134. nu. 2. vol. 1. vbi multas ibidẽ Doct. sententias recenset, q̃ conclusionem cõiter obseruari scripsit consulendo Dec. in cons. 205. nu. 6. & in cons. 192. num. 3. & in cons. 219. nu. 3. vbi addit hanc eãdem opinionem cõem esse, a qua in iudicando, & consulendo non esse recedendum. Memoriæ cõmendãdum quoque summopere expedier pro intelligentia veritatis presentis nr̃æ conclusionis id, quod in terminis ipsius cõclusionis docuit Michael Grassus in tra. cta. cõm. opin. tit. de substit. vulg. nu. 11. verf. sed quid si quis. Vbi his prẽcisis verbis vtit, videlicet. Sed quid si quis instituat filiũ suum, & nepotes ex eo, quo casu censetur vocasse ordine successiuo, & resoluitur per substitutionem, nunquid erit vulgaris, vel fideicommissum? Respõdetur, q̃ talis insti-
19 tutio † resoluitur in substitutionem vulgarem, non aũt inducitur fideicommissum, & addit, q̃ ita tenẽt infrascripti Doct, videlicet,

Glo.

Glo.& sequitur Bar.in l.Gallus.§. quidã rectè.ff.de liber.& posthu. & est communis opinio, vt testatur Alex.& Iason ibidem. & Decius in consi.288. nu.2. prope finem.Ioannes Cœphal.in consilio 134.nu.1.& hoc procedit etiam si eos institutos inuicem substituat testator, quoniam reciproca hæc solam comprehendit vulgarem, prout docuit Bart. in l.Lucius.ff. de vulg.& pupil.& est communis opinio, vt docuit ibidem Alex. nu.19.dictus Cephalus in d.cons. 134. nu.2. & sciendum quòd suprascriptã Barto. sententiam approbat,ac sequitur Matthesilanus in suo not.157.vers. Nota quòd si decedens,dicens in institutione
20 directa, † vt quando pater instituit filiam, & nepotem ex filia: tunc quia videtur feciſſe institutionem ordine successiuo, scilicet, vt primò filia sit instituta viriliter, secundò illi sit vulgariter substitutus nepos.arg.in d.l.Gallus.§.quidam rectè, & ibi glo. & Bart. expressè. Id ipsum repetijt apertius Michael Grassus in dicto tract.commu.opinio. titu. de instit.in quæst.20.nu.17. versic. nona conclusio, dicens, ꝙ quando duo,vel plures instituũtur ordine successiuo, intelligitur per vulgarem substitutionem,non autem fideicommissariam, ita quidem vt admittatur nepos † eo ca
21 su, quo filius vino patre moriatur, vel postea nolit adire: secus verò si filius viueret, & adiret, quia tũc nepos omnino excluditur,nec admittitur ꝑ substitutionem fideicommissariam, quia filius nõ censetur grauatus eis q̃quam restituere, asserens, ꝙ hæc sit communis opinio, vt docuit Galiaul. in d.l. Gallus. §.quidam rectè, Decius in consi.384. incip. In casu proposito. quem retulit, ac sequutus fuit Parisius in consi. 82.nu.11.lib.2.Nouissimè notandum,quòd Michael Grassus in suprascripto tract.tit.de fideicommissis.quæst.4.num.4. & 5.in fine concludendo asseruit: dicens licèt enim vulgata, & trita sit omnium sententia, quòd fideicom-
22 missa † quia odiosa non præsumantur: tamen hoc intelligitur, nisi verba, & voluntas vrgeant: tũc enim illud inductum esse censeri debet:aliàs in dubio minimè extare, vel adesse interpretabimur,hæc ille. cùm ergo ex verbis dictæ propositæ quæstionis non tantum non simus in dubijs, sed in certis, prout colligitur ex supradictis verbis testamenti. Indè concluditur dictam institutionẽ non fuisse fideicommissariam, ac per consequens dictos nepotes nihil de iure posse repetere.

Etsi ex hic allatis apertissimè eliciatur veritas præsentis nostræ sententiæ,& fundamentorũ eius, ac per consequés tacitè indè fuerit satisfactum supradictis rationibus in contrarium adductis: Tamen nonnulla breuiter ad ipsa expressè exprimenda afferemus, gradatim procedendo, ac respondendo supra recensitis obiectionibus.

Dicemus ergo ad primã, & secundam nobis factam obiectionem fundatam, in versic.ratione

oratio-

Digitized by Google

orationis copulatiuæ per coniun ctionē, &, & coniunctionem, cū, respondēdo veritati nostræ conclusionis non obstare propriam vim copulæ incertæ in dictis verbis testamenti, tum quia multoties receditur à propria vi verborū, ratione subiectę materię, vel verisimilis mentis testatoris, vt contingit in terminis, in quibus loquuntur glo. Bar. & cęteri Doct. in l. Gallus. §. qui rem. ff. de liber. & posthu. & reliqui Doct. supra per me citati; necnon & iura allegata in ipsa glos. & in l. generaliter. C. de institu. & substit. & in l. cùm pater. §. à te petó. ff. de legat. 2. & in l. hęredes mei. §. peto. ff. ad Trebel. & in l. 1. C. de secund. nupt. & in l. si incęstu. C. de incęst. nupt. & in l. 1. C. de natu. liber. in quibus iuribus lex
2 3 vocat plures personas † per copulatiuam, (vt benè dixit) Corneus in consi. 221. col. pen. nu. 2. vers. non enim obstat propria uis copulæ, vol. 1. quem citat, ac sequitur Cacheranus in Pedemont. decis. 81. num. 18. vers. non obstat natura copulatiuæ. & tamen inuitantur ordine successiuo, maxime hoc contingit in casu nostro, cum inter eos, qui vocati fuerunt ad dicta bona hæreditaria, non solum cadit charitatis ordo, & affectionis, verum etiam necessitas saltem causatiua ipsos instituendi, vt latius fuit allatum in probationem quarti argumenti inducti in fauorem partis negātis dictam alienationem validam: etsi non negemus dictā copulatiuam
24 † orationem hoc efficere, si fuissent a testatore vocati solum ij, inter quos solùm cadit charitatis, & affectionis ordo, & non necessitatis saltem causatiuæ: nā tunc dicta copulatiua oratio inserta in testamento operaretur, vt omnes vocati in testamēto ad bona hæreditaria simul, & semel, & pro æquali portione, vt si quis instituisset fratrem, & filios eius, vel alium extraneū, & filios, aut alios extraneos, prout communiter Doctores tenent, dicentes hanc esse communem Doct. sententiam, inter quos sunt infrascripti, videlicet Alex. in consi. 129. num. 7. volum. 5. Decius in consi. 95. nu. 2. Cępolla in consi. ciuili. 52. post num. 4. asserens, quòd ita teneant communiter Legistæ, & Canonistæ; nec nō Doct. in dicta l. Gallus. §. quidam rectè, & in specie Imo. post nu. 20. vers. interdum verò Iacob. Put. Jas. ibidem, num. 22. & sequen. Rubeus. ibidem nu. 57. & sequen. & rursus Alex. in consi. 22. post nu. 8. lib. 3. & in consi. 13. lib. 4. Corn. in consil. 229. littera I. lib. 3. Socinus in cons. 90. nu. 1. lib. 1. & consi. 113. nu. 1. eo. vol. & in cons. 238. lib. 2. Idē docuit Boerius in decis. 185. nu. 16. vers. & per illum text. asserens hanc esse communem Doctorum opinionē, & probari iuribus, scilicet per text. in c. Rainutius, & c. Rainaldus. ext. de testamentis, & in Authen. C. de bonis, quæ liber. vers. & forsitan. Indē fit, quòd si pater ab extraneo institutus fuerit vnà cum filijs suis habet solum partem suam, & in parte filiorum nihil iuris, &

sic

sic proportione solum virili succedunt, sicut quando ab intestato pater, & filij succedunt fratri, & filio defuncto, vt in Authen. defuncto, ibi vt viriles portiones faciant. C. ad Senat. Consult. Tertull. Nam magis communis, & vera opinio est (prout docuit Alexan. in d.l. Gallus. §. quidã rectè. & in consi. 22. per totum, sed specialiter col. 3. vers. & quamuis, vol. 3.) quòd si ab extraneo fuerint instituti hæredes, quòd intelligãtur pro suis ratis, & partibus vocati, postquam non sunt de descendentibus testatoris ab eo de necessitate vocãdis, vel instituendis pro conseruatione sui testamenti, & hoc multipliciter probauit ipse Alex. vbi supra, asserés se pluries tam cõcludendo, quàm legendo tenuisse, vt testatur in d. consi. 22. & in consi. 13. colum. 4. vers. & ex præmissis præsens consultatio per totam, col. Idem docuit Ang. in consi. 285. in c. super primo puncto. in princip. Idem Socinus in d. §. quadam rectè, vbi ponit quinque cõclusiones. idem Corn. in consi. 231. incip. De pluribus, vol. 3. Idem Iason in consi. 26. nu. 2. vol. 2. & in cons. 206. nu. 2. vol. 2. Idem Decius in consilio 265. post num. 2. & in consi. 236. post nu. 1. col. 2. vers. sed illa, & in consi. 248. num. 2. & in consi. 253. post nu. 3. & in fine dicti consilij, & in consi. 291. nu. 1. Idem Ruin. in consi. 168. nu. 9. lib. 2. Idem Bertrand. in consi. 9. nu. 1. lib. 1. in secunda parte, & in consi. 215. nu. 5. lib. 3. in 2. par. Idem Curt. iun. in consi. 22. nu. 4. & in cons. 128. post nu. 1. vers. aut quæro. Ioannes Dilect. in tract. de arte testan. tit. 4. caut. 6. nu. 1. Berous in d. c. Rainutius, nu. 82. & sequen. Cacheranus vbi supra allatis in responsionem ad dicta contraria addidit, & hoc notatu dignum, dicens, q
25 quando copula † ponitur inter personas, inter quas cadit necessitas instituendi, & ordinata charitas affectionis, tunc copula nõ stabit propriè, nec retinebit naturam suam, sed intelligetur successiuo ordine, prout docuit Glo. in d.l. Gallus. §. quidam rectè. & ibi Bart. ac Iason, qui ibidem nu. 11. & 12. testatur hanc glo. communiter a Doctoribus approbari, quod & confirmauit Decius in consi. 384. nu. 3. Nec obstat, quòd idem sit copulare per dictionem,
26 † &, vel per dictionẽ, cum, quando inseruntur inter personas, vt docuit apertissimus text. in l. Titiæ textores. §. nihil distat. ff. de legat. 1. vbi hæc habentur, videlicet: [Nihil distat, vtrum ita legetur Titio & Meio, an ita Titio cum Meio. Vtrobique enim coniunctim legatum uidetur.] hæc ibi. quoniam duobus modis poterit huic obiectioni respõderi. primo, quòd dicta lex, & aliæ consimiles loquuntur in dispositionibus, vel in personis, in quibus non erat necessitas disponendi, vt in legatis, & fideicommissis, vel personis extraneis. Nam d.l. Titiæ textores. §. nihil distat. & textus in l. si quis Titio, & in l. si mulieri. ff. de vsufruct. accrescen. loquuntur in legatis, & fideicommissis, & in personis extraneis.

tranеis, & text.in l.fin. C.de impu.& alijs subſtit.loquitur in extraneis.Inde ſequitur,quòd in caſu noſtro non militant dicta iura: quoniam copula nō retinebit naturam ſuam, cum ponatur inter perſonas, inter quas cadit ordinata charitas,& neceſſitas diſponendi,vt ſupra latiſſimè fuit probatum: Et ſecundò reſpondetur etiam cum Bar.in d.§.quidam rectè.nu.4.& 5.quòd quantū ad inducēdum coniunctioné non erit differētia inter prædictas dictiones,ſed nihil indè ſequitur cōtra nram deciſionē, vt fuit probatū.

Reſpondendo ad tertium fundamentum contra noſtrā conclu-ſionem allatum aſſeuèramus, q̄ maioritas rationis ī caſu noſtro, etſi aliquo pacto apparēter videatur: intrinſecè verò examināda illud reperiri non poterit, tū quia (vt diximus)cōis, & rationabilis Doct. ſnīa ſemper docuit contra-
27 riū,cùm ēt pr̄ & filius † ſimul inſtituti,dicantur inſtituti cōditionaliter ab auo,ſ. in caſu quo ante mortē aui moreretur pr̄ nepotū, vel noluiſſet pr̄ adire hæreditatē: nam tunc ſolum dicerentur inſtituti ipſi,ne rumperent teſtm̄: cū ſine cauſa Auus ſuos nepotes in tali caſu nō potuiſſet exheredare, vt iā docuimus in ſuperioribus.q̄ tunc dicerentur ſuccedere auo,& non patri: adita hereditate igit̄ p̄ filiū,ipſi nepotes excluſi a tali inſtitutione intelligētur, tum q̄ verisimile eſt auū, ita voluiſſe p̄p maiorem amorē quo propriū filiū amauerat,q̄ ex filio nepotes, put regulariter cōtingit: tum ēt,quia pr̄ & filius dicuntur vna perſona, & filij dicuntur q̄d patris,vt glo. & Docto. cōiter docuerunt in l. quiſquis.C.ad l.Iul.Maieſ.

Ad quartum fundamentum, & eius rationes,q̄ facillima erit rn̄ſio,dicens,q̄ non erit bona cōſequētia dicere.Nepotes ſucceſſiuo ordine vocati fuerunt ad hereditāda ſupraſcripta bona alienata: ergo non poterat pr̄ eorum inſtitutus primo loco hæres illa alienare,ac per conſequens talis alienatio fuit nulla: ſi nulla, ergo de iure erunt dicta bona reſtituenda eis ab ijs, quib.fuerant aſſignata titulo venditionis.Nam tunc tale argumentū eſſet rationi congruū: ſi dicti nepotes eſſent extranei,& non nepotes teſtatoris. Cū(vt p̄bauimus) in caſu noſtro per aditionem hæreditatis dictus teſtōris filius effectus fuerit verus,vnicus,legitimus, ac abſolutus Dn̄s dictorum bonorum,& non fideicōmiſſarius, nec grauatus illa reſtituere nepotib.teſtatoris; cùm nullum prorſus verbum denotans fideicommiſſum ibi inſertum reperiatur:ſucceſſores ergo fuiſſent dicti nepotes,ſi pater eorum non diſſipaſſet,vel alienaſſet ea in ſua vita, & in morte in ſuo dominio reperta fuiſſent, vt patet ad ſenſum, & ex allatis hucuſque apertiſſimè claruit. Et hæc allata ſufficiant pro dilucidatione p̄ſentis noſtræ q̄ſtionis difficillimę, ac quotidianę,ſcituq; dignillimę.

Et hæc eſt mea ſnīa deciſiua.

Ego D.Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Libri ſcripturæ priuatæ etiam antiquæ regulariter non faciunt plenã fidem in his, quæ ibi continentur, etſi aliqualem præſumptionem, cuius quantitas arbitrio Iudicis remittitur.*

2 *Scripturæ mercatorum, & campſorum plenè non probant, niſi ſtatutum, aut conſuetudo diſponeret.*

3 *Scriptura priuatæ patris aliquid atteſtantis inter filios, etiam ſine teſtibus valet.*

4 *Scriptura priuata ſuſpecta in antidatione, vel annotatione dici, in qua ipſa fuit ſcripta, an præiudicet creditori poſteriori.*

5 *Regulam habens pro ſe in caſibus a iure non deciſis, dicitur habere intentionem fundatam; ita vt transferat onus probandi ſpecialitatem ad aduerſarium.*

6 *Regula allegari pro iure poterit in caſu, ĩ quo ius expreſsè nihil dicit.*

7 *Sententia tam diffinitiua, quàm interlocutoria lata expreſsè contrà regulã iuris eſt ipſo iure nulla: licèt reperiantur aliqui caſus excepti.*

8 *Pronunciandum ſecundum regulam erit, niſi contrarium probetur.*

De valore ſcripturæ priuatæ in qua dies natalitij filiorum alicuius continentur deſcripti.

DECISIO VIII.

Quæſtio examinanda talis proponitur. Vtrum ſcriptura priuata alicuius, in qua deſcripta diei præciſa natiuitatis ſingulorum filiorum fiorum reperitur, plenam fidem faciat contra tertium ad probandam ætatem dictorum filiorum.

Breuiſſimo ſermonis periodo reſpondendo propoſitæ quæſtioni; firmiſſimè aſſeueramus ipſam priuatam ſcripturam nullo pacto plenam probationẽ facere: ſed ſolùm, ſi antiqua eſſet, ſemiplenã. Et hæc quidem concluſio, ſeu reſponſio trib. veriſſimis fundamentis fulcietur.

PRIMVM fundamẽtum eſt. Quoniam regula veriſima iuris, & a Doctoribꝰ communiter approbata eſt, ꝙ

1 libri, ſeu ſcripturæ † priuatæ etiã antiquæ regulariter non faciant plenam fidem in hijs, quæ ibi cõtinentur: etſi aliqualem præſumptionem, ſeu ſemiplenam probationem faciãt: cuius tamen quantitas, ſeu qualitas talis probationis ſit, relinquẽdum erit arbitrio Iudicis, prout apertiſſimus docuit text. in l. in conuinctorum. C. de reli. & ſumpt. funer. & per text. in l. inſtrumenta, & in l. exẽplo. & in l. rationes. C. de probat. Cùm in d. l. inſtrumẽta habeatur, ꝙ priuata annotatio, vel atteſtatio ſola nõ ſufficiat ad probationem,

Digitized by Google

nem, sine alijs adminiculis. Id ipsum docuerunt cõmuniter Doct. in præcitatis iuribus: necnon & specialiter infrascripti Doctores, inter quos est Specul. in lib. 2. tit. de instrum. edit. §. nunc dicẽdum restat. Idem docuit Sigismundus pronepos in tract. statutorum, in vers. scriptura, dicens quòd regula sit, quòd nullam scripturam plenam fidem faciat, nisi scriptura tabellionis: vnde scripturę cãpsorum† & mercatorum non faciunt 2
plenam fidem, nisi statutum, vel consuetudo disponeret contrarium, vt docuit Bal. in l. 1. C. de edendo. idipsum docuit Socin. in regula 238. & in consi. 12. incip. Antequam. col. 5. dicens q̃ etiam mille scripturæ priuatæ simul iunctæ non faciunt plenã fidem, quẽ refert, ac sequitur Hyppolitus de Marsil. in repet. rubr. C. de p̃bat. nu. 267. vers. & adde hic. Idem docuit Bart. in l. admonendi. col. 6. vers. item quæro. ff. de iureiur. & expressius in l. in bonę fidei. nu. 2. C. de reb. cred. si cer. pet. Bal. in l. 2. col. 4. aduertas Dñs Cynus. C. de eden. quos sequitur idem Hyppolit. vbi sup. num. 271. vers. item aliud scias: asserens dictos Doct. ibi docuisse, q̃ scriptura priuata probet semiplenè pro tertio, de quo mea fit mentio. Qui Marsil. ibidem. nu. 274. vers. item in hac materia. subsequendo materiam valoris probationis resultãtis ex scriptura priuata. s. q̃ solùm fidẽ semiplenã faciet, subdidit sequentia pręcisa verba, videlicet. Itẽ in hac materia litteræ priuatæ teneas etiam menti, quòd scriptura 3
priuata† patris testantis inter liberos et sine testibus valet, (quasi diceret ad aliquid semiplene p̃bandum) ita docuit Bal. in consi. suo 396. incip. Quòd cedula. vol. 4. Ad quod etiam facit quod docuit Alex. in consi. 109. incip. super his. quasi per totum, & in fi. vol. 7. Ad hoc et faciunt dicta per Ioan. de Imo. in consi. suo 91. incip. In causa, quæ vertitur, col. vlt. vers. nunc restat. & notandum, q̃ diximus, q̃ regulariter non plenè p̃bent scripturæ priuatæ antiquæ, quoniam hæc regula licèt in casu proposito sit infallibilis, tamẽ in aliquibus casibus fallit, prout latius probabit in sequẽti consilio. Fundamẽtum ẽm est. Cum regula iuris sit, q̃ scriptura† priuata suspecta in antidatione, seu in anticipatione annotatione diẽi, in qua ipsa scripta fuerat, quo ad hypothecã acquirendã ex tali scriptura non fiet præiudiciũ posteriori creditori: arguẽdo igitur ab identitate rõnis dicendũ de iure fore asseueramus nullũ generari prẽiudiciũ nato post diẽ annotatum in hmõi scriptura priuata, eo magis q̃ in casu nostro p̃sumatur fraus, cũ p̃ ipsius Albãræ fuerit Notarius in ciuitate Genuensi, in quo nemo matriculat̃ in notariũ, nisi post talẽ ętatem. Quapropter cũ dictus Notarius exoptasset citiꝰ matriculari in notarios filios suos, & maximè primogenitũ, qui fuit ipse Octauianꝰ Albãra, verisimile est in dicto libello suo priuato annotasse dies natalitios omniũ suorum filiorũ paulò antẽ, q̃ verè fuissent nati, & q̃ suprascripta regula iuris verissima sit probatur Doct. sententia infrascripti enim

Docto. hoc docuerunt, videlicet Bar. in l. scripturas. col. 1. in fi. vers. & rō huius vltimi. C. qui potior. in pign. hēant. & ibi Bal. col. 1. in fi. vers. & est ratio. & in cons. 198. col. 1. in fi. vers. sedo modo. vol. 1. & in cons. 466. vol. 5. & cons. 249. col. 2. vers. eqtas ēt naturalis. vol. 1. & in cons. 400. col. 2. vol. 5. Pau. de Cast. in cōs. 294. col. fi. vers. 42 posito. vol. 1. Anchar. in consi. 28. col. 1. vers. cui facile, & col. pen. in fi. vers. Nec est verū, & in cons. 29. in princ. vers. nā ratio. Socin. in l. 1. col. 20. vers. & ꝓ ista opinione. ff. sol. matr. im. Dec. in c. 2. col. 2. vers. secundo Abbas. ext. de fide instrum. & ibidē Card. col. 2. vers. hic accipitur. Fulg. in d. l. scripturas. col. 1. & ibi Iac. Butr. vers. rō huius. Ripa in l. priuilegia. ff. 24. vers. tertio fallit. ff. de priuilegijs credit. Tiraq. de retract. f. 353. nu. 43. & seq. Ant. Gabr. in lib. 1. conclu. titu. de probat. conclusio 10. nu. 2. vers. ratio autem est.

Tertium, & vltimū fundamentū est. Qū vt ex iurib. citatis in primo fundamento patuit, regula iuris est, ꝙ d. scriptura priuata non plenè ꝓbat cōtra tertiū, qua stante dicendū oīno erit Magnificum Boeriū hīe pro se contra Magnificum Albarā intentionem fundatā in probando d. scripturā plenè nō probare, cū contrariū ab aliquo iure nō reperiatur determinatū, seu decisū: & ꝙ ille, qui hēt regulā † pro se in casib. a iure nō decisis, hēat intentionē fundatā, ac ꝙ consequens contrariū asseréti, & allegāti specialitatem incumbat onus illā probandi. Probatur in- 5
ſcriptis auctoritatibus, videli-
cet, Per arg. in l. ab ea parte. ff. de probat. & in c. ad decimas. ex. de restit. spoliat. & vtrobiq; cōiter ꝓ Doct. necnon & per glo. in l. ois diffinitio. ff. de regu. iur. Idē docuerūt, & sequen. Doct. videlicet, Glo. in rubr. de reg. iur. in sexto, in fine, dicens ꝙ allegetur regula † pro iure, non tam ex origine, q̄ ex forma, & ꝙ potior sit eius causa, pro quo facit regula: hēt. n. aduersarius oīndere rōnem, quare in illo casu regula non loquat. Quapropter dixit Bar. in l. quoties. ff. si quis caut. ꝙ res dicetur certa esse pro eo, qui hēt regulam pro se: qui Bar. in l. 1. col. 2. ff. si quis in ius vocan. idem repetijt citās ad hoc Innoc. in c. præterea. ext. de dilat. cuius dictū ꝓ notabili reas sumpsit Matthes. in suo not. 19. incip. Nota, ꝙ snīa. dicens ꝙ snīa tā diffinitiua, † q̄ interlocutoria lata expresse contra regulā iuris, est nulla: licēt reperiantur aliqui casus excepti, in quib. saluari posset illa snīa, ex quo illi casꝰ speciales nō sunt expressi in snīa. Vñ si Iudex interloquatur seruū ꝓ torquendum esse contra Titiū Dominum suum: Hæc snīa erit nulla, prout docuit Glo. not. in l. 2. ff. de appellat. recip. Vñ Bal. dixit in c. 1. col. 2. de alien. iud. mut. cau. fact. ꝙ fm regulam pronūciandum erit, † nisi contrarium probaretur, citans ad hoc text. in l. qui restituere. ff. de rei vendic. qd & ipsemet Bal. repetijt in l. tutor. in fi. C. de ser. cōmu. manu. Idē docuit Dec. i cōs. 8. in princ. & in cons. 103. col. 7. & in l. 1. n. 6. & 7. ff. de regu. iur. quā regulā idem Dec. ibidē ampliat, afferēdo & alia notabilia. 6 7 8

Idem

Idem docuit Philippus Francus in rubr. de regu. iur. in sexto, col. 2. Felinus in c. quoniam frequenter. in princ. col. 3. ext. vt lite non contest. Iason pulchrè in l. cętera. not. 3. ff. de legat. 1. Curt. in rubr. C. qui admitti. col. 3. dum dixit, quòd excipiens contra regulam de tempore ille probare debet. Idem docuit Cagnolus in d. l. 1. nu. 21. ff. de regu. iur. & additio Dini in capitulo primo, de regulis iur. in sexto.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Dominium bonorum descriptorum in libro æstimi plenè non probatur ad fauorem illius, ad cuius onera sunt ibi descripta, & nu. 20.*
2 *Tributi solutio non probat possessionem rei pro qua soluitur.*
3 *Liber æstimi publici plenam fidem facit etiam contra priuatum, si factus fuerit auctoritate publica, & reperiatur repositus in archiuio publico.*
4 *Instrumento vel scripturæ extractæ de archiuio publico creditur, quia dicitur publicum testimonium habere illud, & quando.*
5 *Scripturæ quæ apud sedem Apostolicam dicuntur registra.*
6 *Liber registri notarij positus in archiuio publico probat, licèt absque die, & Consule sit scriptus.*
7 *Liber quando agitur de magno præiudicio, vel scriptura reperta in loco, vbi solùm reseruantur scripturæ authenticæ faciunt plenam fidem.*
8 *Scriptura quando dicatur habere testimonium publicum, ita vt plenam fidem faciat.*
9 *Archiuium quid sit.*
10 *Scriptura reperta in archiuio quibus concurrentibus plenè probet.*
11 *Citatio partis necessaria non est in extractione scripturæ de archiuio publico.*
12 *Liber æstimi quando plenè probet, & nu. 18. & 21.*
13 *Instrumento producto ex archiuio publico, etiam non publicato manu notarij, quando creditur.*
14 *Liber æstimi probat quid quisque habet in bonis, ita vt transferat onus probandi contrarium ad aduersarium eius.*
15 *Scriptura, quæ non apparet manu publica scripta, an probet pro curia plenè.*
16 *Commentarienses qui dicantur.*
17 *Scriptura omnino priuata, quando probabit plenè.*
19 *Præsumitur pro inuētario, et quare.*
22 *Ecclesia in sui fundatione debebit dotari bonis valentibus subministrare necessaria ministris ipsius.*
23 *Ecclesiam construens, vel consecrare faciens, eam dotare debet, & quare.*
24 *Bona dotalia Ecclesiæ gaudent priuilegio dotis.*
25 *Dos plenè probatur per instrumēta, indicia, vel pręsumptiones.*
26 *Præsumptio violenta in ciuilibus probat.*
27 *Causa ciuili ad aliquid plenè probandum*

bandum ſufficiunt diuerſæ præſumptiones, inditia, admiuicula, aut probationes, etiam de per ſe imperfectæ, tendentes tamen ad eundem finem, & quando, & quare.

De valore ſcripturæ priuatæ antiquæ repertæ in archiuio, vbi ſolum authenticæ ſcripturæ reperiuntur repoſitæ.

DECISIO IX.

THEMA.

Reuerendo Domino Conſtãtino Sacerdoti V.I.D. cum fuiſſet collatum beneficium Eccleſiaſticum Parochialis Eccleſiæ Sancti Angeli de Antria nuncupatæ, Diœceſis Aretinæ cum ſuis honoribus, & oneribus a ſede Apoſtolica per ſpeciale reſcriptum, & tandem ipſe Dominus Conſtantinus cùm fuiſſet admiſſus a Reuerendiſſimo Epiſcopo Aretino, & eius Vicario Generali in curia illius nemine contradicente propter huiuſmodi reſcriptum, & deſeruiſſet in propria perſona dictæ Eccleſiæ per aliquod tempus, antequam tamen ſpecialis, & corporalis poſſeſſio omnium territoriorũ, ac bonorum dotalium dicti beneficij nominatim vnà cum ſuis confinibus fuiſſet a ſupra citatis Reuerendiſſimis ſibi tradita, eò quòd ipſe Dominus Conſtantinus legitimè coram ipſis non probauerat fines, & confines dictarum dotalium poſſeſſionum: Nuperrimè cùm ipſe Conſtantinus coram ipſis præſentaſſet ſcripturam auctenticam continentem ſpecialiter ipſos fines, & confines dictorum bonorum dotalium dictæ Eccleſiæ extractam ex æſtimo, ſiue cataſtro compilato auctoritate Principis, prequiſs publicis proclamationibus factis in eadem ciuitate, in qua dictus eius præceſſor in dicto beneficio erat illo non contradicente: & in cuius diſtrictu, ſeu fabu rbijs dicta bona ſita erant, quod quidem æſtimum, ſeu cataſtrum per quadraginta retrò annos celebratum, fuit ſemper reſeruatum (prout adhuc hodie reſeruatur) in publico archiuio eiuſdem ciuitatis, ſub fideli cuſtodia cuiuſdam officialis ad hoc deputati in quo aſſolent reponi omnes ſcripturæ auctenticæ pertinentes ad dictam ciuitatem, & eius diſtrictum.

Quæritur

Digitized by Google

Quæritur modò an dicto Reuerendo Sacerdoti nulla mora interueniente sint assignanda dicta bona dotalia dictæ Ecclesiæ (sibi quodammodo desponsatæ) virtute probationis dominij dictorum bonorum dotalium per productionem solam dicti catastri, seu æstimi dicto modo facti.

SANCTISSIMAE Trinitatis (cuius solemnia hodie agimus) inuocato auxilio, nec non Beatissimæ Deiparæ Virginis Mariæ, atq; Sanctissimi nostri Patriarchæ Benedicti: in medium proferre studebimus quicquid ex vtriusque iuris decretis, ac Doctorum sententijs, nobis ab ipso diuinissimo Numine indulgetur: circa propositam difficillimam quæstionem. Et primò pro parte negatiua occurrit dicendum dicta bona dotalia dictæ Ecclesiæ Parochialis descripta in dicto libro æstimi non fore assignanda dicto Sacerdoti sine alijs validioribus probationibus: cùm per dictum librum æstimi plenè non probetur dominiũ, nec possessio dictorum bonorum dotalium dictæ Ecclesiæ descriptorum in dicto libro, ſtãte regula iuris, quòd inde non probetur dominium † quo ad fauorem illius, ad cuius onera sunt descripta ipsa bona, prout docuit tex. in l. si pater. & ibi annotarũt Bar. Bal. & Salic. C. de actio. empt. vbi Bart. addidit elici ex dicto textu, quòd solutio † tributi non probet rei possessionẽ, pro qua soluitur. Idem rursus docuit Bal. in l. quidam. nu. 8. vers. ex prædictis apparet. ff. de condit. institutionũ. Idẽ docuit Alex. in l. decem stipulatus. nu. 17. vers. nam probatio per æstimum. ff. de verb. oblig. Idem docuit Lanfrãchus de Oriano in sua solẽni repetitione. c. quoniã contra. in vers. testium depositiones. nu. 165. extra de probat. addens, quòd ita fuerit de facto obtentum in ciuitate Cremonæ. Idẽ docuit Felinus in c. cùm causam, col. 2. nu. 3. vers. extra istos casus. extra de probat. Idem docuit rursus Alex. in l. pretia rerum. nu. 7. versic. vide ad hoc Bal. ff. ad l. Falcid. vbi sequitur Bald. hoc ipsum repetentem (secũdum Alex.) sed an hoc sit verum, referendo ipsamet verba Bal. in respõsionem ad hanc sententiam, apparebit. Idẽ docuit Parisius in consil. suo 53. nu. 21. sequens ibi Bart. in d. l. decem. & Alex. in dicta l. pretia rerum. Idem videtur docuisse Dominum Augustinum Beroum in suo consil. 77. volum. 3. sequens ad verbum, ac simpliciter Bartol. & Bal. vbi supra.

His tamen non obstantibus talis erit conclusio tenenda.

FIrmissimè asseueramus bona dotalia dictæ Ecclesiæ descripta in dicto libro æstimi, seu catastri de iure erunt assignanda dicto Reuerendo Domino Con-

ſtantino Rectori dictę Eccleſiæ, cùm dictus liber æſtimi, ſeu cataſtri in caſu noſtro plenè probet dominium dictorum bonorũ dotalium dictę Eccleſię Parochialis ibi deſcriptorum eſſe dictę Eccleſię. Hęc concluſio veriſſima comprobatur infraſcriptis medijs, ac fundamentis. Quorum primum eſt: quia liber æſtimi publici plenam facit fidem etiam
3 contra priuatum, † ſi factus fuerit auctoritate publica (vt in caſu noſtro) & repertus fuerit inter ſcripturas auctẽticas in Archiuio publico repoſitus: & hoc probatur per text. in cap. cùm cauſam. extra de probatio. vbi Honorius Tertius mandauit cauſam ſuper confines duarum diœceſim, inter duos Epiſcopos vertentem diffiniri per libros antiquos, vel alio modo (ſcilicet etiam per nouos authenticos) quo melius probabuntur: Nec non & per teſtes, & famam, & quęcunque alia adminicula. Idem & clarius probatur per tex. in cap. ad audientiam. §. nos autem. extra de præſcript. vbi fidem adhibuit Innocentius Papa libro cenſuali extracto de Archiuio Sancti Petri, etſi tunc temporis dictus liber repertus fuiſſet apud quendam Cardinalem. Ad hoc ipſum probandum accedit textus in l. hi, qui fundos. C. de prędijs rauicul. vbi præcipitur fidem adhiberi libro cenſuali, & ſecundum illius taxam ſucceſſorem compelli ad ſoluẽdum, quocumque titulo in tali titulo ſuccedentem. Idem & clariùs habetur in Authent. ad hęc. C. de fide inſtrum. vbi dicitur, q̃ chartæ, quę proferuntur ex Archiuio publico teſtimonium publicum habet, ideſt plenam probationẽ facit, vt communiter infraſcripti Doct. dixerunt. Probatur ergo præſens concluſio & ſecundò Doctorum auctoritate. Nam Gloſ. in c. ad audientiam. in verſic. cenſualem, dixit, quòd inſtrumento de Archi-
4 uio † publico creditur, vt in dicta Authent. ad hęc: quia dicitur publicum teſtimonium habere, ex quo Magiſtratus confitetur illud de Archiuio publico eſſe, etſi manu Commentarienſis ei ſigna conſueta poſita ſint. Idem docuit Gl. ſingularis in dicto cap. cùm cauſam. in verſ. per libros. dicens, q̃ publico inſtrumẽto producto ex Archiuio credatur, etiam ſi non habuerit ſubſcriptionem. Idem docuit Glo. in cap. peruenit. 30. q. 1. in verſic. in Archiuis. Idẽ docuit & Glo. in dicta Authent. ad hęc. in verſic. teſtimonium publicum. dicens, q̃ ſcriptura extracta ex Archiuio publico habet teſtimonium publicum, ſi magiſtratus fidem faciat ipſam extractam fuiſſe ex dicto Archiuio. Idẽ docuit Innocentius in cap. 1. in verſ. Item dicuntur geſta. ext. de Procurator. his præciſis verbis vtens, videlicet. Item dicuntur geſta
5 † quędam facta in ſcriptis redacta, vel potius ipſę ſcripturę, in quibus geſta referũtur, & iſtę ſcripturę apud Sedem Apoſtolicam regiſtra dicuntur, & iſta ſi ſunt bene cuſtodita, & inuenientur in Archiuijs auctenticarum perſonarum, puta, eorum, qui habent poteſtatem

testatem authenticas scripturas faciendi fidem faciunt, vt hic. & in c. ad audientiã extra de prescrip. vbi ipsemet Innocentius in versi. censuali, dixit. Nota credi cẽsuali libro, vt in Authen. ad hęc. C. de fide instrum. Idem docuit Io. And. in Addit. ad Speculat. in tit. de instrum. edit. §. nunc. dicendũ, in addit. magna incip. Si yconomus. in princ. vers. nam & statum. & ibidem circa finem. in versic. Item liber regiſtri Notarij. Quoniam in dicto versi. nam & statur. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Nam & statur sine his libris cẽsuali, & producto de Archiuio publico, satisque est, q̃ habeant suas proprias solemnitates, vt in c. cùm causam. extra de probat. c. ad audiẽtiam. extra de præscrip. & in dicta Authent. ad hæc. hæc Io. And. ibi. qui rursus in d. versi. Itẽ liber regiſtri. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Item liber
6 regiſtri † notarij positus in Archiuio publico probat, licèt absque die, & consule, secundum Rom. in consi. 138. & idem iterum docuit ipsemet Io. Andr. vbi supra in supplemento quinto, vbi postquã retuliſſet, ac sequutus fuiſſet Nicol. de Matthe. in vers. nũc de secundo videndum, dicẽtis aliquando scripturam priuatam effici publicã, quo ad effectum eius, & dici instrumẽtum publicum, & contingit qñ id, quod deficit in instrumento, vt sit publicũ per iuris ordinationem, suppletur in alio, scilicet q̃ habet effectũ publici, quod fit per septem supplementa, quorum quintum supplementum est loci deputatio, quod intelligitur cũ authoritate publica certo die tanquam publica in Archiuijs publicis, & pro publicis cõmuniter habetur, & vt talia per Iudicem seruantur. hi sunt libri censuales, libri æstimorum, & statutorum. argumentũ in dicta Authent. ad hæc, & in d. c. ad audientiam. hæc omnia Io. And. vbi supra. Idem docuit Io. Andr. sequẽs ad literam supra citatam. Glos. in d. c. peruenit. addens, quòd tali pacto sit intelligenda d. Authent. ad hæc. Idem docuit Panormitanus in d. c. cum causam. col. 1. nu. 1. vers. quandoque agitur de magno præiudicio. extra de probat. vbi his præcisis verbis vsus fuit,
7 videlicet: Quando agitur † de magno præiudicio, & tunc si est talis liber, vel scriptura, cui ab antiquis nostris communiter creditũ est, vel reperiatur in loco, vbi solùm reseruantur scripturæ authenticæ, & tales faciunt plenam fidẽ, vt est text. not. in d. c. ad audientiam. vbi ipsemet Panorm. nu. 11. super Glo. in vers. censualem. sequens ipsam notabilem Glos. his præcisis verbis vsus fuit. Sicut creditur hìc (idest in dicto text.) libro censuali. ita in simili per libros antiquos probatur diuisio diœcesim: item creditur pari ratione instrumẽto producto ex Archiuio publico, quia habet testimonium publicum, vt in d. Auth. ad hæc. & dicitur habere
8 † testimonium publicum, siue Magistratus attestetur illud de Archiuio esse, argum. hîc (idest in dicto capit. ad audientiam) siue manu

Com-

Commẽtariensis habeat signa solita, & consueta imponi, & dic Commentariõsis, idest Tabellionis super Archiuio deputati, etsi nõ sit Tabellio, dummodo sit publicè deputatus ad illud officiu, sufficit ad fidem imponendam, vt not. in dicta Authent. ad hæc. & 9 est Archinus ‡locus, in quo solẽt reponi scripturæ publicæ, & auctenticæ. hæc Panormitanus vbi supra. cuius sententia apertissimè probatur veritas præsentis nostrę conclusionis, ac decisionis. Idem docuit Felinus in d. cap. cum causam. columna tertia, versic. in eadem Glos. ibi ex Archiuio publico, sequens Panormitanum vbi supra, necnon Innocentium vbi supra: & concludit, quod fietur 10 scripturę †repertæ in archiuo publico tribus concurrentibus. Primò si sit posita in loco publico: Secundò, quòd habeat custodem deputatum de publico: Tertiò, quòd sit posita inter scripturas publicas: quod rursus ipse Felinus volens dicere in dicto c. ad audientiam. col. 4. nu. 11. vers. prima conclusio, constituit decem conclusiones, in quarum prima dicit, quòd scripturæ archiuij ad hoc, vt plenè probent, requiritur primò, quòd archinio præsit officialis publicus. Secundò, quòd scriptura, quæ inde producitur fuerit posita inter auctenticas. Tertiò, quòd ex consuetudine faciat fidem: sed de hoc tertio, de consuetudine (ipsemet subintulit dicens,) quòd non videatur necessarium: nam vbi esset consuetudo illa sufficeret, sine archiuio, vt in c. cùm dilectus. extra de fide instrumen. hæc Felinus vbi supra. qui tandem ibidem in conclusione quinta idem repetens dixit, q̃ quando scriptura est in loco publico, cũ custode publico, & omnes scripturæ ibi repositæ sunt auctenticæ (vt in casu nostro supposuimus, & ita res se habet) tũc sine dubio, & illa etiam censetur auctentica, vt probat textus hic, & in dicta Authen. Ad hæc. & ibi glo. & in sexta conclusione ipse Felinus subintulit dicens, quòd quando scriptura extrahitur de archiuio publico, non est neces- 11 saria citatio †partis. hęc ille. Idẽ docuit, & elegantius Pet. de Anchar. in quæst. 60. specialiter loquens in nostra materia conclu- 12 sit, quòd quando liber † æstimi esset repositus, (vt in casu nostro in archiuio communis, & sub custodia Consulum ad hoc deputatorum plenè probat, etiam si careret subscriptione notarij, & alijs solemnitatibus publici instrumẽti, vt per text. in dicta Authen. Ad hæc. hęc ille, qui ad hoc ipsum probãdum ibidem multas Doct. sententias retulit. Idem docuit Decius in dicto c. cùm causam, col. 2. vers. in glo. 1. nu. 12. 13. 14. & 22. col. 3. vers. quartò fallit. Nã postquam ipse Decius constituisset ex dictis Abbatis, & aliorum Docto. conclusionem dicens, q̃ libri antiqui, & scripturę nõ probent in prẽiudiciũ tertij, vbi agitur de graui præiudicio, dicente Aretino, quòd etiam instrumẽto publico non creditur in prẽiudiciũ alterius, nisi ille cõsenserit, & addi-

addidit, quòd ideo sequatur, q liber æstimi non probet dominium, vt docuit Bal. in l. quidam in suo. in fi. ff. de condit. instit. & statim subinxulit ipsemet Decius dicens, quòd dicta conclusio limitetur, & in quarta deinceps limitatione his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Quartò fallit, quando libri, & scripturæ reseruatæ sunt in loco, vbi solùm autenticæ scripturæ reseruantur, vt in dicto c. ad audientiam, & not. in glo. hîc de archiuio publico per text. in dicta Authen. ad hæc. & tradit Antonius de Butrio in c. 2. col. 3. vers. nonus casus. de fide instrum. & hoc intelligitur, quando custos ibi de publico sit deputatus, & quando scripturæ autenticæ solũ reseruantur, prout. Doctores loquuntur. & Ioannes And. in addit. ad Specul. in titu. de fide instrum. §. nunc videndum, vers. Quintum supplementum. Id ipsum latissimè docuit Antonius Gabr. in tract. conclu. lib. 1. titu. de probat. conclusione quinta per totum, vbi coacernauit in nostræ cõclusionis defensionem innumeras Doct. sententias in nõnullis ampliationibus, & limitationibus dictæ quintæ suæ cõclusionis. Idem nouissimus omnium docuit Nicolaus Festasius in suo elegantissimo tractatulo de æstimo, & collectis in prima eius parte, in qua diffusissimè pertractat de probatione resultante ex æstimo, ferè per totum: sed specialius in nu. 40. vers. pro affirmatiua: ad quod erat text. in l. fin. C. de prædijs nauicu. & deinceps vsque ad nu. 50. inclusiuè, videlicet, in vers. huic accedat. concludens id ipsum, quod in nostra conclusione cõtinetur: quod & repetijt ibidem. nu. 66. vers. postremò quæritur nunquid, vsq; in finẽ dictæ primæ partis. Idem docuit Hostien. in d. c. cùm causam, col. 2. vers. ex instrumento producto, & ibidem Fulgos. in glo. 3. in vers. Item creditur instrumento, & in d. c. cùm causam. Idẽ docuit Imo. in vers. in glo. 1. & Henricus Boich. in vers. super eodem c. ibidem Ant. de Butr. col. 2. in vers. in quantum glo. dicit, & iterum in c. 1. col. fin. in fi. in vers. quandoque quædam. ext. de fide instrumen. & rursus in c. 2. col. 3. vers. Nonus casus. ext. de fide instrumen. Idem docuit Card. in cons. 72. col. 3. vers. in cõtrarium, quia acta. Gemin. in cons. 82. colum. 2. vers. sed opponitur, cum vers. sequẽti. Aretinus in d. c. cum causam, ferè per totum. Et ne videatur præsenti nostræ conclusioni Iurisdas fuisse aduersatos. Sciẽdum quod Bart. sc. ipse subscripsit in dicta Authen. Ad hæc. vbi sequens glo. dixit, quòd instrumento producto † ex archiuio publico, etiam nõ publicato manu notarij fides adhibetur, si habuerit testimonium eius, qui præest archiuio publico. hæc ibi Bart. qui & in subsequenti Auth. At si contractus. col. 2. in vers. venio ad Authent. ad hæc. rursus sequens Glo. dictæ Authen. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Dicit Glo. & bene; intellige hic de scripturis quæ sumuntur ex Archiuio publi-

† 13

co,

co, non tamen ſunt publicę: & quod textus dicit, quòd teſtimonium habet publicum: intelligatis, q̃ habet teſtimonium publicum illius Officialis, qui præeſt Armario, ſiue Archiuio, nõ quòd ſint manu Notarij publicata, q̃ eſt (inquit Bartolus) notandum, quia illis ſcripturis creditur, licèt non ſint publicę ſcripturæ, & ex hoc ſequitur (inquit Bart.) quòd licèt in ſcripturis Armarij nõ ſint anni Domini, indictio, & ſimilia, tamen probant. Hęc ibi Bart. qui idipſum repetens in l. decem ſtipulatus. nu. 3. verſ. ſed qualiter. ff. de verb. oblig. dicit, q̃ fiet notorium Iudici, q̃ aliquis tantum habeat in bonis per oſtenſionem li-
14 bri æſtimi, † & in ciuitatibus illis, in quibus eſt ęſtimum cõmune, & quòd ſi alius dixerit, quòd ſit plus in bonis, ipſe probet, vt not. Gloſ. in l. cùm de lege. ff. de probat. Idem docuit Bal. in dicto cap. cùm cauſam. nu. 12. verſ. quis enim nouit. vbi his pręciſis verbis vſus fuit, videlicet: Quis enim nouit vtrum fuerit Notarius, nec ne, vt in l. ſi quis decurio. C. de fal. ſi tamen inſtrumẽta reperiuntur in loco ſolemni bene cuſtodita, vel quibus ex cõſuetudine detur perpetua fides, vt in Archiuio publico, & in Eccleſiarum Codicibus, plurima vera, & indubitata continentibus, ſtandum eſt ipſis, & id, quod eſt indubitatum facit valere dubitatum. argum. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 2. ff. de edendo. Idipſum rurſus docuit apertius ipſemet Bal. in l. exemplo. numero 1. & 2. C. de probationibus. vbi talem propoſitam quęſtionem ſoluendo, dixit. In curijs ciuitatum, vel Epiſcoporum, vel aliorum præſidentium ſunt libri, in quibus continetur de certis annuis, ſeu redditibus, qui dicuntur deberi curiæ, vel de æſtimationibus rerum, vel de aliquibus alijs iuribus debitis curiæ, vel de ſtatutis, vel de conſuetudinibus ciuitatũ, vel de ſimilibus. Modò quæro (inquit Bal. vbi ſu-
15 pra) ſi talis ſcriptura † non appareret ſcripta manu publica, nec in forma publica, an talis ſcriptura ſufficiat ad probandum pro curia? ſolue ſecundum Nicol. de Mattarel. & diſtingue, quòd aut curia vtitur tali ſcriptura contra homines ſui territorij, aut contra alios. Si contra alios, non eſt ſtandum, quia non habent ea, quæ exiguntur in ſcriptura probatoria: quia tunc res publica vtitur iure priuati. Si autem talis ſcriptura producatur cõtra perſonas eiuſdem territorij, in tribus caſibus debet haberi pro publica ſcriptura, & facit plenam probationem. Primus quando ibi talis ſcriptura pro publica habetur, quia inter alias ſcripturas publicas cuſtoditur, & conſeruatur in loco ad hoc publicè deputato per publicos Officiales ad hoc deputa-
16 tos, qui in iure appellãtur † Commentarienſes, vt ſunt libri æſtimorum, in quibus ponuntur collectæ communis, & ſimiles. & de his loquitur Authen. Ad hæc. C. de fide inſtrum. hæc omnia Bald. vbi ſupra (vt per ſe patet) ad litteram ſe ſubſcripſit noſtræ concluſionis

Digitized by Google

sionis veritati: cùm dictus liber æstimorum, in quo dicuntur descripta bona dictæ Ecclesiæ Parochialis, repositus seruetur inter scripturas auctẽticas communis Archiuij Aretij (intra cuius fines ipsa bona sunt sita) ab Officiali ad hoc specialiter deputato. Idipsum rursus adhuc apertius docuit idem Bal. in rubr. C. de fide instr. nu. 74. versi. quintum supplementum. vbi postquã ibid. nu. 69. vers. super qua traditur talis regula, di
17 xisse t, q̃ si scriptura † sit omnino priuata nõ probet regulariter, addidit dicens, hoc tamen fallit in septem casibus: quia septem modis suppletur priuatũ instrumentum ad probandum. quibus præmissis ipse Bal. subintulit hęc præcisa verba in d. nu. 74. dicẽs. quintum supplementum est loci deputatio, quod intelligo (ait) cùm publica auctoritate scripturæ deputantur custodiendæ tanquã publicæ in Archiuijs, & locis publicis, cõmuniter habentur per Iudices & publicas personas, vt sunt libri censuales, æstimorum, & statutorum, & similes, vt in dicta Auth. ad hęc. Idem rursus docuit ipse Bal. in l. 2. nu. 56. vers. aut loquimur de probatione plena. C. de rei vend. vbi hæc præcisa protulit verba, videlicet: Aut loquimur de probatione plena, & substantiali, & tunc si talis æstimatio est facta publica auctoritate: sicut sunt possessiones æstimatę in libro æsti
18 mi communis, † & talia instrumenta probant: Aut talis æstimatio est facta ex sola affectione singulorum, qui cõtraxerunt, & tũc talia instrumenta non probant. hæc ibi Bald. qui & in l. cùm sit adiecta. nu. 2. versic. sextò nota. dicit, quòd pro æstimo facto à publicis personis præsumitur, quòd sit verum, & in l. scimus. §. licentia. nu. 1. vers. nota in dubio. C. de iure deliber. idẽ confirmans Bal. dixit. In dubio præsumitur pro
19 inuentario, † nisi contra probetur, & est ratio: quia non præsumitur omissum, nec vltra positum aliquid in solemni scriptura. hæc ille ibi. Idem docuit Iason in l. decem stipulatus. colum. 8. numero 35. versic. vnde tale æstimum. ff. de verborum obligationibus. dicens, quòd tale æstimum, seu registrum auctoritate publica æditum productum per quemlibet de ciuitate, debet facere fidem, licèt fuerit descriptum inter æstimatum, & ciuitatem: & hoc propter fidem & auctoritatem publici Officialis: multum enim præsumitur pro Officiali publico. hæc Iason. Idem docuit Florianus in l. census. ff. de probatio. quem refert, ac sequitur Decius in dicto cap. cùm causam. Idem docuerunt quàmplurimi Iuristæ citati à Gabriele loco supra citato, quos recensere magis superfluum esset, quàm vtile. Idem docuit Hyppolitus de Marsil. in rubric. C. de probat. nu. 291. in versic. & vltra prędicta, dicens, quòd communis Doctorum sententia sit, quòd plenè probent scripturæ positæ in Archiuio, quod & ipse ibi probat aliorum Doctorum auctoritate, quos ipse ibi à dicto nu. 291. vsq; ad nu. 294. inclusiuè,

copio-

copioſiſſimè recenſuit. Idem docuit quoque Alex. in Authen. ſi quis in aliquo. col. 2. verſi. ſextò fallit. C. de edendo. vbi ad verbum ſequitur Innocentium in c. 1. extra de Procurat. cuius Innocentij præcipua verba ſupra retulimus, & ad verbum ipſum Alex. ſequutus fuit Decius in dicta Authen. ſi quis in aliquo. col. 1. verſic. ſextò fallit. & ibidem Iaſ. col. 4. verſ. vltra Bart. fallit quintò.

His ergo præmiſſis in probationem ſuprà dictæ noſtræ concluſionis gradatim reſpõdebimus nonnullis Doctoribus ſupra per nos recenſitis, qui primâ fronte videbantur dictæ noſtræ concluſioni aduerſari.

Ad Bar. in l. ſi pater. C. de actio. empti. reſpondendo dicimus, ipſum præſenti noſtræ concluſioni minimè aduerſatum fuiſſe, quãuis ibi dixerit, quòd per ſolutionem tributorum nõ probetur rei poſſeſſio: nihil (inquam) contra nos docuit (vt per ſe patet) cùm ex dictis eius verbis hoc non eliciatur: cùm non valeat illatio à diuerſis: ipſe enim ſolùm dixit, quòd ex ſolutione tributorũ non probetur rei poſſeſſio, ex quibus inferri non poterit: ergo nec per librum æſtimi, ſiue cataſtri facti publica auctoritate, & cuſtoditi per publicum Officiale ad id ſpecialiter deputatum: cùm hæc ſint diuerſa, eo magis, quòd ipſe Bar. apertiſſimè ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni in locis ſupra citatis. motus rationibus à ſe productis, & à nobis ſupra relatis.

Ad Bal. in dicta l. ſi pater. & in dicta l. quidam. facillima erit reſponſio, dicendo ipſum ibi loquutum fuiſſe ſolùm de valore probationis egredientis ex libro æſtimi, vt talis eſt. Non vt reperitur compilatus auctoritate publica, præcedentibus publicis proclamationibus: necnon, prout reperitur cuſtoditus in Archiuio communis ſub fideli cuſtodia officialis ad hoc ſpecialiter deputati: cùm ipſemet Bald. de huiuſmodi ſcriptura loquẽs in locis ſupra citatis, dixerit ipſum librum æſtimi plenè probare.

Ad Alex. in dicta l. decem ſtipulatus. idem prorſus reſpondemus, quod diximus, reſpondendo ad Bal. cùm ipſemet Alex. in d. Authent. ſi quis in aliquo. hoc ipſum docuerit, loquens in caſu noſtro, affirmando huiuſmodi ſcripturã plenè probare.

Ad Lanfranchum de Oriano in dicta repet. dicti capit. quoniam contra. idem reſpondemus: cùm ipſe ibi non loquatur de æſtimo habente tot conditiones, quæ reperiuntur in æſtimo (de quo eſt ſermo) ſed ſimpliciter de æſtimo, prout de per ſe ſimpliciter conſideratur.

Ad Felinum eadem reſpondemus, cùm ipſe ibi nõ loquatur in caſu noſtro, de quo paulò poſt loquens ſe ſubſcripſit noſtræ concluſioni loco ſupra citato.

Pariſio ſequenti Bar. & Alex. in hoc, alia reſponſio nõ competit, niſi illa, quam dedimus ſupra ipſi Bart. & Alex. quos ibi ipſe ſequitur. vide ibi.

Ad Auguſtinum Boeriũ in ſuo con-

consil. 77. respondendo. Primò dicimus idem, quod diximus in responsione ad Bal. Secundò dicimus, quòd dato, & non concesso, quòd huiusmodi liber æstimi nō probaret plenè, sed solùm presumptiuè, vt ipse dixit in casu à se ibi proposito, longè distante à nobis proposito. Nonne Bartholomeus Sotinus à se citatus (sequēs Paul. de Cast. qui hoc in iudicio obtinuerat) in l. 1. nu. 27. ff. de acquir. vel amitt. poss. in vers. pro defensione Domini Pauli vsus fuit his precisis verbis, videlicet: Liber
20 æstimi, seu catastri, † licèt non probet dominium, neque possessionem rei illius, ad cuius onera bona sunt descripta, vt est textus quem ibi ponderat Bart. in d. l. si pater. Tamen si non appareat, quòd tempore, quo bona fuerunt descripta, essent ab alio possessa, vel in dominio alicuius, tunc probatur dominium, vel saltem possessio, secundum Paul. de Castro, qui hoc not. declarat in d. l. si pater. & ita aliàs consuluit per multas rationes, & per eum obtentum fuit, hæc ille. Ex cuius doctrina, & secundum fundamentum nostræ conclusionis elicitur, dicendo, quòd quamuis dictus liber æstimi nō seruaretur in Archiuio, & ex ipso nō sumpsisset virtutem plenè probandi (prout in casu nostro sumpsit) nihilominus plenè
21 probaret, † quando nullo pacto probari posset (prout in casu nostro cōtingit) quòd bona ibi descripta fuerint tūc temporis possessa ab alio, quàm à prædecessore dicti Reuerendi Rectoris dictæ Ecclesiæ Parochialis, qui etsi fuerit insimul etiam Archipresbyter collegiatæ Aretinæ, & tunc possiderit bona dicti Archipresbyteratus, tamen distincta illa habebat descripta in suo libello, in quo annotatæ erant omnes possessiones & iura dictę suę Ecclesię Parochialis Sancti Angeli de Antria distincta à descriptione bonorum dicti Archipresbyteratus: quę quidem descriptio possessionum dictæ Parochialis Ecclesię concordat cum dicto libro æstimi compilato (ipso Domino Fino Azzo Archipresbytero supradicto adhuc viuente, & talem descriptionē fieri sciente, vt præsumitur ex subsequentibus) recōdito in publico Archiuio eiusdem ciuitatis Aretij.

Ad quod accedit, quòd dictus liber dictorum bonorū dictæ Parochialis Ecclesiæ iussu dicti Reuerendi Fini Archipresbyteri sui prædecessoris fuit scriptus propria manu Presbyteri Leonardi Pontenani Aretini Procuratoris, seu Exactoris reddituum ambarum beneficiorum in anno 1687. iussu dicti Reuerendi Archipresbyteri Rectoris dictę Ecclesię Parochialis, & quòd huiusmodi bonorum distinctorū annotatio in dicto libello fuerit facta per ipsū Leonardum iussu dicti Fini, probatur ex attestatione facta per ipsum met Leonardum in principio dicti libelli: & quòd dictus libellus fuerit scriptus manu propria dicti Leonardi probatio erit in promptu. ex his ergo omnibus elicitur & secundum verissimum fun-

fundamentum ſupra recẽſitæ noſtrę concluſionis, ſeu ſententiæ, necnon & veriſſima reſponſio ad Auguſtinum Beroum.

Tertium fundamentũ eſt. Cùm
22 vnaquæque Eccleſia † in ſui fundatione, ac erectione debeat dotari bonis valẽtibus ſubminiſtrare neceſſaria miniſtris ipſius, vt docet tex. in cap. cùm ſicut. extra de conſecrat. Eccleſ. vel Alt. & innumera alia iura, quæ (breuitati ſtudentes) hic maſſa faciemus. Inde ſequitur, quòd bona aſſignata dictæ Eccleſiæ Parochialis Sancti Angeli pro miniſtrandis alimentis eius Rectori, meritò dicenda ſint bona dotalia ipſius Eccleſię. Nam vt (inter alios Doctores) Panormitanus in d. cap. cùm ſicut. nu. 2. not. 1. dixit: fun-
23 dans † aliquam Eccleſiam, vel faciens eam conſecrare, tenebitur eam dotare, quemadmodum pater carnalis tenetur dotare propriam filiam, vt docet tex. in l. fi. ff. de dote promiſſa. & ratio eſt: quia talis fundator cenſetur quodammodo pater dictæ Eccleſiæ, cùm ipſam deduxerit de non eſſe ad eſſe. Quapropter apertiſſimè
24 probatur, quòd bona † dictæ Eccleſiæ Parochialis debeãt gaudere priuilegio dotis. At cum dos
25 † plenè probari dicatur, ſi probetur per inſtrumenta, indicia, vel præſumptiones, pront apertiſſimus docuit text. in l. cùm citra, & ibi ſingularis glo. in verſ. probanti. C. de iure dotium. vbi etiã cõmuniter per Doctores: & cùm tex. ille ſit clarus, ideo ipſi aliqd non addemus, eo magis, q̃ idipſum docuit Hyppol. de Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 63. verſic. & magis ſpecialiter. Necnõ & paſſim alij Doctor. Inde ergo conſequẽs fit, quòd plenè dicatur probaſſe Rectorem dictæ Eccleſiæ ſi bona dotalia ipſius probaſſet per indicia, vel præſumptiones, prout verè probauit.

Fundamentum quartum eſt. Quoniam, cùm regula ſit ab omnibus approbata, quòd in ciuili-
26 bus pręſumptio violenta † plenè probet: inter quos eſt glo. not. in c. quoniam frequenter. §. ſi aut. el primo. extra vt lite non conteſtata. & ibid. communiter per Doct. Idem docuit Hyppolit. de Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 232. & à nu. 291. vſque ad nu. 295. excluſiuè. Idem Guido Papa in conſ. 88. nu. 2. & 3. nec non & alij paſſim. Inde ergo ſequitur veritas noſtrę concluſionis, cùm ex ponderatione omnium iurium, pretẽſionum, ac probationum productarum in iudicio, in fauorem dicti Reuerendi Rectoris dictæ Eccleſiæ Parochialis apertiſſima, & violenta præſumptio proficiſcatur, q̃ omnia bona nominata per dictum Rectorem ſint verè dictæ Eccleſię Parochialis, ac per conſequens dicto eius Rectori de iure aſſignanda.

Fundamentum quintum eſt. Quoniam regula iuris eſt communiter approbata, quòd in cau-
27 ſa ciuili, † (pront eſt cauſa, de qua agitur) ad plenè probandum vnum aliquid, ita quòd dici poſſit plenè probari, ſufficiunt diuerſę præſumptiones, indicia, ad-

nicula,

nicula, aut probationes, etiam de per se imperfectę, tendentes tamẽ ad vnum, & eundem finem (prout contingere in casu nostro apertissimè cõprobatur,) siue huiusmodi probatio semiplena, (cùm de hac sola intelligamus vna cũ Doctoribus cõmuniter) si fuerit eiusdem generis, vt in duobus testib. omni exceptione maioribus, siue diuersi generis, vt est dictũ vnius testis, cum fama, quando de per se testis, & de per se fama faceret semiplenam probationem, vt docuit Bar. in l. admonendi. nu. 48. vers. his præmissis. ff. de iureiur. Iason in d. l. admonẽdi. nu. 49. vers. successiuè tangit hic Bar. Idem docuit Alex. in d. l. admonendi. nu. 49. versic. quærit etiam Bart. hic Glo. in l. 2. vers. legitimis testib. ff. de excusat. tut. Bal. in d. l. 2. nu. 1. vers. in glo. ibi duę præsumptiones. & rursus idem Bal. in c. cùm causam. nu. 1. vers. sed oppone. extra de probat. Idem docuit Panormitanus in d. c. cum causam. nu. 2. vers. sed circa hoc quæro. Idem docuit Felinus in d. c. cum causam, numero decimo, versiculo secundo casu, vnà cum versiculo sequenti, videlicet limita. Idem latius docuit Decius in dicto capitulo cum causam. columna tertia, numero 29. versiculo in glo. fin. ex his, quæ Abbas dicit, asserens, q. hoc sit propter fauorem publicum, ne facultas probandi restringatur. Idem docuit Pau. de Cast. in consilio 83. incip. quòd præfata sententia. circa finem. & in consilio 190. incipien. Iudex. idem docuit Romanus in consi. septimo, incipien. Visis necessarijs. Imo. in consilio 92. & in consilio 13. incipen. In quęstione. & idem passim alij Doctores docuerunt.

Fundamentum sextum, & vltimum nostræ sententiæ est. Quoniam idipsum probatur fuisse diffinitum iudicialiter in eodem Ecclesiastico foro contra Reuerendum talem in fauorem talis Ecclesiæ, & ipsius rectoris in terminis propositæ quæstionis, quæ quidem sententia fundata fuit solùm in auctoritate eiusdem libri æstimi, in quo reperiebantur annotata aliqua bona dictę Ecclesię, quę iam fuerunt vsurpata a tali: quæ quidem sententia, cùm transierit in rem iudicatam, & executioni fuerit legitimè mandata, habenda erit pro iusta: & in causa nostra renouanda, cùm simus in eodem foro, & in eodem casu.

Ex his ergo omnibus in medium productis luce meridiana clarius nostram conclusionem, ac decisionem præsentis propositæ quæstionis tot, tantisque legum, ac Doctorum oraculis probatã, veritissimam esse patet: ac per consequens de iure nulla mora interiacente bona omnia dotalia dictæ Parochialis Ecclesiæ Sancti Angeli de Antria descripta in dicto libro æstimi, seu catastri iussu Principis, ac tot proclamationibus præcedentib. descripti, atque in Archiuio dictę ciuitatis Aretij custoditi sub publica custodia officialis ad hoc ipsum specialiter deputati, iuxta fines, & confines ibi annotatos assignãda fore

dicto Reuerendo Domino Constantino moderno dictę Ecclesię Parochialis Rectori: Ne ipsa Ecclesia iniustè propria dote priuata remaneat, ac insimul eius Rector quasi alter sponsus bonis dotalibus sibi implicitè à Summo Pontifice assignatis per speciale rescriptum talis beneficij collationis in sua persona indultum, & ne videatur iniustè mercenarium sua mercede priuari, atque tacitè compelli ad militandum proprijs expensis, & Altari deseruiendum, & ad non viuendum de ipso Altari, contra doctrinā Apostoli.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P. Qui asseuero ita fuisse postmodum obtentum in dicta curia Episcopali ciuitatis Aretij, me tunc ibi morante, etsi Archipresbyter qui interesse prætendebat non citatus fuisset in tali demādata executione, cùm in iudicio non comparuisset, postea appellasset à tali decreto missionis in huiusmodi beneficij possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Appellans à missione in possessionem hæreditatis alicui delatæ, et Iudex ipsam appellationem recipiens incurrit pœnam viginti librarum.*

2 *Accessorem in beneficio Ecclesiastico iure optimo comparandum fore hæredi, duplici medio probatur.*

3 *Appellari non potest ab executione sententiæ, nisi executor modum excesserit indicationis.*

4 *Institutus hæres mittendus erit in possessionem bonorum hæreditariorum, si ille probauerit esse talia bona, non obstante contradictore, qui postea audietur in iudicio competenti, & nu. 23.*

5 *Appellare nemo poterit ad impediendam possessionē, nisi prius probauerit iniustitiam eius: cùm vnicuique volenti probare se violenter eiectum de possessione incumbat prius probare se illius rei fuisse legitimum possessorem.*

6 *Hæres scriptus in possessionem mititur non obstante contradictore prætendente falsum, vel inofficiosum fuisse testamentum, cuius virtute hæres scriptus fuit in possessionem missus.*

7 *Appellare non licet ab executore sententiæ, sed solùm ab eo, quem dicitur malam sententiam fuisse interpretatam.*

8 *Appellare non licet ad impediēdum ne hæres scriptus mittatur in possessione hæreditatis, vel quo minus pignus vendere liceat.*

9 *Appellari non potest ab executione Pontificij decreti.*

10 *Verba constitutionum, & rescriptorum accipienda erunt cum effectu, & ideo ab obseruatione Pontificij decreti appellatio non admittitur.*

11 *Prouisus à Summo Pontifice, prius mittendus est in possessionem beneficij Ecclesiastici, & postea audiendus contradictor.*

12 *Ap-*

Digitized by Google

12 *Appellari ab executione non poterit, nisi executor modum excesserit.*

13 *Appellationibus frivolis non erit deferendum.*

14 *Executio sententiæ, etsi poterit retardari vsque ad quadrimestre, prout de iure cautum est, tamen à Iudice id tempus poterit arctari, et prorogari.*

15 *Appellari ab executione sententiæ, vel testamenti non poterit, nisi executor modum excesserit, & de pœna appellantis, & recipientis appellationem, & quando dicatur executorem modum excedere.*

16 *Appellari licet possit à pronunciatione de exequendo, vel non exequendo, non tamen ab ipsa executione, & quare.*

17 *Appellatio à sententia lata in possessorio, licèt sit diffinitiua, non datur, & quare.*

18 *Iudicio possessorio plenè dicitur probari, per famam, & vnum testem, & quare.*

19 *Agendum, quando esset de possessione violata, prius agendum erit de possessione, qua probata, agi poterit de violentia sibi illata, & non è conuerso, & quare.*

20 *Executor merus non poterit recusari, nec ab eo appellari: secus si non esset merus, & quare.*

21 *Recusatio Iudicis prius proponenda, quàm appellatio, sed ipsa nõ acceptata iniustè, tũc appellatio proponenda.*

22 *Appellatio quare inuenta fuerit.*

23 *Citatio partis non erit necessaria in executione mãdati de prouidẽdo alicui de aliquo beneficio, et quare.*

24 *Partes, quãdo in executione mandati de iure essent citãdæ, qualiter procedendum sit.*

25 *Nullius iuri, quando per prouisionẽ detrahitur, quia ad eum mãdatur, ad quem aliàs prouisio pertinebat, tunc valet, quod fecit executor, etiam nulla præcedente cognitione, & quare.*

26 *Confirmatio electionis, & assignatio beneficij curati non poterit retardari per appellationem, & quare.*

27 *Collatio beneficij facta ab eo, qui mandatum habebat de prouidendo tali de tali beneficio tenet, etiam nõ vocatis illis, ad quos pertinet electio, & quare.*

28 *Mandati fines sunt custodiendi.*

29 *Executor merus non poterit audire comparentem, & volentem dicere in personam electi, & quare.*

30 *Appellari quare non possit à sententia possessoris.*

31 *Executio sententiæ per appellationem non impeditur, etsi admittatur appellatio de iure Canonico, secundum aliquos.*

32 *Causa rationabilis appellationis emissæ extra iudiciũ nõ cassat quod factũ est ante appellationẽ, nec impedit eius executionẽ, vel effectũ.*

33 *Appellatio facta in iudicio, suspendit sententiam, & eius effectum, quando fuisset iusta causa appellationis assignata.*

34 *Appellatio facta post possessionem captam non priuat possidentem commodo ipsius possessionis, licèt si postea appellans obtineret, fructus percepti restituerẽtur, aliquali seruata distinctione.*

35 *Confirmatio non suspenditur per cõ-*

Digitized by Google

traditionem, vel appellationem, nec eius effectus.

36 *Electio secunda facta ab aliquibus, ad quos deoluueretur, non erit valida, licèt prima esset cassanda, quia illa erat aliqua.*

37 *Defendendus erit quis in possessione præbendæ sibi collatæ post appellationem partis aduersæ, antequàm superior, ad quẽ, incæpisset cognoscere de causa appellationis, secus tamen erit si incæpisset, et quare.*

38 *Auctore Prætore is, qui possidet, licitè ministrat, quia talis efficitur dominus rei possessæ.*

39 *Modi, quibus dominium acquiritur de iure ciuili, enumerantur.*

40 *Legis, aut Principis auctoritate id, quod fit, pœnam non meretur.*

41 *Spoliatus non censetur, qui auctore Principe, vel Prætore fuit spoliatus aliquare.*

42 *Præsumptio iniustæ possessionis contra agentem spolio, quando est, & reus, qui spoliauit habet intentionem de iure communi fundatam: tunc taliter agenti obstat exceptio dominij, & proprietatis.*

43 *Spoliatus à Iudice non petit restitutionem, nec in eo locum habet regula, quòd spoliatus sit ante omnia restituendus, quoniam hic non restituetur, nisi prius probet iniustam spoliationem.*

44 *Iudex non dicitur facere violentiã, cùm semper pro facto eius præsumatur, nisi de dolo possit argui.*

45 *Spoliatus à Iudice competenti in forma iudicij volẽs agere cogitur tria probare, & quæ sint.*

46 *Propositio illa Doctorum communiter dicentium, quòd obtinens possessionem deserendus sit in possessione sua, donec constet de appellatione aduersarij, & veritate causarũ & quòd postquàm constiterit, cogetur omnia restituere, quæ percepperat, quomodo sit intelligenda etiã in fructibus beneficij Ecclesiastici.*

47 *Possessor bonæ fidei sine titulo quos fructus facit suos, & quos possessor cum titulo.*

48 *Electus & confirmatus non obstante cõtradictione, & appellatione extraiudiciali, debet consequi possessionem, & quare.*

49 *Appellatio vbicunque generaliter à iure interdicitur, Iudex ei deferẽs, non tenebitur supersedere executioni, nisi exprimatur aliqua causa iuri conformis.*

50 *Beneficiatus pro possessione beneficij adipiscendæ intentat interdictum adipiscendæ, sicut intentat hæres, vel bonorum possessor.*

51 *Exceptiones, quæ admittuntur cõtra intentantẽ in beneficialibus interdictum adipiscẽdæ possessionis enumerantur, etsi regulariter non admittatur exceptio cõcernens defectum proprietatis ante adeptam possessionem, & quare.*

52 *Appellatione ab executione exprimenda causa est, & quare, et n. 58.*

53 *Causa quæ expressa in appellatione facta ab executore, vel executione suspendat ipsam executionem, & quid sit faciendum in hoc.*

54 *Captus pp debitũ nõ erit relaxãdus, etiã si appellasset ab ipsa captura.*

55 *Causa grauaminis in appellatione exprimi debet nominatim, & non in genere, aliàs non deferetur appellatione tali, & quare.*

56 Executor

Digitized by Google

56 Executor merus nõ poterit excusari, nec ab eo appellari, & quare.

57 Executor nullo pacto tenetur cessare ab executione propter quascunque exceptiones quotiescunque indicat illas opponi per malitiam, causa retardandæ executionis.

59 Appellatio non valet, si appelletur, ne fiat electio, vel Ecclesiæ ordinatio, vel illud, quod de iure communi esset faciendum.

60 Appellatione facta ab executore exprimenda erit causa rationabilis, alias ei non erit deferendum, sed insistendum executioni, appellatione non obstante, & hoc erit obseruandum tã ab appellante, quàm à non deferente appellatione, & quare.

61 Agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus non obstat exceptio criminis sine infamia, etiam si ipsõ iure inferat nuditatem tituli.

62 Beneficium Ecclesiasticũ cõtra possidentem, & agentem nomine beneficij sui pro suis iuribus non debet admitti aliqua exceptio, & quare.

63 Exceptio ad impediẽdam possessionẽ post collationem, quãdo agitur possessorio adipiscendæ regulariter nõ admittitur, nisi quando de defectu tituli, & proprietatis probaretur incontinenti.

64 Nuncius datus ad possessionem tradendam nullam audiet exceptionẽ, nisi in quinque casibus hic enumeratis.

65 Executor non tardabit executionẽ, quando cognouerit aliquam exceptionem proponi per malitiam causa differendæ executioni.

66 Iudex ex officio poterit lacerare libellum calumnioſum.

67 Exceptio falsitatis, causa differendæ solutionis non admittitur, si contra instrumentum registratum opponatur: tamen cautus sit Iudex, vt in actis faciat describi, vnde sumpserit hanc præsumptionem; ne in causa appellationis, vel syndicatus redarguatur de talis exceptionis reiectione, & idem consulitur Iudici, qui noluit admittere dicta testium propter motum animi sui.

68 Appellatio non erit admittenda ab executione, si appellans solùm dixerit, appello quia modum executionis excedis, nullo speciali excessu expresso, & quare.

69 Sententia de exequendo dicitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & ideo in appellatione ab ea erit in specie causa appellationis exprimenda, aliàs appellatio non erit admittenda, & quare.

70 Appellans tertius pro suo interesse debet exprimere causam, quæ mouetur ad appellandum, & quare.

71 Appellantem à correctione excessiua oportet speciales causas exprimere, alias appellatio non admitteretur, et quare.

72 Appellatio tertij, vt admittatur pro suo interesse, debet saltem semiplenè probare causas iustas appellandi ab executione, antequam ad vlteriora procedatur, & quare.

73 Appellatio à notorio non admittetur, nisi exprimatur causa, et quare.

74 *Iudex videns interponi appellationē contra formam iuris cōmunis, vel rescripti, debet in dubio præsumere eam non esse admittendam: cùm non interponatur in casu permisso specialiter, & quare.*

75 *Sententia de exequendo, quare de iure dicatur interlocutoria, etsi habeat vim diffinitiuæ.*

76 *Appellari quando non possit à diffinitiua non expressa causa ipsius, et quare.*

77 *Possessione à momentanea non appellatur, seu à sententia lata super possessione, & quare.*

78 *Iure ciuili in decidēdis causis Ecclesiasticis vtendum erit nobis, cùm non habemus Canones illas decidentes, & è contra.*

79 *Executio non impeditur super possessorio per appellationem ab ipsa.*

80 *Iudex nisi euidenter cognouerit appellationem tenere, ei non deferet: & quando esset iniusta, et quare.*

81 *Appellationibus frīuolis nec iustitia defert, nec à Iudice erit deferendum: sed appellans à Iudice ad quem pro his remittendus erit puniendus ad Iudicem à quo.*

82 *Iudici, coram quo allata fuit appellatio frīuola quid sit faciendum, aut dicendum.*

83 *Appellanti propter locum sibi non tutum sufficit dicere locum nō tutum, non assignando causam quare sibi non sit tutus, quando esset hoc notorium Iudici.*

84 *Iudex à quo non tenebitur deferre appellationi, nisi specialem causam assignet appellans, etiam à sententia diffinitiua, quando esset lata in casu, in quo regulariter appellatio probibetur, & enumerantur huiusmodi casus, inter quos est, quando appellatur ab executore, & quare.*

85 *Res certa dicitur pro eo, qui habet regulam pro se, & dicitur habere similiter intentionem fundatam, licèt aliqui speciales casus sint in contrarium.*

86 *Sententia interlocutoria, vel diffinitiua lata expressè contra regulam iuris communis, est nulla, licèt reperiantur aliqui casus exceptí, in quibus sententia illa posset saluari: ex quo illi speciales casus non fuerunt expressi in sententia: & exemplificatur hac regula.*

87 *Iuris quādo à cōi regula recedítur, causa debet inferi, per quam actus reddatur legitimus, & hac regula habet locum etiam in citatione.*

88 *Beneficialibus datur possessio ei, qui habet titulum, & ipsam possessionem petiti, & quare.*

89 *Missio in possessionē alicuius rei facta per Iudicem quanta vtilitatis sit.*

90 *Appellari non poterit, cùm agitur de possessorio mero, & quare.*

91 *Res licèt sit maximi valoris, & tamen si de possessione tantum contendatur, causa dicitur minima, & quare.*

92 *Possessorio quando admittatur appellatio, & quando non, & quare.*

93 *Appellatio tunc in dubio debet admitti, quando subiecta materia appellationem admittit.*

94 *Casibus non determinatis à iure, intentionem fundatam quis habet, cui regula fauet.*

95 *Pronunciandum erit secundum regulam,*

galam, nisi contrarium probetur, etiam contra personas, & causas aliàs priuilegiatas, & quare.

96 *Appellatio ab executione, & à commissione de exequendo, quando exceditur modus executionis, debet fieri in scriptis, & causæ exprimendæ erit: cum regulariter ab executione non fiat appellatio, nec à commissione de exequendo in iudicio possessorio, & quare.*

97 *Contradictor comparens ante, vel post licentiam datam à Iudice de ingrediendo possessionem (ante tamen ingressum) quam quis petierat, an possit impedire dictæ possessionis capturam, diserte discutitur, et traditur norma Iudicibus procedendi in omni casu, quo contradictor compareret, et vellet impedire immissionem, vel possessionem iam obtentam.*

98 *Hæres non dicitur possidere hæreditatem, nisi illam apprehendisset, et quare.*

99 *Iudex quid faciet, quando nemo possidet, & tamen duo præparant se ad occupandam possessionem iacentem.*

100 *Ecclesiæ possessio non dicitur aliquo modo vacare per mortem Prælati, & quare.*

101 *Timens priuari ab alio sua possessione, quid faciet, vt sit tutus, & quid Iudex.*

102 *Testamenti ex vi poterit quis a Iudice immitti in possessione rerum sibi assignatarum in ipso testamento, quando nemo compareat ad contradicendum, & quare.*

103 *Sententia lata in possessorio habet qualitatẽ interlocutoriæ, & illeo appellans ab ea tenetur exprimere causas, & maximè in possessorio beneficij hoc habebit locum, & quare.*

104 *Possessorium iuris quare debeat fundari in iure vero, vel præsumpto.*

105 *Executore non appellatur à mero, etsi contradictor admittatur, & quare.*

106 *Hæres petens immitti in possessionem, & ostendens testamentum, non tenebitur probare mortẽ testatoris, & quare.*

107 *Appellari etsi ab executione nõ possit regulariter à sententia, tamen de exequẽdo appellari poterit, & quare, et quid sit faciendum aduocato solertì.*

108 *Appellari licet à sententia lata super possessorio non possit, tamen bene posset appellari, quando tale possessorium superet naturã principalis, & in quo casu hoc contingat, & quare.*

109 *Appellatio vbicũque prohibetur, causa appellationis erit exprimenda in scriptis.*

110 *Appellari in foro seculari de iure ciuili posset à sentẽtia lata super causa merè possessionis, tamẽ per ipsam appellationem nõ retardabitur executio sententiæ, in foro autem Canonico, seu Ecclesiastico non poterit appellari, & quare.*

111 *Executionis modus, quãdo dicatur excessiuus, vt faciat admitti appellationem ab executione: tamẽ exprimendus erit talis prætensus excessus, et quare.*

112 *Appellari non poterit à sententia,*

seu decreto lato super possessorio, et quare, nisi decretum se extenderet vltra sententiam.

113 Appellatio notoriè calumniosa nõ suspendit iudicatum, et quare.

114 Appellatio facta in casu, in quo de iure regulariter non esset admittenda, non valet, nisi exprimatur causa, et quare.

115 Mandatum generale de appellando non sufficit Procuratori ex hoc, vt possit appellare ab executione sententiæ, cùm talis appellatio in appellante de iure requirat speciale mandatum: aliàs huiusmodi appellatio erit ipso iure nulla, nec sortietur suum effectum, & quare.

116 Procuratoris actus (quicumque is sit) non poterit in pœnam aliquã inducere dominum causæ, nisi in duobus casibus, videlicet si cum eius speciali mandato illud faceret, vel eius nomine factum à Procuratore, postea ipsius causæ dominus ratum habuerit, aliàs Procurator punietur, et non Dominus, et quare.

117 Procurator, sine speciali mandato domini causæ, vel eius ratihabitione appellando ab executione sententiæ, venit de iure puniendus, et non dominus, et actus erit ipso iure nullus.

118 Mandato generali non comprehenditur actus ipso iure punibilis, et ideo pro tali actu puniendus non venit dominus causæ, sed Procurator, nisi suo nomine factum ipse dominus ratum habuisset.

119 Mandatum speciale requiritur in Procuratore, ita vt possit iurare de calumnia in animam domini causæ, quoniam aliàs non obligaret dominum causæ huiusmodi iuramentum, quia etiam de iure talis actus non erit admittendus, etiam si habuisset generale mandatum cum libera.

120 Mandato in generali non venit id, quod à iure fuit prohibitum, vel etsi non fuisset omnino prohibitum, vel delictum, tamen esset punibile.

121 Actus Procuratoris, qui posset esse cum delicto, et sine, præiudicat domino causæ, donec probetur contrarium, et quid sit dicendum de actu, qui in delictum non cadat.

122 Bona fides Procuratoris non ampliat potestatem sibi datam à suo domino, nec includit mandatum speciale.

123 Dolus commissus à Procuratore in contrahendo, in delinquendo, in impetrando, vel litigando, an noceat domino causæ.

124 Administrator is, qui expressè delinquit in aliquo non erit dicendus, et quare.

125 Procuratori vnius partis quid sit faciendum, quando Procurator alterius partis opponit exceptiones pœnales, idest eas, quæ non probatæ inducunt pœnam opponentibus.

126 Compromittere in arbitrum, periculosum est, et pœnale est.

127 Mandato in generali, quis non dicetur constitutus Procurator in causa criminali, quia in illa dominus posset incidere in pœnam.

128 In debitum recipere, vel illicitum facere,

Digitized by Google

facere, vel in pœnam incidere non includitur in mandato generali, etiam si illud sit cum libera, &c. etiam si dominus causæ iurasset non contrauenire facto Procuratoris, & quare.

129 Illicitum quid sit dicendum.

130 Mandatum ad appellandum ab executione sententiæ non sufficit, etiam si sit generale ad lites, et causas: etiam si in mandato dicatur, quòd possit appellari ab omni sententia diffinitiua, vel interlocutoria, cùm requiratur in individuo mandatum specificum, et quare.

131 Lite pendente nemo turbandus erit in sua possessione.

132 Appellatio de sui intrinseca natura effectum sententiæ ante eius executionem, et non post immissionem pacificam in possessionem sibi adiudicatam, suspendit.

133 Priuilegium nunquam intelligitur concessum contra ius tertij, nisi expressè dicatur.

134 Possessor suspectus de dilapidatione (etiam lite pendente) erit remouendus ab administratione, et quis dicatur suspectus in hac materia.

135 Executor merus in executione neminem citare tenebitur, et quare.

THEMA.

Archipresbyter quidam prætendens ius habere in quadam possessione cuiusdam beneficij, quod alter obtinuerat vnà cum possessione pacifica dictæ possessionis, in quam auctore Prętore missus fuerat, etsi non citato ipso Archipresbytero, virtute cuiusdam Pontificij rescripti, & præmissa probatione facta per dictum beneficiatum de dictis bonis suæ Ecclesiæ descriptis in libro auctentico æstimi (de quo latius fuit dictum in præced. consi. ac decis. 9. Intendens ipse Archipresbyter impedire executionem dicti decreti immissionis in possessionem appellauit ad Summum Pontificem ab ipsa executione dictæ sententiæ, ac decreti, & a possessione pacifica iam assequuta dictæ possessionis.

Quæruntur modò quattuor, videlicet.

Primum est. Nunquid dicta appellatio a dicto decreto correcta post executionem ipsam dictæ captæ possessionis a Iudice acceptanda fuerat de iure?

Secundum est. Num dicta appellatio non acceptata suspenderit aliquo pacto dictam executionem iam factam: ita vt ipsa frui non potuit is, in cuius fauorem fuerat concessa?

Tertium est. An talis prætensa suspensio priuet dictũ beneficiatum in

Digitized by Google

in dictam possessionem missum fructibus ipsius possessionis, donec veritas iustiæ prætensæ a dicto Archipresbytero eluceſcat.

Quartum est. Vtrum Iudex, qui miserat in possessionem dictorū bonorum, dictum beneficiatum citare tenebatur aliquem ante dictā possessionem traditam per ipsius decretum.

DECISIO X.

INVOCATO Sanctissimę ac indiuiduę Trinitatis numine, atque Beatissimæ Deiparæ Mariæ semper Virginis, Beatissimiąue nostri Patriarchæ Benedicti implorato suffragio studebimus propositas quæstiones eo breuiori stilo, quo vti desuper indultū fuerit decidere.

Dicimus & asseueramus dictā appellationem factam nullo iure fulciri, aut rationi alicui inniti: ac per consequens meritò ipsam non fore ab eruditissimo Iudice dictæ executionis factæ acceptandam, tanquam non impeditiuam effectus alicuius ab ipsa executione producti, cùm ipso iure fuerit nulla: eo quòd executores ipsi, seu ipsam executionem indulgentes tam Illustris ac Reuerendissimus Episcopus Aretinus, quàm eius generalis Vicarius fuerint meri exequutores rescripti Apostolicæ sedis, per quā fuerat iam collatum dictum beneficium curatum ipsi Præsbitero Constantino, ipsum mittentes in possessionē dicti beneficij ac eius dotalium bonorum cōram ipsis iudicialiter probatorū per librū Catastri qualificati cōditionibus allatis, in præcedenti consilio nono, plęne probantem dicta bona, in quorum possessionem fuerat missus, esse pleno iure dictæ Ecclesiæ Parochialis sibi quodammodo à summo Pōtifice desponsatæ. Præsens ergo sententia nostra triplici medio comprobatur verissima.

Primò enim per arg. in l. Quisquis. C. quorū appell. non recip. vbi hęc habētur, videlicet [Quisquis nè voluntas scripta referetur, vel ne ij, quos scriptos patuerit hęredes, in possessionem mittantur, ausus fuerit prouocare, interpositamque appellationem is, † cuius de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit: viginti librarum argenti mulcta, & litigatorem, qui tam importunè appellauerit, & Iudicem, qui tam ignauam conniuentiam adhibuerit inuoluat.] hæc ibi. Diximus probari nostram sententiam per arg. in d. l. quisquis. Quoniam etsi nulla fiat mentio ad sonitum, & verborum ipsius corticē, seu expressè de materia ipsius: benè tamen tacitè fieri sine pallore negari nō poterit. Cū dictus Pręsbyter Constantinus Parochialis supradictæ Ecclesiæ rector verè dicendus sit hæres bonorum ipsius Ecclesię, & sui prædecessoris eius vita durante, non tantum quo ad fructus profecturos ex ipsis, verū etiam quo ad fructus extantes, siue

Digitized by Google

siue repertos in dictis possessionibus, & natos post mortem sui prædecessoris (si qui essent,) vt apertissimus docuit textus in c. relatum, el secondo, §. respõdemus. & in §. vbi autem. ext. de testamentis. Vbi hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Respondemus, ꝙ
2 generaliter bona † quælibet per Ecclesiam acquisita eis debent, iuxta Lateranense Concilium post acquirentis obitum remanere.] & in d. §. vbi autem. hæc præcisa verba habentur, videlicet, [Vbi autem in loco defuncti tantum vnus est ordinandus, is ea bona, sicut & alia ipsius Ecclesię in Dei timore dispenset.] hæc ibi. Idem prorsus probatur per text. in cap. præsenti, ibi. versiculo [Morientibus eorum ministris.] De officio jud. ord. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet [Morientibus eorũ rectoribus, vel ministris, in ipsis inuenta, siue ipsorum vacationis tempore obuenientia, quę in vtilitatem eorundem expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reseruari.] hęc ibi inter alia. Hoc ipsum communiter ibidem Glo. & Doct. docuerunt, Necnon & Syl. in verb. beneficiũ, §. in principio. Idem docuit Hieronymus Gigas in tract. de pensionibus, quæst. 53. citãs ad hoc ipsum probandum, & alios quamplurimos Doctores. Idem docuerunt Timotheus in libro secundo de visitatione c. 2. in fin. & Paulus Fuscus in tract. de visitatione in lib. 2. c. 7. nu. 9. vers. fructus tamen. Idipsum verificatur quoque, & alia ratione, scilicet, quoniã sicut hæres succedit defuncto testatori in honore, ita in onere, cùm hæreditas dicatur deducto ære alieno eodem ferè modo, & beneficiatus se habet circa debita Ecclesiæ soluenda, vt docuit text. apertissimus in c. 1. ext. de solut. Vbi Alexan. Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Ad hoc in Apopolicæ. & infra. sicut filius debita patris soluere tenetur, ita Prælat⁹ sui prędecessoris pro Ecclesiæ necessitate contracta.] hæc ibi, vbi cõmuniter Doctores idipsum senserunt, inter quos est Panormitanus in c. ex præsentium, col. 1. num. 5. ext. de solut. ibidem subdens idipsum. fore dicendum de debito contracto per beneficiatum defunctum pro necessitate proprij corporis, & maximè in necessitate extrema. Ex his ergo omnibus in medium allatis potentissimè constitit verum fuisse quod diximus, asserendo præsentem nostram sententiam probari per dictam l. quisquis. loquentem de hærede, cuius hæreditaris assecutio non poterit impediri per appellationem: ita ergo modo arguendo ab identitate rationis in casu nostro, dicemus, quòd talis possessio beneficij, & bonorũ eius legitimè (auctore prætore) obtenta impediri non poterit per huiusmodi appellationem interpositam. Probatur idipsum eodem modo arguendo per arg. in l. ab executione. in princ. C. quorum app. non recip. vbi hæc habentur, videlicet. [Ab executione appellari non posse satis, & iure, & constitutionibus cautum est, nisi fortè

3 tè executor † ſententiæ modum iudicationis excedat:] hæc ibi. Idem probatur,& clarius per argum.in l.fin. C.de edicto Diui Adri. toll. Vbi hæc præciſa verba inter alia habentur, videlicet. [Sancimus, vt ſi quis ex aſſe, vel ex parte inſtitutus, competenti Iudicí teſtamentũ oſtenderit nõ cencellatum, neque abolitũ, neque ex quacunque ſuæ formæ parte vitiatum:ſed quòd prima figura ſine omni vituperatione appareat, & depoſitionibus teſtium legitimi numeri vallatum ſit,mit
4 tatur quidem in poſſeſſionem earum rerum,quæ teſtatoris mortis tempore fuerunt,nõ autem legitimo modo ab alio detinentur, & eam teſtificatione publicarum perſonarum accipiat: ſin autem aliquis contradictor extiterit, tunc in iudicio competenti cauſæ miſſionis in poſſeſſionem, & ſubſequutæ contradictionis ventilentur, & ei poſſeſſio acquiratur,qui potiora ex legitimis modis iura oſtenderit, ſiue qui miſſus eſt,ſiue qui antea detinẽs contradicendum putauit: nullis anguſtijs tẽporum huiuſmodi miſſione coarctanda, ſed ſiue tardiùs,ſiue præmaturè aliquis miſſus eſt legis tantummodo arbitrium requiratur, & cauſa vnde vel miſſio, vel contradictio exoriatur:ſiue enim poſt annale tempus, ſiue enim poſt maioris æui curricula aliquis fuerit miſſus (ſi tamen ex legitimo formato teſtamento miſſio procedat) nullum eius temporis obſtaculum obijciatur: niſi tantum temporis efluxerit,quod poſſit vel poſſeſſori pleniſſimè ſecuritaté ſuper dominio præſtare,vel ipſi, qui miſſus eſt omnem intentionem excludere:ſi enim vel ex vna parte, vel ex vtroq; latere tẽporis prolixitas occurrerit:manifeſtiſſimũ eſt non ſolum miſſionem,ſed etiã ipſam principalem cauſam eſſe ſopitam.] hæc ibi. Diximus probari noſtram hanc ſententiã per arg. in d. l. finali: nam ex ipſius verbis habemus, quòd mittẽdus ſit ſtatim in poſſeſſionem hæreditatis,non obſtante cõtradictore is,qui ſe eſſe hæredem probat per productionem teſtamenti legitimi, etſi poſt miſſionem admittatur contradictor, & hoc eſt ſecundum legem arguendo modò ab identitate rationis. Dicimus quòd cùm dictus Sacerdos Parochialis (de quo habetur ſermo)verè dicatur hæres dictorum bonorũ ſui beneficij quo ad eorum vſumfructum, vita eius durante, ſequitur quòd appellatio porrecta contra id quod a iure fieri præcipitur nullo pacto ſit admittenda, ne inde impediatur decretum iuris in fauorem dicti Sacerdotis lati,prout per iura allata ſupra, & infra quoque afferenda apertiſſimè probatur, ac per conſequens, elicitur ꝙ præſens noſtra ſententia probetur per dictam l.fin. prout etiam infra citandi Doctores docuerunt. Idem probatur per arg. in l.1.C. de appellat. & conſult. Vbi hæc præciſa verba habentur, videlicet.[Prius de poſſeſſione pronunciare,& ita crimen violentiæ ex

cutere

cutere præses Prouinciæ debuit, quod cùm non fecerit, iustè ab eo prouocatum est.] hæc ibi. Dixi-mus probari per argum. in d.l. 1. quoniam adest locus arguendi a contrario sensu (quod in iure est fortissimum) sic dicendo: si quis iustè poterit appellare: a volente iudicialiter primò cognoscere de crimine violentiæ, quàm de possessione, dicentis, passum se fuisse violentiam in sua pacifica possessione. Cum nemo veraciter dici possit violẽter expelli ab aliquo, † nisi solum is, qui illud tale prius pacificè possedisset: oportebit ergo iuxta dictam l. 1. prius intentare possessorium, illudque probare, antequam admittatur ad probandum violentiam illatam: cũ talis sit iuris ordo. Inde sequitur, quòd nullus a sententia declaratoria possessionis alicuius rei possit appellare in fauorem alicuius lata, nisi prius ꝓbet se prius possedisse illud tale, de quo conqueritur se fuisse expulsum, violẽterque spoliatum. Cùm ergo huiusmodi conditionis fuerit conquestio aduersarij dicti Reuerẽdi rectoris, legitimiq; possessoris dictorum bonorum dotalium dictæ Ecclesiæ Parochialis Sancti Angeli de Antria, vt apertissimè elicitur ex tenore verborum suæ appellationis, quoniam asseruit se appellare a dicto decreto, ac possessione tradita dicto Reuerendo Rectori, quia ipse prius possederat ipsa bona: quorum tamen possessionem non solum nunquã verè habuit (cum illa sibi nunquã ab aliquo Iudice fuerit assignata prout contigisse dicto Rectori in curia ipsa Episcopali Aretina apertissimè constat.) Verùm nec obtulit se ipse aduersarius ad ꝓbandum dictam imaginariã prætensam possessionem, & violẽtam eius spoliationem, prout debuisse eum facere, docuit dictus textus in d.l. 1. arguẽdo (vt diximus) a contrario sensu, tali pacto dicendo, videlicet. Si iustè prouocatur, seu appellatur a Iudice, qui aliquem admisit ad probandum priùs iniustam spoliationem q̃ possessionem. Indè sequitur iniustè quemlibet appellare a Iudice parato recipere contradictorem volentem prius probare possessionem, & postea violentam expoliationem possessionis sibi traditæ a Iudice ordinario, seu delegato per decretum immissionis in possessionem, precedente summaria causæ cognitione (vti agitur in huiusmodi causis) nullo cõtradictore comparente antè illius possessionis immissionẽ, reseruando locum contradictoribus, si qui comparuissent legitimè. Ex quibus omnibus elucet ipsam appellationem iniustam fuisse, & de iure respuendam, & ratione rationum est, quoniam dictus Reuerẽdus Rector omnino de iure mittendus fuerat in possessionem dictorum bonorum dictæ suæ Ecclesiæ (tanquam hæres scriptus a Summo Pontifice per collationem sibi factam ab ipso) antequam contradictor fuisset admissus ad aliquid probandum, prout apertissimus docuit textus in l. 2. C. de edicto Diui

Adr.

Adr. toll. vbi hæc ad uerbum habentur, videlicet. [Quãuis quis se filium defuncti præteritum esse alleget, aut falsum, vel inofficiosum testamentũ, seu alio vitio subiectum: vel seruus defunctus esse
6 dicatur: tamen scriptus † hæres in possessionem mitti solet.] hæc ibi. vbi glo. in versicu. Quamuis. dixit, quòd si contradictor obijciat contra missionem in possessionem aliquid requirens altiorem indaginem, (vt contingit in casu nostro) hæres scriptus tunc statim erit mittendus in possessionem, & postea audiendus: vt colligitur ex dicto textu: si verò obtulerit statim probationem promptam, erit audiendus antè missionem. & rursus eadem glo. in versic. mitti solet. dixit, quòd adeo est verum hoc, quòd non admittatur appellatio ad impediẽdam immissionẽ in possessionẽ, vt in l. quisquis. C. quor. appel. nõ recip. idipsum probatur in l. ab executore. iuncta glo. in versi. ab executore. & in versic. non licèt. ff. de appellat. vbi hæc habentur videlicet, [ab executore sententię
7 appellare non licet, † sed ab ea, quem malam sententiam interpretatum fuisse dicitur, appellare licebit: si tamen is interpretãdi potestatem habuerit, velut prę ses prouincię, aut procurator Cęsaris: ita tñ, vt in causis appellationis reddendis, hoc solũ quæratur, an iure interpretatũ sit: idq; etiã Diuus Antonius rescripsit,] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. fi. ff. de appellat. recip. vel nõ recip. vbi hæc habẽtur, videlicet. [Si res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, veluti ne testamentum aperiatur, vt Diuus Adrianus cõstituit, ne frumentum in vsum militum in annonæ subsidia contrahatur, nevè
8 scriptus hæres † in possessionem inducatur. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur id, quo minus fiat, non permittitur appellare. Item quo minus pignus vendere liceat, appellari non potest.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. vnica. C. si de momen. possi. fue. appell. vbi hæc habentur videlicet. [Cùm de possessione & eius momento causa dicitur, & si appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, vt integra omnis proprietatis causa seruetur.] hæc ibi. Diximus probari supradictam nostram sententiam per arg. in dictis iuribus: cùm eodem modo arguendo, scilicet, ab identitate rationis, ipsa illam probent, prout docuimus supra ipsam probari per dictum text. in dicta l. quisquis idipsum, & clarius ipre Pontificio probatur, nempè per text. in c. consuluit. el terzo. extra de appellat. vbi Alex. Tertius his præcisis verbis vsus fuit in decisionem præsentis quęstionis, atque in confirmationem nostrę sententię supradictæ videlicet: [Consuluit nos tua fraternitas vtrum sit appellationibus deferendũ à Rege Frãcorum pro Iudęis interpositis, vt mancipia detineãt Christiana. & infra. Non conuenit, quòd pro huiusmodi

appel-

Digitized by Google

appellationibus ab obseruatione decreti debeas abstinere]hęc ibi. Ex quibus elicitur, quòd ab exe-
9 cutione Pontificij decreti, † seu rescripti, appellatio non impedit executionem per ipsum iussam. Idem probatur per arg. in c. relatum. extra de Clericis non resid. vbi hæc ad verbum habentur videlicet. [relatũ est nobis, quòd cùm in Lateranensi Concilio statutũ sit, vt personæ tali Ecclesia, vel Ecclesiastico beneficium conferatur, quæ residere in loco, & curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad Ecclesias præsentati hoc se posse affirmant, sed efficere contradicũt, cùm ergo verba accipienda sint cum effectu ta-
10 les † si præsentati fuerint nõ debent admitti, & admissi poterũt ammoueri: nisi fortè de licentia suorum Prælatorum, vel studio litterarum, vel pro alijs honestis causis contingeret eos abesse: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, si contra huiusmodi intentionem decreti fuerit interiectum.] hęc ibi. Idem apertius probatur per arg. in c. constitutis, el secondo. §. nos ergo. extra de appellat. Vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Nos ergo, quia constitit euidenter illam appellationis causam, quæ fuit expressa, rationabilem non fuisse, aliam autem tunc non expressit, etsi dixerit idem Decanus, quòd aliam vellet obijcere coram nobis. Decernimus tuæ confirmationis effectum, non debere per ea, quæ sunt proposita, impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendũ electionis & confirmationis effectũ, sed in modum denunciationis, vel accusationis duxerit propo-
11 nendum, † postquam pacificam ipsius præpositurę possessionem fueris assecutus, proponendi licentiam non negamus.] hæc ibi. Diximus probari hanc nostram sententiam. per arg. in dicto §. nos ergo, cùm per se pateat, indè elici argumentum non tãtum ab identitate, verum etiam á maioritate rationis tali pacto procedendo. Si Summus Põtifex ibi iudicat irrationabilem causam appellationis fuisse propter illius electi, & confirmati in potentiã ad tuendas possessiones Ecclesię, & ideo non impediendam fore mandauit apprehensionem pacificè possessionis dicti beneficij, in quo fuerat electus ille talis, & conformatus: nec aduersariũ posse decreuit per modum exceptionis illum molestari: sed solũ posse per modum denunciationis, vel accusationis aliquid opponere contra talem electum, & confirmatum iam possessionem pacificam dicti beneficij obtinentem, quod minus est: quanto ergo magis implicitè ipse Summus Pontifex ibi virtualiter, ac implicitè prohibuit molestandum fore in sua pacifica possessione iam adepta legitimè dictum Reuerẽdum D. Constantinum curatum dictæ Parochialis Ecclesiæ, cum suis bonis: cùm vtique possit aduersarius via denunciationis, vel accusationis in iudicio petitorio experiri

periri suas prætensiones, personã actoris gerendo, quandocumque sibi libuerit. Cùm constet dictum beneficium vnà cum suis bonis dicto Reuerendo Sacerdoti legitimè collatum: & plenè quoque probatum fuerit dictã Ecclesiam fuisse omnibus bonis recognitis per dictum D. Constantinum, & illi assignatis mandato Illustrissimi ac Reuerendissimi Episcopi Aretini: Notario curiæ Episcopali stipulãte, & ipsum Reuerendum Cõstantinum in illorum bonorum pacificam possessionem mittente, virtute non solùm dicti mandati, verum etiam rescripti Summi Põtificis tale beneficium eidem conferentis. Quapropter meritò dicta possessio pacifica apprehensa de iure molestari non poterit: cùm predicta omnia precesserint: etsi non negemus aduersario aditum patere in petitorio iudicio (vt diximus) per viam denunciationis, vel accusationis contra ipsum Reuerendũ D. Constantinũ pacificè & legitimè possidentem dicta bona sibi assignata legitimè conueniendi: exponendo si quid viderit supereſſe sibi prætensionis super dicta bona, iuxta text. in c. post electionem. §. quoniam constitit. extra de conces. præben. vbi hæc precisa verba habẽtur, videlicet [quoniam constitit nobis Archidiaconatum tibi per Eboracensem Archiepiscopum primitus fuisse concessum: & institutione facta per ipsum secundum iuris ordinem minimè reprobata, Archidiaconatus non vacans non potuit, nec debuit in aliũ ritè transferri, memorato R. qui contra iustitiæ regulam in Archidiaconatum alterius prouehi se consensit: super eo duximus silentium imponendum: sententialiter decernentes, vt institutio facta per Archiepiscopum de te sortiatur effectum. Exinde si super renunciatione, vel abiuratione, vel aliquo præmissorum aliquis, qui velit, & valeat aduersus te quicquam duxerit proponẽdum, ordine poterit iudiciario experiri.] hęc ibi. Idem probatur per text. singularem in c. nouit ille. extra de appellat. vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet, [Nouit ille, qui nihil ignorat. & infra. Præterea interdicti sententiam Cardinalis nõ edidit, sed potius publicauit: nec fuit dictator ipsius, sed verius executor. Vnde cùm secun-
12 dum ius ab executoribus† appellari non possit, nisi forsan modum excederent in exequendo. Nos etiam in litteris ad hoc directis ad ipsum, appellationis curauimus obstaculum inhibere: appellationi ab eo interpositæ non fuerat deferendum. De suspitionis autem: licet eum meritò tibi suspectum non fuisse credamus. nõ tamen, etsi fuisset propter appellationem interpositam ab eo desistere debuisset, ad quod nõ proprio motu, sed nostro potius precepto processit.] hæc ibi. Id ipsũ videtur probari adhùc expressius in c. cùm appellationib. in princ. de appellat. in sexto, vbi Clemens Quart⁹. expressè id docere videtur

tfir vtens his præcisis verbis, videlicet. [Cum appellationibus
13 † friuolis nec iustitia deferat, nec sit a Iudice deferendum, si Iudex inferior appellationem minus legitimam non admittat, eam appellatore nihilominus prosequente superior de ipsa cognoscens causam ad priorem Iudicem (iuxta sanctiones Canonicas) sine difficultate remittat, eadem die condemnationem faciens expensarum.] hæc ibi. Et quòd appellatio, de qua loquimur, fuerit friuola, supra patuit, & adhuc pro afferenda statim palam fiet. Cùm conquæratur appellans de Iudice pro eo, quòd exequutus fuerit rescriptum collationis talis beneficij a Summo Pontifice indultum ipsi Reueren do Domino Constantino post tot probationes legitimè in iudicio allatas. Idem probatur per textum in capitulo quo ad consultationem. §. sed nec. extra de sententia, & re iudicata. Vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Sed nec
14 executionem † ipsius sententiæ ideo conuenit retardari: licèt ad hoc agendum quadrimestre tempus regulariter sit statutum: quia id arctari potest nonnunquam a sedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio recepit terminum breuiorem imputari sibi potest, & debet: cùm ex hoc videatur amplius beneficium contempsisse. Vnde talis non audietur appellans, nisi fortè aduersus eum modus executionis Canonicus excedatur.] hæc ibi. Idem & clarius habetur in capitulo finali. §. ab executione. §. si quis, & §. de possessione, secunda quæstione sexta, Vbi hæc præcisa verba habentur in dictis §§. videlicet. [Ab exe-
15 cutione sententię † appellari non potest, nisi fortè executor sententiæ modum iudicationis excedat: si quis etiam ausus fuerit prouocare ne voluntas defuncti scripta referetur, vel ne ij, quos scriptos patuerit hæredes in possessionem mittantur: & is, cuius de ea re notio erit appellationem receperit, & Iudex, qui tam ignauam conniuentiam adhibuerit, & litigator, qui tam importunè appellauerit viginti libris argenti mulctentur. De possessione etiam, & eius momento, si causa dicatur (quæ sententia interlocutoria appellatur) quamuis prouocatio interposita fuerit, tamen lata sententia fortietur effectum.] hæc ibi. Et quòd tales executores dati a Summo Pontifice immissione in possessionem bonorum talis beneficij, scilicet Reuerendissimi Episcopus, & Vicarius Aretinæ Diœcesis non excesserint modum adiudicationis, patuit per supra allata, & elicitur ex doctrina singularis glosæ in dicta l. ab executione. versiculo excedat. exemplificantis, quando dicatur executorem excedere modum in exequendo dixit, quòd multis modis hoc contingit. Primò quando satis fuisset misisse aliquem

in possessionem paruæ rei, & misit in possessionem magnæ rei. Secundò si pro maiori quantitate, quàm in sententia continetur. Tertiò, si ante tempus debitum. Quartò, si prætermisisset cognitionem oppositionis oppositæ, quæ datur in quibusdam casibus. Quintò, si malè fuisset interpretatus sententiam latam. hæc omnia ex doctrina dictę glo. quam omnes communiter Doctores statim citandi in probationem prędictis nostræ sententiæ amplexati fuerunt: & quòd nullus ex his præcitatis excellibus præcesserit, per se patet ex contextu actorum ipsius missionis in possessionem a principio vsque ad finem. Probatur insuper & secundò Doctorum infrascriptorum auctoritate præsens nostra sententia. Glosa enim in dicta l. quisquis. ipsam legem loquentem de volente impedire hæredem ab assequutione hæreditatis mediante appellatione, & quòd talis appellatio non sit recipienda, ipsa (inquam) glo. talem legem extendit ad quemlibet volętem impedire aliquem in quolibet possessorio, citans ad hoc ipsum probandum dictam l. vnicam. C. de moment. possess. Idem docuit glo. in dicta l. ab executione: dicens, quòd quamuis possit appel-
16 lari † a pronunciatione de exequendo, vel non exequendo sententiam, vt in l. & in maioribus. C. de appellat. non autem ab ipsa executione: cùm ipsa executio sit quid facti. Idem docuit Glo. in dicta l. finali, in versiculo missus est. C. de edicto diui Adriani. dicens, quòd post sententiam in hoc possessorio latam, etsi possit contradicere verbis, non tamen poterit resistere re, vel de iure, vel appellare, vt in dicta l. quisquis. Idem docuit glo. in d. l. vnica. in versiculo momento. in fi. C. si de moment. poss. dicens, quòd sententia in possessorio, etsi
17 † sit diffinitiua, tamen ab ipsa non appellatur, quia plenius poterunt singula tractari in quęstione proprietatis: quia eadem causa plenius examinabitur in causa proprietatis, licèt alia via. hæc glo. illa, quam sequitur Decius in consilio vigesimooctauo, numero secũdo, versiculo, & hoc idem glo. Idem docuit Glo. in dicto capitulo consuluit tertiò, dicens, quòd ex ipso textu eliçitur, quòd appellatio, quæ est contra Leges, & Canones, & non est aliquatenus admittenda, vt in capitulo relatum. extra de cleric. non residen. hæc glo. illa, & quòd appellatio, de qua in præsenti nostra consultatione agitur, sit contra Leges, & Canones de directo per supra allata apertissimè patuit. Idem docuit Glo. in dicto capitulo constitutis. el secondo, in versiculo rationabilem non fuisse: dicens ex hoc patere, quòd Episcopus non teneretur deferre appellationi prędictæ, quia licèt alius sit potentior, non fuit iusta causa appellandi. Et quòd causa (qua aduersa-

rius

Digitized by Google

rius motus fuit ad appellandum) expresse assignata non fuerit iusta, patuit per allata a nobis in præcedenti consilio, in quo latissimè fuit probatum de iure assignandam fuisse possessionem, ac plenum dominium omnium bonorum dotalium dictæ Ecclesiæ Sancti Angeli de Antria ipsi Reuerendo Do. Constantino ipsius legitimo rectori, & quasi sponso, nec non idem probauimus per supra allata hìc, & infra afferenda, per quæ probauimus, & probabimus in executione assignationis possessionis dictorum bonorum nullum executorũ interuenisse excessum. Cum a Iudice executore solùm fuerint assignata sibi possessio illorum bonorũ, quæ ipse Reuerendus Dominus Constantinus plenè probauerat esse bona dotalia dictæ suæ Ecclesiæ. Idem elicitur ex doctrina Matthesilani in secũdo singulari incip. Nota quòd in iudicijs. Vbi dixit, quòd in iudicijs possessorijs † dicatur agi de leui præiudicio, & quòd ideo probatio per famam, vel per vnum testem, videatur habere vim plenæ probationis, prout docuit etiam Bar. in l. prima, C. quorum bonor. & in l. secunda in fine. C. vbi in rem ac. & huius Matthesilani sententiam sequutus fuit Decius in consilio vigesimooctauo, numero secundo, vérsiculo adeo, quòd licet res. addens, quòd tale modicum reparari poterit. Idem tacitè voluit docere Glosa in capitulo pastoralis, in versiculo quòd de reuperanda. in fine, dicens, quòd quando † agitur de possessione, & violentia, prius agi debet de possessione, vt appareat quis possideat ad hoc, vt postea repertus quis possederit, ille experiatur de violentia sibi illata, & sic nunquam è conuerso, vt apertissimè habetur cautum in l. 1. C. de appellationibus. hæc omnia nos docuit Glosa illa singularis: ac si apertè in casu nostro loquens dixerit: si is, qui appellare ausus fuerit ab executione, ac missione in possessionem alicuius rei indulta per Iudicem ordinarium, aut delegatum huiusmodi ordinem, & formam proponendi exceptiones, & appellationem non seruasset: ipsius appellatio nullo pacto fuisset admittenda: cùm iniustè conquæratur de huiusmodi sententia immissionis in possessionem in fauorem alterius lata propter probationes in iudicio factas. Idipsum docuit Glo. in dicto capitulo nouit. in versiculo debuisset, dicens, quod sicut non posset appellari † a mero executore: ita ipse executor non posset recusari: sed si non esset merus executor benè posset appellari ab ipso, & recusari: sed videtur potius dicere littera ipsius Canonis, quòd si quis appellet a suspecto, quòd propterea etiam non debebit ipsam admittere, quin procedat, quia prima recusatio † est proponenda: etsi Iudex illam non admittat, si sit iusta, tunc demum erit appellandum: quia tunc ipsum grauat: suspitio enim

proponenda eſt. hæc glo. illa. Idē docuit glo. in dicto capitulo cum appellationibus. in verſiculo deferendum. dicens non eſse deferendum appellationi friuolę, cum ap
22 pellatio † non fuerit inuenta, vt eſſet iniquitatis defenſio, ſed innocentiæ præſidium, vt in capitulo ad noſtram. de appellat. hæc glo. illa. Idem docuit glo. in dicto capit. finali, §. ab executione ſententiæ, & in §§. ſubſequētibus, dicens, quòd a mero executore nō poſſit appellari, & quòd prius hæres ſit immittendus in poſſeſſionem hæreditatis ſuæ, & poſtea admittenda foret appellatio, vel aliqua propoſita exceptio, vt in l. 2. C. de edicto Diui Adriani toll. Probatur inſuper auctoritate infraſcriptorum Canoniſtarū. Nam Innocentius in c. dudum. Archidiaconus, col. 2. in verſic. ſed ſi per. extra de præſumpt. dixit, quòd ſi per litteras de prouidendo alicui Eccleſiæ de curato, non tollatur ius alterius, nec fiat alicui præiudicium, vt ſi ille, ad quem pertinet prouiſio mandet alicui dicens, prouideas tali, ſi eſt de tali loco oriundus, bene tenet prouiſio, etiam ſi non præcellit vlla inquiſitio ſuper conditione, & etiam ſi partes non vocentur,
23 † quia nec partes in hoc eſſe poſſunt: cùm nullus contendat ad ſe pertinere prouiſionem. Etſi dicat, immo fit præiudicium Eccleſiæ, cui magis expediebat habere ortum de loco, quàm aliunde. Reſpondeo quòd hoc non pertinet dicere aduerſarijs ſe opponentibus contra prouiſionem delegati, ſicut non licet eis opponere contra prouiſionem delegantis. Vel dicit (quod nos non negamus) quia nulla ſit prouiſio, ſi non ſit ſeruata forma mandati, ſed illud tantùm negamus, quòd non eſt neceſſe vocari par-
24 tes. † Item dicimus etiam in præmiſſo caſu, ſcilicet quando partes vocandę, quod tantum de plano procederet in examinatione conditionis, vel clauſulæ, nec dabitur libellus, nec alius ordo ſeruabitur, vt in capitulo cùm in tua Diœceſi. extra de ſponſal. Tu dic, quòd ſiue verba ſonent in monitione, ſiue in conditione, ſemper tenet prouiſio facta a delegato, etiam cognitione nulla præmiſſa, quia non fungitur in prouiſione vice Iudicis, ſed prouiſor, vt in capitulo venerabilem. §. obiectioni. extra de electio. & idem eſt in citatore, & alijs ſimilibus, & ideo nullum ordinem iudiciarium ſeruare tenetur: tamen ſi conditio, vel monitio non eſt vera, caſſabitur, vel caſum denunciabitur, quod per huiuſmodi prouiſionem fa-
25 ctum eſt, tanquam per obreptionem obtentum, vt in capitulo cum olim. §. finali, extra de ſententia, & re iudic. Si autem per prouiſionem nullius iuri detrahatur, puta, quia ad eum, qui mandat, pertinebat prouiſio. (Adde tu, prout in caſu præſentis concluſionis) tunc valet quod facit, etiamſi nulla præcedat cognitio, quia prædictam cognitio-

gnitionem videtur ei committere, non tanquam iudici, sed tanquam viro discreto. Hæc Innocentius ibi, qui in cap. proposuit. colum. prima. versic. Nota quòd cum. extra de conces. præben. Nota, quòd cum aliquis eligitur in canonicum, quòd quantumcunque canonica sit electio: tamen post electionem necessaria est assignatio præbendæ: per electionem datur ei ius canonicatus: assignatio autem præbendæ consistit in facto, & tribuit potestatem administrandi in ea: nam nulli licitum est sua auctoritate in ea ministrare antequã præbenda sibi assignetur ab eo, qui potestatem habet assignandi a iure, qualis est Præpositus, vel Decanus, vel quicumque alius cuiuscumque nomine censeatur, qui curam habet illius Ecclesiæ, in qua Canonicus est electus in temporalibus. argum. in capit. 2. extra de institut. & plus dicimus, quia ex quo assignata est sibi præbenda per eum, ad quem pertinet de iure, vel de consuetudine, etiam si ab aliquibus controuersiam patiatur super iure suo, nihilominus tamen licitè ministrabat, quia auctore Prætore possidet: nec dicimus hanc assignationem esse confirmationem: nec in ea requiri examinationem personæ, nec electionis, nec ipsum debere audire contradictorem alicuius, sed summatim, & sine inquisitione: si videtur assignationem faciendam, faciat eam: alioquin superse-

deat, & examinationem superiori dimittat. In Prælatis autem, qui habent curam animarum, necessaria est confirmatio, & examinatio personæ, & ele-
26 ctionis. Sed confirmatio † in his, qui habent curam animarum, præcedit assignationem, nec assignatio, quæ alias sibi videtur bona, propter appellationem est retardanda: quia non fit cum causæ cognitione, nec in ea tribuitur aliquid iuris: & hoc benè probatur in capit. constitutis. el secondo. extra de appellation. si diceretur in literis. [exequaris] hic erit merus executor, vel potius habens ministerium tantum: de quo habetur in capit. quoniam. extra de officio delegat. sicut & ille, cui mandatur vt alicui prouideat:
27 videtur quòd teneat collatio † facta ab huiusmodi exequutoribus, etiam non vocatis illis, ad quos pertinet electio: quia eum recipere debent: sicut teneret collatio Episcopi non vocatis canonicis, qui eum recipere debent, & præbendam assignare: nisi in literis contineretur, quòd istos moneret, vel vocaret: quia
28 tunc essent fines mandati † custodiendi, vt in l. diligenter. ff. mandati. & in capit. cum dilectus. extra de rescriptis. & hoc satis videtur hic. & argumen. in cap. accedens. extra de accusatio. Imò plus videtur, quòd si cõpareat aliquis, qui velit aliqua dicere in personam eius, cui conferenda est præbenda, quòd non

Digitized by Google

debet audiri: quia minister, vel merus exequutor est, † & super hoc nullam iurisdictionem haber, vt in capitulo de cætero. extra de sent. & re iudi. vbi nota. Et idem dico, si vellet Iudicem recusare, quia non est audiendus, vt in capitulo nouit. extra de officio deleg. Hæc Innocentius, vbi supra, qui idipsum confirmans (de nostro casu loquens) in capitulo significantibus. columna secunda, verticulo a sententia autem possessorij. extra de noui oper. nunc. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. A sententia autem possessorij non licet appellare, † non quia sit interlocutoria, sed quia sit super proprietate, principalius, & perfectius iudicium expectatur, vt in l. vnica. C. si de moment. possess. fue. appell. sed secundum Canones benè appellatur a sententia possess. vt in capitulo ex conquæstione. extra de restitut. spoliat. attamen si quis illam decretalem benè viderit, non dicit in possessorio appellatum, sed quia petitio super possessorio denegabatur. hæc omnia Innocentius vbi supra. Ex cuius verbis apertissimè elicitur ipsum nos docuisse hoc ipsum esse de iure Canonico: cuius sententiæ astipulatum fuisse Panormitanum (quo ad executionem sententiæ, seu præcepti, aut decreti missionis in possessionem apertissimè elicitur ex ipsiusmet Panormitani verbis. Nam in capitulo cum ad sedem. numero trigesimo, verticulo aduerte, aut quæris. extra de restitut. spoliat. referendo ibi, ac sequendo sententiam Bart. in l. secunda, C. quorum appell. non recip. dixit quòd posset attentari, vt semper possit appellari, sed q̃ per appellationem non impediatur executio † sententiæ, & hoc videtur velle text. in dicta l. vnica. Simile dicitur de appellatione, quæ interponitur ab executione, vt in dicta l. ab executione. C. quorum appell. non recip. (& subdidit ipse Panormitanus) & placet mihi ille intellectus, vt minus quàm fieri posset, recedatur a dispositione iuris Canonici: & sic alias consului de facto. & paulò post concludit, quòd de iure Canonico semper possit appellari, citato ad hoc ipsum confirmandum Federic. de Senis in suo consilio 77. & Pau. in Clem. vnica. de sequestrat. qui Panormitanus ibidem respondet Archidiacono, apertissimè asseuerãti, non admittendam fore appellationem in causa momentanea possessionis etiam de iure Canonico, nonnullis rationibus ibidem a Panormitano allatis. Vide ergo ibi latius per eum. Cum hæc obiter dixerimus, cùm simus in casu appellationis ab executione missionis in possessionem delegatæ, quam suspendi per appellationem regulariter prohiberi vtroque iure satis abundè docuit Panormitanus ipse in locis infra statim citandis. Idem rursus confirmauit Innocentius in dicto capitulo constitutis, el secondo, columna prima, verticulo

nec

nec appellatio. & in colum. 2. & 3. his præcisis singularibus verbis vsus fuit, videlicet. Nec appellatio, quam post confirmationem obiecerat, cõfirmationis factum debuit impedire, quoniam a maiori parte contra constitutionem maioris, & sanioris, nulla rationabilis causa obiecta, vel ostensa interposita fuerat: quia & Decanus apponens rationabilem causam suæ appellationi, nec oppossuit, nec ostẽdit. & idem est si ra-
32 †tionabilem causam †appellationis expressisset. Nam rationabilis causa appellationis emissæ extra iudicium non cassat quod factum est ante appellationem, nec impedit eius executionem, vel effectum: sicut hic erat, quoniam confirmatio hæc (de qua hic textus loquitur) fuit facta sine solemni causæ cognitione, quod factum tenet, secus est in appellatione
33 †emissa in iudicio: quia illa suspendit sententiam, & effectum eius, vt in l. prima, in fine. ff. ad Turpill. & in capitulo pastoralis. §. præterea. extra de officio Iudicis delegati. Alij dicunt, & non improbabiliter, quòd confirmatione facta, etiam in forma iudicij non valet appellatio, nec est ei deferendum, nisi assignet iustam causam appellationis, argumen. optimum in dicto capitulo constitutis, el secondo, & melius in additione ibi proposita, quam extraximus (inquit ibi Innocentius) de registro. Si autem rationabilem causam subijciet, suspendet effectum confirmationis præcedentis: & per conse-

quens nullum sortietur effectum, vt hic colligitur ex argumento a contrario sensu. Si autem possessionem haberet ante appellatio-
34 nem †(addetu, vt in casu nostro contingit) propter appellationem non omitteret commodo possessionis vti, licèt si postea probaret causam appellationis: fructus restitueret, vt in l. si fundum. C. de rei vendicat. (Addetu, hoc dictum Innocentij omnino fore intelligendum: si quis solum aliquid possideret bona fide, loquendo de fructibus extantibus, sine titulo, aliàs si cum titulo quoque non teneretur, vt docuit apertissimis documentis ex mente ipsius Innocentij, & aliorum Doctorũ Panormitanus infra referendus ad verbũ, qui asseruit hanc esse cõem Doct. sniam, quẽ sequuti in hoc fuerunt Grammaticus noster compatriota in decisione 79. per totum, & per alios ibi ab eo citatos. & Cassiodorum in decisione 9. nu. 14. tit. de caus. propr. & poss.) sequitur Innocentius vbi supra, dicens. Itẽ credimus, quòd non esset audiendus appellans, si appellaret tantum ne inuestiretur, quia con-
35 firmatio † non suspenditur per appellationem: ergo in omnibus debet suum effectum consequi. Si autem nulla appellatio, sed tantum contradictio præcesserit prouisionem: vel etiam si præcessit appellatio sine causa (licèt causa subesset,) vel cum causa, sed non erat vera causa appellationis. Tunc Episcopus propter talem contradictionem, vel

appellationem, non debet dimittere quin prouideat, & ſibi faciat tanquam canonico reſponderi, & non impedietur effectus ſuæ confirmationis, vt hic. Imò plus eſt, quia ſi poſt talem prouiſionē fiet electio ab his, ad quos ex hac cauſa deuoluitur poteſtas eligendi,
36 non valet hæc ſecunda † electio propter hanc ſolam cauſam, quia facta eſt poſt aliam, quæ erat aliqua: licèt primā electionem caſſari contingat propter aliquam cauſam: vt expreſsè habetur in cap. conſiderauimus. extra de elect. Tamen benè fatemur (ſubintulit ibidem Innocent.) q; ſi Epiſcopus per ſtallū chori, & locum capituli, vel alio legitimo modo dedit ei poſſeſſionē canonicatus, quòd deferendus ſit in tali poſſeſſione, quouſque conſtet de ſua appellatione, & de veritate cauſarum. vt in cap. cum veniſſent, extra de inſtit. ſed poſtquam conſtiterit de eis, cogetur omnia reſtituere quæ perceperat, vt in c. Bonæ memoriæ, extra de appellat. quia tunc primo incipit conſtare, quod poſſeſſio ſupra data fuit iniuſta. Tamen (ſubdidit ipſe Innoc. vbi ſup.) hic nota, q; poſtquā
37 ſuperior cœpit † cognoſcere de appellatione, Epiſcopus vel alius non poterat dare dictæ præbendę poſſeſſionem, nec teneret datio, nec defendendus eſſet in tali poſſeſſione, licèt ſi data eſſet poſſeſſio poſt appell. antequā ſuperior inciperet cognoſcere, defendendus eſſet in poſſeſſione, ſed poſtquā ſuperior incœpit cognoſcere, non habet ſe intromittere inferior: quia iam ad ſuperiorē videtur negotium deuolutum. hæc omnia fore memoriæ comendanda docuit Innocentius Papa IIII. in dicto cap. conſtitutis. el ſecundo, ex quibus apertiſſimè emicuit veritas noſtrę cōcluſionis. Et ſciendum, q; id, quod dixit Inn.
38 vbi ſupra, q; is, qui auctore † prætore poſſidet, licitè miniſtrat, elicitur ex illa concluſione communiter a Doctoribus recepta; in qua habetur, q; miſſus in poſſeſſionem auctore iudice efficiatur dominus talis rei, quando talis executio fieret vigore ſententiæ deſuper latę, vt dixerunt omnes Doctores in l. iuſtè poſſidet, & in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acquirend. poſſeſſione, & in §. fin. in fin. inſtitut. de officio iudicis. Nam in dicta l. iuſtè. hæc habentur, videlicet [Iuſtè poſſidet, qui auctore Prætore poſſidet.] hæc ibi. & in dicto. §. ſi iuſſu, hæc habentur, videlicet [ſi iuſſu iudicis res mihi reſtituta ſit, acceſſionem mihi eſſe dandā placuit.] hæc ibi. & in dicto. §. fi. hęc habentur, videlicet [Quod autem iſtis iudicijs alicui adiudicatum fuerit, id ſtatim eius fit, cui adiudicatum eſt.] hæc ibi. Hoc ipſum latius docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet gl. in dicto §. fin. in verſ. eius fit glo. in dicta l. iuſtè. & Bartolus, & Bald. vbi ſupra, & reliqui iuriſtæ, vt benè refert Pariſius in conſil. ſuo 42. incip. inhærendo conſilio & opinioni. nu. 22. & ſequenti. in verſic. comprobantur prædicta, qui rurſus ibidem num. 28. in verſic. plures,

ad-

Digitized by Google

addidit, dicens q̃ plures sint modi, quibus iure ciuili dominium
39 † quæratur, inter quos est ipsa sentẽtia, & iussus iudicis, ac eius adiudicatio, vt habetur in dicto §. fin. & docuit rursus Bartolus in l.1.ff.de acquirend. rer. domi. Et ideo per talem actum ciuilem sententiæ, & adiudicationis iudicialis benè quęritur dominiũ. Idem elegantissimè docuit Augustinus Berous in suo cons. 147. volum. 3. incip. visis, ac benè confideratis concessionibus. nu. 3. 4. 5. & 6. his pręcisis verbis vtens, videlicet. Id, quod fit Principis
40 † vel legis auctoritate, pœnã non meretur, vt in l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. & in cap. qui peccat 23. quęst. 4. Hæc tanquam electi & spoliati possit remedio iuris restitutorio agere: quia spoliatus non censetur, qui auctore Prætore
41 † seu Principe est priuatus, † atque spoliatus, & hoc probatur arguendo a contrario sensu per tex. optimum in l. fin. C. vnde vi. vbi expressè docuit Bald. in colum. 2. not. 1. dicens nota, quòd sua auctoritate occupans possessionem vacãtem, tenetur restituere eam: quod est verum, nisi iudicis auctoritate, seruato iuris ordine fuerit in possessionẽ inductus. Nam ille intelligitur esse punibilis, qui auctoritate propria se in possessionem intrusit. hęc Bald. vbi supra. Augustinus verò Berous vbi supra prędictis addidit, quòd ad hoc probandum faciunt ea, quę habentur in capit. conquerente. extra de restitutione spoliat. ibi in versic. [sine manifesta causa.] ibique Panormitanus, alijque doctores. & ratio est, quoniam iustè possidere dicitur, qui auctore Prętore possidet, vt in dicta l. iustè. Addidit quoque ipse August. vbi supra. numero 13.
42 quod quãdo est præsumptio † possessionis iniustæ contra agentem spolio: & reus, qui spoliauit, intentionem de iure communi fundatam habet (prout apertissimè constat esse in casu nostro per superius allata, & denuo hic asserenda) tunc agenti obstat exceptio dominij & proprietatis. Idem elegantissimè docuit Iason in dicta l. iustè. numero tertio, & quarto. addens, quòd ita pro facto Iudicis præsumatur, quòd
43 spoliatus † ab eo non petat restitutionem. Nec tunc habet locum regula, quòd spoliatus sit ante omnia restituendus, iuxta l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam, de vi publica, vel priuata. & sic missus in possessionem auctoritate Iudicis, efficitur dominus, si ille contra quẽ fit talis missio erat dominus: aliàs si non erat dominus, transfertur vsucapiendi conditio per regulam in l. clauibus. ff. de contrahend. emption. Hæc Iason. Idem docuit gloss. not. & fin. communiter approbata in capit. præsentium. septima. quæstio. prima. dicens, quòd dictum. capit. præsentium, semper inducatur ad probandum, quòd spoliatus à Iudice non possit petere restitutionem. vt in capit. notum. secunda
44 quæstio. prima: Iudex † enim non dicitur facere violentiam,

vt

vt in c.1.23.q.2.Cùm ſemper pro ſuo facto præſumatur, niſi poſſit de dolo argui,vt in c.Hoc etiam. 2.q.6. hæc glo. illa. cuius ſententiam ibidem Archidiaconus limitat,dicens ipſam verificari ſolùm in his, quæ fiunt iudicialiter, vt in caſu noſtro, non extraiudicialiter, vt perſona priuata: quod not. dictum confirmauit quoque Panormitanus in dicto cap.conquerente. not. vltimo,& rurſus in c.dilectus filius Abbas. nume. 4. verſi.Item nota.extra de reſcript. Idem docuit rurſus Archidiaconus in c.Quorundam. diſt.74.dicens,quòd hoc ſit regulare: vnde talis non reſtituetur, niſi prius probet iniuſtam ſpoliationem. quod & repetijt ipſe Archidiaconus in c. Hæc quippè.3.q.6.Idem latiſſimè docuit Felinus in dicto c. dilectus filius Abbas.nume. 1. col. 1. & Archidiaconus iterum in c.quia præſulatus. 1.q.4. Idem docuit Decius in conſil.149. col. 5.num.30.verſic.ſed etiam dato, quòd conſtitutum: dicens, quòd quando agitur de ſpoliatione facta à Iudice competenti in forma
45 iudicij:agẽs debet† probare tria: videlicet. Poſſeſſionem eius priorem,ſpoliationem,& iniuſtitiam ſpoliationis. Idem docuit Cæſar Vrſillus in addit. ad deciſionem Afflicti 302. citans ad hoc ipſum probandum & alios Doctores, & vt breuius expediamur, dicimus ſpoliatum à iudice non fore reſtituendum antequam probet poſſeſſionem, & iniuſtam ſpoliationem: poteris per te videre & alia plurima allata à Domino Antonio Gabr.in fauorẽ præſentis conclusionis in tract. concluſionum. lib.5.titu.de reſtitu. ſpoliat. conclu.1.nu.123. & ſequenti, in verſi. limita in ſpoliato à iudice. Animaduertendum tamen ſummoperè erit, quòd id, quod docuit Innocẽtius vbi ſupra,dicẽs, quòd legitimo modo obtinens poſſeſ-
46 ſionem, deſerendus † erit in ſua poſſeſſione,donec conſtet de appellatione aduerſarij, & veritate cauſarum, & quòd poſtquam conſtiterit, cogetur omnia reſtituere quæ perceperat. Talia enim verba erunt omnino intelligẽda cum grano ſalis, ſcilicet, quòd erunt reſtituendæ poſſeſſiones, ſeu bona,in quorum poſſeſſionem à iudice miſſus quis fuerat: nõ autem fructus percepti durante bona fide talis poſſeſſoris: prout apertiſſimè docuit Panormitanus in c.in litteris. num.20.verſic. hinc dicimus.extra de reſtitu: ſpoliat. his præciſis verbis vtens, videlicet. Hinc dicimus,quòd poſſeſſor beneficij cum bona fide non tenetur ad reſtitutionem fructuum, aliàs ſecus, vt notant Domini de Rota deciſ.24. aliàs 22. & glo. & Doctor.in c.cum ſuper. extra de cauſa propr.& in c. Grauis. extra de reſtitu. ſpoliat. hæc Panormitanus vbi ſupra, qui de eodem apertius loquens in dicto c. Cùm ſuper. num.7.verſicu. ſi verò quæritur,an ſuccumbens teneatur reſtituere, his præciſis verbis vſus fuit ibi.breuiter dico idem dicendũ in iſtis beneficialibus, quod in alijs:debemus enim diſtinguere, an fuerit bonæ fidei poſſeſſor,

vel

vel malæ: & an fructus extent, vel non: prout plenè dicam in dicto c. Grauis. & quidem ipse Panormitanus quàmplurima notatu dignissima ibi docuit de præsenti materia, quorum aliqua solùm afferemus, quæ veritati conclusionis nostræ deseruire videbuntur, & quæstioni occurrenti. Nam Reuerendum Præsbiterum rectorem Ecclesiæ Sancti Angeli de Antria (de quo est sermo) esse possessorem bonorum suæ Ecclesiæ cum iusto titulo, & bona fide quis sine rubore denegare poterit? Cum ipsam Ecclesiam legitimè obtinuerit à Summo Pontifice, omniumque dictę Ecclesię bonorum possessionem Reuerendissimi Episcopi & Vicarij Generalis Diœcesis Aretinæ (intra cuius fines est talis Ecclesia & eius bona) auctoritate, seruatis omnibus actibus iudicialibus, & cęremonijs iudicialibus seruandis de iure in legitima possessionis apprehensione. Panormitanus enim in dicto c. grauis. numę. 4. in versicu. possessor bonę fidei. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: possessor
47 bonę fidei † semper (sine titulo) facit fructus industriales suos, & naturales, in quantum eos consumpserit: sed naturales non consumptos nõ facit suos. in l. fructus. ff. de vsuris. prout etiam vult (inquit ibi Panormitanus) Glosa hic, & in dicta l. & ex diuerso. ff. de rei vendic. notat Innocentius in c. in litteris extra de restitu. spol. hat. Si verò habet titulum, facit omnes suos, etiam naturales non consumptos, & ita debet intelligi l. bonæ fidei. ff. de acquir. rerũ dominio: & placuit Old. Iac. de Aret. & Bar. & cõmuniter sequuntur hodie Moderni. hæc omnia Panormitanus vbi supra, præsenti quoque conclusioni se subscripsit Panormitanus ipse, rursus in dicto c. constitutis. el secundo, nu. 5. & 6. his præcisis verbis vtens, videlicet. Item nota, quòd per inuestituram factã post electionem & confirmationẽ transfertur possessiõ, prout de hoc plenè not. in c. transmissam. ext. de elect. Vltimò
48 nota, q electus † & confirmatus non obstante cõtradictione, vel appellatione extraiudiciali, dẽt cõsequi possessionem. Nam exceptio non est proportionabilis petitioni possessionis, quia petens possessionem, petit quid facti; sed exceptio opponitur iuri. hæc ibi Panormitanus. Qui in dicto c. Consuluit. not. 1. dixit, quòd vbi appellatio manifestè est contra ius, non tenetur Iudex supersedere, immo debet procedere ad executionem iuris: hoc intellige, inquit, nisi allegetur aliqua rationabilis causa, in qua forte illud ius generale fallit, vt in c. peruenit. extra de appellationibus. Hoc tamen est verum, quòd vbi-
49 cunque generaliter a iure † interdicitur appellatio, nõ tenetur Iudex supersedere executioni, nisi exprimatur aliqua rationabilis causa iuri conformis, de qua per Innocentium in cap. pastoralis. §. præterea. extra de officio deleg. & subdit ibidem ipse Panormitanus in nu. 14. in fine, & in nu. 15. vers. agens, docens, quòd pro possessione

sessione beneficij adipiscendi in-
50 tentat† interdictum adipiscendę possessionis,sicut intentat hæres, vel bonorum possessor, qui est effectus dominus rerum hæreditariarum, & agit pro possessione adipiscenda , vt not.in c. pastoralis. extra de causa poss. & propr. sed certum est, quòd cõtra intentantem hoc interdictum etiam in beneficialibus multæ exceptio-
51 nes † admittuntur : nam primo admittitur exceptio defectus proprietatis,si in continenti offertur probatio, vt not. glo.in c.literas. de restitu.spoliat.facit tex.in l.3. §.ibidem.ff.Ad exhibẽd. Item secundo obstat exceptio criminis cum infamia,vt in c.accedens.de accusat. Item tertio obstat, si negatur fundamentum iuris prętensi , vt quia dicitur collatores , & electores non habuisse ius eligendi , vel conferendi : vt legitur & not.in c.Cùm olim.extra de causa poss.& propr.& in c.cùm olim. extra de dolo , & contum. agens pro possessione adipiscenda intentat interdictum possessorium:vnde regulariter non admittitur exceptio concernens defectum proprietatis, nisi in casibus superius exceptis . Regulariter ergo prohibetur exceptio antè adeptam possessionem , quia non instatur pro iure prosequendo : sed Papa in dicto c.pastoralis.§.præterea , nullam exceptionem fecit : quia erat præsumptio contra istum friuolè appellantem ; quòd excideret malitiosè causa differendi possessionẽ illius.argumẽtum bonum in c.si fortè. de elect. in sexto.Item dic, quòd ideo Papa generaliter exclusit istum, quia non expressit aliquam de exceptionibus priuilegiatis,quę possunt opponi contra electum,& confirmatum,hęc Panormitanus vbi supra. Ex quib.apertissimè cõprobatur verissima supradicta nostra conclusio.Idẽ rursum & apertius docuit idem Panormitanus,loquẽs in casu nostro (si bene ipsius verba ponderentur)in dicto c.quo ad consultationem, nume.30.versic. quæro an in appellatione infrascriptis præcisis verbis vtendo, videlicet,In appellatione ab execu-
52 tione exprimenda † est causa , quia regulariter est interdicta appellatio,vt hic,& alijs iuribus superius allegatis, & ex certa causa dumtaxat , permittitur , scilicet cùm modus exceditur; appellans ergo in materia prohibita debet exprimere causam ad iustificandam appellationem , præsertim cùm ista sit quædam interlocutoria,vel habet vim interlocutorię, à qua nisi causa expressa non appellatur, vt in c.vt debitus. extra de appellat. & ꝙ causa sit exprimenda,tenuit quoque Specul. in tit.de execut. sent.§. nunc dicendum. versicu. sed nunquid , & ibi Ioannes And. in addit.in titu. de appellat.§.in quibus, versi.Quintus.& Dominus Andreas in dicto c.Quo ad consultationem;& Bar. in dicta l. ab executore. ff. de appellationibus.& addidit ibidem Panormitanus , hæc verba videlicet.Et iuxta prædicta quæro, an per appellationem interpositam ab executore , seu ab executione

senten-

sententię suspendatur executio in
53 totum. † dico, aut non exprimitur iusta causa, aut nulla: & tunc non est differenda executio, arg. in dicto c. quo ad cõsultationem, & in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. aut exprimitur iusta causa, de qua dubitatur, an sit vera, & tunc suspenditur executio, sed res mobiles, & fructus rei immobilis, in quibus erat executio fienda debent sequestrari, & pendente appellatione apud se questrum remanere, vt in dicta l. ab executione. Et per hoc notanter dicit Bar. ibi, quòd si aliquis
54 † capitur propter debitum, & ab ipsa captura appellatur, non debet statim relaxari, sed pendente appellatione debet retineri, sicut de re mobile seruatur, quia ponitur in sequestrum: vnde non puto, inquit ibidem Panormitanus valere hanc appellationem appello, quia excedit modũ in exe-
55 quendo, quia causa † grauaminis debet exprimi nominatim, non in genere. vt in Clem. appellantibus, de appellat. & subdidit notandum singulariter hoc dictum, quoniam si causa expressa in appellatione concernit partem, non suspenditur executio in totum: & quòd verissimum sit hoc in executore, quia cùm sit nudus minister non repellitur prætextu suspitionis, vt not. in c. noui, de appellat. hæc Panormitanus vbi supra. qui idipsum breuius docens in dicto c. nouit. nume. 5. versicu. Primus est, sequens glo. ibidem dicentem, quòd primus intellectus dicti c. est, quòd ille legatus
56 tanquam merus executor † non potest recusari, sicut nec ab eo poterat appellari, addens ipse Panormitanus, quòd talis intellectus sit notandus, qui Panormitanus ibidem in nume. 8. versic. conclude. subdidit. Cõclude ergo, quòd quando deputatur per Papã quis admittendum in possessionem, etiam beneficij ad certum ministerium, in quo non potest grauare, quia clarè constet, tunc nec poterit recusari, aliàs secus. Hæc Panormitanus vbi supra. Ex cuius verbis patentissimè elicitur veritas præsentis nostræ conclusionis eò magis, quòd in infrascriptis locis citatis à Felino docemur, q
57 executor † nullo pacto teneatur cessare ab executione, ppter quascumque exceptiones, quotiescumque iudicat illas opponi per malitiam causa retardandæ executionis, quod & rursus ipsemet Panormitanus docuit in cons. 55. vol. 2. col. 1. versic. circa primum. sequens Bar. in l. 2. ff. de appellat. dicens, quòd l. vnica. C. si de moment. pos. possit dici, quòd non interdicat appellationem: in possessorio, sed solùm disponat, vt nõ obstante appellatione, sententia consequatur effectum suum, quasi dicat, quòd licet aliàs appellatio à diffinitiua suspendat executionem sententiæ, vt in l. 1. ff. ad Turpill. & l. Vnica. §. inter. ff. Nihil nouan. appellatione pend. vt in c. venientes. extra de iureiur. cũ simil. tñ hoc casu propter modicitatẽ præiudicij fit executio, sed nihilominus proceditur super appellatione & ea iustificata

retra-

retractatur executio, vt fit per appellationem ab executore. hæc Panormitanus. Idem docuit Speculator in lib. 2. titu. de appellat. §. in quibus autem caſibus. nu. 5. verſic. Quintò non appellatur ab executore. & in nu. 7. Nam in dicto nu. 5. his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. Non appellatur ab executore, niſi modum excedat. & in dicto nu. 7. dicit, quòd cum
58 appellatur † ab executione, cauſa rationabilis exprimenda eſt. & ibidem rurſus in nu. 19. dixit, q̃ non valeat appellatio, ſi appelle-
59 tur ne fiat electio † vel eccleſiæ ordinario, vel ne fiat id, quod de iure communi fieri debet, ſeu quod edicto perpetuo continetur. hæc ille. Et quòd de iure communi fieri debuerit talis aſſignatio dictæ Eccleſiæ de Antria dicto Reuerendo Domino Conſtantino rectori ipſius, quãpluribus iur ib. ſupra fuit probatum, & latiſſimè in præcedenti noſtro conſilio. Videatur ergo in dictis locis. Idipſum rurſus docuit Specula. in lib. 2. titu. de executione ſententiæ, §. Nunc dicendum eſt a quibus. nu. 7. verſ. Quid ſi ab executore appelletur. & ſequẽ. verſic. Nam his præciſis verbis ibi vtitur, videlicet. Quid ſi ab executore appelletur? Reſpondeo non ideo minus exequatur, quia ab eo non appellatur, niſi cum excedit modum in exequẽ
60 do: quòd ſi appellatum † ſit ab executore in caſu, ĩ quo licet: tũc ſi exprimatur id, in quo excedi-tur, illud ſolùm per appellationẽ ſuſpendetur: ſed ſi nihil ſpecialiter exprimatur, tunc videtur in to-to ſuſpendi: & ſubdit, quòd tam appellans debebit cauſam appellationis exprimere, quàm Iudex non deferens appellationi, vt in l. ſciendum. ff. de appellat. recip. & in c. cordi. de appellat. in 6. & ratio eſt, ſecũdum eum, & omnes Doctores, quia appellatio ab executore generaliter eſt prohibita: idcirco cauſam, propter quam appellatur, debebit exprimi, vt poſſit cognoſci, an debeat ipſi deferri, nec ne: à Iudice à quo. hęc Specula. Idem videtur rurſus breuiùs ipſemet Panormitanus in c. Conſuluit. el primo, in fi. extra de appella. dicens, quòd vbicunque ius prohibet appellationem, Iudex nunquam teneatur deferre appellationi, niſi cauſa legitima exprimatur. & quòd ita ſint limitanda iura, quæ dicũt, quòd in appellatione a diffinitiua non eſt neceſſe cauſam exprimere. facit ſecundum eum id, quod legitur & notatur in c. quoad conſultationem, extra de ſenten. & re iudic. Idipſum repetijt Panormi. in c. accedens, col. 1. not. 2. extra de accuſatio. his præciſis verbis vtens, videlicet. Secundò colligo, quòd a-
61 gẽti poſſeſſorio adipiſcendæ † in beneficialibus nõ obſtat exceptio criminis ſine infamia, etiam ſi inferat nullitatem tituli ipſo iure, & ſic intellige iſtum tex. hæc ibi. Qui ibidem n. 13. verſi. Aut quis. dixit, Aut quis eſt in poſſeſſione
62 beneficij, & nihil plus petit, † ſed agit nomine beneficij, pro iurib. ipſius (prout fecit ipſe R. D. Conſtantinus rector Eccleſiæ S. Angeli de Autria petendo mitti in poſ-

ſeſſio-

sessionem iurium dictæ suæ Eccle siæ) & non debet admitti aliqua exceptio: quia ex quo toleratur in beneficio, debet sibi responderi de iuribus ipsius, vt in c. Nõne. 8. q. 3. & quod in simili notatur in c. Siscitatus. extra de rescriptis. Hæc omnia Panormitanus vbi supra: qui idipsum rursus docuit in c. cum olim. nu. 15. versic. sed colligendo magis vtilia. extra de causa possess. & proprieta. bis præcisis verbis vtendo, videlicet. Aut agitur possessorio adipiscendæ post collationem. Aut post electionẽ, & confirmationem: Primo casu regulariter non admittitur excé-
63 ptio † ad impediendam possessionem: & ratio huius regulæ est, qa exceptio est proportionabilis ad actionem in iudicio deductam. Cùm sit actionis exclusio, sed exceptio hoc casu non est proportionabilis: cùm pronisus non petat aliquid iuris, sed quid facti ad executionem iuris obtenti de præterito: ideo exceptio concernẽs defectum iuris non debet admitti tanquam nõ proportionabilis. hæc Panormitanus vbi supra. Cuius sententiã amplexatus fuit Decius in consi. suo nu. 220. versi. Vnde regulariter. addidit tamen ibi ipse Dec. dictam regulam non habere locum, quando probaretur incontinenti de defectu tituli, & proprietatis. Idem docuit dominus Felinus in c. de cætero. col. 2. nu. 3. versi. Secunda conclusio. extra de senten. & re iudic. dicens,
64 quòd Nuncius † datus ad possessionem tradendam, nullam exceptionem audit. exceptis quinque casibus. Primus quorum est, vbi allegatur nullitas notoria, quia prævalet sentẽtiæ etiam latæ super executione. Secundus casus est in exceptione excommunicationis. Tertius casus est in causa criminali; quia videns executor sententiã iniustam supersedere potest, quia periculum non est reparabile. Quartus casus est, Quando exceptio induceretur ad supersedendum ex causa de nouo orta, quæ si iudicanti innotesceret, reuocaret commissionem executionis. Quintus casus est in exceptione falsi rescripti. hæc omnia Felinus vbi supra. qui ibidem colum. 3. in versicu. limita omnia prædicta. In probationem veritatis nostræ conclusionis his præcisis verbis vsus fuit, (etsi etiam per supra allata ab ipso patuit per ipsum confirmatam fuisse dictam nostram conclusionem) videlicet, Limita omnia prædicta, nisi videat executor
65 opponi † exceptionem per malitiam causa differẽdæ executionis: quia non tardabit executionem propter exceptiones prædictas: prout docuit Abbas in dicto c. de cætero, allegando theoricam Innocentij ordinariam in c. post electionem. in fine. extra de concessione præben. quam etiam in proposito extollit Abbas in c. pastoralis, §. quod verò. & in c. ex parte. el secondo, extra de officio delegati. & in c. nullus. extra de præsumptionibus, & in c. interposita. in principio, extra de appellationibus. Et Petrus de Ancharano in consilio 153. incip. mihi ex enarratis in facto. col. pen. Imola post

Anto-

Antonium de Butrio in c. Cũ contingat. col. 7. extra. de officio deleg. facit glo. in l. qui cùm maior. §. si patris. ff. de oper. liber. dicens
66 Iudicem † ex officio posse lacerare calumnioſum libellum . de qua glo. sũmopere exultauit Imola in l. pen. §. ad crimen. versicu. Sextò fallit. ff. de publi. Iudi. vnde dixit Ana. post Petr. de Ancharano in dicto c. super eo . quòd si cõtra ınstrumentũ regiſtratum op
67 ponatur exceptio falſitatis † cauſa differendę ſolutionis , non admittitur. Bonus textus hoc ipſum probans eſt in l. ſatis aperte , C. de falſis . & Innocentius in c. fin. in fine. de libel. oblatione. hęc omnia docuit Felinus vbi ſupra : qui poſt nonnullas ampliationes ibidem allatas : elegantiſſimè ac ſingulariſſimè conſuluit Iudicibus ; dicens . Demum poteſt Iudex eſſe cautus, vt faciat ſcribi in actis vndè elicuerit hanc pręſumptionem calumniæ , ne in cauſa appellationis , vel Sindicatu redarguatur de tali reiectione , vt docuit Bar. in l. Lucius. ff. de infami. & Bal. in l. Cùm magiſtratibus. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & in l. fin. C. comina. vel epi. & Innocentius, & omnes in c. quoniam contra. extra de probat. loquentes in ſimili de Iudice, qui propter motum animi ſui nõ fuit ſequutus dicta teſtium deponentium bonis verbis: ſed non ſincere prolatis . iuxta l. 3. verſicu. tu magis. ff. de Teſtibus. hæc omnia dictus Felinus vbi ſupra, ex cuius verbis apertiſſimè elicitur veritas præſentis noſtræ cõcluſionis, cùm dicta appellatio aduerſarij facta poſt pacificam apprehenſam poſſeſſionem omnium poſſeſſionum dictæ Eccleſiæ de Antria ſibi aſſignatarum per Reuerendiſſimum Epiſcopũ & Vicarium Aretinum merrum eſcripti Apoſtolici executorem (poſt quam ipſe Reuerendus probaſſet plenè in iudicio bona ipſius Eccleſiæ) propter q̃ apertiſſimè patuit ipſos Reuerendiſſimos non exceſſiſſe munus ſibi delegatum à Summo Pontifice de ipſum Reuerendum Pręsbiterum mittendo in poſſeſſionẽ omnium iurium & bonorum dictæ Eccleſię, nec non per conſequens conuincitur malitiosè appellaſſe dictum ſuum contrarium à dicta executione immiſſionis in poſſeſſionẽ cauſa retardandę poſſeſſionis ſingulorum iurium ab ipſo ſumendæ : qua de cauſa etſi nondum illam non recepiſſet, non poterat impediri à dicta appellatione: Inde etiam ſequitur, quòd nec modo illa poterit ipſum impedire de iure à plena receptione fructuum, ſeu reditũm dictorum bonorũ dictæ Eccleſiæ : cum fuerit conſtitutus iam diu in pacifica ipſorum poſſeſſione ſic legitimè tradita à dicto Reuerendiſſimo mero executore, q̃ quidem luculentius docuit dictus Felinus in c. quod ad conſultationẽ. col. 10. nume. 17. verſicu. oportet exprimere. & in colum. 11. nume. 20. verſicu. Nihilominus primam opinionem. & in colum. 12. per totum. extra de ſent. & re iudi. cuius ſententiam ſubſtantialem recenſebimus ad verbum eo breuiori

ſtilo

stilo, quo vti poterimus. Nam ibi probat non admittendam fore ap
68 pellationem ab executione † excessiua generaliter prolata, sed quod oporteat ipsam fieri specialiter nominando excessum, vt possit cognoscere Executor an vera sit causa, & legitima appellationis, vel falsa, & friuola: cum regulariter a mero executore non possit appellari, & huiusmodi appellatio sit contra regulas iuris, & executor in exequendo habet præsumptionem pro se, & contra appellantem, nisi constet contrarium, hæc omnia docet Felinus, quibus summoperè probatur veritas præsentis nostræ conclusionis: sed quoniam ipse Felinus in hoc probando attulit ibidem quã plurima iura, ac Doctorum sententias, quæ hic recensere summoperè deseruiet veritati præsentis nostræ conclusionis, ideo aliqua ipsorum referre hic placuit Sciendum igitur, quòd ibidem nu. 18. dixit, quòd oporteat exprimere causam in appellatione ab executione excessiua, vt docuit etiam Abbas hic in fin. post Butr.
69 etsi sit sententia † interlocutoria habens vim diffinitiue. hoc ipsum docuit Bar. in d. l. ab executore. & not. Bal. in d. l. ab executione: qua propter necessarium erit nominatim exprimi causa grauaminis, & non sufficeret illam nominare in genere, vt dixit quoque Ludo. Rom. in consi. 41. dicens, q licèt habeat vim diffinitiuę, tamen necesse erit exprimere causam excessus. in cuius confirmationem est decisio Rot. in nouis. titu. de appellat. 45. dicens, quòd de excessu executionis non præsumitur, nisi doceatur; & quòd Iudex datus super cognitione excessus non statim inhibet. Pro hoc etiam facit, quia est præsumptio contra appellantem propter auctoritatem rei iudicatæ. Vnde etiam si esset propriè diffinitiua, illo casu debet exprimi causa in appellatione, vt in c. cùm speciali. §. porro. extra de appellat. & in c. Romana. §. cùm autem. de appellat. in sexto, & ibi Glo. & Philippus Franchus. Idem docuit Panormitanus in cap. cum super. colum. 1. extra de appellat. per illum textum in simili. Vbi
70 quãdo tertius appellat † pro suo interesse, debet exprimere causam, quia est materia, in qua non appellatur: not. Bart. in l. a sententia. ff. de appellat. ad idem quod notat Abbas in c. 3. ad fi. de appel. dicens idem de appellante
71 † a correctione excessiua. Idem docuit Io. de Ana. in consi. 26. incip. In causa nobilium. in princ. firmans, quòd eo casu, quo potest appellari a commissione executionis debet exprimi causa. Idem docuit Pau. de Castro in consilio 25. in principio, & in consi. 325. Idem probat rursus idem Felinus in dicto capit. quod ad consultationem in dicto numero 20. exclamans contra Ludo. Roman. asserendo, quòd primo exploratum sit, quòd appellans a diffinitiua habet exprimere causam, quãdo in illa materia regulariter

prohibita est appellatio a lege, vel ab homine, vt not. Innocentius in capitulo pastoralis. columna secunda, versiculo sed dices, cùm cognitio. de offic. deleg. facit textus in capitulo Romana. §. fin autem, & ibi hoc tenet Glo. in versiculo mandetur. de appellat. in sexto, & ibi Pet. de Ancharan. in columna quinta, Philipp. Franchus in capitulo pastoralis, in principio, in columna sexta, versiculo nonò operatur. extra de appell. facit doctrina Abbatis, & Philippi in capitulo consulurit. el primo, extra de appellat. vbi dicunt, quòd in casu, quo ius prohibet appellationem, nunquam tenetur Iudex deferre appellationi, nisi legitima causa in ea exprimatur. Idem rursus not. Philippus in dicto capitulo 3. in fine. extra de appell. & dicunt Bal. & Salicetus in Authen. Hodie. C. de appel. q tertius appellans pro suo interesse non tantum debet exprimere causas, sed etiam iustificare saltem semiplenè antequam ad
72 vlteriora procedatur. † allego Glo. (inquit Felinus vbi supra,) in l. 2. verficulo iudicio. cum Glo. sequen. ff. de appellat. recip. & est textus, & ibi Ang. de Arct. in l. A sententia. in principio. ff. de appellat. allego Bal. in l. finali, circa medium. C. de edicto diui Adriani tollen. vbi dixit, quòd quoties aliquis vult admitti in quocumque iudicio pro suo interesse, debeat saltem semiplenè docere de eo: facit etiam consilio 343, Ludo. incipien. In proposita. in fine.

Vbi dicit formaliter, quòd quando appellatur in casibus a iure prohibitis, & aliquando specialiter permissis, necessaria est expressio causæ, alleg. Innocent. in dicto capitulo pastoralis. Et ideo consuluit, quòd in appellatione a
73 † notorio debet exprimi causa, cùm regulariter in eo sit prohibita appellatio. capitulo cum speciali. §. porrò. de appellat. in sexto. Dicendum ergo erit, quòd a sententia interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, exprimenda sit causa, sicut si appellaretur ab interlocutoria: & quantum ad hoc non regulatur vt diffinitiua, quãdo per ipsam non finitur iurisdictio Iudicis: Nam exprimendo causam posset esse, quòd Iudex ea visa reuocaret sententiam, vt potest in interlocutoria per capit. Cùm de cessante. de appellat. Ideo cùm sit reuocabilis, non regulatur, quo ad hoc, vt appellatio a diffinitiua: prout declarat apertè Abbas antiquus in dicto capitulo peruenit, columna penultima. versiculo sed si talis interlocutoria. extra de appellat. Requiritur autem ista expressio causæ non ad substantiam appellationis, sed quo ad hoc, vt sciatur vtrum Iudex habeat deferre, vel non: Cùm enim videat Iudex ap
74 pellationem † interponi contra formam rescripti, vel iuris communis: debet in dubio præsumere eam non esse admittendam: cùm non videat eam interponi in casu specialiter permisso: Ideo eam (vt friuolam) reijciet per capit.

pit. cùm appellationibus friuolis. de appellationibus in sexto. Faciunt quæ dixi in capitulo super litteris, columna decimaseptima, versiculo regula decima. extra de rescript. (Adde tu, quòd ibi quàmplurimis auctoritatibus ipse Felinus hoc probat,) quòd vbi quis exercet actum regulariter vetitum, sed in certis casibus permissum, debet exprimere se esse in vno ex casib. permissis. Et est in proposito expressio causæ magnæ importantiæ: vt hìc per Abbatem in tota vltima columna, quia si nõ exprimitur, non suspenditur executio. Item expressio denotat modum excessus. Nam per prædicta apparet, quòd istæ rationes inferant expressionem causæ non esse de substantia appellationis: Tamen alia ratio infert, quòd Iudex non debeat appellationem admittere, nisi causa exprimatur in dicto casu, propter præsumptionem friuolæ appellationis, quæ prima facie militat contra appellationem interpositam in materia, in qua regulariter nõ appellatur. Itẽ potest esse alia ratio, propter quã necessario debet exprimi causa, videlicet, vt Iudex possit pronunciationem reuocare: ex quo illa interlocutoria est irreuocabilis, licet habeat vim diffinitiuæ, & ista (de qua hic est sermo) cùm
75 per ipsam non finiatur † iurisdictio Iudicis exequentis, vt dixi post Abbatem. in dicto capitulo peruenit. Fortè posset etiam attentari, quòd vbi appellatur ex causa contra regulas iuris, causa sit exprimenda, etiam si appelletur ab interlocutoria, per quam finitur iurisdictio, quicquid dixerit Abbas in dicto capit. peruenit. Tum quia multi supra allegati firmant indistinctè, quòd
76 in omni appellatione † etiam a diffinitiua exprimitur causa, quãdo appellatur contra regulas iuris: tum etiam per rationem proximè dictam: videlicet, vt Iudex videat, an debeat deferre appellationi, cùm habeat pro se regulam prohibentem ne deferat: ex quo est materia, in qua regulariter non appellatur: cogitabis, & ista omnia benè notabis, vltra Aretin. in l. 5. in principio, quarta columna, versiculo, ex dictis tamen eius. ff. de verborum obligatione, vbi simpliciter firmat, quòd in appellatione ab executione debet exprimi causa, sed non mouetur ratione prædicta, quia appellatio fit contra regulas iuris, vel habeat præsumptionem contra se, sed alia ratione separatissima: videlicet, quia (vt ipse ibi latè tenuit) post Imo. in l. si finita. §. non autem. ff. de dam no infect. Sententia super executione est merè interlocutoria, & non habet vim diffinitiuæ: qua opinione retenta, procederet sua opinio absque discussione, quæ etiam ipse tenet, volens, quòd vbi appellatur in casu specialiter permisso exprimenda est causa, & ista repone (inquit vbi supra

Digitized by Google

Felinus,) quia nobilissima sunt, & de honore lucrando. hæc ille. Idem docuit apertissimè Archidiaconus in dicto capitulo finali, secunda quæstione sexta, columna quarta, & quinta, num. 16. & 17. Vbi post discussionem ibi ab ipsomet factam, an ea de quibus ibi in §. de possessione. & in §. ab executione sint recepta ac canonizata in iure Canonico, sicut sunt de iure ciuili: probat contra Glo. ibi dicens, quòd ibi dicta sunt recepta, & obseruanda quoque a iure Canonico, quod & ipse multis medijs probat: asserens firmiter, quòd ab executione sententiæ non recipitur appellatio, cùm quis euidenter frustratoriè appellet. Nam a momentanea possessione non appellatur, † idest, a
77 sententia lata super possessione. Vnde dici potest, quòd cùm hæc lex prohibens impediri Executionem per appellationem sit canonizata: & sic habeat vim Canonis, & etiam Ciuili lege
78 vtendum sit in Ecclesiasticis † negotijs vbicunque Canoni nõ contradicit, vt in capitulo lege. distinct. decima. (Adde tu in capitulo secundo, extra de noui oper. nunciat.) & cautum reperitur in iure Ciuili non impediri executionem super possessorio †
79 promulgatæ sententiæ propter appellationem interiectam. vt in l. vnica. C. si de momentanea possessione fuer. appel. quæ canonizata est (vt fuit dictum,) & ibi subdit ipse Archidiaconus, quamplurima ad nonnullos Canones, qui assolent citari contra præsentem nostram conclusionem. Qui Archidiaconus idipsum breuius docens in capitulo primo, columna tertia, versiculo reuerentia. de appellationibus in sexto, his verbis præcisis, videlicet. Reuerentia.
80 Dic quòd nisi Iudici † euidenter appareat appellationem tenere, non deferet ei, licet superior possit retractare quod factum est, & idem dicendum erit, vbi apertè videtur appellatio iniusta. Nam tunc non debebit ipsi deferre: & ratio est, quia tunc non esset reuerentia, sed malitia, vel imprudentia, & sic puniendus esset. Institutione de obligatione, quæ ex quasi deli. nascun. in principio, & in c. pastoralis. de officio deleg. secundum Innocen. hæc Archidiaconus vbi supra, qui & in c. ad Romanam Ecclesiam. el primo, num. 1. versic. in eadem Glo. ibi. Admittenda. 2. q. 6. his præcisis verbis vtitur, videlicet. Vnde dic,
81 quòd appellationibus † friuolis nec iustitia defert, nec est a Iudice deferendum. vt in c. cum appellationibus. de appell. in sexto, vbi dicitur, q̃ in hoc casu, quòd si appellans prosequitur talem appellationẽ, superior de causa cognoscens eum appellantem remittere debet ad priorem Iudicem sine difficultate, & eadem die condemnationem facere expensarũ, quod est notandum. hæc ille. Ex

cuius

Digitized by Google

cuius omnib. verbis elicitur quoque veritas præsentis nostræ verissimę conclusionis. & quòd causa inserta ipsi appellationi partis dicto Reuerendo Rectori aduersæ fuerit friuola, supra probauimus, quando retulimus ad verbum dictum c. cum appellationibus. Idem docuit Dominicus a Sancto Geminiano in dicto cap. cum appellationibus. colum. 1. Vbi hæc notatu digniſſima verba protulit, videlicet. Nota, quòd Iudex non debet deferre appellationi friuolæ, & est ratio, quia nec ius defert, & sic patet, quòd Iudex in procedendo debet seruare iura: vt in c. 1. extra de constitu. & per istum textum respondent quotidie Iudices appellationibus friuolis, quando non deferunt, & videtur sufficere, si Iudex responderit appellationi
82 friuolæ,† dicendo. Non defero, quia appellatio friuola est, absq; eo quòd assignet causam, quare sit friuola: facit in simili in cap. ex parte. de appellat. vbi sufficit
83 dicere † appello, quia locus non est tutus, licèt non assignet causam, quare tutus non sit. hæc omnia Geminianus vbi supra, cuius sententia interpretanda erit locum habere quando notoriè constat locum non esse tutum dicto citato, ita quòd non potuit illuc adire, & Iudex illud scit, non autem habebit locum quando causa esset occulta Iudici, qui meritò ignorat periculum ipsius, nam tum ipsum citatum oportebit exprimere causas, propter quas locus non est sibi tutus, & probare eo modo quo poterit sine suo periculo, & tali pacto concordat Panormitanus in dicto c. ex parte. el primo, vbi hoc docuit post recensitas nouem Doctorum sententias, & peroptimè suprascripta concluſit. Sed circa id, quod dicit hic Geminianus de reijciẽte friuolas appellationes, dic, quòd cautus Iudex, (vt docuit Felinus vbi supra) faciet describere in actis, quare ipsas non receperit, ne in sindicatu possit redargui, sicut, & appellans debet expresse causas appellationis afferre, & si opus fuerit probare, & idem elicitur ex doctrina (supra relata) Domini Speculatoris. Vide ergo ibi latius: aliàs quidem daretur occasio iudicibus calumniandi appellantes, & sic impunè grauandi, quod est absurdum. Idem docuit Decius in c. ad nostram. nu. 28. & sequen. extra de appell. vbi tradẽs nobis regulam generalem his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. In se tamen ratio Abbatis vera est, & not. quòd vbi appellatio prohibetur, nisi certo casu, debet ille casus exprimi, vt appellatio iustificetur. Et ideo Iudex, a
84 †quo appellatur, nõ tenetur deferre appellationi, quando appellatio prohibetur, nisi iusta causa appellandi exprimatur. vt Abbas tradit in capitulo consuluit, el primo infra eodem. Et in appellatione a diffinitiua licèt causa non requiratur, vt in l. Seio. ff. eo. Tamen quando appellatio prohibetur, causa debet exprimi. vt docuit Glo. in cap. Romana. §. si autem. in versiculo mandetur

eodem titu. in ſexto , & eſt dictum Innocentij in capitulo paſtoralis. §. præterea. extra de officio deleg. Idem docuit Romanus in conſilio 323. incipien. In propoſita. in fin. & tradit Cyn. in conſ. 60. incip. Viſis ſic etiã intentia appellante pro ſuo intereſſe . Sic etiã quando ab executore appellatur , quia appellatio prohibetur , niſi modus excedatur , in tali appellatione, requiritur , q̃ cauſa exprimatur , vt not. Bartol. in l. ab executore, in principio in ſecunda oppo. ff. eod. Bal. in l. ab executione . columna prima . C. quorum appell. Roman. in conſil. 41. incipien. In præſenti. Pau. de Caſtro in conſilio 325. Ad primum reſpondetur . in principio Ioannes de Anan. in conſi. 26. incip. In cauſa nobilium. in principio, & iſta eſt communis opinio, & pro his benè facit, quia fundata eſt intentio contra appellantem: Ex quo habet regulam con-
85 tra ſe , & res † certa dicitur pro eo, qui habet regulam pro ſe , vt not. Barto. in l. quoties. ff. ſi quis cau. licèt aliqui caſus in contrarium ſint. & idem not. Bart. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis ius vocan. Et hoc pro not. tradit Matthæſil. in ſingul. 19. incip. Nota, quòd ſentẽtia. (Addc tu quòd ibi Matthæſil. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. Nota quòd
86 ſententia interlocutoria , † vel diffinitiua lata expreſsè contra regulam iuris communis eſt nulla , licèt reperiantur aliqui caſus excepti , in quibus ſaluari poſſet illa ſententia , ex quo illi caſus ſpeciales non ſunt expreſſi in ſententia. Vnde ſi Iudex interloquitur ſeruum torquendũ eſſe contra Titium Dñm ſuum. Hæc ſententia eſt nulla. vt not. Glo. not. in l. 2. ff. de appel. recip. ſequitur ibidem Decius dicens, & cauſa , quæ exprimitur, debet eſſe iuſta , & non friuola adeo, quòd ſi non eſſet opus exprimere cauſam, prout regulariter eſt in diffinitiua : ſi tamen friuola exprimatur , appellatio vitiatur ſecundum Ioãnem Andr. in c. cordi. col. fin. eod. titu. in ſexto, & Roman. in ſuo ſingul. 767. iucipien. In appellatione ab interlocutoria . hæc omnia Decius vbi ſupra, qui idipſum docens in c. conſuluit. colum. 1. nu. 8. verſic. & ex reſponſione Domini Abbatis hic. extra de appell. & ideo cauſa debet exprimi, ex qua iuſtificetur, vt per Abbatem in capit. quod ad conſultationem. colum. penult. extra de ſent. & re iud. & hoc in qualibet diſpoſitione generaliter procedit , † quia
87 quando a communi regula recedit, cauſa debet inſeri, per quã actus reddatur legitimus . vt eſt dictum Innocentij in c. præterea. extra de dilationibus. Vbi loquitur in citatione : & dicit , quòd quando non poteſt citatio fieri, niſi in aliquibus caſibus ad hoc, vt citatio facta valeat , debet ex illis caſibus aliquis inſeri . hæc Decius vbi ſupra, qui idipſum breuius docens in c. dilecto , colum. 2. num. 4. verſic. quia cauſa debet. extra de appell. dicit, quòd cauſa debeat exprimi in appellatione, aliàs a Iudice non recipitur. hæc

Decius

Digitized by Google

Decius, qui in consilio 220. loquens in materia beneficiali di-
88 cit † primo & secundo, quòd datur possessio ei qui habet titulum & ipsam possessionem petit, cum hoc possessorium sit priuilegiatum, vt non admittatur exceptio proprietatis defectum, antequã fiat possessionis traditio, & ideo licèt obijciatur de inualitudine tituli, nõ debet Dominus Prẽsbiter impediri quo minus admittatur in possessionem beneficij, Nisi statim probaretur de defectu tituli, & proprietatis eius. Hæc Decius vbi supra, qui in l. finali. C. de edicto diui Adriani toll. nonnulla notatu dignissima afferens in infrascriptis numeris. Nam in numero decimoseptimo dixit, quòd missio in possessionem fieri debet in bonis, quæ testator tempore mortis possidebat: & dicit not. Pau. de Castro hìc, quòd si Iudex mittit hære-
89 dem † in possessionem mediante nuncio publico, qui retulit se fecisse hoc: præsumitur, quòd illa bona, in quibus hæres missus reperitur, fuerint bona defuncti: quia pro actu iudiciario in dubio præsumitur: ita notabiliter dicit Pau. de Castro hic, & in numero quadragesimooctauo, versiculo in Glo. versiculo missus. dicit, quòd in causa possessorij non possit appellari, quod rursus ipsemet Decius latissimè probauit in consilio suo vigesimooctauo, incipien. Et pro tenui facultate mea, asserens, quòd quando
90 agitur † de mero possessorio, nõ poterit appellari: cùm hæc conclusio fundetur super regula communiter recepta, quòd a sententia lata super possessorio non possit appellari, quæ regula ponitur in l. vnica. C. si de momen. poss. quæ taliter intelligitur communiter, & in §. finali, §. de possessione, secunda quæstio. sexta, vbi Archidiaconus hoc ipsum tenuit, cùm talis appellatio vocetur temeraria a Bal. cùm agatur de modico præiudicio, vt declarat Bartolus in l. 2. ff. de appellat. recipien. Adeo quòd licet res sit maximi valoris, tamen si de possessione tantum contendatur, †cau-
91 sa dicitur minima, vt docuit Bartolus in l. admonendi. in penult. columna. ff. de iureiuran. Antonius de Butr. in capitulo finali, columna septima. extra de iureiuran. & Matthesil. in suo notabili secundo, incipien. Nota, quòd in iudicijs. Et illud modicum præiudicium reparari poterit. Nam tunc demum admittitur appella-
92 tio † in possessorio, quando ex sententia lata in possessorio infertur tale grauamen, in quo alio modo nõ esset consultum illi, qui succubuit in causa possessorij, vt magistraliter declarat Bartolus in dicta l. 2. columna secunda, vbi exemplum ponit, quando tantum ius retentionis competeret illi, a quo possessio virtute sentẽtiæ abdicatur, vt in l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de condit. indebit. Et hoc idem Glo. dicit in l. vnica, versiculo momento. in fi. asserẽs, quòd ideo non potuit appellari a sententia lata super possessorio, quia in quæstione proprietatis

omnia poſtea poterunt retractari. Secus ergo, quando ad cauſam proprietatis deueniri non poteſt: quia appellari poterit, cùm præiudicium illatum in poſſeſſorio non poſſit reparari: Ita Ange. dicit in dicta l. vnica, & tota materia ad iſtam doctrinam ſecũdum eum reducitur. hoc ipſum docuit Bal. in dicta l. vnica, in principio dicens, quòd dicta l. intelligatur, quando prius poſſeſſorium intentatur, quia ſupereſt remedium proprietatis: & concludens ipſe Decius in dicto conſilio vigeſimooctauo, in fi. dixit,
93 quòd tunc in dubio † debet admitti appellatio, quando ſubiecta materia appellationem admittit, prout regulariter eſt in qualibet cauſa: vt per Glo. & Docto. in l. reſtituere. ff. de rei vendic. Nam fundatam habet intentionem, qui regulæ innititur: iuxta Glo. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. & not. Bartol. in l. quoties. ff. ſi quis cau. ſed in caſu noſtro regulariter appellatio prohibetur, cùm agatur in cauſa poſſeſſorij, vt in l. vnica. C. ſi de moment. poſſ. Vnde in tali materia videtur, quòd in dubio debeat iudicari, quòd appellatio prohibeatur: ex quo regula prohibitiua appellationis. Comprobatur hoc, quia cùm agatur de leui præiudicio, & illud poſſit in iudicio proprietatis reparari ſecundum ſupradicta, ceſſat ratio, quæ facit, quòd in alijs in dubio appellatio admittatur. hæc Decius in dicto conſilio vigeſimooctauo, qui in l. 1. numero ſexto, & ſeptimo, ff. de regu. iur. confirmans dictam regulam peroptimam his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. Sicut genus propriè comprehendit ſpecies, vt not. Bal. in l. 2. C. de iure aur. annul. facit textus in l. ſemper generalibus. ff. de regu. iur. Ita regula complectitur caſus, qui poſt regulam ſuperue-
94 niunt. Vnde in † caſibus non determinatis fundatam habet intentionem ille, qui regulam habet pro ſe: & ideo dicit Bartolus in l. quoties. ff. ſi quis caut. quòd res dicetur certa eſſe pro eo, qui habet regulam pro ſe. & idem rurſus Bartolus in l. 1. columna ſecunda, ff. ſi quis in ius vocan. & dicit Bal. in capitulo primo, colum. .. de alienis iudi. mut. ca. fac.
95 quòd ſecundum regulam † pronunciandum eſt, niſi contrarium probetur. Et ampliatur iſta regula, vt etiam ipſa attendatur contra perſonas, vel cauſas aliàs priuilegiatas, quia regula, & diſpoſitio, quæ generaliter loquitur, etiam comprehẽdit perſonas priuilegiatas: vt not. Bald. per illum textum in l. in fraudem. in fine. ff. de teſtam. milit. Ex quo infert, quòd lex, vel ſtatutum generale etiam habet locum in cauſa dotis, vel contra milites. & hoc verum eſſe intelligitur, niſi loquatur in tali materia, in qua cauſa, vel perſona priuilegiata ſit. hæc Decius vbi ſupra, cuius ſententiæ ferè ad verbum ſe ſubſcripſit Cagnolus in dicta l. 1 num. 21. & 22. ff. de regu. iuris. Idem docuit Lãfranchus de Oriano in repet. c. quoniam contra. titu. interlocutorię,

torię, & appellationes.num.121. vers.vlteriùs quæro,quando appellatur.ext.de probat.dicens,quòd
96quando appellatur ab executione in casibus permissis, videlicet quando excéditur modus in exequendo.vt in l. ab executione, C. quando appel. non recip. tunc debebit causa inferi, & ipsa appellatio fieri in scriptis,vt in interlocutoria.prout docuit Cyn. Bar. Bal.& Ang.hæc ille. Idem docuit Augustinus Berous in consil. 106. nume.10.& 11. volum. 3. vbi hæc præcisa verba protulit,videlicet: In terminis nostris de iure appellari non potuit à commissione facta nuncio de exequendo, prout fuit appellatum:nam est pars executionis realis, & meri facti, vt colligitur ex not.à Bar.in l.a diuo Pio. colum. pen. ff. de re iudic.& per Bal.in c. cùm venissent. extra de eo qui mit. in poss.& per Imo. in l.ab executore,colum. 1. ff. de appell. qui ponit cautelam, vt nõ possit appellari à declaratione facta de exequendo, Idem docuit Ange.in consi.112.& Salic.in l.ab exequutione. C. quorũ appell. & Felin: in cap. quod ad consultation. extra de re iudica. post Abbatẽ ibi.dicentes, quòd si per Iudicem cõmittatur & fiat exequutio, tunc appellari non poterit: ergo clarè infertur, quòd à commissione de exequendo facta nuncio appellari nõ potest, alioquin vana esset hæc cautela: & hoc est verissimum: pro cuius corroboratione plura adduci possent,quę breuitatis gratia, cum; hæc sint clara, ommittuntur.& nota quòd hic Doctor non dixit, quod non possit appellari à sententia de exequendo, sed à commissione facta nuncio de exequendo: quoniam sciebat, q à sententia de exequẽdo poterat appellari, vt docuit Lanfrancus de Oriano, & alij ab ipso citati, & per nos relatos infra in nume. 107. vbi redditur ratio huius decisionis. Secundò sufficit appellare ab excessu simpliciter, nisi exprimatur, in quo fuit excessum, & qualitas excessus: Nam causa appellationis ab interloquutoria debet esse de certa re, & causa: alioquin appellatio non valet, vt in terminis voluit Bal. (quem alij communiter sequuntur) in l. terminato.col.3. versicu. Pone, quòd victus. C. de fruct.& lit.expen. facit tex. (cùm ibi not.)in c.1.de appell.in sexto, iuncta Clem. appellanti. eod. titu.hæc omnia Augustinus vbi supra.hoc ipsum rursus docuit Didacus Couarruuias in tract.Practic.quæst.cap.23.nume.7. versic. Tertia conclusio.his præcisis verbis vtens,videlicet: Non tantùm iure ciuili, sed etiam Pontificio appellatio admittenda nõ est ad suspensionis effectum ab ea sententia, quæ fertur in iudicio possessorio ex constitutione vltima. C.de edicto Diui Adriani toll. huius opinionis auctor est Bald. in cons.141.num.1.lib. primo.idem Bal. in consi.203.lib.4. nam quòd iure ciuili non admittatur, hæc appellatio asserit Bartolus cõmuniter receptus in dicta l. vltima, col. fin. textus optimus in l. quisquis. C. quorum appell. non recip.

Digitized by Google

cip.Glo.in dicta l.vltima,verſicu. miſſus eſt. latè Andr. Tiraq. in tract. le mort.par.6.declaratione 6. Idem eſſe reſpondendum iure Pontificio Bal.ex eo cenſet,quòd nullibi ſit eo iure contrarium ſtatutum.& præterea quia hoc iudicium poſſeſſorium fauore teſtamẽtorum, & hæreditatum vacantium ſummariè debeat expediri: nec omnino ſequantur aliorũ iudiciorum conditionem, quæ de poſſeſſione plerumque tractãtur. ſed etſi hoc dubium iure Pontificio cuipiam videatur, illud, obſecro, conſideret, quàm facile ſit iniqs appellationibus legitimos, ac veros defunctorum hæredes, poſſeſſione rerũ hereditariarum interim iniuſtiſſimè fraudare.hęc Couarruuias, qui ibidem quàm plura alia ad hoc ipſum probandum ſubintulit.vide ergo ibi. Idẽ docuit Guido Papa in deciſione 132. incip. ſed probato illo errore.nume.8. his præciſis verbis vtens,videlicet:An à ſententia lata ſuper huiuſmodi poſſeſſorio poſſit appellari? dic quòd non:vt dicit Ioannes Ferrarij, in titulo ſuper formam libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento,in Glo. ſuper verſicu. quare quum prædicta. in fine. & allegat l. vnicam. C.ſi de momen. poſſ.fue.appel. & l.quiſquis.C.quorum appell. non recip. poteſt tamen in integrum reſtitutio peti ex iuſta cauſa,ſecũdum Iacobum Butrigariũ, quem ſequitur Ioannes Ferrarij, vbi ſupra. Idem docuit Holliẽſis in ſumma titu.de ſent. & re iudi. §. Quo remedio.verſi.ſecũdò non appellatur ab executore. & in titu. de officio deleg.§.Quæ delegari poſſunt. verſic.Ab his autem.num.5. Ex Iuriſtis verò infraſcripti ſe ſubſcripſerunt præſenti noſtræ concluſioni: Nam Barto.(vltra paſſim ſupra citatos locos)hoc docuit in dicta l.Ab executione,in prin. dicens cum glo. ibidem,quòd ab executione facti (prout in caſu noſtro)nõ poterit appellari,& quod talis caſus habeatur in d.l. niſi excedatur modus. & in dicta l.vnica,dicens illam legem habere locum in poſſeſſorio retinendæ, & appellandæ. Idẽ rurſus latius Barto.in l.fina.col.3.nu.6. verſi.contra poſtquam miſſus eſt.& in col. 6.in fi.num.11.verſ.quid ergo dicemus. C. de edicto Diui Adria. toll. Nam infraſcriptis vſus fuit verbis,ipſe Bart. in dicto verſicu. Contra.videlicet poſtquam quis eſt miſſus in poſſeſſionem: Aut quis vult contradicere de facto, & non poteſt.vt in l.addictos: C. de appell. & conſult. aut de iure, & ſimiliter non poteſt: quia cùm ſit iſta cauſa momentaneæ poſſeſſionis, non poteſt appellari. vt in dicta l. vnica. & caſus eſt in l.fi.ff.de appell.recip.(& in dicto nu. 11. verſicu. quid ergo) his præciſis verbis vtitur. aduerte duos caſus.quandoque quis venit
97 ad contradicendum † antequam ſit data licentia de ingrediendo poſſeſſionem, quandoque poſt data tam licentiã ante ingreſſum. Primò caſu eſt aduertendum, quòd aut quæritur an quis ſit legitimus contradictor ad impediendum executionem, & ſummariam cogni-

Digitized by Google

gnitionem, quæ fit ex ostensione testamenti, ex vigore huius l. Aut quæris an sit legitimus contradictor non ad impediendum solam illam summariam cognitionem, sed ad impediendum etiam effectum eius, scilicet immissionem. Primo casu: aut ille, qui venit ad contradicendũ, non asserit se possidere; sed dicit se prius immittendum: & tunc illa summaria cognitio non impeditur, sed summatim de iure vtriusque cognoscitur: & illa immittitur, qui potiora iura habet, vt in l. 1. C. de edicto diui Adria. Aut comparet aliquis, qui dicit se possidere, & ideo ille, qui petit immittendum non esse tunc: & quidem producit alium titulum similem titulo petentis; vt puta, aliud testamentum. Tunc Iudex statim pronunciabit non esse locum huic summariæ cognitioni ex virtute istius legis: sed agendum esse ordinario iudicio, & illum debere obtinere, qui potiora iura habet, vel habere probauerit: ita loquitur opinio Azonis hîc; est casus in hac l. in versic. sin autem aliquis contradictor &c. Vide literam ibi [in iudicio competẽti] Non autem dicit in secundo iudicio. Si vero allegat alium titulum, tunc ista summaria cognitio non impeditur, sed super ea de viribus istius tituli allegati cognoscetur: quem autem effectũ habet, statim dicam, inquit Bar. vbi supra. Secũdo casu, quando queritur an aliquis sit legitimus cõtradictor quãtum ad impediendum missionem in possessionem, & cognitionem summariam. Dico, aut quis ostendit titulum à defuncto, vel ab hærede; & tunc sine dubio impeditur immissio. vt in l. 1. C. quorum legato. & in l. 1. §. rediguntur. ff. quorum legat. Aut allegat titulũ, & idem habet possessionẽ ab alio, quàm a defuncto: tunc siquidem habet possessionem ante mortem defuncti est legitimus cõtradictor vt hîc. ibi [earum rerum, quæ testatoris mortis tempore fuerunt.] si vero allegauit possessionem post mortem defuncti: tunc siquidem probet possessionem, vel titulum solùm, non est legitimus contradictor: quia per hoc nõ excluditur ius agentis. Sed si probaret possessionem & titulum, & fortè probaret se, vel auctorem suum fuisse dominum, tunc esset legitimus contradictor, & impediretur missio, quia in hoc iudicio potest opponi exceptio, dolo facis. Tamẽ ab initio non est admittendus ad probandum, nisi sit paratus probare incontinenti, vt supra dixi. Si vero probat titulum & possessionem; Verum autem defunctus possederat tempore mortis, vel non; dubitatur: tunc non esset mittendus non propter contradictionem aduersarij tantùm, sed quia hæres nõ probat illud, quod est causa suæ intentionis; scilicet defunctum possidere tempore mortis, quod requiritur a lege. Quandoque quis venit post iussum de mittendo antè missionem: tunc siquidem si ipse fuit citatus; hic est aduertendum. si enim primus iussus fuit factus citata parte. tunc si superuenit quidam tertius non citatus, puta, aliquis, qui dicit se hæredem

dem; & ſe potius mittendũ, quàm illum, de quo pronunciatum eſt: Dico, quòd miſſio eſt retardanda, & de iuribus iſtius erit cognoſcendum: & in l. ita tamen. §. quotiẽs. ff. ad Trebel. facit c. veniens. ext. de teſtamentis, & ibi per Innocentium. Quandoque tempore primi iuſſus nullus eſt citatus: & tunc idẽ, multò magis audietur ille contradictor ſuperueniens: Ille vero, qui fuit citatus tempore primi iuſſus, ſi quidem comparuit, & eius contradictio fuit repulſa, non eſt dubium, quòd nõ poteſt audiri: cum non poſſit appellari in hoc iudicio momentaneæ poſſeſſionis, ſed ſi contumacitalis licentia fuiſſet conceſſa, tũc veniens audietur, refectis expenſis ſecundum formã Authent. Ei, qui iurat. C. de bonis auct. iud. poſſ. Quandoque contradictor apparet poſt miſſionem iam factã. Et hic aduerte. Nam quandóque non venit de directo ad contradicẽdum primæ immiſſioni, ſed ipſe principaliter poſtulat ſe mitti apportans ſuum teſtamentum, tunc iſte primò miſſus audiretur ſecundum contradictionem legitimam, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſũnt. Si verò venit de directo petens caſſari illam immiſſionem iam factam: ſi quidem allegat ſe poſſediſſe, & citatum non eſſe: ſtatim illa ſentẽtia pronunciabitur nulla, tanquam poſſeſſore non citato, vt in l. meminerint. C. vude vi. etſi per vim, vel alio modo l. fin. C. vnde vi. Si verò non allegat ſe poſſediſſe, vel dicit ſe poſſediſſe, tamen fuit citatus; tunc ſiquidem allegat aliquid, quod eſt excluſiuum beneficij iſtius conſtitutionis: vt quia dicit teſtamentum (cuius vigore facta eſt immiſſio) habuiſſe vitiũ viſibile, vel dicit teſtatorem non poſſediſſe tempore mortis, tunc immiſſio irritabitur, vt in l. 1. §. fin. & §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſ. eſt. Et in hac contradictione non erit neceſſarius libellus, ſed procedetur ſummariè iudicis officio ſecundum formam, l. a Diuo Pio. §. Si ſuper rebus. ff. de re iudic. Si verò non allegaret aliquid, quod eſſet excluſiuum iuris agentis: Tunc non fieret reuocatio, ſed ſiquidem ius haberet, deberet recurrere ad iudicium petitorium, & ordinarium. Hæc omnia Bartolus vbi ſupra, vltra ea, quæ ſupra retulimus ex relatione ſententiarum Canoniſtarum, ex quibus profectò non ſolũ probatur præſens noſtra cõcluſio, verum etiam ſummoperè dilucidatur. Probatur inſuper præſens cõcluſio auctoritate Bal. in infraſcriptis locis: Nam ipſe Bald. præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit in dicta l. ab executione. in principio, & in dicta l. quiſquis, in principio. Idem Bal. idipſum docuit in dicta l. fin. C. de edicto diui Adriani, per totum, etſi non loquatur expreſsè de appellatione non recipienda in caſu noſtro, benè tamen implicitè. Nam ibi numero ſecundo, dicit,

98 q̃ hæres † non poſſideat hæreditatem. niſi ipſius poſſeſſionem apprehenderit, vt in l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſeſ. & ratio

eſt,

est, quia existentia sui hæredis facit quem suum heredem, sed non possessorem, vt in l. si homo. ff. de vsucap. & ideo sequitur, quòd omni heredi tam suo, quàm necessario, aut extraneo, est necessarium beneficium huius legis: cùm maximum cõmodum sit habere possessionem, in qua consistit emolumentum fructuum: vt not. in l. 1. §. ex contrario. ff. de acquir. posse. & in l. certum. ff. de rei vendic. & idem Bal. in d. nume. 2. versic. est & quartus casus. his precisis verbis vtitur, videlicet. Est & quartus
99 casus, quando nemo tenet, † & tamen vterque properat ad occupãdum: & tunc aut verisimiliter posset veniri inter eos ad arma, & tũc sequestrabitur possessio, & vtriq; mandabitur ne accedat sine licentia Iudicis: & si accedit post interdictum Iudicis, punietur, & reuocabitur statim a possessione. Si autem non est timor armorum, tunc non intromittit se Iudex, quia de facto non debet intromittere: & ideo nec prohibet, nec permittit; sicut dicit Innocentius in c. in presentia. extra de probat. & hoc in rebus profanis: secus in spiritualibus, quia Iudex non debet pati, quòd beneficia spiritualia de facto occupentur. Idem in rebus ecclesiarum, quia ipsa ecclesia possidet, & nũquam vacat possessio ea-
100 rorum propter mortẽ prelati, † quia ecclesia non moritur, secundum Innocentium. Et est notandum,
101 quòd vbi aliquis timet † ne alius suam possessionem inuadat: sufficit ad consequendum Iudicis interdictum facere fidem de possessione in libello, & sine ordine iudiciario secundum Innocentium, & patet in l. liberis. §. fi. ff. de libe. lega. secundum Andr. de Pisis. Tamen tunc super possessione nõ fertur diffinitiua, vt not. in l. si quis super. C. finium regun. & idem Bal. in nume. 13. ibidem dicit, Nota tertiò, quòd instrumentum testa-
102 mẽti habet hoc præceptũ † quod meretur executionem ex sola inspectione quoad missionẽ ex hoc edicto, vbi nemo comparet ad cõtradicendum: & rursus in quinto not. dicit, quòd vbi non est contradictor, ibi Iudex esse debet facilis in mittendo. & in 10. nota. dicit friuolas exceptiones non fore recipiendas, & quòd illę dicantur friuolæ, quæ de iure non sunt approbatæ. Idem docuit Bald. in dicta l. vnica. nu. 6. versi. quæro. C. si de moment. posse. dicens, quòd si scriptus hæres in possessionem mittatur, appellari non potest, sed si possessor esset eiusdẽ tituli: quia est ita scriptus hæres, sicut petitor vtrum poterit appellari? dicit Innocentius, quòd sic, expressa causa: quod ideo dicit, quia credit, quòd sententia lata in possesso-
103 rio † habeat qualitatẽ interlocutoriæ, & ab interlocutoria est appellandũ cũ expressione causę, sed ista consideratio non est vera de iure ciuili: quia ex sententia lata in possessori oritur actio in factum. sed de iure Canonico tene dictum Innocẽtij videlicet: quòd appellatio inserta legitima causa, valet: vt not. extra de restitu. spoliat. c. Cùm sedem. & c. ex conquæstione. & maximè in possessorio

ſorio beneficij, quia ibi oportet allegari titulum, vt in c. 1. de regu. iur. in ſexto, & idem ſi agatur poſſeſſorio iuriſdictionis: qa iuris adminicula deſiderat: & ideo mixtũ eſt poſſeſſorium: iſtud enim poſſeſſorium fundatur in iure, & non ſufficit exercitiũ ſolùm aliquorum actuum: ideoque poſ-
104 ſeſſoriũ iuris † debet fundari in aliquo iure vero, vel præſumpto. vt in l. vnde etiã. ff. de itine. actuq; priua. Hæc Bal. vbi ſupra. Idem docuit Iaſon in l. fin. col. 10. num. 29. verſ. in tertia par. C. de edi. D. Adriani toll. dicens, quòd remedium illius legis, cùm ſit poſſeſſorium & executiuum: iccirco in tali cauſa non admittetur appel-
105 latio, † quia à mero executore non appellatur, vt in l. quiſquis. C. quorum appel. non recip. contradictor tamen, ſeu conquerens de tali executione admittetur: & ratio diuerſitatis, vt docuit Glo. ibidem eſt: quando appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem, & ſic proponitur coram alio: quærela autem proponitur coram eodem, iuxta Glo. not. in Clem. 1. de iure patro. Idem docuerunt Alex. & Paul. de Caſtro in dicta l. fin. ad didit ibidem nume. 13. verſic. ſuccelliuè. ipſe Iaſon, quòd Bar. (iuxta Gl. in dicta l. fin.) ſubdit vnum ſingulariſſimum, dicens, qp quan-
106 do hæres † petit ſe mitti in poſſeſſionem, & oſtendit teſtamentũ iudici, non habet neceſſe probare de morte teſtatoris: imò nec facere fidem per ſolum ſuum iuramentum: quia ex quo habet inſtrumentum teſtamenti, habet præſumptionem pro ſe, quòd teſtator ſit mortuus: quia viuo teſtatore, notarius non debet dare copiam teſtaméti hæredi. alleg. l. 2. §. ſi dubitet. cũ l. ſequen. Quem-adm. teſt. aper. & quòd hoc dictum ſit ſummopere notandum. hæc omnia Iaſon, vbi ſupra. idipſum ſentit Lanfranchus de Oriano in ſua eleganti practica, ſeu repet. c. quoniam contra. extra de probat. in titu. Interlocutoriæ, & appellationes. num. 102. vt in verſ. Secundò falliit. his præciſis verbis
107 vtens, videlicet: Secundò fallit in executione, † à qua non poteſt appellari. vt in l. ab executione. C. quor. appell. non recip. & in l. ab executore. ff. de appel. poterit tamen appellari à ſententia lata de exequendo: ſecundum Glo. in dictis legibus. & has Glo. ſequitur Ang. in dicta l. ab executione: qui dicit ita in practica ſeruari: ſubijciens, cautum debere eſſe Aduocatum actoris petentis executionem: vt inſtet cum Iudice, vt non pronunciet aliquam ſententiam eſſe exequendam, vel non: quia tunc à tali ſententia poſſet appellari: ſed faciat, quòd Iudex iam ſententiam exequatur, mittendo in poſſeſſionem, &c. & tũc ab iſta executione nõ poterit appellari. & hæc glo. ſententia eſt communis, & ipſa ita ſeruatur. hæc ibi Lanfranchus. qui ibidem in verſ. Vigeſimò fallit. dicens, quòd non
108 appelletur † à ſententia lata ſuper poſſeſſorio. vt in l. Vnica. in fine. C. ſi de moment. poſſ. niſi ſaperet tale poſſeſſorium naturam proprietatis, quia in tali caſu benè poſſet

Digitized by Google

posset appellari. & ratio, quare à sententia super possessorio nō possit appellari, est: quia grauamen (quod forsā irrogaretur parte aduersæ, reparari poterit in petitorio: ex quo sequitur, quòd si primò fuisset intētatum petitorium, & postea lata sententia super eo; & intentaretur possessorium: tunc posset appellari à sententia lata super possessorio: quia modò non expectatur amplius petitorium, secundum Ioannem Mona. in c. vt certa. de elect. in sexto. & Bal. in l. Vnica. C. si de moment. poss. fuer. appell. quia Ioannes Monac. in dicto c. vt certa. dixit, quòd vbi in petitorio renunciatum est conuentum dominium, non potest amplius intentari possessorium. & eum sequitur Bal. in dicta l. vnica. & in nume. 118. versic. & concludit ipsemet Lanfran. idipsum docuit sequens Innocentium in c. vt debitus. ext. de appel. dicēs, quòd vbicumq; prohibetur appellatio, si quis appellauerit, tenebitur exprimere causam, aliàs non tenet appellatio: ità dicit Lapus Abbas in c. Romana. §. sin autem. de appell. in sexto, & ibi voluit Glo. & sic præsumptio iuris est contra appellantem: vnde cùm non pos-
109 set appellare, † debet exprimere causam in sua appellatione: & sic non est mirum, si quando appellatū est à sentētia causę, quam quis cognoscit appellatione remota: quia pręsumptio est contra appellantem. & ibidem ipse Lanfranchus. nume. 121. dicit, quòd quando appellatur ab executione propter excessum, vel in alijs casibus à iure permissis, debet omnino inseri causa in scriptis. Hæc omnia Lanfranchus vbi supra. Idē docuit Matthæus de Afflicto noster Neapolitanus in decisione 269. dicens, quòd licèt, quòd per totum consilium (Adde tu Neapolitanum) fuerit decisum, quòd in foro Ecclesiæ non possit appellari à sententia lata in possessorio, vt dixit Glo. in c. Cùm ad sedem. in versi. interdictum. extra de restitu. spoliat. & quòd hæc opinio communiter teneatur. sed in foro
110 ciuili † coram Iudice seculari regulare sit, quòd à sententia lata super causa merè possessorij possit appellari: sed tamen per talem appellationem non retardetur executio: sed facta executio, Iudex ad quem cognoscet de iustitia, vel iniustitia causę appellationis: vt expressè docuerunt Bar. & Angel. in l. 2. ff. de appellationib. recip. & concludit ita docuisse Alber. de Rosat. in dicta l. vnica. & hoc ipsum semper fuisse seruatum in practica in dicto consil. in causis similibus occurrentibus inibi. Idē docuit apertius Ioannes Ferrarius Montanì in suo eleganti tract. de appellat. cap. 5. versi. proindè ab executore. Infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: Proindè ab executore sententię prouocare non licet, vt quæ sententiam sequitur: cùm frustra esset sententias proferre, nisi & effectum cōsequerentur, vt in c. nouit. de appell. executore autem intra legitimum modum non consistente, siue hoc sit in re iudicata, siue in facto: (vtrumque enim ad iudicis

officium

quæ non retardat executionem per ea, quæ notat Bal. in l. 1. C. si de moment. poss. fue. appell. & Angelus in suo consil. 108. hæc omnia Marantha vbi supra. Probatur & tertio præsens nostra conclusio hac breui ratione sæpius in culcata supra in recẽsione sententiarum Doctorum: & est talis videlicet. Cùm nullo vero iuris fundamento dicta appellatio à parte aduersa producta appareat, imò ab vtroque iure in casu præsentis conclusionis prohibita, ac seueretur communiter à Doctoribus vtriusq; censuræ: prout superius latissimè fuit probatum, Indè apertissimè sequitur verissimam ipsam fuisse: prout etiam & alijs tribus verissimis fundamentis innixam esse probabimus, scilicet, quòd dicta appellatio non fuerit admittenda.

Primò ergo fundamentum sit hoc. Quoniam dictus aduersarius, cuius nomine fuerat appellatum, tali appellanti non indulserat speciale mandatum de appelando à tali executione immissionis in possessionem bonorum dictæ Ecclesiæ Parrochialis concedenda ipsius Ecclesiæ rectori legitimo: etsi dictus appellãs habuerit à dicto aduersario domino causæ generale mandatum de comparendo in iudicio, & appellando à quacumque sententia contra se ædita, eo quòd contra ipsum aduersarium est regula vulgatissima, verissima, & ab omnibus Doctoribus approbatissima, in qua habetur, quòd man-
115 datum de appellando† non sufficit procuratori, ita vt virtute ipsius possit legitimè, ac validè appellare ab huiusmodi executiõ:, nisi in dicto mandato specialiter & expressè habeatur mentio de appellando ab executione cuiuscunque decreti vel sententiæ, ac per consequens, hac etiam ratione dicta appellatio fuit ipso iure nulla, ac nullum sortiri potuit effectum: & quidẽ hac ratione fulcitur ipsa regula, quoniam aliàs indè sequeretur hoc absurdum, quòd nõ dominus causę, sed procurator sine sua culpa pęnam soluendi quinquaginta libras fisco incurrere posset, si ipse appellans ab executione sententiæ, vel decreti succubuerit, & fuisset iudicatum à Iudice ad quem, bene iudicatum, & malè appellatum, vt apertissimè habetur in l. ab executione. C. quor. appell. nõ recip. quoniam regulariter procurator
116 † facere non posset, ꝙ ipsius Dominus sine eius speciali mandato incidat in aliquam pœnam. hoc ergo fundamentũ verissimũ esse probatur vnico medio. Primò. n. per arg. in l. 3. §. si procurator. ff. ꝙ quisq; iuris. vbi hæc habentur, videlicet [si procurator meus postulauit: quęritur quis eorum iure vtatur? & putat Pomponius me solùm vti, si hoc & specialiter mandaui, vel ratum habui: si tñ tutor vel curator furiosi, vel adolescẽtis postulauit, ipse hoc edicto coercet. Idẽ aduersus procuratorẽ obseruãdũ est, si in rẽ suã fuerit datus] hæc ibi. diximus hoc nrm fundamentum probari per arg. in dicto §. si procurator. quoniam etsi ad uerbum idipsũ ibi nõ continetur, tñ ex ipso elicitur, cùm

Digitized by Google

indè ꝓbetur veriſſima illa regula quam ad probandum hoc fundamentum attulimus, & modò breuius repetimus, & eſt, ꝙ ſpeciale mandatum, & ratihabitio Dñi de aliquo faciendo, requiritur, vt dominus, & nõ ꝓcurator ex aliquo facto cõmiſſo puniatur: aliàs procurator punietur. Ex cuius regulę veritate elicitur quoque veritas præſentis fundamenti. Cùm pro-
117 curator † ſine ſpeciale mandato, vel Dñi ratihabitione appellando ab executione iniuſtè, ipſe, & nõ Dñs veniat puniendus: quapropter Iudex huiuſmodi appellationem non admittet ſine ſpeciali mandato Dñi ipſius cauſæ: Probatur & ſecundò Doct. auctoritate. Nam docuit Bar. in conſi. ſuo incip. Inter procuratorẽ Dñæ Bernardinæ, ad finem. dicens, ꝙ ſtãte ſtatuto, ꝙ nullus procurator producat teſtes ſub certa pęna, nõ valere productionem teſtium factam a procuratore generali contra dictum ſtatutum: nam in gene-
118 rali mandato † non venit aliq̃d quod ſit pęnale. hęc Bar. ex cuius doctrina aptiſſimè cõprobat verũ eſſe nr̃um fundamentum, cũ dicta appellatio poſſit eſſe pęnalis ipſi procuratori in caſu ſuccumbentiæ, & ideo dicendam & hac rõne ipſam appellationẽ eſſe nullã, vt per ſe patet. Idipsũ docuit Iaſ. in l. ſi procurator. nu. 6. ff. de condic. indeb. ſequens Bar. vbi ſupra, ſubdens, ꝙ idipſum docuerit Bar. in conſ. ſuo incip. ſuper qõne per vos mihi conſulenda tranſmiſſa. Viſis oĩb. actis. in fine, dicẽs, ꝙ in generali mandato non veniat, ꝙ quis opponat exceptiones calumnioſas: & propterea debere principalem a contentis in accuſatione abſolui: cùm procuratori non mandauerit expreſsè, vt opponeret tales exceptiones. Idipsũ rurſus docuit Bar. in l. qui bona fide. §. ſi alieno. nu. 4. 5. 6. 7. & 19. ff. de dam. infec. Nam in dictis nu. 4. 5. 6. & 7. dixit, ꝙ vulgare fit, ꝙ requiratur ſpeciale mandatum in procuratore, vt pęna aliqua puniatur Dñs cauſę: qm̃ aliàs ſine tali mandato procurator delinquendo nõ obligat Dñm, cum non veniat in generali mandato. Et ideo ad iurandum de calumnia in animam Domini requiritur ſpeciale man-
119 datum † licèt cauſa non exprimatur, quod clarius videtur exprimi in Clem. non poteſt. de procurat. quod etiam communis obſeruantia confirmauit, vt docuit ibidem Bart. a qua nõ eſt recedendum: Et idem Bar. vbi ſupra in n. 19. dixit, ſe credere, ꝙ ſi procurator iuret ſuper cõtractum, huiuſmodi iuramentũ nõ obliget Dñm ſine ſpeciali mãdato, vel niſi Dñs iuraſſet ſe ratũ habiturum quod per procuratorem fieret. hæc omnia Bar. vbi ſup. Ex cuius ſingulari doctrina emicuit veritas huius noſtri primi fundamenti, etſi ibi expreſsè nõ fuerit loquutus Bar. de appellãte procuratore ab executione ſine ſpeciali mandato, licèt benè in caſibus ſimilibus, in quibus potuiſſet puniri Dñs cauſæ propter actũ procuratoris ſui non ſpecialiter mandatum ſibi a ſuo Dño: & hæc quidem regula veriſſima fuit tum̃ approbata ab

eo-

eodē Bart. in l. si procurator. col. 2. n. 7. 8. & 9. ff. de condic. indeb. Nam ibi his precisis verbis vsus fuit, videlicet. Et per istum textū ego dixi, & dico pluries in practica, q̄ in generali mandato non venit, q̄ procurator petat aliquid, p quod Dñs incidat in pœnam, & ideo si procurator peteret illud, quod iam decisum est per cōpromissum, poterit pars dicere, q̄ ex hac petitione posset Dñs incidere in pœnam, & q̄ ideo procurator non sit de iure admittendus, sine speciali mandato, vel expressa ratihabitione, vt hic, & in d. l. si pr. ff. de his, quæ in fraud. credit. Idē dico si procurator produceret aliquas exceptiones, quib. non probatis, Dñs caderet in magnam pœnam ex forma statuti, quia tūc requiritur speciale mandatū, alias non esset parti consultū, & sic fieret partis conditio deterior per aduentū procuratoris: & hæc oīa sunt intelligenda de pœna, quam incurreret Dñs ex tali actu sui procuratoris sine eius speciali mandato, cùm supradicta sint intelligenda de pœna incurrenda ppter aliquod factum: secus pp aliquod neglectum (quòd consideratur in casu nostro) hęc ibi Bar. Qui iterum idipsum clarius, & elegātius docens in l. 4. §. si procurator. nn. 3. & 4. ff. quod quisque iuris. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Licèt quædam sint de se licita, si tamen ex eo sit possibile inferri pœnam, non venit ex virtute generalis mandati, sed requirit speciale mandatum, vt hic. & ideo quando per procuratorem proponuntur aliquæ exceptiones, ex quibus pœna infertur, si non probetur, nisi habeat speciale mandatum, adhuc potest petere, quòd Dominus approbet, vel reprobet illam productionem, aliter non audiatur procurator super eis: casus est hic: Et hoc etiam dicendum erit, si procura-
120 tor † habuisset generale mandatum cum libera, &c. Nam sicut illud, quod est omnino prohibitū non venit in generali mandato: ita illud, quod non est omnino prohibitum, vel delictum, si poterit esse pœnale: hæc omnia Bart. vbi supra qui rursus idipsum elegantius docuit in l. 1. §. si procurator. nu. 4. & 5. vers. ad secundum, & versic. sequenti. ff. si quis ius dicenti non obtempe. his præcisis verbis vtens, videlicet. Verum ex delicto procuratoris possit Dominus conueniri. Dic quando procurator facit aliquod, quod certum est esse delictum: & tunc Domino non præiudicat, nisi habeat speciale mandatum, vel ratihabitione sequuta, vt hic. Aut certum, quòd non est delictum, sed alias punibile. & idē, vt in d. l. 3. §. si procurator. Aut est tale factum,
122 † quod potest esse delictū, & nō delictum. Vt responsio facta vni positioni, vel interrogationi, in qua potest esse delictum, si est mendacium, & potest esse nō delictum, si est verum, & tunc dño præiudicatur donec probetur cōtrarium, vt in l. non solum. in principio. ff. de procuratoribus. Aut

eſt aliud factum, quod in delictum non cadit: & tunc Domino præiudicat, ſi habet ſpeciale mandatum, vel generale, cum libera. vt in l. procurator. in principio, & quod ibi not. ff. de tributaria actione. Ex prædictis igitur concluditur, quòd ſi procurator nomine Domini egit calumnioſam litem, & ſuccubuit, & ſic conſtat, quòd eſt delictum: ipſe procurator debet condemnari in expenſis, & non Dominus: niſi habeat ſpeciale mandatum: quod Dominus hic mandaſſe non videtur. vt in l. ſi procurator. in principio. ff. de condictione indebita, & ita determinaſſe Papam Clementem, retulit Speculator in titulo de executione ſententiæ. §. ſequitur, verſiculo ſed quid ſi procurator. & reperitur caſus in l. non eſt ignotum. C. de adminiſtrat. tut. hæc omnia Bartolus vbi ſupra, qui breuiter rurſus idipſum docuit in l. 1. §. quotiens. ff. de vi, & vi armata. Idem docuit Bald. in l. ſi procurator. numero primo, & ſecundo, ff. de condict. indebit. his præciſis verbis vtens, videlicet. Nota in generali mandato non contineri illicita, licèt procurator ſit in bona fide, vt quia putet eſſe debitum, quod eſt indebitum. Nam bona fides
122 † procuratoris non ampliat poteſtatem, nec includit ſpeciale mandatum, quod eſt notandum: Dicunt Doctores, quòd in generali mandato non continẽtur ea, quæ ſunt pœnalia Domino. Nam illicitum videtur quicquid pœna coercetur, vt in l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. Hinc eſt, quòd in generali mandato non videtur mandatum, quòd procurator ſit contumax, vt in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis iudic. non obtemp. & ſic vbi reperitur, quòd Dominus puniatur propter contumaciam procuratoris, hoc eſt, vel quia contumacia procuratoris tranſit in contumaciam Domini, quia ſcit procuratorem contumacem, & non purgat contumaciam. vt in capit. 1. extra, vt lite nõ conteſt. Non enim hoccõtingit vi mandati, ſed vi culpæ: quia qui cõſtituit procuratorem negligentem eſt in culpa. vt not. in l. finali. C. de exact. milit. anno. libro duodecimo. Vel eſt, quia potius expedit Domino nõ defendi, & ſic prodeſt, & non obeſt, vt in l. ſed hæc. §. finali. ff. de procurat. hæc Bal. vbi ſupra. Qui idipſum breuius docens in l. 1. §. ſi procurator. numero tertio. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. his præciſis verbis vſus fuit, videli-
123 cet. Aut dolus committitur † a procuratore. Primò contrahendo, aut ſecundò delinquẽdo, aut tertiò impetrando, aut quartò litigando: ſi ergo primò dolus committatur contrahendo, tunc Dominus non poterit ſe fundare ex illo contractu, niſi qualificato, prout eſt a principio, & ideo dolus miniſtri nocet Domino. Si de ſecundo loquimur, tunc dolus non nocet Domino. vt in l. meminerint. C. vnde vi, & in l. prima. C. de falſ. monet.

quod

Digitized by Google

quod est verum, nisi dominus ratificet delictum commissum suo nomine. vt in l. 1. §. quotiens. ff. de vi, & vi armata. Ratio est, quia non administrat, qui expressè de
124 liquit, † imò potius dilapidat, & ideo nisi interueniat ratihabitio, quæ habet vim specialis mandati non præiudicat domino, sed si interueniat, sic. Si de tertio loquimur casu, scilicet quando procurator deliquit impetrando: quod non est absolutè delictum. Tu dic, vt dixi in l. 3. §. si procurator. ff. Quòd quisque iur. vbi hæc formalia verba protulit, videlicet, Procurator vi generalis mandati, item tutor & curator non faciunt dominos in pœnam incidere legalem: nisi in duobus casibus. Primo si habet speciale mandatum, secundo, si dominus ratificat. hinc est quòd
125 quando procuratores † opponunt exceptiones pœnales, & non habent speciale mandatum: aduersa pars debet dicere, quòd procurator non possit exceptiones opponere, nisi faciat, quòd dominus eius ratificet: quod dictum memoriæ erit comendandum: & subdit. & idem dico in Syndico Vniuersitatis. & rursus idem voluit nos docere in suo consilio 307. incip. factum, super quo. lib. 2. ipsemet Bal. qui idipsum repetijt in suo consil. 99. incip. Decreto domini cauetur. col. 2. lib. 3. vt retulit Decius in l. 3. §. si procurator, num. 13. versiculo decimò & vltimò. ff. Quod quisque iuris. idem docuit rursus Bal. in c. nonnulli. in fine. ext. de rescrip. dicens, quòd procurator non possit compromittere sine speciali mandato: quia ibi agitur de magno præiudicio: Nam
126 periculosa † res est & pœnalis compromittere in arbitrum. vt not. in l. sed si emptione. §. Minores. ff. de minoribus. & in l. Non distinguemus. §. si domini. ff. de arbitris. hæc Bal. vbi supra, cuius sentẽtiam retulit & sequutus fuit Iason in l. si procurator. nume. 9. versicu. Item per hanc regulam. dicit Bal. ff. de condic. indebiti. Idem docuit Alex. in l. 3. §. si procurator. nu. 5. & 6. ff. Quòd quisq; iuris. his præcisis verbis vtens, videlicet. Nota quòd in generali mandato non venit posse fieri illud, per quod dominus posset in pœnam incidere. vt legitur & notatur in Clem. Non potest. de pro
127 cur. & ista faciunt, quòd in † generali mandato quis non videatur cõstitutus procurator ad causas criminales: quia in illis posset dominus incidere in pœnam, si delictum non probaretur. Hæc omnia Alexand. qui idipsum docuit in consilio 137. incip. Pulchrè respondet. columna penult. lib. 4. vt refert Decius in dicto §. si procurator. numero 13. Idem docuit Iason in l. si procurator. numero 4. & sequenti. ff. de condit. indebita, infrascripta notatu dignissima proferens, dicendo q̃ in mandato quantumcunque generali, nunquam intelligitur mandatum procuratori, quòd
128 indebitum † recipiat, aut illicitum faciat. vt etiam docuit Glo. in capitulo dilecto. in Gl. 2.

& ibi Imo.col.2. de præben. Amplia istam regulam, vt procedat etiam si talis procurator generalis haberet mandatum cum libera. &c. textus est not. in l. Si Pater. ff. de his quæ in frau. credi. nota. Doct. hic. Secundo amplia etiam si Dominus iurasset in generali procuratorio non venire contra factum procuratoris: tùm in generali iuramento illicita excepţuantur. l. eo*. §. 1. C. de vsur. Tertiò amplia istum textum & illam regulam secundum Barto. quòd quemadmodum in mandato generali non intelligitur mandatum indebitum, vel illicitum, ita etiam non intelligitur mandatum illud per quod dominus posset in pœnam incidere. Et per hoc dicit Barto. se pluries dixisse, in practica, quòd non admitteretur procurator volens petere illud, de quo Dominus recit compromissum cum pęna, & secutum laudum: quia sic faceret Dominum in pœnã incidere: per hoc etiam dicit Barto. se practicasse, quòd non admittitur procurator volens producere, vel apponere exceptiones, quibus non probatis ex forma statuti incidit in pœnam: ad istud de pœna melius facit textus in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. vbi Barto. idem repetit dicens, quòd illici-
129 tum † videatur quicquid pœna coercetur. vt in l. testamento Cęturio. §. fin. ff. de manu. testa. hæc Iason vbi supra: qui rursus ibidem numero 8. & sequenti dicit, q̃ per illum tex. & prædicta. dixerit Paul. de Castro ibidem in vltima columna, quòd aliàs reuocauerit sententiam cuiusdam magni Domini, quæ erat lata contra principalem super actione iniuriarum propter articulos criminosos porrectos a procuratore: Nam talis sententia ferri non potuit, ex quo procurator non habebat speciale mandatum. per dictum §. si procurator. Item per hanc regulam dicit egregie Ang. de Aret. in l. ab executore. colum. 3. & sequen. & in l. Si expressum. colum. 27. ff. de appell. quòd ad appellandum ab executione sententiæ: non sufficit mandatum
130 † generale ad lites, & causas: etiam si dicatur, quòd possit appellari ab omni sententia diffinitiua, vel interlocutoria: sed requiritur in indiuiduo mandatum specificum ad appellandum ab executione: ratio patet ex prædictis, quia appellans & succumbens cadit in pœnam quinquaginta librarum argenti. vt in l. ab executione. in fine. C. quor. appell. non recip. & hoc multum exclamat allegans illo modo ita tenuisse de facto: & refert ita tenere Ang. in consil. suo incip. pronunciata est tenuta vigore instrumenti locationis. Item per istam regulã consuluit Ludouicus Rom. in consil. 241. incip. circa primum. colum. 4. dicens, quòd cùm statutum vetaret iudicem recusari sine causa sub certa pœna, non potuit procurator allegans causam recusationis sine speciali mandato admitti, nè aliàs dominus in pęnam incideret. Item per hanc regulam tenet etiã Geminianus in c. pen.

circa

Digitized by Google

circa finem de elect. in 6. quòd si procurator eligit sciẽter indignũ, dominus non incidet in pęnam c. cum in cunctis. ad fin. de electio. nisi ita specialiter ei mandasset. Ad istam regulam adde facere illud, quod tenet Alexan. in cõs. 81. incip. in causa, & lite vertente. in penul. col. lib. 1. dicens, quòd negatio Procuratoris non facit principalem suum grauari contra ius, onere probandi: quia est pœna. Item ad hanc regulam adde quod pulchrè consuluit Salic. in suo cõsil. incip. in quæsito superius. & est positum inter consilia Petri de Ancharano, in consil. 360. quòd nunquam intelligitur comprehendi in mandato generali aliquod, per quod ex facto Procuratoris Dominus posset argui de fide rupta, vel de violatione fœderum. ex hoc impugnat quasdam reformationes, vt ibi per eum. Item ad istam regulam adde illud, quod tenet Lapus de Castello allega. 127. incip. Primò quæritur. in col. 4. dicens, quòd ex facto Procuratoris Dominus non incidit in pœnam c. eum, qui. de præbend. in 6. eo quia Procurator generaliter datus non censetur datus ad illicita, nec ad ea, quæ habent dominum pœnã afficere. Hæc omnia Iason elegantissimè vbi supra. Idem docuit Dec. in d. l. 3. §. si procurator. col. 2 n. 13. vers. Decimo & vlti. nota. ff. Quod quisque iuris. infrascriptis verbis vtens, videlicet, Decimò & vltimò nota, quòd in generali mãdato non venit: quòd a procuratore fieri possit illud, propter quod dominus in pœnam inciderer: facit tex. in l. si pater. ff. de his, quæ in frau. credito. & simil. vt tradũ latè moderni in l. si procurator. ff. de condic. indeb. & Anto. de But. in consil. 67. incip. in facto proponitur. & in consi. 74. incip. prima facie. Imol. in consil. 76. incip. visis. & in consi. 64. incip. visa locatione. in fi. Romanus in consi. 60. incip. mandatum. & in consi. 261. incip. Spectabiles domini, col. penul. & in cons. 120. incip. circa primum. col. 3. hæc Decius vbi supra. Idem docuit Emanuel Soarez in suo thesauro commun. opinio. in versi. Procurator. num. 309. dicẽs, quòd procurator quantumcũque generali mandato creatus, nunq̃ quidq̃ ex illius mãdati viribus ãgere poterit, quod vel illicitũ sit, vel mandantem alicui pœnæ obnoxium reddat, vt frequenter placidum renuncio ex Iasone a nu. 5. atque alijs plerisque omnibus interpretibus in l. si procurator. ff. de condic. indeb. Curtius iunior in consi. suo 149. nume. 9. Franciscus Turzanus opin. 66. Idem docuit Hyppol. Bonacossa in suo thesauro commun. opin. versi. Procurator generalis, dicens, Curtium iuni. vbi supra docuisse, quòd procurator generalis non possit facere actum, per quem dominus cadat in pœnam, & quòd hæc sit cõmunis opinio.

Secundum fundamentum est, quoniam dicta appellatio nõ fuerat admittenda, cùm regula vulga
131 tissima sit, q̃ lite pendente † nemo turbandus sit in sua possessione, & ratio prima est, cum ipsa ap
132 pellatio suspẽdat de sui † natura

Digitized by Google

effectum ſententiæ ante executionem eius, & non poſt immiſſionem pacificam in poſſeſſionem ſibi adiudicatam, & ſecundò: quia appellatio fruſtratoria, & vana fuiſſet poſt dictam pacificã poſſeſſionem talium bonorum legitimè apprehenſorum a dicto Domino Conſtantino Rectore talis Parochialis Eccleſiæ: & quòd vera ſit dicta regula probatur apertiſſimè duplici medio vltra dictam allatam rationem. Primò enim per text. in c. 1. & 2. extra. vt lite pendente nihil innouetur. Nam in dicto capit. 1. hæc habentur, videlicet, [A memoria noſtra non excidit, & infra ſtatuimus, vt litteræ prohibitionis noſtræ, quas ad petitionem Archiepiſcopi Cantuarienſis tuæ fraternitati direximus, nullum tibi prę iudicium faciant: quo minus tibi, & ſucceſſoribus tuis liberum ſit (quemadmodum vobis eſt beneficio priuilegiorum Apoſtolicæ ſedis indultum, & tu & prædeceſſores tui conſueuiſtis facere) ante vos per totam Angliam deferre Crucem, quouſque diffinitiua ſententia decernatur, an Eccleſia tua de iure hoc debeat habere.] hæc ibi. & in dicto capitulo ſecundo, hęc habentur, videlicet. [Laudabilem, & infra. Quæris quando matrimonium accuſare contingit, an ſtatim ſit carnale commercium ſuſpendendum. & infra. Ad quod breuiter reſpondemus, quòd coniugum alteruter accuſatus, ante probatam accuſationem, iure quod habet in altero priuari non poteſt.] hęc ibi.

Idem apertiſſimè elicitur ex text. in c. dudum. §. de conſilio, extra de priuilegijs. Vbi Gregorius Nonus his præciſis verbis vtitur, videlicet. [De conſilio fratrum noſtrorum decernimus, iuri prædictorum Prioris, & Conuentus ſuper decimis noualium, in quarum erant poſſeſſione tempore illo, quo indulgentiæ Apoſtolicæ impetratæ fuerunt a parte altera de decimis noualium non ſoluen
133 dis,† non debere per eas, non facientes de hoc aliquam mentionem præiudicium generari.] hæc ibi. Hoc ipſum docuit textus in cap. volumus. in princ. 16. q. 4. Idem docuit text. apertiſſimus. in c. pen. ext. de inſtitutionibus. Vbi Innocentius Tertius in §. nos igitur his pręciſis verbis vtitur, videlicet. [Nos igitur interlocuti fuimus, Archidiaconum eſſe in plena libertate eiuſdem Archidiaconatus poſſeſſione tuendum, donec probatum legitimè fuerit ex aduerſo libertates ipſas Archidiaconis ab Archiepiſcopis perſonaliter fuiſſe conceſſas.] hæc ibi inter alia, vbi idem docuerunt Glo. in verſ. probatum. & alij Docto. necnon Innoc. in c. conſtituris. ſecundo, col. 3. verſ. ſed contra. extra de appellat. Idem probatur in l. 2. C. de probat. & in l. vlt. C. de rei vẽdic. & in Authen. in medio litis ſacras iuſſiones non fieri. §. illud quoque. coll. 8. & in l. Diuus Pius. ff. de petit. hæredit.

Idem docuerunt communiter Doctores in citatis iuribus, & Romanus in ſuo ſingulari 411. incipien. lite pendente. & Calliadorus

rus in decisione 9. titu. de causa propr.nu.14.vers.quia lis. Non negamus tamen hoc fundamentum admittere sequentem fallentiam, seu limitationem.

Limita singulariter allata in dicto secundo fundamento, dicendo, quòd ipsa non habeat locum in possessore † suspecto de
134 dilapidatione: quoniam tunc remouendus esset a tali possessione, & dicta bona possessa essent sequestranda in loco tuto vsque ad exitum litis motæ contra dictum possessorem: & suspectũ dicimus illum, qui moribus talis est, vt suspectus dici debeat. vt in l. suspectum. ff. de suspect. tuto. nec audiretur talis, licèt vellet satisdare, q̃ benè administrabit. vt in §. nouissimè. Institu. de suspect. tut. & hoc quãdo suspitio saltem summariè in iudicio fuisset probata. vt in l. licèt Heli. ext. de simonia. & in c. venerabili. ext. de offic. deleg. & tali pacto erit intelligendus text. in c. fin. 3. q. 2. Vbi Pelagius Papa his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Quia ea, quæ de fraudibus Maximiliani flebili ad aures nostras supplicum relationes venerunt, non facilè, secundum veritatem agnosci poterũt, nisi facultas Ecclesiæ, quam in vsus suos malè conuertendo disperdit ab eius potestate, donec causa cognoscatur se ponatur: idcircò nos eum, & a supradictæ Ecclesię patrimonio volumus interim submoueri, & in vestro discussionis ipsius tempore moderamine detineri.] hæc ibi, & quòd ita sit intelligendus talis tex. docuit ibidem glo. & in vers. donec causa. Vbi & Docto. communiter. & glo. in c. 1. versic. deferre crucem. ext. vt lite pendente. & ibi per Doct.

Tertium fundamentũ est, quo-
135 niam executor † merus, (vt fuerunt Episcopus, & Vicarius Aretinæ Diœcesis) non tenebatur citare ipsum aduersariũ, aut aliam partem prætendentem inde aliquod interesse, prout expresse infrascripti Doct. docuerunt. Nam ex Iuristis Bart. in l. fin. C. de edicto Diui Adriani. nu. 16. Marsil. latissimè in singul. 195. vers. nemo priuandus. col. 2. versic. teneas ti perpetuò. Alex. in l. fi. nu. 16. C. de edicto diui Adriani. Bal. in l. ab executione. nu. 5. C. quorum appell. Ias. in l. 1. nu. 16. C. de iudic. & in l. fin. nu. 18. C. de edicto diui Adriani. Decius in d. l. fin. nu. 32. vers. secundo concludit. & nu. 33.

Et ex Canonistis Glo. in Clem. 1. vers. repererint. de offic. deleg. Innoc. in c. ex ratione. ext. de appellat. & in c. dudum. col. 2. in fi. ext. de elect. Pan. in c. quia clerici. nu. 4. vers. secundò intelligunt. ext. de iure patro. & in c. accepta. nu. 6. vers. concludo. ext. de restit. spol. & rursus Innoc. in c. dudũ Archidiaconus, col. 2. in vers. sed si per. ext. de præsumpt. cuius singularia verba supra retulimus in probationẽ dictę vnicę conclusionis, cuius hoc est tertium fundamentum. Vide ergo ibi. Nam ibi hoc peroptimè probat afferendo rationes pro vtraque parte.

Et hęc est mea sentẽtia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregat. Cassinens. V. I. P.

S V M-

SVMMARIVM.

1 Numeratio pecuniæ in contractu emptionis census sit de validitate contractus.

2 Locus vbi contractus celebratur, quoad solemnitatem eius, attendendus est, & non locus destinatæ solutionis.

3 Contractus redditur nullus non solum non seruata solemnitate loci, in quo contrahitur, si de eo quæratur in loco contractus, verum etiam si de eo dubitari cõtigerit alibi, quam in loco contractus.

4 Contractus emptionis censualis de validitate requiritur, & non omnia, sed specialia fructifera bona obligentur.

5 Contrahentibus omnibus in Regno Neapolitano fuit indultum a Nicolao Quinto emere census ac reditus ad rationem decem pro centenario etiam super re mobili infrugifera.

6 Contractus quib. modis dicatur celebratus in aliqua ciuitate, vel loco.

7 Contractus dubius de vsuraria pranitate dicendus erit legitimus propter bonitatem, ac fidelitatem ipsius creditoris.

De valore instrumenti censualis.

THEMA.

Quidam Nobilis Ianuensis, cum esset creditor alterius Nobilis Ianuensis post multa, tandem mediante instrumento publico confecto Ianuæ conuenerunt de conficiendo alio instrumento in Ciuitate Neapolitana, iuxta stilum, morem, & formam Ciuitatis Neapolis ad omnẽ instantiam creditoris, idẽ continente, quod inconfecto Ianuæ habeba tur, s. dictus debitor ex nũc obligat, ac vendit bona fructifera in censum annuum, ad rationem septem pro centenario, existentia in Regno Neapolis, & qꝫ dictum annuum cẽsum soluet dictus debitor dicto creditori de pecunia Neapolitana in Ciuitate Neap. in fine cuiuslibet anni cum potestate tamen affrancandi, &c. & quod talis solutio facienda Neapoli currere incipiat a dicti instrumenti confecti Ianuæ.

Quæritur modò an dictus contractus sit vsurarius, cùm non fuerit celebratus iuxta formam constitutionis Pij Quinti, per numeratam pecuniam, etsi per recompensationem, seu extinctionem debiti loco solutionis faciendæ.

DECISIO XI.

INVOCATO Sanctissimæ Trinitatis numine, litteris commendare studebimus quicquid sentiemus, illud roborando auctoritatibus legum ac Doctorum.

Et primò videbatur fore dicendum huiusmodi contractum esse vsuraria fœditate immundum sub sequentibus fundamentis. Primum

Digitized by Google

mum quorum est.

Cùm in huiusmodi contractu
1 defuerit numeratio † pecuniæ, qua fuit emptus census huiusmodi ad rationes septem pro centenario, & huiusmodi numeratio cesse de solemnitate essentiali actus videatur expresse elici ex verbis dictæ constitutionis Pij Quinti. Indè sequitur actum emptionis inualidum, ac per consequens creditorem emptorem aliquid lucripiendo virtute dicti contractus fuisse vsurarium: cùm dictus contractus fuerit celebratus Ianuæ, vbi fuit vsu ipso omnium ciuium Ianuensium approbata, & in lege recepta. Cũ ergo ita res habeat, & regula sit quòd quoad solemnitatem contractus attendatur lo-
2 cus † contractus, & non locus destinatæ solutionis, prout docuit Caccialupus in l. cunctos populos. colum. 49. verlit. & dum supradixi, & col. 51. vers. ex prædictis potest decidi, Angelus in l. fundus: versic. primo casu. ff. de euict. Panormitanus in c. fin. nu. 27. extra de foro compet. quos refert, ac sequitur Antonius Gabriel in tract. conclusionum. lib. 6. titu. de consuetudine, conclusione 2. nu. 6. vers. primò atuplia. Qui addidit ibidem. num. 8. vers. secundò amplia. dicens eundem Caccialupum in dicta l. cunctos. nu. 46. vers. infert, quòd si statutũ dixisset, quòd non solum contra-
3 ctus † non seruata solemnitate loci, in quo contrahitur est nullus, si de eo quæratur in loco contractus, verum etiam si de eo contingat alibi dubitari, quàm in loco contractus. Cùm ergo dictus contractus careat solemnitate loci, in quo fuit initus, & huiusmodi locus obseruet solemnitatem numerandæ pecuniæ in actu dicti contractus, & numeratio non interfuit, indè sequitur dictum contractum declarandũ fore vsurarium, & illicitum.

Ad hoc ipsum probandum accedere videtur, quod in dicto cõtractu defuerit & alia conditio, requisita in dicta constitutione Pij Quinti. Nam in dicto contractu fuerunt expresse hypothecata, & census solutioni obligata omnia bona dicti Nobilis debitoris: quod expresse fuit prohibitum in dicta constitutione Pij
4 Quinti, in qua dicitur † extinguendum censum fore, seu ius exigendi solutionem pensionis censualis pro tata, vel in totum, rei fructiferæ censui subiectæ. Quapropter alio ex capite videtur huiusmodi contractum fuisse, & esse vsurarium, & pro tali declarandum.

His non obstantibus dictum Nobilem creditorem non fuisse molestandum hac de causa; cum contractus huiusmodi fuerit canonicè, ac iustè celebratũ. Quod & probatur his fundamentis verissimis.

Primum quorum est. Quoniam ipse Nobilis creditor contraxit Neapoli, & non Ianuæ. Quapropter non tenebatur obseruare dictam Pij Quinti constitutionem. Tum quia in dicta Ciuitate vsu illorum ciuium non fuerit recepta, ac approbata pro apertissimè

mè probábitur, ſi ipſi Nobili creditori terminus congruus aſſignetur ad hoc probádum, ipſo Pio V. ſciente & tolerante, cuius ſcientia & tollerantia eximit omnes ibi contrahentes, & in contractibus ſuis non obſeruantes conditiones illas inſertas in dicta conſtitutione, ſtante priuilegio, ſeu conſtitutione Nicolai V. ædita in anno 1452. die primo Octobris, in qua
5 conceditur † facultas emendi pēſiones, ſeu redditus cenſuales ſuper quibuſcunq; bonis etiam mobilibus ad rationem decē pro centenario. Et hoc fuerit indultum omnibus cōtrahentibus in Regnis vtriuſque Siciliæ, vltra & citra Farum. Quæ conſtitutio adhuc eſt ibi in viridi obſeruantia, & quòd ſtante tali conſtitutione Pij V. a Neapoli communiter non acceptata, contrahentes ibi non teneā tur, neque in foro conſcientiæ ipſam obſeruare, vt docuit Card. in prohemio Clem. & eſt communis Docto. ſententia. Tum quia dictus
6 contractus † dicitur celebratus Neapoli, & non Ianuæ duabus de cauſis rationi cōgruis. Prima quarum eſt, quoniam primo in dicto inſtrumento confecto Ianuę, folio primo continetur ipſum prius oretenus fuiſſe celebratum Neapoli per conuentiones ibi completas inter partes. Secundo, quia ibi dem fuit conuentum inter partes quòd ad omnem requiſitionem di cti Nobilis creditoris, ac emptoris dictæ cenſualis penſionis confi ciendum fore aliud inſtrumētum ſimilis conuentionis, in ciuitate Neapoli. Nam fol. 5. hæc præciſa verba continentur, videlicet. Di tutte le ſudette coſe ſe ne debbiano paſſare le ſcritture publiche, & aſſenſi Regij in Napoli per mano loro, & di loro legitimi Procuratori, come nel ſcritto del Signor Giulio Ceſare &c. Et idipſum apertius habetur ibidem fol. 10. his præciſis verbis, videlicet. Cui quidem inſtrumento, vt ſupra confi ciendo ex nunc, prout ex tunc prę fatus illuſtriſſ. Ioan. Baptiſta conſenſum præſtitit, & præſtat irreuocabiliter, ita vt poſſit & debeat extendi per quemcunq; Notariū iuxta ſtilum, & morem, ac ſecundum formam dictæ ciuitatis Neapolis ad omnem voluntatem dicti magnifici Antonij Spinulæ, ſeu eius Procuratoris: & quòd ſtante tali cōuentione dicatur dictus cō tractus initus Neapoli, probatur auctoritate Doctorū. Nam in hoc præciſo caſu docuit Decius in rubri. de conſuetu. nu. 2. & Hyppol. de Marſil. in ſingul. ſuo 666. incip. Pendet nunc de facto. & additur quoque in dicto contractu, quòd huiuſmodi pecunia ſoluēda ſit in pecunia Neapolitana ad rationē ſeptem pro centenario, vt in dicti inſtrumenti fol. 7. & 8. obligando dictus debitor contrahens ſe, & ſuos ſucceſſores ad dicta omnia perficienda, vt in fol. 9. Tum quia in illo loco quis dicatur contraxiſſe, in quo ſe obligauit ſoluere pecuniā, vt docuit apertiſſimus tex. in l. contraxiſſe. ff. de actio. & obliga. vbi hæc præciſa habentur verba. [Contraxiſſe in eo loco vnuſquiſq; intelligitur, in quo, vt ſolueret ſe obligauit] hæc ibi. Idem habe-

habetur in l. 3. ff. de bonis auct. iudic. poss. vbi hæc præcisa verba habentur, videlicet, [At vbi quisque contraxit. Contractum autem nō vtique eo loco intelligitur, quo negotium gestum est: sed quo soluēda est pecunia]hęc ibi. Hoc ipsum docuerunt Doct. communiter in dictis iuribus: & vltra eos Alex. in consil. 21. nu. 3. vol. 2. citans ad hoc Oldra. quod & repetijt in cō sil. 37. vol. 5. Idem docuit Fabian. de Monte in tracta. de emptione, in quinta quęst. principali, nu. 16. Idem Alciatus in suo respon. 73. nu. 6. & 7. & in respon. 69. num. 1. post Hostien. Petr. de Monte, & Ioan. Rui. in locis per eum allegatis: ex quibus dicit hanc opinionem esse communem contra Barto. in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iuris.

Ad hoc accedit, quòd etsi simus in claris, quòd dictus contractus fuerit legitimus, vt ex prædictis patuit: sed posito quòd essemus adhuc in dubijs, omnino huiusmo-
7 di contractus † dicetur legitimus propter bonitatem ac fidelitatem ipsius creditoris, qui propter niniam probitatē (ne dicamus simplicitatem colūbinam) euasit pauperrimus, respectu pristini ipsius status: & quòd in dubijs contractus dicēdus sit legitimus, & nō vsurarius docuerūt infrascripti Doctores, videlicet Bal. in l. rogasti. §. si sibi. col. fi. versic. extra noto. ff. si cer. peta. Alexan. in consil. 221. col. 2. in princ. versi. Accedit etiā, volum. 2. quem retulit & sequutus fuit Iason in l. seruum fugitiuum. col. 5. versic. hic etiam dicimus. C. de seru. fugit. Alexan. in consil. 200. col. 1. versi. Accedit etiam. volu. 6. Maria. iunior in consil. 83. colum. 1. versic. stantibus itaque prædictis. vol. 2. Hyppoli. in consil. 2. nume. 1. versi. & adduci potest. gl. in c. nauiganti. & ibi Hostien. & Ioan. Andre. extra de vsuris. quos refert & sequitur Anto. Gabri. in tracta. conclusio. tit. de maleficijs. conclusio. 2. nume. 3. versic. secundo infertur.

Et per hæc allata in probationem nostræ sententiæ patuit respō sio ad obiecta. Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Monachus Congregat. Cassinensis V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Empta omnia aliqua pecunię quantitate specialiter mutuatæ ad ipsamet emenda, mutuanti specialiter sunt hypothecata, in tantum quòd prior creditor dicti mutuatarij sit posterior in iure habendi ius super dicta re empta tali pecunia mutuata.*

2 *Mutuanti in refectionem domus, ipsa domus est specialiter tacitè obligata.*

3 *Creditor prior habens specialem hypothecam super aliqua re, postea si posterior mutuet pro refectione illius, hic posterior creditor erit potior in iure acquisito super dicta re obligata.*

4 *Casus nonnulli enumerantur, in quibus prior creditor in tempore erit posterior in iure.*

5 Is,

5 *Is, ex cuius pecunia aliquid ẽmitur, habet tacitam hypothecam super illud, si ad hoc ipsum fuisset ipsa pecunia mutuata: illo tamen deficiente habebit obligationem personalem: & idem dicitur de re empta: si ad hoc ipsum fuisset mutuata pecunia.*

6 *Locupletari cum aliena iactura nemo potest.*

7 *Creditor prior habet potius ius creditoribus posterioribus in ijsdem pignoribus, præter creditorem illum, cuius pecunia aliquid speciale fuit emptum.*

8 *Emptum ex pecunia alicuius, nisi specialiter, vel generaliter hoc sibi fuisset obligatum, nonpariet nisi actionem personalem.*

9 *Vera interpretatio l. licet. C. qui potior. in pign. haben. & l. Quàmuis. la terza, C. de pign. & hypot.*

10 *Emptum ex aliqua pecunia specialiter mutuata alicui, tacite illud tale pro illo mutuo obliganti, an pariat obligationem realem, et priuilegiatam in re taliter empta, virtute talis contractus mutui.*

11 *Is, cui sunt aliqua bona specialiter hypothecata, poterit ipsa pro sui iuris conseruatione apprehendere, & apprehensa retinere.*

12 *Auferre quod nemo possit aliquid propria auctoritate etiã in pignus à suo debitore, videtur probari multis medijs.*

13 *Spoliatus ab aliquo (non auctore prætore) estante omnia restituendus pristino statui.*

14 *Vim inferre dicitur qui rem sibi debitam accipit, & non per iudicem reposcit, et ideo hic talis ius suum in ea habitum ammittit ex tali facto suo, et insuper venit puniendus pœna infamiæ, & arbitraria. An verò hæc omnia ad corticem litteræ sint vera semper, in responsionem ad huiusmodi leges hoc statuentes examinabitur.*

15 *Legatarius propria auctoritate occupans sibi legata, non venit aliqua pœna puniendus.*

16 *Occupans bona sui debitoris propria auctoritate in tribus casibus non venit puniendus.*

17 *Creditor quando furtiuè possit impunè accipere à debitore quod sibi debetur, & quid cauendum sit à tali creditore.*

18 *Domini Dei sententia in c. 24. Deuteronomij. quo modo sit interpretanda.*

19 *Prohibita multa sunt regulariter, quæ tamen in aliquo casu contingente sunt licita: & hoc exemplificatur in furante propter extremam necessitatem, quam patitur.*

20 *Textus in c. Conquerente. extra de restitu. spoliat. legitimè exponitur.*

21 *Responsio genuina triplex ad iura ciuilia, quæ videbantur impugnare veritatem dicti nostri corrolarij.*

22 *Regulariter non licet alicui sibi ius dicendo occultè accipere rem sibi debitam occupatam minimè ab alio, in aliquo tamen casu licebit, & quare.*

23 *Legatarius rem sibi legatã propria auctoritate capere poterit antè aditam hæreditatem, & etiam post illam aditam: antè tamen apprehensam possessionem per hæredem.*

24 *Textus in l. si quis in tantam. C. vnde vi. limitatur perpulchrè.*

25 *Debitor soluens creditori creditoris sui, ipso ignorante uel inuito, in so-*

Digitized by Google

ro fori non erit absolutus à dicto debito iam soluto.

26 Debitor solvens creditori creditoris etiam in foro fori liberatus erit à tali debito non simpliciter, sed ope exceptionis doli mali.

27 Debitor soluens creditori creditoris in foro conscientiæ est absolutus.

28 Odio alterius nullus est granandus.

29 Bona fides non patitur vt semel exactum, iterum exigatur.

30 Causa prohibendi furti quæ fuit.

31 Statutum Ragusinum declarat creditores defunctorum propter obsequia præstita, etsi essent posteriores, quòd semper sint iudicandi anteriores omnibus creditoribus.

32 Prior in tempore, potior in iure erit.

33 Statuta laicorum, visi non completuntur clericos in materia odiosa, bene tamen in favorabili.

De creditoris potestate in bonis debitoris.

THEMA.

Reuerendus D. Donatus Muscatus dum esset obsequijs Reuerendissimi Domini Raphaelis Bonelli, olim Archiepiscopi Ragusiensis mancipatus, & specialiter in custodiendo, & dispensando bona illius, die quadam post mortem dicti Domini Archiepiscopi, cum non solũ precibus, verùm etiam minis sibi metus cadens in constantem virum incuteretur a Domino Marco Antonio Bonello, nepote dicti Archiepiscopi creditore illius in maxima quantitate pecuniarum ab ipso specialiter mutuata dicto Archiepiscopo pro emendis immuneris vasibus argenteis, & alijs suppellectilibus pro vsu Capellæ, & domus illiusmet Archiepiscopi eius patrui, ipse Reuerendus Donatus (quamuis inuitus) permisit ipsum Marcum Antonium auferre, & extra domum asportare nonnulla vasa argentea empta dicta pecunia mutuata. At cum ipse Reuerendus D. Donatus studuisset ex reliquis suppellectilibus satisfacere sibimet antiquissimo dicti Archiepiscopi creditori ratione obsequiorum illi exhibitis per multorum annorum curricula, fuit sibi a creditoribus eiusdem posterioribus obiecta dicta permissio dictæ asportationis dictorum vasorum argenteorum.

Dubitatur modò. An dictus Reuerendus Donatus teneatur restituere dicta vasa asportata, vt supra, successori Archiepiscopo tanquam spòlia relicta, vel saltem ex valore dictorum vasorum sibi satisfacere per modum recompensationis faciendæ, donec sibi satisfactum fuisset de precio mercedis obsequiorum præstitorum a se Archiepiscopo suprascripto iam defuncto.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO XII.

PRo cuius quæſtio nis propoſitæ deciſione, oīno tria præmittenda, ac examinanda erūt neceſſariò, ex quorum diſcuſſione & deciſione, quā facillima, veraque apparebit propoſitæ quæſtionis deciſio. Primū ergo horum eſt.

An ipſamet vaſa argētea & alia bona empta à dicto Reuerendiſſimo Archiepiſcopo ex pecunia ſibi ſpecialiter mutuata ad ipſa vaſa, & alia bona emenda à dicto D. Marco Antonio illius nepote, ſint dicto nepoti ſpecialiter obligata pro ſua pecunia mutuata.

Secundum, An debitor ſoluens creditori creditoris ſui illo ignorante, vel inuito, ſit abſolutus à debito denuo ſoluendi illud ſuo creditori.

Tertium, an dictus Reuerendus Donatus ſtante tali ſolutione facta & approbata (vt dicetur) à legibus & Doctoribus, poſſit priuari mercede congrua obſequiorū tot annis exhibitorum dicto Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, ſibi aſſignanda ex ſpolijs bonisque alijs relictis à dicto Reuerendiſſimo, vel ſaltem an ſit ipſe præferendus alijs creditoribus dicti Reuerēdiſſimi poſterioribus.

Circa primum, vnica concluſio ſit hæc. Vaſa illa argentea, & omnia alia ſuppellectilia, quę empta fuerunt à Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Raguſino ſupradicto ex pecunia dicti Domini nepotis ad illa emenda ſpecialiter 1 mutuata † ipſi Domino nepoti reali ſunt obligatione obligata: cū ex tali mutuo, ſequuta dicta emptione, ipſe Dñs nepos acquiſierit in ipſis tacitā hypothecā. Hęc cōcluſio probabitur veriſſima triplici medio. Primò enim per tex. apertiſſimum in l. 1. ff. in quibus cau. pign. vel hypoth. tacitè contrahatur. vbi hæc habentur ad verbum, videlicet [Senatus conſulto, quod ſub Marco Imperatore factum eſt pignus Inſulæ creditori datum, qui pecuniam ob reſtitutionem ædificij extruendi mutuam dedit, ad eum quoq; pertinebit, qui redemptori Domino mandante, nummos adminiſtrauit.] hæc ibi. Ex cuius legis contextu elicitur ſecundum Doctores, quòd mutuanti in refectionem domus, † domus ipſa tacitè 2 eſt obligata, ſiue domino, ſiue cō ductori operis ſit ſoluta pecunia, vt ibi habetur ſpecialiter in Rubrica. Idem probatur per arg. in l. Interdum. ff. Qui potior. in pignor. haben. ſint. vbi hæc habentur, videlicet. [Interdum poſterior creditor potior eſt priore: vt 3 puta, ſi in rem ipſam conſeruandam impenſum eſt, quod ſequens credidit: veluti ſi nauis fuit obligata, & armandam eam, vel reficiēdam ego credidero] hęc ibi. Diximus pręſentē concluſionem probari per arg. in dicta l. 1. & in dicta l. interdum, quoniam etſi ad uerbum, & explicitè ipſa non contineatur in dictis legibus, benè tamen implicitè, arguendo à fortio

ri

ri tali pacto, videlicet. si d.l.1.& l. interdum volũt, ꝙ si nauis fuisset obligata alicui, & postea pro refi cienda, vel armãda ab aliquo fue rit mutuata pecunia, ipsi mutuatori sit obligata in tm̃, ꝙ is, q̃ pó sterior erat creditor Dñi nauis, fiat mõ ex tali causa anterior, & ĩ obligatione acqsita super nauim héatur prior creditor, ac per cõse quens primò fingatur sibi obligatam fuisse dictã nauim quo ad hi pothecã super ipsam acquisitam. Quantò ergo magis in casu ꝓposi to in nr̃a cõclusione, cũ nullus cre ditor sup dictis vasis argenteis, & alijs supradictis emptis de pecu nia ipsi⁹ Dñi nepotis fuerit d.Re uerendiss. Archiepiscopi anterior creditor ipsi Dño nepoti. Ad qd accedit, ꝙ dicta pecunia d.Reue rendiss. nõ fuerit mutuata ad refe ctionẽ dictorũ vasorũ, sed ad inte grã emptionẽ, & ex illa ad nouũ ius acquirẽdũ super ipsa vasa em pta, prout apertissimè probatur p confessionem auctẽticam factam per ipsum Reuerendissimum mu tuatariũ dictę pecunię, & empto rem dictorum bonorum. Quapro pter in casu nro patet adesse locũ arguendi a fortiori. Idem proba tur q̃ apertissimè per arg. in l. hu ius enim. ff. qui potior. in pign. ha ben. Vbi hęc habentur. videlicet. [Huius. n. pecuniam saluam fecit totius pignoris causam: quod po terit quis admittere, etsi in ciba ria nautarum fuerit creditum, si ne quibus nauis salua peruenire nó poterat. Item si quis in merces sibi obligatas crediderit, vel vt sal uę fiant, vel vt naulũ exoluatur,

4 † potior erit licèt posterior sit, nã & ipsum naulũ potentius est. Tan tundem dicetur, etsi merces hor reorum, vel areæ, vel vecturæ iu mentorum debetur, nam & hic potior erit.] hæc ibi. Diximus probari hanc nostram sentẽtiam per argumentum in dicta l. hu ius enim. rationibus allatis paulò ante in interpretationem di ctæ l. interdum. Probatur etiam præsens nostra conclusio au ctoritate infrascriptorum aliarum le gum. Nam in l. licet. C. qui po tior. in pig. hab. vbi hęc haben tur. [licèt ijsdem pignoribus mul tis creditoribus diuersis tempo ribus datis priores habeantur po tiores; tamen eum cuius pecunia prędium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter obligatum, statim cõuenit omni bus anteferri iuris auctoritate de claratur.] hæc ibi. quibus similia verba habentur in Authen. quo iu re vtitur. C. eo. & in l. fin. §. fi. ff. qui potior in pig. hab. vbi per glosas, & Bart. & Bald. & per Philippum Frãchum in regula. Qui prior. de regu. iur. in sexto, col. 1. in versic. tertiò in eo. Idem docuit Specul. in lib. 4. titu. de solut. & oblig. nu. 33. Idem auctoritate infrascripto rum. Nam glo. in l. pen. C. qui po tiores in pign. habeantur in vers. personali. constantissimè docuit, quòd is, ex cuius pecunia res ali
5 qua efficitur, † habet tacitam hi pothecam, vt in l. 1. l. interdum. & sequenti. ff. in quibus cau. pig. ta ci. contrah. sed si non poterit cre ditor sibi satisfacere ex ea, habeat priuilegiũ inter alias personales

obligationes : & idem dicendum erit de eo, cuius pecunia res empta est, si ad hoc ipsum fuisset mutuata, vt dicta res fuisset empta: Nam tunc res illa empta erit obligata mutuanti: secus si non ad hoc mutuata fuisset. hæc omnia glo. illa singularis, cuius sententiæ ibidem se subscripserunt infrascripti Doctores non audentes ab eius opinione recedere : quia communis esset, videlicet Bal. & Ang. & Iason in l. creditor. ff. de rebus credit. si cer. pet. appellans eam magistram. Alex. in l. si cum dotem. §. vltimo, col. 3. ff. sol. matrim. Bart. in d. l. 1. ff. in quib. cau. pign. vel hipot. his præcisis verbis vtens, videlicet. Mutuanti in refectionem dom⁹, ipsa domus tacitè est obligata, siue conductori operis sit soluta pecunia. hæc ille. Ex quibus patet se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni, arguendo ab identitate rationis, prout superius fecimus. Idem docuit Capicius in tract. de dote, quarta parte, quæst. 8. Idé docuit Chassaneus in Catalago gloriæ mundi parte secunda, con 7
sideratione 99. colum. 6. probatur & tertiò præsens conclusio hac ratione. Cùm enim nemo de-
6 beat † cũ aliena iactura, aut iniuria locupletari. vt docet textus in c. locupletari. de regu. iur. in sexto. Inde sequitur, quòd si vera non esset nostra conclusio, & bona empta pecunia mutuata specialiter ad illa emenda, nõ essent tacitè mutuanti obligata, sequeretur hoc absurdum, quòd tam ipse mutuatarius, quàm alij creditores ipsius possent ipso mutuatore inuito locupletari de bonis extantibus, non in sua specie, sed in rebus emptis, cum iniuria, & iactura ipsius mutuatoris. At quoniam hoc esset a ratione longè alienum : idcirco dicendum erit conclusionem nostram esse verissimam.

Attamen licet verissima fuerit nostra conclusio tot tantisq; medijs probata, posset tamẽ quis cõtra eam insurgere, ipsam dicẽdo esse falsam, tum quia videntur ei aduersari iura statim afferenda, cum etiam & Doctores non minimę auctoritatis dicentes, quòd in casu proposito dicto mutuatori non debeatur obligatio hipothecaria, seu realis super ipsam rem emptam eademmet pecunia ipsius mutuatoris, sed solũ obligatio personalis, & priuilegiata: nisi hoc ipsum specialiter pepegissent, quod & probari videtur per textum in l. licet. C. qui potiores in pign. habeantur. Vbi hęc habentur, videlicet. [Licet ijsdẽ pignoribus multis creditoribus diuersis temporibus datis priores habeantur potiores : tamen eum cuius pecunia prædium cõparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter obligatum statim conuenit omnibus anteferri iuris auctoritate declaratur.] hæc ibi. Ex quibus videbatur eliciendum fore non deberi realem obligationem ex mutuo super rem emptam ipsa pecunia mutuata, sed tãtum personalem. Nisi specialiter de hoc fuisset pactum initum inter mutuatorem,

&

by Google

& mutuatarium, prout clarius docuit textus in l. quamuis, la terza, C. de pignorib. & hipothecis. Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Quamuis ea pecunia, quam a te mutuo frater tuus accepit, comparauerit prędium: tamen nisi specialiter, vel generaliter hoc tibi obligauerit, † tuæ pecuniç numeratio in causam pignoris non deduxit, sanè personali actione debitum apud Præsidem petere non prohiberis.] hæc ibi. Idipsum (vt diximus) videtur probari auctoritate Doctorum. Nam Bartolus in l. interdum. ff. qui potior. in pign. haben. & infrascriptos alios idipsum docuisse Doctores, videlicet. Glo. in dicta l. interdum. in versic. credidero. Glo. in l. quod quis. ff. de priuileg. creditorum. Vbi idem docuit Zasius post alios per dictum textum in l. quãuis. la terza. Ripa in l. priuilegia. numero decimooctauo, & in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. creditorum, & in dicta l. prima, ff. in quibus causis. qui omnes asseuerant hanc esse communem opinionem. Idem docuit Salicetus in Authen. quo iure, seu in l. penultima. C. qui potior. in pignor. habent. Bald. in nouella de dote parte decima, numero trigesimoquinto. Antonius Fanensis secundo membr. quinta parte, numero tertio, & rursus Bartol. & *alij communiter* in l. si cùm dotem. §. vltimo, ff. soluto matrimonio. Vbi Alexan. scribit hanc opinionem esse communem. Idé Iason in d. l. creditor. Chassaneus in dicta consideratione 99. columna sexta, quorum omnium suprascriptorum Doctorum retulit, & sequutus fuit Didacus Conarruuias in libro primo, capitulo septimo.

8 His tamen in contrarium allatis non obstantibus adhuc asseueramus suprascriptam nostrã conclusionem fuisse verissimam, cui si iusta intellectus statera librata fuerint, opposita ipsa proculdubio palam fiet tam dicta iura, quàm Doctores citatos ei nullatenus aduersari: at potius suffragari. Quapropter sciendum, Primò quòd textus in dicta l. licet, 9 † & in dicta l. quamuis, non loquuntur in casu nostræ conclusionis. Nam loquuntur de expressa hipotheca, seu obligatione acquisita per mutuantem: nos autem non loquimur de expressa, sed solum de tacita. & idem respondemus supra citatis Doctorũ sententijs allatis contra nostram sententiam, quorum maior pars expressè sequuta fuit dictam glo. in dicta l. penultima. C. qui potiores. quam legem aliqui eorum appellarunt Authen. vt supra retulimus. Ne ergo cogamur asseuerare tot celeberrimos Doctores in dictis suis fuisse inconstantes, & varios: omnino tali pacto concordandi erunt. & quòd dictus Reuerendissimus tacitè innuerit se voluisse dicta vasa argentea, & alia suppellectilia emenda ex tali pecunia mutuata ab eius nepote hypothecare, seu reali hipo-

theca obligare pro dicta mutuata pecunia ab ipso nepote, ipsimet nepoti, & non alijs creditoribus: quam facillimè elicitur ex instrumento facto inter ipsum Reuerendissimum, & eius nepotem, in quo specialiter mentio de pecunia tali sibi mutuata † ob talia emenda, quoniam aliàs vtique hæc expressisse fuisset superfluum, & sic poterit & secundò responderi dictis citatis in contrarium iuribus, & Doctoribus volentibus, quòd tunc res empta expressè ex pecunia mutuata sit reali hipotheca obligata mutuatori: quando inter eos sic conuentum fuisset: & quoniam taciti, & expressi eadem est virtus in contractibus. vt in l. cum quid. ff. de rebus creditorum, si certum petatur, prout etiam docuit Decius in l. expressa nocent. numero decimo. ff. de regulis iuris. Indè sequitur veritas nostræ conclusionis probari etiam auctoritate legum, & Doctorum prædictorum. Respondetur tertiò dictis auctoritatibus, quòd ipse concludant, quòd ex tali mutuo oriatur personalis actio ipsi mutuanti contra mutuatarium, & verum est, in defectum scilicet valoris rei mutuatori tacitè obligatæ, quod nos non negamus, sequentes dictam singularem glosam in dicta l. penultima, hoc ipsum expressè docentem in reconciliationem contrariorum, quam glos. maior pars supradictorum Doctorum sequuti fuerunt tanquam singularem. Ex his ergo omnibus patuit veritas præsentis nostræ conclusionis. Ex quibus omnibus hucusque colligitur vnicum memorię commendandum corrolarium, & est hoc videlicet.

Dominus Nepos (de quo est sermo) dicti Reuerendissimi Archiepiscopi defuncti potuit de iure apprehendere, & apprehensa retinere dicta vasa argentea sibi tacitè hipothecata † propria auctoritate pro sui iuris conseruatione: cùm non fuissent illucusq; ab alio occupata, secundum communem Doctorũ opinionem, vt docuit Bursatus in consi. 8. nu. 15. lib. 1. post Alex. in l. 1. C. de repud. hęredit. vt etiam retulit idem Bursatus in tract. commu. opinio. sub littera. C. in penult. §. incip. creditor rem sibi hipothecatam.

Etsi veritissimum sit suprascriptũ corrolarium, posset tamen quis insurgere contra ipsum, dicendo ipsum esse falsissimum triplici ex capite. Primò, quia contrariatur iuri Diuino. Secundò iuri positiuo. Et tertiò Doct. sentẽtijs. Sciendum ergo, quòd dicto corrolario aduersari videtur ius Diuinum. Nam Deus Omnipotens per os Moysis in libro Deuteronomio, cap. 24. versiculo decimo, & vndecimo. Infrascripta statuit, videlicet. [Cũ repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas, † sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit.] hæc ibi. Item dicto corrolario aduersatur,

vt

Digitized by Google

vt diximus, ius Pontificium, & Imperatorium. Nam Alexander Tertius Papa præcepit neminem spoliandum fore re a se possessa pro-
13 pria auctoritate, † sed ordine iudiciario: quòd si contrarium quis feciſſet quacumque de causa, statim ante omnia spoliato rem a se possessam illucusque restituendam fore mandauit. vt habetur in capit. Conquerente. extra de restitutione spoliatorum, vbi hæc habentur ad verbum, videlicet, [Conquerente nobis Reuerendo clerico accepimus, quòd ipsum Ecclesia de Vuerfort, sine iudicio spoliasti: quia verò non decet honestatem tuam clericos tuæ iurisdictionis sine manifesta causa rationabili suis beneficijs spoliare, quibus teneris paterna prouisione consulere. Mandamus quatenus, si ita est, prædicto Clerico prædictam Ecclesiam cum redditibus inde perceptis restituas, & in pace eam possidere permittas: restitutione autem facta, si quid aduersus eum super præscripta Ecclesia proponere voleris coram Exonensi Episcopo delegato à nobis, per te, vel per sufficientem responsalem tuum cum eodem Reuerendo Clerico ordine iudiciario poteris experiri.] hæc ibi. Idem probatur auctoritate iuris Ciuilis. Nam in l. extat enim. ff. de eo quod metus causa. clarius idipsum habetur decisum, his verbis videlicet, [extat decretum Diui Marci, in hæc verba. Optimum est, vt si quas putas te habere petitiones actionibus experiaris. Et cùm Martianus inde diceret, vim nullam feci, Cæsar dixit: Tu vim putas esse solùm, si homines vulnerentur? Vis est
14 † & tunc, quoties quis id, quod debet sibi putat, non per Iudicem reposcit. Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam non abipso sibi sponte datam sine vllo Iudice temere possidere, vel accepisse, isque sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit.] hæc ibi. Idem prorsus docuit textus in l. si quis in tantas. C. vnde vi: scilicet quod pro tali ablatione quis sit priuandus iure suo: & quòd pro hac eadem actione quis veniat puniendus à Iudice pœna arbitraria, docuisse videtur apertissimus textus in l. creditores: eodem titulo. Nam in dicta lege hæc habentur, videlicet, [Creditores si aduersus debitores suos agant: per Iudices id, quod deberi sibi putant, reposcere debent: alioquin si in rem debitoris sic intrauerint, id nullo concedere Diuus Marcus decreuit ius crediti eos non habere: verba Decreti hæc sunt. Optimum est, vt quas te putas habere petitioni actionibus experiaris, interim ille in possessione debet morari, tu petitor esse. Et cùm Martianus diceret. Vim nullam feci. Cæsar dixit: Tu vim putas esse solùm, si homines vulnerentur? Vis est, & tunc quotiens quis id, quod deberi sibi putat non per Iudicem reposcit. Non puto autem nec verecundiæ, nec dignitati, nec

nec pietati tuæ conuenire quicquam non iure facere. Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem villam debitoris non ab ipso sibi traditam, sine vllo iudice temere possidere, eumque sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit.] hæc ibi. & in l.fin.ff.ad l. Iuliam, de vi priuata. hęc habentur videlicet: [si creditor sine auctoritate Iudicis res debitoris occupet, hac lege tenetur; & tertia parte bonorum mulctatur, & infamis fit] hęc ibi. Idem videtur probari per argumentum in l.1.C.ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat. vbi hęc habentur, videlicet. [Generali lege decernimus neminem sibi esse iudicem, vel ius sibi dicere debere. in re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiæ.] hæc in dicta l.1. Diximus, quòd idem videatur probari per arg. in dicta l.1. quoniam etsi explicitè impugnatio nostri corrolarij nõ contineatur: benè tamen implicitè: cùm ex dicta l. eliciatur, quòd dictus Dominus nepos dicti Reuerendissimi non potuerit dicta vasa, propria auctoritate asportare ex domo debitoris supradicti, sibi ea retinendo, & sic sibi ius facere. Idipsum videtur probari & tertio (vt diximus) Doct. auctoritate. Nã omnes Canonistę (vt vnico verbo q̃plurima simul complectamur) in d.c.conquerente. docent, quòd spoliatus non iudicialiter re a se possessa etiam iniustè, prius erit res illa sibi restituenda a spoliante, & postea conueniendus in iudicio. Glo. quoque id docuit in d.l.extat.in vers.rem vllam. & in versic.non habebit. Idipsum docuerunt aliæ glosæ in præcitatis locis. Idem docuit Bart.in d.l. extat.nu.5. & 6.dicens, quòd dictus creditor per sententiam debeat a Iudice priuari re ipsa per violentiam ablata a suo debitore, vt etiam docuerat glo. in dicta l.si quis in tantam, in versic. amittat. Idem rursus repetijt Bartolus in dicta l.creditores. subscripsit enim se ibi sententiæ glo. in dicta l.extat. Idem docuit Dominus Placentinus in tract. de accusat. titu. de criminibus. numero 27. dicens talem esse infamem, & mulctandum fore tertia parte bonorum. vt in d.l.fin.ff.de vi priuata.

His tamen in contrarium non obstantibus adhuc asseueramus supradictum nostrum corrolarium esse verissimum: ac per consequęs dictum Dominum Nepotem dicti Reuerendissimi Archiepiscopi Ragusiensis defuncti, de iure puniendum non fore priuatione dictorum vasorum ab ipso asportatorum, nec alia pœna immo potius manutenendum in possessione dictorum vasorum, quod & probabimus quinque medijs. Quorum primum est, quoniam in asportatione dictorum vasorum nullum interfuisse scãdalum constat: cùm illa essent in manu ipsius Reuerendi D. Donati suprascripti ministri dicti Reuerendissimi, qui sciebat dictum liquidum creditum ipsius nepotis. Secundum quoniam ipsa argentea

tea vasa dictus nepos credideratſe potuisse tuta conscientia asportare, vt sibi indè satisfieret de credito suo, cuius causa illa erant sibi hipothecata specialiter, vt supra in probationem nostræ conclusionis fuit probatũ. Tertium, Cum indè dicto Reuerendo D. Donato illorum custodi de iure nullum detrimentum, vel interesse imminere poterat, propter illorum asportationem a dicto D. Nepote factam, eo quòd ipse asportator apocham, & fidem de receptis ipsis manu propria scriptam tradiderit ipsi Reuerendo custodi, quæ statim ipsa præsentari poterit in iudicio. Quartum est, quoniam ipse nepos tunc reperiebatur in dicta Ciuitate Ragusiensi hospes, & ideo meritò suspicabatur ibi non fore in iudicio assequuturum dictum eius liquidum debitum, propter potentiam aduersariorum, ac aliorum (licèt posteriorum) creditorum potentiam, nec non, quia ibi multi ex potentibus odio ipsum nepotem prosequebantur, etsi non respectu sui, sed Reuerendissimi Archiepiscopi defuncti eius patrui. Quintum est, quoniam ipse nepos hoc facere poterat virtute quoque taciti legati sibi facti a dicto Reuerendissimo ipsa vasa propria auctoritate occupare ipsi Domino nepoti fas erat: cùm taciti & expressi eadẽ sit virtus, vt in l.cum quid. ff.si certum petatur, & in l.triticum.ff.de verborum obligatione, cùm hæc regula procedat, (vt docuit Decius in l.expressa nocent. nu. 12. ff.de regu.iur.) in his, quæ sunt de natura cõtractus, de quibus partes videntur cogitare, & quòd videatur ipsum Reuerendissimum cogitasse legare dicta vasa in mortis articulo (quãuis postea id repentina morte preoccupatus nõ perfecerit) poterit apertissimè elici ex instrumento confessionis pecuniarum quãtitatis sibi a dicto suo nepote mutuatarum. Nam videtur iccircò ipsum Reuerendissimum specialiter inibi dixisse, se mutuo accepisse dictam pecuniã ad emẽda dicta vasa argentea innuendo (cum Doctor esset) se illis verbis declarasse voluntatem suã, ꝙ omnino vellet illa vasa fore specialiter hipothecata suo nepoti dictam pecuniam mutuanti sibi, & ꝙ forent illi specialiter legãda imminente mortis ipsius articulo, & expressè in testamento condendo per eum, tanquam res empta pecunia illius sibi mutuata a dicto Dño Nepote, & ꝙ legatarius † propria auctoritate occu-
15 pans sibi legata non sit puniẽdus aliqua pena, nec priuandus bonis sibi legatis, docuit Glo. singul. in d.l.extat. in verſ. sine vllo Iudice. & ibidem Bar. qui ambo ibidem dicunt, ꝙ licet regulariter pro-
16 pria auctoritate occupans † rem debitoris sui veniat puniendus, tamen in certis casibus non punietur. Primus quorum est (secundum eos) in debitore fugiente, vt in l.ait prætor. §. si debitorem. ff. quę in fraud. credit. & in l.2. C. quando liceat vnicuique sibi ius dicere. Secundus, quãdo pactum interceſſit. vt in l.pen. in fi. C. de

by Google

pignor. act. & in l. 3. C. de pignor. Tertius in legatario, qui sua auctoritate legatum occupauit. vt in d. §. 4. ff. quorum legatorum: & hoc verum est quando res legata a nullo possidetur: hæc illi Doctores vbi supra. Et quòd tempore quo fuerunt occupata dicta argentea vasa per dictum nepotem dicti Reuerendissimi a nullo possiderentur: per se patet, quoniam (vt diximus) ipsa vasa reposita erant apud Reuerendum D. Donatum custodem omnium bonorum dicti Reuerendissimi, post cuius mortem illucusque nemini iudiciáliter fuerant adijudicata, aut ab aliquo possessa. Et q̃ stantibus supra recensitis circumstantijs, ac causis dictæ asportationis vasorũ auctoritate propria potuerit ipsa asportare dictus D. Nepos, & tuta conscientia hodie illa tãquam sibi debita retinere probatur q̃plurimis Doct. sententijs. Sciendum ergo, q̃ Innoc. III. Pontifex in c. olim causam. nu. 8. in vers. Itẽ plus diximus. ext. de restitu. spol. hanc nostram sniam, & responsionem ad obiectionẽ factam contra nostrum corrolarium approbans his præcisis vsus fuit verbis, videlicet. Quidam tñ dicunt, & non malè, q̃ ẽt sua auctoritate potest
17 † furtiuè accipere sua, dummodo ex tali furto nec malum, nec scandalũ valeat generari, quia si indè oriretur scandalũ, vel contra vxorem, vel contra familiarẽ alium, vel quemcunq; alium, tunc debet rem in pristinũ statum restituere. hæc ibi ille, qui ibidẽ paulò post. nu. 9. in vers. alij dicunt. in medio. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Si verò non haberet Iudicem, coram quo posset suam iustitiam obtinere: tunc sibi licet, sua auctoritate recuperare sua. hæc ille, cuius sententiæ ad verbũ se subscripserunt infrascripti Doct. videlicet. Ioan. And. in d. c. olim causã. col. 4. in vers. sed illud, & in vers. vnde. & secundum Innocent. qui Ioan. And. verbis Innocentij addidit, dicens idem fore dicẽdum de quocunq; custode, qui suũ iniquè abstulit, quilicèt peccauerit, tñ restituere non teneretur. cũ videatur in hoc casu, q̃ dolus cũ dolo, & culpa cum culpa cõpensari posset, cui astipulatur in omnibus supra scriptis D. Anto de Butr. in d. c. olim causam. col. 6. in vers. auctoritate verò Iudicis. Idem docuit Pan. in d. c. olim causam. num. 23. Idem docuerunt infrascripti alij, videlicet Glo. in c. insgentium. in vers. sed iũ. in fi. vbi & Archidiac. Geminianus, & Prępositus sequẽtes quoq; doctrinam Innocentij vbi sup. Cardin. Zabar. ĩ d. c. olim causam, Florianus in l. itaq; ff. ad l. Aquil. Felin. in c. q̃m. n. 7. ext. de simonia, sequens Innoc. & glo. in d. c. insgentiũ. Bal. in l. 1. col. 2. C. de testis, sequens Innoc. & in margarita, seu repertorio Innocentij in vers. Castrũ. vers. quinto. Aflic. in constit. Neap. lib. 1. rubr. 8. nu. 36. Hippol. de Marsil. in sing. 177. incip. malitijs noĩum. in vers. itẽ ẽt ad propositũ huius. Felin. rursus in c. pen. nu. 2. ext. de homicidijs. Alex. in d. l. si qs intantum. in prima apostilla, & in cõs. 476. incip. Pulchrè respondit. col. pen. & in consi-

consi.474.incipien. Visa Inquisitione, 3.col. Hippolitus de Marsil. rursum in sua practica criminа.§.constante. nu.36.& 37. Bal. in l.2. colum.15. versic. sed nunquid per furtum. C. de seruit. & aqua. & rursus idem Bal.in suo repertorio super Innocentium in versic. Dominium. in col. pen.in versic. Dominus potest rẽ suam. Alexan. in consi.135. incip. Circa primam. colum.1.volum.1.& ibidem in colum.5. dixit, quòd quando creditor accipit rem debitoris pro sibi satisfaciendo non tenetur vi bonorum raptorum: quia noluit rapinam committere, sed credidit hoc sibi licere stante causa debiti, & addidit hoc voluisse Ros. in libellis suis. de quo latius ibi per eum. Idẽ rursus docuit Hippolit. de Marsilijs in 1.par.cons.crim.in cons.58. n. 16.& 17.qui asseruit hoc ipsũ rursus docuisse Innocentiũ in c.quia plerique. ext.de immunit. Eccle. quem sequutus fuit Bal.in l.1.col. 2. C. de testamentis, dicens dictũ Innocentiũ inibi dixisse, ꝙ licitũ sit creditori, qui non potest probare creditum suũ, accipere quocunq; bona debitoris, vt sibi satisfaciat. Idem docuit Petrus Follerius in pragmatica de cẽsibus. in vers. Nicolaus Episcopus. nu. 116. Cotta in suo memoriali. in vers. dolum bonum. Vbi tenet, ꝙ creditor potest furtiuè accipere auctoritate propria rem illi debitoris. Idem docuit Franciscus Vivius in tract. commun. opinio. in versic. furans, ac surripiens. nu.4. & 5. Idem docuit Bartholomeus Cępolla in consi.26. incip. Magnifice, ac generose Prætor. col.4. versic. item ad hoc optimè facit, & sequens Innocen. & Ant. de Butr. vbi supra, dixit hoc tenuisse quoque Paul. de Cast. in consi.25. col. 3. in principio, & subdidit ibi ipse Cępolla, & hoc consilium vidi sepissimè dari a Theologis. Idem elegãtissimè docuit Didacus Couarruias in primo lib. Variarum resolut. cap.2. nume.15. in versic. Quartò, eodem iure, vbi his pracisis verbis vsus fuit, videlicet: Quartò eodem iure licitum esse videtur ei, qui debitam sibi pecuniam, aut rem quampiam non potest a debitore consequi, equivalentem rem, vel quãtitatem ab eo surripere, sicut expressè notãt Innocentius, & Card. Zaba. in dicto colim causam. Idem docuit Conradus in tract. de contractibus, quæst. 32. conclusione 2. & in q.42. conclusione 2. in vers. quartò a simili. Siluester in versic. furtum. §. videlicet Ioannes de Medina in tract. de restitut. quæst. 11. Almain post alios in 4. sent. dist. 15. quæst. 2. quorum opinio communis est. Cauendum tamen est ne quis periurio, mendacioue vtatur ad hoc obtinendum: hoc enim illicitum esse constat. hæc ille. cuius sententiæ ad verbum astipulatur Iulius Clarus in sua practica crimin. §. furtum. in vers. Excipitur autem fur. Idem docuit Aegidius Bossius in sua practica criminali, sub titu. de furtis. num. 5. cum ipse ibi astipuletur dictæ sententiæ Cępollæ in dicto consilio 26. qui expressè se subscripsit sen-

Digitized by Google

ſententiæ Innocentij & Antonij de Butrio in locis ſupra citatis. & ſciendum, quòd dictus Ioannes de Medina vbi ſupra, in verſ. Quibus nō obſtantibus, & ſequenti peroptimè probat veritimam eſſe noſtrā reſponſionem, addens hanc etiam eſſe Alex. de Ales, & Altiſiodonerenſis, & communem doctorum opinionem: Nam etſi prædictæ conditiones defuerint, peccabit ſolùm is, qui talia abſtulit, ſed ad eorū reſtitutionem non tenebitur, ſi certum erat ſibi tantundem deberi. Idem docuit Raymo. Pius Fich. in tract. commu. opinio. in verſicu. furtum ſequés Couarruiam & Iul. Clarum vbi ſupra idem docuit Emanuel Soarez in tract. commu. opinio. in verſicu. Furtum. Idem docuit Hyppolitus Bonacoſſe in tracta. commu. opinio. in verſi. Furtum. ſequens Iul. Clarum. Idem docuit Paul. de Caſtro in conſil. 399. incip. priuſquàm iura fierent. Idem Iaſon in l. 1. nu. 7. C. de teſtamentis ex his omnibus legum ac Doctorum auctoritatibus apertiſſimè conſtitit veritas ſupradicti noſtri corollarij. ſupereſt modò vt ſatisfaciamus obiectionibus contra ipſum ſupra propoſitis, & primo.

Ad primam obiectionem contra noſtrum corrolarium propoſitam reſpondendo, Dicimus di-
18 ctam auctoritatem † c. 24. Deuter. fore intelligendam regulariter, ſcilicet nemini liceat propria auctoritate auferre ſua per violentiā, aut furtiuè, & maximè quando periculum rehabendi ſua non eſſet in mora, & quis eſſet ſecurus poſſe ſua recipere manu Iudicis, vel amicorum ſine ſcandalo, aut magno ſuo diſpendio: quod nos, & ſupradicti Doctores fatemur: quod tamen omnino adeſſe negamus in caſu propoſito, &
19 quid mirum? cùm multa † regulariter reperiantur à iure prohibita, quæ tamen in caſu particulari nonnullis circunſtantijs hoc requirētibus omnino fuerint declaranda licita, & non comprehenſa in lege illa prohibitiua: vt patet in furto perpetrato ab exiſtente in extrema neceſſitate, qui tamen non trāſgredietur præceptum Diuinum de non furando: etſi reſpectu eiuſdem rei furatæ voluntatis inuitæ, & non elicitæ poſſit dici furtum aliquo pacto; tamen reſpectu voluntatis debitæ nō poterit dici furtum, quia Dominus debebat iure diuino tribuere voluntariè rem illam furatā illi miſero in extrema neceſſitate conſtituto. Idem ergo in caſu noſtro dicemus: cùm debitor, à quo creditor rem ſibi debitam, vel æquiualentem furtiuè ſubtulit, ex debito iuſtitiæ tenebatur illam ſuo creditori tradere: cùm ergo in caſu à nobis propoſito deſit iniuſtitia, inde ſequitur nullam ibi reperiri trangreſſionem diuini præcepti de non furando: & ſic de ſingulis.

Ad ius Pontificium reſponden do dicimus, ꝙ facilis erit reſponſio, cum eliciatur ex ipſiuſmet.
20 † c. Conquærente. extra. de reſtitu. ſpoliat. ipſa ueritas dicti noſtri corrolarij, arguēdo ex verbis

bis eius à contrario sensu. Nam ibi dicitur, quòd non deceat Episcopum sine rationabili & manifesta causa aliquem clericum spoliare beneficio sibi collato, quod non negamus, sicut nec prudens Iurisperitus non negabit indè elici (arguendo à contrario sensu) quòd si Episcopo affuisset rationabilis & manifesta causa, tunc licitè dictum clericum potuisset de iure tali beneficio priuare: arguendo ergo modo ab identitate rationis, in casu nostro adest causa manifesta & rationabilis tali via redimendi iniustam vexationē procul dubio imminentem deperdendi ea, quę sibi de iure debebantur: Vt apertissimis documētis, per super allaras auctoritates probauimus: Indè sequitur necessariò dictum tex. in dicto c. Conquærente. & doctores in eo non aduersari supradicto nostro corrolario, imò eius veritati summopere fauere.

21 Ad iura autem ciuilia, † quæ vidētur aduersata fuisse dicto nostro corrolario. Respondebimus primo cum Bar. & glo. in dicta. l. extat. quòd licèt per ipsa probetur regulariter creditorem fore puniendum si propria auctoritate acceperit de bonis suis debitoris, vt sibi satisfaciat pro debito contracto: tamen dicta regula admittit exceptiones per nos supra relatas, & approbatas communiter à Doctoribus: si ergo exceptiones seu limitationes admittit: Indè necessariò sequitur, quòd dicta regula fallat in casu proposito in dicto corrolario, quæ responsio competit Domino Placentino supra citato, cùm nihil de suo addat, sed solùm recitet dicta citata iura. Respondemus & secundò cum Medina in loco supra citato. in tit. Respondetur, in casu. dicentes, quòd quamuis ad literam talis creditor videatur cōtra dicta iura egisse, propria auctoritate asportando dicta vasa argentea sibi debita: non tamen indè transgressus fuit, aut violauit mentem Legislatorum: Ratio enim qua ipsi legislatores moti fuerunt ad ipsas leges condendas, procul dubio fuit prospiciendi bono communi, quod læderetur, si fuisset permissum vnicuique indiscriminatim sibi ius dicere, & in recompensationem sibi debitorum aliena clam surripere: quàm facillime vnicuique fuisset subministratus fomes lædendi iniustè, iniurijs, furtis, infamijs, & scandalis proximos suos, eo quòd quāplurimi finxissent rem sibi debitam esse, quæ re vera sibi non debebatur: multi etiam creditū illiquidum putarent liquidum, & nulla liquidatione egere, & alij falsè asseuerarent se desperare de ministranda sibi iustitia à Iudice in assecutione sui crediti, aliaque multa maligni potuissent fingere, vel obijcere, per quæ possent furta & rapinas defendere & effugere tali clipeo pessimo iustas pœnas, de iure indè sibi infligendas à iustis iudicibus. Ad obuiandum his & similibus malis iustissimè legislatores ad talia iura cōdenda moti fuerunt. Cùm ergo

nullum

nullum ex prænarratis malis(pro quibus vitandis dicta iura condita fuerunt) in casu nostro suspicari poterit supradictis de causis. Indè sequitur, quòd ratio dictarum legum in casu nostro, ac per consequens effectus ipsius cesset, vt in c. cessante. ext. de appellat. & per multa coaceruata in dicta regula per Tiraquellum. Quàpropter concludimus dicta iura non habere locum in casu nostro: atq; per consequens absque iniuria legum dicta asportatio dictorum vasorum argenteorum potuit fieri auctoritate propria ipsiusmet Do. Nepotis illa auferentis, vt suam tali pacto redemisset pecuniã, qua illa fuerant empta. Quoniam aliàs iniusta fuisset mens legislatoris illarum legum, si per illas iniustè voluisset præcludere omnes vias creditoribus recuperandi sua in casu proposito: vndè meritò cõcluditur dicta iura non aduersari supradicto nostro corrolario. Respondebimus & tertiò dictis iuribus dicentes, quòd in fauorem supradicti nostri corrolarij & Doctorum ipsum approbantium est peroptimum argumentum elicitur in sequentibus iuribus. Sciẽdum ergo quòd idipsum probatur per arg. in l. ait prętor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraud. credit. vbi dicitur licere creditori auferre bona debitoris fugientis. Si ergo licebit auferre bona fugientis, quãto magis morientis in casu proposito rationibus supra allatis: cùm videatur in vtroque casu adesse identitatem rationis: eo quòd iccirco à iure concedatur creditori ablatio bonorum debitoris fugientis, ne ipse creditor iniustè priuetur re sua: quod in casu nostro meritò contingere timebatur. Idem videtur probari p arg. in l. Generali. C. de Decurionibus: vbi dicitur, quòd vbi non habetur copia iudicis, propria auctoritate capitur Curialis. Idem videtur probari per argu. in c. Dominus noster (citatus ferè ab omnibus Doctoribus supra allatis in fauorem nostri corrolarij) 23. q. 2. vbi refertur sententia diui Augustini in lib. 6. quæst. decima q. quòd in bello iusto nihil ad eius iustitiã interest, siue ex insidijs, siue apertè aliquis pugnet. & quòd supradictæ nostræ responsiones fuerint legitimæ, probatur adhuc & auctoritate Caietani, qui de hac quęstione quotidiana verbum faciens in Cõmentarijs 22. quęstio. 66. articulo 5. in versic. in responsione ad tertium. & sequenti versicu. ad hoc. infrascriptis præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Duplex occurrit prætactum dubium in articulo tertio, an scilicet impotens recuperare rem suam, aut aliquid sibi debitum via iuris, accipiendo illa sine scandalo, peccet coram Deo: & est ratio dubij, quia talis agit contra cõmunem iustitiam, dicens sibi ipsi in re sua ius. Ex opposito autem videtur, quòd in defectum iudicis licitum sit huic sibi ius dicere. Ad quod dicitur, quòd aliud est loqui regulariter, † & aliud in casu. Constat namq; quòd regulariter non licet occultè accipere proprium

22

prium apud furem, aut raptorem detentum propter rationem in litera assignatam : quia scilicet agit contra iuris ordinem. in casu autem, in quo aliquis, vel propter detinentis, vel iudicis iniustitiam, aut defectum probationū, aut pp maius damnū amicitię, pacis, vel rerū, aut hmōi, non potest via iudicis suū, vel sibi debitū, hīe absq; scandalo, periculo, & offensa cuiuscūq; potest occultè accipere à debitore, vnde sibi satisfaciat. multi dicūt, quòd licitè hoc potest. & ratio est, quia tunc non agitur contra iuris ordinem : quoniam iuris ordo ad reddendum vnicuique suum, & pacem cōmunem seruandam ordinatur. hic autem pax non violatur (vt supponitur) & obseruatio ordinis iuris aut impediret Dominum ab habendo suum, aut efficere non posset, vt dominus haberet suum, nisi fortè cum maiori damno, vt patet in discurrendo in causis allatis. Est igitur casus, in quo licet a lege discedere, saltem sic, quòd non sit contra iustitiam discedendo à directo illius modo, & propterea absque mortali peccato in huiusmodi casibus quisque poterit occultè recuperare tam suum, quàm sibi debitum : adhibendo cautelam superius dictam : vt scilicet ille, qui occupabat, sciat se non teneri amplius ad restitutionem, ne tali ignorantia ex hoc facto consurgente grauetur, si pœnitens fuerit in futuro obligatus ad ralis debiti solutionem, vt indè ille debitor sciat amplius non tene-

ri ad talis debiti satisfactionē. & ratio rationum est, qm̄ in his casibus accipiens non dicetur propriè sibi ipsi ius dicere, at potius exequi ius suum: cùm non vtatur aliqua auctoritate, sed sola occulta acceptione. hæc oīa protulit Card. Caietanus vbi supra, quę memoriæ sunt comendanda à iudicib⁹, aduocatis, procuratorib, & confessoribus : ne insipienter cōpellant aliquem iniustè ad restituendum ea, ad quę de iure nō tenebatur. idipsum docuit Petrus à Palude in 4. sent. dist. 15. quæst. 2. articulo 2. conclusione 5. in ver si. quando th probabiliter credit, dicens, q̄ quando creditor probabiliter credit, quòd propter potentiā alterius, vel defectum probationum, vel expensarū non posset cōmodè suū, vel sibi debitum repetere: si accipitur sine scandalo occultè, dicunt quidam, quòd non peccet, quia in defectum judicis poterit quis ius dicere : ita quòd vxor, filij, & serui, vel familia possunt accipere debitum, quando peius sequeretur litigando. Hęc Palu. vbi supra, ad q̄ omnia conformanda accedat nouissimus omnium (de hoc scribentium) Dñs Ant. Gabr. in tract. conclusionū lib. ... in tit. acquir. vel amitt. poss. conclusione 1. limit. 16. his p̄cisis verbis vtēs, videlicet. De
23 cimo sextò limit. in legatario, † q̄ rē legatā, ppria auctoritate capere potest antè aditā hęreditatē, & ēt post illā aditā, antè tn̄ apprehensā possessionem per hęredē, vt docuit Glo. in l. nō dubium. C. de legatis. quā ibidem communiter

docto-

Doctores ſequuntur.& idem docuit Glo.in l. extat.in verſic. ſine vllo.ff. Quòd metus cauſa. Socinus in regula 34. in vltima limitatione, & in conſil.33. col. pen. vol. 1.Corn.in conſ.207.in fi. vol. 2.Ripa in c.ſepe. nume.93.extra de reſtitu.ſpoliat.Idem Antonius Gabr. repetijt vbi ſupra nu. 107. his præciſis verbis vtens,videlicet. Vigeſimo nonò limita vt iſta
24 diſpoſitio† l.ſi quis in tantam.C. vnde vi. iuſta cauſa interuenien-te: vt quia non aderat iudicis copia, vel quia quis non poſſet alio modo rem ſuam conſequi,prout docuerunt Innocétius in c.olim. el primo,col.fi.verſicu.Item plus dicimus,extra de reſtitu.ſpoliat. Odofre. in dicta l.ſi quis in tantam.colum.3. Abbas, & Ioannes And.in c.1. de dolo & contu. Signor.Homod.in conſi.75. nume. 14.Alex. in Apoſtilla ad Bart. in dicta l.ſi quis in tantam.& in addit.magna.apoſtillę ad Abbatem in c.qualiter & quando. extra de accuſat. Ruin.in conſi.43.col. 5. vol.4.Felinus in c.2.colum. fi.de ſpõſal. & ſciendum quòd Specul. in lib. 1. titu. de actore. col. 18. num. 55. in verſi. Item quòd vult propria auctoritate.recenſet decem & nouem caſus, in quibus poterit quis ſibi iuſdicere.

Secundam propoſitam quęſtionẽ abſoluemus ſequentibus concluſionibus: prima concluſio ſit
25 hæc,debitor ſoluens † creditori ſui, ignorante ipſo creditore vel inuito in foro fori non erit abſolutus à debito aliàs ſoluendo creditori ſuo.hęc concluſio probatur duplici medio. Primo per arg. in l. fin. C. de negot. geſt. in qua hæc habentur,videlicet, [ſi quis nolente, vel ſpecialiter prohibente domino rerum, adminiſtrationi earum ſe immiſcuit, nullam eſſe aduerſus eam vel directam, vel vtilem contrariam actionem.] hæc ibi. Idem probatur & clarius per text.in l.inuito.C.de ſolutio. in qua hæc habẽtur, videlicet.[Inuito vel ignorante creditore, qui ſoluit alij ſe non liberat obligatione] hęc ibi. Idem probatur per textũ in c. ea te. extra de iureiuran. vbi Innocentius Tertius his præciſis verbis vſus fuit, videlicet.[Ea te credimus diſcretione vigere, vt intelligas per te ipſum, quòd onus non remittitur, ſed augetur:cùm cuiquam improuidè ſoluitur, ꝙ alij ex debito eſt præſtandũ] hęc ibi. Idem probatur per textũ in l.Si verò mihi.ff.de conſtituta pecunia: in qua hæc habentur, videlicet[Si verò mihi,aut Titio conſtitueris ſoluturum, mihi competit actio: quòd ſi poſteaquàm ſoli mihi te cõſtituiſti ſoluturum, ſolueris Titio, nihilominus mihi teneberis.] hæc ibi.Idem probatur per textũ in c. ſicut dignum, §. eos inſuper. extra de homicidio.in quo dicitur non valere reſtitutionem rei alienæ,ſi ipſa fiat alijs, quàm ijs, quibus debetur fieri. Probatur & ſecundo præſens concluſio Doct.auctoritate. Nam gloſæ & Doctores communiter in dictis iuribus idipſum apertiſſimè fatentur. vbi & Bartolus idem docuit, quod etiam repe-

ized by Google

tijt in l.si opera. in versi.idem est. ff.de doli mali & met.excep.& in l.solutū.§.solutam. ff.de pig.actione.nu.2. & Ioan.And.Ant.de Butrio, Panormit.Glos.& reliqui Canonistæ in d.c.ea te.& Siluester in verſic.solutio.§.4.par.2.

Secunda conclusio,quamuis veriſſima fuerit,præcedens conclusio nihilominus & veriſſimam erit quoque, quòd dictus Reuerendus Donatus custos vasorum,& debitor eorum,qui soluit, seu tradidit
26 ea creditori † Reuerendiſſimi Archiepiscopi dicti Donati creditoris,etiam ipso ignorante (cùm tẽpore dictæ vasorum traditionis facte eius nepoti creditori ipsius Reuerendiſſimi)ipse Reuerẽdiſſimus supponatur mortuus in foro fori liberatus omnino iudicabitur à d. debito illa soluendi denuo ope exceptionis contra succeſſores in dictis vasis quocunq; titulo & iure. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per tex. in l. si opera.ff.de doli mali & met.excep. in qua hæc habentur, videlicet [Si opera creditoris acciderit vt debitor pecuniam,quam solutu rus erat,perderet, exceptione doli mali creditor remouebitur.Idẽ est si creditori eius numeratam pecuniam ratã creditor nõ habeat.] hæc ibi. Probatur insuper & secũdò Docto.infrascriptorum auctoritate, videlicet Glos.in dicta l.si opera.in verſic.Idem est.Bart.in l. solutum.§.solutam.nu.2. ff. de pigno.actio. Panormi. in c.ea te. in fi.extra de iureiu. hoc ipsum docuit. Probatur & tertiò hac irrefragabili ratione,videlicet. Si vera non esset præsens nostra conclusio,sequeretur hoc absurdum,scilicet, quòd vnicuiq; liceret locupletari cũ aliena iactura, vel iniuria. At consequens est falsum, ergo & antecedens, quapropter fatẽdum omnino erit, veriſſimam fuisse nostram conclusionem.quòd dictum consequẽs sit falsum probatur per tex.in regula,locupletari. de reg. iu.in 6. & in l.locupletari.ff.de regu.iu.vbi ad verbum dicitur.[Locupletari nemini licet cum aliena iactura,vel iniuria] hęc ibi : & quòd ide creditor locupletaretur cum iactura ipsius debitoris soluẽtis creditori sui creditoris, patet per se, quoniam dictus creditor fuisset assecutus duplicatum quod simplum sibi fuerat debitũ, eo magis, quòd dictus creditor prætensus,scilicet dicti Reuerendiſſimi, Nepos & creditor ex tali solutione à dicto Reuerẽdo dictorum vasorum custode sibi facta dicti Reuerẽdiſſimi succeſſor,ac hęres remãserit liberatus à solutione d.debiti contracti ab ipso Reuer. cum dicto eius nepote,pro rata valoris vasorum : & quòd inde d.Reuerẽdus custos remãserit liberatus ab obligatione soluendi creditorib. alijs d.Reuerendiſſ.valorem vasorum ipsorum probatur per tex. in l. soluendo. ff. de nego. gest. in qua hęc habentur ad verbum,videlicet, [soluendo quiſque pro alio (licet inuito & ignorante) liberat eum.Quod autem alicui debetur, alius sine voluntate eius non potest iure exigere. Naturalis enim simul & ciuilis ratio suadet alienam conditionem meliorem quidem

tioni medijs, quampluribus minis dicto Reuerendo factis a dicto nepote: si facultas illas probandi in iudicio ipsi Reuerendo indulgeretur, vt iuris est. Secundo ex hoc quòd ipse Reuerendus tradiderit dicta vasa creditori creditoris sui, scilicet Reuerendissimi defuncti, cui dicta vasa erant reali actione obligata (vt fuit probatum supra dum probauimus veram fuisse nostram vnicam conclusionem decidẽtem primam quæstionem propositam) ac per consequens ipsum benè gessisse negotium dicti Reuerendissimi creditoris sui, & debitoris nepotis eius.

Sed dato & non concesso (cùm supra in corrolario allato fuerit contrarium probatum) quòd ipse Dominus Nepos errasset propria auctoritate (ius sibi dicendo) asportando dicta vasa sibi reali obligatione hipothecata in partem crediti, quod habebat cum dicto Reuerendissimo defuncto, quis non animaduertet ipsum Reuerendum custodem vasorum grauandum non fore restitutione dictorum vasorum, vel pretij ipsorum? cùm nemo debeat † odio alterius grauari, vt in regu. non debet. de regu. iur. in sexto, ſtãte alia singularissima iuris regula in c. bona fides. de regu. iur. in sexto, in quo hęc habentur, videlicet [Bona fides nõ patitur, † vt semel exactum, iterum exigatur.] hęc ibi. & quartò. Ad hoc ipsum confirmandum accedunt contenta, & probata in præcedenti conclusione, in qua diximus quòd in foro etiam iudiciali quis tuetur ope exceptionis propositæ, & probatæ in iudicio de solutione debiti facta creditori creditoris sui. Probatur & secundò Doctorum auctoritate infrascriptorum. Qui omnes expressè se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet Ioannes de Medina in codice de rebus restituendis. quęstione tertia, capitu. incip. Quinta causa est, solutio facta creditori creditoris, Glos. dictorum Canonum, & legum. Glos. in §. 1. in versic. solutio fiat. instit. quibus modis toll. oblig. Canonistæ omnes in dictis regulis. & Syluester in versic. solutio. §. quarto, parte 2. Probatur & tertiò hac irrefragabili ratione. Cessante causa cessat effectus, vt in cap. cessante, extra de appellationibus. At causa, qua motus fuit Deus ipse omnipotens ad prohibendum furtũ, † fuit propter iniustitiam (qua grauamus proximos nostros) & ad præcipiendam virtualiter in eodem præcepto restitutionem damnorum iniustè illatorum nostris proximis, nulla alia assignatur à Doctoribus, nisi vt cultores iustitiæ simus, ius suum vnicuique tribuendo, & nemini in iure suo grauamen inferendo. At cùm ex tali inuita permissione dictæ asportationis dictorum vasorum, ipse Reuerendus custos nullius ius lęserit, immo fauerit iuri creditoris, & debitoris. Inde sequitur ipsum non solum in foro fori, sed nec in foro conscientię compellendum fore ad restitutionem

tutionem dictorũ vasorum, aut valoris ipsorum, eo magis quòd dictus Reuerendus custos promptus est præsentare in iudicio confessionem mandati nepotis asportatoris vasorum suprascriptorum scripta, in qua confitetur se asportasse dicta vasa argentea in partem sui crediti, quod habebat cum dicto Reuerendissimo defuncto.

Tertię & vltimę propositę quæstioni vnica conclusio satisfaciet, quæ talis est Reuerendus Dom. Donatus Muscatus custos vasorum, & olim generalis administrator bonorum Reuerendissimi Archiepiscopi Ragusini defuncti, nullo pacto poterit priuari mercede seu salario, suæ conditioni cõgruo, habito respectu ad singula obsequia illi tot annis impensa ratione permissionis dictorũ vasorũ supradictæ asportationis à se coactè factę per vim & metum cadentem in constantẽ virum sibi illatum à d. nepote legitimo creditore dicti Reuerendissimi, & habente hypothecam realem super ipsa vasa empta sua pecunia (vt fuit probatum) ac per consequens cùm fuerit potior in iure reliquis creditoribus dicti Reuerendissimi, eò magis primò quòd ipse Reuerendus fuerat omnibus præferendus alijs creditoribus ratione prioris crediti ab ipso Reuerendo contracti ex dictis obsequijs præstitis : quod ipsum probaturum ex nunc se offert, si facultas probandi hoc sibi concederetur, & opus esset. & secundo virtute statuti vsu ipso recepto in dicta ciuitate Ragusij, 31 † vbi sunt ipsa bona dicti Reuerendissimi, in quo statuto cauetur creditores defuncti ratione mercedis obsequiorum defuncto præstitorum, & non solutæ, fore omnino præferendos omnibus alijs creditoribus ipsius defuncti in soluendis defuncti debitis. Diximus dictum Reuerendum non fore priuandum sua mercede, ratione dictæ inuitæ permissionis : quoniam ex allatis in probationem conclusionum decidentium primam & secundam propositam quæstionem luce meridiana clarius emicuit dictum Reuerendum non teneri ad restitutionem dictorum vasorum, vel valoris ipsorum. cum à vero ipsorum Domino ea inuoluntariè asportari permiserit: ac per consequens asseueramus ipsum nullo pacto fore grauandum ad recipiendum valorem dictorum vasorum pro mercede tot obsequiorum præstitorum dicto Reuerendissimo. Diximus etiam ipsum Reuerendum præferendum alijs creditoribus dicti Reuerendissimi, quoniam cùm fuerit creditor 32 prior in tempore potior ţesse debet in iure, vt in c. qui prior de regu. iur. in sexto, cui regulę concordat text in l. quotiens vtriusque, ff. de regu. iur. vbi hęc habentur, videlicet [quotiens vtriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit.] hæc ibi, quibus similia habentur in l. secunda. C. qui potiore in pignore habeantur. & per Bartolum, & cogn-

& communiter per alios Doctores in dictis iuribus. & per Dynum, Ioannem And. Franchum, & reliquos Doctores in dicta regula qui potior. Qui omnes elegantissimè probant verissimũ esse nostrum assumptum, dicentes, quòd licet dicta regula patiatur aliquam exceptionem, vt patet in dicta l. licet. & similibus loquentibus de priuilegiatis præponendis (quæ in casu nostro nõ militant, vt patet ad sensum) tamen verissima est regula, & locum obtinebit in creditoribus diuersorum titulorum, quoniam tunc is, qui est prior in tempore, potior est in iure, & sic ipsi primo solutio facienda erit. Diximus & secundò ipsum Reuerendum præferendum fore reliquis creditoribus dicti Reuerendissimi, ratione dicti statuti Ragusini, quod quidem statutum præ manibus habetur, vt in iudicio præsentetur (si opus esset) etsi hoc sit notorium in dicta ciuitate. Nec huic rationi poterit obstare, quòd dictum statutum fuerit
33 conditum à laicis, † ac per consequens non comprehendere videtur Clericos. Non enim hoc obstare de iure poterit: cùm scimus in materia fauorabili, & nõ odiosa, in quibus de iure statuta laicorum comprehendunt Clericos, vt docuit textus apertissimus in cap. constitutus, extra de restitu. in integrũ. vbi latissimè per Panormitanum numero quarto, & per moderniores in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. extra de constitu. & per Bartolum in l. cunctos populos. nu. 29. C. de summa Trinit. & fide Cathol. vbi & per alios Doctores, per Marantham in suo speculo in 2. par. cap. incip. Secundus actus. nu. 27. & 28. & per Decium in dicto cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 69. Idem docuit Lapus in sua eleganti allegatione 101. incip. In ciuitate Florentiæ, colum. 5. vers. quod autem.

Hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

De renunciationis valore.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum semper habet in se tacitam conditionem, si res in eodem statu permaneat, aliàs non erit obligatorium.*
2 *Priuilegium reuocatur per nouam causam superuenientem.*
3 *Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non fuerat cogitatum, nec verisimile fuerit de ipsorum euentu cogitasse, nec ad ea extenditur, quæ iuranti obueniunt ex nouo iure.*
4 *Renunciatio etiam iurata non trahitur ad casum valde insolitum, & incogitatum.*
5 *Filia cum iuramento renuncians hæreditati paternæ succedit fratri mortuo ab intestato post mortem patris etiam in bonis paternis. et quare.*
6 *Renuncians bonis paternis, vel maternis*

Digitized by Google

tern's cum iuramento, asserendo se illa nunquam petiturum: poterit petere legata bona à dictis parentibus, et quare.

7 Iuramentum nõ extenditur vltra iurantis intentionem.

8 Iuramentum regulariter operatur, vt videatur in genere cogitatum.

9 Renunciatio facta de aliquo iure nõ se extendit ad ius postea quæsitum, et quare.

10 Renunciatio facta de omni iure, quod ad præsens habet, vel habere sperat, non comprehendit, nisi ea, quæ habent causam de præterito, et quare.

11 Renunciatione, vel remissione in generali non videtur remissum ius succedendi ab intestato, nisi id expressè renunciasset, et quare.

12 Iuramentum renunciantis quod habet, vel habere sperat in tali re, quomodo sit interpretandum.

13 Clausula erit restringenda, iuxta qualitatem animi vrentium illa, scilicet solùm ad id, quod quis tunc sciebat sibi deberi.

14 Ignorantia in muliere, minore, et rustico præsumitur, vt inde iurantes, eorum iuramentum eis nõ noceat, vt videantur cogitasse de successione ab intestato.

15 Iuramentum mulieris maioris viginti quinque annorum, an obliget ipsam.

16 Frater dotare tenetur etiam de suo peculio sororem.

THEMA:

Duo fratres germani fuerunt, quorum alter fuit Sacerdos, alter verò contraxit matrimonium, ex quo obtinuit duos filios, & duas filias: præmoriens autem dictus Sacerdos frater, instituit sibi hæredes vniuersales dictos suos nepotes, eos grauando, vt ex sibi relictis bonis dotarent dictas suas neptas cuilibet earum tradendo quandam taxatam pecuniæ quantitatem expressam in dicto testamento in dotem, sub hac tamen conditione, quòd ipsę neptæ renunciassent cuicumque iuri sibi ex hæreditate paterna, materna, fraterna, & ipsius testantis. Post hoc altera neptarum perijt, vnà cum patre, & matre suâ intestatis: quapropter dicti nepotes diuiserunt inter se dictas hæreditates, scilicet patrui, patris, & matris eorum, ac dotem mortuæ sororis, facta tandem diuisione supradicta alter fratrum ad inopiã deuenit, eo q à fisco fuerant eius bona publicata propter quẽdam ipsius excessum. His peractis, reliquus frater dotauit suam superstitem sororem nomine Camillam, ei assignando maiorem dotẽ ea, quàm sibi assignauerat patruus eius, ex cuius traditione illa renunciauit ei omnia iura pñtia, & futura quomodolibet sibi cõpetentia medio iuramẽto, qui frater assignata suę sorori dicta dote emit dicta bona alterius fratris iã cõfiscata

a fisco:

a fisco : tandem rogatus dictus frater emptor a dicto fratre paupere, titulo donationis(etsi fingatur vi, & metu extortæ) tradidit dicto fratri pauperi tringẽtos aureos, quibus mediantibus ille cùm acquisisset non paruam quantitatem bonorum, interfectus perijt ab intestato. Verba verò instrumenti huius renunciationis fuerunt hæc præcisa, videlicet. [omnibus & quibusuis bonis tam paternis, maternis, fraternis, & sororum, quàm Reuerendi Bernardi eius patrui, quãdocunque, & qualitercunque pacto finali de vlterius quicquam non petendo legitima stipulatione, ac iuramento vallato.

Quæruntur modò infrascripta.

Primum, Vtrum dicta renunciatio facta ita generaliter includat succesionem legitimam pro rata in dictis bonis dicti fratris mortui ab intestato, ita vt ipsam renunciantem dicta successione penitus priuet.

Secundum, Vtrum stante inualiditate dictæ renunciationis in casu præsenti, dicta soror teneatur restituere illam quantitatem pecuniæ, quæ(vltra dotem statutam a patruo) sibi fuit assignata a fratre solo intuitu renunciationis.

Tertium, Vtrum frater superstes possit stante inualiditate renunciationis ex bonis dicti fratris mortui ab intestato ante diuisionem faciendam cum sorore, sibi retinere tringentos aureos, quos prætendit vi, & metu donasse dicto fratri suo.

DECISIO XIII.

INVOCATO sanctissimæ, ac indiuiduę Trinitatis numine, & implorato fauore Beatissimę Deiparę Virginis Marię, atque Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti, quàm breuissimo dicendi stilo litteris commendare studebimus, quæ ponderanda occurrunt in decidendis propositis quæstionibus quotidiana & vtili.

Quo ad primum. Firmissimè asseueramus ipsam Camillã nullo iure fore priuandam portione sibi contingente iure ordinario ex bonis dicti fratris mortui ab intestato, non obstante illa generali renunciatione facta medio iuramento per eam, & quòd præsens nostra sententia fulciatur ratione, probabimus sex fundamentis sequentibus.

Primum fundamentum est: Quoniam regula iuris certissima & ab omnibus Doctoribus recepta semper fuit, quòd † iuramentum habeat in se tacitam conditionem si res in eodem statu permanserit, ita vt non sit obligatorium si non permanserit: cum in qualibet promissione

Digitized by Google

iurata ſemper ſubintelligitur (vt diximus) clauſula, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente: quæ quidem regula probatur duplici medio. Primò enim per text.apertiſſimum in c. 2.ext.de renunciat.c.ad noſtram. el ſecondo . c.clericus . & c. cum contingat. & c. quemadmodum de iureiurãdo. Authen.Sacramenta puberum . C. ſi aduerſus vendit.& in l.fin. C. de non numerata pecunia : & per arg.in l. Cùm quis.ff.de ſolutio.cum ſimilibus. Probatur & ſecundò Doctorum communiter cum glo. ſingularibus in dictis citatis iuribus , & vltra eos probatur quoque infraſcriptorum Doctorum auctoritate. nam hoc ipſum docuit Feder. de Senis in conſil.273.& 281. incip. caſus talis, Vitalis de Cambanis in tracta. de clauſulis. cap. de facultate renunciãdi legibus , loquens de inſinuatione in folio 323.in verſi. ſecunda opinio fuit. Boer.in deciſ.204.nu.21.Ioannes And.in c. debitores. extra de iureiur. Guido Papa in deciſ.199. nu.3.& in deciſ.226.num.2.Hyppolitus de Marſil.in l.1.§.fin. nu. 19.verſi.Item appãret.ff. de quæſtionibus.Bart.in l.1. §.& poſt operis.ff.de noui oper.nunc.Bal.in c.cùm Ferrar.col.5.extra de conſtitu. Felinus latiſſimè in c. non nullis col.23.& ſequenti in fi.extra de reſcriptis:& in horum doctorum fauorem fuit tex. in c.ſuggeſtum.ext. de Decimis. vbi priuilegium reuocatur † per nouam 2 cauſam ſuperuenientem.cùm ergo dicta iurata renunciata facta fuerit tempore quo dictus frater mortuus ab inteſtato erat viuus & pauperimus.& ideo dicta Camilla ſperare ipſum diuitem euaſurum , vel aliquid alicuius momenti acquiſiturum . inde ſequitur dictum iuramentum non ſibi obſtare qui poſſit petere partem bonorum illius .

Fundamentum ſecundum eſt, quoniam iuris regula approbatiſſima communiter à doctoribus eſt, quòd iuramentum non † ex- 3 tẽdatur ad ea,quæ ſibi obueniũt ex nouo iure, nec ad ea de quibus non fuerat cogitatum, nec veriſimile fuerit de ipſorum euentu cogitare . Cùm ergo meritò dictam Camillam non potuiſſe cogitare fratrẽ miſerrimum ac pauperimum euaſurum diuitem per ſe pateat.Indè apertiſſimè ſequitur ipſam nõ vinctam vinculo iuramenti ad non petendã dictam bonorum portionem.& quòd dicta regulá ſit veriſſima , triplici medio probabitur. Primò p text. in c.clericus. & in c. ad noſtram. el ſecondo. extra de iureiur. vbi gloſæ ſingulares,& Doctor. communiter. probatur inſuper & infraſcriptis alijs doctorum ſententijs , Albericus de Roſatis enim hoc ipſum docuit in Regula in malis.num.4.ff.de regu.iur.Alex. in ſuo conſ.28.incip.viſis.colum. pen.in fi. vol.1. aſſerens communem eſſe opinionem, quòd renun 4 ciatio † etiam iurata non trahatur ad caſum valde inſolitum & incogitatum : quem Alex.ſequitur Mattheus Grimaldus in ſuo tract.commu.opinio.in verſi. renuncia-

nunciatio etiam iurata. Emanuel Soarez in suo tracta.commu. opinio.in vers,renunciatio etiam iureiurando munita.ad hoc ipsum probandum p optimè facit quod docuit Paul. de Cast. in l. Paulus respondit. ff. de acquir. hæredit.
5 dicens,quòd si filia † cum iuramento renunciasset hæreditati paternæ,& hæreditas paterna po stea deuoluta esset ad filium masculum , qui postea moritur ab intestato, dicta soror non prohiberetur succedere in hareditate fratris , etiam respectu paternorum bonorum: & ita refert consuluisse Oldradum:& ratio secun dum eum est, quia postquàm hæreditas pr̃na fuit adita per fratr̃ desinit esse hereditas pr̃na , & est pars hereditatis fraternæ, vt in l. sed si plures. §.filio. ff. de vulg. & pupil.& in l.1.§.veteres.ff.de acquir.poss. cuius dictum amplecti tur Aretijin dicta l.Paulus.& roborat per textum in l. qui filij. ff. vt indigni. quem textum citauerat ipsemet Pau.de Castro, vbi sup pra)& in l.penultima. §. si hæres. ff.de inofficioso testamento.& in l.si seruo meo.ff.de legat.primo. Ad hoc etiam facit quod docuit Bart. (quem citauit, & sequutus fuit Aretinus in dicta l. Paulus) in l. fin. ff. ad Tertull. vbi dixit, quòd si ex forma statuti filia excludatur ab hæreditate paterna, stante masculo , non prohibetur succedere in hæreditate paterna per mediam personam fratris, qui vniuit eam hæreditati suæ. & idem quoque tenuit Fulgos. in l. quamquam . ff. ad l. Falcidiam. Idem repetijt Aretinus in l. 1. §. veteres. columna prima, versiculo & per hoc arguit hic. ff.de acquirenda possessione . Idem docuit Socinus in dicto §. veteres . columna 1.versic.secundò decidi tur, & sequitur Curtius iunior in consilio 101. numero septimo , versiculo secundò principaliter , & columna quarta, versiculo non obstant etiam . Idem docuit Dida. super quarto libro,titu. de fideicom.in prima conclusione, & ampliatione secunda . Idem Antonius Gabr.in tract.conclu. lib. 6. titu. de regu. iur. conclusione quarta,numero octauo, versiculo tertio limita. Boerius in decisione 62.num.17. Decius multis auctoritatibus allatis in l. hæreditas.in fin.& in l.quoties. numero sexto, & septimo, ff.de regu. iur. sequens dictas doctrinas. Ad hoc ipsum probandum facit quoque quod docuit Specul. libro 4. titu. de testamentis,numero 14. versiculo pone filius fecit.& ibi in addit. Ioannes And. versiculo in fine. Vber. & Bal. in addit. Specul. ibidem probantes , quòd si filius vel filia renunciasset bonis ma-
6 ternis, vel paternis † cum iuramento asserentes se nunquam illa petituros : postea si pater illa eis legat petere poterunt ex noua causa superueniente non cognita ab eis tempore iuramenti. Idem docuit latissimè de dicta filia renunciante Hippolitus de Marsil.in dicta l.1.§.finali.numero 27. versiculo pro quibus optimè facit.ff. de quæstionibus, dicens huiusmodi iuramentum fo-

Digitized by Google

re intelligendum, quòd non petat aliquid ab inteſtato patre, ſecus ſi ex teſtamento tanquam ex noua cauſa ſuperueniente, prout docuit Bal. in l.fin.col.3. verſ.venio ad quæſtiones.C.de pact.Idē docuerunt Imo.& Ludo. Rom.in l.qui ſuperſtites. ff.de acquir.hæred.Bar.in l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. Paul. de Caſt.in l.pactum. C.de collat. Bald. rurſus in c.cum.M. Ferrar. col.5.ext.de conſtitu. & vt multa inſimul complectamur,ibidē ipſe Marſil.idipſum docens multipliciter exemplificat, qui hoc eſt conſonum veritati, ac rationi. Probatur & tertiò præſens ſecundum fundamentum hac ratione, quoniam (vt ex allatis elicitur) in dicta Camilla iurante defuit intentio ſe obligandi in caſu non cogitato,cum nunquam hoc ſperare poſſet,propter miſeriam fratris mortui: Nam (vt peroptimè docuit Thomas nr̄ Grammaticus in deciſ.76.nu.18.verſ.& pariter,
7 nec iuramentum) † iuramentum de iure non poterit extendi vltra intentionem iurantis. vt in l.fin. C. de non num. pecun. & ibi per Doct. Nec de iure obſtare poterit præſenti noſtro ſecundo fundamento doctrina infraſcriptorum dicentium, quòd iuramen-
8 tum operatur, †vt videatur in genere cogitatum, prout docuerūt Bar.in l.ſciendum.col.2.verſ.iuxta prædicta. ff. de verb.oblig. & ibi Rom. col. 7. verſ.terrio & vltimo.Alex.in conſi 27.col.3.verſ. vel vt ibi reſpondet.vol.1.& in l. qui Romæ.§.duo fratres. col.33. ff.de verb.oblig. in verſic.vno ſaltem caſu.Felin. in c.ex reſcripto, col.4.verſ.adde Ludo.ext.de iure iur.Imo.in c.Quintauallis.col.61. in principio, verſ.ſed certè illud. extra de iureiur. Crottus in dicto §.duo fratres col.39.verſi.ſecundò tamen. & Antonius Gabr. vbi ſupra,num.21.verſicu.Tertiò principaliter amplia. Non enim obſtat hęc doctrina,etſi vera in ſe ſit: quoniam non habet locum in caſu à nobis propoſito, cùm in ipſo fallat: vt latius probabimus per ea quę afferentur infra in probationem ſexti fundamenti:vide ergo ibi, & manda memoriæ.

Fundamētum tertium eſt, quo
9 niam renunciatio † facta de aliquo iure, non ſe extendit ad ius poſtea quæſitum: vt docuit Bald. in l.pactum. C.de collat.quem ſequutus fuit Vitalis de Gambinis in tracta. clauſularum. folio 187. col.3.verſi.& dicit Bal.

Et ratio præſentis fundamenti talis reddi poterit, dicēdo,quoniam iuramentum non ſe extendit ad ea,quæ quis ignorat,iuxta ea, quæ leguntur, & notantur in capitulo veniens. el primo extra de iure iurando,& ibi per Doctores,quod & docuit quoque Henricus de Bouenco in ſua repetit. Authen.ſacramenta puberum.ibi octaua eſt illa.C.ſi aduerſus vendit.& faciunt quæ not.in capitulo Quintauallis. extra de iureiurando, prout etiam docuit Guido Papa in conſilio 87. numero ſeptimo,verſiculo nec firmata. & hanc rationem iuri conſonam eſſe fuit probatum per allata in

pro-

probationem præcedentis fundamenti secundi.

Fundamentum quartum est: quoniam renunciatio † facta à dicta Camilla de omni iure quod ad præsens habet, vel habere sperat; non comprehendit, nisi ea, quæ habent causam de præterito, & non de futuro, scilicet ex causa subsistente de præsenti, & non ex causa, quę orietur in futurum: & ratio est, quia de his non poterat cogitare: ad quòd probandum facit tex. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & ibi per Bar. in quæstio. 6. & in l. si vxor. §. Diuus. ff. de adult. & ibi quoque per Bar. quem sequitur, vbi supra Vitalis supradictus. idipsũ rursus docuit Bar. in l. quod seruus. col. vlti. ff. de condit. ob cau. quod & ibi probat per tex. in l. 1. & 2. ff. de statu liber. addens, quòd ista est sola spes, quæ potest cedi, vt in l. spẽ. C. de donat. addiditque quòd in generali renunciatione, † seu remissione non uidetur remissum ius succedendi ab intestato: cuius sententiam sequutus fuit Capicius noster Compatriota in decisione 159. numero decimosexto, verticulo sed ad istam cõsiderationem: dicens ipsam tamen limitandam fore: quando quis expresse renunciasset successioni ab intestato: cum illa successio euenire non possit, nisi ex causa de futuro: prout ipsemet Bar. docuerat in l. 1. in vltimo membro primæ differentię. C. de pactis: dum dicit, ꝙ quando verba renunciationis, vel pacti porrigentur in futurum, hoc modo: si quo tempore res ad me peruenirent etiam ex causa de futuro facio tibi pactum de non petẽdo, vel alia verba similia (quod non contingit in casu nr̃o) tunc renunciatio taliter facta valeret quo ad futura, per tex. in l. si rem meam. ff. de verborum obligatione, & quòd ibi latissimè docuit Capicius ipse. Idem docuit Cacheranus in Pedemont. decisione 75. num. 5. & 9. per l. 1. & fin. nam ibi dixit regulam à nobis allatam esse verissimam: etsi fallat in casu à Capicio proposito (ipsum tamen non nominando) & ratio per eum ibi, est: quoniam verè poterit renũciari successioni ab intestato, scilicet, si quis illi expresse renunciauerit. idẽ in casu nr̃o latissimè docuit Boerius in decis. 147. incip. Christi benedicti. n. 12. sequens Bar. in l. post emancipationẽ. ff. de liber. legat. & in dicta l. si vxor. Idem docuit Felinus in c. si diligenti. ext. de foro compet. col. vlt. versi. Decimò fallit. & dictæ limitationi allatæ à Capicio astipulatur Panormitanus in c. ex multiplici. vbi per omnes Moder. ext. de Decimis. Decius in l. 1. C. de pactis. Bar. Bal. & Salyc. in l. hæredem. in principio ff. mandati, quos citauit ac sequutus fuit Boerius vbi supra nu. 13. in versi. hoc verum nisi. idem rursus docuit Decius in l. pactum ꝙ dotali. in quæst. 16. C. de Collat. Idem docuit ad verbum Hyppolitus de Marsil. in l. 1. §. 1. nu. 22. in versi. Quinimò vnum addo. ff. de quæst. sequens supracitatos doct. vbi supra. & Bar. in l. ꝙ seruus. ff.

10 †

11 †

de

de condict. ob cauſ. & in l.poſt emancipationem.§.1.ff.de liber. leg.& in l.qui cum tuto.la ſęconda,ff.de tranſact.& voluit Bal. in l.ſpem futuræ actionis. C.de donat. & in l. pactum.in quæſt.4. C. de collat. & voluit Petrus de Anchar.in Clem.litteras.de reſcript. & in conſi. ſuo 205. incip. Viſis col.2.Qui omnes dixerunt (vt refert Hippolitus vbi ſupra) quòd ſi
12 aliquis renunciat † cum iuramento iuri , quod habet , vel habere ſperat in tali re,intelligatur quod habere ſperat ex cauſa de præterito:non autem ex cauſa de futuro nouiter ſuperueniente:qa non obſtante tali renunciatione poterit petere ius ſibi de nouo ſuperueniens ſuper tali re.Cũ ergo dictæ Dominæ Camillæ renũciatio reſpexerit præterita,& præſentia iura,& non futura(vt in caſu propoſito)ſequitur dictam renunciationem ſibi non obſtare in caſu noſtro .

Fundamentum quintum eſt . Quoniam regula eſt a Doctoribus approbata,quòd clauſulę ſint
13 reſtringendæ iuxta qualitatem animi illis vtentium,ſcilicet ſolum ad id , quod quis ſciebat ſibi deberi , vt docuit textus in l.tres fratres.ff.de pactis , vel ſcire debuerant. vt in l.quod te. ff.ſi cer. pet.& docuit vbi ſupra Vitalis in tract.clauſularum,fol.188.verſic. item reſtringuntur . & Doctores in citatis iuribus .

Fundamentum ſextum, & vltimum ſit . Quoniam regula iuris
14 eſt,quòd in muliere † minore,& ruſtico ex iuris diſpoſitione prę-ſumitur ignorantia , quapropter ſi iurent,iuramentum non nocebit eis , vt videatur cogitaſſe de dicta ſucceſſione ab inteſtato , ita quòd voluerit eidem per illa verba generalia renunciare : niſi ſpecialiter dixiſſet ſe renunciare ſucceſſioni ab inteſtato (vt ſupra aliquo pacto probauimus) quam regulam,vt veriſſimam amplexati fuerunt infraſcripti Doct.videlicet Bal. in rubr. extra de rerum permut. verſic. item quòd donatio.in fine.& in c.1.§.Item ſacramenta. De pace iuram.firm. Calderinus in ſuo conſilio 8. ſub titulo de iureiur. Antonius de Butr. in conſi.46. incip.Iuris rigor. & in conſi.170. incip. Videtur prima facie. Panormitanus in conſi. 8.incip.Laurentia mulier, vol.2. & in conſi.107.incipien.quatuor ſunt in dubio ſecundo , volum.2. Pau. de Caſt.in conſi.177. incip. Contra ſupra ſuperius conſulta. Aretinus in conſi.33. col. fi. verſ. ſecundò dicimus , & in conſi.92. incip.Viſo legato.Thomas Grammaticus in deciſ.76.nu.11. Idem & apertius in caſu noſtro ſingulariter docuit Imo.in c.Quintauallis. col.61. verſic.quid igitur dicendum.extra de iureiuran.Idipſum elicitur ex doctrina infraſcriptorum Doctorũ,videlicet,Gloſ. in l.2.C.de reſcind.vendit.vbi & Bar.in col.2.verſic. quæro quid ſi minor , & ibi Bald.in quæſt.9. & ibi Pau.de Caſtr.col.pen. Salicetus ibidem. col.4. verſic. vndecimò.Glo.in c.cum cauſa.& ibi Panorm.col.fin.& Imo.ibidem. col. 5. & 8. extra de empt. & vendit.

Fran-

Digitized by Google

Franciſcus Curtius in conſil. 53. col.3.& ſeq.Calcan. in conſil.27. col.4.Corn.in conſil.189.volu.3. & in conſil.11.col.5.& 7. volu.4. & in conſi.179.col.pen. & conſil. 13.col.fin.& in conſi.258.col.penulti.vol.4.& in conſi. 124.vol.3. & in conſi.188.col.antepen. volumi.3.Alexan.in conſi.89.col.4.volu.2.& in conſi.127.volu.2. Iaſon in conſil.133. col.10. volu.4. Aymo.in conſ.142.col.6. & in conſ. 192.col.2.Ruin.in conſi.135.col. pen.volu.1. Bertran.in conſil.47. col.penul.vol. 2. & in conſil. 72. col.3.& in conſi.232.volu.2.& in conſil.15.col.fi. volu.3.& in conſil.97.col.3.vol.3.& in conſi.225. col.4. & in conſi.326.col.5. & cõ ſil.291.col.2.in fi.volu.3.& in cõ ſil.238.col.2.vol.2. Boer. in deciſione 152.verſi. & in homine valde ſene: Idem rurſus Bertran. in conſi.186.vol.1.Antonius Gabr. in tracta. concluſionum,libro 3. concluſio.prima,nu.83.verſi. primò ſublimita. Nec obſtat veritati preſentis fundamẽti limitatio, quam affert Alex.in conſi.42.col. pen.verſi.pro hoc etiam allegat. volu.1. & Iaſon in conſil.76.in fine volu.1.dicendo,quòd iuramẽ
15 tum mulieris † maioris 25. annorum, ipſam obligat ad ſui obſeruantiam : eo quòd videatur cogitaſſe de tali re futura. Non enim inquam obſtat: tum quia dicta domina Camilla erat tempore lati iuramenti longè minor annorum 25. tum etiam, quia contra talem ſententiam tenuit Corneus in conſil.124.vol. 3. & Marianus iunior in conſilio 116. colum.2. volumine ſecundo.

Circa ſecundam quæſtiunculã propoſitam aſſeueramus, q̃ cùm dictam donationem quantitatis pecuniarum excedentis quantitatem pecuniæ dotalis legatam ipſi Camillæ ab eius patruo, nullo pacto poſſit (propriè loquendo) donationem ſimplicem & gratuitam dici,ſed potius tranſactionẽ factam cum dicta Camilla,ſeu(vt magis propriè loquamur)ẽmptionem: eo quòd dictus frater (cui hoc promiſerat) illa quantitate excedente legatam à patruo dotalem pecuniæ emerit omne ius, quod dictæ Camillæ illucuſq; ex quocunque titulo competere potuiſſet tam in bonis paternis,maternis,patrui,ac ſororis præmortuorum. Inde conſequens fit, q̃ ĩ traditione huiuſmodi dotis excedentis ſummam pecuniæ dotalis relictæ ab eorum patruo,interuenerit ex parte dicti fratris illã dantis dictæ Camillæ, emptio,& ex parte dictæ Camillæ venditio cuiuſcunque iuris ſibi competentis ſupra dicta bona. Cùm ergo interfuerit emptionis contractus & venditionis,& non donationis conditionalis : quis ſine rubore poterit negare,quòd nullo pacto poterit d.Camilla obligari ad reſtituendam dictam excedentem quantitatem pecuniæ fratri ſuo huiuſmodi renunciationem recipienti? eo magis quoniam fra-
16 ter de iure tenebatur † ipſam dotare etiam de ſuo peculio ſecundum conditionem tamen ipſius: vt latiſſimè probauit in ſuo conſilio Do.Guido Antonius Rubellinus.

Digitized by Google

7 *Substitutus admittetur ad assequendam hæreditatem eius, qui aliquem hæredem instituit nondum natum, si in pupillari ætate fuisset mortuus etiam si talis hæres institutus unquam fuisset natus, & quare.*

8 *Institutus cõpendiosè si decesserit vivo testatore instituente, is, qui ei erat substitutus admittetur ex vulgari tacita specialiter, & expressa generaliter contenta in compendiosa. & quare.*

9 *Dispositio testatoris de iure recipit eam interpretationem, quam verisimiliter feciſſet ipse testator, si interrogatus fuisset, quoad eum casum, qui non sit ex toto ommissus, sed aliquo modo comprehensus sub natura dispositionis.*

10 *Testamenti pars vna venit declarãda per aliam, & quare. Quapropter si in testamento reperiatur aliquod verbum æquiuocum, vel commune, puta, substituo, in vna parte testamenti erit interpretandum, prout reperitur clarè positum in alia parte eiusdem testamenti.*

11 *Testatorem eo modo, quo aliquos instituendo dilexisse comprobatur, eodem modo censendum esse dilexisse substituendo, probatur.*

12 *Substitutus secundo loco habebitur pro substituto primo loco, si nunquam natus fuit, qui substitutus fuerat primo loco, ita quòd succedet instituto morienti sine filijs.*

13 *Filia granata restituere hæreditatẽ si sine filijs decedat, poterit statim in vita, et in morte disponere de sua legitima, ideſt de tertia parte valoris bonorũ hæreditatis, & de quarta parte (vltra dictam tertiam) adueniente conditione, propter quem tenebatur hæreditaria bona restituere, & quare.*

14 *Mater succedens filio granato restituere hæreditatem per fideicommissariam substitutionem recipiet de iure legitimam, & trebellianicam, ideſt tertiam & quartam partem bonorum hæreditatis.*

15 *Emptor tertiæ & quartæ partis bonorum hæreditatis, quam sibi vendidisset filius granatus hæres institutus vniuersalis, erit tutus in vtroque foro, & non poterit de iure pro ipsis molestari à fideicommissario: secus erit dicendum si emisset à filio non vniuersali hærede, sed solum in re certa: quia tunc non poterit disponere, nisi de sua legitima.*

16 *Bonorũ in quarta parte, quę debetur granato hæredi non computabũtur fructus interim ex hæreditarijs bonis perceptis ab ipso, sed nec in tertia propter legitimam, quæ solum debetur filio granato.*

THEMA.

Magnificus Antonius Gentilis condens vltimum suum testamẽtum inter alia his præcisis verbis ibi vsus fuit, videlicet. [Reliquorum omnium bonorum hæredes suos vniuersales instituit, & esse voluit Magnificos Antonium Spinulam, & Thomam Lomellinum, quos tamen rogauit, vt quatenus Virginia filia ipsius testatoris modò nupta Ioanni Dominico efficeretur, & remanet vidua: debeant dictus Antonius,

&

Digitized by Google

& Thomas dictam hæreditatem reſtituere prædictæ Virginiæ, quam tali caſu hæredem inſtituit, ſub tamen modis, & conditionibus, ac ſubſtitutionibus, & alijs inferius dicendis: cum hac etiam declaratione, quòd dictus Antonius, & Thomas interim habeant omnem vſumfructum: adeo vt adueniente caſu, & tempore reſtitutionis dictæ hæreditatis prædictæ Virginiæ, reſtituant, & reſtituere debeant tantummodo ſortem, ſeu capitale prædictę Virginiæ, non autem fructus. Quam Virginiam, eo caſu, quo remaneret vidua, hæredem inſtituit cum conditione, quòd quatenus ipſa decederet relictis tantummodo filijs ex dicto Ioanne Dominico, tali caſu de prouentibus, ſeu penſionibus dictorum bonorum reſpondeantur annuatim poſt vitam dictæ Virginiæ filijs prædictę Virginiæ, in eorum filiorum vita tantum, & non vltra. & poſt filiorum vitam prædicti prouentus dentur, & ſoluantur dicto Antonio, & eius deſcendentibus: etſi deceſſiſſet ſine filijs ſoluantur fratribus dicti Antonij, & ſeu eorum deſcendentibus, etiamque & dicto Thomæ, & poſt eum eius deſcendentibus: & quatenus decederet ſine filijs dentur in totum, vel ſoluantur in perpetuum dicto Antonio, & eorum deſcendentibus in perpetuum: & hoc in euentum, quòd dicta Virginia deceſſiſſet non relictis alijs filijs, niſi ex dicto Ioanne Dominico, quibus ſolui voluit, prout ſupra, non autem aliquibus eorum ſucceſſoribus: Verum ſi dicta Virginia ſecundo loco, aut tertio nuberet, & decedens relinqueret filios ex prædicto ſecundo viro, vel tertio: eo & tali caſu prædictam Virginiam hæredem ſuam inſtituit ſolam, & inſolidum: ita tamen quòd poſt eam prædicti alij eius filij ex ſecundo, ſeu tertio marito, non autem in aliquo filij ex dicto Ioanne Dominico, quibus nihil vltra dari voluit, niſi prout ſupra, & in reliquis eos priuauit omni meliori modo. Quatenus vero prædicti filij dictæ Virginiæ, ſi qui ſuperuiuerent, & alio ſeu alijs matrimonijs, prout ſupra decederēt omnes intra ætatem annorum vigintiquinque ſine filijs: eo & tali caſu prædicti prouentus, ſeu penſiones dentur, & ſoluantur prædictis Antonio & Thomæ hæredibus prædictis in omnibus, prout ſuperius expreſſum, & declaratum fuit, in perpetuum. & ſic prout ſupra inſtituit, ſubſtituit, voluit, & ordinauit, & diſpoſuit omni meliori modo, &c.

Quæritur modò, an dicta Virginia relicta vidua ſine filijs poſſit teſtari de huiuſmodi bonis paternis, nec ne, aut ſolum de legitima.

DECISIO XIIII.

RESPONDETVR ipſam Virginiam non poſſe teſtari nec aliter diſponere de dictis bonis paternis: ſed ſolum de legitima, qua priuari non poterat a ſuo patre teſtatore virtute ſtatuti Ciuitatis Ianuenſis, cuius ciues eſt pater teſtator, etſi potuiſſet priuari bonis alijs paternis non obſtante iuris communis

munis diſpoſitione in §. Aliud quoq; capitulum. Authen. vt cùm de appellat. cognoſ. & ibi communiter per Docto. vbi habetur
1 patrem non poſſe † exheredare filios niſi legitima de cauſa expreſſa in teſtamento, quod ſi feciſ ſet, filij ſuccedent ei ab inteſtato. & quòd de iure non poſſit de ipſis diſponere, probatur ſubſequentibus veriſſimis fundamentis videlicet.

Primum fundamentũ eſt, quoniam regula eſt iuris, quòd in vltimis voluntatibus, vbicumque de aliqua re controuerti contingat, ſemper & ante omnia ipſius
2 teſtatoris † voluntas attendi debebit. vt in l. non aliter. ff. de leg. 3. cum ſimilibus, & eſt communis regula, vt atteſtatur Pariſ. cõſil. 41. nu. 15. lib. 2. & conſi. 12. nu. 6. vol. eodem, & conſi. 78. nu. 16. eod. vol. & conſi. 90. num. 10. vol. eo. & conſi. 23. nu. 9. lib. 3. & conſ. 25. nu. 31. eod. vol. & conſi. 53. nu. 10. eo. vol. & hanc regulam dicit eſſe ab omnibus approbatam Socinus iunior conſi. 110. num. 10. lib. 3. Immo in tantum eſt vera hæc regula, quòd dicẽdum quo-
3 que ſit, quòd voluntas † teſtatoris pro lege habẽda ſit, prout docuit textus vulgatiſſimus in §. diſponat. in Authen. de nuptijs. cũ ſimil. intelligendo hanc regulam procedere ſolùm in his, quæ merè ab ipſius teſtatoris voluntate dependent. Nam non poſſet facere teſtator quin leges non habeãt locum in ſuo teſtamento, vt peroptimè docuit inter alios Iulius Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 61. Quapropter non ſolùm erit attendenda in vltimis voluntatibus expreſſa teſtatoris voluntas, verùm etiam & illa, quæ ex coniecturis colligitur. vt docet textus in l. cùm proponebatur. in fine. ff. de legat. 2. & eſt communis regula, vt dicit Decius in l. 1. poſt nu. 4. C. de collat. & ratio eſt, quoniã
4 diſpoſitio † omnis recipit interpretationem in caſu omiſſo a veriſimili mentis diſponentis, & prout eſt veriſimile diſponentem fuiſſe reſpõſurum ſi fuiſſet interrogatus: hoc idem expreſſiſſet, prout docuit glo. fin. in fine. verſ. item nota. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis, quæ quidem regula verificatur peroptimè in vltimis voluntatibus, prout docuit text. in l. cùm res. ff. de legat. 1. & in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthum. & in l. fin. C. de poſthu. hęred. inſtit. quam regulam amplectantur tanquam veram. Angel. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. colum. 3. verſic. fallit etiam. ff. de liber. & poſthum. Petr. de Anchar. in conſil. 339. in fine. verſ. pro hoc optimè, & conſil. 336. verſic. facit quod not. Alex. in cõſil. 66. col. 1. in fine. verſic. ſi ergo iſto caſu. volum. 2. & in conſil. 142. col. 3. verſ. nam idem teſtator. vol. 2. Iaſon in conſil. 208. col. 2. verſic. ſecunda ratio eſt. volum. 2. Claud. in l. mulier. in fine. ff. ad Trebell. Hyppol. de Marſil. in l. ſed ſciendum. col. 2. verſ. Item ſcias. ff. ad l. Pompe. de parric. & in l. ſi quis viduam. col. 3. nu. 11. verſic. & iſtud non ſolùm. ff. de quæſt. Bertran. in conſi. 134. col. 1. verſic. pro qua regula.

by Google

quoque nostræ responsionis) in l. fi.C.de institutio. & substitu. Vbi hęc ad verbũ habentur, videlicet. [Cùm quidam pręgnantem habe ret coniugem scripsit hęredem ip sam quidem suam vxorem ex par te, ventrem verò ex alia parte, & adiecit: si non posthumus natus fuerit, alium sibi hæredem esse: Posthumus autem natus impubes decessit: dubitabatur quid iuris sit. (Imperator ait respondens.) Nos itaque substitutionem quidem in huiusmodi casu, vbi posthumus natus adhuc impubes vi ua matre decesserit, respuendam esse censemus: Tunc autem tantummodo substitutionem admit timus, cùm posthumus minimè editus fuerit: vel post eius partũ mater prior decesserit.] hæc ibi. Vbi per Doct. & quòd largissima fiat interpretatio in substitutionibus docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Iason plenè post Aretin. in l. 1. ff. de vulgar. & pupillari. Ludou. Roman. in consilio 480. incipien. In casu propositæ consultationis. Decius in l. precibus, versiculo & in quantum postea magister meus. C. de impuberibus, & alijs substitut. Quapropter pupillaris substitutio secundum Iasonis opinionem & communem, quam refert, & sequitur Boerius in decisione trigesimaoctaua, numero decimoquarto, versiculo sed quia. substitutio facta in casum si pupillus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, extendetur ad alium casum, quo non erit hæres si moriatur in pupillari ætate, & remittit se ad dicta per eum in dicta l. 1. in quarta quæstio. Bart. secundi effectus vulgaris. columna decimaquinta. Vbi etiam tenet in illa quæstione si pupillus, cui pater similem fecerat substitutionem, si hæres erit, infra pupillarem ætatem decesserat, quòd admittatur substitutus: siue pater prouidere potuit, siue non: & ista est communis secundum Imol. Alexan. Aretin. & Iasonem in dicta l. 1. & sic ex tacita vulgari succeditur, licet expressa pupillaris sit extincta, secũdum Doctores ibi. & hoc tenet etiam Rainut. de Forli. in tract. substitu. Volens, quòd si pater habebat vxorem prægnantem, & dicit filium nascitũrum hæredem mihi instituo, etsi hæres erit in pupillari ætate decesserit, substituo Caium, & filius non nascitur, an substitutus admittatur, & videtur, quod non: quia substitutio 7 fuit concepta eo casu, quo nasceretur, & in pupillari ætate decederet: sed in eo casu, quo non nascatur, testator non disposuit. Nihilominus secundum Rainutium (quem citat, ac sequitur Boerius vbi supra) admittitur substitutus, licet filius non nascatur. & hæc sententia comprobatur vera per bonum textum in l. ab exhæredati. §. finali, & ibi Ioannes de Imo. ff. de legat. primo. Vbi pupillaris substitutio facta posthumo comprehendit etiam tacitam pupillarem posthumo non nato. Nam in dicto § hæc habentur, videlicet. [Cum a posthumo ita legatur: si hæres erit: & non

nato posthumo substituti adeant legata debere eos existimandum est, quæ ille, si viueret debiturus erat.] hæc ibi. Idipsum docuit And.Barbat.in capitulo Rainutius. columna trigesimaprima, in materia substitutionis vulgaris. Idem iudicium in casu compendiosæ substitutionis,prout est hæc substitutio (de qua fit sermo) docuit Iason in dicta l. prima, quæstione quarta, citans ad hoc Cardinal.Zabarel. ita tenentem in dicto capitulo Rainutius. & verum dicit, qui in quæstione trigesimanona, allegat etiam Baldum ita tenentem in dicta l. precibus. Volentes, quòd si institutus compendiosè
8 † decedat viuo testatore, ꝙ alius ei substitutus ex tacita admittatur: & in terminis singulariter docuit Corneus in consilio 297. volumine primo, & in consilio 138. littera A. volumine quarta. Idem singulariter Baldus innititur in consil.464.incipien. Quidam Nicolaus. volumine secundo. Vbi erat casus, quòd quidam Nicolaus hæredem fecit vniuersalem filiam suam, & si casus accideret filiam hæredem sine hæredibus filijs decedere, voluit bona venire ad vxorem suã. Decessitque filia viuo patre, tenet, quòd substitutus admittatur ex vulgari specialiter tacita, & expressa generaliter contenta in compendiosa,& hoc ibi probat, additque ita se pluries consuluisse. & hoc eius doctrina reperitur ad verbum in consi. 455. volumine quarto. Idipsum docuit latissimè Boerius vbi supra. Idipsum perpulchrè docuit Dinus in suo consilio quarto. Idem Cassadorus in decisione prima, numero quarto,titulo de testamentis,citans ad hoc Bart.& Alexan. in l.iam hoc iure. ff. de vulgari & pupillari, qui ibidem. numero quinto, versiculo tamen cum substitutio. dixit,quòd cum substitutio debeat habere necessariò vnam conditionem, propterea si testator substituat in eum casum, vel euentum, conditionem illam de necessitate ponit: ideo non videtur excludere alium casum,prout docuit Bart.in d.l.iam hoc iure.

Et quòd mens testatoris (de quo agimus) fuerit, quòd hæreditaria ipsa bona peruenirent ad Antonium in casu, quo Virginia non habuisset filios ex secundo matrimonio: vel si habuisset, illi ante vigesimumquintum annum siue filijs decederet per supra citata præcisa verba ipsius patuit, si ergo voluit priuare illis suos nepotes tanquam quid filiæ, quare non & filiam, etsi dicti nepotes nati non sint: ex tacita ergo mente testatoris aliquo pacto ab ipso ex supra insertis verbis patefacta apertissimè colligitur ipsum voluisse in tali casu solùm instituere propriam filiam vsufructuariam, vita sua durante, dictorum bonorum post eius mortem restituendorum dicto Antonio, & cæt. vel eius descendentibus vsufructum in perpetuum, & quòd dispositio † testatoris recipiat de
9 iure

iure eam interpretationem, quã veriſimiliter feciſſet ipſe teſtator ſi fuiſſet interogatus, quo ad eum caſum, qui non ſit ex toto omiſſus, ſed aliquo modo comprehenſus ſub natura diſpoſitionis, (prout in caſu noſtro) docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet, Bald. in l. 1. columna finali, verſiculo ſed pro glo. C. de his qui ante apertam tabulam; Alberic. de Roſat. in l. tale pactum. §. fin. verſicu. in vltimo argumento. ff. de pactis. Socin. in l. cùm auus. columna 71. verſiculo ſi verò volumus. ff. de condictione, & demonſtratione. Decius in conſilio 367. columna ſecunda, verſiculo non obſtat ſi dicatur. Pariſ. in conſilio 89. columna penultima, verſiculo tamen omnia iſta, volumine ſecundo. & conſilio 82. columna ſexta, in fine, verſiculo nec iuuat dicere, volumine ſecundo, & in conſilio 35. columna ſecunda, verſiculo ſi enim coniecturæ. volumine tertio. & conſilio 41. columna tertia, verſiculo & hoc modo, volumine tertio. & in conſilio 63. columna penultima, verſiculo prout mihi faceret. volumine tertio. Grat. in conſil. 219. columna tertia, verſiculo item procedit, volumine.... Ruin. conſilio 74. columna quarta, in fine, & ſequenti verſiculo non obſtat etiam, volumine primo, & conſilio 177. columna finali, verſiculo quia ergo, volumine ſecundo, & conſilio quarto, columna ſecunda, verſiculo nec etiam obſtat, & conſilio 79. columna finali, verſi. & propterea ſuccedit, volumine tertio, Galliaul. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, numero 20. verſiculo ſecunda ſit concluſio, ff. de liberis & poſthumis. Gabr. in tract. concl. lib. 6. titu. de regu. iur. concluſione 10. num. 7. verſiculo primò limita præcedentem ampliationem.

Fundamentum tertium eſt:
10 quoniam vna † parte teſtamenti per aliam declaratur, prout communiter Doctores ſemper docuerunt, teſte Emil. Ferret. in l. qui filiabus. in princ. nu. 4. ff. de legat. primo. & ratio eſt, quoniam regulariter mens teſtatoris præſumitur fuiſſe in vna parte teſtamenti, quæ fuit in alia, prout docuit Barto. in l. Centurio. colum. 9. verſiculo vel quid ſi in precedentibus. ff. de vulgari, & pupillari, quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Socin. iunior in conſ. 101. nu. 7. lib. 1. & Iul. Clarus. in §. teſtamentum, q. 76. verſ. tertia regula. Idem docuit Pariſ. in conſ. 73. nu. 48. lib. 2. & in conſi. 72. lib. 4. quem refert ac ſequitur Emanuel Soarez in tract. commu. opinio. in verſ. teſtamento. nu. 73. ex qua regula optima ſubintulit Barto. in d. l. Centurio. quem communiter ſequuntur Doct. vt dicit Pariſ. in conſi. 73. num. 48. lib. 2. & conſi. 86. nu. 55. eod. vol. & in cõſ. 72. nu. 42. lib. 4. & docuerunt q̃plurimi alij Doctores per nos citati in ſupradicto conſilio quarto, fundamento tertio per totum fol. 174. vt refert Iulius Clarus vbi ſupra, quòd ſi in teſtamento reperiatur aliquod verbum æquiuocum, vel commune, puta ſub-

ſtitutio, in vlia parte teſtamenti debebit illud verbum interpretari, prout reperitur clarè poſitum in alia parte teſtamenti: at quoniam verba illa in teſtamento inſerta: [quam Virginiam eo caſu, quo remaneret vidua, hæredem inſtituit] aliquibus poſſent videri æquiuoca, ita quòd poſſet ex illis elici teſtatorem voluiſſe ſimpliciter inſtituere hæredem ſi remanſiſſet vidua ſine aliquo filio tam ex primo, quàm & ſecundo vel tertio matrimonio: quapropter dictis auctoritatibus reperiuntur confuſi: eo quòd non poterit negari quin veniant declaranda dicta verba, prout ipsũmet teſtatorem interpretatum fuiſſe patuit ex tenore clauſulæ ſtatim ſubſequutæ, videlicet, [cum conditione ꝙ quatenus, etc.] quòd volens confirmare verbis apertioribus in fine ſubintulit [quòd ſi aliqui ex filijs dictæ Virginiæ nati ex ſecundo matrimonio ſuperuiuerent: ſcilicet, poſt mortem Virginiæ: & poſtea infra ætatem 25. annorum decederent ſine filijs, tunc huiuſmodi bona hereditaria, in quibus fuerat ſubſtituta, & ſimul inſtituta in caſu viduitatis ipſius Virginię, deuoluerentur ad ipſos Antonium, & deſcendentes, &c.];

Fundamentum quartum eſt, quoniam communis cõcluſio Doctorum eſt: ꝙ eo modo, quo teſta
11 tor † comprobatur dilexiſſe aliquos inſtituẽdo, eodẽ modo cenſendus erit dilexiſſe ſubſtituẽdo eos: prout docuerunt infraſcripti Doct. videlicet Curt. iun. in cõſi. 91. nu. 8. Idipſum docuit Michael Graſ. in ſuo tract. cõmu. opin. verſic. ſub rubr. de ſubſtitutionib. q. 81. n. 9. verſ. alia quoq; dat regula. At qm̃ teſtator (de quo eſt ſermo hic) in princ. ſui teſtamẽti inſtituit heredẽ Antoniũ, & alios, & ſecundo loco filiam, cui denuo ſubſtituit ipſummet Antoniũ inſtitutum: Inde ſequitur ipſum teſtatorem tali ordine vtendo voluiſſe oſtendere, ſe magis dilexiſſe Dm̃ Antonium, quàm filiã, ac per conſequens in caſu, in quo nõ haberet filios voluerit dicta bona hæreditaria deuolui ad ipsũ Antoniũ, & alios in teſtamento eodem inſtituros & ſubſtitutos heredes: cùm d. filia nunquàm habuerit filios. Quapropter meritò de caſu propoſito dicendũ fore vr̃, ꝙ dicitur ab infraſcriptis Doctoribus de caſu ſimili proponẽdo ſtatim pp identitatem rationis ex præſumpta teſtatoris voluntate. Sciendum ergo, ꝙ qñ teſtator inſtituiſſet filium naſciturũ, etſi in pupil. ætate vel poſtea qñcunque deceſſerit ſubſtituat alium filium
12 ſecundò naſciturum † etſi is quoque in pupil. ętate, vel poſtea qñcunq; moriatur, ei Titium ſubſtituat, poſteaq; cõtingat ex vxore vnũ naſci poſthumum, licet ſecũdus non naſcatur, tñ ſi poſt in pupillari deceſſerit Titius ſecundò ſubſtitutus ex tacita vulgari, cui⁹ virtute primo filio ſubſtitutus erat eodẽ caſu, quo ſecũdus ei fuit ſubſtitutus. Doctores ergo hoc aſſerẽtes ſunt Bal. ĩ l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. & cõem opin. dicit Zãch. ĩ l. hæredes. §. cũ ita, ff. ad Trebell.

bell. contra Oldra. consil. 177. & hanc indubiam appellat Franc. Marzar. consilio primo, numero quarto, secundum quam iudicatam fuisse in curia Romana. dicit idem in epitome fideicommiss. quæstione decimatertia, parte secunda. communem refert Bursatus in consilio 19. numero 13. volumine primo, & Oldr. sententiam falsam esse dicit Moder. Paris. in addit. ad Alex. consi. 1. nume. 10. volum. 1. & in consuetu. Parisienſ. §. 120. & hanc opinionem dicit se habuisse de facto, & quòd vidit ita seruari dicit Alber. de Rosat. summus practicus in l. 1. ff. de vulgar. & pupillar. & Crassus contra Scæuolam in clarissima mar. curij causa apud centum viros summo concursu hominum, & incredibili expectatione Romæ defendit & obtinuit, vt retulit Cicero in oratione pro Cecinna, quos refert ac sequitur Michael Grassus in tracta. commu. opin. titu. de substitutionibus. quæst. 81. numero 6. versic. ex his quoque.

Nouissimè occurrit dicendum, quòd etsi de iure fuerit probatum dictam Virginiam tãquàm fideicommissariam nõ posse disponere de omnibus bonis paternis, quorum vsumfructum post incursam viduitatem possedit iure institutionis factæ sibi sub supradictis conditionibus, à proprio patre testatore,
12 cùm fuerit grauata † à patre de illis restituendis dictis Antonio & alijs, vt in testamento latius in casibus supradictis: poterit nihilominus de iure disponere per testamentum, & aliam quamcumque dispositionem de sua legitima, idest, de tertia parte valoris dictorum bonorum, quæ fuisset assequuta de bonis omnibus paternis, si pater eius fuisset mortuus ab intestato, vt docet textus in Authentica Nouissimè. C. de inofficioso testamento, & ibi communiter per Doctores, cùm ipsa à patre suo non potuisset illa priuari, non existente causa rationabili expressa in testamento: poterit quoque disponere de quarta parte, detrahenda de dictis reliquis bonis ratione Trebellianicæ, quæ sibi competit ex restitutione talium bonorum faciendà dictis Antonio, & alijs, prout apertissimè quoque docuit textus in capitulo Rainaldus. §. dilectus, & in capitulo Rainutius. §. cum autem, & §. in eo vero. extra de testamentis, vbi dicitur posse disponere de dicta tertia parte, quam vocat legitimam portionem de iure naturæ, & quartam per Trebellianum. & in l. contra. C. ad Trebellian. & apertius in l. Marcellus. §. item Pomponius. ff. ad Trebellian. vbi habetur, quòd rogatus restituere hæreditatem deductis legatis, quartam detrahit tam de legatis, quàm de hæreditate. & ibi communiter per Doctores, cum textus sit apertissimus. Idem docuerunt & infrascripti Doctores in terminis quæstionis nostræ loquentes, ac dicentes hanc eandẽ esse cõmunem Doct. sententiã, videlicet Alex. in

consi. 139. incip. eleganter. lib. 1. Franciscus Turzan. in tract. commu. opin. in opinione 142. quin & cùm non pure, sed diuersis tẽporibus hæreditatem (vt in casu nostro) restituere iubentur : tum legitimam ipsorum portionem, tum Trebellianicam Pontificio supradicto vbique obseruando, communem affirmat Mattheus de Afflicto Compatriota noster in decis. 367. num. 4. qui doctor singulariter ac breuiter dixit, qꝑ hæc hodie sit communis sententia doct. quòd heres institutus sub conditione, statim poterit detrahere suam legitimam, & adueniente conditione detrahet quartam Trebellianicam : vt docuit glo. dicti c. Raynutius. & c. Rainald. extra de testamentis, & ibi communiter per Doct. quam conclusionẽ docuerunt quoque Alex. in l. in ratione. §. Quod vulgo. ff. ad Trebell. & in l. Cohæredi. §. cùm filię. ff. de vulgar. & pupill. & ibi Ang. Ioannes de Imo. & Iason, qui Iason idipsum docuit in Authent. res, quæ. C. commu. de legat. & fideicommis. Bar. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento: & in l. quamquam. ff. ad l. Falcid. & in l. 1. §. fi. ff. si cui plusquàm per. legem Falcidiam. Bal. in l. filium quem. C. famil. hercis. Petrus de Vbaldis in dicto c. Raynaldus, & iterum Alexan. in cons. 43. circa finem. vol. 2. & diffusiùs in eod. volum. consil. 142. & consi. 160. col. 2. & vol. 3. & addit ibidem Afflictus, quòd si
14 matre† succedet filio sic grauato deberetur sibi legitima & Trebellianica, idest pars tertia et quarta hæreditatis, nec non & fructus illuc vsque perceptos post mortem testatoris : & qꝑ ita in regio Consilio Neapolitano fuerit conclusum. Vrsillus ibidem in annotatione eiusdem decisionis 367. Afflicti. nume. 7. idipsum docuit asserens hoc ipsum, quod docuerat Afflictus, docuisse tex. in l. quamquam. C. ad l. Falcid. Ang. in consi. 287. incip. Pro clariori. Rom. in consi. 238. incip. in hac re. & Decius in consil. 55. incip. in causa. nume. 8. & in consi. 102. incip. vt petens. nu. 7. vbi addidit, quòd filius sic grauatus si disposuerit etiam in vitá sua de ipsa legitima, & Trebellianica, seu de bonis hęreditatis non excedentibus valorem legitimæ & Trebellianicæ, non obstante fideicommisso: em-
15 ptor talium bonorum † erit securus. Idem docuit Alex. in consil. 178. vol. 5. Iason in consi. 89. col. 3. vol. 1. & in cons. 171. vol. 4. quos citauit Ric. in consil. Decij 236. fuit etiam sequutus Purpura. in l. 1. in fi. C. de pact. Cotta in memoriali in versic. filius grauatus, vbi perpulchra attulit, & Docto. sententijs confirmauit, addens hoc fore intelligendum de filio, qui vniuersalis hæres fuisset institutus (vt in casu nostro) secus de hęrede solùm in aliqua re certa, qa tunc disponet solùm de legitima prout eleganter docuerat Bal. in l. filium quem. colum. 10. verf. sed hic qnæro præsupposita. C. famil. herciscun. vbi asserit hoc ipsum sępius consuluisse : quem Bald. sequitur Franciscus Cremensis in not.

not.73. incip. Filius post mortē.
16 adde, quòd huiusmodi † quarta Trebellianica nunquam minuetur ex fructib.interim perceptis, communem esse Doct. sentētiam astipulatur Paris. in consilio 126. nume.33. lib.1. Picus in l. quartam.nu.10.ff.ad l.Falcid.& Franciscus Viuius in lib.1. opin.133. quos refert ac sequitur Emanuel Soarez in tract.commu. opin. titu.de Trebellianica quarta.num. 309.versic.Trebellianicam quartam. Idipsum docuit Cassadorus in decisione secunda, titulo de testamentis asserens ita fuisse decisum in Rota curiæ Romanæ. Addens, quòd Angelum consi. 124.incip. Zolus,col.vltima. idē docuerit asseuerans, quòd fructus percepti non erunt computandi in legitima, neque in Trebellianica, quo ad liberos primi gradus,prout etiā docuerat Bar. in l.quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l.Falcid.Idem docuit Bart. Socinus in consi. 80. num.5. volum.1.

Hæc est mea sententia decisiua.

Ego D.Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Aedificans aliquod altare in aliqua Ecclesia,quando dicatur habere ius patronatus in eo,et beneficium Ecclesiasticum dicatur fuisse erectum.*

2 *Ecclesiæ omnes cum suis dotibus esse debent in potestate Episcopi loci illius, vbi ipsæ Ecclesiæ fuerunt erectæ.*

3 *Beneficij Ecclesiastici in erectione, quæ requirantur.*

4 *Ecclesia Plebanalis poterit possidere,et tenere Capellam positam in suo Plebanatu,non ponendo ibi Rectorem, sed Capellarum, qui eam officiet: quia huiusmodi Capellæ cedent in vtilitatem Ecclesiæ Plebanalis.*

5 *Capella erecta in aliqua Ecclesia nō dicetur beneficium Ecclesiasticum, nisi auctoritate Episcopi fuerit fundata,et in titulum perpetuum fuerit tradita.*

6 *Capellæ erectæ sine Episcopi auctoritate poterunt ab ædificantibus, quibuslibet conferri sine consensu Episcoporum, vt eis inseruiatur in Missarum celebrationibus.*

7 *Prælatus solus sine consensu Capituli,an possit præiudicare suæ Ecclesiæ in iure acquirendo.*

8 *Legata, seu donatio facta alicui Ecclesiæ, sub aliqua cōditione,si Prælatus eius illam non obseruauerit, huiusmodi legata, seu donatio redditur inualida, et quare.*

9 *Statutum laicorum, quòd non valeat in præiudicium clericorum, quomodo sit intelligendum.*

10 *Emphiteota ipso facto non cadit à iure suo non soluendo per biennium, vel triēnium Canonem,etsi ex hoc possit expelli.*

11 *Prælatus in acquisitis à sua Ecclesia præiudicare ei non poterit in aliquid faciendo,secus in omittēdo.*

12 *Distinctio optima Bal. ad cognoscendum,quando Prælatus, vel minister*

Digitized by Google

ſter poſſit præiudicare ſuæ Eccleſiæ, vel ſuo Domino ex actibus ipſorum.

3 Prælatus collegiatæ Eccleſiæ nõ poterit ei præiudicare in legatis ſibi factis, & quare. (et ſic non in omnibus quærendis) ſine conſenſu Capituli dictæ Eccleſiæ, licèt conſenſus Epiſcopi nõ requiratur, et quare, ſubdidit in locis ſtatim recenſendis.

14 Inſtitutus hæres ante ipſius hæreditatis aditionem, non dicetur factus locupletior, et quare.

15 Diſtinctio optima tradita à Bartolo ad cognoſcendum, quando Prælatus poßit præiudicare ſuæ Eccleſiæ.

16 Iaſon conſultiùs loquens ait, Prælatum poſſe in acquirendis aliquando præiudicare ſuæ Eccleſiæ collegiatæ, in acquiſitis verò non.

17 Statutum laicorum, in quo cauetur, quòd Eccleſiæ nullo tempore præſcribant, valet. et quare.

18 Prælatus non poterit renunciare iuribus Eccleſiæ ſuæ collegiatæ, nec præiudicare in iure acquiſito, et quare.

19 Prælatus etiam ſine conſenſu Capituli poterit præiudicare ſuæ Eccleſiæ in rebus acquiſitis parui valoris, aut damni.

20 Prælatus ſolus poterit præiudicare Eccleſiæ ſuæ ſine conſenſu Capituli, etiam in re magni valoris, permittendo præſcribi aliquod ius ſuæ Eccleſiæ ab aliquo.

21 Prælatus præiudicans Eccleſiæ ex ſuo iniuſto facto, etiam in acquirẽdo, non impunè abibit, cùm inde Eccleſiæ læſæ oriatur actio contra ipſum Prælatum ad reſarciendum dictæ Eccleſiæ omne damnum, et intereſſe ab ipſa päſſum.

22 Prælati collegiatarum Eccleſiarum in legatis magni momẽti factis eorum Eccleſijs non poſſunt præiudicare ſine eius conſenſu, etſi in rebus minimis valoris ſecus ſit, et quare.

23 Pupillus ſine auctoritate Prætoris non poterit repudiare legatum ſibi factum, et quare.

24 Repudiatio legatorũ Eccleſiæ, quare poſſit fieri per Prælatum, et collegium ſine præuio aſſenſu Apoſtolico, etſi dicatur alienatio, non tamen poterit alienari aliud iam pleno iure poſſeſſum ab Eccleſia, et nume. 26.

25 Eccleſia gaudet priuilegio minorum.

27 Prælatus quæ bona Eccleſiæ ſuæ collegiatæ poſſit alienare ſine eius conſenſu.

28 Prælatus etſi iuri Eccleſiæ in damno iuris acquiſiti vitãdo poſſit præiudicare ſuæ Eccleſiæ, Collegio conſentiente, non tamen ſine eius conſenſu, & quare.

29 Eccleſiæ collegiatæ non præiudicat alienatio bonorum ſuorum facta à ſuo Prælato, etiam cum conſenſu Capituli, non interueniente aſſenſu Sedis Apoſtolicæ.

30 Hæres inſtitutus non dicitur factus locupletior, niſi poſt ipſius hæreditatis aditionem.

31 Tractu temporis nõ firmatur, quod ab

Digitized by Google

ab initio de iure non subsistit.

2 Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.

33 Acta contra ius debet vtique pro infectis haberi.

34 Possessiones & iura Ecclesiarum alienari prohibentur, & declaratur talium alienatio ipso iure nulla, si facta esset sine Apostolico assensu.

35 Alienantis bona Ecclesiastica non præuijs requisitis de iure, quæ pœna sit, licèt alienatio sit ipso iure nulla.

36 Monachi in suis capellis bini saltem, & non soli morentur.

37 Alienantes bona Ecclesiastica non præuijs de iure requisitis, sunt excommunicati.

38 Alienationes bonorum Ecclesiasticorum non præuijs de iure requisitis sunt ipso iure nullæ, nec contra ipsas aliquem producent effectum, licèt bene contra alienantes, qui diuersimodè veniunt puniendi.

39 Violentia facta in alienandis bonis Ecclesiæ, quomodo sit procedendum, & an præiudicetur ipsi Ecclesiæ.

40 Delictum administratoris vbi non præiudicaret pupillo in bonis suis, eadem ratione, & à fortiori non præiudicabit Ecclesiæ delictum Prælati, & Capituli, & quare.

41 Prælatus, et Capitulum efficiunt vnum corpus.

42 Contractus alienationis factus à Prælato cum consensu Capituli non præiudicat Ecclesiæ, nisi fuit alienatio in casu licito, et seruata solemnitate à iure tradita, & quare.

43 Deus est Dominus bonorum Ecclesiasticorum, et non Prælatus, qui solùm est administrator.

44 Bona Ecclesiastica de iure ad quæ sint deputata.

45 Prælatus, et Capitulum non possunt renunciare statutis, et iuribus Ecclesiæ in præiudicium ipsius Ecclesiæ.

46 Ecclesia non poterit priuari dominio vtili, quod haberet in aliqua possessione sibi locata in emphiteosim propter non solutum Canonem a suo Prælato, et quare.

47 Clericus procurator, aut iustitiarius Principis secularis, est deponendus, idest priuandus beneficio, et quare.

48 Clerici beneficiati matrimonium contrahentes sunt priuandi suis beneficijs, et quare.

49 Laicus non potest de iure possidere spiritualia, et decimas, sed nec de his aliquid disponere.

50 Clerici beneficium per matrimonium eius ipso iure vacat.

51 Clericus in minoribus dictans, vel exequens sententiam sanguinis priuatur beneficio Ecclesiastico, et quare.

52 Clericus in minoribus per susceptum officium tabellionatus, dicitur cessisse clericatui, et beneficijs.

53 Clericus ferens sententiam criminalem, etiam morte non secuta, est priuandus beneficijs, et quare.

54 Com-

Digitized by Google

54 *Compoſitio facta inter clericos, et alias perſonas ſeculares ſuper decimis ſoluendis auctoritate Epiſcopi, vel Archiepiſcopi valida erit, et omnis alia compoſitio iuri non contraria, etiam cum ſolutione alicuius cenſus.*

55 *Aequitas eſt ſeruanda, et in humaniorem partem declinandum.*

56 *Compoſitio auctoritate Iudicis facta etiam de iure ciuili eſt valida, et pro ceſſatione ab iniuſta vexatione aliquid recipiens tenebitur ad reſtitutionẽ taliter accepti, et quando qui ſoluit, poſſit illud repetere.*

57 *Redimere iniuſtam vexationem ſibi illatam cuilibet licet mediante auctoritate Iudicis, vel Epiſcopi, dũmodo cenſus ſoluendus ratione compoſitionis non duret poſt mortem eius, cui imponitur.*

58 *Redimere vexationem ſibi illatam, quando alicui liceat.*

59 *Symoniacum eſt aliquid dare prò iure ſpirituali quærendo, ſed non pro iure iam quæſito conſeruando, et quando, et quare.*

60 *Compoſitio inter perſonas Eccleſiaſticas contendere volẽtes de aliquo iure ſpirituali, à quib. fieri poſſit.*

61 *Eccleſijs ſubiectis Prælato inferiori pleno iure, poteſt ipſe Prælatus inferior exercere omnem iuriſdictionem Epiſcopalem, ideſt abſolvere, etc.*

62 *Compoſitioni facte per Iudicem delegatum poteſt clericus conſentire, etiam contra voluntatem ſui Epiſcopi, vita illius durante.*

63 *Tranſactio in quo differat à compoſitione, et quando altera earum interuenire poterit.*

64 *Arbitrator quando poſſit tollere de iure vnius, et dare alteri.*

65 *Excuſetur quando à peccato, et reſtitutione is, pro quo fuit iniuſtè iudicatum.*

66 *Beneficialibus, quando dicatur ſententiam tranſire in rem iudicatã.*

67 *Compoſitio facta auctoritate Iudicis cum interuentu partium non indiget ad ſui validitatem confirmatione Papæ.*

68 *Mors ciuilis, quando æquiparetur naturali.*

69 *Iudex, qui legitimè inter partes compoſuit, ipſas cogere poterit ad obſeruantiam compoſitionis factæ.*

70 *Recipiens aliquid à ſponte dante, non tenebitur ad reſtitutionem.*

71 *Redimere ſuam vexationem, quando alicui liceat.*

72 *Arbitri an poßint compoſitionem facere inter partes.*

De materia beneficiali, & ad eam ſpectantibus.

THEMA.

Quædam mulier conſtruxit quoddam Altare in Eccleſia Sãcti Martini ad Meſulam nuncupati, Diœceſis Fiſolinæ, & poſtea condidit ſuum teſtamentum vltimum in anno ſalutis 1477. in quo inter alia legauit trecentos florenos de auro largo dictæ Capellæ, ſeu Altari iam erecto pro eius dote, ſeu pro remedio animę ſuæ aſſignandos ſtatim

Digitized by Google

tim post eius mortem a quodam Iuliano eius hærede vniuersali Abbati, Monachis, Capitulo & Monasterio Abbatiæ Florentinæ Congregationis Cassinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua, ipsis iniungens, quod quamprimum commodè poterint, illos Florenos conuerterent in emptionem tot bonorum stabilium, nomine dictæ Capellę, quorum fructus, seu redditus in perpetuum sint deputati pro dote dictæ Capellæ: addens solùm quòd vita durante dicti Iuliani sui hæredis, ipse Iuderet præsentare idoneum Sacerdotem in Capellanum ipsius Capellę, arbitrio, & confirmatione subsequẽti Abbatis dictæ Abbatiæ pro tempore existentis, qui Capellanus teneretur celebrare ter in hebdomada in dicto Altari erecto pro animæ testatricis salute, nec non & diebus festiuis opem ferre in dicta Ecclesia Sancti Martini in celebrandis officijs, & quòd post mortem dicti Iuliani sui hæredis, electio, & confirmatio dicti Capellani pertineat, & spectet simpliciter ad dictum Abbatem, Monachos pro tempore existentes, & Capitulum dictæ Abbatiæ, & non ad alium, vel alios: & specialiter disposuit ac declarauit, q̃ ex fructibus, redditibus, seu prouentibus dictorum bonorum immobilium, vt supra emptorum de dictis 300. florenis assignetur congruum salarium dicto Capellano, vt supra. Hæc omnia sunt in dicto testamento, seu legato, post cuius aditionem ac acceptationem factam a Reuerendo Abbati, & Capitulo dictæ Abbatiæ (nescitur quo spiritu) emptas ipsas possessiones ex dictis florenis 300 sibi assignatis a dicto hærede, contulerunt omnia dicta bona empta ex legata suprascripta pecunia ex communi consensu ipsius Abbatis, & conuentus dictæ Abbatię (tũc existentium electo Capellano a dicto Iuliano, & ab ipsis Abbate, & Conuentu confirmato, non attendentes ipsi Reuerendi Monachi, q̃ ex tali legato iam acceptato ius permaximum acquisiuissent in dictis bonis immobilibus emptis dicta de causa, & sic consensissent sine rationabili causa alienationi bonorum Ecclesiasticorum renunciando dictos redditus annuos constitutos in bonis immobilibus emptis, vt supra excedentes summam salarij prædicti assignandi per eos Capellano, contra tot iura Pontificia. Quod Abbates successores, & Monachi non ponderantes bis vel ter idipsum fecerunt, & vltimo loco elegerũt Eccellentem Dominum . . . . V. I. D. qui post aliquos annos, his vltimis tamen diebus expresè renuncians facto, & opere ipso sequuto habitui, & negotio Clericali se transtulit ad exercendum in curia Serenissimi magni Ducis Tuscię Officium Iudicis criminalis in Ciuitate Florentiæ.

Quæruntur modò tria.

Primum, an dictum dotale legatum factum a dicta testatrice dicendum sit beneficium Ecclesiasticum, nec nẽ.

Secun-

Secundum, an Abbas & Monachi prædicti per huiuſmodi electiones, ſeu collationes talis Capellę, ſeu Altaris potuerint præiudicare iuri acquiſito dictæ Abbatiæ, ſeu Eccleſię eorum ex dicto legato iam acceptato, ipſum alienando modo prædicto.

Tertium, an dictus Excellens talis de tali, qui talia legata bona ſub nomine beneficij olim Clericus iam effectus merus laicus per aſſumptionem talis Officij, ipſo iure veniat priuandus talibus bonis emptis ex prædicta pecunia legata. Ita quòd pertineat hodie pleno iure ad Abbatem, & Conuentum modernum dictæ Abbatię electio, & confirmatio cuiuſcunque Capellani tam regulari, quàm ſeculari ad ſeruiendum ipſi Altari, iuxta diſpoſitionem dictæ teſtatricis.

DECISIO XV.

INVOCATO prius ſanctiſſimæ Trinitatis numine, ac gratia, nec nō opitulantibus nobis meritis, & interceſſionibus Glorioſiſſimę Virginis Marię, atque Beatiſſimi Patriarchæ noſtri Benedicti, ſtudebimus litteris comendare breuiſſimo ſermonis periodo, quicquid ſentiemus circa propoſitas quęſtiones vnāquamq; illarum abſoluendo concluſionibus, quas probare nonnullis medijs inſudabimus.

Primæ ergo quæſtioni propoſitæ vnica hæc ſatisfaciat concluſio, videlicet. Capella, ſeu Altare erectum in Sancti Martini ad Meſulam Eccleſia nullo interueniente conſenſu Epiſcopi Diœceſani, ſed ſolum Reuerēdi Abbatis Abbatiæ Florentinæ Rectoris dictæ Eccleſiæ Sancti Martini (cui fuerunt legata bona ſupraſcripta, pro ſeruitio ibidem faciendo ſecundum prædictas conditiones in legato facto ipſi Altari: nullo pacto dicendum erit beneficium Eccleſiaſticum, nec pro tali habendum fore, aut aliquando de iure haberi potuiſſe, ſed nec vacaſſe aliquando, nec modo vacare poſſe quacunque rātione. Nec aliquando, nec modo de iure poſſe conferri alicui Clerico in titulum: cum non ſit ſeparatum a prędicta Eccleſia Sāncti Martini: ſed ſemper fuiſſe, & eſſe ſimplex Altare ipſius Eccleſiæ ad inſtar mēbri ipſius corporis dictæ Eccleſiæ, ac per conſequens eodem iure computari debere membrum ipſius Eccleſiæ, & intra eius membra connumerari: ſicut alia altaria aliarum Eccleſiarum non habentium pro ſe alium gubernatorem, quam Rectorem Eccleſiæ ipſius, in qua illa altaria erecta reperiuntur. Hæc concluſio probabitur vnico, & ineuertibili fundamento, iudicio noſtro.

Vnicum fundamentū erit hoc arguēdo a ſimili: quis enim ignorat, quòd vt edificans Altare † in aliqua Eccleſia acquirat ius patronatus in ipſo, opus ſit, vt Altare ipſum intituletur auctoritate Epiſcopi interueniēte, aliàs nullum

Digitized by Google

lum ius patronatus acquiret in ipsorum propriè talis altaris erectio beneficium non sit dicendũ, sed simplex deũotionis signũ factum spe præmij cœlestis, & non temporalis: ac per hoc in oblatis vel legatis factis dicto altari plenum ius transferretur rectori illius Ecclesiæ, in qua constructum erit tale altare. hoc fundamẽtum, probatur triplici medio. Primò enim per arg. in c. nouerint. in c. decretum. & in c. regenda. 10. quæst. 1. in quibus statuitur
2 quòd Ecclesiæ omnes † cum suis dotibus in Episcopi potestate consistant, atque ad ordinationem eius pertineãt. Diximus probari per arg. in dictis iuribus, quia etsi explicitè dicta iura loquantur de Ecclesijs, & non de altaribus: vacat hic apertissimum argumentum de maiori ad minus affirmatiuè: sic dicendo: si ex his iuribus tribuitur Episcopis disponendi facultas de dotibus Ecclesiarum, multò magis de legatis factis alicui ex altaribus alicuius Ecclesiæ, cum speciali mandato, ac potestate sibi tradita à testatore (prout in casu nostro.) Nec obstat quòd ibi loquantur iura illa de Episcopis: quia Abbas dictæ Abbatiæ Florentinæ, vel rector ipsius Ecclesiæ Sancti Martini exemptus à Diœcesano Mesulæ, cui dicta Ecclesia non subest, stante exemptione dictæ Abbatiæ cum omnibus grã cijs & Ecclesijs Abbatis illius curę subiectis, nisi quo ad visitationem Sanctissimi Sacramenti & curę Parochialis, cui incumbit ipsius rectoris Capellanus, iuxta Sacrum Conc. Trid. in sess. 7. de reformatione c. 7. & 8. & quo ad omnia alia hic ponderanda, habendus sit ipse Abbas tanquam ordinarius rector exemptus virtute dictæ exemptionis, de qua publicum & verissimum testimonium ibi habetur. ad hoc ipsum probandũ accedit secundo quòd
3 in erectione beneficij † necessario requiritur vt præcedat Episcopi examen accuratissimum, & Decretum super qualitate ædificij, vel altaris faciendi; prout docuit tex. in Authen. de Monachis §. Illud. & in c. nemo, & in c. nullus. de consecrat. dist. 1. probatur (vltra doctores in citatis iuribus) magis specialiter auctoritate Doctorum infrascriptorum in casu nostro loquentium, videlicet Domini Gaspar. Cald. in consilio 20. sub titu. de iure patro. & Felini tam in consil. 41. nume. 3. & per totum, & in consi. 45. per totum, quàm in c. ex parte. el secondo, num. 1. 2. & 3. extra de rescriptis. Idem docuit Panormitanus in dicto c. ex parte. el secondo, not. primo dicens, quòd
4 Ecclesia Plebanalis † possit possidere & tenere capellam positam in suo Plebanatu non ponendo ibi Rectorem, sed Capellanum, qui eam officiet. hæc Panormitanus, qui rursus dixit in cap. 1. in 3. not. ext. de statu Monach. quòd si fiant capellæ habentes populum debent cedere ad vtilitatem Ecclesiæ Parochialis, in cuius parrochia est illa Ecclesia, vt in c. ex transmissa. extra de præscript. arguendo

guendo ergo ex verbis ipſius Panormitani de maiori ad minus affirmatiuè non nè apertiſſimè elicitur id multò magis contingere, quando ipſa capella non haberet populum, prout eſt in caſu noſtro. Idem docuit Decius in dicto c. ex parte, el ſecondo, nu. 5. dicens, quòd capellanus, qui ponitur ad placitum (adde tu prout eſt in caſu noſtro) virtute legati hoc expreſſe dicentis, non dicitur rector capellæ, ſed officiator. & idem notat Bald. in conſil. 18. vol. 5. vbi rationem adducens, dixit hoc eſſe quia titulus tribui nõ poteſt, niſi à Diœceſano: ſecus ergo ſi capella detur in titulum perpetuum à Diœceſano (adde tu quòd non eſt in caſu noſtro) quia tũc dicitur beneficium† ſimplex, vt per Glo. 1. in fine. Clem. 2. de decimis, quam ibidem ſequitur Panormitanus, qui idipſum docuit in c. recolentes. in fin. ſuper verſic. Glo. in verſic. altaria. extra de ſtatu Monachorum. Idem rurſus docuit ipſemet Decius latiùs in conſil. ſuo 210. incip. Viſo puncto. nu. 4. Idem docuit Dominicus a S. Gemin. in c. 1. col. fi. verſ. iſtud dubium ſemel habui. de cõſuetudine in ſexto. Idem docuit Rebuffus in ſua praxi beneficiaria in cap. incip. Quare inſtituta ſint beneficia. nu. 10. verſic. Item non dicitur. fol. 5. dicens, non fore dicendum beneficium Eccleſiaſticum ante Epiſcopi approbationem, ſed quædã pia donatio, vel relictum pium, ſi fortè pro Miſſis celebrandis, vel pro Anniuerſario, vel ſi aliàs piè in perpetuum relictu fuerit, vt docuit Fel. in c. ex parte. el ſecondo, de reſcript. & rurſus idẽ Rebuff. apertiùs loquens ibidẽ in ſubſequenti c. de ſecularib. beneficijs. nu. 15. verſ. altaria. fol. 7. idipſum docẽs, dicit, quod altaria fundata in Ecclefia, ſi cum auctoritate Epiſcopi conſtructa ſunt, ſimplicia vocantur beneficia, vt in c. quæſitũ. 1. q. 3. & in cap. recolentes, extra. de ſtatu Monachorum. Alia ſunt altaria cum Capellania, & Capellaniæ vocantur, & talia altaria nõ ſunt beneficia, ſi ab Epiſcopo nõ ſunt approbata, vt Felin. in conſil. 41. 45. & 47. de quo etiam latiſſimè ſcripſit Rom. in Authent. ſimiliter. C. ad l. Falcid. hæc Rebuffus vbi ſupra, quem refert & ſequitur Fuſcus in ſuo tract. de viſitatione, in lib. 1. cap. 20. nu. 13. dicens, quod altare in aliqua Eccleſia non dicetur beneficium Eccleſiaſticum ante approbationẽ Epiſcopi, nec dicetur habere titulum, ſed quaſi titulum, cum titulus propriè ſit Eccleſiæ, & reſideat penes principalem, vt puta, Rectorem. (Adde tu, & ſic in dicto Reuerendo Abbate) per ea, quę in primo caſu dicit Antonius de Butrio in ſuo conſil. 3. & quod ſine huiuſmodi approbatione Epiſcopi, dos relicta ipſi altari, dicenda ſolum ſit pium legatũ debitum pro tali ſeruitio altaris, & non beneficium Eccleſiaſticum, probatur hac ratione: quia teſtator de per ſe non poteſt facere beneficium Eccleſiaſticum, vt docuit Felin. in eodem conſil. 45. & addit ipſe Fuſcus, quòd ſic obſeruetur

by Google

netur hodie. Idipsum docuit Guido Papæ in decis. 187. dicens, q
6 Capellaniæ fundatæ † auctoritate Diœcesani sint vera beneficia, sed si sint ordinatæ sine tali auctoritate non erunt beneficia Ecclesiastica. Quapropter hæredes talium fundatorum absque, & sine alia præsentatione facta Diœcesano, vel alteri superiori poterũt liberè conferre tales Capellanias illis, quibus placet, dũmodo idoneis ad hoc, iuxta & secũdum dispositionem testatoris, iuxta not. per Guglielm. de Monte Laud. in Clem. gratiæ. de rescriptis, quod & facit Dominus Delphinus, qui confert Capellam Sancti Vincentij fundatam in Capella B. Marci Grationopolis per Regem Carolum ædificata. hæc Guido Papæ. Idem docuit Matthæus Matthesilanus in not. suo 186. incip. Nota, quòd testator his præcisis verbis vtens, videlicet. Nota, quòd si testator iubet Ecclesiam construi, vel altare, & assignari ei tantam dotem, illud nunquam fit beneficium Ecclesiasticum, nec acquiritur ius patronatus, nisi auctoritas Episcopi interuenerit, vt not. Io. And. in cap. ex insinuatione. extra de iure patron. hæc Matthesilanus. Ex quibus omnibus, quàmapertissimè patuit veritas fundamenti veritatis præsentis nostræ conclusionis, cum (vt diximus) dicta auctoritas Diœcesani nunquam in illius erectione affuit, & dicta testatrix nullam mentionem fecerit in suo testamẽto, ac legato de beneficio Ec
7 clesiastico constituendo, seu erigendo, at potius contrarium iusserit, eo quòd in suo legato expressè dederit potestatem Reuerẽdo Abbati dictæ Abbatiæ Flor. de eligendo quemlibet Sacerdotem in Capellanum amouibilem ab ipso quandocũque sibi placuerit, cui assignare deberet pro eleemosyna, seu salario congruentem pecuniæ quantitatem, iuxta ipsiusmet Abbatis arbitrium, quasi expressè volens, quòd redditus, seu fructus, qui percipiuntur ex rebus legatis excedentes summã dicti salarij, ex tunc legaret ipsi Abbati Rectori dictæ Ecclesiæ S. Martini, & Monachis dictę Abbatiæ in subsidium, ac suffragiũ animæ suę, dummodo omnino dictus Capellanus persolueret Missas, & alia, quæ in suo testamento ipsa fieri pręceperat. Quapropter gratis videntur asserere nonnulli dictum altare, propter dictum legatum factum (nulla auctoritate Diœcesani erectũ) esse appellandum beneficium Ecclesiasticum, & tanquam tale omnino collatũ hucusque fuisse, & de reliquo fore conferendum clericis secularibus, eo magis, quod non solum id non eliciatur ex dictis legati verbis, imò expressè cõtrarium: & hæc breuiter dicta sufficiant, cum quamplurima alia attulerit Dominus Felinus in locis citatis, quæ poterunt videri.

De secunda quæstione duę conclusiones cum nonnullis ampliationibus, & limitationibus constituentur. Prima quarum erit.
7 Prælatus solus † sine consensu Capituli (cui forsan prœesset) poterit

rit Eccleſię ſuę preiudicium afferre in legatis, vel alijs quibuſcunque iuribus acquirendis ſuę Eccleſię. Hęc concluſio intelligitur de Prælato Eccleſiæ non collegiatæ, vt infra probatur triplici medio. Primò enim per argum. in c. potuit. extra de locato, & cõducto, vbi inter alia Gregorius Octauus dixit, qnod [emphiteota non ſoluens per biennių Canonem (niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſibi conſulere ſtuduiſſet) iuſtè potuiſſet expelli.] hęc ibi. Dixi probari preſentem concluſionem per argumentum in dicto c. potuit. Quoniam etſi explicitè ibi nulla fiat mentio de materia præſentis concluſionis, bene tñ implicitè: ex ipſo enim colligitur, quòd ſicut dictus emphiteota iuſtè poſſet expelli per Prælatum ſine Capitulo (cum ibi nulla fiat mẽtio de Capituli conſenſu poſtulando) cùm inibi agatur ſolùm de iure acquirendo Eccleſiæ ex non ſoluto Canone, lucrando vtile dominium dictę rei emphiteoticę, eo magis, quòd id videtur relictum à Canone arbitrio, & poteſtate Prælati, dicendo. [iuſtè potuiſſet expelli.] etſi non negemus (prout paulò poſt probabitur) quin ipſe Prælatus teneatur ad intereſſe dictæ Eccleſiæ, ſi ſine cauſa rationabili deſijſſet acquirere ipſi huiuſmodi poſſeſſionẽ emphiteoticã. Idem probatur per argumentum in c. de quarta. c. auditis, & c. veniens. extra de præſcript. imò & per omnes Canones eiuſdem tituli, in quibus conceditur adeptio iuriũ ac poſſeſſionum cuiuſcunque Eccleſiæ, propter legitimam præſcriptionem quadragenariam cõtra aliam Eccleſiam. Diximus probari per argum. in dictis iuribus: quia patet ibi adeſſe argumẽtan di ratio à contrario ſenſu, nec nõ ab identitate rationis tali pacto: ſicut enim licèt Prælatis per continuatam poſſeſſionem quadragenariam iuris alterius Eccleſiæ, propriæ ſuæ Eccleſiæ acquirere, illam ſpoliando, & ſuam ditando: ita eodem modo elicitur, q̃ Prælatus per cuius deſidiam alter Prælatus acquiſiuit ius Eccleſię ſuę, ipſe præiudicauit ſuę proprię, non petendo iura ſuæ Eccleſiæ infra tam longum ſpatiũ quadraginta annorum. Idem probatur eodem modo per argumentũ in quamplurimis iuribus Imperatorijs ſub eodem titulo: probatur & ſecundò auctoritate Doctorũ infraſcriptorum. Nam infraſcripti Doctores ſe ſubſcripſerũt præſenti concluſioni, & ſunt infraſcripti, videlicet Federicus de Senis in ſuo conſil. 9. quem citat & ſequitur Panormitanus in cap. tua nuper. nu. 9. extra de his, quæ fiũt à maio. par. Capit. & rurſus in c. quoniam, nu. 4. verſic. vltimo. hic quæro. extra de decimis, & in c. verum. nu. 28. extra de foro compet. & in c. verum. nu. 3. extra de conditionibus appoſitis. Quem ſequitur Barthol. Soc. in l. Termilius. nu. 16. ff. de cõdit. & demon. addens idipſum docuiſſe. Imò in c. 2. de donat. quapropter concludit ipſe Socinus ibidem, quod legata, † ſeu donatio facta Eccleſię

ſub

sub conditione implenda, quòd si illa non sit facta, legata non sint valida, & sic si conditio apposita in legatis si nõ implearur per Prę latum, ipsa legata erunt inualida: quia Pręlatus potest pręiudicare, (adde tu, Ecclesię suę non collegiatę, alias esset falsa hęc sentẽtia, vt infra) in acquirendis, non autem in acquisitis. Idem docuit ipsemet Panormitanus in dicto cap. potuit. nu. 15. vers. vnde solus Prælatus. Idem rursus ipse Panormitanus docuit in dicto c. veniẽs. nu. 21. Idem docuit Decius in c. pastoralis. num. 25. extra de exceptionibus. qui rursus idem docuit in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 241. vers. & ad id, quod dictũ est. extra de constitu. & rursus idẽ Decius in consil. 588. incip. Viso puncto, & dubijs. nu. 15. Idẽ rursus repetijt ipsemet Decius in l. seruus. nu. 9. & 10. C. de pactis, dicens Prælatum posse pręiudicare in quęrendis, non autem in quęsitis, vt etiam docuit Rom. in consil. 184. incip. Visisq; narratis. dicens, ꝙ statutum in quo habetur, quod mulier alienare non possit, intelligitur in quęsitis, nõ autem in quęrendis, vt not. Imo. in cons. 74. incip. In casu præmisso, & statutum laicorum, † ꝙ non valeat 9
in pręiudicium Clericorũ, intelligitur in quæsitis, secus in quærendis, vt not. Bar. in rubr. de constitu. & ratio est, quia in quæsitis agitur de damno vitãdo: in quęrendis verò, de lucro captando: nam in quęsitis agitur de redemptione, quæ est fauorabilior. Idẽ docuit Glo. in c. si Episcopum, in verſ. damnum Ecclesiæ. 16. q. 6. & ibidem Archid. idem Innoc. in c. 2. de donationibus. Idem docuit Mantua in c. 1. extra de in integr. restit. à nu. 29. vsque ad 32. sequẽs Panorm. in d. c. tua. etiam quò ad recursum contra Prælatum, ꝙ & apertissimè probatur per tex. in l. quicquid. C. arbitri. tute. iuncto c. 1. extra de in integrum restitu. vbi dicitur, ꝙ si Ecclesiam læsam fuisse manifestum fuerit, cũ Epõ eius conditionem deteriorem facere nõ liceat, & Ecclesia iure minoris debeat semper illęsa seruari, quæ in damnum eius datũ constiterit, ad ipsius cõuenit ius, proprietatemque redire. Idem dicitur per omnes Doctores ibidem, & specialiter per Panor. in nu. 9. super vers. Glos. in vers. an non licet, & ibi recẽset idipsũ, ꝙd dixerat in d. c. tua. de præiudicio circa acquirẽda, etsi nõ ꝑiudicet in acquisitis. Idẽ docuit Felin. in c. cõtingit. nu. 5. ꝑ totũ. ext. de sent. excom. Idẽ docuit elegantissimè Aug. Bero. in cõs. 116. incip. In causa caducitatis. nu. 9. vol. 1. vbi dixit, ꝙ vbi Prælatus hẽt Collegiũ Ecclesiæ cui pręest nõ poterit ꝑiudicare iuri Ecclię collegiatæ acqsito ꝑ caducitatẽ incursam ab emphiteota nõ soluẽte pensionẽ annuã ipsi ecclię, vt Gl. & oẽs Doct. dixerũt in c. potuit. exẽ de locato. & in c. nouit. & in c. pastoralis. exẽ de his, q̃ fi. à Prælato sine cõsensu Cap. sed si ecclia subdita d. ꝑlato nõ esset collegiata, vel saltẽ totũ iº ex cõsuetudine, vl priuilegio ĩ solo ꝑlato resider, tũc poterit ꝑiudicare ecclię ipse ꝑlatº recipiẽdo

pensionem in iure ecclesiæ acquisito, vt docuit dicta Glo. ab omnib. approbata: quia diceret hoc posse facere iure mandati sibi a iure ipso delegati, vt possit prę iudicare ecclesię. hæc ibi Augustin⁹ Berous. ne tñ sibi videatur iste Augustinus contrarius in dictis suis, ipsum intellige loqui, quãdo affuit pactum ꝙ statim absq; Iudice cadat a iure suo, vt paulo post ipsum hoc docentẽ referam⁹ qui idipsum breuius, & ad verbũ docuit in cons. 120. vol. 1. incip. concludo in prędenti causa, n. 19. Idẽ prorsus in casu prædicto docuit Specul. in lib. 4. tit. de emphiteosi. nu. 37. vers. 26. quęritur. Idẽ rursus peroptimẽ docuit ipsemet Aug. Berous in cons. 109. nu. 31. vers. nec repugnat licentia, vol. 1. qui etsi ibidem citet Panormit. ipse Panormit. tamen in d. c. potuit. nu. 15. in hoc casu expresse de emphiteosi contrarium docuit, dicens, quod emphiteota ip
10 so † facto non cadat a iure suo per non solutionem pensionis, quamuis possit repelli. Quapropter solus Prælatus posset præiudicare ecclesiæ, quia non tractatur hic de alienando, sed de non acquirendo: quapropter si Prælatus recipiat pensionem pro futuro tempore, non dicitur alienare: sed ecclesiæ non acquirere, & in non acquirendo solus Prælatus potest conditionem ecclesiæ facere deteriorem, vt docuit Innocentius in d. c. 2. de donat. Idipsum docuit rursus idem Augustinus in suo cõs. 122. vol. 1. in nu. 9. & 23. asserens, ꝙ propter pactũ additum contractui emphiteotico de non alienãdo, magis magisque verificatur regula, ꝙ Prę-
11 latus † non possit præiudicare in acquisitis ipso iure, etsi in acquirendis. Idem docuit Felinus in c. contingit, nu. 5. per totum, etsi videatur prima frõte Panormitano aduersari. Idem docuit Glo. singularis in c. placuit. in vers. negligentia, 16. q. 3. dicendo Prælatum præiudicare in omittendo, secus in faciendo, & ibidem Archid. idipsum docuit, quorum verba sunt intelligenda taliter pro concordia Felini & Panormitani, scilicet omittendo perficere præscriptionem, quã in aliqua re ab ecclesia possessa. vt in c. veniẽs. ext. de præscriptio. secus vero in faciendo, scilicet in præscriptione alicuius iuris ecclesiastici iã acquisiti de iure. & quod hęc fuerit sententia Felini, probatur ex verbis eiusdem ibidem, & in c. quęrelam. nu. 2. ext. de simonia. dicentis. Nota quòd Prętatus nõ potest rescindere cõtractum, per quem ecclesię est acquisitũ ius. Idẽ ex Legistis infrascripti Doctores docuerunt. Nam Bal. in l. iubemus. la seconda, nu. 2. & 12. C. de sacrosan. eccles. dixit, quòd negligentia Prętati noceat ecclesię, quod dictum ipsemet volens declarare in dicto nu. 12. his pręcisis verbis vtitur, videlicet. Aut
12 vult prę iudicare Prętatus eccle się delinquendo, & tunc si delinquit cum consensu totius Capitu li, & prę iudicat ecclesię, vt in Authen. de Sanctis Episcopis. §. si quis rapuerit. secundum Iacob. Butr.

Butr. sed Dom. Gugliel. dicit in hoc puncto, quòd in acquirendis potest præiudicare, sed nó in acquisitis, quod not. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Aut deliquit solus Prælatus, & tunc secundum omnes, non præiudicat Ecclesiæ: Sed tu dic (subdit ibidem Bald.) Aut loquimur in præiudicio personali, & tunc administrator non præiudicat Dño, nisi Dominus concurrat in eodem delicto tacitè, vel expressè, vt in l. fin. C. de ex cost. & trasl. mill. an. lib. 12. & per Innocentium in c. 1. ext. vt lit. nó contest. Aut loquimur de præiudicio reali, & tunc refert. Aut est merum, & apertum delictum, & non prejudicat administrator domino, nisi quatenus dominus esset factus locupletior. Aut nó est verum delictum, sed velatum, & inclusum, seu coniunctũ cum ministratione, & tũc præiudicat domino. Tamen dominus habet regressum contra gestorem, etsi ille non sit soluendo, sufficit domino, cedere actionem, vt not. in l. Polla. C. de his, qui. vt indig. q a postquàm lucrum est radicatum, perdere lucrum est verum damnum, vel diminutio patrimonij. hæc omnia Bald. vbi supra, qui idipsum breuius docens in l. pupillorum. nu. 2. C. de repudianda, vel abstin. hæred. dixit, quòd Prælatus, † seu Rector Ecclesię perquisito, quod hæreditas delata Ecclesiæ sit damnosa, vel subiecta nimis vexationibus, potest eam etli caciter repudiare. Tamẽ si est Ecclesia collegiata, requiratur consensus Capituli, nec requritur au-
13

ctoritas Episcopi: quia ista nó est alienatio, cum nihil de bonis Ecclesiæ trãsferratur in alium, vt in l. magis puto. §. si fundus legatus. in primo respon. ff. de rebus eorum: neque enim pauperior fit, qui non acquirit, vt in l. si sponsus. §. si maritus hæres. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Cùm hæreditas non sit in bonis nostris ante agnitionẽ. Hæc Bald. vbi supra. Adde tu, in declarationem verbi [agnitionẽ]. s. acceptationem, de quo est apertissimus tex. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. in
14 qua dr̃ institutum hæredẽ † ante ipsius aditionem nõ esse locupletiorem, & ibi per Doctores. Cuius decisionis rationem assignare studens ipsemet Bald. his præcisis verbis vsus fuit in l. fina. C. de acquir. & retin. poss. in sua additione, in fine, videlicet in acquisitis non præiudicat, secus in acquirẽdis, quia acquisita iam sunt deducta in suo esse; acquirenda verò non: hæc Bal. idipsum rursum docuit Bald. se declarando clarius in l. contra iuris. §. si curator. ff. de pactis. his præcisis verbis vtens, videlicet. Iste textus est in argumentum, quòd legatum relictum Ecclesiæ, Rector Ecclesiæ nõ possit repudiare, sicut nec poterit paciscì de non petendo, etsi Federicus tenuerit contrarium: credo (inquit) si istud legatũ esset vtile Ecclesiæ, q̃ non posset repudiare: secus si cõtineret onus. Nam etiã in acquirendis cùm repudiãtur, versatur damnum, vt in l. libẽrto octuagĩta. ff. de bon. lib. ipse Bal. dixit rursum idipsum apertiùs in

I. magis puto. §. fundum autem. in princ. ff. de reb. eorũ, qui ſub tutela. his præciſis verbis vtens, videlicet. Nota, q̃ ſi fundus eſt legatus Eccleſię, Rector ipſius nõ põt repudiare legatum. & nota bene. hęc Bal. ex cuius dictis elicitur, q̃ ipſe voluerit ſic diſtinguere. Primò aut legatum eſt vtile eccleſię. Secundò aut inutile: ſi primò ſolus Prælatus nõ poterit repudiare: cum ibi verſetur dammum, ſed bene cum cõſenſu Capituli, cum non poſſit propriè loquendo dici alienatio: ſi ſecũdò ſolus poterit. Bar. autem in l. iubemus. 1a ſecon da, in nu. 4. C. de ſacroſan. Eccleſ. his præciſis verbis vtitur, videli-
15 cet. Breuiter dic, † aut quæris vtrum Prælatus poſſit prędiudicare Eccleſiæ, contrahendo, aut aliud faciẽdo. Primo caſu non põt prędiudicare, niſi licitè cõtrahat, vt in d. l. iubemus, & in Authẽ. hoc ius porrectũ. Secũdo caſu. Aut loquimur in quærendo, & poteſt præiudicare, vt in Authẽ. de Neſtorianis. C. de hæretic. & in corpore vñ ſumitur. Aut in iã quæſitis, & tũc aut negligẽdo, & poteſt Eccleſiæ p̃iudicare, puta, patiẽdo cõtra ſe præſcribi, vt in Authẽ. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. Aut aliud faciendo, & tunc, aut negligẽdo, & tunc, aut facit cũ conſenſu Capituli, & poteſt ei præiudicare, & ſic loquitur iſta lex: aut ſine conſenſu Capituli, & tunc non poteſt præiudicare Eccleſię, vt in c. debitũ perſonæ, de reg. iur. in ſexto. & ita intelligunt illud cap. Doctores: hæc omnia Bar. elegãtiſſimè, qui breuius idipſum repetijt in l. ſeruus. C. de pactis, cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit Iaſon ipſum citans in l. ſi filius meus. nume. 4. ff. quod quiſque iuris. Qui Iaſon in l. ſeruus. nu. 1. C. de pactis. dixit,
16 quòd Prælatus † Eccleſiæ ſolus in quæſitis non poterit præiudicare Eccleſiæ, ſed bene aliquando in quęrendis, vt docuerunt Gloſ. & Doctor. in l. iubemus. C. de ſacroſanctis eccleſ. & in regu. delictum perſonæ. de regu. iur. in ſexto. & plene Canoniſtę in cap. 1. extra de dolo, & contum. Hinc videmus, quòd ſolus Prælatus in recipiendo Canonem ab emphiteota, qui triennio ceſſauerat ſoluere, & ſic poterat expelli, præiudicat Eccleſiæ, quia ſu-
17 mus in quærẽdis: † ita Dominus Car. Flor. tenuit in cap. potuit. extra de locato. & ibi Imol. in col. 26. & ſequen. qui de hoc ipſo loquitur etiam in rubric. extra de conſtitut. dicens, quòd ideo valeat ſtatutum laicorum, (Adde, quòd Doctores in capit. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ. extra de conſtitu. communiter idipſum ſenſerunt,) quòd Eccleſię nullo tempore præſcribant, ne ciuitas perdat datia, vel collectas: eo quia ſtatutum reſpicit quærenda, & non quæſita. Idem rurſus docuit ipſemet Iaſi in l. ſi conſtante. nume. 10. ff. ſoluto matrimonio: & loquens de iu-
18 re quæſito, dicit, Prælatum † non poſſe renunciare iuribus Eccleſiæ, quia eſſet dõnatio, quæ eſt ſibi regulariter interdicta, vt in cap. 2. extra de donationib. ſed tamen loquens de quærendis, dicit tamen negligendo, & non petendo,

do, Ecclesiæ præiudicat. vt in c. de quarta. & c.veniens . extra de præscript.Idem rursus docuit Iason in l.filius familias,§.Diui.nu. 8. ff.de legat. 1. Idipsum docuit Gemin.in c.1. col. penult. in fine vers.quæro pone,q̃ Prælatus, vel Rector.ext.de reb.Ecclesię alien. vel non, in sexto,sequens Federin suo cons. 9.loquentem ante acceptationẽ legati,&dicẽtem, q̃ in sic acquirendis Prælatus poterit prę̃iudicare,nõ aũt in acquisitis, cũ in acquirendis nõ videaẽ alienatio rei Ecclesiæ,cum nunquam fuerit in dominio Ecclesiæ . Pro hoc quoq; facit quod docuit Ioãnes And.in c.1.de sepulturis,lib. sexto,super glo. fin.dicens, quòd in acquirendo potest quandoque ille præiudicare , qui non potest in acquisito.Alex.verò in l.legatum.num.2.& 3.ff.de legatis primo,dicens,Prælatum solum non posse præiudicare Ecclesiæ , non solùm in quæsitis,verumetiam in quærendis sine Capitulo,verum etiam dixisset si intendisset tunc loqui de iure quę̃rendo de legato facto Ecclesiæ,prout multi ex su prascriptis docuerunt,scilicet de iure acquirendo,seu legato facto nondum acceptato,etsi verè nulla interueniat vera alienatio rei Ecclesiasticę,de quo est textus in d.l.si sponsus, §.si maritus hęres. ff.de donat. inter vir. & vxorem. Vbi dicitur neminem fieri locupletiorem ex institutione facta in hęredem ante ipsius aditionem: & in huiusmodi termini intelligendi erunt loqui Doctores oẽs , qui vbi supra fuerunt citati ab ipso, aliàs si intendisset de omni iure acquirendo vt latius infra in limitatione secunda,sua opinio apertissimè aduersaretur communiori opinioni:quod de tanto Doctore non erit credendum;imò:& veriori.Probatur & tertiò prę̃sẽs conclusio duplici ratione:prima quarum talis nõ incongruè reddi potest,videlicet, cum lucrum nõ acquirere ecclesię, propriè loquẽdo, non sit alienare bona ecclesię, nisi tale lucrum fuisset iam acquisitum ipsi ecclesię,eo q̃ nemo dici poterit propriè loquendo locupletiorem fieri ex hæreditate sibi legata priusquam ipsam adierit, vt docuit text. apertissimus in l. pretia. ff. ad l.Falcid. & in d.l.si sponsus. §.si maritus hæres. indè sequitur verũ esse,q̃ Prę̃latus sine Capitulo suę ecclesię possit prę̃iudicare in nonnullis rebus acquirendis ab ipsa ecclesia sine incursu alicuius pę̃nę indictæ alienantibus, vel participantib.in bonis ecclesiasticis alienatis .

Secunda ratio qua idipsum probatur est hęc,quam reddit Bal.in fin.l.fin. C.de acquir.possess.Nam acquisita iam sunt deducta in suo esse,acquirẽda verò sunt in potentia ad esse,& ideo nõ dr in acquirendis Prælatũ alienare bona ecclesiastica, sed solũ in acquisitis.

Amplia primo dicta in præcedenti conclusione dicẽdo , quòd Prælatus solus ẽt in acquisitis poterit prę̃iudicare ac alienare ir-
19 requisito † Capitulo res parui valoris,seu dãni.Hęc ampliatio ꝓbatur triplici medio.Primò .n. p text. apertissimũ in c.cęterũ. ext.

de donat.vbi Alexãder III. ipſam ampliationem confirmauit. probatur & ſecũdò auctoritate omniũ Doctorum in d.c.necnon auctoritate Panormitani in cap.veniens.nu.21. verſi.concludendo, extra de pręſcrip.quem ibi ſequitur,& refert Felin.nu.5.in fi.verſ. vnde habeo, nec non Decius, & alij Moderniores.probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm enim de minimis non curet Prætor,& ipſi Prælati poſſent de iure donare aliqua minima rationabili cauſa: inde ſequitur ipſum Prælatum iure Prelaturę, in hoc poſſe præiudicare Eccleſię ſuę irrequiſito Capitulo fungendo iure ſuo.

Amplia & ſecundò,dicẽdo ipſam concluſionem verificari etiã in acquiſitis,per præſcriptionem etiam in re magni momenti. Nã
20 † Prælatus ſolus omittendo petere iura,ac poſſeſſiones ſuæ Eccleſiæ ab aliquo poſſeſſas, infra quadraginta annos,in tãtum ipſi Eccleſię præiudicabit, quòd ipſa penitus priuabitur iuribus, aliàs acquiſitis. Hęc concluſio probatur triplici medio.Primò per omnia iura citata in probationẽ dictę primæ concluſionis,cuius prę ſens eſt ampliatio.Secũdò auctoritate omnium Doctorũ,qui fuerunt recẽſiti in probatione dictæ concluſionis primæ, & vltra eos, idipſum docuit Panormitanus in dicto cap.veniens.nu.21.extra de pręſcript.& in c.1.nu 9. extra de reſtitut. in integr. per dictam l. quicquid. C. arbitr. tuto. cuius ſententiæ aſtipulatus fuit Corſetus in ſuis ſingularibus.in verſic. pręſcrip.incip. Nota vnum quotidianum. Idem docuit Decius in c.paſtoralis.nu.35.ext.de except. probatur & tertiò hac ratione:cũ enim vtroque iure in pœnam negligentium ſtatutum ſit pręſcriptionis exceptione poſſe vnumquemque priuare proprijs bonis, vt ſic conſuleretur bono cõmuni, ꝙ ſummopere iuuatur ex agnitione vniuſcuiuſque iuris, quod quiſque habet in re, quam poſſidet: vnde meritò Prelatus ipſe negligens priuabitur iure acquiſito ſibi (mediante ſua Prælatura) ſuper re Eccleſiaſtica,cùm inde ipſa Eccleſia nullum ferè detrimentum patietur, eo ꝙ recurſum habeat cõtra Prelatum ipſius,vt ſtatim probabitur.

Limita ſingulariter, quæ dicta fuerũt in ſupradictis cõcluſionib. & ſecunda ampliatione, dicendo,ꝙ etſi ipſa vera ſint, Prelatum ſcilicet poſſe Eccleſiæ ſuæ pręiudicare in iure tam acquirendo,q̃ acquiſito in prædictis caſibus, illud tñ intelligendum eſt, quò ad eos, qui inde aliquid lucrati fuerunt. Nam quo ad ipſum Prælatũ non verificantur,cùm impunè nõ
21 poſſit † in prędictis caſibus præiudicare Eccleſiæ, cũ inde oriatur actio ipſi Eccleſiæ contra ipſum Prælatum ad intereſſe paſſum ab ipſo ſibi reſarciendũ,eo ꝙ teneatur ad ipſam Eccleſiam ſeruãdam indemnẽ à damno incurſo ex negligentia,vel praua volũtate ſua. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primo.n.per textum apertiſsimum in c.1.ext.de in integrũ reſtitutione,vbi Alexãder III. pcepit

cepit ipsam Ecclesiam apertè læsam seruandam indemnem, cum Eps conditionem eius non possit facere deteriorem,& more minoris ipsa Ecclesia seruãda sit indẽnis, prout apertius statuit Innocentius Tertius in c.2. eod.tit. & idẽ ferè per omnes Canones eiusdem tituli tã Sexti,quàm Decretalium,ac Clementinarum statutum fuit. Necnon idipsum probatur per argum.in l.fi.C.de acquiren.possess.vbi Imperator loquendo in persona Procuratoris,Coloniæ,ac cuiuscunq; alterius(quo ad priuandum verum dominum possessione sua, aut alia re legitimè possessa) statuit (inquam)nullum detrimẽtum fieri posse de tali re acquisita ipsius rei domino, quãuis bene, quo ad aliud lucrũ captandum, quod cessaret sibi ex taliũ desidia, licet sibi remaneat ius agendi contra tales ministros desides ad talis lucri amissi restaurationem.Idẽ & clarius probatur per text.apertissimum (loquentem tamen in persona pupilli minoris) in l.quicquid.C.arbitri.tut.probatur & secundò auctoritate Doctorum ferè omniũ,qui fuerunt citati in probationẽ præcedentis primę conclusionis, nec non & Doctorum in dictis iuribus nuperrimè citatis, & specialiter auctoritate Panormitani tã in d.c.1.nu.9.super versic.Glos.in vers.an non licet,& c.1. extta de dolo,& contu. & in c.tua nuper. nu.9.ext.de his,quæ fiũt a maior. par.Cap.quem sequutus fuit Mantua in d.c.1.à nu.29.vsque ad 32. Probatur & tertiò hac ratione. Cùm enim Prælati Ecclesiastici strictè, ac propriè loquendo non sint domini ipsius Ecclesiæ,ac bonorum eius,sed solùm dispẽsatores (vt in c.extra,de donatio.)cõstituti à Deo Optimo Rectore ipsius,cuius intuitu huiusmodi bona fuerunt Ecclesijs legata. Inde sequitur apertissimè Prælatos tãquam ministros, & quasi mercenarios dispẽsatores teneri ad omne interesse resarciendũ ipsis Ecclesijs,quod eorum vecordia,aut malitia ipsæ Ecclesiæ incurrunt, prout reliqui Procuratores & ministri facultatum aliorum priuatorum,prout cautũ de iure reperitur in titulo Canonico de iniurijs,& damno dato,& in ciuili.ff. de negot.gest. & alijs pluribus.

Limita & secundò singulariter allata in 1.cõclus.secundæ qõnis, dicẽdo ipsam habere solùm locũ in legatis parui valoris, & non in legatis magni momenti factis alicui Ecclesiæ, qm̃ in talibus nõ verificabitur, etsi dicatur aliquo pacto ius acquirendũ,quod ratione legatorum nobis factorum speramus obtinere,eo q̃ Prælati collegiatæ Ecclesiæ nõ possint in tali-
22 bus præiudicare suę Ecclesiæ † sine cõsensu Capituli,eo q̃ dicatur renunciatio talis iuris alienatio, quemadmodũ nec pupillus sine auctoritate Prætoris.Hęc limitatio probatur triplici medio. Primo enim per argumentũ in l.magis puto.§.fundum autem legatũ. ff.de rebus eorum,qui sub tut.vbi hæc habẽtur,videlicet. [Fundum autem legatum repudiare pupil-
23 lus † sine Prætoris auctoritate nõ

poteſt : eſſe enim & hanc alienationem cùm res ſit pupilli, nemo dubitat.] hæc ibi. Diximus probari prẽſentem limitationem per argum. in d. §. fundum. cùm ex ipſo eliciatur eius veritas, arguẽdo à maioritate rationis tali pacto. Si legatum factum pupillo nondũ receptum, ſeu acceptatum, pupillus ipſe repudiando illud ſine auctoritate Prætoris non poterit ſibimet præiudicare, quãtò minus Prælatus collegiatæ Eccleſiæ, cui non fuit factum legatum, ſed Eccleſiæ, poterit tali iure prẽiudicare collegiata eccleſia non cõſentiente? Ratio verò quę mouit Imperatorem ad talem rationabilẽ legem condendam procul dubio fuit, quia talis legati repudiatio eſt alienatio, cui ipſi pupillo eſt meritò interdicta ſine licẽtia Prętoris, ac per conſequens dicta bona ſic legata pupillo meritò aliquo pacto connumerata dicẽtur inter alia ſua bona, quoniã aliàs non diceretur alienatio talis repudiatio. At quoniam vtroque iure compertiſſimum eſt. Alienationem bonorum Eccleſiaſticorũ alicuius momenti eſſe interdictã Prælatis non tantum collegiatarum eccleſiarum, verum etiam & ſimplicium, vulgaribus iuribus ipſis. Inde ſequitur idem iudicium eſſe faciendum de legati repudiatione facta à pupillo, & à Prælato ſine cõſenſu Collegij, cũ Eccleſia gaudeat priuilegio pupillorum. Non autẽ negamus poſſe Prẽlatũ
24 † collegiatæ eccleſię nõ requiſito alio Põtificio aſſenſu, hmõi bona legata vẽdere, vel repudiare, etſi alia iã pleno iure ab eccleſia poſſeſſa nõ poſſint alienari non ꝓuio aſſenſu Apoſtolico: & ratio diuerſitatis talis reddi poterit, qm̃ etſi d. bona legata dicenda ſint ipſius Eccleſiæ rõne iuris quod ex legato acquiſiuit, tñ cùm non ceperit poſſeſſionẽ corporalem eorũ, dicta bona legata dicenda nõ erunt incorporata ipſi Eccleſiæ, prout expreſsè cautum reperitur de pupillo, qui aliquod prędiũ iure pignoris ſibi debitum, vel cauſa iudicati poterit ſtatim ipsũ captũ diſtrahere, ac vendere : cùm hoc nõ ſit cõtra Senatuſconſultũ prohibens alienationẽ prædiorũ pupillorũ, vel adoleſcẽtium, niſi authore Prætore, vel Prẽſide Prouinciæ, vt ad verbum de pupillo docuit textus in l. 1. & 2. C. de prædijs, & alijs rebus minor. & ibi Glo. & Doctor. Inde etiam ſequitur, ꝙ ipſa veritas p̃ſentis noſtræ
25 limitationis, cùm Eccleſia † gaudeat priuilegio minorum, prout apertiſſimus docuit textus in c. 1. ex̃ de in integ. reſti. & ibi ꝑ Doct.

Idem probatur ſecũdò auctoritate Doctor. Nã ex Canoniſtis ꝑnti noſtræ limitationi ſe expreſsè ſubſcripſerunt infraſcripti, videlicet Pet. de Anch. in c. cùm ſuper. col. 2. verſ. pone exẽplũ. extr. de reb. Eccl. non alien. & ibi Barbat. col. pen. verſ. tangit. & ibidẽ Imol. col. pen. verſ. tertiò tãgit. & rurſus ipſemet Imo. in c. 1. de reb. eccleſ. nõ alien. & in c. tua nuper in fin. verſ. vltimo tangit hic. extr. de his, quæ fiunt à Prẽlat. Idẽ docent Feli. in c. contingit. col. fina. verſ. numquid ibi. extr. de ſentẽtia excom-

excommunicationis, asserens ve riorem esse opinionem glosæ ibi. vers. iniurioſa. dicentis Epum nõ posse facere conditionem suę Ec cleſię deteriorem: & ideo Felinus ipse ibidẽ ſubdidit, dicens, ſolum Prælatũ non posse repudiare lega tum ſine conſenſu Capituli, & ꝙ hanc Gloſ. ſequuntur omnes, ꝓter Abbatẽ. Nã (vt docuit Bal. in c. 1. col. 3. in tit. qui feudũ dare poſſ.) iniuria cõis Capitulo, & Prælato non poterit remitti à ſolo Prælato. Idẽ docuit præclariſſimè Præpoſitus in c. ſine exceptione. col. fi. nu. 17. vers. vndecimò fallit. 12. q. 2. asserens, ꝙ hoc quoq; videatur tenuiſſe Io. Calder. & Petr. de Peru. in c. contingit. el primo. de ſent. excom. per tex. in d. l. magis puto. §. fundum. Idem docuit Lapus de Caſtell. in allegat. 26. nu. 4. vers. Item ſolemnitas. his præciſis verbis vtens. Item ſolemnitas nõ exigitur in rebus nondum in Eccleſiam incorporatis: hinc eſt, ꝙ
26 Prælatus † cũ Capitulo poteſt repudiare legatum, vel hæreditatẽ ſibi delatã, ſicut dicitur in pupillo. C. de prędijs minor. l. 1. 2. & 3. ſecus ſi ſine Capitulo, vt in d. l. magis puto. §. fundum. Idem docuit latiſſimè Ant. Gabr. in tracta. concluſionum. lib. 4. titu. de legatis. concluſione tertia, nu. 1.

Et ex Legiſtis ſe infraſcripti ſubſcripſerunt, videlicet Bald. in d. l. magis puto. §. fundum. vers. & nota, quid ſi fundus. & in l. contra iuris. §. 1. vers. Item eſt argumentum. ff. de pactis. & in l. pupillorum. C. de repudianda hæredit. & in l. Præſes. C. de trãſact. & in c. 1. & c. tua. extra de his, quæ fiunt à Præla. & in c. nulli. extra de rebus Eccleſ. non alien. Franciſcus Cremenſis in ſuo notabili, ſeu ſingulari 124. incip. Tu ſcis, quòd Prælatus (ſequẽs ad verbum hanc ſententiam Bald.) ſe ſubſcripſit præſenti limitationi ſecundæ, quam & approbauit Euerardus in ſua Topica iuris. loco arg. à pupillo ad Eccleſiam, vel piam cauſam. nu. 2. vers. hinc etiam eſt.

Idem docuit Paul. de Caſtro in l. legatum. circa finem. vers. tamẽ videtur. ff. de legat. 1. qui dixit hoc haberi ex dicta l. magis puto. §. fundum. Idem docuit Ioannes Cimator in repet. dictæ l. legatum. Idem docuit Ruin. dicẽs, hanc eſſe communem in conſilio ſuo 123. col. 1. in fine. vers. & ſicut videmus. volum. 3. Idem docuit Rom. in l. ſi is, qui hæres. §. neque filius. ff. de acquirenda hæreditate. Idem docuit Alexan. in dicta l. legatum, nume. 2. per totum, asſerens hanc eſſe magis communem opinionem, quia talis repudiatio dicitur eſſe alienatio per dictum §. fundum, vt voluit Dynus, Iacobus de Aret. Bal. & Imola in l. ſeruum filij. §. primo, in principio. ff. de legatis primo, & ideo requiritur conſenſus Capituli in omni alia alienatione requiſitus, iuxta cap. primũ, & ſecundũ, de rebus Eccleſ. non alienandis, in ſexto, ad quod etiam facit quod dixit Imol. in l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi Titius. ff. de legatis primo. Nec obſtat præſenti noſtræ limitationi (ſecundum Alexandrum, vbi.

vbi supra) textus in l.qui autem. in principio. ff. quæ in fraudem credit. quia ibi non erat acquisitum legatum creditoribus : merito ergo non dicatur alienatio: secus in casu nostro, cum per legatum factum Ecclesiæ succedente morte testatoris legantis, ipso iure sit acquisitum ius legatorũ bonorum ipsi legatario, cum etiã ignoranti illud acquiratur per mortem testatoris, a qua die legatum cedit, vt in l. si post diem. in fine. ff. quando dies legati cedãt. Respondet etiam aliter Pau. de Castro in dicta l. magis puto. in lectione Bononiensi, quòd ibi erat persona habilis, quæ repudiabat. in quæstione autem nostra secus reperitur, vt patuit ex supradicto. Idem docuit Franciscus Aretinus in dicta l. legatum. col. 2. vers. tu autem aduerte, sequens Bal. vbi supra, etsi postea ipsemet Aretinus (in l. is qui hęres. §. neque filius. col. 5. in principio, & in vers. vnde quicquid dicant isti Domini Canonistæ. ff. de acquir. hæred.) his præcisis vsus fuerit verbis, forsan impressoris errore, videlicet. Veritas est, ꝙ nec per solum Prælatum, nec cũ consensu Capituli potest fieri ista repudiatio. sicut tenet Bal. in dicto §. fundum. l. magis puto. in practica verò seruaretur opinio Canonistarum. hæc ille. Ex quibus videtur prima fronte fuisse sibi contrarius, quod tamen de tanto Doctore non erit suspicandum, pro cuius concordia animaduertendum, quòd ipsemet Aretinus ibidem (subdens se sententiæ Bal. in dicto §. fundum) ad verbum se subscripsit præsenti nostrę limitationi, cui & ipse Aretinus in d. l. legatum astipulatus fuerat, & Canonistæ communiter (vt retulit Felinus vbi supra) idipsum docuerunt, si benè percipiantur eorum verba (prout elegantissimè conciliauit omnes insimul Doctores, qui prima fronte videbantur ad inuicem dissentiri) Prępositus Alexan. in cap. sine exceptione. nu. 17. vers. vndecimò fallit, his præcisis verbis vtens, videlicet. Vnde dicas eorum opinionem concordando. Quòd aut quæritur. An Prælatus possit repu-
27 diare † bona etiam immobilia, & non parui valoris legata suæ Ecclesiæ collegiatæ, cui nondum fuerant incorporata, vt sunt illa, quæ præscribuntur, vt in c. fin. de præscript. vel illa quæ sunt legata, vel relicta ipsi Ecclesiæ: Prælatus inquam, an talia bona possit repudiare sine consensu Capituli sui, vel è cõuerso Capitulum sine consensu sui Prętati: & dicendum est, quòd non, vt in d. §. fundum. & ita procedit opinio Ioan. Calder. Pet. Anch. & sequacium. Aut quæritur. An possit Prælatus Rector, & Capitulum repudiare huiusmodi legatum sine licentia superioris? etiam dicendum est, ꝙ poterit: & ita procedit opinio Federici de Senis, & sequacium. & hoc voluit Bal. in l. pupillorum. C. de repu. hæred. Ex his ergo relatis ex Præpositio patuit quoq; quòd ipse Aretinus in d. l. is qui hæres. §. neque filius, nunquam voluerit asseuerare (prout iacet

ibi

ibi in litera per errorem) (credo impressoris) Prælatum cum consensu Capituli nõ posse repudiare legatum relictum Ecclesiæ collegiatę: locus ille ergo sic erit corrigendus secundum mentem ipsius (iam expressam in d. l. legatum) his verbis cõtentus, veritas est, quòd nec per solum Prælatũ, sed cum consensu Capituli potest fieri ista repudiatio, sicut tenet Bal. in d. §. fundum. ex his ergo omnibus patuit veritas presentis nostræ limitationis, cui communiter Doctores astipulari cõprobabuntur, si rectè põderabuntur verba eorum.

Secunda conclusio sit. Prælatus † in damno vitando iuris ac-
28 quisiti Ecclesię poterit prę iudicare ipsi consentiente Capitulo, nõ autem sine eius consensu, hęc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per arg. in c. 2. extra de donat. in quo Alexan. Tertius declarauit non valere donationem à prælato facta sine consensu Capituli: cùm prelati sint procuratores, non Domini rerum Ecclesiasticarum. arguendo ergo à contrario sensu apertissimè elicitur posse prælatum cum consensu Capituli præiudicare Ecclesiæ suæ etiam in bonis acquisitis eidem. Idem probatur per arg. in c. fi. extra de rebus Eccl. non alien. vbi Innocentius Tertius reprobauit quasdam alienationes factas à prælato sine consensu personarum Ecclesiasticarum ipsius Ecclesiæ, etiam si hoc esset secundum statutum secularium id permittens. ex quo capit. arguendo à contrario sensu, elicitur apertissimè prælatum accedente consensu Capituli posse præiudicare Ecclesiæ suæ in alienatione, ac ammissione iurium suæ Ecclesiæ acquisitorum. Probatur & secundò præsens conclusio auctoritate omnium Doctorum tam in dictis iuribus hìc citatis, quàm omniũ, qui superius fuerũt citati in probationem primę cõclusionis precedentis: cum vnica voce, vnicoque consensu, ac ore rotundo insimul presente conclusioni se subscripserunt. Probatur & tertiò hac ratione, Cùm enim volenti non fiat iniuria, neque dolus: & vnusquisque videatur moderator & rector rerum suarum, ac memor propriæ sãlutis. Indè sequitur, quòd cùm credita sit administratio rerum Ecclesiasticarum prælato, & Capitulo tam ab ipso Summo Pontifice, quàm à Deo Optimo maximo, præsumẽdum erit ipsum prelatum vnà cum suo capitulo pro bono Ecclesiæ suę alienasse aliqua ipsius bona: ac per consequens dicendum erit ipsos insimul posse præiudicare iuribus eorum Ecclesię acquisitis cõsentiendo illorum alienationi.

Limita singulariter dictam secundam conclusionem probatam tot, tãtisque legũ, ac Doctorum veridicis oraculis, dicendo illam tamen intelligendam fore cum grano salis, iuxta mentem ipsorum, ac dicendo ipsam verificari solum in præiudicio facto ipsi
29 Ecclesiæ † in alienatione iuris iam sibi acquisiti ex consensu Prelati, & Capituli: quãdo in dictis

aliena-

alienationibus fuiſſet adimpletę
ōēs ſolemnitates, & formę conſti
tutę tā a ſacris Canonib. ą ab Im
peratorijs cōſtitutionibus. Nam
ſi ipſis prætermiſſis fieret aliena-
tio cuiuſcumque iuris acquiſiti
ipſi Eccleſiæ à prælatis cum con-
ſenſu etiam Capituli (prout in ca
ſu noſtro facta fuit) omnino de
iure dicta alienatio erit dicenda
nulla, nec ſortiri debebit ali-
quem (etiam per maximo tem-
poris curriculo ſuum effectum,)
quapropter dicta alienatio lega-
ti pij facti à dicta teſtatrice (de
quo eſt ſermo) dicto Reuerendo
Abbati, & Monachis dictæ Ab-
batię Florentinę cum ſupradictis
recenſitis conditionibus facta in
perſona tam Excellentis Domini
talis de tali,

Quàm ſuorum prædeceſſorum
in dicto prætenſo iure legato,
ſeu imaginario beneficio, fuit,
eſt, & ſemper erit (ſi fieri con-
tigerit, quod abſit) de iure tam
Pontificio quàm Imperatorio,
nulla. Et quòd ſimus in terminis
limitationis preſentis ſupradictę
concluſionis, ſcilicet in præiudi-
cio facto ipſi Eccleſiæ Abbatiæ
Florentinę legatarię in dicta alie
natione iuris ſibi acquiſiti in bo-
nis legatis ſibi à dicta teſtatrice,
q̃ facillimè comprobaī ex illici-
ta illa collatione, ſeu (vt rectius
dicamus) alienatione dictorū bo-
norum legatorum beneficij illius
imaginarij erecti, nullo acceden-
te conſenſu Epiſcopi Diœceſani,
contra tot iura ac cōmunioré ſen
tentiam citatam in abſolutione
primæ quęſtionis propoſitę. Imò,
(quòd peſſimum fuit) & contra vo
luntatem implicitam ipſius teſta
tricis, vt ex ipſius teſtamenti, ſeu
legati ſupra relati tenore patuit:
quòd vtique legatum ſi dictus D.
Abbas pro tempore, & Capitu-
lum dictę Abbatię non acceptaſ-
ſet, non vtique alteri ſub titulo
beneficij imaginarij contuliſſet
vna cum bonis emptis ex pecunia
ipſa legata ſupradictis, ex cuius
acceptatione legati ius dictorum
bonorum legatorum iam acqui-
ſierat per dictam acceptationē:
factam per Reuerendum Abba-
tem & Capitulum Abbatiæ Flo-
rentinæ ius in quam in dictis bo-
nis legatis, ex tot tantiſque ora-
culis citatis in vtraque concluſio
ne præcedenti patuit, & præcipuè
per argumentum in l. pretia. ff. ad
l. Falcid. in qua dicitur inſtitu-
tum hæredem † ante ipſius adi-
tionem non eſſe locupletiorem.
Sic ergo arguendo à contrario
ſenſu dicemus per aditionem hę-
reditatis locupletiores non effici:
tum quia dicta alienatio illis de
iure erat prohibita, cum etiam
ab initio de iure non ſubſtiterit,
iuxta vulgatiſſimas regulas illas
iuris in c. nō firmatur. c. non prę-
ſtat impedimen. c. quæ contra iu-
ra. c. qui contra iura. de regu. iur.
in ſexto. Nam in dicto c. non fir-
matur, hæc formalia verba ha-
bentur, videlicet. [Non firmatur
tractu temporis, quod de iure ab
initio non ſubſiſtit.] hæc ibi. &
quòd talis alienatio bonorum le-
gatorū de iure ab initio non ſub-
ſtiterit quamplurimis vtriuſque
iuris sāctionibus probabitur pau

lo

lò post in quibus omnis iuris acquisiti Ecclesiæ alienatio sine requisitis de iure solemnitatibus irrita, & inanis comprobabitur luce meridiana clarius. Insuper in dicto capitulo non præstat
32 † impedimentum hæc habentur, videlicet. [Non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.] hæc ibi. Cum ergo dicta alienatio non sit de iure sortita effectum: inde sequitur quã apertissimè dictum. Reuerendum Abbatem dictę Abbatię posse de iure statim constituere in dicto altari erecto, vt supra, Capellanum Sacerdotem tam secularem, quàm regularem amouibilem, declarando saltem per Iudicem competentem ipsam alienationem pij legati contra mentem testatricis fuisse irritam, ac nullam dicto Capellano de nouo eligendo, assignando debitum salarium, seu eleemosynam, ex fructibus dictorum bonorum: reliquos redditus vero dicti legati applicando suo Monasterio, iuxta mentem dictæ testatricis; reputando dictam alienationem (falso verò vocabulo appellatam beneficium) pro infecta, iuxta regulam in dicto capitulo, quæ contra ius. Vbi habentur
33 hæc videlicet: Quæ contra † ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.] hęc ibi. Quibus concordat, textus singularis in l. non dubium. §. nullum enim pactum, C. de legibus. vbi hæc habentur videlicet, [nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quàm nouellas generaliter imperamus: vt legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat: cęteraque quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur: licet Legislator fieri prohibuerit tantum: neq; specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum, sed etsi quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod intercedente lege factum est: illud quoque cassum atque inutile esse præcipimus: secundum prædictam itaque regulam, qua vbicunque non seruari factum, lege prohibente, censuimus: certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti nec Sacramentum admitti.] hæc ibi. Ex his ergo aureis iuris vtriusque regulis, ac constitutionibus Doctorumque oraculis super ijsdem regulis, quæ hic referre superfluum fore existimauimus, cũ videantur quoque contenta in ipsis, iuri etiam naturali consona, His ergo prætermissis asseremus nonnulla iura, quibus possessio-
34 nes † iuraque Ecclesiæ legitimè acquisita alienari prohibentur, declarando huiusmodi alienationes irritas, & inanes fore ab omnibus habendas: Sciẽdum insuper, q̃ presens nostra conclusio

inſraſcriptis iurib. ſpecialius probatur veriſſima, & vt incipiamus ab antiquiorib. memorię retinendum erit, ꝙ hoc ipſum fuerit ſtatutum à Beato Gregorio (in lib. 10. Epiſtolarum) ſcribente ad Archiepiſcopum Mediolanéſem, & habetur in c. res in Epiſcopatu acquiſitas. 12. q. 2. & à Leone Papa Quarto in Concil. & habetur ibidem in c. monemus. & in c. quiſquis Epiſcopus vel Abbas. vbi idem ſtatuit ipſemet Leo Papa in ſeptima Synodo. c. 12. addēs quod Epiſcopus hoc faciens, abſque Epiſcopatu ſit, & Abbas abſque Abbatia. & in c. nō liceat. vbi Symmacus Papa in Synodo Tertia a c. 4. vſque ad 9. dixit non licere Papę prędium Eccleſię alie
35 nare † & in c. indigni. & in c. quicquid. & eſt decretum Concilij Agathenſis cap. 53. & in c. Abbatibus: & eſt decretum Concilij Aurelian. 3. cap. 23. hi omnes canones ſunt in dicta 12. q. 2. Idem habetur in c. Epiſcopi ex Concil. Toletano, extra de rebus Eccleſiæ alien. vel non. & in c. nulli liceat. eodem titu. ex Concil. apud Syluanū. & in c. ſi quis Præsbiterorum. eodem titu. in quo idipſum ſtatuit Symmacus Papa, & in c. poſſeſſiones. eodem titu. in quo Innocētius Tertius idem ſtatuit, qui idipſum ſtatuit quoque ibidem in c. ad noſtram. eodem tit. & in c. ſi. eodem titu. ipſemet Innocentius dicens, quòd ſine legitimo conſenſu clericorum, alienatas poſſeſſiones irritas eſſe, etſi iux. conſtit. laicorum fuiſſent tales alienationes licitæ. nota ibi [legitimo conſenſu] legitimus tunc dicetur conſenſus, quando conſentitur alienationi cedenti in vtilitatem euidētem Eccleſię, aut pro imminenti neceſſitate ipſius, cui aliter non poſſit occurri. Idem & clariùs probatur per textum apertiſſimum in c. 1. de rebus Eccleſiæ non alien. in ſexto, vbi Innocentius Quartus declarauit nullam eſſe alienationē poſſeſſionis Eccleſiaſticæ factam, ét auctoritate Epiſcopi, niſi euidēs neceſſitas, vel vtilitas ipſius Eccleſiæ hoc omnino expoſtulauerit, & quòd nulla neceſſitas, vel vtilitas Abbatię Florentinę requiſierit dictam abdicationem, ſeu alienationem dictarum poſſeſſionum ſibi legatarum, a dicta teſtatrice, non eſt qui non animaduertat: cum potuerit commodè, vtiliter, ac decenter Abbas cōſtituere Capellanum in dicto Altari vnum ex ſuis Monachis, eo quòd Eccleſia in qua erectū eſt ipſum Altare (pro quo factum eſt legatum) deſeruiat alius Monachus fungens officio Capellani ipſius Abbatis Rectoris curati dictæ Eccleſię Sancti Martini eo magis quòd ſimul, & ſemel ipſe Abbas cōſuluiſſet bono dictæ Abbatię honeſtati Monachali, & in ſimul ſatisfeciſſet pręcepto Pontificiali contento in c. pen. & vltimo. ext. de Capellis Monachorum. Vbi prętipitur, quòd ſaltem
36 bini Monachi † & non ſoli deſeruiant alicui capellę Monaſterij, quod vtique maximo cum iudicio, ac prudentia dictus Summus Pontifex ſtatuit: adimplere Reue

rendus

rendus Abbas modernus dictę Abbatiæ Florentinæ poterit. Idipsum rursus fuit statutum à Clemente Quinto, & habetur in Clemen. 1. de rebus eccles. non alien. quòd & postea fuit confirmatum a Paulo Secundo, & habetur in extrauag. Ambitioseę cupiditati. sub titu. de rebus eccles. non alienan. vbi declaratur, quòd pro vitandis pœnis promulgatis cõtra alienantes bona Ecclesiastica necessario requiratur, quòd antè ipsã obtineatur dispensatio, seu consensus Summi Põtificis, quando contigeret fieri pro necessitate, vel maxima vtilitate Ecclesię. In his ergo iuribus vltra irritationem talis alienationis cõtractus inflictę reperiuntur quamplurimæ pęnę ijs, qui contra fecerunt, vt latius inibi apertissimè habetur: idipsum nouissimè habetur in Concilio Trid. sess. 22. de reformatione c. 11. vbi fulminantur insuper pœnæ suspensionis, & excom. Papalis contra alienantes
37 † bona Ecclesiastica. Ex his ergo apertissimè patuit, alienationem dictorum bonorum legatorũ dicto Altari, & simul Abbatiæ Florentin. ipso iure fuisse, & esse nullã, cum non cesserit in vtilitatem ipsius Abbatiæ, sed neque pro ipsius necessitate alienata fuerint, nec in dicta alienatione interfuerint solemnitates requisitæ a suprascriptis iuribus: immo contra mentem leganris illa ipũ Altari, & Abbatiæ, & quòd pro nulla sit iudicanda dicta alienatio, habemus etiam expressè ex iure ciuili. Nempè ex l. iubemus. la. secunda, §. scientes. & §. sanè. C. de sacrosanctis eccles. iũcta Authen. Hoc ius porrectum. C. eodem titu. hoc ipsum apertissimè habetur, (etsi sermo habeatur solũ) in dicta l. iubemus, la seconda, de alienationibus rerum immobiliũ Ecclesiæ Constantinopolitanæ factis nulla necessitate cogente, vel illius Ecclesiæ vtilitate hoc poscente, etiam si affuissent consensus Episcopi & Cleri, seu Capituli ipsius Ecclesiæ, declarando ipsas irritas & de iure nullas, & ꝙ omnino dictas possessiones sic alienatas omnino restituendę forent dictæ Ecclesiæ sic spoliatę bonis suis assiguare possumus vltra iam allata pro ratione irrefragabili, hoc scilicet, quòd factæ
38 fuerint dictæ alienationes † contra tot leges, stante regula prædicta, quòd quæ contra leges fiunt, pro infectis sint habenda. & vt ibidem docuit Glo. in versic. habenda. Hoc intelligitur quo ad Ecclesiam, non autem quo ad œconomum alienantem, qui tenetur Ecclesiæ insimul, & emptori illorum, vt ibidem statutum fuit. Attamen sciendumque huiusmodi constitutio Imperialis loquẽs solum de bonis ecclesiæ Constantinopolitanæ nõ alienandis, per ipsummet Imperatorẽ postea fuit extensa ad oĩa bona immobilia, vel mobilia pretiosa cuiuslibet Altaris ecclesiæ per text. in Authen. Hoc ius porrectum. C. de sacros. Eccles. iuncta glo. 1. & ibidem per Doctores. Probatur & secundo præsens limitatio auctoritate omnium Glosarum & Doctorum

ctorum in ſupra citatis iuribus. Nam ibidem vnanimes idipſum ſentierunt: attamen (meo quidē iud.) idipſum docuit elegantiùs ac locupletius Panormitanus in c.1. nume.12. in verſi. ſed capiendo mentem ſuam: & ſequen. præſentis noſtræ limitationis, & colligendo quæ paulò antè recenſuerat ipſe ex ſententia Antonij de Butrio, & aliorum, his præciſis verbis vſus fuit, videlicet, ſed capiendo mentem ipſius Antonij videtur quo ad caſum preſentis noſtrę quæſtionis ſic dicendū, quòd
39 aut violentia † fuit illata per ſolùm Prælatum, aut per Prelatum & Capitulū inſimul: primo caſu ſi res ſpectabat ad menſam Prælati, priuabitur ipſe Prælatus in vita ſua, vt in c. ſi clericus. de Capitulo Conradi ſub titu. de Feud. vbi hoc ſtatuit Imperator: ſi verò res alienata ſpectabat ad Prælatum & Capitulum: tunc Prælatus præiudicabit ſibi reſpectu agendi: quia non poterit iſte amplius pro iſta re agere, ſed nō Capitulum, quia ipſum poterit agere pro Eccleſiæ indemnitate ſeruanda. Secundo caſu, quando violentia in alienatione rerum Eccleſiæ facta fuit per Prælatum, & Capitulum, dicendum erit tunc iuxta ſententiam Glo. Lau. & Archid. in c. placuit, 16. q. 6. & Domini Cardinalis in c. 1. extra de dolo, & contum. & Glo. in c. Priuilegium. 11. q. 3. indiſtinctè volentium, vt quantumcumque hoc delictum alienationis, vel aliud quodcunque communicato conſilio, nunquàm præiudicet Eccleſiæ: vt Eccleſia priuetur re ſua: quia expreſsè non poſſunt Prelatus & Capitulum ſine cauſa legitima & cauſa debita alienare bona Eccleſiæ, vt in c. ſine exceptione, 12. q. 2. multò fortius neque tacitè, maximè delinquendo. & diſtinctio, quæ fit, An aliquid fiat communicato conſilio Capituli, vel non; procedit quò ad ea, quæ cadunt ſub poteſtate Prælati, & Capituli, ad obligandum Eccleſiam pro aliqua legitima cauſa, vt legitur & not. in c. quod quibuſdam. de fideiuſſor. non autem quo ad alia, quæ non cadunt ſub poteſtate eorum. Simile eſt, quod not. Bar. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & in Authen. ſi quis in aliquo documen. C. de ædendo. & hoc (inquit ipſe Panormitanus vbi ſupra) plus placet. quare puto, quòd vbi delictum †
40 adminiſtratoris non præiudicaret pupillo in bonis ſuis, eadem ratione, & à fortiori non præiudicabit Eccleſiæ delictum prælati, & Capituli. vnde conſidero, quòd Prælatus & Capitulum non ſunt domini bonorum Eccleſiæ, ſed eſt ipſe Deus, ſeu Eccleſia vniuerſalis, ſecundum aliā opinionem, vt in c. cùm ex eo. de elect. in ſexto, & per Innocen. in c. cùm ſuper de cauſa poſſ. & propr. (vbi plenè dixi) Prælatus verò & Capitulum ſunt adminiſtratores: & pro tanto in quibuſdam caſibus requiritur Capituli conſenſus, quia non in omnibus habet Prælatus ſolus legitimam adminiſtrationem: ſed requiritur Capituli cōſenſus, vt patet ex his, quę legūtur & not.

in

Digitized by Google

in Clem. 2. de rebus Eccle. non alien. & in c. pastoralis de donat,
41 hinc dicimus † Prælatum & Capitulum facere vnum corpus, vt in c. nouit. & c. quanto. de his quę fiunt à Prælat. penes quos constitit plena administratio rerum Ecclesiasticarum: & habetur hoc corpus loco Domini, cum bene administrant ipse Prælatus & Capitulum, loco verò prædonis, cum malo, vnde grauius puniuntur, vt in c. si quis Presbyterorum. extra de rebus Eccles. non alien. in c. sine exceptione, & c. monemus. duodecima quęstione secunda, & in capitulo 2. de solut. sicut dixit lex ciuilis de tutore, in l. qui fundum, §. si tutor. ff. pro emptore: præterea considero quòd
42 contrahendo † pro negotijs Ecclesiæ, eorum factum non præiudicat Ecclesiæ, nisi fiat alienatio in casu licito, & seruata solemnitate à iure tradita, vt not. in c. 1. de in integrum restitu. fortius nó debeat posse alienare delinquendo, etsi diceres, hic est legis alienatio. Rñdeo hoc esse falsum, quia nulla lege hoc cauetur in Ecclesia. Imò si bene ponderetur l. si quis in tantã. C. vnde vi. super qua fundatur nostra quęstio, potius innuit oppositum: Illa enim lex vult priuare violentum proprietate rei, qui Dominus erat; sed Prælatus, & Capitulum non sunt Domini, sed administratores bonorum Ecclesiasticorum: Deus verò est ip-
43 se † Dominus, cui bona Ecclesiæ sunt oblata, & facta sunt Sancta Sanctorum Domini, vt in capitulo non liceat. c. prædia. & c. qui abstulerit. 12. quæstio. 2. & in c. cùm ex eo. de elect. in sexto: non ergo Ecclesia debet priuari suo Dominio propter delictum sui administratoris, sicut nec pupillus, nec adultus propter delictũ tutoris, aut curatoris, licet isti habeantur loco Domini. Præterea ad hanc sententiam omnes debent moueri, & hac alia ratione.
44 Nempè, quoniam bona † Ecclesiarum non solum sunt deputata ad vsum Prælati, & Capituli pro tunc existẽtium, verumetiam ad reparationem fabricæ, & alimoniam pauperum, vt in c. fin. 16. q. secunda, & capitulo quattuor, & capitulo concessio. 12. quęst. 2. & in capitulo pastoralis. ext. de his quæ fi. a Prælat. Quæ ergo æquitas, aut rigor poterit nobis suadere, vt delictum Prælati, & Capituli, & sic administratoris debeat primo redundare in præiudicium Dei, bonorumque Ecclesię legatorum, cuius est dominium. Secundò in præiudiciũ fabricæ ipsius Ecclesiæ, & pauperum, contra omnes vtriusque iuris, & naturalis regulas. Cui concordat sententia Innocentij in capitulo accedentibus. de excessibus Prælat. dicentis, quòd Præ-
45 latus † & Capitulum non possint renunciare statutis, & iuribus Ecclesiæ in præiudicium ipsius Ecclesiæ, & facit capitulum primũ, extra de his, quæ fiunt a maior. par. cap. Hoc ipsum voluit nos docere Ioannes And. in cap. constitutis. extra de religiosis domi. vbi accuratè disputando tenuit

46 Ecclesiam † non posse perdere dominium rei, quam habet in emphiteosi ex solutione Canonis non facta, quia cum sine solemnitate (de qua in capitulo sine exceptione, 12.q.2.) non possint clerici tale dominium alienare, multo fortius non poterant hic Canonem non soluendo, & ex contrario aperietur via fraudibus contra capitulum quanto, extra de diuor. prout etiam docuit Glo. in dicto capitulo placuit. dedita opera scilicet non soluendo Canonem Domino directo dictæ rei emphiteoticæ suo amico, aut consanguineo, vt tali via priuando Ecclesiam ditaret illum dicto Dominio vtili. Ex omnibus, & quamplurimis alijs rationibus (quæ afferri possent) probatur veritima præsens nostra limitatio dictæ conclusionis secundæ.

Tertiæ & vltimæ quæstioni propositæ satisfaciet vnica cõclusio, quæ est. dato & nõ concesso (imò de iure legitimè nunquàm concedendo) quòd per dictum legatum factum dicto altari cum supradictis conditionibus fuisset erectum, seu creatũ beneficiũ Ecclesiasticũ, & collatio ipsius facta à Reuerendo Abbate dictæ Abbatiæ Florentinæ, interueniente consensu sui Capituli Monachorũ dictæ Abbatiæ dicto Excellẽte tali .... tũc clerico, & ad præsens effecto merè laico, tum per assumptionem habitus laicalis, cum per functionem officij iudicis criminalis per ipsum administratam in curia Serenissimi Magni Ducis Florentiæ, dictum beneficium (si foret taliter nuncupandum, quod falsum est) vacat, & ipso iure priuandus venit ille, & à dicto Reuerendo Abbate de legatis obsequijs prouidendum, ac si ille mortuus fuisset, nisi quã primum post monitionem ei factam rediret ad assumendum habitum, & censuram clericalem, ac insimul verè renunciaret tali incompatibili officio Iudicis criminalis, cum alias tacitè cõsentiretur ipsum facto renunciasse clericatui. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo per textũ apertissimum in c. sed nec procurationem, in c. clericis, & in c. sententiam. extra ne clerici, vel Monachi. Nam in d. c. sed nec. Alexander Tertius in Concilio Late-
47 ranen. dixit quod clericus † Procurator, aut Iustitiarius Principis secularis sit deponendus, id est priuandus beneficio, & excãmunicatione pro eo, quòd officio clericali neglecto, cum contra Apostoli sententiam, se immergat fluctibus seculi. Et in dicto c. clericis. Idem Alexander Tertius statuit clericos iudicium sanguinis exercentes, (prout in casu nostro) sunt deponendi ab officio, & priuandi beneficio: & licèt ibi loquatur expressè text. de clericis constitutis in sacris, tamen omnes Doctores infra statim citandi, dicunt idem iudicium fore de clericis in minoribus constituti. Et fuerint beneficiati hoc elicientes ex verbis illius textus [honore priuetur, & loco.] Nam sub vers. honore intelligitur ordinis executio:

tio, & sub vers. loco, intelligitur beneficium, vt specialiter docuit Ioannes And. ibidem quem retulit, ac sequutus fuit Panormitan⁹ ibidem not. 4. asserens hunc esse verum sensum litteræ dicti Canonis. Ioan. And. etiam refert, & sequitur Diaz in sua pract. Can. crim. in cap. incip. Clericis in sacris. col. 1. & in dicto c. sententia prohibetur clericis omnis dictatio, vel executio effusionis sanguinis: & quòd laicus merè non possit possidere beneficium Ecclesiasticum probatur per arg. in c. quod a te. ext. de cler. coniug. vbi Alexander Tertius statuit clericos † in minoribus constitutos 48
contrahentes matrim. priuandos fore suis beneficijs, cùm non possint nec valeãt vacare Ecclesiasticis obsequijs vacantes immũdis. Diximus probari per arg. in d. c. quod a te, quoniam idemtitas rationis priuandi eos reperitur in casu nostro, vt latius probauimus per suprascripta iura, & docuerunt Vincentius, Ioannes And. & Panormitanus in c. sicut te. extra. Ne Clerici, vel Monachi (quorũ sententiam ad verbum infra referemus,) & quòd neque possint in ipso institui probatur, quam apertissimè quoque per textum in c. 2. ext. de institut. cum laicis non liceat pertractare de negocijs Ecclesiasticis. Idipsum confirmatur ex text. in c. causamque. ext. de præscript. Vbi dicitur laicum † non posse possidere spiritualia, & loquitur ibi Canon de decimis. vacat. n. hic arg. a minori ad maius negatiuè: sic dicẽdo: 49

Si laici de iure non possunt detinere decimas, quæ consistunt in rebus temporalibus, quanto min⁹ beneficia Ecclesiastica, quę sunt maiora, & spiritualia? Idipsum dicitur in c. sacrosancta, & in c. Massana. extra de elect. quod laicis Ecclesiastica possidere non liceat. Docuit Pascalis Papa Secundus, & habetur in c. nullus laicorum. 16. q. 7. his pręcisis verbis, videlicet. [Nullus laicorum Ecclesiasticas, vel Ecclesiarum bona occupet, vel disponet: qui secus fecerit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur,] & in c. laicis. 16. q. 7. habetur, quòd laicis quãuis Religiosis nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur potestas attributa, & in subsequenti c. hæc habentur, videlicet. Si quis Principum, vel aliorum laicorum dispositionem, seu dominationem rerum, vel possessionum Ecclesiasticarũ sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicet: & hæc iura, de quãplurimis alijs attulisse sufficiat ad probandam presentem nostram cõclusionem. Quæ apertius probabitur, & secundò Doctorũ auctoritate. Nẽpè omnium Glo. in dictis iurib. citatis, nec non & aliorum infrascriptorum. Glo. enim in c. 1. ext. de cleric. coniug. in versic. delinquenda. hoc ipsum docuit tacitè in ratione ibi allata. Nam dixit, 50
q. meritò clericus † contrahens matrimonium compellẽdus erit dimittere beneficia, cum vacare intelligantur ipso iure: contrario enim facto iuri renunciauerunt: cum ergo Excellens talis per as-

Digitized by Google

ſumptionem officij iudicandi in cauſa criminali facto ipſo videatur renunciaſſe dicto beneficio, ſi quod eſſet, patet ipſum vacare: Et quòd omnino debeat priuari
51 beneficia clericus† in minoribus dictans, aut exequens ſententiam ſanguinis, docuit Innocentius in dicto capitulo clericis. Illud loquens in ſacris, extendendo ad clericum conſtitutum ſolum in minorib. & beneficiatum, & merito, cum eadem prohibendi ratio adſit, vt poptimè docuit ibidem Panormitanus in not. 1. & in num. 7. in verſic. quæro quia textus. & hanc rationem reddit ibidem dicens hoc eſſe, quia ipſe clericus in minoribus per impoſitionem illarum pœnarum incurrit irregularitatem, qua ratione debet deponi, ita conſtitutus in minoribus, quàm in maioribus, vt not. in c. cum non ab homine. extra de Iudic. & ad iſtum textum dic, quòd verbum Sacris ſumitur largè. Nam omnes ordines Eccleſiaſtici ſunt ſacri. hæc Panormitanus vbi ſupra, qui idipſum confirmauit in c. ſicut te. Ne Clerici, vel monachi, loquendo de clerico effecto tabellione, qui minus concurrit in ſanguinis humani effuſione, quàm iudex criminalis: Nam referendo ſententiam Vincentij ibidem dicen
52 tis, quòd ſi clericus† in minoribus ſuſcipiat tabellionatum, cedit clericatui, & beneficijs, ac ſi contraheret matrimonium, vt in capitulo primo, & capitiuerſis. extra de cleric. coniuga. ſubdidit tamē ibidem Panormitanus in num. 3. verſic. & pro hoc infertur, quòd Io. And. dixit, quòd dictum Vincentij non reciperetur hodie, niſi per aliquas circunſtantias verificaretur hoc dictum: puta quia officium ſuſcipit a Rege, vel a Principe. (Addetu, prout eſt in caſu noſtro) qui quos facit notarios, ad publica, & criminalia deputat officia. hoc dictum (inquit Panormitanus) plus placet mihi, & ad hoc induco iſtum text um. hæc Panormitanus ibi, qui Panormitanus in dicto c. 2. num. 7. de inſtitut. dixit quod merè laici habitu, & profeſſione, vt eſt hic excellens talis ... non poſſunt præſcribere iura ſpiritualia. Idipſum docuit Diaz in ſua practica, tam in ſupradicto capitulo q. 2. quàm in dictæ practicę, capitulo 59. incip. Huius exceſſus, & Follerius in ſua pract. Can. crim. parte ſecunda, capitulo vigeſimoquarto, incip. Vt videri li-
53 cet, dicens clericum† ferentem ſententiam criminalem, ſcilicet capitalem, vel membri mutilationem, etiam ſi ſequuta non fuiſſet executio talis ſententiæ, fore priuandum beneficio. Fuſcus verò idipſum ſentijt dicens, clericum renunciare clericatui, & beneficijs eo ipſo, quòd faciat contrarios actus, vt ſi tonſura derelicta immiſceat ſe ſecularibus, cum videatur ea habere in vituperium, vt in capitulo Ioannes, in fine. de Clericis coniuga. & hoc dicit in tractatu de viſitatione. libro ſecundo, capitulo vigeſimooctauo, numero vndecimo.

Ex

Ex his ergo omnibus in medium productis patuit primo legatum factum Reuerendo Abbati, Capitulo, & Monachis Abbatiæ Flor. cum illis conditionibus nunquam fuisse beneficium Ecclesiasticũ, nec esse in præsentiarum tale nuncupandum. Nec ipso legato iam acceptato a dicto Reuerendo Abbate, & eius Capitulo illi lucroso contra mentem testatricis ipsum Monasteriũ Abbatiæ priuandum, illud trãsferendo in clericos seculares sub fictitio titulo beneficij erecti a dicta testatrice, ac per consequens de iure nunquam dictum Excellentem talem possedisse dicta bona legata, seu empta ex pecunia logata, sed neque suos prædecessores in tali falso titulo, sed omni iure tam Pontificio, quàm Imperatorio ipsum fore priuandũ dictorum bonorum possessione, cõtra tot iura sibi aduersantia, tum quia dicta alienatio facta annis preteritis ab Abbate, & Capitulo dictæ Abbatiæ Florentinæ tam in fauorem dicti Excellen. talis, quàm suorum prædecessorum, sit de iure nulla. Cum etiam per dimissionem clericatus, quando fuisset dictus Dominus appellandus beneficiatus in dicto beneficio, & per assumptionẽ muneris Iudicis criminalis, de directo aduersantis clericatui, & tot iuribꝰ hoc Clericis prohibentibus. Quapter pleno iure potuisset semp tam a principio aditionis dicti legati, q̃ postmortẽ procuratoris illius Iuliani hæredis dictæ testatricis deputare aliquã Sacerdotem secularem, aut regulare administrandum dictæ Capellæ pro salario congruo ex fructibus possessionis emptæ ex dicta pecunia legata ad hoc dictæ Abbatiæ Florentinæ, & reliquos fructus retinere in subsidiũ sui Monasterij, iuxta mentem testatricis.

His p̃missis de iure Monasterij Abbatię Floren. operępretiũ duximus insuper tam Reueren. Abbatem, q̃ enconomũ, & reliquos Monachos dictę Abbatię animaduertendos fore, q̃ si repererint supra notatum merè laicalib. negotijs astrictum, & iniustum detentorem (sub titulo beneficij collati a dictis Reuerendis p̃ib. pręteritis, aut pręsentib. nolle renunciare possessiones emptas pecunia dictæ legantis in dotẽ d. Capellæ, & pro sacro ministerio in d. capella, & Ecclesia explẽdo, ipsi Abbatię verè legatariæ, cũ supradicto onere, seu executrici dicti pij legati, (prout latissimè supra probauimus) nisi super fructibus dictarum possessionũ sibi assignaretur annuus certus cẽsus: poterit dictũ annuũ censum ipse enconomus d. Abbatię (mandato ipsius speciali ad hoc facto) promittere, & tẽpore statuto illum soluere tuta conscientia, accedente in hoc cõpositione facta a Iudice, si mota fuisset lis: sin autem ab Episcopo Diœcesano, vt sic ipsa Abbatia redimat vexationẽ sibi iniustè illatã a tali iniusto possessore iuris iã ex multis annis d. Abbatię acquisiti: licèt nõ negemus dictum Dominum non posse apud ipsum retinere tuta cõscien-

tia illos census sibi solutos tanquàm apertissimè iniustos : tum ex eo, quòd titulo beneficij illas possessiones possideat : & de iure dicta capella dotata , sine Episcopi Diœcesani, beneficium Ecclesiasticum dici non possit, vt supra fuit probatum, tum quia etsi beneficium esset : ipso iure : illo fuerit priuatus per renũciationẽ clericatus tacitè factam per exequutionẽ officiorũ merè laicorũ, vt satis abundè per supra allata fuit probatum : quamuis non negemus , quòd si esset aliqua ambiguitas de iusticia ipsius, & Abbatiæ, in tali casu, interueniente compositione & consensu Domini Diœcesani, dictæ Ecclesiæ (in qua est situata ipsa capella) tuta conscientia & ipse Dominus renuncians huiusmodi bona ipsi Abbatiæ poterit , vita tantum sua durante, percipere dictas pensiones si esset clericus, in persona cuius semper loquuntur infrascripta iura: cùm laicus nõ solum nõ sit capax beneficij Ecclesiastici , sed nec pensionis, nisi ex dispensatione Summi Pontificis, & tunc solùm pensionis : probatur ergo quod hic diximus. primo per tex. in c. 2. & c. de cętero. ext. de transact. Nam in d. c. 2. Alexan. Tertius Papa his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Statuimus, vt si su
54 per † decimis inter vos , & aliquam personam Ecclesiasticã de assensu Episcopi, vel Archiepiscopi sui compositio facta fuerit, rata & incõcussa illa permaneat.] hæc ibi. & in d. c. de cętero. Idem Alexan. Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [De cętero noueris, quòd cùm aliquis ad extraordinarium Iudicem litteris impetratis cũ aduersario suo componit: postmodum in Ecclesia, de qua agitur ius aliquod habiturus: si compositio non est iuri contraria, non est a loci Episcopo reprobata. Sed census absque Episcopali auctoritate , cui præest Ecclesiæ sub hoc prætextu solutus vitam eius, qui soluerit, nõ excedit.] hæc ibi. Idem docuit Honorius Tertius Papa scribens Cardinali titu. Sanctæ Praxedis , & habetur in c. fin. ext. de transact. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ex parte tua , & infra . Poteris ad componendũ interponere partes tuas, & interdum aliquid seueritati detrahere , (prout staru Imperij , & excedentium multitudine , quida deliberatione pensatis) videris expedire exceptis nimirum casibus , qui compositionis, siue dispensationis remedium non admittunt: vtpotè coniugij Sacramentum , quod cum non solùm apud Latinos, & Græcos, sed etiam apud fideles, & infideles existat a seueritate Canonica circa illud recedere non licebit. In his verò super quibus ius non inuenitur expressum , pro-
55 cedas (æquitate seruata) † semper inhumaniorem partem declinando, secundum quod personas & causas, loca, & tempore videris postulare.] hæc ibi. Idem breuiter habetur in c. si primates, 5. q. 2. & in c. studendum e. dist. 90. & quòd transactio, seu com-
56 positio † inter partes licitè fiat

auc-

auctoritate Iudicis tã ante, quàm post litis contestationem, de iure ciuili sit licita, docent omnes leges contentę sub titu. C. de transact. & ibi per Glo. & Doctores latissimè. & per subsequentia iura Pontificia, quæ specialiter videntur loqui in casu nostro, & qp is, qui aliquid recipit, vt ab iniusta vexatione cesset, repeti ab eo id porerit, cum ipse, nisi voluntariè, & non coactè soluerit teneatur ad restitutionem eius, docuit text. in l. penult. & vltima, C. de condict. ex turpi causa. & in l. idem. §. quoties. ff. de condict. ob turp. cau. vbi communiter per Doctores, & glosas.

Idem docuit textus in c. dilectus. el primo, extra de simonia. Vbi recensetur Cœlestinum Papã Tertium scribentem Linconiensi Episcopo, & Priori de fronte facto huiusmodi redemptionem tacitè approbasse: his enim ille præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Dilectus filius R. Præpositus nobis expositit, quòd cùm Eboracen. Archidiaconus eum multis grauaminibus atlicere non cessaret, promisit ei certã quantitatẽ pecuniæ se daturum, vt ab ipsius
57 desisteret lęsione: † Verùm dictus Archidiaconus post receptionem pecuniæ, super dignitatibus, & beneficijs eius ab eius molestia non quieuit: ideoque discretioni vestræ mandamus: quatenus si res ita se habet: Archidiaconum restituere quod accepit (si eũ contra promissionẽ suã veniisse constiterit) compellatis.] hæc ibi. Nec obstat nobis, quòd in dicto Canone nulla fiat mentio de præcedente consensu præstito in tali redemptione facta per Diœcesanum, prout nos consuluimus supra, cum ex ipso textu hoc ipsum elici possit, etsi non dictum sit ibi expressè, vt fuerat approbatum ab Innocentio Tertio vtente tali forma verborum, videlicet. [Nisi essent viri prouidi, & honesti tam qui ordinationem fecerunt, quàm illi, circa quos est facta ordinatio in Ecclesia vestra super Prioratus negotio, ordinationem illam val de suspectam propter exempli pernitiem haberemus. Quod ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa vnum de duobus electis, vt ipse habeat Prioratum: hoc ex delegata iurisdictione secundum iustitiam videtur esse statutum: quod autem ordinatum est circa reliquum, vt ipse viginti libras de redditibus Capituli, & quadraginta de prouentibus Prioratus percipiat annuatim: hoc secundum prouidentiam intelligitur esse præceptum ex arbitraria potestate: cùm in delegatos fuerit compromissum, qui auctoritatẽ sibi retinẽdo commissam, se pro bono pacis, & vtilitatis hoc ordinasse fatentur. Quia igitur hęc ordinatio ab omnibus recepta: possunt quæ licitè Prior, & Capitulum de prouentibus suis propter causas prædictas, non quidem ex pactione partium, sed ex iussione iudicum prouisionẽ huiusmodi exhibere. Nos eam hoc adhibito moderamine tolera-

zed by Google

mus, vt ad præstationem quadraginta librarum nō dignitas Prioratus, sed persona Prioris maneat onerata: Ne fortè circa prouentus aliqua videatur facta sectio Prioratus: ita quòd ipso Priore defuncto, successor ipsius ad præstationem quadraginta librarum minimè teneatur.] hæc ibi. per quæ apertissimè probatur quod consuluimus: & quòd huiusmodi compositio inter partes fieri non liceat sine Iudicis auctoritate. Probatur insuper idem per textum in capitulo cum pridem extra de pactis, ibi. [inter se (non tamen nobis mediantibus) conuenerunt: quòd eidem P. pro expensis, quas fecerat, tres marcæ argenti soluerentur: & idem P. liti cederet, & a Monachorum infestatione cessaret. Cumque compositionem istam auctoritate Apostolica peterent confirmari: Nos eam non duximus admittendam: pro eo quòd videbatur prauam illicitè pactionis speciem continere.] hæc inter alia ibi habentur, idem innuitur in c. nullus Episcopus grauamen, 1.q.1. cum c.quæsitum. 1.q. 3. & in c.1.extra de vsuris.

Probatur & secundò Doctorum auctoritate hoc ipsum, quod consuluimus. Nam Glo. in dicto c. dilectus. in versiculo restituere his præcisis verbis vtitur, videlicet. Nota, q̄ ex eo, quòd præcipitur ei restituere, quod accepit ei, qui dedit, innuitur nō esse turpitudinē ex parte dantis ius suū redimere volentis? Dicas (subdit glo. ipsa) q̄ ius suum nulli redimere & re liceat † in re spirituali, vbi quis petit, habet ius in re illa: quia simoniam cōmitteret, vt in c. Matheus. ext. eod. titu. sed agere dēt per superiorem, vt in c. ad aures, ext. eo. sed cum ille, qui vexat, nullum ius habet, nisi quia illum vexat de facto malitiosè, & iniustè: Dicunt quidam quòd redimere non possint: sed verius, & æquius videtur, quòd cum iniustè vexatur possit redimere vexationem suam. Idem dicendum fore (inquit eadem glosa) de beneficio, vel officio iniustè interdicto, & excommunicatione iniusta scilicet, quòd non committit simoniam, qui dat pro sua restitutione beneficij, vel officij, vel absolutione excōmunicationis, vel interdicti: sed ille, qui recipit, simoniam committit, qui dat nullum ius acquirit, sed dat, vt ius acquisitū retineat, vel redimat: quod licitum est, vt in d. c. quæsitum, & in d. c. 1. Si vero iustè sit suspensus, vel excommunicatus, si pretium dat, vt absoluatur, vel restituatur, simonia ex vtraque parte committitur, vt docuit textus in c. nemo, ext. de simonia. hęc glo. illa singularis. Idem elegātissimè docuit Glo. in d. c. nisi esset. in verse. exiutione, his præcisis verbis vtens, videlicet. Ex pactione partiū nō liceret, nec illā tollerasset Papa, vt in c. cum pridem. ext. de pactis, sed quia Iudicis auctoritate factum fuit. & quòd Papa hic toleranit huiusmodi compositionē: hoc fecit propter causas prędictas, scilicet pro bono pacis & vtilitatis, quia placuit omnib.

etsi

etsi Papa hanc compositionē non toleraſſet, auctoritas Iudicis non ſufficiebat, quia de iure hoc facere non poterat, vnde dicit Papa. Nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, & ad tēpus tantum, vt ſequitur. hæc illa Glo. Idē docuit Glo. in dicto cap. cùm pridem. in verſic. non duximus. & in verſic. illicitæ pactionis ſpeciem. Idem gloſæ in ſupra citatis iurib. communiter, etſi non dixerint, q̄ Iudex ex ſe non poſſet componere, & ſequuta compoſitio nō eſſet valida, niſi ſubſequuta fuiſſet confirmatio Summi Pontificis. Idipſum docuit Innocētius in c. 2. de tranſact. dicens, quòd tranſactio, & permutatio in ſpiritualib. tantum licita eſt, ſi nihil temporale interueniat, vt in dicto c. 2. & c. de cætero. & etiam in beneficijs, ſi petantur iure proprietatis, puta, quia vna eccleſia petat ab alia præbendam, quam dicit ad ſuam collationem pertinere, ſed ſi clericus petat beneficium, non eſt licita tranſactio, etiam ſi vtriſque detur ſpirituale, vt infra. eod. cap. cōſtitutus, niſi ſecundum modū, qui ponitur in d. c. niſi eſſent. Cōpoſitio autem interuenire poterit, vt infra eod. cap. ſuper eo, ſine aliqua datione, etiā ſi aliter credat habere ius, ſed ſimpliciter renunciet iuri ſuo, ſed in caſu conceſſo à iure, per quem renunciās debeat aliquid obtinere, ſolùm aſſignetur in vita eius, cui renunciat, & vt hoc aſſequi poſſint ſine peccato, opus eſt, vt verè credat ſe iuſtā cauſam habere, aliàs ſine peccato non tenebit, vt in c. 3. de inſtitu. imò ſecundum legē quantum ad doloſum actorem, nō teneret talis tranſactio, vt in l. in ſumma. in princ. ff. de condit. indeb. fieri ergo debet compoſitio in caſu licito, auctoritate Epiſcopi, qui ſubſunt eis, qui Archiepiſcopo, cum eius conſenſu, & Abbates cum conſenſu ſuorum Prælatorum, & erit facienda aliqua cauſæ cognitio & decretum: Ēpi verò cum conſenſu ſui Capituli, ſi habet, aliàs ſui presbyteri. Qui Innocentius idem repetijt in d. c. cum pridem. ſuper verſ. pranam. dicens, quòd in dicto cap. niſi dicatur licitum iuſſione Iudicum, ſine vllo pacto aliquid dare: hoc autem illicitum ex pacto: caueāt tñ, quia nec hoc ipſum in intentione gerere debent, vt in c. tua nos. de ſimonia. Idē repetijt Innocentius breuiter. in cap. Matheus. extra de ſimonia. dicens, q̄ contradictio vt ceſſetur, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ante cōfirmationē aliquid dare (vt in d. c.) eſt ſimoniacū, prout apertiùs docuit ipſemet Innocent. in c. ſignificaſti. in principio. extra de electio. his præciſis verbis vtens, videlicet; Simpliciter dicimus, quòd ante electionē Electores, & Superiores nullas debent interponere pactiones, nullasq̄ conuentiones. 1. q. 2. c. quàm pio. & de cōditionibus, dicunt quidam ſecus: nam poteſt benè eligi aliquis ſub conditione honeſta, etiam inſolita, & de nouo inuenta: verbi gratia eligimus talem in Sacerdotem, ſi promiſit quotidie celebrare Miſſam: quia iſtę monitiones videntur,

tur, etſi meliùs dicatur, quòd ante electionem nec conditio ritè apponitur. Idem docuit Panormitanus in infraſcriptis locis. Nã in dicto cap. dilectus. col. 1. not. 1. nu. 2. dixit. Notandum primò ex ipſo textu fore caſum notabilem, & ſingularem, quòd ſine aliquo vitio poteſt dari pecunia Prę lato ab eo, qui iniuſtè vexatur in iure ſuo, vt ſic redimat vexationẽ facti: ex quo infertur illud generale, quòd datio pecunię pro iure quæſito conſeruando contra moleſtationem indebitam, non inducit ſimoniam, nec turpitudinem, aliàs non potuiſſet ille repetere: quia quando turpitudo verſatur ex vtraque parte non eſt locus repetitioni, vt in l. 3. ff. de condit. ob turp. cauſ. & in regula in pari delicto. de reg. iur. in ſexto, & ſubdidit, quòd Hoſtienſ. in dicto cap. dilectus. dicit, quòd pro
59 aliquo iure † ſpirituali quærẽdo nõ eſt licitum aliquid dare, vt in c. Matthęus. eod. tit. ſed pro quæſito conſeruando ſic, vt hìc. & addit ipſe Panormitanus ibidem, ſed dic meliùs, vt ibi dixi, & comprehende totam materiam, ſic diſtingue, quòd aut quærimus in temporalibus, aut in ſpiritualibus. Primo caſu licitè redimitur vexatio, tam pro iure quæſito, q̃ pro iure quærendo, ſed recipiẽs pecuniam indebitè tenetur ad reſtitutionem, vt in l. 1. & in l. generaliter. ff. de calumn. & in l. 4. §. quoties. ff. de cõdit. ob turp. cau. in ſpiritualib. verò pro iure quęrendo nõ eſt licitum aliquid dare etiam, vt ceſſet impedimentũ facti: quia videtur iſte ambitioſus, dando pecuniam, vt faciliùs illud acquirat, & ſic propriè loquitur dictum cap. Matthęus, nec propriè redimitur vexatio, ſed datur, vt facilius acquiratur ius ſpirituale. Pro iure autem acquiſito: Aut eſt in poſſeſſione iuris illius, etſi moleſtetur de facto, licitum eſt aliquid dare, vt probatur hic, licèt recipiens teneatur ad reſtitutionem. Si verò iſte vexatur: vt quia Epiſcopus vult eum iuſtè deponere, vel alius iuſtè accuſare, vel forrè prætendit ius in beneficio, & tunc vexato non licet aliquid dare: quia non redimitur tunc vexatio facti, vt in c. nemo. eodem tit. facit. cap. niſi. cum ibi not. de præben. & cap. cum pridem. de renũc. Aut nõ eſt in poſſeſſione illius iuris iam quæſiti: & tunc, aut habet poſſeſſionem etiam illicitè detentam, & non licèt aliquid dare, vt notat Innocentius in cap. ad aures. eod. titu. & tenet Glo. in cap. decimas. 16. q. 7. Nam poſſeſſio eſt quid ſpirituale, hinc eſt, quòd non cadit in laicum, vt in c. cauſam. d e reſcrip. Vel ſaltem eſt connexa cum ſpiritualibus propter adminiſtrationem, quæ inde ſequitur, vt in cap. ſi quis obiecerit. 1. q. 3. Puto (inquit ibi Panormitanus) tamen quòd ſi propter potentiam aduerſarij, vel impotentiam ſuam non poſſet de facili ita conſequi apud Superiorem, q̃ tunc, vt euitet magnum præiudiciũ, licitè dare poteſt pecuniam, ſicut in ſimili de abſolutione ab excõmunicatione obtinenda dicit Io. Andr. in

dicto

dicto c. ad Aures. & paulò poſt ſubdidit. Nam ſi dedi pecuniam vt negotium calumnioſe mihi nõ faceres, poſſum repetere etiam cum pœna quadrupli, quantumcumque pacto recipiens pariuerit: vel poteſt intelligi iſta littera, ſecundum alium intellectũ: quem ſequitur Hoſtiẽſis, & Ioãnes And. quòd hic interuenit compoſitio inter Archidiaconum, & Præpoſitum illum, interueniente auctoritate ſuperioris: quo caſu licitè repetitur pecunia: nec recipiens tenetur ad reſtitutionem ſi compoſitionem ſeruat, vt in dicto c. niſi eſſent. & c. 2. & c. de cætero. de tranſact. & vterque intellectus eſt bonus in ſe, hæc Panormitatius vbi ſupra. ex quibus emicuit veritas intellectus, quem ſupra tradidimus ad dictum tex. in dicto c. dilectus. el primo. Idem docuit ipſe Panormitanus in dicto c. Matthęus. qui ſequens ibidem Innocentium dixit, quòd pro iure quærendo non eſt licitum dare pecuniam, etiam ad redimendum vexationem: ſecus pro iure quęſito. ad hoc dictũ c. dilectus. Nam videtur pecuniam dare, vt liberius poſſit conſequi illud ius ſpirituale, ſed quando eſt iam ius conſequutum; & vexatur in eo, tunc pecuniam propriè datur pro vexatione. hæc ibi. qui rurſus de eodem nos docens in c. 2. de tranſact. ſequens Innocentium vbi ſupra, concludit, quòd huiuſmodi tranſactio, vel compoſitio non
60 ſolùm poterit † fieri per Epiſcopos, & Archiepiſcopos, verùm etiam per Abbates, & alios inferiores Prælatos non tantum exẽptos, verùm etiam non exemptos ſi dictæ Eccleſiæ de quibus agitur ſint pleno iure ſubiectæ ipſis Abbatibus, & Prælatis. & ratio eſt, quia cùm habeant in eis Epiſcopalem iuriſdictionem, poſſunt hanc auctoritatem interponere: & addidit hoc dictum memorabile, & quotidie allegatum non fore obliuioni tradendum, quod amplectitur Glo. in Clem. 1. de rebus Eccleſ. non alien. & quòd ex hoc dicto inferatur ge-
61 neraliter, quòd in Eccleſijs † ſubiectis Prælato inferiori pleno iure, poteſt ipſe Prelatus inferior exercere omnem iuriſdictionem Epiſcopalem: vnde poteſt abſoluere excõmunicatos in caſibus, in quibus poteſt Epiſcopus, & alia exercere Epiſcopalia: prout ipſemet docuit in c. ſignificaſti. de foro compet. hæc Panormitanus ibi. qui & in dicto c. de cęte-
62 ro. col. 2. not. 3. dixit, quòd per compoſitionem † factam auctoritate iudicis delegati poteſt clericus ſe obligare ad ſoluendum aduerſario cenſum toto tempore vitę ſuæ: licèt Epiſcopus nõ conſenſerit, nec conſentire velit: & quòd hoc eliciatur ex dicto c. de cætero, & ex dicto c. niſi eſſent. idipſum repetijt idem Panormitanus in c. ſuper eo, colum. 1. nu. 3. verſicu. in glo. 1. de tranſact. dicens, quòd aut contenditur de beneficio ratione tituli, vel prælationis, & non poteſt interueni-
63 re tranſactio, cũ tranſactio † fiat (vt ipſemet Panormitanus ibidẽ paulò ante dixerat) cùm recedi-

tur

tur a lite aliquo dato, seu retẽto, vel promisso: compositio autem fit gratis, & amicabiliter, vt cùm prætendens non habere ius, vult à lite gratis recedere: etsi possit etiam dici, ꝙ compositio possit fieri aliquo dato, aut retento, vt in c. a: iuncta Glo. de transact. etsi talis compositio interuenire non debeat in beneficio litigioso, vt detur temporale pro spirituali, vel detur aliud spirituale non à Superiore, sed vigore transactionis, quod non est licitum: quia beneficium Ecclesiasticum non potest obtineri, nisi per Canonicam institutionẽ, vt in regula prima. de reg. iur. in sexto. & in c. ex frequentibus. extra de institu. prout docuit Innocentius in dicto c. 2. sed amicabilis compositio potest interuenire modo prędicto. Item Iudex ex officio suo pro bono pacis posset componere, vt habens ius in beneficio det aliquid non habenti, iuxta formam. c. nisi essent. de præben. Aut contenditur de beneficio ratione subiectionis. Et tunc idem dicẽdum, quod de alia re spirituali, in qua dic, ꝙ transactio non potest interuenire, vt detur temporale propter recessum à lite, vt in c. præterea. de transact. sed bene potest dari, vel retineri aliud spirituale, vt in c. ad quæstiones. extra de rerũ permut. & idem Panormitanus in c. fin. extra de transact. col. 2. nu. 7. vers. sed quæro. de eodem materia loquens, sequendo Specul. in tit. de præparat. Iudic. in §. excipitur, dixit, quòd Iudex poterit componere inter partes litigantes, quando earum iura sunt obscura, seu ignota, vt in dicto c. fin. & quamuis ipse Specul. dixerit, ꝙ quando sunt clara dicta iura, vt quia concluſum est in causa, & sic Iudici liquet, ꝙ qua parte debeat ferre sententiam, dubitauerit, & reliquerit hoc disputationi, tamen ipse Panormitanus, sequens Ioan. Andr. dicit, quòd nisi aliquę circumstãtiæ suadeant: abstinere debet à tali cõpositione, quasi ex quo sibi liquet de causa, non debeat reducere ad compositionẽ, ne videatur de iure vnius dare alteri sine causa, quod non licet, cùm Iudex debeat vnicuique reddere ius suum, sed ex circumstantijs posset hoc facere & cæteris paribus magis debet suadere actori vincẽti, quàm reo absoluẽdo. Ratio quia sententia ferenda pro actore est mandanda executioni, & in executionis actu posset fieri longum litigium, quæ ratio cessat ex parte rei. Tamen in eo posset subesse causa, vtputa, quia actor est pecuniosus & paratus appellare quantum iura sibi permittent: Debet ergo his & similibus causis cõsideratis Iudex abstinere, vel reducere ad concordiam. Ad quod facit textus in c. nisi essent. extra de præben. & hęc erunt memoriæ commendanda. Idipsum apertiùs, & ex professo, docuit idem Panormitanus in dicto cap. nisi essent. In quo textu ipsemet Panormit. nonnulla notatu dignissima, attulit in nostræ materiæ decisione. Et primo in col. 2. in fin. scilicet nu. 6. versic. Item nota. ibi pro bono, dicens, ꝙ solũ

pro

64 pro bono pacis arbitrator † poterit tollere de iure vnius, & dare alteri, & hoc non solum in casu dubio, verum etiam in casu certo, ex quo facit pro bono pacis. Nam clarè clarissimum debebat esse Prioratum pertinere illi, cui fuerat adiudicatus, nec ratione iuris competentis in eo potest fieri condemnatio in pecunia, cùm tractemus de re spirituali, sed solùm ex bono pacis toleratur officio ipsius arbitri, non per partes solùm. Addit & secundò in col.3. nume.8. versic.sed quæritur.ext. Glos. quòd si isti Iudices adiudicassent Prioratum ei, qui nullum ius habebat, tunc ipse si esset in bona fide, nesciēs huiusmodi iniustitiam fuisse factam, erit tutus
65 in conscientia, † credens, q̄ Iudices rectè iudicassent, & hoc propter auctoritatem Iudicis. arg. in l. si res iudicata. ff. de sent. & re iudic. & in c. cùm inter. de re iudic. secus si haberet malam fidē quantumcunque sententia trāsijsset in rem iudicatam. Nam in istis be-
66 neficialibus, † licèt sentētia transeat in rem iudicatā, respectu illius, contra quem lata fuit, nō tamen respectu eius, pro quo lata fuit, vt docuit tex. in c. cum dilectus. de elect. & glo. in c. 1. de concess. prēben. & Innoc. in c. ad aures. de rescript. & ratio est: quia respectu eius, contra quem lata fuit, valet, eo quòd poterat renunciare iuri suo, quod proferre noluit infra decennium, vt in capit. quo ad consultationem. de re iudic. & in l. absolutione. C. eod. sed respectu illius, pro quo lata est, non potest valere: quoniam sententia simpliciter declaratoria non potuit alteri tribuere ius: cùm non possit beneficium obtineri sine Canonica institutione, vt in regula prima, de reg. iur. in sexto. Tertiò dicit, quòd fieri nō possit inter partes cōpositio pro iure spirituali, mediante aliquo temporali sine Iudicis (in quem fuit compromissa) auctoritate: cùm ius præsumat non pro bono pacis illam fuisse factam, quod non præsumet si fieret, mediante Iudice viro honesto, prouido, ac iusto: quia tunc talis compositio
67 † toleratur, vt in dicto cap. nisi essent. & concludit etiam secundum Hostiensem, quòd compositio taliter facta non indigebit confirmatione Pontificia, etsi simpliciter loquēdo Iudex ex se hoc non possit, nisi à partibus ipsis compromittatur, vt subdidit ipse Panormitanus ibidem, columna quarta, numero nono, versiculo sed aduertè. Quartò ibidem addidit numero decimo, versicu. in Glos. fina. dicens, quòd vt docet idem textus dicta compositio terminabitur mortuo condemnato ad soluendum aliquid annuatim: & quòd hoc meritò extendat ibi Glos. ad mortuum ciuiliter. & elicit ex dicta sententia Glosæ, quòd vbicumque mors ciuilis operatur omnem effectum, quem mors naturalis:
68 mors ciuilis † æquiparatur naturali pro hoc bonum textum in l. Deo nobis. C. de Episcopis, & Clericis, & Glos. in Clementina ne Romani. de electionib.

licèt

licèt aliud ſenſerit Glo. in c.placuit.16.q.1.dicens, ꝙ mors ciuilis nũquam æquiparetur naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis. Idem Panormitanus de eadẽ materia, loquens in c. cum pridem. col.3.nu.9.verſ.in Gloſ.in verſ.illicita.extra de pactis.dixit, quòd ſi certus ſum me habere ius in ali quo beneficio, non pecco ſi dò pecuniam ei, qui mouet mihi litẽ, vt deſiſtat ab iſta vexatione: ſecus ſi non ſum certus.& ſubdit ex glo.ead.ipſe Panormitanus, ꝙ in beneficialibus committatur ſimonia ex ordinatione Eccleſiæ, & nõ ex diſpoſitione Diuina, qa hæc beneficia non fuerunt ordinata per Deum, ſed per Eccleſiã, nec ex ſe eſſentialiter ſunt ſpiritualia, ſed ex ordinatione Eccleſiæ accedunt ſpiritualibus: & addit ipſe Panormitanus, quòd ſibi placeat talis opinio, quãdo eſſet beneficium nõ habens annexam poteſtatem clauium: nam ſi haberet, tunc contrarium ſibi videtur: quia acceſſoriè videtur pecunia pro illa poteſtate ſpirituali, quod & ipſe Panormitanus quãplurimis medijs probat in c. extirpandæ.§.fin.col.20.à nu.53.vſque in finem.extra de præben.vide ibi latiſſimè.Idem docens Dominus Felinus dixit in c.ſi quando.col.2. in verſ.tertius caſus eſt. extra de offic.deleg. ꝙ quando Iu
69 dex † delegatus ex permiſſu partium eas compoſuit, tunc poterit ipſas cogere ad obſeruantiã tranſactionis, dummodo ipſa tranſactio ſit ſecundum ius: ſecus ſi contra ius. cùm caſus hic ſit in dicto cap.niſi eſſent. Idipſum latiùs, & apertius docuit ipſemet Felinus in dicto cap.dilectus.el primo.in col.1.& 2.cuius dicta colligentes dicimus ipſum nos docuiſſe infraſcripta. Primum quorum eſt, quòd hic textus ſit melior in iure ad probandum, quòd detur caſus, in quo quis ſine vitio ſimonię poſſit dare pecuniam pro conſeruatione iuris ſpiritualis quæſitę & per conſequens eſt caſus ad illud, quod dicitur, ꝙ licitè quis redimit vexationem ſuam, ſcilicet quando quis vexatur de facto, id eſt iniuſtè. Secundum eſt, ꝙ talis pecunia dr̃ turpiter acceptã, non tamen turpiter data, & per conſequens poterit repeti, cùm non voluntariè fuerit data. Tertium eſt,
70 ꝙ recipiens † à ſponte dante, nõ teneatur ad taliter accepti reſtitutionem, vt in d.l. ob reſtituenda. Quartum, quòd concludunt Doctores in dicto cap.dilectus.el primo. ꝙ nunquam ſit licitum re
71 dimere vexationem, † niſi vexatio ſit omnino de facto, & redimens habeat ius plenum, adeo ꝙ ſi deficeret poſſeſſio, adhuc nõ liceret, quaſi non ſit integrum ius ſuum, & cum poſſeſſio dependeat à ſpirituali, & hoc niſi piona poſſidens eſſet tam potens, ꝙ nõ ſperaretur victoria in iudicio. Nam tunc liceret redimere huiuſmodi vexationẽ, ſi redimens nullo modo dubitat de iure ſuo: quia ſi dubitaret, committeret ſimoniam dando, etiam ſi vexatio eſſet de facto, prout docuit Beatus Thomas in 2.2. quæſt.100. artic.2.in reſpon. ad quintũ, & Panormitanus

nus in cap. pridem. super Glo. in verſ. illicitè. extra de pactis, niſi ſolueret expenſas factas in Bullis, prout docuit Glo. in c. ſuper hoc. in verſ. pecuniæ. de renunciat. & ibi Imo. in pen. col. Quartum eſt, quòd recipiens propter vexationem facti, ſiue deſiſtat à vexatione huiuſmodi iniuſta, ſiue non, tenebitur ad reſtitutionem taliter accepti. & hoc in iudicio cognoſcetur ſummariè procedendo. Hæc Dominus Felinus vbi ſupra. Ad hoc ipſum probandum ſummoperè deſeruit, qd docuit Iaſon in l. ſi ſuper poſſeſſione. col. 2. in princ. in verſic. alibi tenet Ludo. Rom. C. de tranſact. ſequẽs ipſum (in cõſ. 55. incip. Volumus dicere hunc Bart.) dicentem, q̃ arbiter, vel arbitrator poteſt condemnare vnam partem ad dandũ aliquid alteri, pro partium adequatione per tex. not. in l. ſi ita legatum. ff. de condit. & demon. & ipſe Iaſ. ibidem dixit: ſed tu adde meliorem textum in c. niſi. & ibi Panorm. in 3. not. de præben. & ita ille limitat regulam, quę habet, quòd arbitri poſſunt tantum iudicare de his, de quibus factũ eſt compromiſſum, & non plus: ita dicit textus in c. cùm dilecti. ad finem. de arbitris, & ratio eſt,
72 quia poteſtas arbitri † dependet à poteſtate partium: hoc eſt, arbitri tantum habent poteſtatem, quantam partes eis tribuunt, & non plus, vt in l. nõ diſtinguemus. § de offic. ff. de arbitris. Hinc eſt, q̃ tenet Ludouic. Rom. in conſil. 115. quod incip. Viſo cõpromiſſo. verſ. in primo dubio, q̃ ex generale compromiſſo non venit, vt arbiter, vel arbitrator poſſit laudare pacẽ debere hincinde fieri de offenſis, & vulneribus hincinde illatis. hæc omnia Iaſon vbi ſupra, ex cuius ſententia elicitur etiam ipſum idem ſentire cùm ſe ſubſcripſerit Panormitano vbi ſupra, qui hoc ipſum expreſſiſſimè dixit, nec non & alijs ſupradictis Doctoribus, etſi ipſi loquuntur in perſona delegatorum, qui & ipſi dixerunt, q̃ ipſi delegati ex proprio eorũ officio non poſſint componere inter partes vnam alteri condemnando ad aliquid ſoluendum, niſi ipſi dictę partes de communi conſenſu hoc faciendi tribuerint poteſtatem: ex his ergo omnibus habuimus, quòd dictus Reuerendus Abbas Abbatiæ Florentinæ, vel enconomus (nomine & mandato ſpeciali ad hoc ſibi indulto) poterit conuenire cum dicto nobili detinente titulo beneficij (quod nunquam fuit) Eccleſiaſtici de eo renunciando dictæ Abbatiæ pro aliqua rationabili penſione annuatim ſibi aſſignãda (vita eius ſolùm durante) mediante auctoritate Iudicis ordinarij, vel delegati (ſi de hoc lis fuiſſet conteſtata inter eos) vel arbitri ad hoc ab vtraque parte electi cum hac præciſa poteſtate, vel Epiſcopo Diœceſani, etiam ante litem conteſtatam, ſi ille gratis renunciare aliter nollet iuri à ſe iniuſtè poſſeſſo, & prætenſo, etiam nulla interueniẽte Summi Pontificis diſpenſatione (vt ſupradicti Doctores communiter docuerunt) & hoc ex parte Monaſterij

naſterij ex parte autem dicti prętendentis ius in huiuſmodi bonis dotalibus dictæ Capellæ ſibi collatæ ſub falſo titulo beneficij Eccleſiaſtici nihil aliud dicimus, niſi quòd ipſe viderit, & iuxta ſupra allatas diſtinctiones conſulat ſuæ ſaluti.

Hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas beneficiorum eſt a iure prohibita, et quare.*

2 *Præbenda vna ſicut non poteſt diuidi in duas perſonas, ſic non poſſunt duæ præbendæ vniri in vna perſona.*

3 *Beneficium ſimplex poſſidens in vna Eccleſia, an poſſit obtinere aliud curatum in eadem ſine incurſu priuationis primi.*

4 *Interpretatio vera c. literas. extra de conceſſ. præben. et Clem. ſi plures. et Clem. fin. de præben.*

5 *Iuſtè poſſidet qui auctore Prætore poſſidet.*

6 *Priuandus eſt prima dignitate, qui obtinuit, et retinuit ſecundam ſimilem in eadem Eccleſia.*

7 *Habens beneficium Curatũ, ſi aliud Curatum recipiat, et monitus primum non reſignauerit, utroque priuabitur.*

8 *Beneficium non Curatum habens, ſi recipiat beneficium Curatum, non vacat primum ipſo facto, etiam ſi primum requirat reſidentiam.*

9 *Extranag. Execrabilis. de præben. non habet locum in beneficijs ſimplicibus.*

10 *Poſſidens beneficium ſimplex in aliqua Eccleſia, etſi poſtea obtinuerit aliud beneficium Curatum in eadẽ Eccleſia illud tenere nõ poterit ſine diſpenſatione Epiſcopali, quia in hoc Epiſcopus poterit diſpenſare.*

11 *Diſpenſatio (vbi de iure requiritur) neceſſario exprimenda erit, vt valida ſit.*

12 *Conditor Canonis vbi aliquem excommunicat, et ſibi non reſeruat abſolutionem, eo ipſo conceſſiſſe dicitur inferioribus Prælatis ab ipſa abſoluendi facultate.*

13 *Eccleſia in eadẽ nemini licebit, niſi vnicum perſonatum, vel dignitatem, vel præpoſituram, ſiue adminiſtrationem, vel officium perpetuum, quocunque nomine cenſeantur cum præbenda ſimul habere ſine diſpenſatione Papali, etſi contrarium fieret, eſſet ipſo iure nullum.*

14 *Inferior Papa poterit diſpenſare cũ ſuo ſubdito, vt in eadem Eccleſia teneat vnicum perſonatũ, vel Officium cum Canonicatu, & præbenda, cùm et hoc poſſit conſuetudo in duobus diſſormib. beneficijs.*

15 *Capellania data in titulum perpetuũ dicitur beneficium Eccleſiaſticum.*

16 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt quis obtineat duo beneficia diſſormia in eadem Eccleſia, non autem vniformia, niſi ipſa ſimilia eſſent annexa alijs, et non principaliter, et ſic per accidens duo beneficia curata quis poſſet in eadem Eccleſia retinere.*

17 *Intel-*

Digitized by Google

17 *Intellectus verus c. super eo. de præ ben. in sexto.*

18 *Episcopus potest cum suis subditis dispensare super pluralitate beneficiorum, quando illorum redditus essent ita tenues, vt ex eis non possent alimenta suscipere, & quare regulariter hoc sit prohibitum Clericis.*

19 *Beneficia tenere plura propter vtilitatem propriam, quare sit peccatum mortale.*

20 *Episcopus in difformibus beneficijs, etiam in eadem potest dispensare, non autem in similibus.*

21 *Obtinere duo beneficia ei, qui vult, quorum alterum est in vna, & alterum in alia Diœcesi, opus erit petere dispensatione ab vtroque Diœcesano.*

22 *Beneficia curata, quis posset retinere duo, quando alterum eorum esset curatum in actu, et alterum in potentia, seu in habitu, donec fiat in actu, et quare.*

23 *Dispensatio Episcopalis in retentione duorum beneficiorum dissimiliũ est necessaria, et expressè danda, aliàs possessio antea capta sine tali dispensatione sequuta, erit nulla, ac nullum ius conferet.*

24 *Actus gestus non seruata forma tradita à iure, vel ab homine, est ipso iure nullus, si dicta forma esset seruanda ante ipsum actum, vel in ipso actu conficiendo, et non post actum.*

25 *Electus et confirmatus, qui de iure non poterat eligi, et confirmari sine dispensatione quid faciet, vt tuta conscientia possit ministrare.*

26 *Electores, vel cõfirmatores, aut præsentatores an sint vocandi antequã Episcopus cum electis confirmatis, vel præsentatis, qui de iure tunc nõ erant habiles ad talia beneficia.*

27 *Electores possunt impugnare propriam electionem ex facto eis noviter detecto.*

28 *Dispensanti cum iam promoto non habente titulum Canonicum in beneficio, non erit opus de nouo tradere illi possessionem corporalem dicti beneficij, aut dignitatis, nisi hoc mandetur per Papam, et an huiusmodi dispensatio possit tradi in casu notorio.*

29 *Dominio nostro quidquid secundum tempus præsens subijci non potest, scilicet in suo genere, super eo non poterit contrahi obligatiua dispensatio, neque purè, neque in conditionis euentum.*

30 *Testi sufficiet si sit habilis tempore iuramenti, licèt tempore depositionis non fuerit.*

De materia beneficiali circa pluralitatem:

THEMA:

Quidam Sacerdos post adeptum beneficium Ecclesiasticũ simplex, seu Capellaniam, in quodam altari beneficiato cuiusdam Ecclesiæ, in quo beneficio nulla specialis, & personalis requirebatur residentia, nisi simplex obsequium celebrationis tot Missarum quolibet anno, &

Digitized by Google

cùm illud sibi non sufficeret ad necessaria vitæ ministranda, obtinuit per patronorum præsentationem, & ordinarijs (præuio concursu, & examine, iuxta Sacri Concilij Tridentini Sanctionem) institutionem, beneficium Curatum in eadem Ecclesia, nulla præuia speciali dispensatione sibi indulta super adeptione talis beneficij: Qui institutus auctore ordinario fuit missus in possessionem huiusmodi Curati beneficij, mediantibus omnibus solemnitatibus de iure requisitis.

Quæritur modò, vtrum dictus Sacerdos tuta conscientia possideat primum simplex beneficium, & secundum Curatum.

DECISIO XVI.

IN VOCATO Sanctissimæ Trinitatis Numine, Beatissimæq; Deiparæ Virginis Mariæ, Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti, atque nostri cõdiscipuli Sãctissimi Gregorij (cuius hodie festum diem colimus) patrocinio implorato, litteris commendabimus quicquid iuri, ac ratione consentaneum ex scitis sanctorum Canonum, ac Doctorum decretis fore sentiendum in hac proposita quæstione desuper nobis datum fuerit.

Et primò videbatur dicendũ, quòd d. Sacerdos ipso iure sit priuatus vtroq; beneficio: tum quia abstinere non pertimuit à pluralitatis beneficiorum adeptione sacris Canonibus aduersante: cũ nec statim resignauerit primum beneficium post pacificam possessionem secundi beneficij adeptam, & quòd adeptio pluralitatis † beneficiorum Ecclesiasticorum sit à iure prohibita (vltra quamplures Canones, & rationes, quas fideliter recensuit Bernardinus Diaz exclamando contra tales homines in Praxi sua Canonica. cap. 42. & rationes non paucas, quas recensuit Rebuffus in sua beneficiaria praxi, titul. de dispensatione ad plura beneficia) videtur (inquam) singularis textus in casu proposito in cap. literas. extra de conces. præbend. in Clemen. si plures, & in Clement. fina. de præben. in cap. de multa. extra de præben. & in Extrauag. execrabilis. §. qui verò. de præbendis. & ibi communiter per Doctores. Si ergo à iure Pontificio hoc fuit prohibitum: Inde sequi videtur, quòd Episcopus in hoc dispensare non potest, sed solùm Papa, prout apertè videtur statutum fuisse in dicto capit. de multa. & in dicta Extrauag. execrebilis, & nouissimè in Sacro Concilio Tridentino in Sess. 24. de reformatione. c. 17. Quod videtur sentijsse Innocentiũ Quartum.

Digitized by Google

tum in dicto cap. literas. columna secunda. versicu. Item non est is. vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Ex quo præben-
2 dæ † distinctæ sunt, in aliqua Ecclesia, nō possunt vniri in vna persona, sicut nec vna præbenda potest diuidi in duas personas, vt in cap. tua. extra de præben. & in cap. singula. distinct. 89. & est hoc casu dicendum, quòd nullo modo potest Episcopus dispensare, vt hic satis innuitur. hæc Innocentius Quartus vbi supra.

His tamen non obstantibus, dicendum erit, ac firmiter asseuerandum: Primò, quòd Sacerdos (de quo est sermo) nullo pacto sit ipso iure priuatus, nec priuandus
3 veniat dicto beneficio † suo simplici priùs adepto, ac pacificè possesso, per acceptationem secundi beneficij Curati in eadem Ecclesia: tum quia nullibi hoc cautum reperiatur, si non lippis oculis totum ius Pōtificium perlustretur, prout optimè, & elegantissimè infrascripti Doctores affirmarunt: cùm etiam quia ex dictis citatis iuribus bene ponderatis hoc elici minimè possit, etsi non negemus Sacerdotem ipsum errasse per ignorantiam probabilem recipiendo secundū beneficium, non præuia expressa dispensatione Episcopali super tali pluralitate beneficiorum: Tamen cùm ipse Sacerdos non sit Doctor, & per consequens non teneatur omnes apices iuris scire: eo magis, quòd huiusmodi secundum beneficium obtinuerit auctore Prætore, scilicet Reuerendissimo Vicario Generali. V.I.D. eruditissimo, sibi illud, ipsum conferente: cuius sententiæ, ac actui ipse Sacerdos merito stare debuerit (vt subditum decet.) Nec nostræ assertioni verissimæ obstare poterunt iura allegata superiùs: cùm in illis (si recto iudicio librata fuerint) sermo non habeatur de casu à nobis proposito, vt statim palàm fiet. Non ergo obstabit textus in dicto capit.
4 literas. † cum inibi, etsi prohibeatur pluralitas beneficiorum, seu præbendarum, nō tamen fuit simpliciter omnium, sed similium obtinendarum in eadem Ecclesia: cùm hoc solùm fuerit propositum, & dnbitatum coram Summo Pontifice, & sic de simili beneficio solùm in eadem Ecclesia existente: eo magis, quòd in fauorem præbendati nihil aliud ibi fuerit propositum, nisi quòd hoc sibi liceret virtute consuetudinis eiusdem Ecclesiæ: & quòd ab Archiepiscopo (ordinario loci) possessio capta dicti secundi beneficij fuerit confirmata, consentiente Canonicorum cœtu. Quapropter meritò Summus Pōtifex præcepit ipsum priuari prima: & sic patuit, non fuisse priuatum secundo beneficio, seu sua præpositura: & sic non vtroque beneficio, sed solùm primo. In casu verò nostro cùm eadem ratio non militet (cùm simus in casu dissimili de directo) ideo nec idem iuris rigor erit seruandus contra hunc Sa-

Digitized by Google

cerdotem: cùm ipſe non obtinuerit duas Præbendas in eadem Eccleſia, ſed diſſimilia beneficia, vt puta præbendam, & beneficium Curatum: & cùm à diuerſis non fiat legitima, ac iuridica illatio, ergo &c. Nõ negabimus tñ (vti diximus ſuperius) ipſum Sacerdotẽ erraſſe acceptãdo ſecundum beneficium ſine ſpeciali Epiſcopi diſpenſatione, quæ vtiq; ei ſuffeciſſet (vt latiſſimè infra probabimus.) Nõ enim ſequitur, errauit per ignorãtiã aliquo pacto probabilẽ: ergo venit priuandus vtroq; beneficio: tũ quia
5 ipſe Sacerdos in poſſeſſionẽ ſecũdi beneficij fuit immiſſus † auctore Prætore, ſcilicet Reuerendiſſimo Vicario Generali Diœceſani: & per cõſequens eſſet dicendum ipſum iuſtè poſſediſſe, (vt in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſione,) & non fuiſſe in dolo, & ideo non veniet puniendus pœna ordinaria inflicta à iure doloſis, ſed ſolùm extraordinaria, & arbitraria infligenda culpoſis (ſi forſan culpabilis in hoc eſſet iudicandus.) cùm etiam in dicto cap. litteras. hoc non contineatur. Nec obſtat textus in dicta Clement. ſi plures: cùm ibi ſit ſermo de eo, qui plures dignitates habens, beneficium Curatum obtinuerat, necnon & de eo, qui iam obtinuerat dignitatem ſimilem dignitati prius obtentæ: de tali ergo loquens, dixit, quòd
6 priuandus † ſit prima dignitate, & ſic loquitur textus de duobus beneficijs ſimilibus, & quòd primo priuetur: non autem loquitur de diſſimilibus duobus: ergo non loquitur in caſu noſtro. Nec obſtat textus in dicta Clementina fina. cùm & ibi dicatur priuandum fore prima præbenda obtenta eum, qui acceptauerat Archidiaconatum, cui annexa erat alia præbenda, & ſic loquitur in ſimilibus præbendis, ſeu beneficijs: nos autem loquuti ſumus in diſſimilibus. Nec obſtat dictum cap. de multa. cùm loquatur ibi text. de obtinente ſecundum beneficium Curatum,
7 qui monitus, vt reſignaret † primum beneficium curatum priùs obtentum, quòd ſi reſignare contẽderit, vtroque ſpolietur, ac per conſequens text. ibi non loquitur in caſu noſtro, cùm loquatur in beneficijs ſimilibus Curatis, nos autem de diſſimilibus. & vltra hoc, & alia ratio vrgens talis decreti poterit aſſignari, qm̃ per ſe patet eſſe incompatibilia duo curata beneficia, cùm ferè nemo poſſit vnius curã gerere, quod dici nõ poterit de beneficio ſimplici, & curato: eo magis, q̃ huic noſtrę interpretationi. c. de multa. expreſsè aſſipulatus fuerit Pan. in eo. c. de multa. col. 1. not. 3. his pręciſis verbis vtens, videlicet. Nota tertiò argum. optimum à contrario litterę, q̃ ſi habens beneficium † non curatum (vt in caſu noſtro) recipit ſecũdũ curatũ, nõ vacat primũ ipſo facto, etiam ſi primum requirat reſidentiam. Nam iſte text. requirit, quòd primum beneficium ſit curatũ, ſicut

8 ſecun-

secundum: & licèt aliqui voluerint oppositũ, primum tamen dictum est verius, & est cõmunius, argum. in c. qualis. dist. 25. & in l. cùm prætor. ff. de iudicijs. Nec obstat dicta extrauagans execrabilis. §. qui verò. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Qui verò deinceps receperint dignitatem, vel personatum, seu officiũ, aut aliud beneficium curam animarum habens annexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud, quo ipso iure (postquàm secũdi possessionem habuerint, vel per eos, omni dolo, & fraude cessantibus, quo minus habeant, steterit) priuati noscuntur absq; more dispendio in ordinariorũ manibus dimittere debeant pari modo. Alioquin ex tunc sint ipso iure ex tunc secundo priuati; nedũ ad sacros suscipiendos Ordines, quin etiam ad habendum quodcunque aliud beneficiũ inhabiles reputentur.] hæc ibi. Ex quib. patuit nihil ibi contra nostram præsentem sententiã contineri: cùm de duobus beneficijs curatis tantum sermo habeatur, ac per consequens de similibus, nos autẽ de dissimilibus, & quòd vera sit nostra opinio, in qua diximus dicta iura, quæ prima fronte videbantur aduersari nostræ sententię, nõ loqui in casu nostro: probatur insuper Doctorum infrascriptorum sententia, hoc ipsum docentium. Cassiodorus enim in sua decisione prima, sub tit. de constit. nu. 2. dixit coram se Rotam in anno salutis 1513. in vna causa Legionen. Parrochialis de Portileto declarasse dictam extrauagantẽ † execrabilis, non habere locum in beneficijs simplicibus, sed solùm in curatis, & sic, quòd quis non priuetur simplicibus, sed solùm Curatis, & alijs, de quibus exprimitur in dicto §. qui vero. Idem docuit Duenas in regula in nu. 71. nu. 5. vers. Amplia quintò, & omnes alij Doctores infra statim citandi. Nec etiam obstat dicta sententia Innocentij, cùm ipse inibi non fuerit loquutus in casu nostro, scilicet in duobus beneficijs dissimilibus, sed in duobus similibus, asserens in talibus non posse Episcopum dispensare: quapropter nihil contra nostram sententiam elici posse ex verbis Innocentij per se patuit.

Secundò firmissimè asseueramus, ꝙ dictus Sacerdos (de quo est sermo) indigeat dispensatione Diœcesani dictæ Ecclesiæ, in qua ipse possidet dicta duo dissimilia beneficia, vt tutus esse possit in cõsciẽtia illa deinceps retinẽdo, necnon, & ꝙ hanc † dispensationem Episcopus Diœcesanus possit indulgere probatur, quamuis ipse Sacerdos à principio ꝑ ignorantiam iuris probabilem, illam ante pacificam possessionem aditam dicti beneficij Curati nõ petierit, & obtinuerit. Hæc ergo nostra sentẽtia quamfacillimè probabitur verissima triplici medio. Primo enim per argum. in dicto cap. literas. (secundum ipsius germanum intellectum amplexatum ab omnibus Doctoribus infrascriptis.) extra de conces. præben. iuncta Glos. fin. & Panormitano,

& alijs Doctoribus ibidem. elicitur (inquam) veritas noſtræ ſententiæ ex §. ſed Præpoſitus. in fin. dicti c. literas. vbi non hr̃ à Summo Pontifice fuiſſe repudiatam, ſeu irritam declaratam diſpenſationem Epiſcopalem, ſuper pluralitate beneficiorum, ſed confirmationem ſine intentione ſecum diſpenſandi: cùm maxima differentia ſit inter vtrumque. Nam vbi requiritur de iure diſpenſa-
11 tio, † oportebit illã expreſsè indulgeri, vt valida ſit, prout docuit textus in c. 2. extra de ſciſmaticis. Quapropter meritò huiuſmodi cõfirmatio aſſerta ꝑ nihilo ibi habita fuit à Papa, prout etiã ibidem ſingulariter docuit Gloſ. fina. vbi ibidem docuerunt Panormitanus, & alij Doctores. Accedit & ſecundò, quòd nos nõ ſimus in caſu dicti cap. litteras. Cùm ergo ſpecialiter in iure cautum non reperiatur quid dicendum fuerit de caſu noſtro, nec tale munus diſpenſandi inhibitum reperiatur Epiſcopis, & ſimus in pœnalibus: Ne quis ergo odio alterius grauetur, erit nobis omnino fatendum nõ fore priuandum Epiſcopum facultate diſpenſandi cum dicto Sacerdote, vt tuta conſcientia deinceps poſſit vtraque beneficia ſibi retinendo neceſſaria vitæ miniſtrare. Ad quod aſſeuerandum ſummopere deſeruit regula illa iuris Pontificij vulgatiſſima, tradita nobis ab Innocentio Tertio in c. nuper. §. in ſecundò vero caſu. extra de ſententia excommunicationis, in qua hæc habentur, videlicet. [Quia
12 tamen conditor † Canonis eius abſolutionis beneficium ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alijs relaxandi.] hæc ibi.

Et quòd hic ſacerdos in caſu noſtro ſolum indigeat Epiſcopali diſpenſatione, adhuc apertius probabitur per infraſcripta. Sciẽdum ergo quòd in c. 1. verſic. ſtatuentes. de conſuetu. in ſexto, iuncta glo. in verſic. vnicum. hæc habentur, videlicet. [Statuentes, vt cum vnum officium vix dignè valeat aliquis adimplere, nulli li-
13 ceat † de cętero, niſi vnicum perſonatum, vel dignitatem, aut præpoſituram, ſiue adminiſtrationẽ, vel officium perpetuum quocunque nomine cenſeatur, cum prębenda inſimul abſque diſpenſatione dictæ ſedis in eadem Eccleſia obtinere, vel iam obtenta tenere: quod ſi a quoquã ſecus præſumptum fuerit, irritum ſit omnino.] hęc ibi. Ex quibus apertiſſimè probatur noſtra ſententia iuxta interpretationem dictorũ verborum factam a glo. ſupradicta, vtente his præciſis verbis, videlicet. Ergo videtur, quòd de
14 diſpenſatione † inferioris a Papa vnicum perſonatum, vel officium cum Canonicatu, & præbenda quis poſſit habere, & ſic poſſit approbari illa opinio poſita a Bernardo in fine glo. vltimæ. c. litteras. extra de conceſſ. præben. & idem credo, ſi hoc eſſet de ſtatuto, vel cõſuetudine Eccleſię. Hæc nos docuit glo. illa ſingularis, cuius ſententiæ expreſsè aſtipulans ibidem Dominicus a Sancto Geminiano,

ed by Google

miniano, col. 2. in versic. Glo. super. versic. nisi vnicum. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Nisi vnicum. recita per contrarium, quòd immo Episcopus possit dispensare, vel etiam consuetudo disponere, quòd quis possit retinere duo beneficia in eadem Ecclesia: In hoc fuerunt opiniones. sed per istum textum est approbata opinio, quòd dispensset in duobus difformibus beneficijs. hæc ille, ibi, qui statim in versic. in fine glosæ, his vsus fuit verbis, videlicet. Conclude secundum Ioannem de Sancto Georgio, si quęritur an quis possit esse triplex in eadem Ecclesia, & dic quòd non: nec ex consuetudine, nec ex dispensatione inferioris a Papa, vt hic: nec iure annexionis, vt notat glo. in Clem. fin. de præben. Si quæritur an possit esse duplex? dic quòd non in eadem Ecclesia, & beneficijs vniformibus, vt hic. vt notat glo. fin. in dicta Clem. fin. in beneficijs difformibus benè potest ex dispensatione Episcopi, vel ex consuetudine, vel ex statuto, vt dixit glo. hic, & in c. litteras. de conces. præben. quod dicit verum etiam si præbenda haberet annexam Ecclesiam Parochialem. vt in c. super eo. de prę ben. in sexto. Qui Dominicus cõclusit ibidem paulò post, col. 4. vers. istud dubium. dicens, quòd quis non possit obtinere duas Capellanias, seu Capellas, vel duo altaria perpetua in eadem Eccle
15 sia, quia verè illa data † in perpetuum titulum dicuntur beneficia Ecclesiastica, & quòd hoc

responderit Antoni. de hoc ipso se interroganti. Panormitanus sequens dictam singularem glo. latissimè idipsum confirmauit in repet. §. qui verò. c. extirpandæ, col. 21. vers. secundo casu principali scilicet, cum quęritur in pluribus simplicibus. ext. de pręben. dicens, quòd Ioannes And. in d. c. litteras. melius distinxerit (cui astipulatur glo. in Clem. fin. de pręben.) tali pacto videlicet. Aut
16 vult Episcopus † dispensare super pluribus beneficijs simplicibus, vel curato, vel dignitate, & simplici beneficio in eadem Ecclesia, aut diuersis. Primo casu aut beneficia sunt difformia, vt super dignitate, & prębenda, & potest. arg. in c. 1. de consuetu. libro 6. & quod ibi not. facit c. cũ nostris. de conces. pręben. Aut sunt vniformia, vt super duabus præbendis, vel canonijs, & non potest: Immo consuetudo in contrarium non valeret, vt in dicto c. litteras, & in dicta Clem. fin. Idipsum probatur per argumentum in c. super eo. de præben. in sexto, iuncta ibidem glo. fin. Nã ibi hæc habentur, videlicet. [Super eo, quòd præbendas, quibus Parochiales Ecclesiæ sunt annexæ, in quibus spiritalem iurisdictionem secundum Ecclesiæ vestræ consuetudinem approbatã: & sic ſm aliquorum interpretationem curã animarum habetis simul personatibus (quorum aliquibus cura imminet animarum, in eadem Ecclesia obtinetis: vobis (cum hoc generali Concilio non obuiet) dispensatio necessa-

Digitized by Google

ria non existit.]hęc ibi. Diximus probari hanc nostram sentẽtiam per arg. in d.c.super eo, quoniã per se patet posse meritò ex ipso argui a maioritate rationis in fauorem ipsius Sacerdotis, quæ apertissimè in casu nostro militat, tali pacto arguendo. Si Papali dispensatione (quæ requiritur in duabus dignitatibus, vel curatis beneficijs retinendis, vt in dicto c.de multa)non indigebit is, qui obtinuit personatum habentem curam animarum, posteaquam possederat præbendam, cui quoque annexa erat cura animarum etiam in eademmet Ecclesia,& sic duo beneficia curata insimul, etsi per accidens, & non principaliter scilicet ratione annexionis aliorum beneficiorum dissimilium, quantò magis non indigebit Papali dispẽsatione is, qui post obtentum simplex beneficium, seu Altare, siue Capellaniam obtinuisset beneficium curatum in eadem Ecclesia. Diximus non simpliciter sine dispensatione, sed sine dispensatione Papali, quoniam quòd tali Episcopali dispensatione indigeat super tali pluralitate beneficiorũ à iure sæpius prohibita: Et licet quis posset subtilizando elicere
17 ex dicto c.super eo,† quòd nulla indigeat dispensatione etiam Episcopali,pro eo,quòd inibi non dicatur necessariam esse dispensationem aliquam, immo quòd nulla requiratur, cùm in fine ibi dicatur [dispensatio necessaria non existit.] attamen si præcedentia verba Summi Pontificis acumine intellectus librabuntur, statim apparebit ibi Papam loquutum fuisse de Papali dispensatione, cùm petita ibi recẽsetur ab ipso dispensatio super retentione dictorum dissimilium beneficiorum, & ideo ipse respondens necessariam nõ esse dispensationem,suam subintelligendo, quod forsan animaduertens glo. ibidem fin. his præcisis verbis vtitur, videlicet. Intelligo Papæ dispensationem necessariam non esse, de qua loquitur Concilium, de quo mentionem facit: aliàs in prębenda, & dignitate benè requiritur dispẽsatio Episcopi, nisi consuetudo Ecclesiæ aliud induceret, & illa sine dispẽsatione possint simul teneri: quod & breuius & elegantius ibidem dictum fuit per Dominicum a Sancto Geminiano se subscribens dictæ sententiæ glosæ,quod & repetijt in cap. Gratia.col.5. in principio de rescript.in sexto. His præcisis verbis vtens, videlicet. Quædam sunt beneficia,neque annexa, aut cõmẽdata, vel vnum curatum, & alterum simplex,quia quo ad retentionem ista procedunt a pari, secundum Guliel.in dicta Clemen. gratiæ.de præben.Et tũc aut vult habere duos titulos cõformes in eadem Ecclesia, vt duos Canonicatus, & hoc est prohibitum, vt in c.1.de consuetu. in sexto. Aut vult habere duos difformes in eodem corpore,scilicet Ecclesiæ,& de iure non potest;nisi consuetudo,vel statutum, vel dispensatio Episcopi hoc operetur. vt notat glo. in dicto c.1. de consuetu. in sexto,,

sexto, hæc ille. Qui ibidem diffusè pertractat de beneficiorum multiplicitate dispẽsabili. Idem videtur elici ex sacro Concilio Tridentino in sess. 24. de reformatione, cap. 17. vbi etsi apertissimè prohibeatur pluralitas beneficiorum, ac præcipiatur, vt singula solum beneficia Ecclesiastica singulis quibusque conferantur, etiam si Cardinalatus fulgeant dignitate, statim subdidit dicens, nisi illa non sufficerẽt ad vitæ ipsorum necessaria subministranda, quoniam tunc aliud simplex beneficium poterit sibi conferri, dum modo vtrumque personalem residentiam non requirat: & hoc ipsum statutum extendit ad omnia beneficia Ecclesiastica, quocunque nomine ipsa appellentur: q̃ quidem sacri Concilij Tridentini decretum declarando secundum eius mentẽ mox suprascriptis verbis elicitã, meritò videbitur dicendũ ipsum summoperè fauere huic Sacerdoti, cùm receperit secundum beneficium Curatum post simplex insufficiẽs ad sibi ministranda alimenta, ac per consequens hoc decretum tacitè videtur approbasse, quod supradicti recẽsiti Doctores docuerunt, eo magis, quòd verba dicti decreti sunt ferè eadem, quæ recensita reperiuntur in dicto c. super eo. Hoc ipsum expressè docuerunt & Glo. fin. in fine dicti c. de multa. vbi volens nobis tradere verũ intellectũ dicti c. de multa. prohibentis retentionẽ duorum beneficiorum in eadẽ Ecclesia. Dixit Episcopo esse prohibitum dispensare in pluribus personatibus, & beneficijs curam animarum habentibus: in alijs verò beneficijs dispensare posse, sicut priùs poterant. Idem docuisse videtur Glo. in c. dudum. el secondo. vers. intitulatam. circa finem. extra de elect. dicendo Episcopum † posse dispensare cum Clericis super pluralitate beneficiorum, quãdo illorum redditus essent tenues: cùm aliquo iure hoc non reperiatur prohibitum. Idẽ & clariùs docuit Ioan. Andr. in d. c. ad literas. extra de concess. prẽben. dicẽs, quòd possit Episcopus dispensare cum aliquo circa pluralitatem dissimilium beneficiorum in eadẽ Ecclesia, non tamen in conformibus: vnde non posset dispensare, vt quis in eadem Ecclesia habeat duos Canonicatus, licèt posset dispensare, vt ibi habeat dignitatum, & Canonicatũ cum præbenda, iuxta not. per Gl. in c. 1. de consuetu. in sexto. Idem docuit Glo. in c. gratia. vers. de in re teneri. de rescript. in sexto. secundum Lapum in sua allegatione 117. nu. 2. vers. ad partem alteram. Idem docuit Innocentius in cap. extirpandæ. in princip. extra de præbend. his præcisis verbis vtens, videlicet. Hinc collige, q̃ in Ecclesia annexa præbendę quis non cogitur residere: & licet cum tali præbenda accipiat aliam habentem curam animarum, nõ ipso iure vacat prima: imò licitum est aliam habere, vel ex dispensatione cuiuslibet Superioris, vel ẽt de iure communi, secundum diuersas opiniones: Nam cùm can-

18

sa-

ſa prohibitionis ſit, quia non poteſt apud vtramque reſidere, & per ſe curam agere, & cauſa ceſſet in annexa, quæ habet curam: cùm ibi reſidere non teneatur, vt hic. hæc Innocentius vbi ſupra. Idem latiſſimè, & elegantiſſimè docuit Panormitanus in multis locis, & primò in c. cùm iam dudum. col. pen. verſic. & vt clariùs. extra de præben. vbi ſequens Io. Andr. in d. c. literas. his præciſis verbis vſus fuit poſt relationem diuerſarum ſententiarum Doctorum concludentiũ circa hanc materiam, videlicet. Et vt clariùs habeantur prædicta, faciamus duo membra. Primum, nunquid de iure poſſit quis obtinere plura ſimplicia. Secundum, caſu, in quo de iure cõmuni non eſt licita pluralitas, vtrum Epiſcopus poſſit diſpenſare. Circa primum, concludo. (inquit Panormitanus vbi ſupra) ſic. Aut beneficia requirunt reſidentiã, ſiue inſpecto iure communi, ſiue ſpeciali ſtatuto, & indubiè non eſt licitum de iure plura retinere: ſunt enim incompatibilia propter onus reſidentiæ, pro hoc. c. penul. extra de Cleric. non reſid. & hoc eſt ſecundũ mentem iuris: Nam quodlibet beneficium creatur propter officium, vt in c. fin. de reſcript. in ſexto. Si verò non requirunt reſidentiam, puta: quia conſuetudo eſt in oppoſitum (quæ ſatis valet in ſimplicibus, vt in c. cùm omnes. extra de conſtitu.) & tunc aut ſufficit vnũ ad ſuſtentandum congruè clericum, & non licet tenere plura beneficia propter vtilitatẽ propriã,

19 imò eſt peccatum † mortale, cũ ſit ibi vitium ambitionis, & auaritię, & occupat ſtipendia aliorũ pauperum, vt notat Glo. in c. dudum. el ſecõdo. de elect. & ſic poterit intelligi c. ſanctorum. diſt. 70. vbi dicitur, q̃ quis non poſſit eſſe Præbendarius, & Canonicus in diuerſis Eccleſijs. Aut vnũ per ſe non ſufficit, & licet tenere vſq; ad cõgruam ſubſtentationem, & ſic poſſunt intelligi c. gratia. de reſcript. in ſexto. & Clem. gratiæ. eodem titulo. & cap. cùm teneamur. extra de præben. arguendo à cõtrario ſenſu. & hoc quo ad primum. Quo ad ſecundum verò, in quo quæritur. Nunquid Epiſcopus poſſit diſpenſare in caſu prohibito: & aſſumendo dicta Ioan. And. in c. literas. de conceſ. præben. (quæ ſolent multum allegari) cùm dicat, quòd in diuerſis
20 Eccleſijs poteſt Epiſcopus † diſpenſare: in eadem poteſt circa diſformia beneficia, ſed non circa conformia. Vnde non poſſet diſpenſare, vt quis in eadem Eccleſia habeat duos Canonicatus, licèt poſſit diſpẽſare, vt ibi habeat dignitatẽ, & Canonicatum cum præbenda, iuxta notata per Gloſ. in cap. 1. de conſuetu. in ſexto. ſed aduerte (ſubdit ibi Panormitanus) quia quatenus ſimpliciter dixit Ioan. And. q̃ Epiſcopũs poſſit diſpẽſare in diuerſis Eccleſijs circa duas præbendas, erit limitandum eius dictum, quòd ipſum habeat locum, quando vna non ſufficeret ad ſuſtentationem. hæc docuit ibi inter alia notatu digna ipſe Panormitanus, qui idipſum repe-

rèpetens in dicto cap. de multa. super Glo. in versi. per Sedē Apostolicam. in fine. dicens, ꝙ tota il la Glo. possit reduci ad vnam conclusionem, scilicet, quòd solus Papa dispensat in pluribus curatis, in alijs verò potest dispēsare Episcopus. & addidit ibidē ipse Panormitanus, quòd Innocētius videatur tenere sententiā istius glo sę: dicit enim, ꝙ ipse Innocentius dixerit, ꝙ in duobus Curatis dispensat solus Papa, in duobus simplicib. vel simplici & curato Episcopus, etsi sunt in diuersis Diœcesibus debet vterque Episcopus interuenire. hæc Panormitanus vbi supra. Qui rursus in dicto c. extirpandæ. supra citato idipsum sentijt, ac verissimum esse probauit, reddens ibi rationē differentiæ traditā à Ioanne And. in d.c. literas. quare nō possit dispēsare

21 † Episcopus in pluralitate similium beneficiorum in eadem Ecclesia, & super pluralitate dissimilium possit. vide ibi latius per ipsum. Idē apertissimè docuit Abbas Lapus in allegatione sua eleganti 137. incip. Factum super quo, loquendo in casu dispensationis præmissæ, probat aliquem legitimè possidere beneficiū Curatum, & simplex in eadē Ecclesia, etli ipsemet Lapus in præcedenti sua allegatione 136. dixerit simpliciter nulla facta mētione de dispensatione Episcopali præmittenda, aliquem posse esse Rectorē alicuius Ecclesiæ, ac insimul habere ibidem simplex beneficium, siue Capellaniā in eadem Ecclesia. Idem latiùs docuit Petrus Duenas in regula 71. nu. 5. vers. Amplia quintò adhęrens supradictę glosæ in vers. nisi vnicū. in c. 1. de cōsuetu. in sexto. & glo. fin. in cap. super eo. de præben. in sexto. addens, ꝙ idem docuerit Paul. Paris. in cons. 4. nu. 15. vol. 4. & Lambertinus in suo tract. de iure patro. in par. 1. lib. 2. artic. 15. quęst. princ. 7. nu. 5. quod Duenas vbi supra confirmauit in versic. quartò fallit dicens, quòd quis

22 posset † retinere duo beneficia curata, quando alterum eorum esset curatum in actu, & reliquū in potentia, seu in habitu: donec ipsum, quod in habitu sit curatū in actu: cùm solū duo curata sint prohibita, & ad hoc ipsum probādum citat alios Doctores hoc ipsum tenentes, quos vide relatos ab ipso vbi supra. Idē docuit Mādosius in addit. ad Lapum in allegat. dicti Lapi 116. seu in allegat. 35. Idem nouissimè docuit Fuscus Episcopus Sarnensis, & noster compatriota Neapolitanus in tract. de visitatione, lib. 2. c. 7. sub titu. de Ecclesijs non curatis, seu de simplicibus beneficijs. nu. 8. Idem docuit Benedictus de Capra in tract. commu. opinio. in versic. beneficium. num. 8. dicens huic nostræ sententiæ astipulari Petrum de Perusio in c. quæsitū. ext. de rerum permutat. & quòd hoc ipsum alij Doctores docuerint, vt dictus Petrus Duenas, nu. 4. refert, quod tamen latius prosequutus fuit ipsemet Capra in regula 90. nu. 143. & in dicto tract. in vers. Episcopus. nu. 12. dicens Episcopum posse dispensare, vt

quis

quis habeat in eadem Ecclesia personatum, & Canonicatū cum præbenda .

Dicimus & tertiò, quòd hodie necessariò requiritur in tali retentione duorum beneficiorum dissimilium in eadem Ecclesia,
23 dispensatio † Episcopalis, etsi non noua possessionis dicti beneficij curati traditio dicto Sacerdoti (de quo est sermo) quamuis dictam possessionem captam non præcesserit dicta necessaria Episcopalis dispẽsatio: quoniam sufficiet, ꝙ Episcopus, vel loci Ordinarius modo dispẽset, cũ dicto Sacerdote in d. beneficio: tũ quia dispẽsatio expressè tribuẽda omnino de iure est, vt docuit text. in c. 2. ext. de scismaticis . Indè necessario sequitur , quòd nisi subsequatur ipsa dispensatio, traditio ipsa possessionis nullo pacto approbabitur legitima a iure, vt producat suum intẽtum effectũ . Nec nostrę prẽsenti assertioni verissimæ, quam tot iuribus probauimus in tractatu nostro de extẽsione legum in c. 5. vbi probaui-
24 mus, quòd actus gestus † non seruata forma a iure specialiter prẽscripta, erit ipso iure nullus, ac nullum sortietur legitimum effectum, iuxta regulam iuris in c. nõ firmatur . de regul. iur. in sexto, vbi dicitur. [Non firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non subsistit.] & quòd de iure talis missio in possessionem beneficij curati non præmissa tali necessaria dispẽsatione Episcopali per supra allata fuit plenè probatũ, cùm & ipse Reuerendissimus Episcopus, vel eius Vicarius generalis stante tali prohibitione non poterat tale beneficium conferre non prẽuia dispensatione de iure requisita. Indè sequitur, quòd talis institutio sit ommino de iure habenda nulla, ac si nunquam facta fuisset quo ad forum iudiciale , vt elegantissimè docuit Felinus in c. cum dilectus , col. 2. nu. 4. vers. item adde quòd singulariter. extra de accusat. Nam hoc etiam ipse Innocentius docuit apertissimè in c. nisi cùm pridẽ. col. 2. in versic. indulgeri. extr. de renunc. & in c. innotuit. de elect. loquens ferè de simili casu, dicendo, quòd electus, & confirmatus,
25 † qui de iure non poterat, ac per consequens, quando electio est nulla propter inhabilitatem personæ electæ, ac confirmatæ, cùm debeat petere dispẽsationem, eo quòd sine dispensatione non habeat executionem sui officij , si superior penes quem est potestas dispensandi, dispensationem impendet, etiam non vocatis ijs, ad quos electio pertinet, & confirmatio, cùm per subsequẽtem dispensationem obtinebit Canonicum ingressum in tali beneficio, in quo fuerat electus , & confir-
26 matus: cùm electores † & confirmatores non potuerint resilire a confirmatione , & electione semel facta, & hanc sententiam ipsemet Innocentius, & Hostiens. repetijt in c. innotuit. in principio. extr. de elect. & in d. cap. nisi cum pridem, quam fuit sequutus Antonius in c. at si clerici. §. 1. extra de iudic. Nam hæc eorũ sententia

tentia verissima erit in foro conscientiæ, & quo ad Deum, quando inhabilitas personæ esset omnino occulta, per quam redderetur actus nullus, cùm tunc talis habilitas superueniens confirmaret actum nullum: hoc tamen limitauit, & meritò Panormitan⁹ in d.c.innotuit.col.5. vers.sed circa dictum Innocentij, & Host. post relationem prædictarũ sententiarum Innocentij, & cęterorum his præcisis vtens verbis, videlicet. Sed circa dictum Innocentij, & Host. distinguerem aliter, licet enim causa nullitatis præcesserit, non tamen puto, q̃ indistinctè dispensatio superueniens sufficiet: sed dicerem sic. Aut erat tale delictum, seu defectus, qui non inducebat nullitatẽ ipso iure, sed dabat facultatem cassandi, & tunc indubitanter dispensatio sequens etiam illis non vocatis per ea, quæ notauit Innocentius in c.cum nostris.extra de concess.præben. & in c.nisi cùm pridem. de renunc. (Adde tu, q̃ per errorem citauerit Innocentium in dicto c.cùm nostris ipse Panormitanus cũ ibi ille de hoc nihil dixerit, etsi hoc dixerit in d.c, innotuit.) Aut inducebat nullitatem ipso iure (adde, vt in casu nostro,) etsi delictum erat illis electoribus notum, potest tollerari dictum Innocentij, & Hostiensis, quia non possunt illi (adde tu, patroni) qui præsentauerãt ipsum Sacerdotem iam habentẽ simplex beneficium in eadem Ecclesia, allegare nullitatem ex facto eis iam noto, argumentum in capitulo nulli. de electionib. in sexto, & in capitulo diuersis fallacijs, extra de cleric.coniug. debet enim in primo consensu perseuerare. Aut ignorabat tempore electionis, seu prouisionis, & non credo dispensationem superuenientem sufficere, sine illorum consensu. argumentum optimum in d.c.nulli.vbi patet) quòd
27 electores † possunt impugnare propriam electionem ex facto eis nouiter detecto. hæc omnia Panormitanus vbi supra. Nicolaus verò Boerius hoc ipsum ampliauit in decisione 119.nu.6. vers. facit quod notat idem Geminianus. nam ipse sequens dictum Geminianum, & Card. Alex. in c.vlt.not. vlt.dist.56. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Si di-
28 spensatur † cùm iam promoto non habẽte titulum Canonicum in beneficio, nõ est necessaria noua traditio possessionis beneficij, aut dignitatis, sed sufficit, q̃ continuet primam, prout ferè ad verbum docuit singularis textus in §.interdum. Institut. de rerum diuis. facit textus in c. ex parte. ext.de concess.præben. nisi mandetur per Papam. Felinus verò vbi supra, sententiam Innocentij, Hostiensis, & Antonij vbi supra intelligit veram in casu omnino occulto, non autem in foro iudiciali, quando casus est notorius. Memoriæ erit quoque comẽdandum, quòd addidit Felinus vbi supra in confirmationem prædictorum, dicens ad hoc facit textus in l.inter stipulantem. §. sacram.ff.de verb. oblig. vers. ibi possi-

Digitized by Google

possibilia. Vbi Doctores colligũt vnam doctrinam pulchram, quòd
29 quicquid † secundum præsens tempus dominio nostro subijci non potest, scilicet in suo genere, vt homo liber res sacra, &c. super eo non potest contrahi obligatiua dispositio, neque purè, neque in conditionis euentum, ex quo habes (inquit) notabilem limitationem ad iura, quæ dicunt, ꝙ paria sunt aliquid fieri tempore habili, vel tẽpore inhabili, & conferre in tempus inhabile facit l. si maior. ff. de seruis expor. & prædicta adducuntur contra Feder. in cons. 139. vbi dicit, ꝙ quamuis testamentum excommunicati sit nullum ipso iure, secundum aliquos, per c. decernimus. de sent. excommunicationis in sexto. Tamen si excommunicatus absoluitur, eius testamentum cõualescit: & adducuntur ista ad quæstionẽ, de qua per Doctores post Ioannem And. in regula factum. de regul. iur. in sexto, in quæst. illa. Vtrum habilitas testis criminosi curreret tẽpore depositionis, vel iuramenti, de quo per Angel. in consi. 1. per Bal. & Pau. de Cast. in l. ad testium. la prima. §. cõditione. ff. de testamentis, vbi dixit Pau. nu. 7. quòd vbi testes requiruntur ad veritatem probãdam, & non ad substantiam actus, sufficiet habilitas earum tẽpore depositionis etiã si tẽpore actus fuissent inhabiles, vel etiam tempore publicationis fuissent inhabiles. Idem docuit Alber. in 4. par. statut. quæst. 71. dicens, quòd suf-
30 ficiet, † quòd tempore iuramenti sit testis habilis, licèt tempore depositionis non sit: sed de hoc aliàs dicemus. Idem docuit Bal. in cap. super eo. el primo, circa medium. ext. de testibus. Idẽ Archidiaconus in capitulo constitutus. 3. quæst. 5. Petrus de Anch. in cons. 84. incip. rationes. Romanus in l. 2. §. quidam damni. colum. 2. ff. de damno infect. Ang. in consil. 192. incip. in proposita quæst. & Bal. in c. In nomine. col. 3. extra de Testibus. cùm ergo tempore actus, qui requiritur de iure, & de eius essentia requiritur habilitas in exercente illum talem actum, nec sufficiat si superueniat talis habilitas huiusmodi actum iam exercitum: Indè sequitur dictã institutionem nullam. Ac per hoc in foro conscientiæ de nouo talis sacerdos indigebit dispensatione, & noua institutione secreta. in foro fori autem opus erit, vt talis fiat in scriptis, vt appareat, cum decretum de immittendo in possessionem, si quod affuit, & possessio ipsa tradita de iure fuerit nulla: cùm fuerit immissus in possessionem dicti beneficij curati dictus Sacerdos inhabilis: eò magis, ꝙ sua inhabilitas fuerit publica, & suo aduersario notissima, vt ipsemet Sacerdos retulit nobis.

Ex his ergo habuimus plene (Deo Optimo Maximo duce) quòd primò dictus Sacerdos non sit ipso iure priuatus aliquo pacto primo simplici suo beneficio antea obtento per acceptionem possessionis pacificę secundi beneficij in eadem Ecclesia situati,

Digitized by Google

ti, in qua & primũ simplex erat.

Secundò, qp necessario requirebatur dispensatio Episcopalis ante institutionem sibi concessam à Reuerendissimo Vicario Generali, in dicto secundo beneficio curato.

Tertiò, quòd in foro conscientiæ, & iudiciali talis sacerdos nõ indigeat noua inuestitura, seu traditione corporalis possessionis dicti secundi beneficij superueniente tali dispensatione Episcopali: quæ ipsius institutionem, & traditionem non præcesserat: si tamen Episcopus ipsam ratam habeat, & de nouo confirmauerit, declarans illam habendam pro valida, vtique sufficiet dicto Sacerdoti: cùm talis declaratio dici meritò possit dispensatio: cùm simus in casu proposito ab Innocentio, & examinato à Panormitano: quoniam institutio dicti Sacerdotis in dicto beneficio curato merè solùm spectet ad ipsum Episcopum, nemine alio vocato: cùm iam patroni eundem iam præsentassent (& functi essent officio suo) instituendum ab Episcopo: implicitè renunciantes iuri suo: & quòd tali impedimento dictus Sacerdos esset irretitus antè præsentationẽ, & institutionem verisimile sit dictos patronos nõ latuisse: cùm proculdubio sciuissent ipsum antea possidere aliud beneficium simplex in eadem Ecclesia, & quòd aliàs dictus Sacerdos iuridicè non potuisset præsentari, nec institui in tali beneficio Curato, nisi præuia huiusmodi dispensatione: meritò supra recensiti Doctores docuerunt: quare parum esset curandum supradicta limitatione a Felino allata: cùm nec exempla ab ipso ibi relata hoc confirmare videantur, nec aliquid probare contra nostram sententiam tot oraculis probatam, vt per se patet, eo qp superueniens dispensatio dictæ institutioni prius factæ, sine nouæ possessionis dicti beneficij traditione, vel antiquæ expressa confirmatione non poterit dici vera noua Episcopalis institutio necessario requisita in omni beneficio iuris patronatus. Ad quod facit, quòd ipsemet Felinus de hoc articulo non fuit loquutus, vbi supra cùm sibi forsan, videretur clarum, & ideo solum loquutus fuit de vocandis confirmantibus, sequens Panormitanum in dicto cap. innotuit. Quapropter concludendum erit, quòd dictus Episcopus poterat cõfirmare huiusmodi institutionẽ inualidã, non conuocatis patronis, cùm præsumantur sciuisse huiusmodi impedimentum, vnde videntur presentando illum eos renunciasse iuri suo.

Et hęc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas necessaria præsumitur interuenisse in actu ipso ex diuturnitate temporis.*

2 Possi-

Digitized by Google

5 *Poſſidens beneficium, vel prælaturam longo tempore, præſumitur illa poſſediſſe auctoritate ſuperioris, et eum fuiſſe legitimè inſtitutũ.*

3 *Vnio præſumitur, ac in ipſa interfuiſſe aſſenſum Apoſtolicum ex curſu temporis longiſſimi, vel ſaltem quadraginta annorum, et idẽ dicitur de alia ſolennitate requiſita ad validitatem alicuius actus.*

4 *Præſcriptio temporis immemorabilis habet vim priuilegij legitimè obtenti a Principe, necnon et priuilegij ſe extendentis ad reſeruata ipſi Principi.*

5 *Præſcriptio temporis immemorabilis habet vim tituli, qua ſtante, non erit opus alium titulum probare, vel allegare, cùm dicatur præſumptio iuris, et de iure, quæ non admittet probationem in contrarium, et quare.*

6 *Præſcriptio centum annorum dicitur immemorabilis, et quare.*

7 *Textus in c. ſi diligenti. extra de præſcript. exponitur.*

8 *Dominium ex minus iuſto titulo, quando acquiratur mediante præſcriptione, et quare.*

9 *Iuriſdictio ordinaria data a Principe ad ſuum beneplacitum, non expirat morte ipſam concedentis.*

10 *Dicta in officiali perpetuo habent locum in officiali ad beneplacidũ, et quare.*

11 *Priuilegium conceſſum alicui ad beneplacidum, reuocatum non dicetur, niſi de reuocatione illius ſpecialis mentio fiat in eius reuocatione.*

12 *Priuilegium conceſſum ab aliquo, moto ex aliqua cauſa, vti propter ſeruitia, vel merita, non poterit reuocari, niſi ex iuſta cauſa etiam ab ipſo concedente.*

13 *Officium collatum ab aliquo vſque ad ſuum beneplacidum ſucceſſor concedentis poterit reuocare.*

14 *Beneficium conceſſum a Papa alicui tenendum vſque ad ſuæ voluntatis beneplacidum, ſi ab ipſo Papa concedente non reuocetur, perdurabit poſt mortem ipſius Papæ.*

15 *Gratia non conceſſa ad certum tempus intelligetur ad perpetuum.*

16 *Priuilegia et beneficium latiſſimè ſunt interpretanda.*

17 *Conſtitutio ſacri Concilij Tridentini in ſeſſ. 7. c. 7. de conſtituendo Vicarium perpetuum in Eccleſijs curatis ſubiectis regularibus, non habebit locum in Eccleſijs curatis, in quibus ipſi regulares celebrant diuina officia.*

Materia præſcriptionis:

T H E M A.

Abbatiſſa, & moniales Monaſterij Sancti Andreæ de Porta Ianuæ cùm aduertiſſent earum Eccleſiam fuiſſe, & eſſe curatam, & quòd ex gratia ſpeciali Reuerendiſſimorum Archiepiſcoporum, qui pro tempore præfuerunt in dicta Ciuitate Genuæ electi Curati ad dictam curam fuiſſent benè viſi ipſis monialibus, humiliter petierunt a Reuerendiſſimo

Digitized by Google

rendissimo Domino Paulo Frigosio tunc Archiepiscoo Genuensi, vt dignaretur ipsis concedere in perpetuum facultatem nominandi, ac eligendi vnum, aut duos Presbyteros ipsis acceptos in Capellanum, vel Capellanos dictæ Ecclesiæ curatæ per ipsas Moniales amouibiles ad nutum: cùm hoc ipsum Monialibus, & Parochianis cedere videretur in maximam quietem, & decus multis de causis. Quapropter Reueren dissimus Archiepiscopus in anno 1471. die Sabbati 14. Decembris per speciale rescriptum ipsius proprio, ac consueto sigillo munitum, ipsis Abbatissæ, & Conuentui supradicto concessit, quòd tam ipsi Reuerendissimo, aut eius Vicario generali, quàm alijs Archiepiscopis, qui tempore fuerint, possint cùm consensu tamen maiori partis Monialium eiusdem Monasterij vnum, vel duos Capellanum, vel Capellanos amouibilem, vel amouibiles ad nutum ipsarum præsentare confirmandum in curatum dictæ curæ Sancti Andreæ, declarans ipse Archiepiscopus in fine dictæ concessionis hoc ipsum dictis Monialibus concessisse ob merita eorũdem Monialium ad ipsius Reuerendissimi Archiepiscopi Domini Pauli Frigosij beneplacitum, virtute cuius concessionis (forsan nudæ, cùm de interuentu assensus Apostolici in confirmationem dictæ gratię, vt opus fuisse de iure videbatur) ipsę Moniales de consensu maioris partis Monialium ipsius Monasterij priuauerunt Presbyterum Thomam de Cicadis de Bobio dicta cura, quam tunc administrabat, & loco ipsius nominauerunt, ac elegerunt Presbyterum Hugonem de Simonetis in curatum per easdem amouibilem a dicta cura dictę Ecclesię in anno 1572. 3. die mensis Aprilis, & in talis nominationis possessione perseuerauerunt vsque ad præsens. Tamen etsi duæ solum aliæ præsentationes, seu nominationes per easdem factæ, ac confirmatæ ab Archiepiscopis duobus successoribus dicti Reuerendissimi Domini Pauli reperiantur propter temporis antiquitatem.

Duo modo quæruntur, quorum

Primum est, an dicta nuda concessio facta ab Archiepiscopo prædicto dederit facultatẽ dictis Reuerendis Monialibus præscribendi hoc ius nominandi Curatum amouibilem per eas in dicta cura Sancti Andreæ.

Secundum est, an dicta clausula in fine dictę concessionis appositа, scilicet [ad ipsius Reuerendissimi Archiepiscopi beneplacidum] probet gratiam fuisse temporalem, & non perpetuam, ac per consequens, per mortem ipsius Reuerendissimi concedentis subsequutam expirasse.

Digitized by Google

DECISIO XVII.

INVOCATO Sanctissimæ Trinitatis Numine, Beatissimæq; Deiparæ Virginis Marię, Sanctissimiq; Patriarchæ nostri Benedicti suffragio, quorum fauore innixi speramus secundum scita sacrorum Canonum dissoluere propositas quæstiones.

Dicimus, quòd prima fronte videtur dicẽdum dictam nudam concessionem non contulisse ipsis Reuerendis Monialibus ius prę-feribẽdi contra Ecclesiam Cathedralem in iure prętenso de nominando Sacerdotem sibi gratũ in Curatum amouibilem, & pręsentandum Reuerendissimo Archiepiscopo Genuensi in dicta cura Sancti Andreæ propter defectum assensus Apostolici in talis concessionis confirmatione necessarij, cùm titulus talis iuris videatur imperfectus, ac per consequẽs nullus: si nullus indè sequitur quoque ꝙ in dictis Reuerendis Monialibus defuerit bona fides, pro eo ꝙ fuerit concessa dicta gratia ab eo, qui de iure non poterat priuare Ecclesiam Cathedralẽ tali iure sine assensu Apostolico, stãte decisione Innocentij Tertij in c. si diligenti. ext. de præscript. vbi habetur, ꝙ de iure Pontificio prę scriptio non currat, nisi in prędicti bẽte iura Ecclesiastica reperiatur iustus titul⁹, & bona fides. Vbi latissimè per Doct. si ergo præscriptio prætensa fuit nulla: Indè vĩ sequi meritò priuandas fore dictas Reuerendas Moniales dicto prętenso iure nominandi curatũ amouibilem ad nutum ipsarum, & confirmãdum ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo Genuense moderno.

His tamen non obstantibus, assseueramus dictas Reuerẽdas moniales præscripsisse ius nominandi Curatum Parochię Sancti Andreæ supradictæ amouibilem ad nutum ipsarum, quod & probamus subsequentibus fundamẽtis de iure verissimis.

Primum fundamentũ est, quoniam extrinsecam necessariam solemnitatẽ, scilicet Apostolicum assensum interfuisse de iure prę-matur: eo ꝙ dictæ Reuerẽdę Moniales non tantum spatio decem annorum in tali possessione pacifica dicti iuris sibi acquisiti perseuerauerint: Verum etiam spatio centum viginti trium annorũ, & ꝙ solemnitas † necessaria præsumatur interuenisse in actu ipso docetur infrascriptis auctoritatibus, videlicet per tex. in l. si filius. C. de petit. hæred. cum alijs auctoritatib. iuris, quas recensuit Ias. in l. si certis annis. col. 3. C. de pact. & in l. sciendum. col. 5. in fi. & in sequenti. ff. de verb. oblig. & in l. qui aliena. col. 1. & sequen. ff. de acquir. hæredit. Socinus in regula 376. fall. 5. qui dicit hanc esse opinionem veriorem. Cassan. in cons. 11. col. 27. Ang. in dicta l. sciendum. col. 1. in fine, & in d. l. qui aliena. per ipsum textum. in vers. sed si non adhibet. vnà cum glosa ibidem. Insuper & Abbas

in

in c.peruenit. per ipsum textum, & glosam. col.2. ext.de empt. & vendit.Corneus in consi.144.col. fi.in fi.vol.4. Alex.in d.l.sciendū, col.4.& in consi.113.col.fi.vol.1. Curtius senior in consi.77.col.2. Pet.de Anch. consi.40.col.2. Antonius de Butr. in dicto c.peruenit.col.2.& in c.dignoscitur. ext. de his,quæ fi.a maior. par.capit. Felinus in c.olim.colum.1.extra de litis contest. Marianus iunior in consi.222. colum.4. Decius in consi.222. columna penult. Hostien.& Ioannes And.in capitulo Albericus. ext. de testibus. & in capitulo illud.de præsumpt.Ioannes de Imo.& Ludo.Romanus in dicta l. qui aliena. Idem docuit Antonius Gabriel. in tract. conclus. libro primo, titu. de præsumpt.conclusione prima,numero primo.

Secundum fundamentum est. Nam ad hoc ipsum probandum
2 facit,quoniam † qui longo tempore possedit beneficium, vel prælaturam,præsumitur illam auctoritate superioris possidere, & legitimè institutus,prout elegantissimè docuerūt infrascripti Doctores, videlicet Bald.in l.filius. C.de petit. hęreditat. & ibi Pau. de Castro,Angel. in l.qui in aliena.& ibi Imo.Cumanus,& Iason columna sexta, ff.de acquirenda hæreditate,& rursus Bal.in l.siue possidetis.columna prima, in fine. C.de probat. Geminianus in capitulo ordinarij, §.primo, columna tertia,de officio ordin. in sexto,& in capitulo si Iudex.§.finali,columna prima, de sentent. excommunic. in sexto, & rursus idem Iason in l.sciendum.columna sexta.ff.de verborum obligat. Petrus Ancharanus in repetit. capituli primi, in octaua quæst.in versiculo dixit tamen Innocentius.de regu.iur. in sexto, Antonius de Butrio in capitulo ex insinuatione. columna penult. de procurat. Decius in consilio 118. columna prima,& in l.prima,lectura tertia, columna octaua. C. qui admitti. Socinus in consi.15. colum. penult. lib.1. Curtius senior in consi.77.col.3. Ioannes de Ana. in c.licèt Heli.col.antepen. & pen.ext.de simonia. Cassan. in consi.11.col.27.Barbatius in consil.1.col.5.vol.4.& in consi.26.columna quarta, vol.2. & in consil. 33.vol.2. & in c.requisiuisti. col. 24.extra de testamentis, & in repet. rubr. de fide instrum. col.1. cart.pen.in fine,& sequenti.Brunus in tract. de forma. folio 80. col.2.in fine, & sequenti.Felinus in capitulo sicut, columna 15. in fine, & sequen. ext.de re iudic. Imo.in c.ex frequētibus, colum. 2. ext. de institu. & in capitulo ex insinuatione. numero duodecimo, extra de procurator. & in capitulo ea noscitur. colum. tertia,versic.si autem sumus.ext. de his,quæ fi.a Prælat. Abbas in dicto capitulo licet Heli. columna finali, Ioannes And. in dicto capitulo si Iudex. Idem docuit Antonius Gabriel. in tractat. conclus.dicta conclusione prima,numero decimo, versiculo septimò infertur. Hoc ipsum docuit latissimè Nicolaus Boerius in deci-

Digitized by Google

ſione 124.num.decimoquarto.

Fundamentum tertium eſt, nã ad hoc ipſum probandum accedit tertiò, quoniam regula eſt, quòd præſumatur ſolemnitas vnionis talis facta dictę Curæ cum dicto Monialium Monaſterio: iuxta concluſionem illam celebrem Doctorum probatiſſimam, in qua habetur, quòd præſumatur vnio † ex curſu temporis, & 3 interueniſſe aſſenſum Apoſtolicum: etſi probari modò non poſſet interfuiſſe. & huic veræ concluſioni ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores, videlicet Romanus in conſi. 275. in principio. Alexan. in conſ. 219. col. 4. vol. 6. deciſio Neapo. 368. col. 2. in antiquis. Mantua in conſil. 83. Lofredus in conſ. 4. col. 9. Nicolaus Boerius in deciſione 345. (loquens etiam in ſpatio annorum 40.) incip. & concluſum fuit. vbi loquitur de conſenſu Capituli, qui præſumitur interueniſſe in alienatione ex diuturnitate temporis: & ſic in caſu ſimili caſui noſtro, vt patet ad ſenſum: aſſeritq; idipſum docuiſſe Alex. in conſil. 219. col. 3. in fi. verſicu. Corroborantur prædicta: per tex. in l. ſi filius. C. de petit. hæredit. & in l. qui in aliena. in principio. ff. de acquir. hæredit. cum alijs infinitis. Iaſon in l. ſciendum. colum. 6. verſi. ſeptimò facit. ff. de verb. oblig. qui allegat Alex. in conſil. 79. incip. circa primum quo, col. 5. volum. 1. Dominicus à Sãcto Geminiano in conſilio 87. incip. apparet quædam vnio. verſiculo ad ſecundum. Iterum, ipſemet Boerius vbi ſupra nume. 6. quamplurima ad hoc ipſum probandum attulit. Idẽ rurſus Felinus in conſil. 2. nume. 21. & denique Antonius Gabr. vbi ſupra nu. 12. verſi. Octauo infertur.

Fundamentum quartum eſt, quia idipſum elicitur ex Doctorum alia veriſſima concluſione: in qua habetur, quòd præſcriptio † immemorabilis habet vim pri- 4 uilegij legitimè obtenti à Principe: & ſic in caſu noſtro erit dicendum: Hęc concluſio probatur per text. in c. ſuper quibuſdam. §. Præterea. & ibi per glo. & Docto. in verſ. non extat. in principio extra de verb. ſignif. Idipſum locuti ſunt innumeri Doctores citati ab Antonio Gabriele in tracta. conclu. lib. 5. titu. de præſumpt. concluſione prima. & ſciendum quòd in tantũ hæc concluſio erit vera; q̃ nõ ſolũ, (vt diximus) præſcriptio tanti tẽporis habeat vim ſimplicis priuilegij: verùmetiam priuilegij ad reſeruata principi ſe extendentis: vt docuit textus in dicto capitulo ſuper quibuſdam. §. Præterea. & ferè innumerabiles Doctores recenſiti à dicto Gabriele, vbi ſupra nume. 3. verſic. Primo amplia.

Fundamentum quintum eſt, nam hoc ipſum etiam apertiſſimè elicitur ex regula à Doctoribus communiter approbata: in qua habetur, quòd præſcriptio † immemorabilis temporis ha- * 5 bet vim tituli. iuxta tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æſtiua, & in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit. vendic.

&

& in c.1.de præscript.in sexto, & ibi per Doctores vtriusque censurę, quorum quamplurimos recensuit Antonius Gabr. in tract. supradicto, nu.44. vers.secundus effectus,qui ibidem nume.45. in versiculo infertur igitur addidit, quòd stante tali consuetudine, seu præscriptione (de quibus ibi ipse indiscriminatim loquitur, alius titulus non est probandus, quod & probat multorum grauissimorum Doctorum sententia. Qui Gabriel ampliando veritatem huius præsentis nostri fundamenti ibidem.nu.47.versic.secundò amplia. dixit, quòd non solùm in hac præscriptione titulus non debeat probari, verùm 6 etiam, quòd non debeat allegari:& hoc probat multis ibi recensitis Doctorum auctoritatibus: subdens ibidem nu. 50. vers.tertio amplia, quòd talis titulus præsumatur: & quòd huiusmodi præsumptio præsumatur, & dicatur præsumptio iuris, & de iure,quæ non admittet contrariam probationem, & hoc ipsum probat auctoritate quamplurimorum Doctorum,qui Gabriel ibidem consequenter attulit quamplurima priuilegia huius præscriptionis immemorabilis, inter quę ibidem in numero 57.versic. tertius effectus principalis. dicit,quòd in hac pręscriptione nõ est necessaria bona fides. & ibidem in nu. 61. vers. quintus effectus. dixit quòd in hac præscriptione non sit necessaria scientia illius,contra quem præscribitur, & ad hoc ipsum probandum retulit innumeras Doctorũ sententias, quas hic missas facere operępretium duximus breuitati studentes.

Animaduertẽdum tamen summoperè erit,q hæc duo fundamẽta,s.quartum & quintum,ex quibus diximus elici veritatem nostrę sententię,erũt sano modo intelligenda,quoniam etsi auctoritates Doctorum ibi allatæ explicitè loquantur solum de præscriptione immemorabili, seu cuius memoria in contrarium non extat,& non de centenaria, seu præscriptione centum annorum (vt in casu nostro.) Nihilominus de ipsa ibi sermo habetur, eo quòd præscriptio centum † annorũ dicatur immemorabilis.quia regulariter homines non viuant centum annis, ac per consequens nõ possint reminisci facta illa, quæ fieri inceperunt a centum annorum tempore,& quòd hoc quod dicimus sit verissimum,prõbatur auctoritate Capicij nostri cõpatriotę in decis.4. n.20.vers.etsi dicatur.qui Doctor ibidem probauit ẽt vera omnia membra dictorũ fundamentorũ quarti,& quinti.Idem apertius docuerũt infrascripti Doct.videlicet Cin.in l.2. q.9. C.de seruit. & aqua. Ant. de Butr.in c.veniẽs. col.vlt.in princ. ext.de testib.Innoc.in d.c.veniẽs. in fi.col.2.in vers.item dicũt quidam,q si constet.Specul.in lib.2. tit.de probat.§.1.n.23. vers.quid si testes.circa finẽ illius verbi.Idẽ docuit Bal. in d.l. 2. in fin.col.2. Card.Zabar.in c.si diligenti.in fi. ex.de prescript.Idẽ probatur per

Digitized by Google

Doctores alios in citatis iurib. Idem Cępolla in tract. ſeruit. vrban. præd. cap. 19. num. 5. verſic. quando autem dicitur eſſe. Alex. in conſi. 16. col. 2. verſic. ſecundò principaliter. volum. 5. & in conſilio 24. Idem docuit Franciſcus Balbus in tract. præſcript. parte 2. par. tertiæ principalis, num. 24. verſic. quòd autem dicatur tantum tempus, folio 122. Bertachinus in ſuo repertorio, in verſiculo præſcriptio ſecundò, colum. 4. & ibidem dicti Doctores addiderunt quomodo probetur præſcriptio centum annorum. Videatur ergo ibi latiſſimè. Et hæc allata ſufficiant pro deciſione quęſtionis primæ.

Et licet ex iam productis credamus fuiſſe plenè ſatisfactum rationibus, quæ videbantur aduerſari ſupradictæ noſtræ deciſioni. Nihilominus ad maiorem dilucidationem veritatis dictæ noſtræ ſententiæ dictis motiuis alijs medijs reſpondebimus auctoritate c. ſi diligenti. † extra de 7
præſcript. dicentes, quòd dictus textus intelligatur de alia præſcriptione, quàm centenaria, vt puta quadragenaria, & inferiori, vt ibidem ſubdidit gloſa, & Doctores ſupracitati ſemper docuerunt, eo magis, quòd in tali præſcriptione facta per Reuerendas Abbatiſſam, & Moniales dicti Monaſterij Sancti Andreæ affuerit aliqualis titulus, ſcilicet conceſſionis dicti Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, necnõ & bona fides, quia crediderunt illam ſufficere ſibi, virtute cuius fuerunt in pacifica poſſeſſione a prima die talis conceſſionis ſibi factæ vſq; ad præſens. Ad hoc etiã additur deciſio Rotæ in antiquis. ſub titu. de præſcript. deciſ. 2. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. Ex minus † iuſto titulo, non tamen 8
reprobo, vt rei furtiuæ, vel raptę, acquiritur mediante preſcriptione dominium, quia minus iuſtus titulus dat cauſam præſcribendi. vt in c. cura. & c. paſtoralis. ext. de iure patro. & in l. 2. §. ſi a furioſo. ff. de vſucap. pro emptore. Ad hoc ipſum probandum facit optima gloſa in c. ſi diligenti. in verſic. iuſtus titulus. ext. de præſcript. dicens, quòd titulus pro tanto dicitur iuſtus, quia dat cauſam præſcribendi, ſi adſit bona fides, vt ille credat talem titulum ſufficere, & credat tradentem eſſe Dominum, quæ omnia affuiſſe in ipſis Reuerendis Monialibus omnibus compertum eſt.

Circa ſecundam propoſitam quæſtionem: Videbatur primò dicendum, quòd dicta conceſſio ad beneplacidum dicti Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Domini Pauli, morte ipſius ſequuta fuerit expirata, & ſic virtute illius non potuiſſe de iure ipſas Reuerendas Moniales dicta conceſſione vti poſt mortem illius, pro eo, q̃ morte ipſius expiret quoque eius beneplacidum, & quòd huiuſmodi conceſſio ad beneplacidum dicatur expiraſſe per illius mortem, videtur probari ſubſequentibus auctoritatibus. Nam videtur hoc docuiſſe textus in capitulo ſi gratioſè. de reſcript.

in

in sexto, & textus in l. 1. ff. locati. Ang. in consilio 217. columna pe nultima, versiculo ad quartum verò. Corneus in consilio 92. colũna prima, versiculo & quòd hoc sit verum. volumine secundo, & in consilio 235. columna secunda, versiculo circa tertium. eodem volumine. Bal. in l. finali, columna quarta, versiculo sextò quæro. C. de contrahenda emptione, & in l. post dotem. columna penultima, versiculo & prædicta faciunt ad quæstionem. ff. soluto matrimonio, Gonza. in consilio vigesimosecundo, columna prima, & sequenti. versiculo & pro ista parte. Idem docuerunt & alij Doctores citati a Gabriele in tract. conclus. libro sexto, titu. quod cuiusque vniuersitatis nomine, conclusione prima, numero vigesimosecundo, vers. primo limita.

His tamen non obstantibus assueueramus, quòd in casu nostro huiusmodi apposita clausula, in fine dictę concessionis non priuet dictas Reuerendas Moniales iure nominandi Capellanos amouibiles ad nutum ipsarum in dicta cura Parochiæ Sancti Andreę, quod & probatur subsequentib. veriſſimis fundamentis.

Primum fundamentum est. Cum iurisdictio ordinaria nominandi dictum Curatum amouibilem ad nutum ipsarum Reuerendarum Monialiũ fuerit ipsis Monialibus indulta a dicto Reuerendissimo Archiepiscopo Genuensi, vt ex tenore dictæ concessionis palam fit, & regula iuris approbatissima sit, quòd iurisdictio † ordinaria data a Principe ad beneplacidum concedentis, non expiret morte ipsius concedentis illam: Indè sequitur apertissimè dictam concessionem per mortem ipsius Reuerendissimi non expirasse. Antecedens probatur auctoritate infrascriptorũ Doctorum, qui hoc ipsum expresè docuerunt, videlicet. Bald. in l. meminisse. in fine. in versiculo quartò quæro. ff. de officio proconsulis, & legati, cuius dictum sequuntur Gabriel in tract. concluſ. libro sexto, conclusione prima, numero trigesimoquarto, versiculo quartò sublimita. & Capicius in decisione 116. numero tertio, versiculo quòd si per Principem. Consequens illud per se patet, cum data veritate antecedentis, necessario sequitur & veritas consequentis de directo procedentis ab illo antecedente.

Secundum fundamentum elicitur ex sententia Alexan. in l. principalibus. in fine. ff. si certum petatur dicentis, quòd dicta † in officiali perpetuo, habeant locum in officiali ad beneplacidum. Nam de illa dubietate reuocationis, seu de illo beneplacido iudicatur, vt de perpetuo, vt in l. sufficit. ff. de condict. indeb. & in capitulo si delegatus. de officio delegati in sexto, cui Alexan. sententiæ se subscripsit Capicius in decisione 116. numero tertio, versic. facit quintò.

Tertium fundamentum est, nã idem probatur ex sententia And.

in conſtitut. ea, quæ in columna ſecunda, dicentis, quòd quando
11 priuilegium † conceſſum eſt alicui ad beneplacidum: tunc ſi concedens voluerit illud reuocare, debebit ſpecialiter hoc facere: nec talis conceſſionis reuocatio veniret ſub generali reuocatione. Cùm ergo Archiepiſcopus tale priuilegium ſpecialiter non reuocauerit: erit firmiter tenendum ipſum confirmaſſe, & ſubdidit, idem Capicius vbi ſupra, numero ſeptimo, verſiculo & vide And. quem ipſe ſequitur dicens, quòd quando priuilegium
12 † fuiſſet conceſſum ad beneplacidum, & concedens motus fuiſſet cum cauſa: vt propter ſeruitia, & merita (quod eſſe in caſu noſtro apertiſſimè elicitur ex verbis ipſiuſmet Archiepiſcopi, quibus vſus fuit in reſcripto dictæ conceſſionis.) & hoc exprimitur in priuilegio, tunc non poſſet etiam ſpecialiter ipſe concedens illud reuocare, niſi ex iuſta cauſa ſuperueniente, quę in caſu noſtro non reperitur.

Quartum fundamentum eſt, Nam ad hoc ipſum probandum accedit, quod docuit Ioannes Calderinus ſuper rubr. de reſcriptis conſi. 3. quem Capicius vbi ſupra, numero quinto, verſiculo Ioannes Calder. dicens. Rector Prouinciæ poſitus per Papā contulit quoddam officium vſque ad ſuum beneplacidum: An finito
13 rectoratu, † ſit finitum illud officium? & concludit multis rationibus relatis poſtea a Geminiano in c. ſi gratiosè. de præben. in ſexto, dicens quòd iſta verba: [Ad noſtrum beneplacidum.] extincto rectoratu operabuntur: quoniam ab eius ſucceſſore in rectoratu poterit officium reuocare, quod aliàs non potuiſſet, vt in capitulo decet. de regu. iur. in ſexto: cui aſtipulatur in dicto capitulo ſi gratiosè Geminianus. Ex his apparet, quòd etſi ab Archiepiſcopo immediatè ſucceſſore potuiſſet reuocari poſt mortem dicti Reuerendiſſimis Domini Pauli Archiepiſcopi cōcedentis huiuſmodi priuilegium, eo ipſo q̄ non reuocauit, tacitè confirmauit, etſi nullo pacto hodie poſt longam præſcriptionē reuocare nō poterit, vt probauimus.

Quintum fundamentum eſt, Quia facit etiam ad hoc ipſum probandum, quod docuit Specul. in lib. 4. titu. de emphiteoſi. §. nunc aliqua de iure emphiteotico. nu. 178. verſ. quid ſi Dominus Papa conceſſit: dicens quod
14 ſi Papa † conceſſiſſet alicui beneficium tenēdum, vſque ad ſuę beneplacidum voluntatis: quòd durabit talis conceſſio donec reuocaretur, & poſt mortem Papæ durabit talis conceſſio, ſecundum Vincentium (quem ipſe videtur ibi ſequi) in c. dudum. el ſecondo, in fine. de elect. (addens, quod pro ſententia ipſius faciat conſtitutio Innocentij Quarti in c. vt petitioni. de reſcriptis. Cū beneficia Principis latiſſimè ſint interpretanda.

Sextum fundamentum eſt, nā ad hoc etiā facit ſentētia Ludo. Gomez. in regula Cancellariæ de

Digitized by Google

de non toll.iure quæsito.quæst.4. nu.20.& 21.dicentis,qnòd quando gratia concessa † non fuit ad certũ tempus, licèt reuocari possit , tamen censebitur perpetua : quia perpetuum dicitur illud, ꝙ ad tempus non conceditur: licèt reuocari possit,vt est casus in l.Iurisperitos. ff.de excusat.tut. hinc est (inquit)quòd officialis,qui ad nutũ creatur , ex quo ad tempus non datur, perpetuus reputatur: vt docuit Glosa ordinaria in Clement.2.in versic.per electionem. de rescriptis. sequitur Oldrad.in consil.4.& Ias.in §. sed iste.col.6. Institu.de actio. Abbas in c.quanto.col.pen. extra de iureiur. cum alijs concord. vt scribit Iason in l.sufficit.per illum text.ff.de condit. indebit. & ante ipsum Alex. in cons.216. incip. Magister.col. fin. libro 7. & ideo dicit Geminianus in cap.fin. per Glos.ibi in versic.perpetuas. de rescriptis,ꝙ statuta disponentia circa actus perpetuos, includũt etiam actus, qui possunt esse temporales , & perpetui .

Septimum fundamẽtum: nam priuilegia, & beneficia in dubio latissimè sunt interpretãda,etiam
16 contra concedentem, prout docuit Innocentius in c. dilecti. extra de donat.quem sequitur Pau. de Castro in l.auus neptis nomine.nu. 5.ff.de pactis. & in l.beneficium.ff.de constitu.Principum.

Ex his ergo omnibus allatis elicitur veritas præsentis nostrę sententię circa hanc secundam quęstionem propositam , necnon & apertissima responsio ad auctoritates in contrarium adductas. Ex quibus etiam luce meridiana clariùs patuit dictas Reuerendas Moniales Monasterij Sancti Andreæ nullo iure posse priuari iure acquisito de nominando Capellanos curatos amouibiles ad nutum earum per easdem, etsi approbandos ab Illustrissimo,& Reuerendissimo Archiepiscopo Genuensi moderno: cùm ipsis inuitis nõ possit de iure ipse Illustrissimus,& Reuerendissimus Archiepiscopus conferre in titulum beneficij huiusmodi curam,nec constituere Vicarium perpetuum in ipsa cura: eo,quòd ipsi Illustrissimo, & Reuerendissimo de iure communi sit prohibitum , stante tali præscriptione , cùm nec fuerit concessum per constitutionem
17 † Sacri Concilij Trident.in Sess. 7.c.7.nec ex declaratione facta p sacram Cõgregationem Illustrissimorum Cardinalium super tali Capitulo. Ex quibus videtur ipsi Illustrissimo Archiepiscopo potestatem cõstituendi Vicarios perpetuos in beneficijs curatis perpetuò vnitis Monasterijs,quoniã dictæ constitutiones loquuntur in beneficijs curatis in illis Ecclesijs , in quibus ipsi regulares non celebrant Diuina officia: nõ autem in Ecclesijs Monasteriorũ Regulariũ curatis, in quibus ipsi celebrãt Diuina officia,vt nuperrimè sacra ipsa Congregatio declarauit,me Romæ hoc procurante à dicta sacra Congregatione, in fauorem nostri Monasterij Abbatiæ Aretinæ , cuius tenor talis est, videlicet. Congregatio Concilij,

cilij cẽſuit deputationem Capellani pro exercenda cura annexa alicui Monaſterio Regularium, ſpectare ad Superiores illius Monaſterij, de conſenſu tamen Epiſcopi, ac præuio examine per ipſum, aut eius Vicarium faciẽdo. Hieronym. Card. Matthęus locus ſigillo eiuſdem Cardin.

Hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congreg. Caſſinenſis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio ſimplex (ſine adiectione cauſæ) alienandi facta à teſtatore, non impedit aliquem hæredem inſtituere vniuerſalem, & quare.*

2 *Adultus licet in vita ſua non poſſit alienare res immobiles ſine auctoritate Curatoris, & Iudicis, tamen in teſtamento ſolus poterit dare licentiam ſuis executoribus alienandi res ſupradictas.*

De materia fideicommiſſaria, & prohibitione alienandi:

THEMA.

Ioannes Baronus quondam Auguſtini ex quadã Battina filia quondam Stephani de Inſula eius legitima coniuge hãbuit filium legitimum, & naturalem vnicum nomine Auguſtinum, quem in teſtamento inſtituit hæredem ſuum generalem in omnibus ipſius bonis mobilibus, & immobilibus, cum conditione, & obligatione, quòd non poſſit ipſe Auguſtinus vendere, & alienare, nec obligare dicta bona hæreditaria, ac paterna, niſi poſtquàm fuerit ætatis annorum triginta duorum, & tunc cum conſenſu dictæ Battinæ eius matris, ſi tunc ſuperſtes eſſet; cui teſtator reliquerat partem vſusfructus dictorum bonorum, vita eius durante. Qui Auguſtinus tandem cùm ætatis ſuæ attigiſſet annũ vigeſimum primum in circa, ex luce hac antequam ſubtractus fuiſſet, cõdens vltimum ſuum teſtamentum, inſtituit hæredem vniuerſalem dictam Battinam eius matrem.

Quæritur modò, an dictus Auguſtinus (ſtante dicta conditione, quòd non poſſit alienare dicta bona ante trigeſimum ſecundum ſuæ ætatis annum) inſtituere hæredem vniuerſalem dictorum bonorum dictam Battinam eiu smatrem de iure potuiſſet.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XVIII.

INVOCATO Numine Sãctiſsimę Trinitatis, ac Beatiſsimæ Deiparę Mariæ, Beatiſsimique noſtri Patriarchæ Benedicti implorato fauore. Reſpondebimus præſenti quęſtioni breuiter, dicendo dictum Auguſtinum teſtatorem potuiſſe hæredem inſtituere dictam Battinam eius matrem in dictis bonis paternis, non obſtante dicta conditione, vel prohibitione ſibi facta de alienandis ipſis, aut donandis ante annum ætatis ſuæ trigeſimum ſecundum, quod & probabimus quatuor veriſsimis fundamentis.

Primum fundamentũ eſt. Quoniam dictę alienationis prohibitio fuit facta ſimpliciter, ſine aliqua cauſæ additione, vt apparet apertiſsimè in ipſo teſtamento. Quapropter dicendum erit fuiſſe ſimplex conſilium, ſeu præceptũ
1 patris teſtatoris inſtituentis: Aut cùm huiuſmodi prohibitio non annullet in hærede inſtituto virtutem, ac poteſtatem alienandi, quam generaliter, & regulariter cõfert heredis inſtitutio ipſa teſtamentaria: Inde ſequitur dictũ Auguſtinũ potuiſſe de iure inſtituere hæredem vniuerſalem dictorum ſuorum bonorum dictam Battinam eius matrem: Minor probatur apertiſsimis verbis tex tus in l. pater filiũ. §. Iulius Agrippa. ff. de lega. 3. & in l. filius familias. §. Diui Seuer⁹, & Antoninus. ff. de legat. 1. & ibi per Glo. & Doctores, inter quos ſpecialiter hoc ipſum in dicto §. Diui Seuerus, & Antoninus docuerunt Ambroſius de Opis nu. 10. Loaz in nu. 3. Crotus nu. 1. Socinus iun. nu. 100. Ripa nu. 2. Iaſon nu. 69. Alex. ibidẽ. quos ſequutus fuit Illuſtris Dominus Paſcalis Saulius in ſuo eleganti tractatu de alienandis rebus fideicommiſſ. ſubiectis. quæſt. 34. & ratio patentiſsima eſt hæc, quæ ſtatim ſubinferetur, videlicet. Quoniam dicta prohibitio de nõ alienando, niſi teſtator aliud non expreſſerit, eſt intelligenda facta ſolùm de non facienda in vita ipſius prohibiti, non autem in morte de relinquendis ipſis bonis, ſcilicet in teſtamento, ſeu in vltima voluntate, prout ſubſequẽtes Doctores docuerunt expreſsè, videlicet Angel. in ſuo conſil. 57. incip. Dominus Andreas cõdidit ſuum teſtamẽtum. quem citauit, ac ſequutus fuit Alex. plura addendo in conſilio ſuo 154. incip. Viſis & accuratè. volum. 2. de quo etiam per ſcribentes poſt Bar. in l. pater. §. fundum. ff. de legat. 3. Idem Socinus in conſ. 251. incip. Quoniã in præſenti. col. 4. verſ. aliquãdo, & ſecundum, & in conſ. 19. incip. Pro deciſione. nu. 21. Bal. in conſil. ſuo 102. incip. Verba ſtatuti. col. 1. vol. 1. Iaſon in l. non dubiũ. col. 1. C. de teſtamẽtis. Decius in conſil. ſuo 38. incip. Circa primũ. col. 6. & Hyppolitus de Marſil. in ſuo ſingulari 465. incip. Aliqua ſunt. Idipſum apertiſſimè colligitur ex tex. in l. ex hoc. §. alienare.

Digitized by Google

re. ff.de alien.iud. mut.cau. fact. vbi hæc præciſa habentur verba, videlicet. [Alienare intelligitur & qui alienam rem vendiderit, ſed hæredem inſtituendo, vel legãdo,ſi quis alienet, huic edicto non eſt locus.] vbi Gloſ.Idipſum docuit Gloſ. ſingul.in l.vnica. in verſi.ſui iuris. C.non liceat habit. lib.11.Bart.in l.ſi quis ita.§.ea lege.col.1. verſic. aut eſt prohibita alienatio.& ibi Paul.de Caſt.col. 2.verſic.nota vlterius. & ibi Ang. verſ.& conclude. ff. de verborum oblig.& rurſus idem Ang. in conſil.155.in princ.vol.2. & in conſi. 55.col.1. verſic.præmiſſis tamen non obſtantibus. vol. 3. vbi dixit hanc eſſe communem opinionẽ. Paul.de Caſtr.in conſ.324. verſic. Item ſi diceremus. vol.1.Iaſon in l.filiusfamilias. §. Diui.in prima lectura.verſic.ſecundò adde.ff.de legatis primo. Bart. iterum in l. quemadmodum.col.2. verſic.regulariter autem. C. de agricol.& recenſit.lib.11. Iaſ.iterum in conſil.101.per totum.vol.1. & in conſil.164. col 3. verſ.bene facit.vol. 4. Curtius ſenior in conſil.46.colum.1. verſ.tertius caſus. Fabianus de Monte in tracta.de empt. & vendit. in quarta part.princ.in 22.& vlt.q.n.22.& ſequenti. verſ. circa 16. Curtius iun.in conſ.160. col.pen.verſ.non obſtat aliud.Marianus iun.in conſil.112.nu.11.& ſequenti.vol.1.Ruin.in conſ.150. col.pen.verſic.& dato.vol.2.& in cõſ.89.col.5.verſ.& prædicta adhuc confirmantur.vol.2.& conſi. 38.col.8. verſ.ſed tamen præmiſſis non obſtantibus. vol.5. & hos omnes Doctor.citauit, ac ſequutus fuit Antonius Gabriel in ſuo elegantiſſimo tract. concluſionũ. in libro quarto,ſub titu.de fideicommiſſis.concluſ.10. nu.1. verſic. primus caſus eſt.

Secundum fundamentum noſtræ ſententiæ eſt. Nam hoc ipſum veriſſimum comprobatur hac irrefragabili ratione,arguendo ab identitate rationis: quoniam licèt adultus † habens Curatorem non poſſit de iure in vita ſua alienare res hæreditarias immobiles ſine auctoritate Curatoris, & Iudicis, vt in l. lex, quæ tutores.C.de adminiſtr.tut. & in l.magis puto. ff.de rebus eo.quæ ſunt ſub tut.Tamen adultus in teſtamento poterit dare licentiam executoribus ſuis alienãdi res immobiles ſine curatore,& ſine decreto Iudicis, prout docuit Bal. in l. prædium. C. quando decre. opus non eſt,& in l.1. in princ.ff. de reb.eorum, quæ ſub tut. quod eſſe mirabile docuit Iaſon in l. ſi frater.in fin. C. qui teſtam.facere poſſ. Idem docuit Alex.in conſil. 215.incip. Ponderatis.col.1.vol. 6. & Hyppolitus de Marſil. in ſupradicto ſingul.465.

Tertium fundamentum eſt. Quoniam hoc ipſum poterit elici ex mente,& voluntate teſtatoris, (quæ vulgaribus iuribus ante omnia eſt attendenda,)patris ſcilicet dicti Auguſtini,qui in inſtitutione teſtamẽtaria ſua expreſsè docuit de maximo amore, quo proſequebatur dictam Battinam coniugem ſuam, ex eo,quòd præceperat ipſam fore vſufructuariã

dictorum

Digitized by Google

dictorum bonorum, vnà cum dicto Augustino filio, præcipiendo ei, quòd si ad dictam ætatem triginta duorum annorum peruenisset, posset dicta bona hæreditaria donare, & alienare, accedẽte consensu dictæ Battinæ: eo magis, quòd dictus testator non habuerit agnatos, neque cognatos, nisi valde remotos. Quapropter patet, quòd si dictus testator cogitasset de casu præsenti, scilicet de morte eius filij in tali ætate, & conditione, substituisset in hęredem ipsam Battinã. Vnde colligitur ex mente eius elicita ex supradictis coniecturis, quòd relicta fuerit dicta Battina tacitè hęres vniuersalis dicti Ioannis Baroni eius coniugis.

Nec obstare de iure poterit pẽsenti nostræ decisioni statutũ Reipublicæ Genuensis in lib. 4. c. 1. §. & valeant nuda præcepta. iuncto §. si verò testator, etsi prima facie videantur aduersari dictæ nostræ sententiæ. Nam in dicto §. & valeant. hæc habentur, videlicet. Et valeant nuda præcepta de non alienando bona testatoris, vel aliter disponentis, & in dicto §. si verò. hæc ad verbum habentur, videlicet. Si verò testator agnouerit hæredem suum, vel legatarium de non alienando, vel de restituendo alij bona, vel aliquam rem ipsius testatoris, nõ valeat alienatio facta per hęredem, vel legatarium, & voluntas testatoris seruetur, & mandetur executioni salua, si alienaretur causa, & facto ipsius testatoris: hæc omnia ibi, quæ si non lippis oculis perlegentur, quamfacillimè comprehendetur dictum statutum nullo pacto aduersari nostræ decisioni: cùm non loquatur de alienatione, quæ fit per testamentum, aut aliam vltimam voluntatem: sed de alienatione, quæ fit ab eo, qui est sanus, prout Doctores citati in probatione primi, & secundi fundamenti docuerunt. Cùm ergo dicta municipalis constitutio nõ loquatur de casu proposito: Inde sequitur ex illa nihil posse deduci contra dictam Battinam institutam hæredem à dicto Augustino eius filio ætatis vigesimiprimi anni in circa, & per cõsequens, quòd ex regula iuris allata in primo fundamento ipsa Battina habeat intentionem fundatam in sui fauorẽ. Quapropter concludimus nullo pacto, tuta conscientia ipsam Battinã molestari de iure posse, de inceps à possessione dictorum bonorum hucusque per ipsam pacificè possessorũ, ac per consequens ita à quocunque Iudice omnino foro de iure iudicandum.

Hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1. *Pignoratio non transfert dominium rei pignoratæ ad eum, cui pignoratur quis rem suam.*
2. *Laudemium non debetur Domino directo, nisi pro alienatione dominij.*

nij vtilis propriè dicta, faciendæ per emphitcotam.

2 Pignoratio rei emphiteoticæ est prohibita, et quando dicetur alienatio.

De materia emphiteosis.

THEMA.

In causa vertente inter Monasterium Sancti Stephani à Genua Congregationis Montis Oliueti, & Magnificam Dominam Isabellam de Nigro.

DECISIO XIX.

VLTRA allata in fauorē dictæ Magnificæ Isabellæ matris Magnifici Ioannis de Nigro à Domino Andrea Costapellegrina V.I.D. in suo cōsilio: Tria mihi occurrunt afferēda expressè non tacta ab ipso Domino consulente. Primum, quorum est, quòd prætensum præceptum Curiæ ad instantiam ipsius Magnificæ Isabellæ à Curia ipsa concessum contra eos, qui locauerant ab ipsa huiusmodi bona emphiteotica, & sibi à filio vnico suo emphiteota pignorata, nihil probet cōtra ipsam Magnificam Isabellam. Nam per huiusmodi præceptum (inquam) (in quo dicebatur ipsam Dominam Isabellam esse Dominā huiusmodi terratici, & habuisse illud insolutū) dicendum non erit fuisse probatum ipsam Magnificam Dominā Isabellam voluisse ipso præcepto mediante fateri, & declarare illud instrumentum pignorationis factum inter ipsam, & dictū Magnificum filium fuisse fictitiū, ac per consequens, quòd realiter inter ipsam, & dictum Dominū filium interfuerit instrumentū venditionis, & non pignorationis. cùm ex dictis verbis (si non lippis luminaribus illa legantur) apparebit legenti, illam Dominam verum dixisse, si talia verba intelligerentur, (vt moris est Doctorū) secundum subiectam materiam: eo q̄ in dicto instrumento agatur nō de transferendo dominio vtili rei emphiteoticæ, sed solùm de vsufructu sibi viduæ acquisito super dictis bonis emphiteoticis sibi pignorati, propter alimenta de iure à suo filio, & vniuersali hę rede sui coniugis defuncti, præstanda loco non solutæ dotalis pecuniæ. Cùm alimenta sibi danda fore in tali casu omnes Doctores communiter semper docuerunt, quod & probare (si opus fuerit) quamfacillimū erit. Quapropter cùm actum fuerit in dicto præcepto de obligando locantem dicta bona ad recognoscendam ipsam Dominam Isabellam in dominā vsusfru-

Digitized by Google

vsusfructus dicti terratij emphiteotici, eo quòd ipsam possessionem nomine quo supra locauerat dicto locatori. Quid ergo mirũ, aut indignum in dicto pręcepto contineatur, nõ animaduerto. Insuper illam confessionem, quam inde pars aduersa credit elicere (ni fallor) nihil afferre in mediũ contra ipsam Dominam Isabellã, per se patet. Cùm ipsa Domina Isabella verum protulerit, dicendo se habuisse huiusmodi dominium insolutum: Nonne durante tali pignoratione insolutum tenebit dominium, & ius locandi dictum terracium, atq; ipsum locationis pretium sibi retinendi pro debitis alimentis sibi ministrandis à dicto suo filio vero emphiteota pro non sibi soluta adhuc pecunia dotali: ex cuius fructibus poterat aliàs sibi parare alimenta suæ conditioni conuenientia. Ex allatis ergo patet nobis necesse non esse asserere dicta verba in dicto præcepto fuisse apposita errore muliebri: cùm possint legitimè verificari secundum subiectam materiam relatam ad instrumentum, in quo solùm sibi fuerat cessum ius recipiendi redditus dicti terracij emphiteotici, donec solutum sibi fuerit à dicto filio vero emphiteota integrum debitum dotalis pecuniæ sibi restituendæ post mortem sui mariti, & patris dicti Domini Ioannis emphiteotæ.

Secundo loco dicimus, quòd
1 cùm per pignorationem † nullum transferatur dominium in recipientem rem pignori datam, eo quòd illud remaneat adhuc apud dominum rei pignoratæ, quoniã regulariter pignoris frugiferi fructus recepti à retinente dicta pignora frugifera cedunt sorti, vt apertissimus docuit textus in c. significante. extra de pignor. & in c. 1. & c. conquestus. de vsuris. Inde sequitur nullam interuenisse alienationem propriè dictam in dicto instrumento dictæ pignorationis. Cùm apud ipsum Monasterium reperiatur dominium directum dicti terracij emphiteotici, & apud ipsum Dominum Ioannem vnicum filium emphiteotam dominiũ vtile, vltra quę duo genera dominiorum in materia nostra nõ reperiatur in iure proprie dicta. Inde consequens erit, quòd propriè loquendo in materia nostra non erit dicenda alienatio, nisi alterum ex his duobus iuribus alienetur, quod in casu nostro nõ erit dandum. Cùm virtute huiusmodi instrumenti, solũ
2 ab ipso Domino Ioanne filio dictæ Magnificæ Isabellæ matre fuerit concessum ius locandi dictas possessiones emphiteoticas, ac insimul reddditus annuos dictarũ possessionum recipiendi, retinendique pro suis alimentis (de iure sibi debitis) ratione non solutæ sibi pecuniæ dotalis. Quapropter patuit nullam veram interfuisse alienationem: si ergo nulla fuit alienatio ipsius directi, vel vtilis dominij; inde sequitur nullum Monasterio deberi laudemium: † cùm ipsum sibi de iure solùm debeatur propter alienationem propriè dictam dominij vtilis,

Digitized by Google

vtiſis, quod eſſe penes emphiteotam patentiſſimum eſt.

Tertio loco firmiſſimè aſſeueramus non aduerſari rationib. allatis in fauorem dictæ Iſabellæ à Domino conſulente, doctrinam Bart. in l. legata. §. inutiliter. ff. de ſuppell. legat. & ſequacium, qui citantur à Corbulo in tracta. de emphiteotico contract. titul. de cauſis priuationis ob alienat. rei emphit. in quæſt. 14. de cauſa priuat. ob alienat. irrequiſito domino. limit. 33. in fin. fol. 170. dicentium, quòd etſi regulare ſit, quòd emphiteota poſſit irrequiſito domino directo pignorare, & hypotecare bona emphiteotica alteri. hoc non verificatur quando pro tanta quantitate fuiſſet pignorata, vt nõ eſſet ſpes luendi illa, ſeu rehabendi per ſolutionem debiti, pro quo fuerat res ipſa emphiteotica pignorata. Nam tũc (inquiunt) huiuſmodi pignoratio
3 † dicetur alienatio. Dicimus ergo, quòd dato & non conceſſo, q̃ dicta doctrina eſſet veriſſima, & communis: Non tamen inde ſequitur inſulſa illa cõcluſio aduerſariorum dicentium tali pacto Dñs Ioannes emphiteota Monaſterij Sancti Stephani ſupradicti pignorator talis rei emphiteoticæ, veriſimiliter tempore contractus non ſperabat redimere dicta bona emphiteotica: cùm tantum eſſet eius debitum cum ſua matre (cui illa pignorauit) pro ſibi reſtituẽda dotali pecunia, quòd vt ipſam creditricẽ aſſecuraret, non ſolũ tradidit dicta bona emphiteotica, verum etiam & alia non emphiteotica, eo quòd illorum emphiteoticorum bonorum valor non ſolùm excederet valorem ſupradicti debiti: at potius ad ipſum extinguendum non ſufficeret. Ex quibus omnibus eliciendum fore parti aduerſæ videbatur, quòd etſi in inſtrumento pignorationis expreſsè fuerit facta ſolùm mentio de pignoratione luenda à dicto Magnifico Ioanne filio pignorante ſoluto dicto debito dictæ Dominæ Iſabellæ matri, recipienti dicta bona emphiteotica in pignus, & illorum fructus, emolumenta, vel redditus loco alimentorum ſibi à dicto Magnifico Ioanne filio ſoluendorum dicta de cauſa. Nihilominus ex pacto tacito apparere dicebatur (inquiebant) interueniſſe venditionem, & ſic alienationem dictorum bonorum emphiteoticorũ. Ad quod (Deo dante) facillima erit reſponſio, dicendo huiuſmodi prę̃ſumptionem nullo pacto inniti alicuius iuris, aut facti vero fundamento: Imò omnino ab eruditiſſimo Domino Conſeruatore dicti Monaſterij, & Iudice ordinario in dicta cauſa, fore iudicandam vafrã atq̃e cauilloſam, hac de cauſa. Quis enim vecors, ac ineruditus, (ne dicamus) inhumanus, aſſerere non erubeſceret ſupradictam Bar. & ſequacium Doctorum ſententiam locum obtinere in caſu noſtro? etſi regularis & vera ſit eorum doctrina, & illa locum habeat in extraneo emphiteota, pignorante creditori extraneo, ſed non matri, cui ipſe pignorator &

debitor

debitor mox de iure naturali erit successor, ac legitimus, & vniuersalis hæres, eo quòd ipse pignorator sit vnicus dictæ Dominæ Isabellæ (senis Deum timẽtis) filius legitimus, & naturalis, ex quibus patet, quòd dictus Dominus Ioannes tempore contractus huiusmodi pignorationis fuerit constitutus in certissima spe rehabendi, seu luendi dicta bona emphiteotica pignori tradita, p- prię matri prædicta de causa per successionem legitimam non tantum ex testamento, verumetiam ab intestato. Quapropter his, & alijs de causis hic silentio prætermissis breuitati studẽtes, dicim⁹ nullo pacto dictam Isabellam teneri ad soluendum laudemium dicto Monasterio, cum inter ipsam, & Dominum Ioannem filiũ nullus verus aut fictus venditionis interfuerit contractus, sed solum contractus pignorationis legitimè ab vtroque celebratus.

Et hæc est mea sententia decisiua, & ita sentio.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Ludere aleis nulli licet de iure communi in publicis, & priuatis domibus, vel locis, neque ludentes aspicere, etsi cõtrafactum fuerit, nulla poterit sequi condemnatio, & datur soluenti hac de causa repetitio, nisi contra soluentem curriſſet præscriptio quinquaginta annorum.*

2 *Victus in ludo alearum facto nõ prę senti pecunia, sed credita: an in foro animæ, & iudiciali possit cõpelli ad soluendum deperdita, nec nè secundum aliquos Doctores.*

3 *Actio cui a iure datur multo magis exceptio intelligetur indulta.*

4 *Acquirens aliquid per ludum a filiofamilias, regulariter ad illius restitutionem tenebitur.*

5 *Pater non tenebitur soluere pecuniam mutuatam filiofamilias regulariter etiam si ille habuisset proprium peculium.*

6 *Filiusfamilias acquirens aliquod peculium, de ipso disponere non poterit saltem quoad vsumfructũ eius: cum ille transeat ad dominium patris.*

7 *Iuramentum quid sit, & quid iurare.*

8 *Iuramentum assertorium, et promissorium quid.*

9 *Deum manifestare an verũ sit quod asseritur dupliciter dicitur.*

10 *Iurandi modus est duplex.*

11 *Iurare dicetur, qui verba proferre hæc ausus fuerit, videlicet per fidẽ Christi, vel per Religionem fidei Christianæ.*

12 *Iurare per fidem quam quis habet in Deum, an sit iuramentum.*

13 *Fidei præstatio & iuramentum æquipollent, et quare, licet minor pę nitentia erit imponenda venienti contra fidem, quàm contra iuramentum, & nu. 28.*

14 *Iuramentum quod fit per salutem Principis comparatur iuramento, quod fit super Euangelia Sancta.*

15 *Iurare dicitur qui aliquid promittit sub fide sua, etiam nulla facta mentione nominis Diuini.*

16 Renunciatio facta propter metum, & terrorem iniectum, est nullius virtutis, nisi illa fuisset iuramento, vel fide interposita confirmata.

17 Clericus Religionem fidei, & iuramenti sui violans erit suspẽdendus ab officio, & beneficio.

18 Parum aut nihil referet, vtrum dicatur, sub fide mea, vel dicatur iuro ad Sancta Dei Euangelia.

19 Iuramentum est iurare sub periculo animæ suæ, vel fide sua, vt faciunt armigeri.

20 Pactum nudum, seu simplex conuentio fide interposita gignit actionem in foro fori, & quare.

21 Conditio de præsenti, vel præterito, vel futuro habetur pro causa, & erit valida conuentio.

22 Iuramentum an sit si quis iuret aliquid se facturum per salutem suã, aut fidem suam, vel caput suum, et huiusmodi, & tale iuramentum transgrediens, an pœna periurij omnimoda puniendus veniat.

23 Animæ periculum, vbi immineat præsumetur in deteriorem partẽ, cum indè consulatur saluti animę.

24 Communicandum non erit cum infamato de percussione clerici.

25 Matrimonium contractum cum consobrina eius, cum qua quis prius contraxerat, separari præcipitur, etsi illa nondum fuisset septennis, & quare.

26 Ordinatus ab Episcopo ignoto, de eius potestate ignoratur, denuo ordinari præcipitur.

27 Promittere, affirmare, vel negare per fidem, quam quis habet in Christum, vel Deum, an sit iuramentũ.

29 Iuramenti præstatio, & promissio sub fide, quando dicantur.

30 Deum non facere differentiam inter simplicem promissionem, & iuramentum quomodo intelligatur.

31 Doctores varia solum verbis sentientes quomodo erunt concordandi circa differentiam, vel æquiparationem promissionis factæ per fidei præstationem, et per iuramentum.

32 Periurus dicetur aliquis promittens sub fide sua, si non obseruauerit quod promiserat.

33 Non obseruantes promissa sub fide sua facta, non punientur pœna l. si quis maior. C. de trãsact. et quare.

34 Fidei præstatio & iuramentum æquiparantur quo ad validitatem actus, et obseruantiam contractus, vt est communis opinio.

35 Instrumentum celebratum a promittente aliquid cum iuramẽto habet executionem paratam contra promittentem, & idem dicitur contra vtentẽ his verbis, videlicet si sum nobilis, si sũ Princeps promitto hoc.

36 Iudicandum non erit iurasse eũ, qui protulisset verba relata in dicta ampliatione, quando non ita specialiter sub tali forma iuramentum fuisset delatum a Iudice, vel a parte aduersa, sed propria voluntate illã protulisset, etsi teneat iuramentum sub tali forma præstitum.

37 Si alicui deferatur iuramentum, vt iuret per caput suum, & ille iurasset per Deum, tale iuramentum nõ esset validum, & quare.

38 Is, cui defertur iuramentum a parte aduersa, vel Iudice, sub aliqua precisa forma verborum, poterit vti verbis equipollentibus, & tale iuramentum erit validum.

39 Licet

Digitized by Google

39 Licèt in casu dubij in fauorem animę ad uitandum peccatum periurij vtens forma verborum in ipsa limitatione allatorum dicetur iurasse, tamen respectu incursionis pœnæ temporalis ibi allatę à iudicibus in iungendæ transgressoribus hoc non habebit locum: cùm standum de iure sit interpretationi talium verborum faciendæ à pferentibus illa.

40 Verba obscura si reperiantur in cõtractibus, illa erunt interpretanda in fauorem promissoris: si tamen secundum illam stipulatio posset valere: et quid faciat aduersarius antequàm agat ex dicto contractu.

41 Iurans simpliciter an incurrat pœnam l. si quis maior. C. de transact. si illud non obseruauerit.

42 Qui est periurus priuetur beneficio ecclesiastico et quare.

43 Pœna l. si quis maior. C. de transact. locũ hẽt solùm, quando adest dolus.

44 Iuramentum non obseruans impeditus ex iusta causa non incurrit periurium, et quare.

45 Iuramentum non trahitur ad incognita, vel incogitata.

46 Iuramentum vt sit obligatorium requirit de rigore iuris, vt fiat tactis Sacris Scripturis.

47 Iuramentum præstitum tactis scripturis solùm impedit restitutionem in integrum.

48 Iuramentum vt operetur secundum aliquos requirit tactum scripturæ, etsi hodie hoc per contrariam consuetudinem sit abrogatum.

49 Episcopus iurans quando teneatur tangere Sacram Scripturam.

50 Libri Sanctorum Euangeliorum pręsentia sine illorum tactu an sufficiãt ad perficiendum iuramentum.

51 Tactus Sacrarum Scripturarum in iuramenti delatione vniuersaliter non est necessarius, stante consuetudine in contrarium.

52 Tactus Sanctarum Scripturarum in iuramenti delatione quando necessario requiratur, vel Sanctorum Euangeliorum, et nume. 57.

53 Periurij pęna punitur is, qui medio iuramento, non tactis Scripturis extra iudiciũ dixit falsum, seu contrarium ei, quod dixerat in iudicio medio iuramentum, tactis scripturis: eo quòd testis pro tali punietur de falso.

54 Ommissio appositionis diuini nominis in instrumẽtis, etiam si hoc fieri soleat, non vitiabit instrumentum.

55 Lex ubi quærit actum qualificatum, non erit satisfactum ei, nisi ea qualitas interueniat.

56 Tactus scripturarum ommissio in iuramenti delatione, vbi à iure præcipitur facit actũ irritum, et quare.

58 Iuramenti in delatione, quæ fit à parte parti seruanda omnino est conditio indictæ, aliàs iuramentum non erit obligatorium, et quare.

59 Iuramentum quando simpliciter à parte requiritur, nulla forma erit essentialis.

60 Iurare non tenebitur quis secundum formam à parte præscriptam sibi, quando ei esset annexa aliqua execratio, et quare. Aliàs esset seruanda forma iuramenti licet valeret, si seruaretur forma per æquipollenita verba.

61 Iuranti, quando opus sit iurare per Sancta Dei Euangelia.

62 Iuramentum, quando simpliciter defertur,

Digitized by Google

fertur, dicitur deferri per Sancta Dei Euangelia.

63 *Episcopis quomodo de iure deferatur iuramentum.*

64 *Episcopis & Sacerdotibus de consuetudine introducta quomodo iuramentum deferatur.*

65 *Monachis cæterisque clericis secularibus & regularibus iuramentum quomodo deferatur.*

66 *Ius naturale quid appellabant Doctores, & quare, vel secundum aliquos ius gentium. & quare.*

67 *Obligationes, quæ ex instinctu naturali procedebant, erant in multiplici differentia: quæ enarrantur.*

68 *Ius gentium quid appellauerint Philosophi, & quid Legistæ.*

69 *Bella causatiuè, siue occasionaliter vnde ortum habuerunt.*

70 *Pacta, quo iure introducta dicantur.*

71 *Ius ciuile quare fuerit introductum.*

72 *Tempus & quantitas accidentium semper sunt in maiori potentia & habitu iuris, quàm in actu. & ideo opus fuit constitui leges nouas successiuè respectu futurorum contingentium; ad quæ ius naturale vel gentium non potest attingere, vel in quibus est dominium.*

73 *Iudicio ciuili seu seculari quare non possit experiri contra obligatum solùm naturaliter.*

74 *Pactum nudum, quæ promissio dicatur, & quare.*

75 *Pactum quid sit, & vnde dicatur.*

76 *Ius ciuile quare noluerit assistere pacto nudo, & concedere quòd ex ipso oriatur actum in iudicio persequenda contra taliter pacisentem.*

77 *Actio nulla illa dicitur, quam exceptio repellit.*

78 *Actio ex dolo, licèt non competat, tamen competit exceptio.*

79 *Pacta nuda non dicuntur omnino nulla, licet ius ciuile eis non assistat, nec resistat, vt producat actionem in iudicio, et quare.*

80 *Obligatio naturalis quos de iure producat effectus.*

81 *Obligatio naturalis, regulariter ex pacto nudo solùm oritur, et non ciuilis, et quare.*

82 *Fides vnde dicatur.*

83 *Seruare quid sit.*

84 *Obligatio, naturalis sicut ius gentium dupliciter consideratur.*

85 *Obligationis naturalis species est duplex; et in quibus consistat.*

86 *Ius gentium est duplex: et quæ sunt introductæ de iure gentium.*

87 *Obligatio naturalis de iure ciuili nõ introducit actionem in foro fori, et quare.*

88 *Causa vbi non est, ibi non erit causatum.*

89 *Pactum nudum dicitur, cui non subest causa.*

90 *Pactorum prohibitorum species sũt septem, et quæ vnaquæque earum sit, exemplificatur.*

91 *Pactum de futura successione est prohibitum, sicut pactum, in quo libera facultas testandi detrahitur, vel in quo impediretur à libere contrahendo matrimonium, et in quo quis obligaretur ad aliquod maleficium perpetrandum. et quare huiusmodi pacta iuramento non confirmentur.*

92 *Pactum principaliter aduersans iuri publico, non roboratur iuramen-*

ed by Google

ro, et quòd hoc pactum contingat fieri, et sumi quatruplicitèr. quod et exemplificatur.

93 Pactum initum inter partes, vt iudex summariè procedat, et quòd si quis non soluerit intra præfixum terminum, incidat in excommunicationem, est nullum. et quare. et sic de singulis hic exemplificatis.

94 Citatus qui non fuit in causa ciuili non potest carceri mancipari.

95 Abbas dispensare cum monacho non poterit, vt sit proprietarius, et quare. licet possit ipsi concedere aliqua ad vsum eius cum conditione infra relata: nec non et pacisci.

96 Renunciare nemo potest iuri, quod pro se introductum non est: vnde nec renunciatio talis iuris etiam iurata, alicuius obligationis est, aut virtutis.

97 Statutum præcipiens in instrumento conficiendo adesse aliquam solemnitatẽ, aliàs, quòd sit nullius virtutis, non confirmatur et validatur iuramento, secundum aliquos.

98 Pactum de re prohibita a lege principaliter in fauorem priuatorum, et secundario reipublicæ, est ipso iure nullũ, tamen si nullatum fuerit iuramento, erit validum et obligatorium: non solùm si contractus respiciat res, verùm etiam personas: quamuis in hoc variæ fuerint opiniones, quę hic recitantur vna cum suis fundamentis.

99 Actus, cum est omni respectu nullus non confirmatur iuramento, nisi actus ipse a sola voluntate confirmantis dependeat.

100 Disponens de effectu, disponit implicitè de causa, sicut qui consequens vult et antecedens.

101 Iuramentum tunc solùm non validat contractum prohibitum à lege cõmuni, uel municipali, quando lex ipsum prohibet fieri, declarando ipsum irritum, etiam si fuisset vallatus iuramento, secundum Salic. cuius sententia qũo sit intelligenda, dicetur in fine dicti fundamẽti.

102 Lex annullans contractũ dicitur inhabilitare personas ad cõtrahendũ.

103 Iuramentum contra bonos mores naturales non est obligatorium, contra verò ciuiles, erit obligatorium.

104 Mulier se obligans ad aliquid soluendum per iuramentum etiam sine licentia mariti poterit excommunicari post monitiones, et non absolui, nisi facta solutione promissa.

105 Statutum simpliciter loquens de aliquo contractu, illum fieri prohibendo, nisi adhibita aliqua solemnitate, non comprehendit huiusmodi contractum iuratum. et quare.

106 Iuramentum semper erit seruandum, quando non vergat in detrimentum salutis æternæ. et quare.

107 Canones disponentes in casibus spetialibus: quando tamen fundant se in ratione generali, tunc erunt intelligendi, et obseruandi ab omnibus, etiã extra suos speciales casus.

108 Iuramentum an excludat nullitatem actus causatam ex causa de futuro, aut de præsenti.

109 Canones, qui respiciunt animam, seruandi erunt etiam in foro seculari, etiam in terris Imperij.

110 Iuramentum parit obligationem etiam de iure ciuili.

111 Cõtractus phibitus à iure qñ roboretur iuramẽto vbi datur optimus

Digitized by Google

intellectus l.non dubium.C.de legibus, & Authen. sacramenta puberum.

111 *Cautela obseruanda a conditoribus statutum volentium aliquid prohibere, & ipsum declarare nullum, etiam si interueniret iuramentū.*

113 *Cautela tradita a Panormitano, ut supradicta cautela non sortiatur suum effectum.*

114 *Probatio regulariter non admittitur cōtra præscriptionē iuris, et de iure, licèt admittatur probatio facta per partis aduersæ confessionē.*

115 *Distinctio necessaria, vt cautela Panormitani possit nobis prodesse, et locum habere.*

116 *Præsumptionē iuris, et de iure quicunq; habet pro se, compelli non poterit ad confitendum, cum iramento nunquid res se aliter habeat, et quare.*

117 *Probatio iuris dicitur ipsa veritas.*

118 *Intentionem quicunque plenè probauit suam, non poterit cogi subire iuramentum.*

119 *Cautela qua vti opus erit statutarijs prohibentibus aliquid fieri declarando aliàs illud nullum etiam si interuenerit iuramentum.*

120 *Iuramentum interpositum ab interdicto a lege, uel Iudice super contractu, non validat ipsum contractum.*

121 *Contractus factus in casu prohibito a lege nullam faciente mentionē principaliter, vel in consequentiā de publica vtilitate, sed solum tendente in fauorem obligantis se, erit nullus, sed tamen iuramento validatur.*

122 *Contractus a lege prohibitus, eo quòd in re, vel materia, vel forma peccat, non roboratur iuramento, sed semper erit nullus.*

123 *Victus in ludo alearum regulariter tenetur ad satisfaciendum victori de rebus ibi deperditis, prout communis Doct. opinio semper docuit: & per consequens dicetur lucrantem tuta conscientia posse sibi retinere sic acquisita.*

124 *Detinens iniustè aliquid, non differt ab inuasore rei alterius quo ad animæ periculum.*

125 *Ius ciuile non obligat omnes ad sui obseruantiam, sed eos solos, qui sunt subiecti huiusmodi legibus, quibus tamen per dissuetudinem abrogari poterit.*

126 *Ludus alearum non computatur inter ludos prohibitos a iure propter consuetudinem hodie introductam in contrarium, & ideo acquisita in ipso, non erunt restitutioni obnoxia.*

127 *Mutuans in ludo ludenti hodie repetendi mutuatum cōceditur actio propter introductā cōsuetudinem, licet secus sit de iure communi.*

128 *Contractus qui sit inter ludentes aleis ex propria vi, & natura, an sit illicitus iure naturali, Diuino, vel humano.*

129 *Ludus vbi de consuetudine est licitus, licet aliàs de se esset illicitus, nō tenebitur quis ad restitutionem rei huiusmodi lucratæ.*

130 *Iustinianus quare cōdiderit legem in Authen. alearum. C. de Religio. & sumpt. funer.*

131 *Statutum licet dicat filium familias non posse se obligare, si tamen sequatur*

Digitized by Google

sequatur obligatio, et licet directa actio tollatur per statutum, tamen poterit creditor agere actione de dolo, vel stellionatus crimine contra talem, & quare.

132 Pactum nudum producit actionẽ, seu obligationem naturalem, quæ tamen ex lato Iudicis officio debebit habere executionem, & quare.

133 Verecũdia est denegare, quod quis pacto nudo promisit.

134 Executio pacti nudi etiam in terris Imperij in foro Ecclesiastico peti poterit per viam denunciationis Euangelicæ.

135 Contractu etiam de iure reprobato propter consensum contrahentium, oritur iure gẽtium naturalis obligatio.

136 Pacto ex nudo datur aditus adeundi Principem, vt compellatur paciscens obseruare pactum ipsum.

137 Pactum nudum etiam de iure ciuili producit actionem, quando aliquis promisisset aliquid alicui sub conditione: cum talis conditionis adiectio habeatur pro causa, & euentus conditionis habeatur pro implemento.

138 Prohibitio alienationis facta a testatore sine causa, licet regulariter non valeat, tamen si fuisset facta conditionaliter valebit, et quare.

139 Pactum etiam nudum parit actionem, quãdocunque ille, cui aliquid pacto nudo fuit promissum pateretur damnum, si sibi promissa non seruarentur, & nulla actio aliasperaretur.

140 Pactum non seruans ad quod quis naturaliter, et non ciuiliter est obligatur tenetur lęso actione de dolo.

141 Pacto nudo apposito ex interuallo non oritur actio, nisi quando tractatur de damno, quod quis aliter vitare non posset, quia tunc etiã ex pacto nudo oritur actio de dolo.

142 Actio ex pacto, seu promissione nuda geminata ex interuallo oritur contra paciscentem, vel promittentem etiam de iure ciuili, dummodo secundum pactum habeat relationem ad primum, & expressam.

143 Obligationes duæ naturales producunt actionem de iure ciuili, et quare.

144 Pactum nudum repetitum, quare dicatur constitutum, et contractus nominatus.

145 Confessio extra iudicialis geminata habet vim confessionis iudicialis, et ex ea oritur actio.

146 Lex ciuilis quare ex pacto nudo nolit gigni actionem, sed ex stipulatu.

147 Obligatio naturalis geminata secundum Iasonẽ non producit actionem, cui contradicit Alciatus, et quare.

148 Pactum nudum geminatum ex interuallo quare de iure ciuili producat actionem.

149 In stipulatione præcedere debet interrogatio, et sequi responsio, vt sit valida, et quare.

150 Constituere in materia pactorum quid sit.

151 In pacto nudo secundo non necessario requiritur expressa relatio ad primum, et quare.

152 Modus seruandus in intentando actionem nobis acquisitam ex constituta pecunia.

Digitized by Google

153 *Confessio geminata non poterit reuocari sub prætextu erroris.*

154 *Procedens ad aliquem actum præstando iuramentum dicitur ad illã deliberatè accedere.*

155 *Actio oritur nobis ex pacto nudo de iure Canonico, quia pacta sunt seruanda.*

156 *Requisita vt quis obligetur ad faciendum id, quod promisit sub iuramento.*

157 *Correctio legum non inducitur per verba non clara, & quando decisio non est manifesta propter verba obscura, vel per suppleta, vel per subintellecta, vel tacita, vel a contrario sensũ.*

158 *Ratio redditur quare de iure Canonico ex pacto nudo oriatur actio in iudicio experienda.*

159 *Actio oritur ex pacto nudo experienda non solum in foro Ecclesiastico, sed etiam seculari in terris Ecclesiæ subiectis contra etiam laicos.*

160 *Pactum nudum producit actionem etiã in foro seculari in terris subiectis Imperio.*

161 *Pactum nudum parit actionem in curia mercatorum, & vbicumque proceditur de bono, & æquo.*

162 *Statutum mandans in curia mercatorum fore iudicandum de bona æquitate, & non inspectis solemnitatibus iuris ciuilis, quomodo sit intelligendum.*

163 *Pactum nudum initum metu, vel dolo interueniente, etiam de iure Canonico non parit actionem.*

164 *Pactum nudũ vallatum iuramento producit actionem in foro fori etiam de iure ciuili contra pacisçentem, & ipsum innodat pœna infamiæ, si obseruatum non fuerit, & priuat quocunque iure, aliàs sibi debito.*

165 *Renunciatio bonorum paternorum facta a filia dotem recipiente, licet de iure ciuili non sit obligatoria, tamen si vallata fuerit iuramento, erit valida, et quare.*

166 *Iuramentum habet vim clausulæ, quæ apponitur in stipulatione pœnali, scilicet rato manente pactorum.*

167 *Iuramentum accedens pacto nudo habet vim stipulationis.*

168 *Contrauenire dicitur, qui ne dum facit, sed ommittit quod facere debuit.*

169 *Procedens ad aliquem actum præstando iuramentum dicetur ad illũ deliberatè accedere, & quare tunc certioratio non sit necessaria, quæ aliàs de iure fuisset necessaria.*

170 *Iuramentum operatur vim geminati consensus.*

171 *Actio oritur ex pacto nudo firmato fidei interpositione.*

172 *Iuramentum appositũ nõ solum stipulationi, verùm etiam pacto nudo addit forum foro, ita vt in vtroque foro possit actio intentari, licet pacisçentes essent laici, & quare.*

173 *Promittentes aliquid licet possint compelli etiam in foro Ecclesiastico si promissa reddere iurauerint: non tamen talium hæredes, & quare.*

174 *Vinculum, seu obligatio personalis non transit ad hæredes.*

175 *Hæredes promittentes aliquid medio iuramento, licèt non possint conuenire in foro Ecclesiastico quo ad*

pœnam.

Digitized by Google

pœnam periurij, benè tamẽ quo ad obseruantiam iuramenti facti ab eo, cuius quis est hæres. & quare.

176 Hæredes per Ecclesiasticum iudicem poterunt compelli ad satisfaciendum locis à suo testatore pro damnis illatis: cùm ad hoc etiam teneantur de iure ciuili.

177 Debitor nullus poterit præiudicare creditoribus per scripta ab ipso debitore.

178 Hæredes tenentur exequi mandata testatorum, aut renuntiare hereditati: sed si ad hoc non compellerentur à iudicibus secularibus: tunc creditoribus daretur aditus recurrendi ad forum Ecclesiasticum, & quare.

179 Iuramentum non egreditur personam iurantis, cùm sit obligatio personalis respectu iurantis.

180 Promissum is, cui aliquid fuit cum iuramento ab aliquo, licèt non possit conuenire ipsius hæredes ad satisfaciendum sibi ex dicto contractu imitò cum testatore, in foro Ecclesiastico tamen poterit agere indirectè implorãdo iudicis officium, vt compellatur hæres satisfacere sibi creditori dicti testatoris defuncti, ad exonerationem eius animæ.

181 Remedio actionis, vel accusationis, quandocunque contra laicum delinquentem poterit succurri: Ecclesiasticus non potest se impedire, nisi in casu negligentiæ, vel per viam denunciationis.

182 Iuramentum non afficit hæredem quo ad vinculum spirituale, ut sortiatur fo[illegible]am Episcopi, sicut testatorem, qui iurauit, & quare. etsi quo ad vinculum temporale, ipsum transeat ad hæredes: vt teneantur soluere debita promissa a suo testatore sub iuramento, & quare.

183 Testatoris ex facto non ligantur hæredes quo ad censuras, & pœnas spirituales.

184 Actiones omnes tam actiuæ, quàm passiuæ testatorum in temporalibus transeunt ad hæredes.

185 Præscriptio seu mora non currit contra recipientem pactum curatum, & quare.

186 Iuramentum interueniens alicui pacto, seu promissioni, constituit in mora huiusmodi promittentem absque alia creditoris interpellatione: quandocunq; debitor sciet creditorem indigere tali re promissa. & hoc ipsum dupliciter limitatur.

187 Moræ purgatio, vbi iuramentum interuenerit de iure non admittitur. & quare.

188 Moræ purgatio non admittitur lite contestata.

189 Actus vbicunque ad validitatem requiritur geminatus consensus, vel actus: tunc sufficiet vnicus consensus, vel actus cum iuramento.

190 Mox, dictio, in iure reposita denotat executionem ipso iure fieri.

191 Moræ purgatio quamuis regulariter non admittatur, vbi iuramentum interuenit. Tamẽ quando adesset rationabilis causa purgandi moram, tunc admitteretur.

192 Moræ purgatio de æquitate Canonica semper admittitur. etiam vbi interfuit iuramentum.

Moræ

193 *Moræ purgationem semper admitti de benignitate Canonica, intelligendum erit locum habere solùm in foro contentioso pœnitentiali: secus in foro contentioso iudiciali.*

194 *Iuramentum etiam de iure ciuili producit obligationem (quæ aliàs de sui natura non esset efficax ad aliquam actionem producendam) efficacem.*

195 *Mulieris obligatio facta (sine iuramento) fideiussione, ipso iure est nulla: secus si cum iuramento.*

196 *Iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, erit omnino seruandum.*

197 *Iuramentum vi, vel dolo non extortum, nec delatum redundet in alterius præiudicium, nec obseruatum vergat in dispendium salutis æternæ, erit seruandum. et quare.*

198 *Cogi præcisè ad factum, propter iuramentum poterit quis de iure, etiã si contineat turpitudinem ex parte recipientis.*

199 *Iuramentum adijcit robur actui, super quo interponitur: cum ipsum vltra naturã suam alteret, firmet, roboret, validet, ac de contractu nullo aliquem, & de inualido validum, faciat. quando interponeretur super actu non improbato à iure: pro eo quòd contra publicã vtilitatem, vel contra bonos mores naturales, aut obseruantia iuramenti nutritiua sit peccati, vel in præiudicium tertij: vel vi, aut dolo.*

200 *Actus à iure prohibitus principaliter in fauorem personæ priuatæ, et secundariò ratione vtilitatis publicæ per iuramentum validatur, et quare.*

201 *Iuramenti in materia standum erit decisioni iuris Canonici.*

202 *Lex annullans contractum, vbi sit fundata super vtilitate publica, iuramentum firmat contractum.*

203 *Lex fundata super æquitate naturali est indispensabilis, et incommutabilis.*

204 *Iuramentum delatum contra bonos mores naturales non est obligatorium: secus tamen, contra bonos mores ciuiles, et quare.*

205 *Mores boni naturales, qui dicantur, et qui ciuiles.*

206 *Turpitudinis patronus est, qui celat crimen vxoris.*

207 *Regula, Non est obligatorium. de Regu. iur. in sexto, limitatur, ac declaratur.*

208 *Factum quid dicatur contra bonos mores de iure ciuili, et quid de iure Canonico.*

209 *Pœna indicta ab aliquo soluenda alteri in casu quo aliquid faciant: ipse, qui indixit ad se coarctandum ad aliquod bonum opus faciendum, vel abstinendum se ab aliquo malo opere, erit de iure exigibilis ab eo, cui promissa fuisset dicta pœna.*

210 *Actus gestus per minorem 25. annorum sine curatore, quamuis regulariter sit ipso iure nullus: tamen si compareat in iudicio sine curatore, et actum aliquem faciat: inretque non contrauenire processui in aliquo iudicio, vel sententiæ, nalebit actus per eum sponte factus. et quare: et quòd non requiratur certioratio facienda huiusmodi minori de suo iure, cõmunior est sententia.*

Iura-

211 *Iuramentum firmat iudicium, sicut contractum.*

212 *Iuri, quod quis ignorat, nemo renunciare videtur.*

213 *Iuramentum extenditur solùm ad excogitata verisimiliter.*

214 *Iuramentum contra leges quando non valeat.*

215 *Obligatio ex contractu à iure non invalidato nascitur.*

216 *Dominium rei lucratæ per ludum alearũ transit ad lucrantem, et quare.*

217 *Obligatio in ludo est ex parte vtriusque colludentis exponentis suam pecuniam periculo, vt quædam mutua conuentio.*

218 *Ius dicere sibi ipsi, nemini licet.*

219 *Regularum illarum iuris in c. qui ad habendum. de regul. iur. in sexto, & in l. inuitus. §. cui damus. ff. de regu. iur. in l. creditori. in fine. C. de pactis. et in l. 1. §. His autem. ff. de superficiebus. vera & notatu dignissima interpretatio.*

220 *Lucrum vsurarium summopere differt à lucro ludorio.*

221 *Sententiæ Diui Thomæ & sequacium dicentium lucrantes in ludo, à filijsfamilias, vxoribus, & aliis non habentibus proprium talium acquisitorum restitutioni fore obnoxios: verus intellectus traditur.*

222 *Filiusfamilias quando ex contractu facto incurrat obligationem in ciuitate Genuensi.*

223 *Iura dicentia denegandã fore actionem creditori filijfamilias ex causa mutui, quam interpretationem recipiant.*

224 *Pater filijfamilias celebrantis cõtractum aliquem, et se obligantis, remanet obligatus pro viribus dicti filij peculij tantùm.*

225 *Filiusfamilias obligatur ex omni contractu, & contra ipsum procedit vsque ad capturam, sed mortuo filio post litis contestationem transfertur iudicium in patrem solùm peculio, et de eo, quod in rem ipsius patris versum est.*

226 *Promissum ex turpi causa si solutum fuerit, purgata remanet dicta causa turpis per nouum consensum in soluendo; vel de nouo sponte solnere promittendo.*

227 *Contractus, seu qualitates contractuum mutantur partium consensu.*

228 *Debitum alicui ex vna causa, poterit in aliam causam conuerti (etiam non interueniente pecunia) sola contrahentium voluntate: modò interueniat interrogatio et responsio contrahentium.*

229 *Simulatio, quæ contingit fieri in contractibus, scilicet contractus permissi ad contractum permissum, permutatio licita est. et quare.*

230 *Valet aliquando, quod simulatè concipitur, licèt non valeat quod in veritate agitur.*

231 *Pecuniæ præsentia in contractus mutui celebratione non est necessaria.*

232 *Debitum ex vna causa poterit conuerti in debitum ex alia causa per stipulationem, nec non pacto nudo ex interuallo apposito, secus in continenti.*

233 *Simulationis exceptio non opponitur contra depositum; licèt depositum fuerit de debito ex alia causa.*

Lex

Digitized by Google

234 *Lex generaliter loquens, generaliter erit intelligenda, etiam si in vno casu sit maior ratio, quàm in alio.*

235 *Vxores etiam inuitis maritis disponere possunt de bonis sibi aduentitijs, cum talium dominium apud eas remaneat, & ad earum viros non transeat de iure.*

236 *Mancipia empta a viro pecunia sua nomine verò vxoris, efficiuntur vxoris, etsi maritus habeat ius repetendi pecuniam expensam in ipsis mancipijs emptis.*

237 *Vxores assolent habere bona triplici generis, & de quibus ipsę possint disponere, & de quibus non.*

238 *Parafrenalia bona, quæ dicantur:*

239 *Vxorem aliquid acquisiuisse ex adulterio, quando non præsumatur.*

240 *Lucrum acquisitum ab vxore, an sit assignandum viro suo.*

241 *Vxor potest habere proprium triplicis speciei, videlicet dotem, bona parafernalia, & bona propria separata a marito: tam ratione dominij, quàm fructuum.*

242 *Vxores quæ opera teneantur exhibere viris.*

243 *Vxor quando acquirat patri, & non viro suo.*

244 *Vxor ad præceptum mariti non tenetur negotiari etiam licita negotia.*

245 *Sententia Doctorum dicentium acquirentes per ludum alearum ab vxoribus teneri ad ipsorum acquisitorum restitutionem, limitanda erit, & dicendum ipsam verificari solum in vxoribus carentibus pecalio. & nu. 246.*

247 *Legis si filius tuus. C. ad Macedon. declaratio.*

248 *Ratibabitio retrotrahitur, et mandato comparatur.*

249 *Legis cum oportet, § si quis itaque, C. de bon. quæ liber.*

250 *Pater quomodo dicatur teneri soluere debita facta a filio occasione ludi.*

De materia acquisitorum per ludum, pactorum, & promissionum iuratarum, quæ in ludo interueniunt:

THEMA.

Duo Nobiles, quorum alter erat sui iuris, alter verò erat filiusfamilias, & nihilominus propria industria mercaturę vacans, in dies augebat proprium peculium varios contractus celebrando sciente patre, & non contradicente: & iuxta diuersitatem negotiorum occurrentium, nunc se alteri obligando ad soluendam pecuniæ quantitatem, nunc ab altero huiusmodi obligationem recipiendo publicè negotiabatur. Hic ergo filiusfamilias, etsi monitus fuisset a patre ne ludetet aleis: nihilominus quadam die inter alias lusit, non præsenti pecunia,

Digitized by Google

pecunia, cum dicto alio nobile sui iuris, postquam ipsum certiorem reddi differt se posse ludere securè, & assignare deperdita, cùm haberet peculium propria industria acquisitum, & quod de suo, sine assensu paterno ad libitum posset disponere. Tandem dictus Nobilis sui iuris lucratus fuit (secum ludendo aleis) aliquã pecuniæ quantitatem, a quo post aliquos dies requisitus dictus filiusfamilias, vt ad sibi illam soluendam se proprio chirografo medio iuramento obligaret. Quod ille statim libentissimè effecit, confitendo in ipso se illi esse debitorem tantæ quantitatis pecuniarum pro eo, quòd receperat mutuo ab ipso creditore aliam similem pecuniæ quantitatem, & cum post aliquod aliud tempus, idem deperditor requisitus a dicto creditore, vt satisfaceret huiusmodi debito indè contracto, ipse debitor proprio chirografo ad illum transmisso certiorem dictum creditorem reddiderit, quòd propria sua pecunia emisset annuum censum, super quadam possessione, vt sibi indè satisfaceret, si illum censum voluisset acceptare. Post hæc autem omnia ipse debitor non facta dicta solutione promissa, ingressus fuit Religionem, & illam professus est, renunciando omnia sua bona suo patri in seculo relicto, cum onere tamen, vt satisfacere teneretur de dictis bonis sibi legatis, creditoribus suis legitimis.

Quæritur modò.

Primò an dictus debitor teneatur in foro conscientiæ satisfacere dicto creditori, & loco eius pater, ac hæres ipsius.

Et secundò, an dictus creditor acquisierit actionem etiam in foro fori contra dictum debitorem, vel eius patrem, ita vt de iure possint compelli dicti debitores soluere huiusmodi pecuniæ quantitatem sic deperditæ.

DECISIO XXI.

IN VOCATO in primis Sanctissimæ Trinitatis numine, sine cuius ope potentissima, nihil posse facere semper verbo, & operæ professi sumus. Dicemus igitur quid sentiemus de hac difficillima quæstione propter varias Doct. sententias, & legũ decreta. Afferẽdo primò q̃ videantur facere contra creditorẽ ipsum in fauorẽ debitoris.

Nam primò videbatur fore dicendum dictum patrem hæredem dicti Religiosi non teneri ad soluendum dictum debitum dicto creditori, cum ipse nullã contraxisse, seu incurrisse obligationem illud soluendi propria [illegible]

ſupponatur,ſed neque nomine filij debitoris,cuius eſt hæres:quoniam dictus prętęſus debitor nõ videatur illius legitim⁹ debitor: ac per conſequens, quòd non teneatur ad huiuſmodi debitũ contractum ſoluendum, aliquo iure tam in foro fori,quàm in foro poli,ſeu conſcientię:ſi ergo debitor ille principalis non teneatur,indè ſubſequitur, quòd neque pater eius hæres ipſius ex teſtamento.& quòd in foro fori,& poli nõ teneatur,probari videtur ſubſequentibus medijs.

Primum quorum eſt.Ius Imperiale in Authen.alearum. §.commodis. C. de relig. & ſumpt.funer. vbi ad verbum hæc præciſa verba habentur,videlicet[Commodis igitur ſubiectorum proſpicientes hac generali lege decernimus, vt nulli liceat † in publicis, & priuatis domibus, vel locis ludere,neque inſpicere, etſi contra factum fuerit, nulla ſequatur condemnatio,ſed ſolutũ reddat, & actionibus competẽtibus repetat ab his, qui receperunt, aut eorum hęredibus, aut ijs negligentibus ab eorum procuratoribus, vel patribus, ſeu defenſoribus repetat fiſcus, nõ obſtante(niſi quinquaginta annorũ prę ſcriptione Epiſcoporum locorũ hoc prouidentibus, & Præſidum auxilio vtentibus.] hęc ibi inter alia: ex quibus elici videntur apertiſſimè hæc. Primum quòd victor non acquirat dominium in re ludo alearum acquiſita etiam ſibi ſtatim aſſignata: Nam ſi hoc verè acquireretur, indè ſequeretur, quòd contra eum non daretur perdenti, ſeu victo actio ad recuperanda ſic deperdita, nec diceretur in dicta Authen.alearũ [quòd non poſſit ſubſequi condẽnatio contra victũ ad illa ſic perdita ſoluenda victori.] Quapropter videtur ad ipſorum victorẽ nullum transferri verum dominium eorum, quæ ſibi fuiſſent aſſignata, ac per conſequens ipſi nullam competi actionem ad petenda talia in foro fori,& in foro conſcientię.

Secundum fundamentum eſſe videtur, quoniam in huiuſmodi ludo non interfuit pecunia, vel quid ſimile, ſed tantum fuit interpoſita fides ab vtroque ludente de ſoluendo deperdito. Quapropter cum ex tali ludo nullam actionem acquirat victor contra victum. Indè fit,vt videatur victũ non teneri in foro fori,vel animę ad aſſignandum victori res per ipſum lucratas ludo fide promiſſa. Et quòd qui talia perdidit non teneatur ſoluere in conſtientiæ foro,† nec de iure poſſe ab eo exigi in foro fori infraſcripti Doctores docuerunt nonnullis rationibus aſſignatis ab ipſis.Sciendum igitur, quòd Dominicus a Soto in lib.4.de iuſtitia, & iure,quęſt.5. art.2.circa finem.in verſic. vnum autem non eſt hic. volens ſe ſubſcribere huic deciſioni,dixit.Reſpondetur nihilominus,quòd dũ nõ niſi ſimpliciter pollicitus eſt, non eſt cenſendus renunciare iuri ſuo qđ hẽt, ſcilicet beneficio iuris ciuilis repetẽdi, & ideo ſicut ſi ſoluiſſet nihilominus potuiſſet

ſoluta

soluta tali ex causa repetere : ita qui pollicitus est in conscientiæ iudicio poterit se defendere, vt non soluat. Neque indè facit contra ius naturæ, licet inter nobiles ei daretur opprobrio. Idipsũ docuit Didacus Couarruuias in repet. regulæ peccatũ. de regu. iur. in sexto, in relect. 2. par. §. 4. nu. 8. vers. supereſt tamen. sequens Adrianum Sextum in 4. sent. titu. de restitu. cap. incip. Quia in superioribus. dicentem hunc non teneri. Quoniam cùm leges pecuniam in ludo perditam, & ludenti quæsitum iure contractus in pœnam auferant ab eo, qui acquisiuit, iusque eam repetendi concedant perdenti, vti manifestum est: Indè sequitur, quòd qui potest iam solutam repetere legis decreto, poterit eam nondum solutã iustè retinere. Frustra enim quis petit quod statim restituturus est, vt in l. dolo. ff. de doli except. hæc ille. qui ibidẽ post nonnullas rationes allatas contra supracitatam sententiam Adriani in versic. sed & semota, asseuerat sentẽtiam Adriani sibi magis applaudere, subdens. Nam licèt sciam, nec negare possim acquirentem aliquid ex ludo tutum esse in animæ iudicio ad eius retentionem, quia ratione conuentionis, & mutui consensus iure naturę verè id acquisierit, nec lex ciuilis, quæ inducit restitutionẽ in pœnam ludi prohibiti, ante Iudicis condemnationem obtinet. Video tamen iustissimam humanam legem tantum lucranti negare actionem ad petendam pecuniã causa ludi promissam, sed & concedere perdenti repetitionem pecuniæ iam lucranti traditæ. Vnde signum est profectò maximum (inquit ipse) lege humana non solum non habere lucrantem ius ad petendum ludo mediante acquisita, sed & competere perdenti ius ad pecuniam deperditam repetendam: Et indè fit, vt in pœnam ipso iure absque vlla sententia Iudicis is, qui lucratus est promissam pecuniam, constituitur incapax, & inhabilis iuris petendi eã, & id ius transferatur in perdentem. Quapropter (subdidit ibidem Couarruuias) cùm isthęc pœna nullam requirat sententiã Iudicis, nec condemnationem: statim etiam in iudicio animæ iustè potest ille, quam lex ciuilis liberum reddit a solutione pecuniæ promissæ, & præterea dat ei, si soluerit, repetitionem, & retinere pecuniam promissam: cùm promissio nulla sit, nec eam teneatur promittens seruare, & hanc suam sententiam roborat ipse Couarruuias regula illa iuris, quæ his verbis est contenta in l. inuitus. §. cui damus. ff. de regu. iur. vbi hæc habentur, videlicet. [Cui damus actionem, 3 eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit.] Idẽ elicitur ex text. in l. creditori. in fin. C. de pactis, & idem apertius in l. 1. §. is autem. ff. de superficiebus. & in regula Qui ad agendũ. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Qui ad agendum admittitur, est & ad excipiendum multò magis admitten-

tendus.] hæc ibi. Sed promittés (inquit ipse) ludi causa habet repetitionem ad repetendum quod dederit: ergo si nondum soluerit, habebit exceptionem, & ius retinendi rẽ promissam. Hęc Couarruuias, qui ibidem & alias similes rationes subintulit. Idipsum docuit Nauarrus (etsi processerit more suo, obscurè) in suo Manuali. cap. 19. nu. 17. vbi post relationem constitutionis æditę à fęlici memoria Caroli Quinti, in qua expressè prohibetur ludere sub fide, & declaratur nullam inde victori acquiri actionem contra victum, se subscripsit Papæ Adriano Sexto, vbi supra. q. 12. asserenti idipsum esse obseruãdum in alijs Regnis iure communi, & quòd ipsum probauerit Couarruuias in c. peccatum. de reg. iur. in sexto. §. 4. nu. 8. licèt contrariũ tenuerit idẽ Adrianus vbi supra. q. 22. & Castrens. in lib. 2. de lege pœnali. cap. 2. corrol. 3. & addidit ibidẽ Nauarrus, quòd quamuis Couarruuias vbi supra, nihil dixerit de promittente cum iuramento solutionem ipsam, tamen ipse Nauarrus dixit ibidẽ, ꝙ hic talis propter iuramentum tenebitur soluere deperdita; sed poterit post solutionẽ repetere eadem, sicut dicitur de eo, qui iurauit soluere vsuras, vt in c. debitores. extra de iure iuran. & sicut iurans soluere vsuras (inquit ipse) posset petere absolutionem à iuramento, & postea illas soluere: sic dicetur de iurante soluere deperdita in ludo, si ante solutionem obtinuerit absolutionem à iuramento sic præstito.

Tertium fundamentum videtur esse, quoniam victus † erat filiusfamilias, cum quo ludere non potuisse victorem videtur, eo ꝙ si inde assecutus aliquid fuisset victor, illud restituere in vtroque foro teneatur, vt docuit Diuus Thomas in 2. 2. q. 32. art. 7. in respon. ad secundũ, & sequaces Doctores citandi infra in probationem vnicæ conclusionis decidentis hanc quæstionem difficillimã multis de causis.

Quartum fundamentũ esse videtur, quoniam pater † dicti victi in ludo nullam obligationem restituendi pecuniam filio in sua potestate existẽti mutuatam incurrit, etiam si dictus filius habuisset proprium peculium, vt in l. si filius tuus. C. ad Senatusconsult. Macedon.

Quintum fundamentũ esse videtur, quoniam dictus pater prohibuerat dicto filio huiusmodi ludum.

Sextum fundamentum (cui inniti videtur supradicta opinio) esse videtur, quoniam ipse luctus de iure disponere non poterat † plenè de bonis forsan acquisitis ab ipso: cùm pater eius dominus illorũ fuerit (saltem quoad vsumfructum eorum, eius vita durante) vt in l. cùm oportet. §. si quis itaque. C. de bonis, quæ liber. & Roman. in suo singul. 541. Quapropter videretur saltem dicendum, ꝙ non teneatur pater, eius vita durante, dicta debita soluere ex dictis bonis, quorum vsusfructus sibi debeatur de iure.

His

His tamen non obstantibus firmissimè asseueramus dictum patrem dicti victi in ludo in vtroque foro teneri ad satisfaciẽdum dicto victori in huiusmodi debito contracto a suo filio per ludum, iuxta tamen facultatem peculij relicti ab ipso filio debitore, & non vltra illud. Ad quod dicendum mouemur subsequentibus fundamentis verissimis: illis tamen præmittendo infrascripta notatu dignissima, pro intelligentia maiori afferendorum in ipsis fundamentis, quibus probabimus veritatem nostræ decisiuæ sententiæ.

Præmittimus primò, quòd necessariò erit inquirendum an dictum pactum de mutuo recepto vnà cum dicta confessione iurata facta a dicto debitore propter ludum alearum de recepta mutuo dicta pecunia deperdita a dicto creditore, cum pacto medio iuramento inito de illam restituendo dicto creditori, verè dicendũ sit ipsum pactum fuisse firmatum iuramento, necne: ita vt virtute ipsius creditor ipse adeptus fuerit actionem contra talem debitorem etiam de iure ciuili in foro ciuili? Quapropter sciẽdum, quòd iuramẽtum est affirmatio,
7 † vel negatio de aliquo facto, vel fiendo sacræ rei attestatione firmata, prout elicitur ex doctrina Diui Tho. in 2.2.q.89.art.1. & ex ꝓssè docuit Archiepiscop⁹ Flor. quẽ sequut⁹ fuit Syluester in verſ. iuramentũ primo, in princ. Quapropter meritò ipsemet D. Thomas vbi supra, dixit, ꝙ iurare est Deum in testem vocare. At qñ Diuinum testimonium aliquãdo inducitur ad afferendum aliquid de præsentibus, vel de prẽteritis, & ideo tale iuramentum dicetur
8 iuramentum assertorium, † quando inducitur Diuinum testimonium ad confirmandũ aliquod, quod promittimus facere in futurum, & hoc dicetur iuramentum promissorium. Nam S. Thomas vbi sup. in resp. ad tertium, ꝙ alicuius testimonium inuocatur ad hoc, ꝙ testis inuocatus veritatem manifestet circa ea, quæ dicuntur. At Deus manifestat, an verũ
9 sit quod dicitur † dupliciter. Primò simpliciter reuelãdo veritatem, vel per internam inspirationem, vel ẽt per facti denudationem, dum. s. producit in publicũ ea, quę erãt occulta. Alio modo, seu secũdò per pœnam mentiẽtis, & tũc Deus ipse simul est Iudex, & testis, dum puniendo mendacem manifestat mendacium. & ideo duplex est modus iurandi.
10 † Vnus quidem per simplicẽ Dei contestationem: sicut cum quis dicit, est mihi Deus testis, vel coram Deo loquor, vel per Deum, quod idem est, vt docuit Sanctus Augustinus. Alio modo per execrationem, dum aliquis se, vel aliquid pertinens ad se ad pœnã obligat, vt sit verum quod dicitur, & in hoc ipsum S. Thomam, omnes sacri Theologi, & Canonistæ, & Legistæ insimul sequuntur.

Etsi duobus modis in genere dicatur quem iurare, scilicet primò simplici verbo, vt dicendo per Deum ita est, nec erit necesse

iuxta ſententiam Panormitani in c. etſi Chriſtus. ext. de iureiuran.) proferre verbum [iuro.] Secundo modo interueniente aliqua ſacra re: vt cùm iuratur ſuper manus Epiſcopi, vel ſuper Euangelium, vel Crucem, vel huiuſmodi: Tamen etſi primo modo contingat fieri multis modis, de quibus certa regula dari non poteſt: cũ legamus in lege veteri, vt in 1. Regum c. 22. iuraſſe eos dicendo, Viuit Dominus, Viuit anima mea hoc addat mihi Dominus, & huiuſmodi. Et in primitiua Eccleſia dicẽdo teſtis eſt mihi Deꝰ, Deum teſtem inuoco, veritatem dico in Chriſto, non mentior: teſtis eſt mihi cõſcientia, vt in c. ſi peccatum. 22. q. 1. & ſic Deus me adiuuet. 35. q. 6. c. de parentela, & ſimiliter, & ſecundo modo, vt per Euangelium Chriſti, per Crucẽ Chriſti, per Sacramentum, per Ordinem Sacrum, aut Sanctos, vt not. in capitulo ſi aliqua, 22. quæſtione prima, vnde meritò Ioannes And. dixit ſuper Clem. quòd iuramentum ex iuris ordine factum multipliciter fit: quædam enim iura dicunt ſimpliciter debere iurari, quædam corporaliter, quædam ſuper Sancta Dei Euangelia, quædam addunt ipſorum tacturam, vt in capitulo quotiens, prima quæſtione ſeptima, etſi conſuetudo Italica habeat, quòd ſufficiat iurare tangendo quemlibet librum, etiam vbi de corporali iuramento exprimitur, vt ſubintulit Sylueſter vbi ſupra.

Secundò præmittimus, quòd cum iurare quis dicatur multipliciter, vt ſciamus quãdo quis propriè dicatur iuramento medio aliquid negaſſe, aut affirmaſſe, vel promiſiſſe, erunt meritò ſubſequentia ponderanda, quę partim reſpiciunt tenorem verborum, quæ quis proferre debeat, vt verè dicatur iurare: & partim reſpiciunt actus extraneos ipſius iurantis. & de his oĩbus infraſcriptę gradatim concluſiones afferendæ, & probandæ erunt pro maiori dilucidatione omnium ambiguitatum, quę in hac materia poſſent oriri.

Prima ergo concluſio ſit. Procul dubio talia verba proferens
11 contiincetur iurare, † ſcilicet ſi quis promiſerit aliquid, negauerit, vel affirmauerit aliquid per fidem Chriſti, vel per Religionẽ fidei Chriſtiane, prout docuerũt infraſcripti Doctores, videlicet Alciatus in l. ſi quis maior. C. de tranſact. num. 52. verſic. igitur ſi quis promiſerit, citans Pan. in c. ad aures. ext. quòd met. cau. & Doctores in c. cum tempore. extra de arbitris. Idipſum colligitur ex c. 2. in fin. ext. de fideiuſſ. vbi dicitur puniendos fore quoſdam clericos repertos Religionẽ fidei, & iuramenti ſui violaſſe, vbi idem dicitur per glo. ibi, verſiculo Religionem fidei. & per omnes Doctor. ibidem. & rurſus per Alciatum in rubr. ext. de iureiuran. num. 10. verſic. igitur ſi quis promiſerit, qui ibi reddens rationem dictæ ſuæ ſententię, dicit non eſſe dubium eſſe iuramentum, cùm cõpetat definitio huic promiſ-

promissioni: est enim firmata promissio per Religionem, & quòd ita procedat dictus textus in dicto c.2.Et quia communis, & Catholica est conclusio, non indigebit alia probatione.

Secunda conclusio, iurasse dicetur quicunque promitteret, negaret, vel affirmaret sub verbo p
12 fidem, †quam ipse habet in Deū: quoniam huiusmodi promissio, negatio, vel affirmatio est quædam species iuramenti, secūdum Abbatem in c.ad aures.ext.quòd met.cau.Vel dicere possumus, cū Alciato vbi supra, & secundum alios, quòd æquiparetur iuramento, sed quòd non sit iuramentum, quia ipsum credere hominis versus Deum non est quid sacrum: licèt fides in se sit res sacra, & ita poterunt intelligi, & saluari contrariæ Doctorum decisiones, & de tali loquitur Specul.in titu.de arbitris.§.finali.nu.48.& 49.vers. hoc autem certum est, quando dixit, quòd si quis compromissum vallasset per fidei interpositionē: si postea noluisset obseruare arbitrium, esset periurus. & ratio
13 est, quoniam fidei præstatio † & iuramentum equipollent, vt in c. 2.in fi.ext.de fideiussor.& in c.ad aures. extra, quod met.caus.eo, quòd inter simplicem fidem, & iuramentum non sit differentia quo ad Deum.vt in c.iuramenti. 22.q.5.& ibi per glo.& Doctores licet maior pœnitentia imponatur venienti contra iuramētum, quàm venienti cōtra fidem. vt in c.pen.ext.de iureiuran.& ibi per glo. & Doctores, sicut expressè quoque docuit glo.in d.c.2.& ra
14 tio est, quoniam † iuramentum, quod fit per salutem Principis, & ei, quod fit super Euangelia Sancta comparatur, vt apertissimè habetur in l.si quis maior.in fine.C. de transact. vbi docuit idem ipse Alciatus.nu.52.vers.igitur si quis promiserit. citans ad hoc Pan. in d.c.ad aures.

Amplia primò singulariter contenta in dicta conclusione secunda: dicendo etiam illa locum habere in eo, qui aliquid promittit
15 sub fide sua † nulla nominis Diuini facta mentione.Hæc amplia tio probatur duplici medio. Primo enim per apertissimum textum in c.ad aures.ext.de his, quę vi met.cau. fi. vbi Clemens Papa Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Ad aures nostras te significante peruenit, quòd electus quidam in Plebanum cuiusdam Ecclesiæ ad terrorem laicorum renunciauit electioni, quæ de ipso fuerat a clericis (vno excepto) vnanimiter celebrata. Tuę igitur discretioni præsentibus in-
16 notescat, quòd renunciatio † facta ad terrorem laicorum (nisi fortè iuramento, vel fide interposita sit confirmata) non impedit quominus is, qui renunciauit Ecclesiæ, ad cuius regimen prius erat electus, præficiatur eidem.] hæc ibi.Idem habetur in c.2.in fi.ext. de fideiussor. vbi hæc habentur, videlicet.[Præfatos vero clericos
17 † si Religione fidei, & iuramenti sui eos violasse constiterit, ab officio, & beneficio suspendatis.] hæc ibi.Idem probatur & secun-

dò Doctorum auctoritate. Nam Canonistæ communiter in d. c. ad aures. & in d.c.2. hoc docuerunt, & Legistæ in l.3. §. fi. ff. de iureiurando: & vt aliquos recenseamus specialiter, sciendum erit, quòd hoc ipsum docuerunt quàm libentissimè infrascripti, videlicet glo. in capitulo secundo, in versiculo Religionem fidei. extra de fideiuss. Alexan. in dicto §. finali. numero quinto, in versiculo in glo. in versiculo Apollinis, sequens Ioannem Andr. in capitulo primo, de sepult. in sexto, vbi ipse Ioannes And. di-
18 xit, quòd parum, † aut nihil referat vtrum dicatur sub fide mea, vel dicatur, Iuro ad Sancta Dei Euangelia. Vbi & subdidit, quòd sit verum iuramentum, quan-
19 do dicitur sub periculo † animæ meæ. vt in capitulo fraternitatis. extra de frigidis, & malef. quod & Innocent. quoque docuit in c. etsi Christus. ext. de iureiuran. & hęc fore notanda (subintulit Alexan. vbi supra) pro armigeris, qui iuxta vulgare loquentes dicunt, quòd se arctent ad fidem. Idem repetijt Ioannes Andras in capitulo cum tempore. ext. de arbitris, vbi docuit, quòd qui promisit aliquid sub fide, & contrauenit, incurrat pęnas deierantis, de quibus loquitur text. in l. si quis maior. C. de transact. & ibi per Doct. communiter: de hoc tamen articulo infra latius fiet sermo in ampliationem. mię limitationis. Idem docuit Matthęus de Affict. in decis. 38 q. vers. in contrarium, dicens fuisse decisum per totum sacrum Concilium Sanctæ Clarę Neapoli (sic
20 appellatum) quòd pactum † nudum, seu simplex conuentio, fide interposita, est valida, & gignit actionem in foro fori, & hoc propter fidem datam, cùm fides habeat vim iuramenti, vt not. in capitulo penult. in fine, ext. de iureiuran. quoniam ex pacto nudo, cum iuramento, (vt infra latius dicetur) oriatur actio, prout docuerunt Doctores in d. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pactis. & Salicetus in l. legem. C. de pactis. & addidit ibi Afflictus, hoc ipsum decisum fuisse in causa vertente inter duos, quorum alter alteri promiserat sub fide sua solvere certam pecuniæ quantitatem, si sibi ostendisset quoddam instrumentum, & è contra, alter promiserat fide data in pœnam tale quid soluturum, si non ostendisset: & prædictis Afflictus addidit, quòd non obstabat tali actioni, quòd non fuisset causa in tali actione allignata. Nam (inquit) conditio illa, si demonstrà uero dictum instrumentum, habetur pro causa, per textum in l. a Titio. ff. de verborum obligatione, & per textum in l. cum ad præsens. ff. si certum petatur, per quæ iura dicunt Pau. de Castro, & Alex. in dicta l. a Titio, quòd etiam si conditio sit impropria, puta de præsenti, vel de præte-
21 rito, illa conditio † habetur pro causa, & dicunt, quòd valeat conuẽtio si moriatur Imperator hoc anno dabis decẽ, etsi non morietur dabis centũ, & subdidit ita fuisse iudi-

iudicatum Florentię, & dicit ibi Alexan. quòd benè fuerit iudicatum. & ad hoc ipsum probādum citat Host. in cap. gemina. ext. de sponsalibus. dicentem, quòd valebit ista conuentio, si fiat matrimonium inter tales, dabis decē: etsi non, dabo tibi centum. & alia huiusmodi exempla subdidit Afflictus vbi supra, Pau. de Cast. in l. si quis cum debitorem. ff. de iureiuran. asserit valere conuentionem hanc, scilicet si die sequenti pluet dabis decem: quia illa conditio habetur pro causa. & idem docuit noster Paris de Puteo in trac. de ludo, in 3. car. repositio, in fi. sui tract. de sindicatu. Idem sentijt Vrsillus in addit. dictæ decis. 389. Afflicti, & quo ad sponsiones factas, & indè obligationes incursas peroptimo stilo prosequitur Beneuen. Stracca in tract. de mercatura. in titu. de sponsionib. par. 4. fol. 187. & sequenti, vbi probat causam adesse in sponsionibus, quando conditiones sub quibus fiunt, sunt honestę, & implentur. Vide ibi latius. Vbi tamen negat hoc locum habere in ludo prohibito, & inhonesto, sed solum in licito, & hoc dixit præcipuè in cap. incip. Quæritur an ex sponsione huiusmodi inter lusores. Vt sillus verò vbi supra, numero tertio, concluśit, quòd etsi prestatio fidei, & iuramentum idem importent, tamen vltra scribentes in l. si quis maior. C. de transact. quem textum declarans Felinus in capitulo præterea, numero decimosexto, extra de sponsal. tandem ex dictis omnium concludit hanc opinionem de iure veriorem esse, quasi tacitè se sentire annuens contrarium obseruari in praxi: nam non eadem pęna plectitur frangens fidem, qua iuramētum rumpens. vnde ex his Felinus subinfert ad multa: cuius sententię Vrsillum vbi supra videtur se subscripsisse latissimè ibidē hanc materiam prosequens.

Amplia & secundò allata in conclusione secunda, dicendo illa habere etiam locum in casu ambiguo promissionis factæ sub fide sua de aliquid faciendo, vel non faciendo, vel sub simplici fidei præstatione esse, nec ne iuramentum propriè dictum, vt puta, iurando per caput suum, vel per salutem filiorum, vel alia, quæ non
22 sunt Sacra†, vel per salutem suam & huiusmodi: cùm si huiusmodi forma promissionis intelligeretur iuxta terminos conclusionis secundæ: esset procul dubio iuramentum, sed si interpretarentur huiusmodi verba de suæ promissionis constantia, vel taliter ipse promittens intellexerit: tunc dicendum erit, quòd non sit iuramentum, attamen in dubio (cùm in dubijs tutior via sit semper eligenda) quo ad obseruantiam promissionis attinet, tutior capienda est præsumptio, per quam animæ magis consulatur: vt scilicet huiusmodi verba proferens iurasse censeatur: cùm & hoc generale sit, quòd vbi animæ periculum † immineat, præsumatur in deteriorem partem: maximè, quando sub tali forma
23 verborum fuisset taliter iuranti dela-

delatum iuramentum a Iudice, vel a parte aduersa eo quòd tunc dicendum erit iuramentum interfuisse, etsi non veniat transgressor talis promissionis puniendus pœna omnimoda peierantis. Hæc ampliatio igitur sic limitata, & declarata probatur triplici medio. Primò enim per argum. in c. cum desideres. §. secundæ quæstioni. ext. de sent. excom. vbi Papa Clemens Tertius statuit non fore communicandum, cum
24 † eo contra quem fama insurrexisset, quòd percussisset clericũ, nisi præmissa per eum purgatione a tali infamia ad arbitrium Episcopi, vel ad cautelam fuisset absolutus, & ibi per glo. & Doctores; & per argum. in c. aliter. 30. q. 5. vbi traditur Euaristum Papam declarasse matrimonia clandestina fornicationes potius præsumi, quàm legitima matrimonia. Idem probatur in c. iuuenis. ext. de sponsal. vbi præcipitur a Papa Eugenio separari matrimó-
25 nium contractum † cum consobrina eius, cum qua quis prius contraxerat, etsi illa fuisset nondũ septennis, quia (inquit ibi Papa) in his, quæ dubia sunt, quod certiùs extimamus, tenere debemus: tum propter Ecclesiæ honestatem, cùm licet ætas illius repugnare, ex humana tamen fragilitate forsan tentauit, quod complere non potuit. Idem probatur per argumentum in capitulo Presbyteri. distinctione 68. vbi Gregorius Papa Tertius scribẽs
26 ad Bonifacium Episcopum † præcepit, vt denuo ad presbyteratum ordinarentur quidã Presbyteri, qui fuerant ordinati a personis ignotis, quos fuisse verè Episcopos ignorabatur. Ex quibus omnibus iuribus elicitur (prout etiam collegerunt glosæ, & Doctores ibidem, & Gla. in capitulo vnico. extra de scrutinio in ordine faciendo) hoc esse generale, vt vbi periculum animæ vertatur, præsumatur in deteriorem partem: cùm indè procuretur securitas salutis animæ. Probatur & secundò hæc ampliatio (vltra supra recensitas) Doctorum infrascriptorum auctoritate. Nam Alciatus hoc ipsum docuit in l. si quis maior. numero quinquagesimotertio, versiculo quod si simpliciter. C. de transact. & in rubr. extra de iureiuran. numero decimosexto, versiculo & ex hoc etiam infertur. Idem docuit Aretinus in dicta l. si quis maior. notabili sexto, citans ad hoc ipsum probandum textum in capitulo & si Christus. extra de iureiuran. & in l. tertia, ff. de iureiuran. Quapropter secũdum terminos istius ampliationis interpretanda erit sententia Speculator. in libro primo, titu. de arbitris. §. finali, versiculo sed pone, quòd promisit hoc (inquam) docuit Alciatus in dicta rubric. de iureiuran. numero decimo, & vndecimo, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Igitur si quis promiserit per fidem Christi nõ est dubium, quin illud sit iuramentum, quia competit benè promissioni definitio, & est firmata promissio per Religionem, & ita procedit textus

in

in dicto capitulo secundo, de fideiussor. Vbi habetur pro constanti Religionem fidei violatam. Idem erit si quis promitte-
27 ret † per fidem, quam ipse habet in Deum. Nam & hæc promissio est quædam species iuramenti, secundum Abbatem. in capitulo ad aures. extra, quòd met. cau. Vel secundum alios, equiparatur iuramento, nō autem est iuramentum, & potest esse ratio, quia ipsum credere hominis versus Deum, non est quid sacrum, licet fides in se sit sacra, & ita possunt intelligi, & saluari contrariæ decisiones, & de tali loquitur Speculator in titu. de arbitr. §. finali, quem allegant, & sequuntur Doctores in dicta l. si quis maior. Hæc Alciatus vbi supra, qui statim subintulit præcisa verba præsentis ampliationis, cuius quoque sententiæ (ipso non citato) se subscripsit Paris de Puteo in tract. de duello, libro septimo, quæstione vndecima, numero decimo, vbi voluit, quòd iu-
28 rans † per fidei præstationem (quo ad eius obseruantiam) perinde erit, ac si iurasset per Dei Euangelia: secus autem quo ad pœnam ex mente Archidiacon. in capitulo iuramenti, vigesima secunda quæstione finali, quam distinctionem Paridis fore tenendam docuit Antonius Gabr. in tract. conclus. libro tertio, titu. de transact. conclusione prima, numero 29. vers. declara, vt per Paridem. Idem expressè docuit Specul. in lib. 4. titu. de iureiuran. §. 1. num. 14. vers. licet autem, asserēs, quòd etsi inter simplicem fidem, & iuramentum non faciat Deus differentiam, maior tamen pœna imponitur pro periurio, quàm pro fide violata, vt in c. quærelam. c. debitores. & c. clericus. ext. de iureiuran. Alex. autem in d. l. si quis maior. col. 4. in fi. vers. vltimò quæro. Volens reconciliare Doctores, qui in hoc videntur cōtraria sentijsse, dixit, quòd iuramenti
29 præstatio † est quando iuratur super contractu in scriptis, vel super altari, vt in l. pen. & ibi videndum erit per Bal. ff. si cer. pet. hoc confirmauit Bart. in Authen. Sacramenta. nu. 7. C. si aduersus vendit. & hoc de iure ciuili: addidit ibi Alex. se credere Canonistas aliter tenere, & quòd idē docuerit Salic. scilicet, quòd requiritur contactus scripturarum in iuramenti delatione, & non sufficiat iurari verbotenus. & subdidit ibidem Alex. quòd præstatio fidei est, quando promitto sub fide non tactis scripturis, secundū omnes, in d. c. ad aures. & concludit ipse, q̄ ad pœnam dictæ l. si quis maior incurrendam sufficiat præstatio fidei per inuocationē Dei. & quòd opinio supra relata ipsius Specul. (cui astipulātur Ioannes And. Bal. & Aug. in c. cum tēpore. extr. de arbitris) locum habet. Hęc omnia referre ad verbū studuimus, vt eruditus lector animaduertere possit, quòd etsi Alexan. Specul. & reliqui supracitati Doctores videantur prima fronte tenuisse contra præsentem ampliationem: Nihilominus omnia ponderāti intellectus statela sta-

tim apparebit contrarium eſſe verius, cùm ipſi loquantur in caſu promiſſionis factæ ſub fide mediante Dei inuocatione: Alciatus verò, & ſequaces, vbi ſupra. Loquũtur de ſimplici promiſſione ſub fide facta nulla Dei præmiſſa, vel poſtpoſita ĩuocatione: Et quòd Alex. ibi non contradixerit præſenti noſtræ ampliationi, apertius ipſemet declarauit in l. 3. §. dato. in fi. ff. de iureiur. quãdo poſt relationem ſupradictarũ ſententiarum ſubintulit infraſcripta pręciſa verba, videlicet. Vtramen aliquam eſſe differentiam, quæ ad veniendum contra promiſſionem factam ĩnter caſum, quando eſt ſub fide, & caſum, quando eſt facta ſub iuramento ad Sancta Dei Euangelia. vt habetis per glo. not. in capitulo penult. extra de iureiuran. & per Archid. in c. iuramenti, 22. quæſt. 5. Pro cuius maiori intelligentia ſciẽdum, quòd dicta glo. poſtquam dixiſſet, quòd inter ſimplicem promiſſionem, & loquelam, & inter iuramentum non facit 30 Deus † differentiam, vt in dicto capitulo iuramento, nec refert quantum ad obſeruationem: an per iuramentum, an per ſolam fidem promiſſam ſit aſtrictus: æque etiam puniretur, ſi non ſeruaret promiſſum, vt in capitulo ſecundo, extra de fideiuſſor. & in capitulo ad aures. extra. quòd met. cau. credo (inquit) tamen, quòd maior pœnitentia imponetur ei, qui venit contra iuramentum, quàm ei, qui venit contra fidem tantum ſine iuramento, quia magis contemnere videtur. hæc omnia protulit ad verbum glo. illa ſingularis: tali pacto fore interpretandas ſententias infraſcriptorum Doctorum, qui ſequuti fuerunt ſententiam Speculato. vbi ſupra. Ioannes Andreas, & Antonius de Butr. in capitulo cum tempore. extra de arbitris, in quibus locis tenent, quòd textus in dicta l. ſi quis maior. quæ loquitur, quando quis iurauit, quòd habeat etiam locum ſi non interuenerit iuramẽtum, ſed fidei præſtatio, quia (inquit Iaſon in §. item ſi quis. el primo, numero 53. & 54. inſtitu. de actionibus) ſecundùm eos a pari procedunt præſtatio fidei, & iuramentum, vt eſt textus not. in capitulo ad aures. extra quod met. cau. & idem ante eos in terminis tenet glo. finali, in verſiculo iuramenti, in capit. ſecundo, ext. de fideiuſſ. quæ multum erit ſignanda, ad quod accedit Glo. finali, in capitulo penultimo, extra de iureiuran. docens, quòd æquè punitur contra promiſſionem faciens, ſicut contra iuramentum. At quoniam ipſamet glo. a ſupracitatis Doctoribus approbata, quoad quantitatem pœnæ iniungendæ huiuſmodi tranſgreſſoribus aſſeruit, quòd ipſe credit maiorem pœnitentiam fore imponendam ei, qui violauit promiſſionem iuratam, quã ei, qui ſolum promiſſionem ſimplicem. Ideircò dicimus, & nos poſſe omnes Doctores concordes efficere, 31 dicendo, quòd ij, qui dicũt † præſtationis fidei violatoré incidere

Digitized by Google

re in pęnam periurij, verum dixe runt interpretando eos locutos fuisse. Primo interueniente aliqualiter inuocatione Diuinę, vel rei sacræ, cùm dicant huiusmodi transgressorem fore puniendũ pęna d.l. si quis maior, quę expressè loquitur de inuocatione Diuina, quæ cum sit pęnalis, non erit extẽdenda, cùm non militet eadẽ ratio irreuerẽtiæ, s. Diuino nomine irrogatæ, prout multi dixerunt, quos referemus infra in probatione vnicæ ampliationis subsequentis limitationis. Secundò locutos fuisse in casu dubij, & in fauorem animę, vt conteratur violator, & Deo satisfaciat, vt diximus in prę sentis ampliationis terminis, nõ autem quoad incurrendam pœnam periurij ordinariam, & in foro iudiciali plectendam a Iudice, ita vt non possit æqualiter puniri pęna ordinaria, sicut violator promissionis factæ, cum attestatione nominis Diuini, quod apertissimè elicitur ex mente Doct. supracitatorum, & infrascriptorũ, qui etsi dixerint per text. in c. secundo, ext. de fideius. & in c. ad aures. extra quòd met. cau. q̃ idem sit venire contra fidem, & contra iuramentum. Tamen subdunt ibidem glo. supracitatæ, & Doct. q̃ grauius veniant puniẽdi violatores iuramenti, quàm præstitæ fidei. Quapropter apparet ex his verissimam fuisse doctrinã Alciati in d. rubr. de iureiur. nu. 10. & 11. Et sciendum, q̃ non solum supradicti Ioan. And. & Am. sequuti fuerunt Specul. vbi supra, idipsum tenentes, verùmetiã & intrascripti alij Doct. videlicet Ioan. Faber in d.l. si quis maior. & ibidem Ias. in col. pen. & seq. Archid. in c. 1. vers. fide interposita. de sepult. in sexto, & rursus Iason in cons. 91. col. 2. vol. 3. Ripa in c. 2. nu. 3. vers. quintò ampliã. de refeript. dicens esse periurum
32 † promittentem sub fide sua, & non obseruantem promissionem. Host. in c. per tuas. ext. de arbitris. Zas. in cons. 12. vol. 2. Ioan. de Silua. in tract. de benef. fol. 120. col. 2. Felin. in c. quęrelam. col. 2. & ibidẽ Pan. ext. de iureiur. Bertr. in cons. 162. col. 5. vol. 1. vbi dixit hanc sententiam esse cõem, & in cons. 178. col. 1. vol. 1. in nouis. & in cons. 1. col. 4. vol. 1. in antiquis, & rursus idem Felin. in c. 2. col. 5. & sequen. ext. de sponsal. Ruin. in cons. 9. col. 1. vol. 3. & Curtius iun. in cons. 186. nu. 21. vol. 3. addens autem, q̃ si quis deficiat illi, qui reddidit sub fide promittens sub fide sua illi non deficere est periurus, & infamis. Idem docuit Guido Papa in suo cons. 31. a nu. 8. vsq; ad nu. 12. nitens probare huiusmodi transgressorẽ incidere in pęnã d.l. si quis maior. E contra verò fuerũt infrascripti alij Doct. (vltra precitatos in principio probationis præsentis ampliationis) dicentes, q̃ violantes
33 † promissiones suas solum factas per interpositionem fidei, non poterunt puniri in foro fori pœnas periurij descripta in d.l. si quis maior. & sunt subsequentes, videlicet Cardin. in dicto c. ad aures. in fine. Geminianus in c. fi. col. fi. de iureiuran. in sexto, & ibidem Philip-

Digitized by Google

Philipus Franchus col. 1. Ioannes Faber in §. item si quis. institu. de actio. & ibidem Gomes. colum. 14. & sequenti. Parpal. in dicta l. si quis maior. Staphil. in tracta. de litteris gratiæ & iustitiæ, car. 78. Felinus, per illum textum in c. tuis. colum. 3. ext. de testibus. Affictus super Constitu. Regni. in titu. de periurio. nume. 11. prout retulit Antonius Gabr. vbi supra. & quòd hac controuersia (in superficie) doctorum non obstante, vera fuerit nostra hæc ampliatio, elicitur potissimùm (vltra allata) ex duobus. Primò quia nonnulli doctorum ex citatis (qui videbantur contrarium asseruisse, vt est Felinus peritissimus Canonista) tenuit vtranque sententiam: quasi tacitè innuens se ita voluisse annuere, quando contrarium videbatur docuisse: cùm nostræ ampliationis termini tacitè sint ab ipso approbati: eò quòd dixerit non fore talem transgressorem simplicis fidei suæ puniendum pœna dictæ l. si quis maior. Secũdò idipsum probatur auctoritate ĩfrascriptorum doctorum, qui expressè hoc ipsum docuerũt (vltra supra citatos) quoniam ipsi apertè dixerunt: quòd etsi iuramentum, & fidei præstatio æquiparentur, & à pari procedant, vt not. in c. ad aures. extra quod met. cau. & in c. peruenit. c. cùm tempore; & c. ex parte. extra de arbitr. & in c. quærelam. extra ne Prælati vices suas, vel Eccle. sub annuo censu cõcedant. Tamẽ Laurentius Kircouius in tracta. commu. opinio in versic. Iuramentum

34 & fidei præstatio† asseruit, quòd quàmuis quo ad pœnas imponendas maxima sit concertatio opinionum: an à pari procedant, tamen quo ad validitatem actus, & obseruantiam contractus, & promissorum: omnium est vna sententia Doctorum, quòd à pari ambulẽt: prout nouissimè post multos citatos Doctores refert Floren. à Veningis in conf. 1. nu. 85. in 4. Tomo Consiliorum. à diuersis, & præcipuis tum academijs, tum dictis conscriptorum: & Francofort. anno 1572. impress. & pulchre tradidit quoque Minsige. addens, quòd promissiones Principum factæ æquipollent iuramento in obseruationibus iudicij Imperialis Cameræ, Centuria prima, obseruatione 17. Idem docuit Franciscus Bursat. in cons. 78. post nume. 19. qui subdidit,
35 quòd quando in instrumento† esset appositum iuramentum, vel aliquid loco vel vice iuramenti, vt cùm debeo centum ex mutuo, de quo dò tibi instrumentum notarij, & obligo me sub iuramento: vel si sum nobilis, vel Princeps promitto me ad certum diem soluere: tunc tale instrumentum habebit executionem paratam, vt docuit Bart. in l. 2. ff. de iureiur. & nouissimè Sichar. in l. fin. num. 13. versic. Quartus casus est. C. de ædict. diui Adr. toll. Sciendum in super quòd præsẽs nostra ampliatio probatur & tertiò hac ratione qua vsus fuit Alciat. vbi supra ad hoc ipsum probandum. Nam huiusmodi iuramentum in hunc sensum resoluitur, scilicet ita Deus

saluum

salnum mè faciat, vel filios meos, vel principem: & huic rationi astipulatur textus in dicta l. si quis maior, vbi præcipiuntur eadem periurij pœna puniri transgredientes pacta, vel transactiones factas per salutem Principis: sicut per inuocationem nominis Diuini: non obstante contraria sententia Deciani in lib. 7. c. 50. incip. proximum crimini. nu. 4. vol. 2. nullo verò fundamento inhærendo (ni fallimur) vt elicitur. hucusque allatis.

Limita singulariter dicta in ipsa ampliatione secunda: cùm diximus, quòd etsi in casu dubio, in quo ignoratur qua intentione ipse iurans protulerit verba relata in dicta ampliatione, iudicandum esset ipsum iuramentum validum, vt consuleretur saluti animæ ipsius, & quòd ideo fuerit compellendus illud obseruare: tamen non erit iudicandum † iurasse eum, qui talia verba protuliset, quando non ita specialiter sub tali forma ei iusiurandū fuisset delatum à iudice, vel à parte aduersa: sed propria voluntate illud protuliset: licèt aliquo pacto videatur iurasse per Deum: cùm respectu Diuini Numinis iurasse visus fuerit: quamuis non negemus tenere iuramentum sub tali forma præstitum: quando talis forma fuisset sibi indicta à iudice, vel à parte aduersa: & tali pacto etiam interpretanda omnia, quæ attulit Guid. Pap. in consil. 31. à num. 8. vsque ad 12. vbi specialiter num. 9. ratione tertia nititur probare talem transgressorem esse periurum, citando inter alia text. in l. qui per salutem. ff. de iureiur. hæc ergo limitatio probatur triplici medio. Primo enim per text. apertissimum in l. qui per salutem. & in l. 3. §. fin. & duabus sequentibus legibus. ff. de iureiur. nam in dicta l. qui per salutem. hæc habentur, videlicet: [Qui per salutem suam iurat, licèt per Deum iurare videatur, respectu enim diuini numinis ita iurat: attamen si non ita specialiter iusiurandum ei delatum est, iurasse non videtur: & ideo ex integro solemniter iurandum.] hęc ibi. Idem probatur per text. in dicta l. 3. §. fin. & l. 4. & 5. vbi hęc ad uerbum habentur, videlicet. iurari autem oportet, vt delatum est iusiurandum: cęterum si ego detuli, vt per Deum iurares, tu per caput tuum iurasti, vel filiorum: non erit ratum habendum iusiurādum: quòd si exegi, quòd per salutem tuam iurares, & iurasti, stabitur. omne enim omnino licitum iusiurādum per quod voluit quis sibi iurari, idoneum est, etsi ex eo fuerit iuratum, Prętor id tuebitur? Diuus Pius iureiurādo, propria superstitione iuratū est, standum rescripsit. Dando iureiurando non aliud quæritur, q̃ an iuratum sit pręmissa quęstione, an debeatur, quasi satis probatum sit iureiurando.] hęc ibi. Probatur & secundò prędens limitatio Doct. auctoritate. nam Aretinus in dicto §. fina. not. primo, dixit, quòd ille, qui iurat aliter, quàm deferatur, nullitur iurat: Idem docuit Mantua in sua collecta-

36 †

lectanea iuris, in l. ait prætor. in fine. ff. de iureiur. dicens, quòd ſi quis iuret, in caput ſuum, & clericus ſuper clericam ſuam, non valeret tale iuramentum, cùm non reſpiciat religionem & Deum, & quòd dicta lex non ſtatuerit contrarium: eò quòd loquatur in iuramento habente vim conuentionis & pacti: vſque adeo, vt tale poſſit præſtari, quale contrahentibus placuerit. Idē docuit Alex. in dicto. §. fin. nu. 1. dicens, quòd
37 ſi quis detulerit † iuramentum alteri: ita, vt iuraret per caput ſuum, & ille iuraſſet per Deum: quòd tale iuramentum non eſſet validum, prout docuerunt etiam Gui. de Cun. Albericus de Roſatis, & Bald. in dicto §. fina. lectura antiqua. idipſum docuit Bart. in dicta l. per ſalutem. quem Iaſon ſequutus fuit in dicto §. fi. in principio, quos ſequitur in tract. crimin. lib. ſexto, ca p. 10. ſub titu. qui ſint periuri. num. 4. verſi. rurſus quęri poteſt. Idem Salic. in Authen. Sacramenta. C. ſi aduerſus vendit. vbi docens, de quo Sacramento ibi fiat mentio, dixit fieri de Sacramento, per quod concernitur religio Dei, & Euangeliorum: & non ſufficeret iurare per caput ſuum, vel per animam ſuam, ſecundum Iac. Butr. & ſubdit, quòd poſſit eſſe ratio, quia Sacramentum eſt per Sacra aſtringimentum. Idem docuit Bartholo. Socinus in dicta l. 3. §. iurari. not. primo, aſſeuerans, quòd ſit iurandum ſecūdum formam delationis: aliàs iuramentum non ſeruaretur: ex quo infertur (inquit) quòd ſi detuli, vt iurares per caput tuum, & iuraſti per Deum non erit ſeruandū, ſecundum Gugl. Alber. & Bal. hic hæc Socinus ipſe.

Sublimita ſingulariter ea, quæ fuerunt allata in pręcedenti limitatione, dicendo ipſa vera, niſi
38 iurās † vteretur verbis æquipollentibus prolatis à parte aduerſa, vel iudice: ſub quibus vellent iurari, quo ad honorem Dei, vt ſi quis detuliſſet vt iuraretur per Dominum Ieſum Chriſtum, & ille iuraret per Spiritum Sāctum vel huiuſmodi. Hæc ſublimitatio probatur auctoritate infraſcriptorum Doctorum, videlicet Bal. in repet. l. 2. ff. de iureiur. vbi quāplura alia exempla ſubintulit Guil. in l. 3. §. iurari. ff. de iureiur. & Barthol. Socinus in dicto §. iurari. not. primo.

Amplia ſingulariter allata in dicta l. vnica limitatione, dicendo, quòd etſi in fauorem animæ iudicandum foret iuramentum, promiſſionem factam ſub forma contenta in ampliatione ſecunda præcedenti, vt ibi aſſeuerauimus, & hoc probauerimus in caſu
39 dubij: cùm in dubijs † tutior via ſit eligenda: nihilominus modò ſupereſt, ꝙ probemus id, quòd ibi tacitè innuimus: ſcilicet, quòd hoc non verificetur quando non ageretur in fauorem animæ ad vitandum ſcilicet peccatum periurij: ſed ad pœnam inflictam à iure imponendam ei, qui non obſeruaſſet quòd promiſiſſet ſub illa verborum forma: Nam in tali caſu verborum huiuſmodi interpre-

tatio

Digitized by Google

tatio erit exquirenda ab eodem, qui illa protulit, eo quòd talium interpretationi esset de iure standum, & in fauorẽ ipsius promittentis, & nõ statim esset iudicandus periurus, si ipse affirmauerit in talium verborum prolatione nihil intendisse Diuinum, vel Religionis proprium includere. Hęc ampliatio probatur triplici medio (vltra ea, quæ allata fuerunt supra in probationẽ ampliationis secundæ conclusionis secũdę. Primo enim probatur per text. in l. quicquid. ff. de verb. oblig. vbi ad verbum hæc habentur, videlicet. [Quicquid astringendę obligationis causa dictum est id, nisi palam verbis exprimatur, omissum intelligendum est, ac ferè secundum promissorem interpretamur, quia stipulatori fuit verba latè concipere.] hæc ibi. Vbi idipsum habetur per glosam in vers. secundum promissorem. Idẽ docuit Aret. in dicta l. quicquid. not. 2. asseuerans esse verum, ꝙ in
40 contractibus verba obscura † si reperiantur erunt interpretanda in fauorem promissoris, si tamen (vt etiam glo. 1. docuit) secũdum illam stipulatio posset valere, & antequam agatur ex cõtractu posset impetrari officium Iudicis ab eo, cuius interest, vt ista verba ambigua declararentur secundum Bar. in l. veteribus. ff. de pactis: sed hæc declaratio non poterit fieri, nisi semel, vt subdit ibidem Aret. super glo. in vers. promissorem. Qui Aret. in d. l. si quis maior. docuit, ꝙ qui simpliciter iu-
41 rauit, † etsi videatur iurare per Deum: Tamen ipse non credit, ꝙ habeat locum pœna d. l. cum non faciet tantam irreuerentiã) sicut quando quis nomen Dei exprimit specificè. Idẽ docuerunt Dñi de Rota in antiquis sub tit. de iureiur. decis. 1. dicentes, ꝙ quamuis veniens contra iuramentum deierans puniatur, & possit pri-
42 uari † beneficio, vt in c. quærelam. ext. de iureiuran. & c. peruenit. ext. de fideiuss. non erit tamẽ priuandus si veniat solùm contra fidem promissam, cùm pœnæ sint restringendæ, & quia maius reputatur præstare corporaliter iuramentum super librum, quàm fidẽ promittere, vt in l. 3. C. si minor se maiorem dixerit, & ibi glo. pen. & hoc tenuit Rota, licèt Archidiaconus in c. 1. de sepult. in sexto, super vers. præstita. sequens Specul. vbi supra, videatur tenuisse, quòd incurrat pœnam dictę l. si quis maior. Attamen & hęc sententia interpretanda erit, & concordanda cum alijs, prout in prędcedenti ampliatione secunda cõclusionis secundę fecimus. Idipsum in terminis prędsentis limitationis docuerunt Domini de Rota in antiquioribus sub titu. de pactis. decisione prima, ferè ijsdem medijs. Idipsum docuit Decianus in tract. crimin. libro 6. titu. qui sint periuri, capit. decimo, numero quarto, concludens, quòd iurans per salutem suam, vel caput suum, & similia vtendo eadem forma iurandi sibi in dicta a Iudice, vel a parte sub forma expressa (hîc per nos) nullo pacto veniret. puniendus.

de-

de periurio tranſgreſſor huiuſmodi iuramenti. cùm ſimus in pœnalibus, in quibus ſit reſtrictio: etſi non neget fore puniendum arbitrio iudicis propter doloſam promiſſionem factam. Idē docuit Alciatus in l. ſi quis maior.nume.54.verſic.quantum verò reſpectu pœnarum.C. de tranſact. & ſciendum quòd hanc ipſam limitationem probauimus quamplurimis auctoritatibus| allatis in probationem ſecundę ampliationis dictę ſecundæ concluſionis: cum ibi recōcilianerimus Doctores, qui videbantur in hoc articulo adinuicē diſſentiri: in cuius veritatis cōfirmationē ſum mopere deſeruit Doctorum infraſcriptorum ſententia, dicentium vnica ferè voce, quòd diſpoſitio dictæ l.ſi quis maior.C. de tranſact. virtute cuius aliqui ipſorum (inter quos eſt Guido Papę in dicto conſil.31.à num.8. vſque ad 12.) dixerunt, q̄ tranſgrediens iuramentum per ſolam promiſſionem ſub fide ſua, incidat in pœnas expreſſas in dicta l.ſi quis maior. Doctores autem ſunt ſubſequentes (vltra recenſitos vbi ſupra à nobis) qui vnica voce dixerunt, quòd dicta lex pęnalis, in dicta l. ſi quis maior.
43 †promulgata habeat tantum locum, quando adfuerit dolus, & non aliter: prout declarauit Bal. in l. nec quiſquàm. §. proficiſci. colum.2. ff. de officio proconſul. & ratio eſt, quoniam in periurio requiritur dolus, vt docuit tex.in l. qui iuraſſe. in primo reſponſo. in fine. ff. de iureiur. vbi hæc habentur, videlicet. [Quãuis pupillus non videatur peiurare, quia ſciens fallere nō videtur] hæc ibi. Idē docuit Glo. & Alex. in l.q iurato. in fi.ff. qui ſatiſdare cogant. & in dicta l.qui iuraſſe.nu.3.verſicu.item nota. quòd periurium. qui Alex.in dicta l.qui iurato.dicit hoc ipſum eſſe etiam de mente glo. in c. breui. extra de iureiuran.imò nos credimus hoc ipſum peroptimè colligi ex ipſo tex.tamen dicti c. breui.arguendo à contrario ſenſu.cùm ibi Innocētius Tertius docuerit, quòd qui iurauit defendere Eccleſiā, & requiſitus ſine iuſta cauſa recuſat, periurus eſt: nec à talis periurij incurſu ſaluat appellatio.indè ſequitur, quòd qui non obſer-
44 uat † iuramentum impeditus à cauſa rationabili ſuperueniente, non incurrit periurium. cùm in ipſo deſit culpa & dolus: & addidit ibidem Alexan. quòd idipſum docuerit doct.in c. 1. extra de delictis puer. Nec non & Bal. ſingulariter in l.obſeruare.§.proficiſci.in 2.vol.3.colum.ff.de officio proconſul. vbi per hoc ipſe Bal.ſentijt, quòd diſpoſitio, de qua habetur in dicta l. ſi quis maior, non habeat locum in eo, qui abſque dolo vel culpa non ſeruauit iuramentum: & ratio (ſecundum eum eſt, quoniam pęnæ contentę in dicta l.ſi quis maior.imponuntur ratione periurij, vt ibi per glo.in verſ.proprietate. Alex. verò iterum in l.3.§.fin.in fi.ff.de iureiur. idipſum confirmando, poſtquàm retuliſſet ſententiam Ioannis And.dicentis cōtrarium

in

in c. tempore. extr. de arbitr. subdidit : videtur tamē aliquam esse differentiam inter eum, qui contrauenit promissioni factæ simpliciter sub fide sua, & per iuramentum ad Sācta Dei Euangelia, vt habetur per glo. not. in c. pen. de iureiuran. & per Archid. in c. Iuramenti, 22. q. 5. & Romanum in l. 3. §. fin. versic. dato. ff. de iureiur. etsi addat ibi Romanus, q̄ si quis dixerit, Deus sit mihi testis, iurasse videtur. Idipsum docuit Mantua in sua collectanea in dicta l. qui iurasse. sequens ad verbum in dicta l. qui iurato: Alex. & de eodem loquēs in dicta l. qui iurato. ipse Mantua addit aliam rationem: quo-
45 niam ipsum† iuramentum de sui natura non trahitur ad incognita, seu incogitata, vt in notabili casu tradit Aret. in consi. 33. incip. Consultatio. in principio col. pen. nec non & in l. sciendū, colum. 9. versic. reuocatur tamen hoc in dubium. ff. de verb. obligat. vbi dixit, quod de iure quod quis ignorat, non videtur cogitasse. iuramentum autem non trahitur ad incognita. vt in l. fina. C. de non numer. pecu. & in l. fi. ff. qui satisdar. cogan. & melius idipsum probatur per text. in c. veniens. extra de iureiuran. multa alia exempla & auctoritates ibidem attulit Mantua, quę breuitatis gratia missa faciam. Idipsū docuerunt quamplures Doct. citati ab Ant. Gabr. in tract. conclu. lib. 3. titu. de transact. cōclus. 1, num. 18. versic. Decimò amplia. & Guido Papa in consi. 31. num. 24. & Specul. in lib. 4. titu. de iure iuran. §. 1. versic. penultimo, nu. 14. asserens, quòd licet Deus non faciat differentiam inter simplicem fidem, & iuramentum, vt in c. 2. ext. de fideiuss. maior tamen pœna imponitur pro periurio, quàm pro fide violata, vt probatur in c. quærelam. c. debitores. & clericus. ext. de iureiur. Idem docuit Iac. de Butr. & Bal. in Authē. Sacramenta. C. si aduersus vendit. & idem Bal. hoc ipsum repetijt in c. 1. §. item Sacramenta, de pace iuram. fir. cū aliquibus concordantijs ibidem allegatis per ipsum. & rursus in l. 1. C. si adner. vendit. & in l. Generaliter. §. fina. C. eodem titu. & in l. fina. in fine, C. si ex falsis instrumentis. idē docuit Ioannes de Imo. in c. cùm contingat. propè finem tertij mē bri, extra. de iureiur. idem Innocentius in c. etsi Christus. ext. de iureiur. & ibidē per alios Canonistas. Idem docuit Rota in antiquis sub titu. de iureiur. decisione 1. aliàs 138. vbi dicitur, quòd etsi periurus, scilicet violans iuramētum corporaliter delatum supra aliquē librum, puniri possit priuatione beneficij, vt in c. quærelam. de iureiur. & in c. peruenit. de fideiuss. non erit tamen priuandus si veniſſet contra fidē præstitam nullo iuramento alio pacto, quod & fuit confirmatum ab eadem Rota in antiquioribus tit. de pact. decisio. prima. idem docuit Capella Tolosana in decis. 17. Probatur & tertio præfens limitatio hac ratione, videlicet: Cùm in dubio semper sit faciendā

da interpretatio, vt excuſetur quis à pœna periurij: modò interpretatio ipſa ſit congrua, vt docuit Honorius Tertius in c.petitio veſtra.extra de iureiur.& ibi glo.& doctores & And. Siculus in conſi.12.num.3.& 9.vol.2.& Decianus vbi ſupra, nu.18. verſ. in dubio autem. inde ſequitur veritas præſentis ampliationis.

Tertia concluſio de rigore iuris in iuramenti delatione neceſſario requiritur tactus Sanctorũ Euangeliorum, vel alterius Sacrę Scripturæ, aliàs non eſſet legitimum iuramentum, & per conſequens nõ eſſet obligatorium,† & huic cõcluſioni ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores, videlicet Gl.prima in principio, in §. item Sacramenta.in titu.de pace iuramento firmata.Cynus in Authen. Sacramenta. puberum. in 4.& 6. quæſtio.C.ſi aduer.vendit. & ibi Bar.col.1.in fi. verſic.quero circa iſtud.Capella Toloſ.in deciſione 161. vbi teſtatur fuiſſe determinatũ fore reſtituendos in integrum quoſdam fratres Prædicatores, qui per modum conuentus iurauerant, tacto pectore more Religioſorum(non tactis Sacris Scripturis ſolemniter)non contrauenire trãſactionibus, ac pactis initis cum quodam, prætendentes leſam inde fuiſſe eorum Eccleſiã: eò quòd ibi fuerit determinatũ, quòd iuramentum impedit† reſtitutionem in integrum, quando fuiſſet pręſtitum tactis Sacris: & non iuramentum alio modo præſtitum; vnde patet hoc ipſum eſſe, quod Bal.volebat nos docere in l.1.C.ſi aduer.vendit.in prima ſolutione. dum opponit de textu in l. alterius. C. ſi minor ſe maior dixerit.& Odofred.in dicta Authen.Sacraměta puberum. in prima quæſtione: & ibidem Bal.in quæſt. 2. Ange. ibidem in col.1.in fine.verſ.ſequit in litera facta.& ibi quoque Salic.in quæſtio.2.& ibi Iacob.in not.primo, Iſern.in dicto §. item Sacramenta, col.1. & ſequitur Aluarot.col. 3. verſic. quæro ſubſequenter. & ibi Prępoſitus.col.2.verſ.oppono ſubſequenter.Afflictus in dicto §. Item Sacramenta. nume. 14. 15. & 23.& in fauorem quoque præſentis cõcluſionis peroptimè deſeruiunt,quę docuerunt infraſcripti Doctores dicentes, quòd, vt operetur iuramentum † requiritur tactus ſcripturarum: & ſunt, videlicet Ioannes Andr. in c. etſi Chriſtus. col.2.verſi.in iuramentis autem.extra de iureiur. Glo. in Clem.1.§.porro.in verſi. tacta. de hæretic. Archid.in c. vt circa. col.4.in verſic.præſtito. de elect. lib.6.Abbas in cap. etſi Chriſtus. col.pen.verſ.ideo quæro.poſt Innocentium, ibi.in verſic.in iuramentis tamen. & iterum Abbas in c.Fraternitatis.col.fin. verſic. & aduerte qualiter. extra. de teſtibus.& in c.fin. in primo not.extra de iuramento calum. Hoſt. in dicto c.etſi Chriſtus col.3.verſic. in iuramentis verò. Ant. de Butr. ibidem col.2.in fi.verſic.in iuramentis autem.Bal.in c.1.§.ſi à domino. colum.fi.in fi. verſic.nota, quòd in iuramento quid ſit inueſtitura,& in c.1.§.item Sacramen

46

47

48

ta, col. 2. vers. quæritur, vtrum iuramentum. De pace iuram. firm. Pau. de Cast. & Alex. in l. 3. §. iurari. ff. de iureiur. Et rursus Bal. in repet. l. 2. col. 20. versic. & quid si testis. ff. de iureiur. & in l. generaliter. §. fin. C. de rebus credit. & in l. fin. in fi. C. si ex falsis instrumentis. Idem docuit Specul. in lib. 1. titu. de teste. §. sequitur de testiũ iuramento, nu. 4. versic. & nota, quòd testis. & ibi Ioannes And. in addit. in vers. Euangelijs. Nec obstat, quòd ipsemet Specul. in lib. 4. titu. de iureiur. §. in hac materia, in fi. in versic. in summa nota, quòd nihil. Vbi dixit, quòd nihil interest siue iuretur super Euangelia, siue super reliquias, siue dicatur promitto in fide mea, quia non solùm per increata, sed etiã per quælibet creata iuratur. arg. in c. ad aures. ext. quod met. cau. & c. cùm tempore. ext. de arbitr. c. 2. ext. de fideiuss. & in c. iuramenti. 22. q. vlt. vel si dicatur, sub periculo animæ meę, vt in c. fraternitatis. ext. de frigid. & malet. Non (inquam) obstat, quoniã Specul. hic non loquitur de iuramenti necessarij. s. iudicialis, validitate, sed generaliter de validitate iuramẽti. s. voluntariè prolati, & ibi de validitate iuramẽti necessariò delati, vt ex verbis ipsius ibi apertè elicitur, in cuius reconciliationis, seu declarationis confirmationẽ facit quod ipsemet Specul. in tract. suo super librum Sextum decretalium. in c. vt circa. nu. 30. & sequentibus. de elect. in sexto, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet notabiliter dicit hæc littera de corporali iuramento, quia illud maioris auctoritatis est, q̃ non corporale, vt in l. si alterius. C. si minor se maior. dixe. Alibi dicitur tactis sacrosanctis Euãgelijs, quod idem est. vt in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. vbi habetur,
49 quòd iurans † debeat tangere librum, dicens iuro super hæc Dei Sancta Euangelia per me corporaliter tacta: nisi fortè iurans fuerit Episcopus, qui tangere non debet, vt in c. nec debet honore, vndecima quæstione prima, & in Authen. sed Iudex. C. de Episcopis, & Clericis, & in capitulo finali, extra de iuramento calum. Quidam tamen intelligũt, & malè, quòd Episcopus tangere debeat, & hoc affirmant per hanc constitutionem. Quid ergo si præ
50 sente libro † Euangeliorum dico, Iuro per hæc Dei Sancta Euangelia, quòd credo omnia, & singula vera esse, nec tangit illum, non valet iuramentum ex eo, quòd in dicta Decretali dicatur corporale: hoc enim est priuilegium Episcopi, & sic Papa Nicolaus interlocutus fuit: argumentum tamen contra, quòd libri præsentia sine tactu pro iuramento habetur, vt in l. rem non nouam. §. primo, C. de iudic. Itẽ non sufficiet tangere pedibus, nec cubito librum, si manus habet. argum. in capitulo singula, distinctione 89. & in capitulo cum iuncto. propè princip. de hæreticis, & in capitulo olim, el primo, de restitutione spoliat. si autem non habet manus, tangat

alio membro: quia nõ obligatur ad impoſſibile, vt in l. impoſſibilium. ff. de regu. iur. hæc omnia Specul. vbi ſupra. Huic concluſioni tertiæ aſtipulatus fuit Caſſane⁹ in ſuo conſi. 39. col. 20. Card. in Clem. 1. §. porrò. quæſt. 3. de hæretic. Iaſon in l. ex ea parte. nu. 9. ff. de verb. obligat. Ruin. in conſi. 103. num. 12. vol. 4. Antonius Gabriel. in tract. concluſ. titu. de minoribus. concluſione 5. num. 35. Idem docuit Arerinus in dicta Authent. ſacramenta puberum, columna ſecunda, nota b. vltimo, verſiculo quartò dixi. & verſiculo quintò dixi, dicens non ſufficere iuramentum verbaliter interuenire, ſed neceſſariò requiritur tactus alicuius ſcripturæ, etſi non ſit Sancti Euangelij.

Non negabimus tamen infraſcriptos Doctores docuiſſe tactũ ſcripturarum nõ eſſe de eſſentia, & validitate iuramenti: Nã hoc aſſeuerauerunt Imo. in cap. cum contingat. col. 6 2. verſic. item ſecundò poteſt dubitari. ext. de iureiur. & ſentit Ioannes Faber in dicta Authen. ſacramenta puberum eſſe hoc verum de iure Canonico, & Iacobus de Beluiſo. in dicto §. item ſacramenta, verſic. quæritur ſi verbotenus. prout eos citat Antonius Gabr. vbi ſupra, num. 34. verſiculo contrarium tenet Imo. Soarez autem in ſtract. commun. opinion. verſiculo eodem, numero 329. dicit hanc eſſe communem, quem citat Hippolitus Bonacoſſa in tract. commun. opinio. verſiculo eodem, incipien. Iuri iurando non eſt neceſſarius tactus ſcripturarum. Idipſum docuit multis medijs Alciatus in rubr. ext. de iureiur. nu. 28. & 36.

Limita primò ſingulariter dicendo contenta in ipſa tertia concluſione de iure cõi eſſe vera: non autem de cõſuetudine generali, cùm de tali conſuetudine non re- 71 quiratur vniuerſaliter † tactus Sãctorum Euangeliorũ, vel aliarũ ſacrarum, vel profanarũ ſcripturarum: cùm ſufficiat tactus cuiuſcumq; libri, vel tabulæ, prout expreſsè docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet Gloſ. in Authen. iuſiurandum quod præſtatur ab his. col. 2. in verſ. quatuor, & in §. item ſacramenta, in glo. 1. in tit. de pace iuram. fir. Imo. in c. cùm contingat. col. 6 2. ext. de iureiur. Abbas in c. fraternitatis. col. fin. verſic. & aduerte. & ibi Felinus, col. 8. verſ. in glo. fin. ext. de teſtibus. Abbas rurſus in c. fin. not. 1. ext. de iuramento calum. Guido Papæ in q. 25. Iac. Butr. in d. Authen. ſacramenta puberum. in 3. q. & ibi Albert. de Roſatis, colum. 1. in fine, & ibi Bal. in quæſt. 3. & ibidem Salicetus, & Iſernia in d. §. item ſacramenta, col. 1. & ſequenti. Aluarot. ibidem col. 3. verſic. ex hac glo. notatur. Et ibi Præpoſitus. col. 1. Atflictus ibidẽ nu. 20. & ſequenti. Curtius in d. Authen. ſacramenta puber. Card. & Imo. poſt glo. in Clem. 1. §. porrò. verſ. tacta. de hæretic. & ibidẽ Bonifacius de Vital. & cæteri cõmuniter Doctor. ibidem. Bau. de Caſt. & Alex. in Iiurari. ff. de iureiuran. Ruin. in conſi. 103. nu. 12.

vol.

Digitized by Google

vol.4. quam opinionem dicit Alciatus esse cõmunem in rubr. ext. de iureiur. nu. 40. in versic. stat ergo firma conclusio. Quinimmo ratione etiam de iure procedere dicit Iacobus de Beluiso in dicto §. item sacramenta, in principio de pace iuram. fir. quem retulit, ac sequutus fuit Antonius Gabr. in tract. conclus. libro secundo, tit. de minoribus, conclusione quinta, num. 36. versic. primò sublimita. Idem docuit Deciamus in volum. 2. tract. crimin. lib. 6. cap. 11. num. 34. Idem docuit Præpositus in c. hortamur. col. 1. versic. Nota, quòd iuramentum testis 3. q. 9. Idẽ docuit Franc. Viuius in tract. cõmun. opin. vers. iuramentũ sufficit pstare. Dicens, qp de consuetudine sufficeret pstare iuramentum super quamcunque scripturam non sacram, quoniam iam diu conualuit stilus, & consuetudo, quòd iurare sufficiat super quamcunque scripturam, habito respectu ad Sancta Dei Euangelia: solet, inquit, quippè per notariũ dici Titius iurauit ad S. Dei Euãgelia manu tactis scripturis: opinio iurãtis, & relatio ista habetur loco Euãgeliorũ quo ad firmandum iuramentum. Nec iurans dicit. Iuro per hæc Euangelia, sed in genere ad Sancta Dei Euangelia, & addidit ibidem Viuius, quòd huiusmodi consuetudo sit seruanda, prout eleganter voluit Baldus, Salicetus, Corneus & Curtius in Authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendit. Imo. in c. cum contingat. ext. de iureiur. Bal. & Afflictus in c. 1. §. item sacramenta, nu. 20. de pace iuramento firm. Corsetus latè in addit. ad Abbatem. in rubr. ext. de iureiur. in par. 1. q. 4. circa fin.

Sublimita primò singulariter, quæ diximus in precedenti limitatione prima, dicendo talẽ consuetudinẽ verificari solùm, quando † a iure requiratur simpliciter iuramentum corporale, nam tunc requiritur dictus scripturæ tactus: secus quãdo iura expressè dicunt, quòd interueniat tactus Euangeliorum, vel alicuius peculiaris scripturæ nominatim descriptæ, vel specialium reliquiarum, vel huiusmodi, quia tunc necessarius erit illius scripturæ tactus, qui in dicto iure hoc præcipiente exprimitur: aliàs iuramentum esset nullius valoris, prout docuerunt subsequentes Doctores, videlicet Petrus de Ancharano in capitulo, vt circa, columna secunda, versiculo item nota. de elect. libro sexto, Cardin. in Clementina prima, §. porro. quæstione quarta, de hæretic. Felinus in capitulo fraternitatis. extra de testibus. Hippolitus de Marsil. in suo singulari 415. incipien. Iuramentum. Ruinus in consilio 183. numero duodecimo, volumine quarto, Antonius Gabr. vbi supra, numero 37. versiculo limita hanc sublimitationem. Idẽ elegantissimè docuit Alciatus in rubr. ext. de iureiur. nu. 30. fallentia prima, hanc appellans esse communem sententiam, & repetijt in fallentia 4. ibidem. Abbas in eadem rubr. sequens glo. in dicta Clem. 1. vers. tacta. de hæreti-

cis,& in cap. vt circa.de elect.in sexto,& hoc ipsum probatur per text.in c.habemus.22.q.1. vbi canonizata reperitur sententia Beati Hieronymi his pręcisis verbis, videlicet. [Habemus in lege Dei scriptum non peierabis in nomine meo , nec pollues nomen Dei tui in vanũ. Ideo admonendi sunt omnes, vt diligenter caueant non solùm in Altari, seu Sanctorum reliquijs, sed etiam in communi loquela.] hæc ibi. Idem habetur in c.hortamur.3.q.9.vbi præcipitur exactio iuramenti a testibus. Idẽ latè docuit Ruinus in consi.103. numero duodecimo,& Marquardus de Susannis in tractat. de Iudæis,& infidelibus in 2.par.cap. 8.num.15. Marsil. in suo singul. 415. incip. Iuramentum est magnæ importantiæ . Item docuit Franciscus Viuius in suo tractat. commun.opinion. in versiculo iuramentum sufficit præstare. Idem docuit Iacobus de Sancto Georgio in Authen.sacramenta puberum. C.si aduersus vendit. vbi & Iason propter consuetudinem , quæ hoc approbare potest, quos sequitur Cassaneus in consuetu. Burgun. in folio 1360. numero octauo,& nono, vbi recitat & alios idipsum docentes : & huic sententiæ desernit quod docuit Decianus in tractat. crimin.volumine secundo, libro sexto , capitulo decimo,numero decimo, versiculo cæterum , & hoc asserens, quòd veniat puniendus pę-
53 na periurij is,† qui medio iuramento non tactis tamen aliquibus scripturis extra iudiciũ fal-

sum,seu contrarium ei,quod dixit in iudicio medio iuramento tactis scripturis: arguendo a fortiori : cum veniat puniendus de falso testis deponẽs sine iuramento, si postea depositisset ei cõtrarium cum iuramento.

Attamen posset quis insurgere contra dictã nostram sublimitationem tot Doct.oraculis probatã, dicendo,ꝙ videatur non ideo irritari actus requirens iuramentũ, cum hmõi specifico tactu alicuius specialis scripturæ, vel rei, eo ꝙ huiusmodi solemnitas videatur leuis, & cùm quid leue omittitur in aliquo actu, ipsum nõ vitiat.vt in l.1.§.fin.ff.de vent.inspic.& notatur in l.cũ hi.§.si prætor.ff.de trãiact.per Bal.in procœmio titu.de iureiur.col.5. & ꝙ in simili notat Bar. in repet.l.si quis ex argentario.§.si vitium.ff.de eden.vbi voluit,ꝙ etiam stãte consuetudine,ꝙ appositio Diuini no-
54 minis in instrumentis sit de leui solemnitate, & omissa nõ vitiet.

His tamen & alijs similib.non obstantibus, asseueramus adhuc vnà cum Alciato vbi supra, versiculo sed in contrariũm , ꝙ nullo pacto sit recedendũ a supradicta communi Doct. sententia, quam etiam tenuit Abbas in c.fraternitatis.in fi.ext.de testibus. eo magis, quòd hęc firmantur per regulam vulgatam,in qua habetur, ꝙ-
55 vbi lex † quærit actum qualificatum non erit ei satisfactum , nisi ea qualitas interueniat.vt in c.1. extr. de regul. l.Fulcinius.§.1.ff. quib.ex cau.in poss.eatur.cũ simi lib. Quare nõ obstare supradictã ratio-

tationem allatam in cõtrarium, comprobatur ex allatis ; Tum quia negatur , quòd iste tactus requisitus sit leuis solemnitas : cùm per se pateat esse maximi effectus: quia ei contrauenies magis Deum offenderet meritò contemneret, & ideo tanto grauius erit periurium, quanto illud, per quod iuratur est magis Sanctum, prout in capitulo, mouet. vigesigesimasecunda quęstione prima, & per Abbatem in rubrica de iureiurando, cùm etiam tactus
56 † ipse requiritur in ipsa prolatione iuramenti , & sic videtur de forma, & essentia ipsius, iuxta vulgatissimã, & singularissimam Doctorum communiter receptam, quòd quando aliqua solemnitas debeat immediatè præcedere vel comitari ipsum actum . tunc ipsa solemnitas erit de essentia actus, qua ommissa, actus corruit, vt latissimè probauimus in nostro tracta. extensionum.cap.

Amplia primò singulariter allata in dicta sublimitatione vnica: dicẽdo illam habere locum, quando defertur iuramentũ per Iudicem, vel alium superiorem : vt contingit in iuramentis solemnibus , quæ præstantur ex forma iuris, vel statutorum : Nam tunc erunt præstanda super Sacrosan-
57 ctis Euãgelijs, nec sufficeret † tãgere aliam Scripturam, & hoc de iure scripto, non autem procedit de consuetudine iam vsu ipso approbata & recepta: etsi contrarium voluerit Paul. de Cast. in l. 3. §. fin. ff. de iureiur. cuius sententia, secundum mentem eiusdem, procedit solùm, quando iure prę cipiatur specialiter tactura Euangeliorum , vt in Clem. 1. de hæretic. & docuit ibidem glo. vt dicemus : cùm ad hoc ipsum citauerit , etsi non expresserit vltima eius verba. Nam Paul. vbi supra addidit, quòd si non essent iuramenta solemnia, quæ præstantur ex forma iuris communis, vel statutorum, consuetudo poterit introducere , vt sufficiat tangere aliam Scripturam, in qua representetur Scriptura Euãgelij, & ad hoc citauit glo. in Clem. 1. in versiculo tacta. de hæretic. & apud Legistas est glos. valde notabilis in Authen. iusiurãdum quod prę statur ab his, &c. in versic. quatuor . dicens , quòd consuetudo sic interpretatur, vt iuramentum factum super quolibet libro valeat, vt in l. si de interpretatione. ff. de legibus & Senat. Consul. & quidem dicta sententia supradictæ Glosæ in versic. tacta. singularis & memorię cõmendanda pro decisione istius materię, & iccircò sciendum ipsam gl. his pręcisis verbis vsam fuisse , videlicet : iuramenta quæ præcipiuntur à iure, sicut testis, calumniæ, veritatis, vel à iure municipali, iudice , vel parte ex necessitate deferuntur, debent fieri tactis Euangelijs , aliàs fieri possunt sine tactura*: quędam autem iura dicunt simpliciter iurari, quædam corporaliter, quędam super Sancta Dei Euangelia, quædam addunt ipsorum tacturam, vt hic, scilicet in dicta Clementina ,

& in c.quotiés. 1.q.7.& in Clem. Romani.verſ.porro.de iureiur.& in c.laudabilem.ext.de frigid. & malefic.

Et addidit dicta Glo.vbi ſupra, quòd de conſuetudine ſufficiat tactus cuiuſcunque libri, vel ſcripturæ, & dicit hoc procedere etiam,vbi de corporali iuramento in aliquo iure exprimitur: nõ autem ſic dicendum erit de tactura Euangeliorum, vt in dicta Clemen.prima, de hæretic. & in concor. Idem docuit Alexan. in l.tertia.§.finali. numero tertio,ff. de iureiuran. in verſiculo addit etiam Paul. Alciatus verò in rubric.extra de iureiuran. numero trigeſimotertio, verſiculo potes in hoc. dixit, quòd in hoc poſſumus diſtinguere tali pacto, videlicet: Aut lex exprimit, vt corporaliter iuretur, & iſtud non habet dubium: Aut nihil dicit, & tunc,aut eſt odioſa, aut non. Si ergo lex eſſet odioſa,tunc requireretur tactus ſcripturæ, & non aliàs. Et ſatis dicetur legem hoc exprimere, ſi dicatur, quòd debeat ſolemniter iurare, vt eſt de mente Bal. in capitulo primo, ſi a Domino. titu. quid ſit inueſtituræ in vſibus feudi. & facit. l.ſi alterius. C. ſi minor ſe maiorem dixerit.

Sublimita ſecundò ſingulariter allata in dicta limitatione vnica: dicendo illam non habere
58 locum in iuramento delato † a parte parti, quia ſi pars quærat iurari tactis ſcripturis, vel ſub alia ſpeciali forma: quoniam talis forma erit ſeruanda, & hæc ſublimitatio probatur veriſſima: infraſcriptorum Doctorum auctoritate. Nam hoc ipſum docuit Gloſ. in Clemen. prima, in verſiculo tacta.de hęretic. Ioannes And. in capitulo etſi Chriſtus. columna ſecunda, extra de iureiuran. Idem docuit Decianus per multa in volum.2. tract. crimin.in libro ſexto, cap.11. & ratio eſt, quoniam iurandum eſt ſecundum formam delationis, vt in l.3.in fine,ff.de iureiuran.

Limita primò ſingulariter allata in dicta ſublimitatione ſecunda, dicendo ipſa nõ habere locũ, ſi a
59 parte parti † ſimpliciter requireretur iurari, quoniã tũc ſatis erit ſi iuretur ſecundum conſuetudinem, ſ.per Deum, vel Sancta Dei Euãgelia, vt expreſsè infraſcripti Doctores, videlicet Alciat. in rubr.ext. de iureiur.n.32. verſ.aliàs in dubio. Abbas in rubr. de iureiur.& in c.etſi Chriſtus. ext.eo.titu. Bar.in l.qui per ſalutem. ff.de iureiur.Corſet.in addit.Ad Abbatem.in d.rubr. Idem docuit Bal. in d.l.3.§. fin.in lectura antiqua. & ibidem Fulg.hoc ipſum eliciẽtes ex l.quod ſi nolit. §.ſi aſſidua. ff.de edil.edict. & in l.2.§.finali. ff.de teſtibus. Idem docuit Bart. in l.ſi neque, ff. de iureiuran. Idẽ docuit Paul.de Caſt.in dicta l.tertia.§.finali, idem docuit Alexan. in dicto §.finali, numero ſecundo,addẽs, quòd ſi non conſtaret ſic de cõſuetudine, tunc debebit iurari (ſecundum Bal in dicto §. fin.) prout in alijs iuratur. Idem docuit Antonius Gabr. in tract. concluſ. libro ſecundo, titu. de

mino-

minoribus. conclusione 5. nu. 38. versiculo secundò sublimita, dicens, quòd in iuramentis voluntarijs non refert, an iuretur tactis scripturis, vel sine earum tactu, vt docuit Iason in Authen. sacramenta puberum, colum. 3. C. si aduersus vendit. quem sequitur Cassaneus in consi. 24. colum. fin. nu. 15. citans ad hoc probandum. Guid. Pap. in consilio 31. col. 7. & sequenti.

Limita & secundò singulariter allata in dicta sublimitatione secunda: dicendo illa fore intelligenda vera, scilicet quòd forma iuramenti præscripta a parte parti sit seruanda, ita quòd aliàs vis iuramẽti corrueret, sano modo, scilicet quando a parte parti prę
60 scriberetur forma iuramenti, cui addita non fuisset aliqua execratio, vel aliquod non solitum: quia si hoc fieret, tunc pars illa taliter requisita omnino a tali iuramento deberet abstinere. Nã vt peroptimè docuit Alciatus in rubr. ext. de iureiur. nu. 32. in fine. hoc ipsum probatur per argumentũ in l. 3. & sequentibus. ff. de iureiuran. hoc ipsum docuerunt & alij Doctores in dicta l. 3. §. fi. elicientes indè regulam, & dicentes, qꝙ forma præscripta a parte parti sit seruanda, aliàs iuramentum esset nullum: inter quos est Alexan. in dicto §. fin. referens idem tenuisse Gui. de Cun. Alber. de Rosat. & Bal. in dicto §. finali, in lectura antiqua. Et ratio secundum eos est, quia responsio non fuit consona interrogationi, seu postulationi, & quòd ad hoc cient l. si quis simpliciter. ff. de verborum obligat. & quòd subdant, quòd si detuli, vt iurares per Deũ Patrem, & iurasti per Filium, tamen valeret iuramentum, quia Filius & Pater idem est Deus in substantia, vt in Epistola inter claras, & sequenti. C. de summa Trinit. & fide Cathol. Idipsum nituntur probare ipsi Doct. per argum. in l. cum sumus. §. 1. C. de agri. & cens. lib. 10. & in l. quæ extrinsecus. in fi. ff. de verbor. obligat. idem docuit Pau. de Cast. in dicto §. fin.

Limita & tertio allata in dicta sublimitatione secunda. Dicendo, quòd quando defertur iura-
61 mentum a parte parti † ex necessitate. Vel quod a iure præcipitur, vt in testimonio ferendo, vel calumniæ iuramento, tunc iuraturus debet iurare ad Sancta Dei Euangelia, sicut dicimus in alijs iuramentis necessarijs, vt in capitulo finali, extra de iuramento calumniæ, prout specialiter, & ex presse docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Innocentius, Hostiensis, Abbas, & reliqui Canonistæ in c. etsi Christus. ext. de iureiuran. Nam ibi dixerunt, quòd quando simpliciter defertur iu-
62 ramentum, † videtur deferri per Sancta Dei Euangelia: prout est forma iurandi de iure, vt in dicto c. fi. quos Doctores sequutus recensuit Alex. in l. 3. §. fin. nu. 3. versic. addit etiam Pau. circa finem. Addens, quòd Bar. in l. qui salutem. ff. de iureiuran. tenuit per ipsum textum, quòd tunc videatur iuramentum latum per

Deum: quod & docuit Bal. in l. ſi neque, §. 2. ff. de iureiuran. in verſic. neque poterat procedere ſecundum iſta iura digeſtorum. Idem docuit Glo. ſingul. in c. vt circa. verſic. præſtito. de elect. in ſexto, quam ibi ſequuntur Archidiaconus, & Petrus de Anchar.

Limita & ſecundò ſingulariter allata in præcedenti concluſione tertia, dicendo illam non habere locum in Epiſcopis, & Clericis,
63 quoniam ipſi Epiſcopi † coram ſe ſtantibus Sanctis Euangelijs, etſi ipſa non tangant in duobus caſibus, nempè in teſtimonio ferendo, & in iuramẽto calumniæ: in reliquis verò negotijs debent iurare ſicut & cæteri. Hæc limitatio probatur duplici medio. Primò enim per text. in c. fin. ext. de iuramento. calum. Vbi Gregorius Vndecimus his præciſis verbis vſus fuit, loquendo de iuramento præſtando ab Epiſcopo, tanquam a principali, aut teſte, videlicet. [Si per te ipſum propoſitis tantum, ſed non tactis Euangelijs ſicut in dicendo teſtimonio a te videtur huiuſmodi iuramentum exhibẽdum.] hæc ibi. Vbi cõmuniter per Doct. ſubſcribitur præſenti noſtræ limitationi veriſſimè. Idem per optimè probatur per tex. in Authen. ſed Iudex. aliàs ſi Iudex. C. de Epiſcopis, & Cler. [Vbi Imperator præcepit iudicibus, q̃ in exactione iuramẽti tam ab Epiſcopis, q̃ a clericis nõ per eorũ tactus ſuper ſcripturas, ſed ſolùm propoſitis ſacroſanctis Euangelijs, ſecundum q̃ decet ipſius Sacerdotes: (Vbi glo. ſingularis idipſum apertius docuit) & q̃ illi dicant quod nouerint, non tñ iurant.] hæc ibi. ſ. per ſcripturarũ illarum tactum, prout ibidẽ Doctores exponunt. Idem rurſus habetur in Authen. de Sanctiſſimis Epiſcopis. §. nulli. & ibi communiter per glo. & Doct. Idẽ docuit Alciatus in rubr. ext. de iureiur. col. pen. nu. 35. verſ. ſublimitãtur. Nec præſenti noſtræ limitationi obſtare poterit text. in c. quotiẽs. el primo, 1. q. 7. vbi refertur fuiſſe delatum Epiſcopo hæretico iuramentum per tactum Sanctorũ Euangeliorum: cùm ibi habeantur hęc præciſa verba, videlicet. [Vñ iurans dico per Deum Omnipotentem, & hęc Sancta quattuor Euangelia, quæ manibus meis teneo.] nęc ibi. Idipſum docuit gl. ſingularis in c. vt circa. in verſic. corporali. in fi. de elect. in ſexto, Addens, q̃ probetur, q̃ in alijs Epiſcopus teneatur iurare tactis Sãctis Euangelijs per d. text. in c. quotiens. & in c. ego N. in fi. & in c. quotiens. §. porrò. In princ. & in fi. ext. de pugnat. canon. & in c. venerabili. ext. de ſent. excom. Idipſum docuit Speculator in lib. 4. tit. de iuramẽto, calum. §. nunc dicamꝰ qualiter. nu. 4. verſ. item nota, q̃ cùm Epiſcopus dicens, q̃ in ferendo iuramento calũniæ, vel de veritate non tangit Epiſcopus Sancta Euangelia, ſed. miſpreit ea, vt in d. c. fin. tamen quando quæritur. ſ. cùm reuertitur a ſelſmate, vel hæreſi, vt in c. quotiens. el primo, 1. q. 7. & q̃ abſoluitur ab excommunicatione, vel ſuſpẽſione. vt in c. venerabili. ext. de ſentẽtia excom-

Digitized by Google

excommunicationis. Idé docuit Prepositus in c. Episcopus nõ flagitetur. 11. q. 1. sequés citatas sententias glosæ in d. vers. corporali. & Specul. vbi supra. Addés, quòd tunc expansis manib. super Euangelia iurat, prout ibidem retulit se executum fuisse Bart. Brix. in causa Patriarchæ Grand. & Episcopi Venetorum.

Sublimita singulariter allata in limitatione secunda dicẽdo, q etsi de iure communi in illis casibus supra enarratis requiratur, q Episcopus tangat Sancta Euangelia, dum iurat: Hodie tamen per contrariam cõsuetudinem introductum est, quòd sufficiat Episco
64 pis, † & superioribus Prælatis, ac Presbyteris in delatione iuramenti tangere sua propria pectora, & huic sublimitationi se subscripserũt infrascripti Doctores, videlicet Præpositus in c. Episcopus non flagitetur. in fin. 11. q. 1. Idem docuit Pau. de Cast. in Authen. sed Iudex. C. de Episcopis, & cler. Panormitanus in c. tuis, ext. de testibus, quem citat, & sequitur Siluester in sua Summa in versiculo testis. §. sextò quæritur, particula tertia. Idem Alciatus in rubr. ext. de iureiur. nu. 35. Idẽ Rota in antiquis sub tit. de iureiur. decis. 7. alias 819. incip. Sciẽdũ est, etsi ibidẽ subdiderit Gregorium Papam XI. contrariũ voluisse de Episcopis, qui erant in curia Romana, prout audierat ab eodem Papa D. Cardinalis Flor. & ratio erat, quia Papa de iure supra ius potest dispensare, vt habetur in c. præposuit. de concess. præben. Nec mirum, q hodie sit standum tali consuetudini, cum sit rationabilis, & iam per multorum annorum curricula præscripta, eo quòd talis consuetudo præiudicet iuri positiuo, vt in capitulo finali, extra de consuetudine, & ibi communiter per Doctores.

Amplia singulariter allata in dicta sublimitatione vnica, dicẽdo ipsam habere ét locum rõne dictę consuetudinis, in Monachis, seu regularib. & in alijs clericis
64 secularib. † vt docuerũt infrascripti Doct. (vltra citatos in dictæ sublimitationis probationẽ) videlicet Guido Papę in decis. 65. incip. Licet de iure. nu. 3. quẽ citat, & sequitur Cartharius nouissimus Doctor (qui adhuc viuit) in sua singulari practica interrogãdorum, lib. 3. c. 3. nu. 19. vers. clerici verò iurant, qui quamuis citet ad hoc ipsum probandum Capellam Tolosanam, q. 161. Tamen nescimus quomodo eam in hoc citauerit: cùm apertissimè potius contrarium docuerit, eo q ibi his præcisis verbis a se fuerit dicta Capella, videlicet. [Item quidã fratres Prædicatores per modũ Conuentus, & solemniter fecerũt transactionem, pactum, seu conuentionem cum quodam Titio, quas iurauerunt seruare positis manibus suis ad pectus more Religiosorum, & non supra sacra. Post dicunt Ecclesiam læsam, petentes restitutionem nomine Ecclesiæ, opponitur de dicto Sacramento per Authen. sacramẽta puberũ. C. si aduer. vendit. fuit determinatũ quòd.

quòd poſſunt reſtitui : quia illud Sacramentum impedit reſtitutiõnem, quando in præſtando, Sacra tanguntur, & non aliter, vt notat Cyn. & Bar. in dicta Authen. & glo. in corpore, vnde illa ſumitur. Ioannes And. in c. etſi Chriſtus. de iureiur. Archid. in c. vt circa: in verſic. præſtita. de elect. in ſexto, & rurſus Ioannes And. in Clem. 1. in ſua glo. ſuper verſi. tacta. de hæretic. facit l. 1. C. de iuramento calum. & Collectaneus in capit. conſtitutus. extra de in integrum reſtitu.] hæc ſunt præciſa verba dictæ Capellæ Toloſanę. ex quibus videtur eliciendum contrarium : niſi dicamus, quòd regulariter ſit verum quòd eis ſufficiat iurare ſolùm tacto pectore: non autem in venditionis contractu. de qua tamen quæſtione aliàs latiùs Deo Optimo Maximo duce dicetur.

Ex his omnibus allatis in hoc ſecundo præmiſſo, quàm facillimè comprobatur promiſſionem, ſeu pactum initum inter dictos aleatores, & vallatum verè poſtea à debitore iuramenti vinculo fuiſſe.

Præmittimus & tertiò ad maiorem intelligentiam obligationis, quam quis incurrit ex factis pactis, cum aliquo : vt deniq; cognoſcere apertiſſimè poſſimus veritatem fundamentorum : vnicæ concluſionis afferẽdæ ad veram deciſionem preſentis propoſitæ quæſtionis quotidianæ difficilis & digne ſcitu tam ab aduocatis, Procuratoribus, Iudicibus, quã ab ipſis confeſſoribus, ne clauis eorum errando aliquem abſoluendum ab onere reſtituendi, condemnet, vel condemnandum ad reſtituendum aliquem abſoluat.

Sciendum, & memorię tenaciſſimè imprimendum igitur erit, & tertio loco, quòd initio creaturę humanę homines viuebant, ſine legibus ſcriptis atramẽto, aut aliquo alio inſtrumento extrinſeco, & ſine Regibus : & omnia erant cõmunia, nec dum erant inuenta, ſeu cognita dominia rerum, nec peculiares poſſeſſiones & conſequenter, nec contractus, nec comercia : in illa ergo ætate vigebant ſola illa principia naturaliter ab omnibus, nõ quidem per inquiſitionem conceſſa, ſed quaſi ex inſtinctu naturali, ſeu ex inclinatione quadam ad ipſum verum & bonum : Ideo quicquid illa ętate ſeruabatur,

65 † Doctores appellant ius naturale, quia ſcilicet, anima rationalis ex vi naturę ſuę ſimpliciter, & abſque alia inquiſitione, vel ratiocinatione determinatur ad eã vel ſecundum nonnullos vocatur ius gentium primæuum: quia ſicut in ſpeculabilibus, quædam ſunt prima principia, quæ comẽtator dicit in tertio de anima eſſe naturaliter innata, ſeu cognita, non quia à principio noſtræ creationis, ſed quia ſine ſpeciali inquiſitione, & ratiocinatione. Imò verò tantum ex ſola naturali inclinatione intellectus ad eligibile, illa prima principia ſtatim comprehendimus, & concedimus quando nobis occurrunt.

ita

ita etiã in operationibus: quantum ad practicum intellectum quædam sunt prima naturæ incitamenta, seu (vt ita loquamur) potentiæ & appetitus sensitiui, primæue directiones, aut ignicu li quidam, quos ex ipsa natura & suis obiectibus facile tenendos prima illa gentium ætas concedebat: & hoc est quod voluit dicere Bal. in Rubr. 1. de verb. obligat. colum. 2. in fine. & sequitur ibi Socinus col. 1. dum dicunt, quòd ex illo instinctu procedebant aliquæ conclusiones: obli-
66 gationes † ergo quæ ex illo iure procedebant sunt in multiplici differentia. Nam quædam ex ijs procedebant ex virtute solius po tentiæ sensitiuæ: cuius modi sunt maris & fœminæ coniunctio, illatę violentiæ repulsio, & cętera id genus: quędam verò obligatio nes producebantur ex virtute po tentiæ sensitiuę directę ad obe-
67 diendum rationi: vt illa, quòd † maioribus pareamus, benefacien ti benefaciamus, fidem, promissumque seruemus, & cętera id genus: quòd autem ea obligatio, vt maioribus parcamus, descendat ex hoc iure, probat Aegisippi libro quinto de excidio Hyerosolimitano cap. 15. lex nempè (inquit) naturę eadem nobis hominibus, volatibus, ferís, bestijs infusa, vt vnusquisque cedat potentiori, Taurus Leoni, Ceruus Vrso, & sic de singulis: & approbatur etiam, quoniam non seruare promissa est fidem fallere, hominique insidiari: quod à iure naturali primæuo vetitum reperitur. vt in l. vt vim. in fine. ff. de iust. & iure. & per cõsequens erit dicendum, quòd obligatio, quæ ligat nos ad fidem seruandam, ne decipiamus ei, cui aliquid promisimus, descédit de mente dictæ l. vt vim, cùm ibi dicatur esse de iure naturæ prohibitum hominem homini insidiari, ideo etiam hoc eodem iure substantia pactorum erat. & licèt forte illo iure non dum esset intenta materia pactorum. & hæc succinctè dicta de pactorum obseruandorum origine proficiscente à iure naturali sufficiant, cùm ad satietatem ferè dixerimus de eadem materia in tract. nostro inscripto scrutinium iuris.

Idipsum fuisse præceptum de iure gentium secundario statim apertissimè (Deo duce) probabimus, pro cuius tamen maiori intelligentia erit animaduerten-
67 dum, quòd sicut † in rebus speculabilibus, quæ non sine inquisitione, & ratiocinatione conceduntur: etsi deriuentur à primis principijs per status, & conclusiones; sic in operationibus anima rationalis ex vi suę naturæ ad quædam per ratiocinationem, & inquisitionem incœpit determinari: & illa ex primis principijs deducere: & hoc ideo quia potentia sensitiua, quæ est apta nata aduersari, & obedire rationi, in quibusdam hominibus incępit magis aduersari, & in quibusdam magis obedire rationi: prout docuit Plutarchus in lib. de virtute morum, pagina 7. Dicens cùm animalibus ratione prædi-

prędítis natura dederit omnibus in rebus ratione vti, & ab ea gubernari. nos illam ſępe violętiori alio impetu reijcimus. Huiuſmodi autem ſtatus & concluſiones Philoſophi appellant ius gẽtium ſimpliciter: nos autem legiſtæ appellamus ius gentium ſecundarium, ad differentiam iuris naturalis, quòd à Iuriſperitis appellatur ius gentium primęuum. & ex hoc iure cępit eſſe in vſu meũ, & tuum, (& meritò, vt latiſſimè probauimus in dicto noſtro tracta. inſcripto Scrutinium iuris, vbi agitur de iure gentium.) & ſic dominia rerum inde fuerunt diſtincta propter illud Deuter. c. 11. verſi. 24. [omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit] quapropter indè ortũ habuerunt
68 bella, † non diſpoſitiuè, vt quidã falsè arbitrati fuerunt, ſed cauſatiuè & occaſionaliter: quia ius gentium non ſtatuit bella: ſed ex quo diſtincta fuerunt dominia rerum, inſurrexerunt etiam bella: vt omnes Doctores vno ore aſſeuerant ex hoc iure, vt communiter docent omnes, vt ceſſent bella, quæ ob violata pacta quàm ſępiſſimè geruntur. Meritò per ipſum ius Gentium introducta pa-
69 cta † profecerunt tam res iuri naturali conſona, & apta ad ſedandas lites, ac diſſenſiones natas, & oriundas, ex quo etiam iure indulgetur nobis actio ex pactis etiam nudis: cum hoc dependeat à iure naturali: etſi non in foro ciuili, ſed ſolùm Pontificio, vt paulò poſt dicetur.

Tertio autem loco introductum fuit (Deo Optimo Maximo ſic diſponente) ius Ciuile: & ratio ſecundum Doctores illa vi-
70 detur potiſſima † (de quo latiùs dicemus in ſupra citato noſtro tract. inſtripto Scrutinium iuris) ſcilicet, cùm auctus fuiſſet Populus Romanus, adeo, vt omnia manu regia nõ poſſent expediri, neceſſarium fuit, quòd Principes & populi ſtatuerent certos Magiſtratus, qui iura redderent: & tunc iudiciorum ſolemnia ſimul, & actionum formulæ inuentæ ſunt: vt quæ dicti Magiſtratus certiores iure reddendo præeſsẽt, oportuit illos decernere leges. nam ex quo non poteſt Princeps per omnem vitam ad ſingulos circumſpicere, ſedulusque aſſidere cuique, & cuiuſq; cõmoditati conſulere: neceſſarium fuit vt conſtitueret plurimas leges: cùm plus eſſet in potentia, reſpectu materię iuris, & in habitu reſpectu formę iuris, quàm poſſent deducere in factum, eo quòd tem
71 pus & quantitas † accidentium ſemper ſint in maiori potentia & habitu iuris, quàm in actu. ideo neceſsè fuit conſtitui leges nouas ſucceſſiuè reſpectu contingẽtium futurorum, ad quæ ius naturale vel gentium nõ poteſt attingere, vel in quibus eſt dominium: & has leges in corpore iuris inſertas habemus: præſertim eam, quę iubet neminem ſine actione experiri, vt in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de negot. geſtis. quapropter licèt quis haberet aliquem naturaliter obligatum: ſi tamen ius ciuile non aſſiſteret illi obligationi

gatióni, dato etiam, quòd illi nō
resisteret. nihilominus ex illa o-
72 bligatione† quis nō posset expe-
riri in iudicio, vt declarauit Bal.
in Rubr. ff. de verb. oblig. colum.
5. in fin. si autem aliqua de causa
ius ciuile assisteret, tunc ex illa
assistentia induceretur obligatio
ciuilis, vt declarauit Bal. in l. si v-
nus. §. pactus ne peteret. col. 3. ff.
de pactis. & ex ipsa ciuili obliga-
tione oritur actio, vt in l. licèt ea
obligatio. ff. de procurat. & indè
huius obligationis virtute quis
poterit in iudicio experiri. hinc
est, quòd licèt de iure gentium
secundario posset quis implorare
manum regiam ad simplicis pro-
73 missionis obseruantiam:† tamen
quia huic naturali obligationi
ciuilis lex non assistit: ideo talis
promissio dicetur nuda, idest,
nullo iuris ciuilis munimento ve
stita, seu fomentata. & hæc est ra-
tio quare quotidie dicamus ta-
lem promissionem esse pactum
74 nudum†: cùm pactum sit duo-
rum, pluriumvè in idem placi-
dus consensus. vt in l. pactum. ff.
de pactis. & pactum dicitur à pa-
ce, quasi pacis actū. & pactio est
actus paciscendi. Sed sciendum,
quòd non sine ratione ius ciuile
75 †noluit assistere obligationi na-
turali, quæ resultat ex pacto nu-
do. nā animaduertentes iuris ci-
uilis conditores, quòd indè ma-
ximum detrimentum produco-
retur bono cōmuni, pro eo quòd
quàmplurimi, vt se ostenderent
liberales, & gratos; indelibera-
tè etiam non requisiti multa pro-
mittunt: cum in solis verbis as-
solent homines esse largissimos
promissores, suasque vires facul-
tatum excedentes. & hac ratione
motus Riccardus de Media villa
in 4. sent. dist. 38. art. 3. q. 3. dixit,
quòd multo etiam ex delibera-
tione aliqua bona dicunt se factu-
ros, qui hoc non dicerent, si cre-
derent per hoc esse obligatos ad
id faciendum tanquam necessa-
rium ad salutem: ad quod facit
tex. in c. conuenissent. extra de in
stitu. per quem communiter scri-
bentes solent dicere: quod si ego
dico tibi: vis mihi dare talem
rem? & tu respondeas, non solùm
istam rem, sed quęcunque habeo:
quòd ex istis verbis generalibus
non nascatur obligatio. quod di-
ctum singulare retulit, & sequu-
tus fuit Franc. de Curte in l. ea,
quæ comendandi. ff. de contra-
hen. empt. quapropter meritò ius
ciuile non putauit æquum esse,
quòd qs astringatur huiusmodi
promissionibus, prout etiam per-
optimis rationibus alijs idipsum
docuit Salic. in l. legem. colum. 5.
in fi. versic. si tamen. C. de pactis.
Ex his ergo omnibus hìc allatis,
quàmuis eliciatur verissima con-
clusio, in qua dicimus quòd de iu
re ciuili pactum nudum non pro
ducat actionem contra paciscen-
tem, & in fauorem recipientis ta
le pactum sibi factum: vt probant
infrascripta iura & Doctor. com-
muniter. Nam hoc ipsum docuit
apertissimè tex. in l. iuris gētium.
§. igitur nuda pactio. & in §. & ge
neraliter. ff. de pact. vbi hæc ad
verbum habentur, videlicet: [igi-
tur nuda pactio obligationē non
parit,

parit, ſed parit exceptionem.] hæc ibi, vbi glo.in verſic.igitur. addit, quòd hæc regula patiatur nonnullas fallentias iuxta deciſionem nõnullarum legum, quas ibi dicta glo.recenſuit.vide ergo ibi.idem habetur in dicto §. & generaliter: vbi dicitur [& generaliter quoties pactum à iure cõmuni remotum eſt, ſeruari hoc non oportet.] Idem elicitur ex arg.in l.elegãter.§.ſeruus pactionis.ff.de dolo malo:dum ibi tex.
76 ait,[nullam actionem † eſſe;quæ exceptione repellatur.]Diximus hoc elici ex arguméto, quoniam etſi ibi text. non loquatur de pacto nudo,tamen, cùm ibi fiat ſermo de actione ex dolo inſurgen-
77 te,dicitur, q̃ ex dolo,licèt † non competat actio, tamen competit exceptio, ſubdens regulam, quòd vbi competat exceptio, ibi ſignum ſit quòd non competat actio.cum ergo in dicto §. igitur. nuda pactio dicatur, quòd virtute nudi pacti, nulli competat actio, ſed ſolùm exceptio: inde ſequitur textum in dicto §.ſeruus pactionis.idipſum voluiſſe tacitè confirmare, dicendo, quòd nulla ſit actio illa, quæ exceptione repellatur. & inſuper, quòd pa-
78 ctum nudum† de iure ciuili nullam pariat actionẽ,apertiſſimus tex.in l. legem. C.de pactis. docuit, & ibidem Doctores idipſum docuerunt, & ſubſequentes alij Doctores in dicto §.igitur nuda pactio. & in alijs ſupra citatis iuribus communiter:& vltra eos infraſcripti Doctores expreſsè docuerunt, videlicet Decius in l. legem.num.6.C.de pactis.Alciatus in l. in bonæ fidei.nume.27. C. de pactis. Hipp. de Marſil. in repet. rubr.ff.de fideiuſſ. nu.357. verſ.nam licet ex facto: Idipſum elegantius docuit Marianus Socinus iun.in repet. rubr.ff.de verbor.obligat. num.116. verſic.aliquãdo & tertiò.dicens,quòd aliquando ius Ciuile nec approbat, nec reprobat aliquid,ſeu vt dicitur non aſſiſtit, neque reſiſtit, vt contingit in pactis nudis: nam ipſo iure Ciuili non approbantur ipſa pacta,vt ſic actionem producant,nec etiam improbantur, vt eis ius Ciuile dicatur reſiſtere, & ideo licèt non producant actio-
79 nem, † tamen non ſunt omnino nulla, cùm eis oriatur obligatio naturalis ex conſenſu propter æquitatem fidei ſeruandæ,quæ na-
80 turalis obligatio † eſt multiplicis effectus: Impedit enim ſoluti repetitionem,vt in l.naturales.ff. de act. & oblig. & in l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.in fi.ff.de fideiuſſ. Idẽ deduci poteſt in compenſationem,etſi talia pacta tendant ad liberandum ſuggerente æquitate producunt exceptionẽ, vt in l.iuriſgentium. §.igitur nuda.ff.de pact.Idipſum docuit Andreas ab Exea in ſua ſolemni repetitione rubr.de pactis.in tertia par.ipſius.nu.273. qui elegantiſſimè ſubſequenter ibidem ſubnectit nonnullas ampliationes dictæ concluſionis, ſeu regulæ, in qua diximus pacta nuda non producere actionem ciuilem,ſed ſolum naturalem, quas tamen hìc referre neglexímus,cùm nihil ad

pro-

propositum presentis nostre consultationis facere videatur. idem docuit Afflictus in decisione 120. num. 2. versic. quia verbum promicto. & nume. 5. versic. igitur ex dicto pacto. dicens, quòd ex pa-
81 cto nudo oriatur obligatio † naturalis tantum, regulariter. idipsum docuit Salic. in dicta l. legẽ. nu. 7. de his ergo pactis nudis à iure gentium approbatis, ex quibus oritur obligatio solùm naturalis, & non ciuilis, loquens more solito Alciatus in l. 1. nume. 4. & sequen. versic. hæc pacta. C. de pactis. dixit, quòd hæc pacta iure gentium obligationem propter consensum producebant, quæ obligatio naturalis dicitur, & elicitur ex text. in l. cùm amplius. §. is natura. ff. de regu. iur. vbi dicitur. [is natura debet, quem iure gẽtium dare oportet: cuius fidem sequuti sumus, vbi glo. dixit, quòd quis naturaliter tenetur de iure gentium nudo pacto, eò quòd, scilicet æquum erat seruare talem fidem: vnde
82 & nomen fides † sumpsit, si Ciceroni credemus; quia quod dictum est fiat. mandari autem huiusmodi promissa executioni aliqua actione non poterant, quia
85 nullæ ex iure erant actiones: solùm ergo ad retentionem, quæ defensiuis est species, sufficiebãt: etsi aliquando his, qui receperant huiusmodi pacta nuda aliquando soliti sint Principes fauere, cogentes huiusmodi promissores ad satisfaciendum promissis: succedit inde ius Ciuile, ĩ quo Legislatoribus visum fuit nõ abolere penitus vim huiusmodi nudorum pactorum, quæ ex iure gentium processerat, ipsam relinquentes in sua propria natura; statuentes, vt solùm sint contenti parere naturalem obligationem, prout antè ipsum ius Ciuile producebant hinc simpliciter Prętor (vt in l. iuris gentium. §. prętor. ff. de pactis. ædicto suo se pacta sua ser
83 uaturus pollicetur: seruat † enim, qui rem vti est, non sinit extingui, etiam si eam non augeat: cùm hęc sit germana significatio seruare, nisi aliud ex subiecta materia, vel altera disiunctiua parte appareat. pro cuius rei maiori intelligentia sciendum, quòd natu-
84 ralis obligatio, † sicut ius gentium dupliciter consideratur: nã obligatio naturalis primo considerari poterit pro ea, quæ oritur ex consensu & æquitate naturali, quæ suadet promissa seruari, & hæc contrahitur etiam cum seruis, & inter patrem, & filium. Secundo poterit considerari pro naturali instinctu, quo monemur, vt benefacienti benefaciamus: & hæc contrahitur inter quoscunque, etsi varia fuerit Doctorum sententia circa species ip-
85 sius naturalis obligationis, † tamen communiter dicitur duplicem esse spẽ naturalis obligationis: nam alia est, quæ oritur ex ratione naturali, solis hominibus competenti, cùm bruta ratione careant, & ista consistant in obseruantia promissorum: vnde in l. 1. ff. de pactis. & vt quis alteri ne faciat, quod sibi nollet fieri. & huiusmodi, quæ ratio naturalis

ralis ſuadeat; & iſta eſt de iure gentium: vt elicitur ex l.cùm amplius.§.is natura. ff. de regu. iur. vbi hæc habentur, videlicet: [is natura debet, quem iure gẽtium dare oportet, cuius fidem ſequuti ſumus]hæc ibi.vbi & idem docuerũt Decius, Cagnolus,& alij. alia eſt obligatio naturalis, quæ oritur ex inſtinctu naturæ, qui etiam brutis communis eſt, vt benefaciẽtibus benefaciamus: nam & bruta hoc faciunt,vt experientia ipſa nos docet.& ius gentium
86 † eſt duplex, ſcilicet primæuum & ſecundarium:primeuum idem eſt, quod naturale, cùm habeat concomitantiam cum iure naturali: ex quo oritur illa naturalis obligatio, nos mouens ad benefaciendum benefacientibus, eò quòd ipſum fuit introductum naturali ratione abſq; conſtitutione aliqua, ex quo gentes eſſe cœperunt,vt eſt fidẽ ſeruare. Secundarium ius gentium dicitur illud, quo omnes gentes vtuntur, quodque ſibi gentes conſtituerunt non ſecundum rationem naturalem,ſed quodammodo contra ipſum, vt ſunt bella, captiuitates, ſeruitutes, & dominiorum diuiſiones: Ex his ergo concluditur, quòd ius gentium primæuum nihil aliud ſit,quàm naturalis ratio inſita hominibus, & ſic eſt paſſio animæ, ex quo iure oritur æquitas, quæ ſuggerit fidem ſeruare in omnibus contractibus. Secundarium verò eſt, quod continetur in hominum introductis cõſtitutionibus, ad qđ
87 viuẽdum: & quòd naturalis † obligatio, de iure ciuili non producat actionem & infraſcripti alij Doctores docuerunt, videlicet Iaſon in inſtitu.tit.de actionibus.§.ſupereſt.num.10. qui Iaſon in l.ſi quis maior.C. de tranſact. & moderni in Rubri. ff. de verb. oblig. Maranta in ſuo ſpeculo.in 6.par.2.par.ſuper 9.actu. nume.24.Berengarius Ferand.in repet.l.pacta conuenta.ff.de contrahen.empt.nume. 30.cum alijs ſequen. in prima lect. idem docuit Salic.in l.legem.colum.6. in principio.C. de pactis. dicens, quòd ideo hoc decreuerit ius Ciuile, vt occurreret ſimplicitati imprudentium, qui nulla præhabita conſideratione, promiſerit ſua in eorum graue præiudiciũ: & inſimul ad compenſandam & annihilandam malitiam eorum, qui ſuis blanditijs ſpoliant ſimpliciores rebus ſuis. Idem docuit Straccha in tract. mercatur. f.130.nume.1.verſic.illud in primis.Attamen diceret quis.quare ergo dicunt iura & Doctores cõmuniter, quòd ex ſimplici nudo pacto non oriatur de iure Ciuili actio Ciuilis, ſed ſolùm naturalis obligatio? ad hoc reſpondendum erit cum Aret.in inſtitu.titu.de exceptionibus.§. præterea. nume.13.qnòd cùm in pactis nudis verſetur ſolùm factum nudum ſine aliqua iuris ſolemnitate: ideo ius ſtatuit, vt Ciuilis actio & obligatio (quæ oritur ex concurſu ſolemnitatum) non naſcatur, ſed ſolùm naturalis obligatio: cùm ipſa non dependeat ab aliqua extrinſeca ſolemnitate,

ſed

Digitized by Google

sed solùm a facto, & consensu contrahentium. Quapropter cessante iuris solẽnitate, etsi cesset ciuilis actio, & obligatio, non tñ naturalis, quæ solùm necessariò requirit consensum contrahentium, & sic meritò vbi non est causa, ibi
88 † non erit causatum. vt in l. manumissionis. ff. de iust. & iure, sed actio est quoddam causatum. vt in l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurat. ergo non poterit actio sine
89 causa oriri. At pactum † nudum dicitur, cui non subest causa. vt habetur in dicto §. sed cùm nulla. in l. iuris gentium. ff. de pact. & hanc vltimam rationem tradidit nobis etiam Bal. in Rubr. extr. de pactis. colum. 3. in fine: quem refert ac sequitur Franc. Viuius in tract. commu. opinio. in verli. pactum nudum. num. 2.

Prẽmittimus & quartò pro maiori intelligentia allatorum & afferendorum in decisionẽ quæstionis propositæ, & totius materiæ pactorum iuramento confirmatorum: cùm in casu proposito ipsum interuenerit: memoriæ igitur tenacissimè comendandum erit: & quarto loco, quòd species
90 pactorum prohibitorum † sunt septem. Quarum prima dicitur quotiens pactum aliquod reprobatur, eo quòd est contra bonos mores: Secunda species est, cùm pactum ideo reprobatur, quia aduersus ius publicum fit. Tertia species est, cum pactum ideo reprobatur, quia versatur in eo, quod principaliter fauore priuato inductum est, & consequẽter in publicam vtilitatem vergit. Quarta species, cũ pactum contingit, reprobatur à lege quæ publicæ vtilitatis, nec in consequentiam quidem meminit de ipsa publica vtilitate, sed prohibet pactum in fauorem paciscentis. Quinta pactorum prohibitorum species dicitur illa: quando lex ipsa pactiones propter varias ciuium vtilitates prohibet. Sexta species cum pactio in odium creditoris à lege reprobatur. Septima & vltima species pactorum prohibitorum dicitur, cum contractus à lege reijcitur, quia in re, vel materia, vel forma peccat.

His ergo generaliter præmissis breuiter de septem speciebus pactorũ prohibitorum superest modò, vt Deo dãte de vnaquaq; eorũ singularis & spãlis fiat sermo.

De prima ergo specie loquentes breuiter dicimus, quod dicta species aptè quidem exemplificatur à Doctoribus. Primo de eo, qui paciscitur de futura successi-
91 one, † cùm tunc subsit causa captandæ proximorum mortis, vt in l. fin. C. de pactis. & secundo de eo qui paciscitur cum aliquo ex quo eius libera facultas testandi detrahit. vt in l. stipulatio hoc mõ. ff. de verb. oblig. & tertio de eo, qui ex pacto suo inito cũ alio ille talis impediretur à libera sibi facultate à natura & lege cõcessa matrimonium contrahendi: vt in l. titia. C. de pactis. & sexto qñ inde quis obligaret ad aliquod maleficium perpetrandum: cùm tunc nulla sit hmõi lex, vt in l. si plagij. & in l. generaliter. C. de pactis. hæc omnia & similia pacta

dicunt facta cõtra bonos mores, vt patet ad sensum: Quapropter (vt docet Alciatus in l.pacta quæ contra, col.2. in princ. C.de pactis) dubium non erit, quòd huiusmodi pacta iuramento nõ confirmentur.

De secunda specie pactorũ prohibitorum sermonem habentes, dicimus, quòd pactũ huiusmodi non veniat roborandum per iuramentum ei superadditum, eo quòd illud sit aduersus ius publi-
92 cum: † sed vt melius hanc speciẽ intelligamus sciẽdum erit, quòd hoc ius publicum contingit quadrupliciter fieri, & accipi. Nã primò pro coniunctione sanguinis. vt in l.ius agnationis. ff.eo. titu. Secũdò quãdo pro eo iure, quod principaliter fauorem publicum respicit: vt puta, quòd delicta puniantur, vt in l.ita vulneratus. ff. ad l.Aquil. Tertiò pro iure, quod ad fisci, vel Reipublicæ vtilitatem pertinet. vt in l.iurisgẽtium. §.si pacisear. ff.de pactis. Quartò pro eo iure, cui specialis forma, vel solemnitas tradita est, vt in l. nemo. ff. de legatis primo. & docuit Glo. & ibi communiter scribentes in l. a Diuo. ff. de ritu nupt. in omnibus his casibus dixit Alciatus vbi supra in versiculo secunda species ius publicum dicitur: aduersus quod celebrati contractus nullius sunt roboris, vt in l.ius publicum. ff.de pactis. & vt hæc species apertior fiat subdemus nonnullos casus, siue exempla: vt puta, cùm Sacerdotes, vel alij clerici paciscuntur, vt sub profano Iudice cõueniri possint. vt in capitulo si diligenti, in fine, extra de foro compet. vel Dominus fundum absque colonis adscriptitijsve alienet. vt in l.secunda, (vbi glo. & Doctores,) & in l.quemadmodum. C. de agric. & censit. libro vndecimo. Item ea, quæ affixa sunt ipsi domui pacto transferri in alium, ciuitatemque quod in se est deformare velit. vt in l.Senatus. ff. de contrahenda emptione, & in l.cetera. §. penultimo. ff.de legat. primo. item si quis pacto instãtiam prorogare nitatur, vt in l.properandum. §. si quidem. C.de iudic. vel si quis paciscatur, ne opus nouum ex causa publica denunciare possit. vt in l.iuris gentium. §. si paciscatur. ff.de pactis. Vnde & receptum est, non posse partes pa-
93 sci, † vt Iudices summariè, & de plano procedat: id enim ad ius publicum pertinet: vt docuit Clementina sæpe. in versiculo necessariò. de verborum significatione, sicut nec conuenire possent, quòd intra certum terminum nõ soluerit, excommunicatus censeatur, vt in capitulo sacro. extra de sententia excommunicationis. Cùm excõmunicatio non possit fulminari, nisi a superiore trina præmissa monitione. Nec vt quis non monitus, nec citatus in carcerem manu sibi inie-
94 cta abducatur in † causa ciuili, vt docuit Bal. in consilio 49. volumine primo, & Aretinus in l.fin. ff.de legat. primo, vbi elegantissimè hanc examinans quæstionẽ, alia notatu dignissima attulit, quæ ad hanc secundam speciem

pacti

pacti confirmandam faciunt, & eodem modo dicitur de pacto, quod esset aduersus Religionis legem. Cùm nullum esset, cum his, qui in Monachorum albo nomen dedit, vel Augustinien. tobolis factas sibi peculium proprium pacto reseruauit, vt docuerunt Doctor. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio, quod vtique intelligendum erit verum, quan-
95 tum ad proprietatem, † quia tũc pactum huiusmodi esset nullum, cùm sit contra substantialia Monachatus, seu Religionis, teste Innocentio Tertio, qui in capit. cùm ad Monasterium. in fin. extra de statu Monachorum. Vbi hæc præcisa verba protulit, videlicet. [Nec æstimet Abbas, quòd super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut custodia castitatis, adeo est annexa regulę Monachali, vt contra eam, nec Sũmus Pontifex possit indulgentiam indulgere.] hęc ibi. Quib. consonant, quæ habentur in c. non dicatis. 12. q. 1. iuncto c. fi. ext. de condict. appos. clarum est. n. q. illa tria vota sunt de substantia Religionis, & in hoc concordant Canonistę in d. c. fin. & Bar. in Authen. ingressi. C. de sacrosan. Eccles. Quos citat, & sequitur Præpositus in d. c. non dicatis. col. 2. nu. 6. vers. ideo Card. infert. Ad vsum verò pactum erit validum, si concurrerint hæc, videlicet: Quòd Abbas (vt in d. c. non dicatis, docuit Cardin. ipse qui aliàs Præpositus, etsi nonnulli aliud docuerint. ĩ d. c. fi. & in d. Authen. ingressi,) cũ consensu fratrum potlit talem licentiam cõcedere. s. q. Monachus aliquis ad vsum retineat, dummodo totum sit Monasterij, etsi postea talem licentiam potlit reuocare, (cui tamen ab illo obediẽdum erit,) q̃n causa talis concessionis sit rationabilis, & vsus sit incertus, s. vt diximus ad volũtatem Abbatis reuocabilis: non autem si esset certus, & perpetuus, siue irreuocabilis. & exemplificatur etiã hęc secunda pacti species in pactis tutorũ inter dicti matrimonij causa. vt in l. prima. ff. de interdict. matrim. Sic licitè potentioribus factæ cessiones reijciuntur, vt in l. 1. C. ne lic. pot. Item in patre, qui paciscitur cum filio, ne ipse teneatur alimenta patre præstare, si inopiam vergeret ipse pater. Vt docuit latissimè Decius in l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. vnde si is, qui super alimentis testamento præstandis transegit, vt in l. cùm hi. C. de transact. vel verisimiliter famę laboraturus erat aduersus iuratam quoq; renunciationem admittetur: hoc enim casu pactum etiam aduersus ius naturale esse quidam arbitrãtur, vt fuit Federicus de Senis in consi. 60. & Imo. in c. cum contingat. ext. de iureiuran. & supradictorũ ratio, (quam assignauit Alciatus in dicta l. pacta quæ contra) est, quia iuri, quod pro se introdu-
96 ctum non est, renunciare † quis non potest: vnde nec hoc qnidem casu iuramentum valet, aut pactum confirmat, vt docuit glo. in l. secunda, C. de agricol. & re-

Digitized by Google

censl.lib.11.quam sequitur vbi supra Alciatus. Hùc pertinent, & contractus, quibus solemnitati probatorię derogatur: iuris enim publici est probatio, quæ nec iurato quidem pacto tolli poterit. vt in l.ius publicum. ff.de pactis. Quapropter valere legem munici-
97 pij, † nec ei derogari priuata pactione posse Pau. de Castr. in suo consi.61. incipien. Nouum. volumine secundo. Respondit, quòd cautum erat, ne instrumento iusiurandum continenti fides vlla præstaretur, nisi certa solemnitas affuisset, cuius sententiæ Alciatus vbi supra se subscripsit.

De tertia autem specie pactorum prohibitorum loquẽtes dicimus hoc contingere, cum quid principaliter fauore priuato, (vt diximus) est inductum, & consequẽter in publicam vtilitatem vergit: Nam & tunc contra huiusmodi iura celebrata conuen-
98 tio † nullius est roboris, vt in l. non dubium. C. de legibus. Vt cũ mulier fundum dotalem aduersus legem Iuliam alienat. vt instit. Quibus alien. nõ lic. in princ. Hic enim fauor est priuatus mulieris, cuius sequela est dos, quia expediat Reipublicę mulieres esse dotatas. vt in l. 1. ff. sol. matrim. Meritò igitur talis contractus ipso iure erit nullus: idẽque dicendum in similibus casibus. Vt cùm lex id quod priuatam vtilitatem principalius respicit ad ius publicum vult pertinere, vt docuit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fide-iussor. in secundo casu. & Arctinus in consilio secundo, columna finali. Accedente tamen iuramento aliqui extimarunt confirmari contractum, non solùm si contractus respiciat res, verum etiam si respiciat personas. Alij vero dixerunt contra, dicendo iuramentum fore seruandum, quando respiciat res, secus si personas contrahentium, & horum sententia videtur receptior, secundum Alciatum in l. pacta, quæ contra. C. de pactis. cui se subscripserũt infrascripti Doctores, videlicet Vincentius Ioannes And. & Ligna. in capitulo cum contingat. extra de iureiurando. vbi & Calderinus, & Butrius. Idem docuit Felinus in c. 2. ext. de maior. & obed. Ang. in consilio 160. incip. Domina Cathierina, columna tertia, nu. 3. versic. contrariumd ico. afferens ad hoc ipsum confirmandum hanc rationem, videlicet. Cum quis contrahit lege ipsum contrahere prohibente. Indè sequitur (inquit) quòd ex tali contractu nulla oriatur obligatio ciuilis, aut naturalis. vt in l. cum lex. ff. de fide iussor. & in l. non dubium. in fine. C. de legibus. & in l. si quis Inquilinos. §. finali. ff. de legat. primo, & in capitulo qui contra. de regulis iuris in sexto, & subdidit Angel. vbi supra, si igitur contractus est nullus ipso iure omni respectu, frustra de cõfirmatione facienda per iuramentum tractatur. Est enim impossibilis confirmatio, nisi præsupponamus aliquod subiectum confirmabile. Dixit enim Innocentius in capitulo cum dilecti. extra de electio. quod cum

actus

99 † actus est omni respectu nullus, non confirmetur iuramento, vt in c. prudentiam. extra de officio deleg. nisi actus à sola voluntate confirmantis dependeat, vt in l. si adop. si iu. facta. Preterea (prout subdidit ibidem vbi supra Angel.) ex quo contraxit lege prohibente, contra bonos mores contraxit: qui enim legem contemnit, moribus abutitur, religione prostrata. vt in l. veluti: & in l. iustum. §. iuris præcepta. ff. de Iustitia & iure. Hinc (secundum eundem Angel.) dependet, quòd non obediens Principi, peccat mortaliter. vt in c. 2. extra. de maior. & obed. Concludendum ergo de iure erit, quòd huiusmodi iuramentum tanquàm reprobatum à iure non erit seruandum: & huiusmodi dispositionem non confirmabit, vt in c. non est obligatorium. de regu. iur. in sexto, prout etiam docuit Bart. in l. si quis, pro eo. ff. de fide iussor. hæc Angelus vbi supra, qui ibidem nititur labefactare omnia fundamenta contrariæ sententiæ. Idem docuit Barbat. in consi. 2. volum. 1. & moderni in dicta Authen. Sacramenta puberum. vbi & Calder. Butr. Raphael, Faber, Portius, Pau. Leazar. Anch. & Iason, prout ipsis adscripsit Alciatus vbi supra. idem docuit Bar. in dicta l. si quis pro eo. col. 3. memb. 3. dicens valere contractum iuratum non obstante statuto inualidante contractum, si statutum respiciat res, secus si respiciat personas. quod & ipse Bart. repetijt in Authen. sacramẽta puber. col. 2. nu. 15. vers. & ideo pono quæstionem de facto. C. si aduer. vendit. nitens hoc ipsum probare rationibus, quibus supra diximus vsum fuisse Ang. in d. consilio, & addidit, quòd licet communiter aduocati teneant contrarium asserentes statuta non posse facere, quòd minor veniat contra iuramentum suum. Cũ & hoc non possit facere Imperator, ideo (inquiũt) l. non dubium. C. de legib. corrigitur per c. cùm contingat. ext. de iureiur. ipse tamẽ Bart. vbi sup. subdidit dicẽs. Ego dico contra. Nam ista Authen. & c. cũ contingat loquuntur, qñ contractus est prohibitus ratione iuris priuati meritò iurando tollitur eius fauor. Non. n. prohibẽt aliqs emere a minore, nec a lege minor prohibẽt vendere, sed dicit lex ꝙ nõ valeat si facit, vñ lex nõ assistit huic venditioni, nec prohibet personã contrahere, sed si quis facit cõtra præceptum legis peccat mortaliter, &c. vt retulimus ex Angelo vbi sup. & concluſit Bar. ibi dicẽs, ꝙ ideo verba statuti erũt diligenter inspicienda. Vtrũ prohibeant personam aliquam cõtrahere, vel prohibeant contractum valere. & addidit dicens hoc fore menti tenendum. Hęc Bar. vbi sup. qui eadem repetijt in l. 1. in fi. C. ne fide iussor. dot. dent. & in Authen. decernimus. C. de arbitris. Idem docuit idẽ Ang. in d. Authen. sacramenta puber. col. fin. circa fin. & Ant. de Alex. ibidẽ, qui dixit hãc esse cõem Canonistarum, & Legistarum opinionẽ. Idẽ docuit Pet. de Anch. ĩ c. licet mulieres. de iureiur.

reiur. in ſexto, Alex. in conſi. 59. col. 2. vol. 1. Calcan. in conſ. 79. el ſecondo, columna tertia, & in conſi. 226. circa medium, in verſiculo intelligam ergo. Alexan. in conſi. 38. col. 2. vol. 4. & in conſi. 18. col. 2. vol. 6. Bal. in l. iuriſgentium. §. & generaliter in ſecunda lect. col. 1. ff. de pact. hoc ipſum docuit, & Grammaticus noſter compatriota nonnullis rationibus allatis in ſua deciſione 12. numero 12. verſiculo quòd ſi ſtatutum prohibet contractum. Et quamuis huius ſententiæ fautores recenſuerit Albertus Brunus in tract. quòd ſtantibus maſculis. folio 11. columna quarta, & ſequen. Tamen & recenſuit Doctores quamplurimos contrariũ ſentientes, quos ipſe ſequutus dixit non fore habendam rationem de tali Bart. diſtinctione: vide ergo ibi per eum. Alex. autem in l. is, cui bonis. C. de verb. oblig. in fine. videtur ſequi Bar. & ſequaces locis citatis ſupra.

Contrariam verò ſententiam, quòd ſcilicet ſimpliciter, & ſine aliqua diſtinctione ſit dicẽdum, quòd iuramentum confirmet contractum initum contra formã ſtatuti, ſcilicet ſiue illud loquatur in rem, ſiue in perſonam docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet Pau. de Caſt. in l. ſi quis pro eo. col. pen. & ſequen. ff. de fideiuſſor. dicens ſe taliter pluries conſuluiſſe, & rurſus in Authen. ſacramenta puber. col. fin. & ibidem Fulgoſ. etſi Salic. in d. Authen. col. fin. in princ. poſtquam recenſuiſſet ſupradictã ſentẽtiam Bart. vnà cum eiuſdẽ fundamentis ſubdiderit dicens. Attende, quia iſta differẽtia videtur mihi verbalis, non realis. Nam ſtatutum annullans contractum ſine certa ſolemnitate factum cum minore, dicitur prohibere illum abſque illa ſolemnitate cõtrahere: Eſt enim annullatio effectus implicitæ, & præambulæ prohibitionis. vt clarè patet in l. non dubium. C. de legibus. Vnde qui diſponit † de effectu, diſponit & de cauſa: & qui vult conſequens, vult antecedens neceſſariuũ, vt in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procurat. cum ſimil. (& ſubdidit ibidẽ ipſe Salicetus.) Ideo puto, quòd vbi ſtatutum annullat contractum, & iuramentum, ꝙ tale ſtatutum teneat, per dictam l. non dubium. & per dictam l. ſi quis Inquilinus. §. finali, ff. de legat. primo, cum non ſit dicendus periurus, qui ex cauſa conceſſa non obſeruaſſet illud iuramentum, vt in l. finali. ff. qui ſatiſdare cogan. ad quod accedit, quòd tale ſacramentum poteſt remitti a parte, cuius fauorem concernit, vt in l. finali. ff. qui, & a quib. & in l. ſi patronus non aluerit. ff. de bonis, quæ liber. & per conſequens ſtatutum, eo magis, quòd omnes ciues etiam ſi non interfuiſſent in condendo huiuſmodi ſtatuto, finguntur interfuiſſe, & conſentijſſe. vt in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure, & in capitulo primo, de conſtitut. in ſexto. Et per conſequens is, qui cum minore contraxit: propter hoc non poterit iuramentum ſeruari, quod

ipſe

ipse disposuit vires non habere, nec sibi, vel alij seruari. hæc omnia Salicetus vbi supra. Ex cuius verbis elicitur, quòd tunc solùm
101 † iuramentum non validat contractum prohibitum a lege, quando lex communis, aut minicipalis prohibet talem fieri contractum ipsum irritum, declarando expresse etiam si fuisset vallatus iuramento supra allatis rationibus ab ipso Saliceto; cùm præstando consensus tali statuto videantur renunciasse omni iuri suo aduersanti tali statuto: Animaduertendum, quòd dicta sententia Salicetus sit veritima in confirmationem huius secundæ sententiæ, tamen ipsa intelligenda erit cum grano salis, vt latius dicemus in fine relationis istius sententiæ Doctorũ. Insuper scien dum, quòd huic secundæ sententiæ se subscripserunt, & sequentes Doctores, videlicet Antonius de Butr. in capitulo cùm contingat. columna quarta, & ibi Ioannes de Lign. & Imo. colum. quadragesima secunda, versiculo & nota secũdum, cum pluribus. extra de iureiuran. & Imo. in consilio 167. & sequitur Abbas in dicto capitulo cùm contingat, columna quarta, Pet. de Anchar. in capitulo Canonum statuta. columna quadragesima prima, & sequenti. versiculo quid dices, de virtute iuramenti. extra de constitu. Idem Raphael in dicta l. si quis pro eo. Idem docuit Aretinus in l. is, cui bonis, columna septima, versiculo vnde circa secundam rationem. ff. de verborum obligatione. & respondens distinctioni qua vtitur Bartolus, & sequaces supra relati in prima opinione dicit, hanc differẽtiam potius fuisse positã verbis, quàm rebus, quamuis illa ipsi fuerint vsi, vt euitarent decreta, seu statuta. per tex. in dicto capitulo cum contingat. & in dicto capitulo licet mulieres, & alia iura, & ratio est secundum ipsum Aretin. ibidem, quoniam quando lex an
102 nullat contractum, † nulla alia ratione annullat, nisi quia inhabilitat personam ad contrahendum, vel simpliciter, vel si non seruetur solemnitas requisita a lege, vel statuto: hic est enim effectus legis prohibentis, vt in l. non dubium. C. de legibus. Vnde nunquam credidi (subdidit ipsemet Aretinus) hanc distinctionem esse de mente legum. & quòd huiusmodi distinctio non sit recipienda quamplurimis fundamentis optimis ipsemet Aretinus ibi probauit, semper respõdendo fundamentis Bart. & sequacium supradictorum sigillatim, & gradatim, quæ hic referre superfluũ visum fuit. Cùm sufficerit ipsam annuisse. Idipsum elegantissimè docuit Iason in dicta l. is, cui bonis. columna octaua, numero decimooctauo, versiculo tertiò quę rit Bartolus, vbi similiter respondit omnibus fundamentis Bartoli, & sequacium, & negat prodigum prohibitum contrahere, & quòd si contraheret, mortaliter peccaret: cùm talis prohibitio fuerit eius fauore. Quapropter potius censetur consilium, quàm

lized by Google

prohibitio. vt in l. cum pater. §. Mando. ff. de legat. ſecundo, & in ſpecie ita loquitur in terminis noſtris glo. in capitulo quis neſciat. diſtinctione decima. Et tenent Canoniſtæ in capitulo nam concupiſcentiam. ext. de conſtitu. Nec eſt verum ſimpliciter,
103 quòd iuramentum † contra bonos mores non ſit obligatorium: cùm regula, Non eſt obligatorium de regulis iuris, in ſexto, procedat ſolùm quando iuramentum eſt contra bonos mores naturæ, vel quaſi: ſecus quando eſt contra bonos mores ciuiles, quoniam tunc iuramentum eſſet obligatorium, prout notabiliter declarauit Bal. in l. pactum dotale, in quæſtione decimanona. C. de collat. Alber. Brunus vbi ſupra, præſenti ſe ſubſcribens ſententiæ dixit, hanc eſſe communem Doctorum ſententiam, retulitque alios Doctores ibidem ipſummet ſentientes. Idem docuit Bal. in l. iuriſgentium. §. & generaliter in prima lectura. ff. de pact. Abbas in capitulo ad Apoſtolicam. not. primo. ext. de regul. & in quæſtione ſecunda, incipien. Stante ſtatuto, columna tertia, & ſequenti. Pau. de Caſtro rurſus in l. ſi conſtante. §. quoties, columna prima, in fine, & ſecunda. ff. ſoluto marrimonio, & rurſus Iaſon in dicta Authen. ſacramẽta puberum. columna decimaquinta, & ſequenti, & rurſus Pau. de Caſtro in l. legis virtus. ff. de legibus. Idem docuit Caſſaneus in conſuetud. Burgun. titu. la femine ſoit. §. primo, numero 40. verſicu-

lo per hanc limitationem. notab. octauo, infraſcriptis præciſis verbis vtitur, videlicet. Per hanc limitationem, & deciſionem obtinui his diebus, quòd mulier, quę
104 † ſe obligauerat iuramento, ſine licentia mariti, ex quo virtute præcepti, & monitionis factæ in eam de ſolnendo intra tempus, p contra eã poterat impetrari executoriam in forma, de quo legitimè conſtat, & ex quo fuit excommunicata debitè virtute iuramenti, quòd non debuit abſolui, niſi mediante ſolutione ſummæ de qua erat obligata. Faciunt multa de iuramento, quia ſcilicet lex, vel ſtatutum prohibeat contractum fauore etiam alicuius, & etiam loquatur in perſonam; tamen ſi contrahat, cum iuramento validatur contractus. ita tenẽt plures, videlicet Saliceſtus, Fulgoſ. Pau. de Caſtro in dicta Authen. Sacramenta puberũ, & Iaſon quoque ibidem, columna 10. qui & alios quãplures ibidem idipſum ſentientes refert, dicentes hanc eſſe communem opinionem, & veram. Idipſum docuit Alexan. in conſilio ſuo 125. volumine primo, & in conſilio trigeſimoſeptimo, columna ſexta, volumine primo, vbi dixit,
105 quòd ſtatutum † ſimpliciter loquens de contractu, illum prohibendo ſine certa ſolemnitate, nõ extenditur ad contractum iuratum, quod & repetijt in conſilio trigeſimooctauo, volumine tertio. Idem docuit Bartholomeus Socinus in conſilio 147. incipien. Viſa facti contingentia, numero.

mero decimo, versiculo secundò respondetur, dicens, quòd posito, quòd contractus esset nullus: tamen confirmatur iuramento: in quo etiam puncto licèt Bart. & Bald. & plerique antiqui multum variauerint, tamen hodie est communis opinio, quòd non obstante solemnitate requisita a statuto, contractus validatur iuramento. Idipsum & clarius idē Bartholomeus Socinus docuit in consilio octuagesimoprimo, incipien. De duobus principaliter quæritur. columna septima, versiculo his tamen minimè refragantibus. numero decimo, & sequen. vbi inter alia dicit, q̃ donatio non insinuata, quamuis de iure sit inualida sine iuramento, tamen virtute iuramenti additi reddetur valida: cùm regula sit iuris expressa in capitulo cū contingat. extra de iureiurando, & in capitulo licet mulieres. de iureiurando, in sexto, & in capitulo quamuis. de pactis in sexto, quòd iuramentum sem-
105 per † sit seruandum, quando nō verget in detrimentum salutis ęternæ, eo quod tunc iuramētum non solùm liget iurantem ad sui obseruantiam, verùm etiā firmabit cōtractum, cui appositū fuit: prout omnes Doctores in citatis iuribus firmarūt. Ad quod etiam confirmandum facit dicta Authentica sacramenta puberum. & ibi Doctores, & per Bartolum in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & ratio est secundum Socinum vbi supra, quoniam licèt de iure ciuili ante dictam Authenticam sacramenta puberum. Iuramenta non firmarent contractus inualidos, tamen per dictam Authenticam cōtrarium disponitur in casu suo, & de iure Canonico magis latè idem disponitur, vt in citatis iuri-
107 bus, qui quidem Canones † licèt loquantur in casibus specialibus: tamen quia fundant se in ratione generali, generaliter intelligi debent ab omnibus obseruari etiam extra suos casus. Iccircò licèt ius commune, vel municipale annullet donationem non insinuatam, tamen illa videtur iuuari iuramento per dicta iura, prout firmat Ioannes And. in addit. ad Specul. in titu. de instrum. edi. §. porrò. in vltima addit. in versiculo sed quid si renuncians per citata iura, & per ea, quæ ibi continentur. Nam etsi iuramentum, (vt docet idem Socinus in dicto consilio octuagesimoprimo, numero vndecimo,) non excludat
108 † nullitatem causatam ex causa de futuro, scilicet ex causa superuenienti ex post facto. Vt propter insinuationem non factam, vel gabellam non solutam ex forma statuti annullantis actum ex post facto. Non tamen excludet nullitatem causatam ex causa de præsenti secundum tempus iuramenti, quia iuramentum refertur ad illud tempus, in quo contrahitur, seu contractus celebratur, & roboratur iuramento. Nec vtilitas publica resultans ex tali prohibitione contractus dicetur principalis, etsi secundaria, (vt idem Socinus ibidem, numero

mero 3. subintulit, in versic. nec obstat quintum argumentum) cum principaliter tractetur de vtilitate priuata: & secundario de publica. nam etsi interest Reipublicæ, quòd minores, vel filiæ non male vtantur eorum substantia: nihilominus id non intenditur ad impediendam virtutem iuramenti, vt in dictis citatis iuribus: & quòd secundaria vtilitas publica non consideretur in materia iuramenti. idipsum docuit quoque Bart. in dicta l. si quis pro eo. & Canonistę communiter omnes in dicto c. cùm contingat. & in supradictis alijs iuribus citatis: constat enim, quòd illud respicit principaliter cõmodũ priuatum. Idipsum docuit Felinus in c. 1. colum. 2. & sequen. de maior. & obed. idem docuit Feder. de Senis in consi. 281. & in consi. 272. dum tenet petendam fore rè laxationem iuramenti. idem docuerunt Pet. de Anch. in dicto c. cùm contingat, colum. 2. idem Gozad. in cons. 16. Abbas in consil. 8. dub. 2. volum. 2. Alex. in l. si constante. § quotiens. col. 2. in fi. & sequen. ff. sol. matrim. & in consi. 27. col. pen. & sequen. volum. 1. & in consil. 53. col. pen. vol. 3. & in consi. 110. colum. 1. & sequen. vol. 4. & in consi. 125. col 8. & sequen. vol. 1. & in consil. 62. in fin. vol. 7. & in consi. 29. colum. 4. volum. 7. & in consil. 54. colum. 3. volum. 7. & in consi. 137. col. pen. volum. 6. Aret. in consil. 54. col. 1. Corn. in consi. 35. incip. videtur prima facie dicendum. colum. 3. versi. his tamen non obstantibus: & col. 4. per totum. vbi inter alia notatu dignissima circa præsentem quæstionem dixit, quòd hęc sententia sibi magis videatur iuri consentanea: eo quòd quando lex vel statutũ vitiat contractum, recipiat talem ĩterpretationem, scilicet quòd loquantur, quando in cõtrahendo non interfuisset iuramentum, vt tali pacto in hoc non contradicat iuri cõmuni, prout & fieri debere in his terminis docuerat Paul. de Cast. in sua repet. dictę Authen. Sacramẽta puberum: dicens hoc procedere quando statutum loqueretur in contractibus onerosis, seu in onerosis, & lucratiuis, prout ibi latius per eum: sed dicta lex vel statutum nunquam se extendet ad cõtractum iuramento vallatum: quod & multis medijs ibidem probauit. & in consi. 35. incip. Circa primum consultationis. colum. 6. num. 5. versi. Canones enim. breuiter dicens, quòd
109 canones, † qui respiciunt animam, seruari debeãt etiam in foro Ciuili, etiam in terris Imperij, prout docuit glo. singul. in c. 2. de arbitris in sexto, & in regula malæ fidei possessor. de regulis iur. in sexto, & Doct. in c. 1. extr. de noui oper. nunc. idem docuit Lapus in sua elegãti allegatione 25. incip. an minor. nume. 4. dicens, quòd minoris iuramentum habeat duplicem effectum: vnum nempè quia claudit os iuramento contrauenienti: secundum, quod validat cõtractum aliàs de iure prohibitum. idem docuit Ant. Gabr. in tract. conclu. lib. 2. titu.

Digitized by Googl

titu.de iureiuran. conclusione 5. num. 15.versi.contrariam tamen partem. asserens hoc ipsum esse de mente Baldi, Angeli, & Pauli de Cast.in Authē.Decernimus. C.de arbitr.nam Bar.tenet ibi iuramentum non operari, quia prohibitio dirigitur contra personam:& tamen illi contrarium tenent & sentiunt, q̄ dato, q̄ prohibitio ad personam se referat, tamen iuramentum operatur: idem tenui Rom.in l.his, cui bonis.col.2.cum pluribus sequentibus.ff.de verb.obligat. idem docuit Raphael Cuma. in l. si quis pro eo.ff.de fideiuss. dicens huic sententiæ non obstare text.in dicta l.si quis pro eo.in principio, quia loquitur in iuramento operarū incertarum: pro quo etiam stipulatio non valet propter incertitudinem, vt in l.ante pen.ff. de stipulat. seruorum. & ibi docuit glo. idem docuit Guido Papæ in decisione quæstionis 190. incip. in honorarijs aduocatorum.nume.3.versic. vel aliud potest dici: vbi postquam confirmauerat dictam sententiam Cumani: addidit,quòd posset dici:scilicet,quòd licet ex simplici iuramento non oriretur obligatio: tamen vbi precederet aliqua certa cōditio(prout in casu nostro) inquit ipse, cum iuramento oritur obligatio. & quòd hoc sit de mente Bart. in dicta l. si quis pro eo. ibi, secundò quæro vtrum de iure Ciuili: ex quibus(ipse Guido Papæ ibidem subdidit) patet, quòd iure Ciuili iuramētum in-
110 ducat † obligationem:similiter etiam iure Canonico ex iuramēto oritur actio, vt tenent communiter Canonistæ in c. cùm venissent. extra de institu. & tandem in nume. 5.in versic.sed quid dicendum ad l. non dubium. in fin. C. de legibus. quæ allegatur in contrarium. his præcisis verbis vsus fuit ipse Guido Papæ in dicto num.5.dicens,aut contractus
111 † secundum naturalem æquitatem, & secundum merum ius gentium habet esse, & formam. verbi gratia, minor ex necessitate vendit rem sine decreto: & tunc æquum erit, quod valeat: tamen ius Ciuile non vult, quòd valeat: quia deficit solemnitas: tamen si interueniat iuramentum, omnia roborantur: quia robur istud est diuini iuris: & hoc iuramentum habet causam substinendi; ita quòd si minor luserit pretiū, non debebit rescindi contractus: iuxta sępe citatam Authen.Sacramenta puberum. si autēm contractus nō contineret naturalem æquitatem: vt quia deficeret forma & causa, tunc non valeret iuramentum, & ita loquitur dicta l.non dubium.in fi.prout docuit Bal.post Iac.Butr. in dicta l. non dubium.& addidit vbi supra dictus Guido ita fuisse decisum in suo tribunali.idem & nos meritò dicimus in casu proposito à nobis. cum iurameutum fuerit appositum obligationi naturali, quam ex pacto nudo: omnes incurrere latissime in superioribus fuit probatum. & adhùc probabitur in prōbationem fundamentorum nostræ decisionis asserendorum

dorum infraſcripta etſi verè in caſu noſtro affuit ſtipulatio, & non ſimplex pactum nudum, vt latiſſimè fuit ſępius probatum, & ex propoſita ipſa quæſtione clariſſimè elucet.

Animaduertendũ tamen ſummopere expediet, quòd non ſine cauſa (dum ſupra ferè in principio iſtius tertiæ ſpeciei) diximus intelligendam fore cum grano ſalis ſentẽtiam Saliceti in Authen. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. dicentis, quòd etſi cõtractus fieri prohibentur, niſi ſeruatis quibuſdam conditionibus poſitis in lege cõi, vel municipali in fauorem priuatorum principaliter, & ſecundario in fauorẽ publicum: tunc ſi acceſſerit iuramentum dictus contractus ſiue loquatur lex huiuſmodi prohibẽs in rem, ſiue in perſonam: ſemper ipſe contractus erit validus: & producet actionem virtute iuramenti. Sed ſi ſtatutaria, vel communis lex non ſolùm celebrationem huiuſmodi contractus prohibuerit, illũ annullãdo, verùmetiam annullauerit iuramentum, quòd tunc ſtatutum (inquit ipſe Salic.) erit validum: & non obſeruans talem contractum, prout iurauerat, non eſſet periurus, quia ex cauſa non obſeruaſſet illud, eò magis, quòd iuramentum poſſit à parte remitti, in cuius ſcilicet fauorem fuerat delatum. cùm in tali ſtatuto condendo fingantur omnes ciues interfuiſſe & conſenſiſſe. hæc fuit ſententia Salic. cuius quidem ſententia ſi intellecta fuiſſet ſecundum corticem literę, & nõ ſecundum mentem ipſius, quæ proculdubio non fuit nos docere, quòd ſtatuta Laicorum poſſent diſponere directè contra iuramenti validitatem: quod munus eſt ſolius Eccleſiæ Catholicæ, & eius Summi Pontificis, cui collata fuit poteſtas à Domino Ieſu interpretandi ius diuinum, ac per cõſequens præceptum in ipſo contentum, Nõ iures vana per ipſum. vbi pręcipitur obſeruantia iuramenti facti de aliquid faciendo vel ommittendo, vt vnica voce docuerunt omnes Theologi, & elicitur ex c. venerabilem. de elect. c. nouit. de Iudicijs, & in c. ſi imperator diſt. 96. & eſt communis opi- * nio quoque Doctorum vtriuſque cenſuræ. de quo habetur per Bar. in l. omnes populi, in 3. principali quæſt. ff. de Iuſt. & iure. & p Ant. de Butr. in c. cùm contingat. verſ. Tertius caſus. extra de iureiuran. & ibidem per Imo. in 3. mem. & ibidẽ per Pan. col. 7. verſ. nunc ad prædicta applico: & àlibi p alios citatos ad hoc à Thoma Ferrario in cautela 16. incip. Communis & vera opinio. verſ. attamen, non habet poteſtatem. ſed ipſe Salic. vbi ſupra voluit nos docere, q̃ indirectè poterit, modo, paulò poſt per nos hic relato. ex quibus ergo neceſſario infertur, quòd ſtãte ſtatuto, quòd contractus celebratus cum minore, cum filio familiàs, cum muliere, & ſimilibus abſque ſolemnitate à iure requiſita non valeat, nec teneat, etiam ſi iuramentũ ſuper ipſum contractum, fuerit ſuper poſitum: tamẽ

ſi

ſi minor, ſi filiusfamiliàs ſi mulier facient contractum ſine illa ſolemnitate, iurando ipſum contractũ habere, & tenere firmum, & in nihilo contrauenire; contractus, tamen non obſtante ſtatuto tenebit, & valebit, quia de iure Canonico (vt ſæpius fuit probatum) omne iuramentum quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt: vt habetur in præcitatis iuribus: & ratio eſt euidentiſſima, quoniam quotieſcunque tractatur de peccato incurrendo, nec ne, ſtatur diſpoſitioni Sacrorum Canonum etiam in foro ciuili: vt not. in c. fin. extra de præſcript. & in regu. poſſeſſor. de regu. iur. in ſexto, & in c. 1. & 2. extra de operis noui nunc. & per Bart. & alios in l. priuilegia. C. de Sacroſanctis Eccleſijs. Cautela tamen eſſe poterit ijs, qui hoc ſtatuere vellent, vt hoc ſtatuãt indirectè, in quo ſenſu ſunt interpretanda ſupradicta verba Saliceti: cùm & ipſe ibidem, ſed paulò ſuperius & hanc ipſam cautelam docuerit: prout fecerũt infraſcripti Doctores ſtatim citandi. Cautela ergo talis erit, quòd ſtatuentes vtantur huiuſmodi verbis, videlicet, ſtatuimus, & ordinamus, quòd aliqua mulier, aliquis minor, vel aliquis filiusfamiliàs non poſſit contrahere, vel ſe obligare abſque decreto Iudicis & cõſenſu duorum propinquorum, vel ſub alijs conditionibus in ſtatuto tamen ex-
112 preſſis, & nõ ſtatim ſubdat † etſi aliter factum fuerit, cõtractus & obligatio non teneat, nec valeat, etiam ſi iuramẽtum intercedat: quia talia verba nihil releuarent, quo minus iurando ſuper contractus, talis contractus non teneat, non obſtante diſpoſitione ſtatuti huiuſmodi: ſed ipſi ſtatuentes ſubdant, dicentes, etſi aliter factum fuerit, omnino obligatio cenſeatur, & habeatur pro ficta, & ſimulata, & per vim & dolum extorta: quia hoc modo, licèt ſuper contractum fuerit iuratum, tamen tale iuramentum non operabitur, ſi ſolemnitas (de qua in ſtatuto) non intercedat, prout notanter docuit Bar. in dicta l. omnes populi, in ſecunda q. tertiæ quæſt. principalis. in fine. vbi dixit ita fuiſſe iudicatum à ſe: cuius ſententiam ſequutus fuit Bal. in dicta Authen. Sacramenta puberum. dicens hanc cautelam eſſe valde bonam: Idipſum docuiſſe & alios Doctores recenſitos a dicto Thoma Ferrario in dicta cautela, retulit idem Thom. vbi & addidit, quòd Panormitanus in dicto c. cùm contingat. colum. 9. verſic. & idem opinor. & in ſua diſputatione incip. ſtante ſtatuto condito in Italia. colum. 9. verſic. Tertium membrum. det vnum remedium contra talẽ Bar.
113 cautelam † videlicet quòd ipſe minor, filij familiàs & mulier, & ſimiles perſonæ prohibitæ contrahere medio iuramento interrogentur, an ſit verum, quòd contractus initus cum eis fuerit in veritate ſimulatus, nec ne, vel per vim, ſiue dolum celebratus: quia ſi metu iuramenti dicent veritatem, ſcilicet quòd dictus con-

contractus non fuerit simulatus, nec per vim & dolũ celebratus, tunc non obstante dispositione statuti cogentur personę (de quibus supra) stare contractui, & ratio secundum eundem est: quia dato, quod per statutum induceretur præsumptio iuris, & de iure, quòd obligatio contracta absque dicta solemnitate esset fictitia: & licèt regulariter contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio
114 † in contrarium: vt in l. antiquę. C. ad Velleia. & in l. vnica. ĩ principio. C. de rei vxor. act. & in c. is quidem. extra de sponsal. tamen contra eam benè admittitur probatio per confessionẽ partis: vt not. Glo. Cyn. Bart. Bal. & alij in Authen. sed iam necessè. C. de donat. ante nupt. & glo. in l. in contractibus. vers. nullo modo. C. de non num. pecu. Innocentius in c. quia plerisque, extra de immun. Eccl. & Barthol. rursus in l. absentem. cum concord. ff. de pęnis. quam Pan. sententiam fore intelligendam veram (si tamen,
115 illam distinxerimus † secũdum distinctionem statim afferẽdam) docuit Ferretus vbi supra tali pacto dicens. Quòd primò, aut statutum inducit præsumptionem iuris & de iure: & tunc dicta sententia Pan procedet vno concurrente, videlicet quòd dictę personæ (de quibus in statuto) vellent iurare, aliàs si nollent, non possent compelli: & ratio secundum ipsum est: quia quotiescunque quis habet † præsumptio-
116 nem iuris & de iure pro se, non poterit cogi ad cõfitendum cum iuramento, nunquid res aliter se habeat: prout singulariter docuit Bal. in repet. l. 2. col. 18. ff. de iureiur. citans tex. in l. in contractibus. §. illo. videlicet, C. de non num. pecu. quem retulit ac sequutus fuit. Franc. de Crema in suo singul. 156. incip. contra præsumptionem iuris. addens hoc Bald. dictum fore scribendum aureis literis: quòd & aliter poterit probari, nempè hac ratione, videlicet quia quotiescunq; quis probat intentionẽ suam per præsumptiones iuris, dicitur eum probare per probationes liquidas: vt docuit glo. reputata singul. & ibi Bal. in l. si tutor. C. de peric. tut. & glo. & ibi Ange. in l. 2. C. de per. hæred. not. Ang. Rom. Alex. in l. 1. per tex. illum. C. de testamento milit. & Imo. in l. quæsitum. cum alijs suis cõcor. ff. de re iud. Imo. & Iason in dicta l. 1. C. de testam. milit. dixit, quòd præsumptio iu-
117 ris sit ipsa veritas, citãs ad hoc probandum bonum textum iuncta glo. in l. fin. §. fin. ff. de probat. dicens huiusmodi textum se didicisse à quodam magno Aduocato Papiensi: Ex quibus subdidit idem Thomas Ferretus vbi supra quòd quandocumque quis
117 plenè probauerit † intentionem suam, cogi non possit subire aliquod iuramentum veritatis: vt docuit tex. apertiss. in c. 2. ext. de probat. vbi reprobatur consuetudo in contrarium existens. & ibi per glo. & Docto. Aut ergo secundo statutum huiusmodi inducit fictionem: quia fingit ipsum contractum

tractum celebratum cum perſonis ſupradictis eſſe ſimulatum, & tunc contra talem fictionem non admittetur aliqua probatio etiã per confeſſionem partis : prout docuit Bal. in concluſionibus Specul. in titu. de confeſſis. in verſic. contra fictionem. & rurſus idem Bal. in l. nõ ignorat. col. 2. C. qui accuſ. non poſ. Ant. in c. is qui. deſponſal. col. 2. & hæc allata ſufficiant circa primam cautelam ſuperius allatam. Secunda verò
119 cautela † eſt, ſi ſtatuentes vellent obuiare quòd contractus celebratus cum perſonis (de quibus ſupra) non firmetur iuramento, ſi ſolemnitas (de qua in ſtatuto) non interuenerit: quòd interdicatur eis per ſtatutum diſpoſitio ſuorum bonorum, ſaluo & excepto ſi contraherent, cum auctoritate curatoris, vel aliter prout ſtatuentibus placet; & ratio iſtius ſecundæ cautelæ fundatur in legis poteſtate, quæ vtique ſe extendet proculdubio, q̃ poſſit interdicere bonis, vt docuit textus in l. Imperator. ff. ad Trebell. & in l. is, cui bonis. ff. de verbor. oblig. & in l. 1. per totum. ff. de curat. furio. & in iſto caſu ſi in contractu non interueniat ſolemnitas (de qua in ſtatuto) contractus non firmatur iuramento: Et hanc optimam cautelam tradidit Bal. in repet. l. 2. col. 59. verſ. ſed nunquid eſt dare aliquod remedium. ff. de iureiuran. & ratio eſt, quoniam iuramentum inter-
120 poſitum † ab interdicto ſuper contractu, non validat ipſum cõtractum, prout ibidem ipſemet Bal. ſubintulit poſt Iac. de Are. in l. qui habet. ff. de curator. furio. quod ſingulare dictum ſequutus fuit Franciſcus de Crema. in ſuo ſingulari 118. incip. Tu ſcis, quòd prodigo, & ampliando ipſum dicit, Hoc ipſum facere poſſe Iudicem aliqua honeſta, & rationabili cauſa motus. Idem docuit Iaſon in d. l. is, cui bonis. in fine. Has autem cautelas retulit Thomas Ferratius in cautela 16.

Et hæc allata ſufficiant in probationem, & declarationem dictæ tertiæ ſpeciei pactorum.

De quarta ſpecie pactorum verbum facturus præmittimus, quòd hæ ſpecies tunc dicitur contingere, quando lex prohibet pactũ nullam faciens mentionem principaliter, vel in conſequentiam de publica vtilitate, ſed ſolùm tendit in fauorem obligantis ſe,
121 † in quo caſu dicetur contractũ eſſe nullum, ſi fiat contra dictam legem. vt in l. non dubium. C. de legibus; & exemplificatur in muliere, quę aduerſus Senatus Conſultum Velleianum fidejubet. vt in l. 2. ff. ad Velleia. Idem ſi aduerſus municipij ſui legem abſque agnatorum conſenſu obligari velit. vt docet Felinus in c. 2. ext. de maior. & obed. ſic & prodigus, cui bonis interdictum eſt, ſi alienet, nihil facit: vt docuerũt communiter Docto. in l. is, cui. bonis. ff. de verb. oblig. ſic pupillus aut minor abſque tutoris, vel curatoris auctoritate obligari nequit. vt in l. pupillus. l. obligari. ff. de auctor. tutor. & in l. ſi curatorem. C. de reſtitu. in integrum.

Hi tamen cõtractus sic prohibiti confirmantur, & roborantur iuramento: quod & communi sententia proditum esse testatur Alciatus in l. pacta, quæ contra. col. 3. num. 26. in versic. confirmantur tamen. & hoc esset verissimum, nisi tali iuramento iudicium abesset. vt in c. etsi Christus extr. de iureiur.

Quinta pactorum species eodem (quo præcedens) iure diffinitur: cum lex pactiones propter varias ciuium vtilitates prohibeat. quapropter transactio super alimentis ex testamento in futurum præstandis, non valet. vt in l. cùm hi. ff. de transactio. & hoc ideo ne vana futuræ opulétię spe quisquam allectus aduersus testatoris mentem præsenti pretio, vel leuissimo accepto, magnę vtilitati renunciet, quam pacti speciem multipliciter exemplificat Alciatus in l. pacta, quæ contra. à num. 29. vsque ad nume. 36. vbi sigillatim docet quãdo iuramentum consolidet huiusmodi contractum, & quando non: vbi & citat alios Doct. in confirmationem suæ sententiæ.

Sexta pactorũ species est, cùm pactio in odium creditoris à lege reprobatur: vt lex commissoria in pignoribus. vt in l. fina. C. de pact. pignor. & in c. significante. extra de pignor. vt est promissio vsuras soluendi. vt in c. Debitores. extra de iureiur. vt puta obligatio mutui à filio familiàs aduersus Senat. consul. Macedo. cõtracta. vt in l. 1. ff. ad Macedon. & in l. nõ licet. ff. de cõtrahen. emp. & multis alijs exemplis idipsum docuit Alciatus vbi supra à num. 36. vsque ad num. 44. vide ibi latissimè.

Septima pactorum species est: 122 cùm contractus † a lege reijcitur, q'tia in re, vel materia, vel forma peccat. etsi huic prohibitioni adiuncta fuerit quoque iuris publici causa: dubium non erit contractum non valere, nec iuramento confirmari, vt cùm quis rem Sacram vel publicam promittit: existimatur. n. impossibilis promissio; quia huiusmodi res extra commercia hominum sunt, vt in l. apud. §. fina. ff. de legat. primo. idem dicẽdum de eo, qui de purpura, vel serico, vel frumento militari pacisc atur. Si verò pactio contra publicam vtilitatem non sit, adhùc contractus non valet. vt cùm aliquis sciens rem furtiuam emit, vel cùm contractus in cõsensu peccat: is enim materiam respicit, vt in l. 2. & 3. C. plus valere quod agi. quapropter contractus simulati iuris effectum non habent; sic etiã transactio post rem iudicatam nulla est, vt in l. eleganter. §. si post. ff. de condict. indebiti: quia eius materia ex ambiguitate, incertitudineque conficitur. vt in l. 1. ff. de transact. quæ per rem iudicatam est extincta. sic exceptionis non numeratæ pecunię renunciatio nullus est effectus: quia sub fiducia futurę renunciationis factam lex præsumit. vt in l. Frater. ff. de condit. indeb. & quoniã idipsum docuit Alciatus vbi supra quàmplurimis ibi per ipsum recen-

recensitis, & decisis quæstionibus. Iccircò nobis hic sufficiet ad ipsum remittere lectorem, scilicet in dicta l.pacta, quæ contra, colum.fin. versic.ad hanc sectionem.C.de pactis. Cum hæc omnia de speciebus pactorum hic per accidens produxerimus, ad maiorem scilicet intelligentiam afferendorum in probationē fundamentorum, quibus fulciri comprobabitur decisio præsentis quęstionis propositæ supra tradita, in qua diximus dictum Nobilē victorē in vtroque foro polinempè, & fori habere actionem contra dictum nobilem victum ante professionem legitimam emissam in Religione approbata, & hodie post ipsam contra patrem, & hæredem eiusdem victi pro rata, tamen peculij, quod ipse victus ei legauit ac donauit. Hæc ergo decisio nostra probabitur sub sequentibus fundamentis.

His præmissis dicimus supra recensitam nostram decisionem pręsentis quæstionis propositę verissimā esse, & fundari subsequentibus verissimis fundamentis.

Primum ergo fundamentum verissimum præsentis decisionis fundatur in communi Doctorum sententia infrascriptorum, qui dixerunt in vtroque foro victum in
123 †ludo alearum teneri ad satisfaciendū victori regulariter, præterquā in tribus casibus loco suo enumerandis, eo ꝙ nos nō simus in aliquo ex illis casibus: Ac per consequens dicendum erit dictū victorem posse consequi huiusmodi lucrum, & ipsum sic acquisitum sibi retinere tuta conscientia. sequelæ huiusmodi veritas, etsi per se pateat, tamen adhuc probabitur arguendo ab identitate rationis, & a contrario sensu, per textum in c.sæpe cōtingit. extr.de restitu.spoliat. Vbi Innocentius Tertius æquiparauit (quo ad obligationem restituendi iniustè ablatum) iniustè aliquid detinentem iniusto inuasori bonorum proximorum suorū, his pręcisis verbis vtens, videlicet. [Sancimus, vt si quis de cętero scien-
124 ter rem talem † receperit, cùm spoliatori quasi succedat in vitium, eo quòd non multum interfit quo ad periculum animæ, iniustè detinere, ac inuadere alienum.] hæc ibi. Ex quibus (arguendo a contrario sensu) apertissimè elicitur, quòd sicut tuta conscientia licebit victori retinere huiusmodi lucrum sibi a victo assignatum, sic tuta conscientia is, qui perdidit non poterit retinere illud apud se inuito creditore. Nec obstat, quòd infra citandi Doctores, qui hoc ipsum dixerunt, constituentes hoc pro regula verissima, addiderint ipsā fallere in trib.casib.(vt diximus) nempè. Primò si qui perdidissent essent furiosi, monachi, vxores, filijfamilias, & alij, quibus meritò fuisset prohibita alienatio, seu administratio bonorum. Secundò quando quis violenter traxisset victum ad ludendum ex cupiditate lucrandi: Et tertiò si quis fraudulenter ludendo fuisset aliquid lucratus, quoniam

Digitized by Google

in his tribus casibus huiusmodi lucra erunt restituenda victo, & quòd præter tres casus illos, quis tuta conscientia posset retinere acquisita per ludum etiam simpliciter a iure communi, vel municipali prohibitum docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Sanctus Thomas in 2.2. quæstione 32. articulo septimo, in responsione ad secundum, dicens, quòd circa illa, quæ per aleas acquiruntur, videtur aliquid esse illicitum, ex iure Diuino scilicet, quòd aliquis lucretur ab his, qui rem suam alienare non possunt, sicut sunt minores, furiosi, & huiusmodi, & in his casibus tenetur victor ad restitutionem. Aliquid autem videtur esse illicitum ex iure positiuo ciuili, quod vniuersaliter prohibet tale lucrum: sed
125 quia ius † Ciuile non obligat omnes, sed eos solos, qui sunt huiusmodi legibus subiecti, & iterum per dissuetudinem abrogari potest: ideo apud illos, qui sunt huiusmodi legibus obstricti, tenentur vniuersaliter ad restitutionem, qui lucrantur. Nisi fortè contraria consuetudo præualeat hæc Sanctus Thomas, cuius sententiæ ibidem se subscripsit Caetanus in commentarijs, & in sua Summula in versiculo ludus. Ex quorum dictis elicitur apertissimè, quòd quoad obligationem incursam ex perditis in ludo alearum, nullum esset discrimen inter ludentem pecunia præsenti, vel absenti promissa. Idem docuit Maior in quarta sentent. distinctione 15. quæstione 15. & sequen. & Adrianus Papa Sextus in quarto sentent. titu. de restitu. propter ludum, quos retulit, ac sequutus fuit Nauarrus in suo manuali capitulo decimonono, numero decimonono, §. octauo. Idipsum docuit Alphonsus de Castro in suo elegantissimo tract. de lege pœnali potestate, libro secundo, corrol. 3. per totum multis medijs. Idipsum Dominicus a Soto libro quarto, de iustitia, & iure, quæstione quinta, articulo secundo, concluss. 4. Idipsum docuit Ioannes de Medina in suo Codice de rebus restituendis. q. 22. §. illud videtur difficilius. Vbi diffusissimè hoc ipsũ probat multis medijs, respõdens insup obiectionibus, quæ sibi potuissent fieri, ex eo, quòd sit translatum dominium ad victorem non obstante Authen. alearum supra citata. Idipsum docuit Dominicus Bannes in cõmentarijs suis super 2. 2. quæst. 32. art. 7. Sancti Thomæ vbi hoc ipsum in proposito casu nostro multis medijs probauit esse, conforme iuri Diuino, & naturali, & non contrarium iuri positiuo dictæ Authen. alearum vsus. C. de religio. & sumpt. funer. prout docuerunt locis citatis supra Alphonsus de Castro, Sotus & Medina. Asseruit enim inter alia ibi in conclusione 4. dictus Bannes, quòd huiusmodi repetitio pecuniæ ludo aleorum deperditæ veniet facienda legitimè coram Iudice: Alioquin is, qui lucri fecit non tenebitur in conscientia perdenti illam, si priuatim repetierit, quod & probat ibidem multis

tis medijs. Idem docuit Ioannes Maior. in 4. sent. distin. 15. quæstione 13. & Paluda. in 4. sent. distinctione 15. quęstione 3. articulo 5. addens hoc verificari in foro fori, & poli. Idipsum docuit Sylvest. in sua summa. in versiculo ludus. §. 11. & 12. Vbi addidit dicens Alexan. Lombar. in titu. de vsuris docuisse, quòd leges contrarium præcipientes sunt abrogatæ per consuetudinem contrariam: quod patet, inquit, quia repetenti deperdita in ludo non datur actio in foro ciuili, & iudiciali, nec sententiæ restitutionis sibi faciendæ. Idem docuit Scotus in quarto sentent. distinctione 16. Et ex Canonistis, ac Iuristis idipsum infrascripti Doctores docuerunt, videlicet Hostiensis in Summa titu. de pœniten. & remiss. §. quid de lusoribus, versiculo sed & sunt personę: Henricus Boich in capitulo inter dilectos. ext. de eccess. prælat. communiter Doctores in capitulo clerici. extra de vita, & honest. cler ic. Glosator Pragmaticæ sanctionis sub titu. de spectaculis in Ecclesia non faciendis. fol. 185. columna secunda, versiculo dic tamen. Glo. Capellæ Tolosanæ in quæstione 192. per totum. Vbi addidit secundum Ioannem Andream in dicto capitulo clerici, quòd hodie ex consuetudine non
126 reputetur † prohibitus alearum ludus, quamuis olim fuerit prohibitus. Vnde victor non tenebitur tale lucrum restituere victo. Idem diffusissimè ac elegantissimè docuit Iul. Clarus in sua praxi crimin. §. ludus. versiculo vincens in ludo. dicens, quòd lucrans in ludo reprobato, de consuetudine non seruatur, vt restituatur tale lucrum. Vt docuit Augustinus de Arimine in addit. ad Angelum in tract. de maleficijs. in versiculo metitor di mali dadi, numero decimoseptimo. Qua propter ipse Iul. Clarus ibidem subintulit, & hæc præcisa verba dicens, quòd stante tali consuetudine, quòd possit ludi ad aleas: talis consuetudo excusat victorem, vt non teneatur ad restitutionem talis lucri indè assequuti, dummodo in ludo fraus non interueniat, & quòd hæc sit communis opinio. vt attestatur Barbatius in consilio 66. numero septimo, libro tertio, quem retulit Rocchus in tractat. de consuetudine, folio vigesimotertio, numero sexto, & subintulit ibidem Iul. Clarus dicens. Ego tamen nunquam vidi in practica seruari, vt detur victo actio repetendi contra victorem, vt restituat ei lucrum per aleas acquisitum. Quapropter valebit consuetudo huiusmodi, vt denegaretur victo repetitio eius quod amisit: & quòd ita teneant communiter Canonistæ, Legistæ, Theologi, ac Sancti Viri, vt etiam attestatur Caccialupus in tractat. de ludo, numero 79. Vnde etiam mutuans in ludo
127 (quicquid sit de iure) in practica seruatur, vt repetat, & quòd talis extet cõsuetudo, docuit quoque Augustinus de Arimine. nu. 15. & sequen. vbi supra, & quòd talis consuetudo valeat est cõsonum

num communi opinioni. Attamẽ sciendum, quòd in cõtrarium hodie practicatur in Regno Neapolitano propter pragmaticam editam a Don Serafanno de Ribera Prorege in anno 1568. præcipienti fore denegandam actionem solum ludentibus, & mutuantibus pecuniam ijs, qui vellent secũ ludere: & ex hoc apertissimè colligitur fuisse limitatã huiusmodi consuetudinem citatam a supradictis Doctoribus, quod erit memoriæ imprimendum, vt latissimè docuit Couarruuias in repet. regulæ peccatum. de regu. iur. in sexto, in 2. par. relect. §. 4 nu. 1. dũ de materia ludi pertractat in vnica cõclusione, asserẽs idipsum fore dicendum etiam si ludus esset aliqua lege humana prohibitus pœna exteriori, & lucri restitutione plerumque puniatur ex eo, ta-
12 & mẽ acquisita † in animæ, & conscientiæ iudicio nonsunt necessariò restituenda, modò absit fraꝰ, legesq; ludi seruentur, habeantq; ludentes administrationem liberam rerum, quas in ludi conuentionem deduxere: Vbi & num. 3. vers. imò licèt consuetudinẽ. addidit idem Couarruuias, quòd licet consuetudine non possit adlearum ludus fieri licitus, propterea, quòd tot mala ex eo sequantur, poterit tamen consuetudine tolli pœna restituendi ludo quæsita, quæ lege humana statuta est, secundum Diuum Thomam vbi supra articulo septimo, in responsione ad secundum. Cardinalis, & Imo. in capitulo clerici. extra de vita & honestate cleticor. Paris. de Puteo in tractat. de ludo, & Ioãnes Baptista in tract. de ludo. q. 17. quorum opinio cõis est, vt attestatur Adrianus Papa Sextus in quarto sententia. in tractat. de restitutione in Capitulo incip. Quia in superioribus. columna secunda, Rocchus Curtius in capitulo vltimo, tractat. de consuetu. folio decimoquinto, columna secunda. Hæc Couarruuias vbi supra. qui ibidem circa finem, numero secundo, dicit quòd con-
129 tractus, † qui fit inter ludentes ex propria vi, & natura non est iure naturali, Diuino, vel humano illicitus, nec acceptio ex ludo iure prohibetur ratione iniquæ receptionis: sed quia solent plura vitia in ludi exercitio contingere: quare inde fit, quòd huiusmodi lex non vetet dominij acquisitionem: sed vt cogatur à ludice victo repetente, victor ad lucrum huiusmodi restituendum: quam repetitionis actionem posse consuetudine tolli, asseuerat ipsemet Couarruuias, cuius dictis cõcordãt ferè omnes Doctores: quod & Doctores citati supra à nobis dixerunt iam vsu contrario talem actionem reperendi fuisse abolitam, quibus ipse Couarruuias ibidem astipulatur: idipsum docuit Nauarrus in suo Manuali, cap. 19. nu. 19. Idem Petrus Santerna in trac. de mercatorum dispositionibus. nu. 23, & 24. referens Bald. in rubric. ff. de condit. ob turpem causam. Idem Ioannes Andreas in cap. clerici ii extra de vita, & honestate clericorum.

sequen-

Digitized by Google

sequentes hi Doct.Sanctum Thomam vbi supra, ac dicẽtes, quòd vbi ludus de consuetudine est li-
130 citus, † licèt aliàs de se illicitus, non tenebitur quis ad restitutionem rei ludo huiusmodi lucratæ. Idem docuit Franciscus Viuius in thesauro commun. opin. in versi.ludus. nu.4.dicens, quòd acquisita in ludo non sunt necessariò restituenda, vt docuit Sanctus Thomas vbi supra. Idem docuerunt Canonistæ communiter in cap.penult.extra de vita,& honestate cleric. & addidit vbi supra, Viuius, hanc conclusionem communiter à Theologis approbari, imò & ab ipsa consuetudine,quamuis huiusmodi ludus fieri licitè non possit propter tot mala,quæ producit,tamen consuetudo ipsa victorem non solùm ad restitutionem rei sic lucratæ excusare poterit,verum etiam & à pęna soluenda, indicta forsan per statuta aliqua,secundum S.Thomam,& alios Doctores, hic per nos citatos, & per Socinum iuniorem in cons.68.nu.103. vol.3. & Barbat. quoque vbi supra. dicit hanc sententiam esse communem,quod & confirmauit Alciatus in libro octauo Parerg.iuris. cap.16. vbi ipse Alciatus dixit, ꝙ prohibuerit huiusmodi ludos non constitutione Iustinianus, & amissorum repetitionem concessit: At Theologi,Pontificijq; iuris Doctores consuetudine eam legem abrogatam contendunt,licitęque retineri lucra ludo facta arbitrantur, dum absque blasphemijs,& impijs in Deum cõuitijs certatum sit. Etenim potissima
131 ratio cur Iustinianus † eam legem senserit, ea fuit, quòd lusores in Deum maledici sint. Dum item is,qui ludit si iuris sui sit,habeatque rerum suarum administrationem,qua ratione filijfamilias,& Monachi, & vxores, quæ in manu viri sunt, submouebunt ab hac, scilicet permissione,sic & famuli, & obsonatores,qui domínicam pecuniam ausint in casum dare.Hæc ille.cuius sententia interpretanda erit secundum eius mentem expressam hic, & in regula peccatum. Cum iam præmisisset non teneri ad restitutionem eorum,quæ quis vicisset ludo ijs,qui sunt sui iuris,habentes rerum suarum administrationẽ: & ideo subintulit de his, qui regulariter rerum administratione carent,vt sunt filijfamiliàs,& vxores: etsi ipsemet non negauerit, & hoc dictum recipere limitationem, cum reperiantur filijfamilias, & vxores, quæ habeant propria peculia, & bonorum aduentitiorum administrationem, ac potestatem illa alienandi irrequisitis viris, (vt latius dicemus infra in responsionem ad tertiam obiectionem) prout de ipsis vxoribus loquens idem Alciatus vbi supra, docuit, qui loquens quoque de filiofamilias in secunda regula præsumptionum,præsumpt.secunda,numero tertio,versiculo sed vidi dubitari ferè de simili quæstione dixit, quòd stante statuto,quòd filiusfamilias nõ possit se obligare sine consensu patris, aliquis existens in quasi

Digitized by Google

possessione sui iuris promisit Titio centum ex causa onerosa, deinde nolebat soluere sub prætex-
132 tu statuti † annullantis obligationem, & videbatur talem in effectu non adiuuari, quia aliàs creditor remaneret deceptus. Nam licet actio tollatur per statutum, tamen poterit creditor agere actione de dolo, vel stellionatus contra talem. Ex quo alia actio deficit. vt in l. prima. ff. de pignorat. act. Bal. in consilio decimoquarto, volumine primo, asserẽs, quòd statutum tollerat solùm actionem ex contractu: non autem eam, quæ tollitur ex maleficio, vel quasi, vt in l. penultima, C. de dolo. & in l. secunda, & tertia, C. si minor maior. ex quibus legibus apertissimè colligitur idipsum. Nam in dicta l. penultima, hæc habentur, videlicet. [Si maior quinque, & viginti annis hæreditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas eius adeundæ relinquitur: sanè si eius vxoris tibi substitutæ dolo factum est, actionem de dolo cõtra eam exercere potes.] hæc ibi. Et in dicta l. secunda, hæc habentur, videlicet. [Si is, qui minorem nunc se esse asseuerat, fallaci maioris ætatis mendatio te deceperit, cùm iuxta statuta iuris errantibus, nõ etiam fallentibus minoribus publica iura subueniant, in integrum restitui non debent.] hæc ibi. & in dicta l. tertia, hæc habentur, videlicet. [Si alterius circumueniendi causa minor ætatẽ maiorem te probare aspectu laboraueris, cum malitia suppleat ætatem restitutionis auxilium tã sacris cõstitutionibus, quàm scriptorum auctoritate statutum est: hæc ibi. Vbi communiter per Doctores.

Fundamentum secundum veritatis nostræ consultationis est: quoniam ex tali etiam nudo pacto (si illud, & non stipulatio interueniisset, vt verè interfuit) ini-
133 to † inter ludentes ante ludum ipsum oritur actio, seu obligatio naturalis, quæ ex lato Iudicis officio debet habere executionem: sicut olim antè introductas per ius ciuile actiones ministrabatur iustitia de iure gentium, siue actione manu regia. vt docuit textus in l. secunda, ff. de origine iur. prout docuit Alexan. etiam in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. columna tertia, numero nono, versiculo dicit etiam. ff. de pactis. Hoc ipsum docuit Antonius de Butr. post Compost. & Innocentium in capitulo quæ in Ecclesiarum. extra de constitu. quos cì tauit, & sequutus fuit Mattheus de Afflicto in decisione 120. numero quinto, etsi ipse addiderit, quòd Ioannes de Imo. in dicto capitulo, quæ in Ecclesiarum. dixerit, quòd talis opinio in practica non teneatur, nisi adiretur Imperator, vel Rex in suo Regno. Hyppolitus de Marsil. in suo singul. 148. incipien. Graue est. tacitè huic nostro fundamẽto se subscripsit, dicens, quòd licet pactum nudum de iure non pariat actionem, quia tamen procedit secundum præcepta iurisgentiũ, non debebit denegari iustitia, si

pro

pro illo petatur, vt docuit Antonius de Butr. in dicto capitulo quæ in Ecclesiarum.extra de constitu.quod dictum retulit, & sequutus fuit Alexan. in l.quintus. in apostilla ad Bart. ff. mandati. in fauorem cuius dicti ipse Alexan.ibi aliqua attulit. Pro quo etiam facit quod dixit Bartolus in dicta l.quintus.asserens verecun-
134 diam † esse denegare quod pacto nudo quis promisit. Ad hoc ipsum probandum deseruiunt, quæ attulimus supra in præmissis,quando diximus, & probauimus periurum esse, qui non seruat quod sub fide sua promisit, eo quòd Deus non faciat differentiam inter promissionem simplicem factam data fide,vel iuramento expresso.Vide ergo latius ibi. Hoc ipsum colligitur ex notatis per Innocentium, & Compost.in dicto capitulo quæ in Ecclesiarum, etsi ibidem Imo.dixerit, quòd sibi videatur, quòd in practica in foro ciuili non fieret executio pacti nudi,attẽto,quòd ius ciuile disponit, quòd non habeat effectum executionis, & sic Magistratus non tenetur ipsam obligationem exequi quo ad effectum actionis,sed exceptionis, tamen vt in dicto §.sed cum nulla, & addidit, quòd si adiretur Imperator pro executione ipsius obligationis naturalis, peccaret si non faceret ipsam exequi, & ita inquit ipse Imo. quòd idem docuerint Innocentius, & Compostella.vbi supra,& ibi ipse Imola addidit,quòd non sit dubium, quòd per viam denunciationis Euangelicæ in foro Ecclesiastico etiam in terris Imperij posse pe-
136 ti executio † pacti nudi per notata per Doctores in titu. de iudicijs. & per Barto. in extrauagan.ad reprimendum.in versiculo denunciationem. & per Bal.in Authen.ad hoc.cum simili. C. de vsur.Idem docuit Bartholomeus Socinus in l.legem.columna tertia, numero decimo, versiculo hanc tamen conclusionem limita. C.de pactis. Nec refert in casu nostro, quòd ibidem Socinus statim subdiderit hæc præcisa verba, videlicet. Caue tamen, quia non intelligas ita absolutè, quòd quando per inobseruãtiam quis esset in damno detur actio, quòd aliàs quasi semper daretur actio:ex quo ille cui pactum non seruaretur quasi semper esset in damno contra istum textum. Vnde intelligas(inquit) quãdo propter pactum aliquis aliquid fecisset, seu impleuisset, & altera parte non obseruante propter id, quod fecit,esset in damno, & ita loquitur textus in dicto §. seruus pactionis.l.& eleganter. ff.de dolo: quia tunc ex quo altera pars dolo facit non obseruando,ex tali præexistenti materia doli oritur actio de dolo per illum textum, quem ita eleganter declarat Dominus Ioannes de Monte Sperel.in l.pacta, quæ contra. C. de pactis. Non inquam, hæc Socini limitatio poterit obstare huic nostro secundo fundamento,quod & patet per ea, quæ ipsemet ibidem subdidit, dicens, quòd tunc daretur actio,quando

aliquis propter pactum aliquid feciſſet: cùm in caſu noſtro is, qui luſit, aliquid fecit (non facturus ſi non præceſſiſſet huiuſmodi pactum de ſoluendo victori) nempè ſorti commiſit pecuniã ſuam, & impleuit quod promiſit ſe obligãdo fide interpoſita verbis declarata, propter quod ipſe victus eſſet in damno lucri ceſſantis ſibi debiti ac ſoluendi de iure naturę ſtante pacto nudo præcedente, & ſub miſſione periculo de perdendi in ludo ſua propria, quæ ſorti, & commiſit promittendo, & ipſe pacto nudo de ſoluendo deperdita per ipſum in dicto ludo. & quòd in caſu noſtro victor adeptus fuerit obligationem; ſeu actionem naturalem contra victũ & promittentẽ (nudo pacto mediante, vt ſupra, ſi ſolùm ipſum interfuiſſet) docuit Guid. Pap. in deciſ. 190. n. 2. dicẽs, ꝙ etſi ex aliqua promiſſione non oriatur Ci-
136 uilis obligatio, † oritur tñ naturalis, quia ex contractu ẽt de iure reprobato pp cõſenſum oritur iure gentiũ naturalis obligatio. vt in l. 1 ff. de nouat. & in l. ſi pupillus. ff. de verbor. oblig. Si ergo ex cõtractu à iure reprobato oritur obligatio naturalis, quãto magis ex contractu nõ reprobato acquiratur dominiũ eorũ, quæ quis lucratus fuit ludo aleariũ, cũ etſi ipſe fuerit prohibitus a iure Ciuili cõi, non tamen à iure naturali: licet huiuſmodi prohibitio receſſerit iam ab aula per contrariam conſuetudinem, vti latiſſimè probauimus p aliata in probationem primi fundamẽti ꝓſentis noſtrę deciſionis. Nec nõ per afferẽda in probationẽ fundamẽti quinti. videatur ergo ibi latiùs.

Fundamentum tertium noſtrę deciſionis eſt, quoniam licet eſſemus in caſu, in quo de iure Ciuili denegaretur actio contra victum in ludo alearum propter nudum pactum præcedens de ſoluendo deperdita in ipſo ludo: ta
137 men ex tali pacto † datur vincenti aditus adeũdi Principem, vel alium non recognoſcentem ſuperiorem, (vt eſt Serenitſima Reipublica Genuenſis) vt ipſe cõpelleret huiuſmodi victum ad ſeruandum illud nudũ pactum: prout elegantiſſimè docuit per multa Andr. ab Exea in ſuo tractat. ſuper rubr. ff. de pactis. in tertia par. a num. 309. & deinceps, afferẽs nonnullas obiectiones contra hoc præſens noſtrum verum fundamentum, quibus tamen ſtatim reſpondendo ſatisfecit. vide ergo ibi latiùs per te.

Fundamentum quartum eſt. Quoniam regula eſt, quòd ex pa-
138 cto nudo oriatur actio † quando aliquis promiſiſſet aliquid alicui ſub conditione, quoniam talis conditionis adiectio habetur pro cauſa: & euentus conditionis habetur pro implemento. At quoniam victus in ludo ante ipſum ludum pactus fuit cum victore: quòd ſibi ſolueret deperdita in ludo, ſi ille vinceret; ſicut è contra. Victor ſpopondérat. Inde ſequitur, ꝙ ex aduentu, ſeu implemẽto dictę conditionis factę ex cauſa reciproca orta fuit actio contra victum ipſi victori ex-

experienda, & producēda etiam in iudicio ciuili, & quòd dictæ regulæ hìc citatæ sint verissimæ gradatim probauimus per subsequentia: Sciendum igitur, quòd huius rationis, seu fundamenti veritati se subscripserunt infrascripti Doctor. videlicet Ang. in l. cum ad præsens, per illum tex. ff. si certum petatur. Bald. in l. quoniam. C. de rer. permutat. Decius in cons. 89. incip. Viso pacto. col. 3. in fin. versiculo tertiò allegata in contrariū. in prima par. Idem docuit Andreas ab Exea in supradicto tract. num. 442. in limitatione 30. & vt hoc nostrum fundamentū clarius verissimum esse probetur, operępretiū duximus hìc referre nonnulla exempla. sciendum igitur, q̄ licèt
139 alienationis prohibitio † facta à testatore sine causa non valeat. vt in l. cùm pater filium. §. Iulius Agrippa. & in l. Iulius. cum simil. ff. de legat. 3. & ibi per Docto. tamen si fuisset facta conditionaliter, valebit & tenebit: & ratio est, quia talis cōditio habebitur pro causa: vt docuit tex. quem ibi notat ad hoc ipsum probādum Bal. in l. 4. §. 1. ff. de condict. inst. quem textum dicit esse notatu dignum Jason in l. filius fam. §. diu. colu. 1. vers. limita illum textum, & ibi Claud. de Seisello. colum. 3. post princ. ff. de lega. 1. Hac eadem ratione moti dixerunt Doctores, quòd valeat conuentio, & promissio sub aliquo futuro euentu conditionis, puta, si talis dominus hoc anno moriatur promittis dare centum, etsi non moriatur promitto dare centum, & viginti, & hoc est, quoniam solus conditionis euentus sufficit, nec alia causa requiritur: vt docuit Pau. de Cast. in l. a Tito. ff. de verbo. obl. dicens ita fuisse determinatum Florentiæ, & latè consuluit Decius in consil. 115. incip. Diligenter consideratis omnib. col. 1. in par. 1. Quæ omnia plurimum deseruient in casu nostro, & qm̄ q̄plurimis aliis recensitis exemplis a d. Andr. ab Exea. vbi sup. Idipsum apertissimè probatur. sufficiet nobis illum citasse.

Fundamentum quintum est, quoniam ex pacto nudo oritur
140 actio, † quandocunque ille, cui aliquid pacto nudo promissum fuit, pateretur damnū si sibi promissa non seruarentur; & nulla actio alia speraretur, quando tunc vigore talis pacti contra non seruantem dabitur actio de dolo. At quòd damnum sit passurus victor in ludo, si quæ ludo acquisiuit præuia victi huiusmodi pollicitatione, siue pacto nudo: Sed vt melius dicamus, stipulatione per se patet. ergo, &c. & quòd fundamentum præsens sit verissimum, probatur subsequētibus auctoritatibus. Nam fulcitur fundamento tex. in l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. Vbi habetur, quòd qui non seruat pactū
141 † ad quod naturaliter, non ciuiliter est obligatus, tenetur læsa actione de dolo. Idipsum docuerunt & infrascripti Docto. videlicet Bart. in dicta l. & eleganter. Bald. in l. cùm mota. col. 3. C. de transact. Angel. à Perusio in consil.

Digitized by Google

ſil. 1. incip. Viſis ſupradictis. qui in col. 2. nu. 9. verſic. nec mirum. dixit, quòd non mirum videri po teſt: ſi ex nudo pacto agatur: quia ſemper agitur de dolo, quando in obſeruantia pacti nudi affert damnum ei, cui pactus eſt. vt in dicta l. & eleganter. vbi eſt caſus lucidus, & declarans omnia iura dicentia, ex pacto nudo non agi: quoniam neceſſariò (inquit) oportet nos dicere, quòd agitur de dolo propter inobſeruantiam pacti nudi, vt docuit Bal. Germanus meus in l. cùm mota. col. 3. C. de tranſact. idem docuit Alex. in l. iuris gentium. §. cùm nulla. col. 3. nu. 9. verſi. idem vbicunque. ff. de pact. & in l. in bonæ fidei. col. 4. nu. 10. verſic. Vltimò nota. C. de pactis. dicens, vltimo nota, quòd
142 ex pacto † appoſito ex interuallo non oritur actio: fallit vbi aliquis tractaret de damno, & alio remedio conſultum eſſe non poteſt: nam tunc ex pacto nudo ſemper agetur de dolo: vt eſt tex. in dicta l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. idem docuit Barthol. Socinus in l. legem. C. de pactis. cuius pręciſa verba, & interpretationem ipſorum reperies, in probatione ſecundi fundaměti allati. vide ergo ibi. quia ſummoperè deſeruiunt veritati præſentis fundamenti. idem docuit Alciatus in Rubr. C. de pactis. nu. 18. verſi. quod etiam generaliter. idem rurſus docuit Alexan. in l. ſi conuenerit. nu. 6. col. 2. ff. de iuriſdict. om. iudi. Si ergo in pacto nudo datur actio de iure Ciuili: quanto magis in caſu noſtro, cùm tunus in ſtipulatione.

Fundamentum ſextum quo noſtra deciſio munitur, eſt regula illa vulgatiſſima à Doctoribus * communiter amplexata: in qua habetur, quòd ex pacto, ſeu pro-
143 miſſione, † etiam nuda geminata ex interuallo, oriatur actio contra paciſcentem, ſeu promittentem aliquid etiam de iure Ciuili: quando ſecundum pactum nudum fuiſſet factum per ſpeciale conſtitutum habentem expreſſam relationẽ prioris debiti contracti per primum pactum nudum: (prout latiùs infra dicemus) cùm Iaſonis ſententiam referemus. vide ergo ibi. At cùm dictus victus in dicto ludo ante ludum ipſum inchoatum promiſerit de perdita in ludo ſoluere: & indè incurrerit obligationem naturalem (vt fuit ſupra latiſſimè probatum) & ſurgens poſtea ipſe victus à ludo, rurſus idem promiſerit ſub chirographo. & poſt nõ nullos mẽſes per literas idipſum promiſerit ſe ſoluturum iuramento mediante ac per conſequens fuit inter eos conſtitutum factum habens relationem ad priorem promiſſionem ſoluendi incurſum debitum per ludum. inde apertiſſimè ſequitur victorem ſibi acquiſiuiſſe actionem etiam de iure Ciuili contra dictum victum: & quòd dicta regula ſit de iure vera, probatur ſubſequentibus auctoritatibus. & primò per tex. in l. 1. §. Debitum autem. verſi. vel natura ſufficit. ff. de conſtitu. pecu. quod & clarius habetur in §. de cõſtituta. inſtitu. de actio.

vbi

vbi hæc habentur, videlicet [De constituta autẽ pecunia cum omnibus agitur quicunque pro se, vel pro alijs soluturos se constituerint, nulla scilicet stipulatione interposita.]hęc ibi.ex quibus apertissimè elicitur veritas nostræ regulę, cùm text. innuerit se constituisse debitorem pro debito contracto à se, vel alio: ac per consequens per promissionem, seu pactum nudum geminatum dicetur quis à iure Ciuili declarari debitor, & contra ipsum ortam actionem. Nam simplex, seu nudum pactum, quod denotarũt verba illius §. de constituta, scilicet [Nulla stipulatione interposita.] geminatum pactum verò nudum præcessisse, scilicet de debita pecunia promissa, probãt illa verba in dicto §. posita. videlicet [Quicunque pro se, vel pro alio soluturos se constituerint.] Quapropter meritò Glo. & infra citãdi Doctores idipsum clarius docuerunt. idem docuit text. in l. qui autem.in principio ff. de constitu. pecu. vbi hæc habentur inter alia, videlicet:[qui autem constituit se soluturum, tenetur, siue adiecerit certã quantitatem, siue non.] hæc ibi. idipsum docuerunt infrascripti Doctores. Iason enim eleganter hoc docuit in rubric. ff. de verborum obligat.col.4.nu.11.vers.nam regula est. vbi postquam ibidem. num.10. versi. Quintò est constitutum. dixisset, quòd constitutum(quod est iuris prætorij) nudo pacto producat actionem. vt in §. constituta. institu. de actio. rationẽ huius assignant (inquit) Raphael Cuman. & Alex. in Rubr.ff.de verb.obligat.col.vltima, dicentes hoc procedere propter geminationem : statimque subdidit ipse Iason ibidem, num.11. nam regula est secundum eos, q̃ promissio geminata licèt nudo pacto facta producit actionem. vt in l.1.§.debitum.ff.de constitu. pecu. quod & docuit Ludo. Roma.in l. in principio.charta pen. ff.de verb. oblig.& in l. si verò. §. de viro.in 31.fallentia.ff.sol. matrim. dicens duas † naturales obligationes producere actionẽ. idipsum & Canonistæ docuerunt in c.per tuas. extra de arbitris. & in c.cùm contingat. extra.de iureiur.idem docuit Alber. de Rosatis in l.iuris gentium.§. Quinimò.col.7.ad finem. ff. de pactis. Paul.de Cast.in dicta l. 1.in principio,ff.de constitu.pecu.idẽ docuit Matthesil.in suo notabili 36. incip.nota nouam regulã, quam non ponunt Legistæ. vbi hac ratione idipsum probat, dicens, quòd ex duplici pacto nudo super eadem re ex interuallo facto semper oriatur actio etiã de iure Ciuili : quod & probatur, inquit, hac alia ratione.nempè quoniam virtute primi pacti nudi inducitur naturalis obligatio.vt in l. 1. ff.de pactis.(vt latius per nos supra fuit probatum) ex secundo autem supradicto pacto inducitur actio de constituta pecunia : vt in l.1.§.debitum.iunctis. l. qui autem. §.fina. & l. sequenti. ff. de constitu.pecu.idem docuit Host. in dicto c.per tuas.& ibidem clarius

rius Ant. de Butr. & in c. Quinta vallis. extra de iureiur. idem docuit Alexan. in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. col. 3. nu. 9. versic. quibus adde, ff. de pactis. asserẽs hoc ipsum docuisse Bal. & Ang. in l. fin. C. ad l. falc. idem docuit Bar. in dicto §. sed cum nulla. addens, quòd dictum secundum pactum nudum ideo dicatur constitutum: quia in eo constituit, seu promittit quis se soluturum id, quod ex primo pacto naturaliter obligabatur: quòd pactum
145 † secundum fore appellandum hac de causa contractus nominatus, eò quòd incontinenti producat actionem, & habeat nomẽ specificum & elegans: & hæc est conuentio legitima inuenta de iure Ciuili: de qua loquitur tex. in l. legitima. in principio, ff. de pactis. cùm ibi not. accipiendo tamen legitimam conuentionem, omnem conuentionem efficacem, & de se validam, inuentam ab aliqua parte iuris Ciuilis, puta à iure prætorio; quod est pars iuris Ciuilis. Hæc Alex. vbi supra, qui idipsum confirmauit in l. legem. nu. 4. versic. in eadem ibi. C. de pactis. & notãdum pro intelligentia dictorum, quòd Iason vbi supra in dicta Rubr. de verb. oblig. in dicto nu. 11. dixerit, quòd hæc sit communis opinio, ac Doctrina Legistarum & Canonistarum, & ratio est (secundum eum) quia obligatio naturalis quando est nata producit actionem, & addidit ipse Ias. subsequenter, quòd ad hoc ipsum probandum benè facit, quia consessio extra iudicialis cẽsetur pactum nudum. vt in l. tale pactum. in principio, ff. de pactis. & sic ex eo nõ oritur actio: vt in l. publia. §. fin. ff. de po. Tamen si talis con-
146 fessio † extra iudicialis fuerit geminata, habebit vim iudicialis, vt docuit Bar. in l. cùm scimus. in fin. C. de agri. & censit. lib. 11. & ex ea tunc orietur actio secundum Abbatem in c. si cautio. de fide instrum. prout docuit quoq; Paul. de Cast. in dicta l. publia. §. fin. & Rom. in l. nuda ratio. col. 1. ff. de do. & in l. sed si possessori. in principio ff. de iureiur. addidit ipsemet Iason ibidem & aliam rationem, quam assignauit (inquit ipse) Rapha. Cum. Paul. de Cast. Alex. in Rubr. ff. de verb. oblig. & Bar. & alij in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. di-
147 centes, quare lex † Ciuilis noluerit ex pacto nudo „pduci actionem, sed benè ex stipulato. ratio ergo est (secundum eos) propter maiorem deliberationem, quæ est in respondente post interrogationem præcedentem: sed vbi est geminatum pactũ de eodem; censebitur mens deliberata se obligandi: cùm geminatio faciat presumi deliberationem, arg. in l. si mulier contra. ff. ad Velleia. prout et iam docuit glo. reputata singularis in c. ex litteris. extr. de diuortijs. ideo tunc etiam debet produci actio, inde sequitur veritas præsentis fundamenti eò magis, quòd non posset de iure dici dictum pactum initum inter ludentes antè ludum fuisse nudum, sed propriè stipulationem: cùm

præ-

præcesserit interrogatio ante responsioné, & promissioné simplicem, seu pactũ nudũ, vt patet ad sensũ, cùm alter ad alterũ loquẽs ipsum interroganerit si victus fuisset, an uellet soluere deperdita: quapropter inter eos non fuit talis promissio indeliberata, & non præcedente interrogatione alterius. ex quo patet, quòd etiam si dicta promissio non fuisset geminata post interuallum temporis, etiam de iure Ciuili gigniſſet sibi actionem de iure Ciuili. attamen pro vitãda omni cauillatione aduersarij victi & fautorum eius, sciendum nos loquutos fuisse in presenti fundamento: quando dicta secunda promissio, seu pactum nudum expressè fieret per constitutum (vt apertissimè apparet interfuisse in casu nostro supra proposito) scilicet per relationem prioris debiti, & ita loquuntur iura ad hoc probandum supra citata: & huiusmodi constitutum (quod requiritur) non inducetur nisi appareat, quòd secunda promissio fiat animo constituendi: prout probat ineuitabiliter text. (iudicio ipsius Iasonis vbi supra nu. 11. circa finem) in l. si tibi. & ibi glo. fin. in principio, & Cynus. C. locati. & Alberi. in l. iuris gentium. §. quinimo. col. 4. in fin. ff. de pactis. nam in constituto est alia ratio, quàm geminationis. cùm non sit verum quod ab aliquibus dicitur, quòd
148 obligatio naturalis † quãdo est geminata producat actionem, & hoc ostenditur euidenter: & ratio secundum eum est in promptu: & est, quoniam naturalis obligatio se habet ad productionem actionis, tanquàm mater, & ciuilis tanquam pater, vt in l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurat. & tali pacto (inquit Iason vbi supra) declarauit Bar. (quem omnes sequuti fuerunt) in l. 1. col. 4. ff. de condit. indebiti. & in l. cùm quis. col. 3. C. de iuris, & facti ignor. & Canonistæ in c. fin. extra de solut. sed impossibile est per naturam, q; duę fęminæ sine masculo generẽt: ergo nec per artem, q̃ naturã imitatur. vt in §. minorem. institu. de adoptionibus. & in l. adoptio. ff. eodem. sed sciendum, quòd huic rationi contradixit Alciatus, Rubr. ff. de verbor. oblig. num. 21. versic. Tertiò mouetur. dicens, etsi obligatio naturalis sit mater actionis, tamen secunda naturalis obligatio ex pacto nudo proueniens, non erit dicenda mater actionis, cùm de per se sit actio Ciuilis, ex quo fomentatur à Prætore, qui induxit constitutum. at Iason in dicta Rubr. de verb. obli. col. 5. nu. 13. versic. tu ergo dic. concludendo dixit, quòd ratio prædictorum est, quam assignauit Bar. in dicta l. iuris gentium. §. igitur nuda. circa fi. vbi dixit, quòd ideo datur actio ex constituto sequenti pa-
149 ctum nudum ex ĩteruallo, quia constitutum est contractus nominatus, & cõuentio legitima, quia fomentatur à lege prætoria, quæ est viua vox iuris Ciuilis. vt in l. nam & ipsum. ff. de Iustitia & iure. & prætor sequitur meram æquitatem: & ita etiam dixit Bal. in l. fina. C. ad l. Falcid. & Albericus in dicto §. Quinimò. col. 8. &

Nico-

by Google

Nicolaus de Neapoli. in dicto §. de conſtituta . in quarta oppoſ. glo. Qui Iaſon cùm idipſum repeteret in §. in perſonam, nu. 46. verſic. in ea glo. ibi circa finem . inſtitu. de actio. colligit ex Ioanne Fa. & Aret. ibidem nu. 2. verſi. & ad euidentiam præmitte . vbi exemplificans idipſum addidit, quòd ſpecialitatis, quare, ſcilicet ſpeciale ſit in conſtituto: vt in eo ex pacto nudo oriatur actio, eſt: quia hoc pactum conſtituti interponitur ſuper debito iam contracto: ideo potius operatur conductionem actionis, quàm ſi fieret ſuper debito contrahendo. & hìc operatur geminatio promiſſionis, quaſi magis appareat de voluntate deliberata promittentis, quàm ſi vnicus tantum interueniſſet conſenſus, & vnica promiſſio, cui rationi illorum ipſe Iaſon ſubdidit ſimilitudinẽ (cuius argumento idipſum probatur) ſequens Bar. in l. 1. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obligat. & Raphael Cum. in Rubr. ff. de verbor. oblig. & dicens quare lex introduxerit, quòd in ſtipulatio-
150 ne † præcedat interrogatio, & ſequatur reſponſio: & reſpõdent hoc fieri, quia præcedente interrogatione magis apparet, de deliberata voluntate volentis ſe obligare: ita erit ergo & in propoſito noſtro, & hanc rationem in conſtituto ſequitur in terminis dictis Raphael. vbi ſupra: q & voluerunt Canoniſtæ in c. per tuas. extra de arbitris & ſpecialiter Ant. ibidẽ, & in c. cùm contingat, & in c. quintauallis, extra de iureiur. & multa alia media attulit Iaſon vbi ſupra num. 47. & ſequenti: quibus idipſum probatur: idipſum probauit breuiùs Alciatus in Rubr. ff. de verb. obligat. col. 6. nu. 20. verſic. & ex hoc infertur, dicens, quòd pactum geminatum pariat actionẽ: cùm enim ex primo pacto quis obligetur naturaliter propter conſenſum: certè (inquit Alciatus) ſecundò paciſcens promittit illud, quod tenebatur naturaliter:
151 & ſic dicitur conſtituere † vt in dicto §. debitũ. & addidit, quòd hæc ſit communis Doctorum ſententia, vt per Dominum Alex. in l. iuris gentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pactis. & in l. legem. C. de pactis. & notandum, quòd Alex. ibidem ſubſequenter elegantiſſimè reſpõdit ad impugnationem, quæ prima fronte videtur feciſſe præſenti noſtro fundamento, etſi reuera in fine ſe ſubſcripſit eidẽ, & ipſe, vtens eadem declaratione, ſeu limitatione, qua vſus fuit & Alciatus: vt patet ex tenore verborum, quibus ipſi vſi fuerunt in deciſione preſentis quęſtionis, qui Alciatus idipſum breuiùs repetijt in l. in bonæ fidei. colum. 5. nu. 32. verſi. ſunt & qui. C. de pactis, dicens ſententiam receptiſſimam eſſe eorum, qui tradiderunt, ſi pactum nudum iteretur, actionem ex cõſtituto naſci. conſtituere enim eſt cum parte ipſa ſtatuere, ideſt, deliberatè promittere, quæ animi deliberatio ex actus geminatione colligitur, quòd ſi hæc deliberatio non adſit, ſecus eſt: nec dicetur con-

constitutum quicquàm esse, nec actio oritur, vt cùm vno tempore vtrumque pactum accesserit: nulla enim hìc erit maior deliberatio. idem docuit Paul. de Cast. in l. fin. C. ad l. Falc. & in l. 1. in principio. ff. de Ca. pe. Rom. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. in Fallentia 21. versic. Octauò probatur. Corn. in consi. 68. incip. arduа quidem. in fi. lib. 3. idipsum docuit eleganter Decius in l. legem. num. 9. & sequentibus C. de pactis vbi post multa non videtur acceptasse limitationem Iasonis vbi supra, dicentis, quòd necessario requiratur quòd in pacto secundo (vt dici possit constitutum) vt expressa fiat mentio de debito còntracto ex primo pacto nudo: cùm (inquit ipse Decius) semper intelligatur: eò quòd se-
151 cundum pactum † supponat primum, & ad ipsum implicitè referatur: & taciti & expressi eadem sit virtus. vt in l. cùm quid. ff. si cer. pet. & ibidem ipse Decius respondendo ad quecunque obiici possent, concluſit dicens, quòd ex pacto nudo producatur actio iure prætorio siue æquitate prætoria si secũdum pactum nudum fuisset factum ex interuallo post primum: quamuis non expressè fuisset facta relatio ad primum pactum nudum. idipsum docuit Salyc. (etsi non ita clarè processerit, prout fecerunt Doctores supra recensiti) dicens in dicta l. legem. C. de pactis. quòd tertius casus à regula exceptus, (in qua communiter dicitur à Doctoribus, quòd pactum nudum nó pariat actionem Ciuilem, sed solùm naturalem) est in constituta pecunia. vt instit. de actio. §. de constituta. & addidit huius rei duplicem posse esse rõnem. Nam vna est frequentia constituti, & eius æquitas: quia nisi debitum saltem naturaliter deducatur in constitutum. vt in l. 1. §. debitum, ff. de cõstitu. pecu. propter quod non est verisimile incautè & minus deliberatè sine iusta causa hoc feciſſe, vt colligitur ex dicta l. 1. in princip. idem docuit Marsil. in l. 1. §. quæstioni. nu. 3. versic. sed etiam pro plena. in fin. ff. de quæst. qui rursus idem repetijt in repet. l. Frater tuus. num. 42. C. ad l. Corn. de sicar. idem docuit Marianus Socinus iunior in repet. Rubr. ff. de verb. oblig. nume. 268. & sequentibus. vbi hanc quę stionem eleganter pertractans, tandem concluſit (vt retulimus supra concluſisse, ac docuisse Iasonem in eadem Rubr. vbi repetijt ferè eadem verba & fundamenta, quibus vsus fuerat Iason) & concluſit, vt docuit Alciatus & Decius vbi supra postquàm animaduertisset se non posse superare rationes eorum: etsi solùm citauerit Decium in dicta l. legem. nulla facta mentione de sententia Alciati in idipsum tendente. vide ergo paulò antè, vbi dictorum Doctorum sententias ad verbum ferè relatas reposuimus ad maioré veritatis dilucidationẽ. idem docuit And. ab Exea in suo eleganti tracta. pactorum. limit. 41. incip. Quadragesimò primò fallit. idem breuiter & eleganter do-

docuit Angel.Aret.in §. in perſonam.in fi.inſtitu.de actio. verſic. ſin autem eſſet debitum: dicens, quòd ſi eſſet debitum naturale tantum, vel Ciuile & naturale, & eliſum exceptione , vel erat in
153 die : & conſtituatur † purè , vel ſine die, vel erat vtroque modo debitum , ſed purè , & in diem ; ſed cõſtituatnr per tertium , tunc erit vtilis & neceſſaria : & addit practicam ſeu modum ſeruãdum in intentando actionem nobis ac quiſitam ex conſtituta pecunia : dicens,Sic forma libellum,videlicet . Dico contra Titium , quòd cùm eſſet mihi naturaliter obligatus ad decem (vel alio modo enarres dictum creditum :) dictus Titius conſtitnit mihi ſe ſoluturum dicta decem . quare peto per vos Dominum Iudicem dictum Titium cõdemnari ad dandum & ſoluendum dicta decem. idem docuit Alex. in dicta Rubr. ff.de verb. obligat.nu. 15. verſic. quia quando . dicens hoc eſſe , quia cenſetur magis deliberata promiſſio, quando eſt geminata, & iterata . Vndè ex his meritò Bal.& Ang.collegerunt in l. fina. ff.ad l.Falcid. quòd geminata naturalis obligatio eſt efficax ad agendum, & poteſt ad hoc probandum adduci glo.in c.ex litteris.extra de diuortijs . vbi gemi-
154 nata † confeſſio non poteſt reuocari prætextu erroris : de quo tangit Bald.in l.error.C. de iuris & facti ignor.& propter hoc (inquit) videmus, quòd vbicunque
155 quis procedit † ad actum præſtando iuramentum , dicitur ad illum deliberatè accedere:& hęc fuit ratio, quare ex pacto nudo ſi interueniat iuramentum oriatur actio : prout infra latiùs probabimus in fundamento octauo,referendo Doctorum ſententias . Vide ibi .

Fundamentum noſtrę deciſionis ſeptimum eſt regula acceptiſſima communiter à Doctoribus, quòd ex pacto nudo oriatur no-
156 bis actio † de iure Pontificio , cui omnino ſtandum erit (maximè in foro Eccleſiaſtico , & conſcientiæ,vt peccata,quibus Deus Omnipotẽs offenditur vitemus) & quòd hæc regula ſit veriſſima, probatur tribus medijs : Primò enim per textum in c.1.ext.de pactis. vbi hæc habentur,videlicet: [Antigonus Epiſcopus dixit,aut inita pacta ſuam obtineant firmitatem , aut conuentus (ſi ſe non cohibuerit) Eccleſiaſticam ſententiat diſciplinam . Vniuerſi dixerũt pax ſeruetur,pacta cuſtodiantur.] hæc ibi . Idem & apertiùs probatur per tex.in cap.qualiter. extra eodem,vbi Gregorius Papa infraſcriptis vſus fuit verbis , videlicet . [Qualiter in Sardinia ſtudiosè agendum eſt , vt ea quæ promittuntur , operę compleantur] hæc ibi. Idem probatur per tex. in c.quicunque Epiſcopi ſuffragio 12.q.2.vbi Greg.Papa infraſcripta protulit verba, videlicet.[Quicunque Epiſcopi ſuffragio cuiuſlibet aliquid Eccleſiaſticæ vtilitatis præuiderint , & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiſerint, promiſſi ſolutionem eos exolue-

re

re oportebit, ita vt id ad Concilium Prouinciale deferatur, vt eorum conniuentia confirmetur: & ratio est, quoniam (sicut ait Apostolus 1. Timot. c. 5.) dignus est operarius mercede sua. Idem probatur per text. in c. cùm contingat. ext. de iureiur. cuius verborũ seriem cùm sæpius supra recensuerimus eadem hic nõ repetemus: cùm sufficiat nobis ex ipso colligere, q̃ duo requirantur, vt quis
157 compelli † possit (quæ omnia reperiuntur in casu nostro) ad obseruandam promissionem iuratam. Nempè, Primũ quòd obseruatio eius fieri possit sine interitu salutis æternę. Secundum, quòd illud nõ vergat in alterius præiudiciũ, ita quòd (vt docuit Cassaneus in consuetu. Burgun. fol. 659. nu. 20. & 21. vers. & per supradicta) non sufficiet vnum sine altero propter dictiones inibi insertas. videlicet [Nec etiam.] quę quidem important inclusam copulatiuã, vt voluit text. (quem ad hoc ponderat, & notat ibi Bart.) in l. si quis, ita stipulatus fuerit. ff. de verb. oblig. quoniam ad veritatem copulatiuę requiritur vtraque pars vera, etiam si contractus huiusmodi roboratus iuramento contra bonos mores non sit, vt ipsemet Cassaneus subdidit ibidem, nu. 24. versiculo dico fortius. Idipsum probatur & secundò infrascriptorum Doct. auctoritate, videlicet Glosę, & communiter Canonistę in supra citatis iuribus. Idem docuit Iason in l. iuris gentium. §. sed cùm nulla. num. 4. ff. de pactis. & in l. si quis maior. C. de transact. & in rubr. ff. de pactis, vbi idipsum docuerunt communiter moderni, & hanc communem Doctorum esse sententiã asseuerauit quoque Frãciscus Viuius in Thesauro comm. opin. in versic. pactorum genera. num. 4. versiculo reuertor igitur ad regulam. Idem docuit Prępositus in dicto c. quicumque Episcopi suffragio. Idem docuit Baptista de de Sancto Blasio in Rubr. decret. quæstione vigesimasecunda, distinctione tertia. Corneus in consilio 2. littera B. libro 1. Alciatus in c. cùm contingat. nu. 339. ext. de iureiuran. Idem docuit Emanuel Soarez in tract. commu. opinio. versic. pactum nudum. dicens hanc esse communem Doctorum sententiam. Idem docuit Decius in l. legem. num. 11. C. de pactis. Marianus autem Socinus super Rubr. ff. de verb. oblig. num. 85. & 86. Volens concordare in hac materia ius Canonicum iuris Ciuilis dispositione. Primò negauit fuisse indultam alicui actionem de iure Canonico propter ipsum pactum nudum, asserens contrarium non probari per textum in capitulo primo, extr. de pactis, cum ad ipsum possit responderi: eo quòd loquatur de pactis aliàs de iure validis, sicut etiam de §. prætor ait. l. iuris gentium. ff. de pactis. & id ipsum elicitur ex verbis ipsiusmet. capitulo primo, cùm ibi dicatur, [suam obtineat firmitatem,] & sic non videtur aliud de nouo induci, & maximè hoc videbatur dicendum, ne ius ciuile corrigerẽt, & ad alia, quę

pro communi opinione (vt ſcilicet nudo pacto agatur de iure Canonico) allegatur : reſponderi poſſet, vt plenè per Iaſonem in d. l. iuſiurandum. §. ſed cum nullat ſed eſto quòd ſubdit ipſemet Marianus vbi ſupra, quòd ita ſit de iure Canonico, reſponderi poterit, quòd illud eſt, quia apud Deum nō ſit differentia inter ſimplicem loquelam, & ſolemnem etiam iuratam: quælibet enim vti vera obſeruanda eſt, vt in capitulo iuramenti, 22. quæſt. 5. Vltimò tamen loco ſubſequentes ipſe Marianus nihil pro certo aſſeuerare voluit, ſed cogitādum reliquit alijs. Huic etiam noſtro fundamento breuiter ſe ſubſcripſit Andreas ab Exea in tractat. de pactis, limit. 38. Et quidem, quòd de iure Canonico ex pacto nudo oriatur actio contra paciſcentem experienda in foro fori, docuit quoque Alexan. in l. ſi conuenerit. columna ſecunda, num. quinto, verſiculo tertiò limita. ff. de iuriſdict. om. iudic. vbi dixit hanc eſſe magis communem ſententiam, vt de iure Canonico poſſit agi, ſicut ex ſtipulatione in capitulo primo. extra de pactis. Idipſum docuit Alciatus in Rubr. ff. de verborum obligatione, numero decimoquinto, verſiculo tertiò fallit, vbi dixit, quòd in foro Canonico (in quo proceditur de æquitate) pactum nudum generet actionem. & addit hanc eſſe magis communem opinionē ſecundum mentem dictæ Decretalis in c. 1. ext. de pactis. Idipſum inuictus retulit Ang. Aretinus in §. in perſonam, nu. 7. verſic. & licet ſit. Inſtitu. de actio. dicens. & licet ſit communis opinio tam Canoniſtarum, quàm Legiſtarū, quòd de iure Canonico ex pacto nudo oriatur actio: nihilominus ſubdidit. Ego tenerem opinionem Saliceti, cùm negari non poſſit, quòd non ſit dubium de intellectu dicti c. 1. ext. de pact. eo quòd ibi non ſpecificetur, ꝙ ibi loquatur textus de pacto nudo, nec quòd ibi oriatur actio. ergo (inquit ibi Alciatus) dicendum erit non oriri actionē, ſtante regula Canoniſtarum, quòd per verba non clara, & quando deciſio nō eſt manifeſta propter verba obſcura, vel per ſuppleta, vel ſubintellecta, vel tacita, vel a contrario ſenſu non inducatur le
158 gum correctio, † prout docuit glo. ſingul. in capitulo cupientes. §. quòd ſi per viginti. de elect. in ſexto. Huic verò noſtro fundamento ſe ſubſcripſerunt communiter Canoniſtæ, in capitulo cùm veniſſent. ext. de inſtitu. vt refert Guid. Pap. in deciſione 190. incipien. In honorarijs, numero quarto, verſiculo ex quibus præterea addens, quòd dictos Canoniſtas ſequutus fuerit Bartolus in l. ſi quis pro eo. ff. de fideicommiſ. lib. Probatur & tertiò præſens fundamentum his rationibus. Prima quarum eſt, quoniam
159 in foro † Canonico proceditur per æquitatem, vt in capitulo dilecti. ext. de iudic. At cum ad ſtandum pactis initis æquitas, ac obligatio naturalis ipſa nos compellat. Vt multis medijs ſupra latiſ-

latissimè in fundamento secundo fuit probatum. Inde sequitur, quòd meritò a iure Pōtificio cōpellamur ad adimplenda nuda pacta. Secunda ratio est, quoniam apud Deum, qui est scopus ac finis, ad quem nos mortales exoptat ius Canonicum dirigere per diuinorum præceptorum obseruantiam, nullam aut parnam differentiam facit inter simplicem loquelam, seu promissionem, & iuramentum promissorium sub fidei interpositione, aut Diuini nominis inuocatione. vt in capitulo secundo, in fine. extra de fideiussor. in capitulo ad aures. extra quòd met. cau. & in capitulo iuramenti, vigesima secunda quæstione quinta, & per glo. & Doctores ibidem, & per glo. in capitulo penultimo. extra de iureiurando, quod & supra quamplurimorum Doctorum sententia probauimus in præmisso primo, conclusione secunda per totum. Vide ergo ibi latissimè: quod docuit (vltra ibi citatos) Marianus Socinus in Rubric. de verborum obligatione, numero 64. in versiculo facit, quia ius Canonicum.

Amplia primò allata in dicto fundamento septimo, dicendo illa habere locum non solùm in foro Ecclesiastico: verùm etiam in foro seculari, scilicet in terris subiectis pleno iure etiam quo ad temporalia Ecclesiæ intantum, quòd ex pacto nudo simpli-
160 ci inibi oriatur † actio, & qui promissionem receperat contra promittentem sub pacto nudo, prout docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Imol. in capitulo quæ in Ecclesiarum, numero vigesimosecundo, ext. de constitu. Bal. in Authen. ad hæc. C. de vsur. vbi docuit illud procedere non solum in clericis, verùm etiã in laicis subiectis Ecclesiæ quo ad temporalem iurisdictionem. Idem docuit Franciscus Viuius in Thesauro commun. opinion. in versiculo pactorum genera, numero 5.

Amplia & secũdò singulariter allata in d. septimò fundamento, dicendo conclusionem ibi probatam, scilicet quòd pactum nu-
161 dum † pariat actionem contra paciscentem habere etiam locum in foro seculari non solum in terris subiectis Ecclesiæ, verum etiam in terris subiectis Imperij ditioni, secundum communem Doctorum sententiam, quã allegat Fortunius Garzia in capitulo primo, numero decimo, ext. de pactis. Idem docuit Franciscus Viuius vbi supra, numero sexto.

Amplia & tertiò dictam conclusionem iuris Canonici habere locum, idest actionem parere
162 † in curia mercatorum, & vbicunque locorum, vbi proceditur de bono, & æquo, prout docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Bartolus in l. quintus. per illum textum, & in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mandati. Bal. & Salicetus in l. si pro ea. C. mandati. & in l. secunda, C. de constitut.

Digitized by Google

& in capitulo primo, columna prima, ext. de pactis. Vbi ait, quòd ex pacto nudo agunt mercatores, & numularij inter se, & dicit hoc notari in Authen. de fideiussor. §. penultimo. Idem docuit Alexan. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pactis, & in consilio quadragesimoprimo, vel quadragesimosecundo, incip. Viso puncto. columna secunda, lib. tertio. Idem docuit Franciscus Viuius, vbi supra numero octauo, idem docuit Bartholomeus Socinus in rubric. ff. de verborum obligatione, columna secunda, numero sexto, in fine. Idem docuit Salicetus in l. placuit. in versiculo quæro statuto cauetur. C. de iudic. dicens, quòd quando in statuto caueretur, vt in curia mercatorum iudicetur de bona æquitate, non inspectis solemnitatibus iuris qualiter intelligantur hæc verba ipse post relationẽ sententiæ variæ inter Doctores ipse concluſit, dicẽs, quòd cum sit verecundia mercatori allegare huiusmodi exceptionem pacti nu-
163 di, † ideo talis regula erit obseruanda, scilicet quòd ius ciuile tunc debeat obseruari, quando detrahit iuri gentium ex causa: & ideo solẽnitas testatorum in dicta curia mercatorum seruanda erit, & idem docuit dicendum fore de exceptione gabellę non solutæ, quæ per statutum debuit solui, quia illa derogat iurigentium fauore Reipublicæ. Vbi autem ius ciuile non detrahit iurigentium, sed solum robur non adijcit, vt in pacto nudo, tunc ius gẽtium seruatur propter meram ęquitatem, quę debet attendi. Hęc omnia Salicetus vbi supra. Idem docuit Felinus in capitulo primo, numero primo, ext. de pactis. & in pulchra facti specie scripsit Alexan. in consilio quinquagesimosecundo, numero tertio, & quarto, volumine sexto. Decius etiam huic ampliationi pluribus in locis idipsum docuit, & præsertim in consilio septimo, numerõ tertio, versiculo & pro tenui, & in consilio 107. incip. In causa. columna secunda, & in consilio 421. numero decimoseptimo, plenè & subtiliter. Idem docuit Ioannes Baptista a Sancto Seuerino in tract. de pactis, quæstione decimatertia, numero secundo. Paris. in consi. 82. num. 18. vol. 1. Blancus in tract. de Compa. in 1. quæst. num. 13. tomo 12. Bal. rursus in c. 1. col. pen. ext. de pactis. & in cap. si pro debilitate. ext. de offic. deleg. Idem docuit Afflictus in decisione 399. incip. Fuit latum laudum. num. 3. vers. cum inter mercatores. Vbi idipsum docuit Cæsar Vrsillus. nu. 3. addens hoc ipsum docuisse Barbatium in consi. 62. & Nattam in repet. Clemen. sępe, colum. 88. de verborum significatione, & Iasonem in §. si quis. nu. 78. institu. de actio. & in consi. 82. vol. 1. Idem docuit Alciatus in Rubr. ff. de verborum obligatione, nu. 15. vers. sed aduerte.

Limita singulariter allata in dicta tertia ampliatione dicti

Digitized by Google

dicti fundamenti ſeptimi, dicendo ipſa non habere locum quando pactum nudum eſſet initum
164 dolo, vel metu: † quoniam tunc non produceret actionem, etiam de iure Canonico: cùm in tali caſu haberet locum text. in c. 1. ext. de pactis. prout latè probauit Iaſon in l. iuriſgentium . §. ſed cùm nulla. nu. 10. ff. de pactis. cui ſe ſubſcripſit Franc. Viuius vbi ſupra, nume. 9.

Fundamentum octauum, cui innititur præſentis quæſt. noſtræ deciſio, eſt: quoniam in dicto debito contracto interuenit iuramentum de iam deperditis in ludo alearum ſoluendis: & hoc contingit, poſtquàm deſijſſent ludere: virtute cuius iuramenti
165 † aſſeueramus pactum etiã aliàs ex ſe nudum ſuperueſtiri, & producere etiam actionem de iure Ciuili contra dictum iurantem: quod & probatur triplici medio. Primò. n. per arg. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. vbi ad verbum hæc habentur, videlicet. [Si quis maior annis vigintiquinque aduerſus pacta, vel tranſactiones, nullo cogente imperio, ſed libero arbitrio, & voluntate confectas, putauerint eſſe veniendum; vel interpellando Iudicem, vel ſupplicando Principibus, vel non implendo promiſſiones, eas autem inuocato Omnipotentis Dei nomine eo Auctore ſolidauerit. non ſolùm notetur infamia, verùm etiam actione priuatus, reſtituta pœna, quæ pactis probatur inſerta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione, vel trãſactione illa fuerit conſequutus. itaque omnium eorum mox cõmoda deputabuntur eis, qui intemerata pacti iuta ſeruauerint.] hęc inter alia ibi habentur. Ex quibus apertiſſimè colligitur ex argumento ſumpto à cõtrario ſenſu, quòd non tranſgrediens iuramentum (quo quis pactum, etiam nudum, firmaſſet de aliquo agendo vel ommittendo) ex ipſius iuramento virtute acquiret actionem contra nõ ſeruantem huiuſmodi pactum initum: Nam aliàs fuiſſent ſuperflua verba illa inibi inſerta, videlicet. [verùm etiam actione priuatus] ſcilicet remaneat, qui iuratũ pactum non ſeruaſſet. Niſi Imperator per dicta verba voluiſſet nobis innuere, quòd is, qui recepit pactum nudum iuratum, acquirit inde in foro iudiciali ciuilem actionem contra paciſcentem, vt apertiſſimè infra citandi Doctores docuerunt. Hoc ipſum elicitur ex text. ſingulari in capit. 2. de pactis in ſexto, vbi Bonifacius Octauus his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Quamuis
166 pactum patri factum † à filia dum nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet lex ciuilis, tamen iuramento, nec vi, aut dolo, præſtito firmatum fuerit ab eadem, omnino ſeruari debebit: cùm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.] hæc ibi. Idem probatur, & ſecundò Doctorum ſententia: Nam infraſcripti ſe ſubſcripſerũt

præsenti fundamento. Bart.enim in d.l.si quis maior.col.2.num.7. vers.vlterius nota.Vbi dixit,q̃ ex illa lege notã dum erit,q̃ quando est iuratum super trãsactione, vel pacto:qui venit cõtra,reddit data,soluit pęnam, & perdit actionem. Quapropter concludit, q̃ propter iuramentum hoc efficiatur,& ratio est, quoniã iuramentum habet vim clausulæ,quæ ap-
167 ponitur † in stipulatione pęnali,s.rato manente pacto,&c. imò maiorem vim habebit, vt ex dicta lege patet:cùm ergo iuramentum habeat vim stipulationis, & omnes Doct.concludant (vt probauimus in fundamento sexto,q̃ ex stipulatione quis adipiscatur actionem.Inde sequitur,quòd pactum nudum ex se, vestitum verò iuramento producat actionem,etiam de iure ciuili per dictum textum in dicta l.si quis maior. Denique apertissimè, & adverbum concludit ibidem Barto. quòd dicta l. si quis maior. habeat locum in omnibus pactis, cùm ibidem dicatur [Pacta.]Inde sequitur,quòd de omnibus pactis dictus textus loquatur, cùm omnia pacta comprehendantur sub voce illa in numero plurali posita, videlicet. [Pacta.] Et quòd iuramentum accedens pa-
168 cto † etiam nudo habeat vim stipulationis docuerunt etiam & infrascripti Doctores, videlicet. Bal.in consilio 145.incipien.Clausulæ derogatoriæ.libro primo,& in consilio 361.eodem lib. Idem docuit Guid.Pap. in consilio 31. num. 3. vers.ic. etiam quia iuramentum.vbi a num.4.vsque ad 8. exclusiuè dicti consilij probauit multis rationibus præsens nostrum fundamentum probari dicta l.si quis maior. respõdens motiuis contrarijs aliorum;afferens ibidem multos similes effectus iuramenti. Vide ergo ibi per eum. Idem docuit Salicetus in dicta l. si quis maior.colum.1.nu.5. versic. item nota tertiò. Vbi dixit, quòd ex ipsa lege notanda forent inter alia,& hæc,videlicet. Con-
169 trauenire † dicitur,qui nedũ facit, sed omittit q̃ facere debuit. & in versiculo solidauerit. dixerit glo. quòd iurauit non contrauenire, addẽs ipse Salicetus, idẽ se putare si quis affirmatiuè, (vt in casu nostro) tantum iurauit se pactum,vel transactionem seruare,& implere: quia tunc propriè dicitur iuramento solidare, ideo non implẽdo promissa locum habet hæc pœna; scilicet contenta in dicta l.si quis maior. & in numero septimo, versiculo ibi priuatus.idem Salicetus dicit non seruantem pactum iuratum, esse ipso iure priuatum tali actione. Idipsum & clarius docuit.Aretinus in dicta l.si quis maior. columna prima,in principio, & in primo notabili,dicens dictam legem habere locum generaliter in omni contractu, & etiam in pacto nudo: quatenus pœnæ aliis contractibus possint adaptari, vt docuit glo. not. ibidem. Vbi idipsum docuit Bart. & Bal. Idipsum docuit Mantua in sua collectanea in dicta l.si quis maior. in fine. asserens, quòd huiusmodi

Digitized by Google

iusmodi periurij exceptio non solùm agentem repellit, verumetiam actionem ipso iure pariter perimit, vt docuit Bartolus in Authen. De incęstuosis nuptijs. in principio, in columna secunda, & Ancharanus in consi. 382. & addit, quòd ita sit transeundum. Idem docuit Alexan. in rubrica, ff. de verborum obligatione, numero decimoquinto, versiculo propter hoc videmus, dicens, quòd vbicunque quis pro-
170 cedit ad actum † præstando iuramentum dicetur ad illud deliberate accedere: & hæc est ratio rationum quare ex pacto nudo, si interueniat iuramentum, oriatur actio. Vnde signanter dicit Archidiaconus in capitulo quamuis. de pactis. in sexto, & Antonius de Butr. in capitulo si diligenti. extra de foro compet. quòd interueniente iuramento non requiratur certioratio ad actum, ad quem aliàs erat necessaria: Propterea si mulier iuret non contrauenire in contractu, in quo fideiubeat, non opus erit, quòd certioretur de beneficio Velleiani. Et quòd ex pacto nudo, iurato oriatur actio Roman. allegat textus in l. si quis maior. C. de transact. quem ante eum allegauit Innocentius in capitulo cum contingat. extra de iureiurando. Et his omnibus Alexan. recensitis vbi supra subdidit, non discutio hunc articulum, sed videatis per Canonistas in capitulo cum contingat. ext. de iureiurando, quasi tacitè videatur illis se remisisse: Tamen ipsemet Alexan. hunc ipsum articulum accuratius examinando in dicta l. si quis maior. videtur se astipulatum fuisse contrariæ sententiæ. Nam ibi in columna quarta, numero decimoquarto, versiculo extra glosam. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet, quòd dictus textus in versiculo actione priuatus. inducatur, quòd ex iuramento inducto, etiam de iure ciuili oriatur actio, & quòd ad hoc alleget Rost. in rubr. ff. de verborũ obligatione, & Roman. in l. 1. in principio eodem titulo, licet magis communis Doct. opinio sit in contrarium, cum speciale sit in liberto. vt in l. si quis pro eo. & ibi per glo. & Bart. ff. de fideicom. liber. & addit, quòd ad dictum textum, in dicta l. si quis maior. posset responderi, quòd intelligatur dictus textus de pristina actione, super qua fuit transactum, & conuentum per transactionem, vel pactum, quæ actio non erat ipso iure extincta. Fortius tamen videtur obstare iste textus dum subiungit pœnam peti posse, scilicet deductum in pactum, vel transactionem, sed dicas, quòd pœna fuerat promissa per stipulationẽ, etsi statim subdiderit, quòd hoc non sit sine diuinatione, de quo tamen articulo non vult disputare. hæc ille Doctor ad verbum, cuius verba retulimus, vt possimus ex illis elicere apertissimè non fuisse suam sententiam absolutam asserere ex iuramento addito pacto nudo non oriri actionem de iure ciuili, quod & adhuc apertius colligitur

gitur ex verbis eiusdem Alexan. in l. stipulatio. §. alteri stipulari. numero nono, versiculo vbi autem iuramentum, columna secunda, ff. de verborum obligatione: Nam ibi dixit, quòd vbi iuramentum interueniſſet, poſſet ſtipulator recta via agere, vt promittens compellatur ad obſeruantiam iuramenti, etiam non præcedente denunciatione Euangelica: quia vbi iuramentum ſeruari poteſt, cogitur iurãs ad obſeruantiam illius: vt in capitulo ſi vero. cum alijs iuribus vulgaribus. extra de iureiurãdo, quod & in ſpecie firmauit Bart. in dicta l. ſi quis pro eo. in ſexto membro. Idem docuit Iaſon in l. iuriſgentium. §. ſed cùm nulla, numero vigeſimoprimo, ff. de pactis. Antonius de Butr. in capitulo cum contingat. vbi & Abbas, numero trigeſimoprimo, extr. de iureiurando. Idem docuerũt Moderni in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Felinus in capitulo primo, extra de pactis. & ibi Fortunius numero vigeſimoquinto. Matthæſillanus in ſuo notabili ſingulari trigeſimoſexto, incipien. Nota nouam regulam citans ad hoc ipſum probandum dictum textum in l. ſi quis maior. qui & ibidem addidit dicens, & hoc verificari, quamuis ex ſimplici iuramento de aliquid præſtando in futuro, regulariter non naſcatur actio, ſed obligatio naturalis, ſecundum ius ciuile. Vt in dicta l. ſi quis pro eo. Idem docuit Antonius de Petra poſt alios per eum citatos in repet. l. primæ, in tertiodecimo effectu iuramenti. ff. de iureiurando, vbi dixit hanc eſſe communem opinionem: & hic Doctor ad hoc probandum attulit hanc rationem, dicens, quoniam facilius lex permittit contraueniri ſimplici promiſſioni, quàm promiſſioni factæ medio iuramento, quia grauius peccat tranſgreſſor iuramenti, quàm ſimplicis loquelæ, vt docuit Panormitanus in capitulo præterea, el ſecondo, not. vltimo, extra de ſponſal. Idem docuit Cumanus Roman. & Galiaula folio ſexto, in rubr. ff. de verborum obligatione. Idem docuit And. ab Exea in ſuo tracta. de pactis, parte tertia, numero 422. & ſequenti, folio paruo 221. Idem docuit Alciatus in capitulo cum contingat, numero 66. verſiculo ex iſta tamen ſolutione. ext. de iureiur.
171 dicens, quòd iuramentum † operatur vim geminati conſenſus. Vnde ſicut pactum nudum geminatum parit actionem, vt in l. prima, §. debitum. ff. de conſtituta pecunia, ita pactum nudum iuratum. Qui Alciatus rurſus ibidem columna penultima, numero 339. in fine. verſiculo vnde quicquid dicat Iaſon his præciſis verbis ſe ſubſcripſit præſenti noſtro fundamento dicens, quicquid dicat Iaſon, tene communẽ opinionem, quam etiam ſequitur Felinus in capitulo primo, columna ſecunda, ext. de pactis, quæ fundatur in ratione concludente. Nam ſi iuramentum confirmat contractum, cui lex reſiſtit, & facit etiam, vt in foro ciuili

tili feruetur, vt in dicto capitulo contingat. & in capitulo secundo, de pactis in sexto, quanto magis confirmabit contractum, vbi lex non resistit, & ex quo naturalis oritur obligatio, sicut est pactum nudum. Tamen animaduertendum, quòd ipsemet Alciatus in l. in bonæ fidei, numero trigesimoquarto, & trigesimoquinto, C. de pactis, negat pactum nudũ iuratum de iure ciuili gignere actionem virtute dictæ l. si quis maior. cùm textus loquatur (inquit) non de actione oriente ex pacto, sed de priore actione super qua transactum fuerat. Nam nec super pœnam ibi iuratum fuerat. Idipsum repetijt idem Alciatus in dicta l. si quis maior. numero sexagesimoquinto, versiculo annotansque, & in numero sexagesimosexto, versiculo sed tamen. Cuius quidem sententia, sicut & aliorum Doctorum supra recensitorum, nihil verè contra præsens hoc fundamentum in casu nostro, concludit, cum simus in pacto non simpliciter nudo, sed in stipulatione facta ante ludum, & post ludum ratificata, seu renouata, & sic geminata, & iuramento firmata: ipsi verò Iuristæ loquuntur, quando iuramentum non esset delatum super principali conuentione facta, & quòd textus in dicta l. si quis maior. loquatur, & habeat locum, cùm super principali conuentione iuratum fuit. ex ipso contexto verborum ipsius apertissimè comprobatur. Cùm ergo, (vt diximus) in casu nostro iuramentum fuerit latum super obseruanda, ac opere adimplenda priore cõuentione, & sic non sumus in pacto nudo, sed vestito per stipulationem, concurrente interrogatione, & responsione vtriusque volentis ludere, & post ludum accessit, & repetita stipulatio iurata, seu pacto inito inter ludentes. Indè patentissimè colligitur dictam l. si quis maior confirmasse veritatem præsentis nostri fundamenti eo magis, quòd dictum iuramentum superueniens pacto nudo, vt probauimus, multipliciter ipsum vestierit, tribueritq; vincenti actionem contra victum etiam de iure ciuili, vt per multa quoque docuit Guid. Pap. in consilio 31. incip. Viso ad plenum processu, per totum. & in consilio duodecimo, incip. Ex facti narratione, numero 5. versic. imò etiam. & in decis. 190. nu. 4. versic. ex quibus præterea patet. Idem docuit Hyppolitus de Marsil. in repet. Rubr. ff. de fideiussor. nu. 157. Idem Raphael Cumanus in dicta l. si quis pro eo. in principio. Idem docuit Ambrosius de Vignate in dicta l. iurisgentium, §. quinimo.

Ampliaq; diximus in fundamento octauo, dicendo illa habere locum etiam in pacto nudo
172 † firmato fidei interpositione: cùm & ipsam fidei interpositionem iura, & Doctores æquiparent ipsi iuramento, quo ad incurrendam obligationem illud faciendi, quod tali medio promisimus facturos nos, vel omisuros fore, etsi non quo ad

omni-

omnimodam pœnam inflictam à iure ipſis periuris, prout latiſſime fuit probatum in præmiſſi primi, concluſione ſecunda per totum, vbi quamplurimos recenſuimus Doctores hoc ipſum tenentes. & modo ſpecialiter addimus, auctoritatem Guid. Pap. in conſi. 31. nume. 9. per totum ſe ſubſcribentis præſenti ampliatio ni ad uerbum.

Amplia ſecundò ſingulariter allata in dicto fundamento octa-
173 uo, dicendo iuramentum † appoſitum non tantum ſtipulationi (vt in caſu noſtro) verumetiam pacto nudo addere forum foro: ita q̃ poterit quis de iure communi actionem indè profectam tentare, ſeu experiri etiam in foro Eccleſiaſtico: licèt huiuſmodi paciſcentes eſſent laici: quoniam in hoc caſu poſſent in vtroque foro de iure communi conueniri: quod & probatur duplici medio. Primò enim per text. apertiſſimũ in c. fin. extra de foro compet. in ſexto, vbi Bonifacius Papa Octauus his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [cùm C. laicus (pro quo ſoluiſti certam pecunię quantitatem, in qua pro eo te fideiuſſorio nomine obligaueris) te ſeruare indemnem recuſet, contra iuramentum à ſe præſtitum temerè veniendo: ipſum coram Eccleſiaſtico Iudice (ad cuius forum ratione iuramenti huiuſmodi cognitio noſcitur pertinere) de iure poteris conuenire, vt ipſum, monitione præmiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam: quòd te ſuper prædictis (vt tenetur) ſeruet indemnem, præuia ratione compellat.] hæc ibi. Idem probatur per text. in c. Nouit. §. Poſtremò, extr. de iudicijs vbi Innocentius Tertius ſcribens Prælatis Francię his pręciſis verbis vſus fuit, videlicet: [Poſtremò cùm inter reges ipſos fuiſſent reformata pacis fœdera, & vtrinq; pręſtito iuramento proprio firmata: quæ tamen vſque ad tempus pręfixatum ſeruata non fuerint. Nunquid non poterimus de iuramenti violatione cognoſcere? quod ad iudicium Eccleſiæ non eſt dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur.] hæc ibi. Idem habetur in capit. venerabilem. §. vtrum verò. extra de elect. vbi hæc habentur, videlicet: [Vtrum verò dictum iuramentum ſit licitum, vel illicitum: & ideo ſeruandum, vel non ſeruandum extiterit, nemo ſanæ mentis ignorat ad noſtrum iudicium pertinere.] hæc ibi. Idem expreſſiùs Bonifacius Papa Octauus, & habetur in c. 2. de iureiuran. in ſexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Licèt mulieres, quę alienationibus dotium, & donationum propter nuptias conſentiunt non contrauenire proprio iuramento firmantes ſeruare iuramentum huiuſmodi non vi, nec dolo pręſtitum de iure Canonico tenentur: quia tamen quidam Iudices ſeculares eas contra præfatas alienationes audiunt: quamuis eis conſtet legitimè de huiuſmodi iuramento. Nos animarum periculis obuiare volentes, eoſdem iudices ad ſeruãdum hoc ius Canoni-

nonicum per locorum ordinarios censura Ecclesiastica determinamus compellendos]hęc ibi. Idipsum probatur & secundo Doctorum sententia. Nam Glo. & Doctor. in dictis citatis iuribus hoc ipsum docuerũt, & vltra eos sunt & infrascripti alij, videlicet. Alciatus, qui in repet.c.cùm contingat.nu.215. versic. quòd iuramentũ, ext.de iureiuran.& quòd hæc sit communis opinio docuit Iason in consi.9.nu.3.vol.1.idem docuit multorum auctoritatibus Marsil. in suo singul. 367. incip. nemo prudens est. idem docuit Euerardus in sua Excellenti Topica iuris. in loco à vi energiæ. nu.38.vers. Septimò singularis effectus. asserẽs hoc ipsum probari per d. text. in d.c.fin.& per alios Doct.ibi per ipsum citatos.idem docuit Cass.in consuetu.Burgun. folio 627.num.12.versi. quod iurans. Idem docuit Lapus in suo allegat.25.incip.an minor.nu.3. vers.ad secundam; hoc ipsum probans supradictis iuribus:vbi (inquit) expressè haberi (etsi ibidem in versic. ad tertium subdiderit) enim, cuius interest posse excipere coram Iudice seculari, & quòd Iudex secularis tunc teneatur diffinire iuxta ius Canonicum in c. 2. de foro comp. in sexto.

Limita singulariter allata in ipsa ampliatione secunda, dicendo ipsam locum non obtinere in hæredibus, iurantis: Nam is, in cuius fauorem quis iurauerat, nõ
174 poterit vocare in ius † in foro Ecclesiastico ipsis iurantis hęredes, sed solùm in foro seculari, si illi essent laici: cùm iuramentum ex parte iurantis sit personale, vt in c.veritatis. cum ibi not. extr. de iureiur.prout voluit Bal. in l.1.verfic.extra quæritur.C. de rebus credit.& in Authen. Sacramẽta,C.si aduersus vendit.quem sequutus fuit Paul.de Cast.in l. si grege legato. ff.de legat. primo, dicens, quòd si omnes de collegio iurauerant super aliquo contractu, vel compromisso. licet contractus & cõpromissum transeat ad hæredem,vt not.Innocentius in dicto c. veritatis, quo ad obligationem ipsum obseruandi si concernat factum Collegij, non tamen quo ad pœnam periurij, cum sit iuramentum ipsum personale,& non trãseat ad hæredes. idem rursus docuit Bal. in l.fin. col. pen. in versic. non obstat ad prædicta.C.de pact.dicens, quòd iuramẽtum est personale quo ad animæ vinculum, sed quo ad robur contractus iuramentum habet realem effectum, vt in dicta Authen.Sacramenta puberum.C. si aduer.vendit.& Salyc.ibidem; & Capel. Tholos. in decis. 415. Guid.Pap.in decis.314.incip.iuramentum est quid personale; Ioannes And.in c.fin.de sepult.& ibidem Panormitanus cum quadam tamen moderatione: quod & repetijt idem Pan.in c. veritatis.& latè idem docuit Philippus Franchus in dicto c. fina. de foro compet. in sexto, Idem Rom.in suo singul. 216. incip. Tu habes, Innocentius in dicto c. veritatis. & rursus in suo singul.376.incip.

super

super iuramento apposito : eo quòd non transeat ad hæredem
175 † vinculum, seu obligatio personalis, sed solùm reale: quod rursus repetijt in decis.414.incip. iuramentum est quid personale.etsi Pan. contrarium docuerit in c. Parochianos . extra de sepult. & quòd hæres iurantis non obligetur quo ad eius animam, & personam ad exequendum promissionem iuratam ab eo, cuius est hæres,probatur infrascriptis alijs auctoritatibus . nam hoc ipsum docuit Berous in consil.8. nu. 33. vol.3.dicens, hanc esse communem Doctorum opinionem : cui astipulatur Hypp. de Bonacossa. in tract,commu. opinio, in versi. iuramentum non ligat. idem docuit Matth. de Afflict. in decisio. 381. incip. quædam Hyppolita. nu.8.versic.nec obstat. vbi dixit, quòd iuramentum præstitum sit personale,quo ad spiritualitatem non ligans animam hæredis sine suo consensu:vt notat glo. in summa 24.q.3.& 1.q.4.& firmat Cardin.Flor.in cons.137.circa finem. & habetur in c. veritatis . & ibi Pan. extra de iureiur. vbi ad hoc citat Ioannem And. in c.fi. de sepult. vbi hæres ratione iuramenti præstiti per defunctum nõ conuenitur in foro Ecclesiastico.

Sublimita dictam limitationem dicendo,quòd etsi verissima sit præcedens limitatio sic simpliciter intellecta , scilicet quòd
176 † hæres iurantis non possit conueniri in foro Ecclesiastico : tamen hoc erit sano modò intelligendum , quo ad scilicet pœnam periurij sibi infligendam : non autem quo ad obseruantiam iuramenti facti ab eo , cuius quis est hæres. Nam si tali hæres non satisfecerit tali promissioni iuratæ : is qui talem promissionem receperat seu pactum nudum iuratum , poterit adire forum Ecclesiasticum : & inibi experiri suam actionem contra huiusmodi hæredem , quem Iudex Ecclesiasticus poterit compellere ad satisfaciendum hmõi creditori, vi tute dicti pacti iurati, ẽt per censuram Ecclesiasticam . Hæc sublimitatio probatur triplici medio. Primò enim per apertissimũ tex.in c.Parochianos.extr. de sepult. vbi Greg.Nonus infrascriptis vsus fuit verbis , videlicet » [Parochiano tuo , qui excõicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio,incendio,iniectione manuum in personas Ecclesiasticas , Ecclesiarum violatione,vel incęstu fuit : Dum ageret in extremis per Presbyterum suum iuxta formam Ecclesiæ absolutus, non debet cęmiterium , & alia Ecclesiæ suffragia denega-
177 ri:sed eius hæredes † & propinqui , ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciendum censura sunt Ecclesiastica compellendi.]hæc ibi.Et ꝙ id qđ testator iurauerat facere, teneatur ipsius hæres perficere ? audi quæ præcepit Imperator obseruanda in hac quæstionis decisione in Authen. de iureiurando à moriente præstito.§. sed si quidẽ. Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet.[Sed si quidem iusiurandum

dum moriens præbuerit, & iurauerit ſecundũ ſua teſtamẽta, quia nihil eſt aliud ei propter hęc, hoc amplecti hæredes, ſiue filij, ſiue ét extranei ſint: & neq; tergiuerſari neq; calumniari ſuos cohæredes, neq; ob hoc ſeruos quęrere ad tormẽta deducere, & alia ſimul diſcutere, & perſcrutari, quę ſolius sũt contentionis: alterius aũt penitùs nullius: vt potendum ſubſtantia videatur eſſe tanta, quantum teſtator iurans hanc ſolam apud hęredes inueniri voluit: ſed hæc quidem inter hæredes, 178† qui curioſi videntur in defuncti eſſe ſubſtantia, valere volumus, non tamen hoc ratum eſſe inter creditores, eò quòd noſtris declaratum eſt legibus, quæcunque quilibet pro ſe dixerit, aut ſcripſerit: hæc ei nihil prodeſſe, neque creditoribus præiudicare: ſed illis licentia ſint omnia perſcrutari, quo volunt modò: Hæredes autem contentos eſſe ijs, quæ à teſtatore dicta ſunt. ſit quę pęna negotijs inter hęredes: vt qui aduerſatur ijs, quę relicta ſunt eis, non poſſit omnino frui neceſſitate imminente, aut obedire omnibus, aut vniuerſa contemnere: & non hęc quidem eligere. His verò inſultare, ſed defuncti voluntatem ab eius ſucceſſoribus ita ſeruari, vt in nullo cõtradici ei pręſumatur.] hęc ibi. ex quib. apertiſſimè elucet, quòd 179 hęredes† teneãtur exequi quaſcunque promiſſiones factas medio iuramento, & hoc de iure Ciuili, ſed ſi in foro Ciuili nõ miniſtraretur iuſtitia dictis creditoribus: tunc eis aditus daretur ad hoc ipſum petendum in foro Eccleſiaſtico per dictum text. in dicto c. Parochiano tuo. Idipſum apertiſſimè docuerunt ibidẽ Glo. in verſi. ſed eius hæredes. & Canoniſtæ communiter. Ideni docuerunt Doctores in c. veritatis. extra de iureiur. Et Bar. in l. cùm quis decedens. §. Codicilli. ff. de legat. 3. idem docuit Mattheus de Afflict. in deciſio. 381. incip. Quædam Hyppolita, in fine; & reddens rationem huius ſententiæ, dixit, quòd oporteat hæredem ſtare ei, quod iurauit defunctus, vt docuit And. de Iſer. in conſtitu. Regni. incip. eos, qui ſcienter. & concludens ibidem: Afflict. dixit, quòd hæres ciuiliter poſſit accuſare ad pœnam, ſi non obſeruat id, quod defunctus iurauerat: non autem criminaliter de periurio ex iuramento defuncti: vt docuit Bart. in l. 1. ff. de Priuatis delictis: & dictus Iſer. qui reuera vbi ſupra idipſum docuit apertiſſimis documentis, poſtquàm arguiſſet, pro vtraque parte. Idem docuit Vrſillus noſter Cõpatriota in deciſione Afflicti 381. in fine. idem docuit Decianus in tract. crimin. vol. 6. lib. 6. titu. de requiſitis in proceſſu periurij, cap. 12. nu. 6. ſequens Afflictum & Iſer. vbi ſupra, etſi ſubdiderit, quòd Iudex Eccleſiaſticus non compellet ad obſeruantiam iuramenti hæredes defuncti: licèt reuera hoc abſolutè non dixerit, ſed addiderit hæc, videlicet. ſecundum tamen declarationes Cagnoli in l. ſi quis maior.

by Google

ior.num.208.C.de transact.quatì voluerit nos docere huiusmodi sententiam fore intelligẽdam in casu, in quo non speraret verisimiliter sibi ministrandam Iustitiam in foro seculari, scilicet in subsidium: quoniam, vt diximus expedit animæ iurantis, vt pacta iurata per ipsum seruentur, saltem per proprios hæredes, & sic exonerentur eorum animæ ab obligatione restituẽdi, seu satisfaciendi proximis iuratis, sicut cõmuniter dicitur à Canonistis & Theologis; de hæredibus, quibus fuerint demandatę aliquæ restitutiones, vel aliqua legata ad pias causas, cùm talium executor postannum sit Episcopus à iure communi delegatus, vt semper docuit communis Doct. opinio. Et sciendum, quòd postquàm huiusmodi interpretationem hìc recensuimus; reperimus sequentes Doctor. idipsum docuisse volentes concordare sententiam Ioannis And. sententiæ Panormitani, & aliorum: Nam glosa Capellæ Tholosanæ in decisio. 415. incip. item fuit quæsitum; an pupillus. in versi. adde in eo, quòd dicit, quòd Abbas antiquus in c. veritatis. extra de iureiur. & in c. fin. de sepult. tenuerit. quòd hæres laicus potìt conueniri coram Ecclesiastico Iudice super obseruatione iuramenti præstiti per laicum eius prædecessorem, ad hoc citans text. in l. Hæres absens. ff. de iudicijs. & addit glo. prędicta fuisse sic aliàs determinatum, prout docuit Pan. in c. cùm sit generale. colum. 11. de foro compet. & quòd contrariũ tenuerit Io. And. in dicto c. fin. Ant. autem de Butr. in dicto c. cùm sit Generale, & Dominicus à Sancto Geminiano in dicto c. cùm. C. de foro competente. in sexto, cuius præcisum verborum tenorem retulimus in probatione supradictę ampliationis secundæ: & ratio (secundum eos) est, quoniam iuramen-
180 tum † non egreditur personam iurantis: cùm sit personale ex parte iurantis. vt in dicto c. veritatis. & hoc dixerunt ponderantes textum in dicto c. fin. dum dicit à se præstito. Pan. autem vtramque sententiam saluando vbi supra dixit fore tali distinctione vtẽdum:
181 sic dicendo, aut conuenitur † actione ex dicto contractu, & non poterit agi coram Iudice Ecclesiastico, & sic procedit opinio Ioannis And. & sequacium: Aut vult agere indirectè implorando Iudicis officium, vt compellatur hęres satisfacere creditori sui testatoris defuncti, ad exonerationem eiusdem animæ defuncti: vt in capit. à nobis. in fin. de sent. excom. & sic procedit opinio Abbatis antiqui: & addidit ipse Doctor & glosator vbi supra, quòd ita de facto semper viderit obseruari in Curia Archiepiscopalis Tholosanæ: cui optimæ distinctioni se subscripsit Felinus in dicto c. cùm sit generale. col. 6. versi. limita sexto. vbi idipsum eleganter docuit Marianus Socinus in col. 7. versic. Tenet Bald. in Authen. ad hęc, C. de vsur. vbi Marianus ipse sequens Bald. dixit,
182 quod quando contra † delinquen-

Google

quentem potest succurri remedio actionis, vel accusationis, Ecclesiasticus non potest se impedire, nisi in casu negligentiæ, vel per viam denunciationis. quem sequitur Petr. de Ancha. in repet. regulę. Ea, quę. de reg. iur. in sexto, quæstio. 9. ex his ergo omnibus infertur, quòd ex nudo pacto poterit agi coram Ecclesiastico: intellige tamen, sumpta ratione peccati: quod & docuit Ang. in l. si certis annis. col. 2. C. de pact. Barthol. autem Socinus in suo consil. 115. incip. circa primam quęstionem. col. 3. versi. prętera. dicens se nunquàm reperisse se iure probari, quòd hæres non iurans posset petere se absolui à iuramento eo, quòd cum iuramentum quid personalissimum sit, vt in dicto capit. veritatis. ad ipsum pertransire non possit: & absolutio supponat vinculum: cessante ergo vinculo cessat & à vinculo necessitas absolutionis. Salicetus verò in Authentica Sacramenta. C. si aduersus vendit. colum. 7. nu. 26. vers. modo quæro, an sacramentum sit personale. implicitè idipsum docuit. Nã dixit, quòd iuramentum non af-
183 ficiat hæredem † quo ad vinculum spirituale, vt hic sortiatur forum Episcopi, sicut & ipse iurãs: cùm hoc respectu dicatur personale, vt docuit Ioannes Andr. in c. fi. ext. de foro compet. & quòd tali pacto sit intelligendum dictum Innocentij in d. c. veritatis. ext. de iureiur. Dicetur verò iuramentum personale quo ad vinculum temporale, etiam quo ad vinciendum hæredem iurantis, ideſt, vt validitas, & efficacia contractus initus, cũ iurante transeat ad hæredes, si tamen fuerit interpositum super eo, quod sui natura est transmissibile ad hæredem, alias secus: & ratio huius secundum Salic. ibidem est, quia multum discrepat a principali Sacramento hæreditarium Sacramentum, vt in l. generaliter. C. de rebus credit. quia nescit hæres veritatem sicut testator: sed obligatio valida propter iuramentum (quæ obligatio per legem transit in hæredem) cùm afficiat eum, vt in l. vnica. C. vt act. ab hæred. & in l. 1. C. si cer. pet. & in l. pro hæreditarijs. C. de act. hęred. & q hæres teneatur exonerare conscientiam defuncti testatoris iurãtis, docuit quoque Alciatus in c. cùm contingat. nu. 122. & 123. vers. secundus effectus. ext. de iureiur. sequens Ant. de Butr. & Panorm. ibidem per text. in c. fin. de sepulturis, & in c. in litteris. ext. de raptor. etsi Alciatus neget hæredem ad hoc teneri ex vi iuramenti facti a suo testatore, sed quia res ad ipsum peruenit cum onere restituendi eam vero suo domino, seu ei, cui de iure aliquo pacto competit, Cassadorus in suis decisionibus titu. de iureiuran. idipsum docuit asserens, quòd licet iurans possit cogi a Iudice Ecclesiastico ad obseruantiam pacti iurati, non tamen hæres, quãuis dictus hæres teneatur adimplere illud, cùm in temporalibus obligatio testatoris transeat ad hæredem, vt in d. l. vnica.

&

& iccircò quo ad cenſuras, & pę-
nas animæ ex facto teſtatoris nõ
184† ligantur hæredes, & addidit
ibidem ipſe Caſſadorus hoc ip-
ſum communiter teneri a Docto
ribus in d.c.veritatis. Probatur
& tertiò præſens ſublimitatio, &
hac ratione, videlicet. Cùm iuris
185 regula ſit, quòd actiones † om-
nes tam actiuæ, quàm paſſiuę te-
ſtatorum in temporalibus tran-
ſeant ad hęredem, prout expreſsè
docuit textus in l.2.C.de hęredi-
tarijs actionibus. & ibi commu-
niter per Doctores, & per Caſſa-
neum in conſuetu. Burgun. folio
746.nu.8. verſic.& omnes actio-
nes. Inde ſequitur veritas dictę
noſtrę ſublimitationis.

Fundamentum nouum noſtræ veriſſimè deciſionis innititur regulæ illius iuris, in qua habetur, quòd propter vim iuramẽti quod in pacto interuenit nulla currat
186 præſcriptio, † ſeu mora contra recipientem huiuſmodi pactum iuratum: Cùm ipſum iuramentum inceſſanter interpellare pro creditore dicatur: quandocunq; debitor ſciet creditorẽ indigere re tali promiſſa, ſicut dicitur, dié interpellare pro homine. Hoc fundamentum probatur triplici medio. Primò enim per tex.in c. quærelam. ext.de iureiur.ſecundum vnum intellectum: Nam ibi punitur qui voluntate, ſed nõ neceſſitate per biennium cenſum non ſoluerat Eccleſiæ, cui ſe ſoluturum iurauerat: etſi ibi nulla fiat mentio de interpellatione facta, nec ne a creditrice Eccleſia & ibi per Doctores. Idem probatur in l.ſi quis maior. verſic. mox. C.de tranſact. vbi dicitur, [quòd non obſeruantes pacta iurata, mox priuẽtur omnib. commodis ipſorum, & aſſignentur ijs, qui ſeruaſſent.] quod quidem non diceretur niſi iuramentum interpellaret pro homine creditore. Idipſum docuerunt infraſcripti Doct. vnica voce dicentes, q̃ iu-
187 ramentũ interueniens alicui pacto, ſeu promiſſioni, conſtituit in mora huiuſmodi promittentem abſq; alia creditoris interpellatione, quandocunq; debitor ſciet creditorem indigere tali re promiſſa: & ſunt Specul. in lib. primo titu. de Aduocato. §.1.nu. 25. verſic.ſed nunquid is, qui. Idem docuit Ioannes And. & alij communiter in c.Breui.extr. de iureiur. Idem Pan. in c. fina. de præſcript. Decius in l. quod te. num. 11. verſic. & circa iſtam glo. ff. ſi cer.pet. dicens hanc eſſe communem Doctorum ſententiã, quòd iuramentum ſimpliciter (de quo loquuntur Docto. vbi ſupra operatur, vt debitor ſponte quod promiſit offerre teneatur: & reſpondens Alexan. qui videtur contrarium docuiſſe, exemplificat de vaſallo, qui non obligatur ſimpliciter ſub iuramento, ſed tunc demum quãdo fuerit requiſitus. vt habetur in c.1. de no. for. fide. & ibi per glo. in verſi. requiſitus. Cùm ergo ſimus in diuerſis, & à diuerſis fieri non debeat illatio: &c. Idipſum docuit Alciatus in dicta l.quod te. circa fi. col. pen. verſi. ſed. quid in eo, qui iurauit, niſi iuraſſet illud tale ſe traditurum

sum, si requireretur: quia tunc nõ requisitus non teneretur, & secundo nisi quis interposito iuramento statim creditor indiguerit: cum non videntur actum, vt debitor, cum sacco paratus confestim accurret. Idem docuit Euerardus in sua præexcellenti Topica iuris in loco a Vi. energia, siue efficacia iuramenti, numero 42. versiculo vndecimus singularis effectus. Idem docuit Franciscus Cremen. in suo notabili 122. incip. Vbi est iuramentum. dicens hoc esse aureum dictum. Idem docuit Iason in dicta l. quod ate, num. 22. & 24. idem Seysel. in l. non solum, §. morte, columna 16. ff. de noui oper. nunc. idem Bauer. in tract. de virtute iuramenti, priuileg. septimo, Ripa in l. 4. §. Cato. num. 59. & in l. si insulam, num. 91. ff. de verborum obligatione. Gonza. in consilio 57. num. 11. Cauet. in consil. 57. numero secundo, idem Ripa rursus in lib. 3. respon. capit. 2. numero primo, idem docuit Cassaneus super consuetu. Burgund. folio 792. num. 6. Probatur & tertiò hac ratione, quoniam moræ pur-
188 gatio † de iure non admittitur, vbi iuramentũ interuenerit, prout singulariter docuit dictus textus in l. si quis maior. paulò ante relatus, vbi inter alia hæc continentur præcisa verba, videlicet. [Itaque omnia eorum mox commoda deputabuntur eis.] quam peroptimam rationem tanquam de iure veritissimam amplexati fuerunt infrascripti Doct. videlicet Bart. in dicta l. si quis maior, columna secunda, numero vndecimo, versiculo & ex hoc nota. dicens ex tali textu fore notãdum, quòd iuramentum impediat moræ purgationem, cum hoc sonent verba dictæ legis. Idipsum docuit Aretinus ibidem in vltimo notabili, sequens Bal. & Bar. ibidem hoc ipsum docentes. Idem docuit ibidem Alex. per dictum textum, colum. 2 num. 7. ferè per totum, quod & repetijt in l. si insulam, & communiter Doctores in l. etsi post tres. ff. si quis cautionibus, & in l. si pacto. C. de pactis. Idem docuit Iason per eundem textum, in l. si conuenerit. numero vndecimo, ff. de iurisd. omn. iudic. & in dicta l. si quis maior. nu. 26. & rursus in dicta l. si insulam, columna antepenultima, nu. 35. versiculo teneas communem conclusionẽ, vbi post nõnullas rationes pro vtraque parte allatas, & examinatas his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Teneas communem conclusionem, quòd iuramentum de non contraueniendo super promissione pœnæ impedit moræ purgationem, qui vltra scribentes, & ipse confirmauerit huiusmodi communem cõclusionem duplici fundamento.

Quorum primum est, quia iuramentum habet vim litis contestatę, vt docuit text. in l. nam posteaq̃. §. si is, qui temporali. ff. de iureiur. vbi Bar. & alij, quod & repetijt in l. eum qui, §. si iurauero. ff. de iureiurando, sed lite contestata non admittitur purgatio
189 moræ, † vt in dicta l. si insulam,

& in l. 1. ff. de pen. leg. ſecundum fundamentum allatum vbi ſupra a Iaſone eſt, quia iuramentum, (vt ſupra nos latiſſimè probauimus in fundamento octauo, nu. 171.) habet vim actus, ſeu conſenſus geminati, & ſic vbi ad validitatem actus † requiritur geminatus actus, vel geminatus cõſenſus. vt in l. ſi mulier. là ſeconda, & Authen. ſiue a me. C. ad Velleia. ſufficiet vnicus cum iuramento, prout etiam ſingulariter docuit Panormitanus in cap. cum contingat. ad finem. ext. de iureiurando, ſed geminatio impedit purgationem moræ. ergo, &c. Tamen hæc Panormitani regula erit intelligenda vera, quando geminatio non eſſet facta illicò, ſed diuerſis temporibus (ſubdidit ibidem ipſe Iaſon) q & nos probauimus ſupra in d. fundamento, vbi reperies quamplurima per nos recenſita ſatis oportunè, quæ Iaſon vbi ſupra retulit. Idem docuit Salicetus in dicta l. ſi pacto. colum. 9. numero 13. verſic. ſecunda concluſio, in qua lege ipſe latiſſimè pertractat, quando mora purgetur, & quando non. Alciatus idipſum docens in dicta l. ſi quis maior. numero 73. & ſequenti in verſiculo, mox commoda. dicens hanc eſſe receptiſſimam omnium Doctorum ſententiam: Purgationem moræ non concedi, cùm ex dictione [Mox †] appareat executionẽ ipſo iure fieri: & hanc propoſitionem meritò dicimus probari veram per textum in l. ſi is, cui. ff. de legat. 2. quod & docuit quoque Alexan. in conſi. 158. num. 5. verſic. Præterea vbicunque, vol. 2. dicens, quòd vbicunque in contractu eſt poſitum iuramentum, nũquam eſt locus purgationi moræ. & rurſus idem Alex. in conſi. 105. nu. 9. verſic. Præterea omnis defenſio partis. volum. 3. & iterum in conſi. 76. nu. 15. verſ. item attento. lib. 5. quod & confirmauit in l. ſi conuenerit. nu. 11. ff. de iuriſdict. om. iudic. Idem docuit Mantua in ſua collectanea, in dicta l. ſi quis maior. ſequens ſupra citatos Doctores vbi ſupra. Idem docuit Romanus in ſuo ſingular. 444. incip. Iuramentum excludit facultatem. Hoc ipſum docuit Matthefilanus in ſuo ſingul. 50. incipien. Nota magnum periculum. Vbi nonnulla notatu digniſſima docuit, & concludendo ſe ſubſcripſit huic rationi per dictum textum in l. ſi quis maior. Idem docuit Curtius in dicta l. ſi quis maior. num. 44. & Papalius ibidem. num. 79. Cagnolus ibidem, num. 110. & num. 111. Idem docuit Decius in conſi. 452. nu. 12. in fine, dicens hanc eſſe communem Doctorum opinionem. Idem docuit Ioannes Franciſcus Ripa in l. fin. quæſt. 32. nu. 112. C. de reuoca. donat. & hos Doct. ſequutus fuit quoque Franciſcus Viuius in ſuo Theſauro commu. opinio. in verſ. moræ purgatio. & Kircouius in ſuo tract. commun. opinion. in eodem. verſiculo moræ purgatio. & hanc opinionem magis communem probat Antonius Gabriel. in tract. concluſ. libro ſecundo, titu. de iureiurandi. con-

conclusione secunda. Idē docuit Antonius de Butrio in c. breui. de iureiur.col.fin. in fi.vbi & Panormitanus, col.2. & Imo.col.1. in fin. Alexan.in l.1.§.finali, circa fin.ff.sol.matrim. Aretinus in cōsil.150.incipien.Visis diligenter, colum.4. Curtius iunior in tract. feud.par.4.colum.24. in 36. causa priuationis. Corsetus in rubr. de iureiur. in quarto priuilegio. Antonius de Bauer.in tract.de iureiur. in 7. speciali. Barbatius in c.fin.fall.5.& ibi Antonius de Burgos in colum.5. extr. de empt. & vendit. & rursus idem Barbat. in c.ex litteris,colum.10.ext.de cōstitut. Iason in l.quod te.col.fin. versic.iuxta prædicta. ff.de rebus credit. & hanc esse communem opinionem Decius ibidem. nu. 11.& ibi etiam Purpur.col.antepenult.versio.septimò exemplificatur. hanc etiam dicit communem Gomesius in §. item si quis postulante, colum.6. institu. de actio.Idem docuit Felinus in capitulo ex rescripto. colum.penultima, & fin.ext. de iureiur. Ripa in l.4.§.Cato, numero 59.& in l. si insulam, numero 91. ff.de verborum obligatione. Afflictus in decisione 174. numero quinto, Aymo.in consilio 57.numero secundo, Gonza.in cons.27. col.3. & in cons.31.colum.1. & sequen. & in consi.57. col.3. Idem Claudius in l.non solum.§.morte,colum.16. versic.aliam notā limitationem. ff.de noui oper. nunc. Cassaneus in consuetu.Burgund. fol.112.Hispanus in c.per vestras. fol.90.§.fi.ext.de donat.inter vir. & vxor. nu.35. Ripa in lib.3. respon.c.7.nu.2.

Limitā primò singulariter allata in dicto fundamento nono, dicendo ipsa non habere locum, quando affuisset rationabilis cau
192 sa † purgandi moram, quoniam tunc purgatio morę admittenda foret, prout docuerūt infrascripti Doct.videlicet Bar. Imol.& Ang. in l.etsi post tres.ff.si quis cautionibus allegantes hoc probari per arg.in l.fin. ff.qui satisdare cogantur.quos recensuit Alex.in l.si insulam.col.10.nu.37.& 38. versic, duodecimò fallit.ff.de verb.obligat.qui tamen Alex.ibidem addit, ꝙ si benè consideratur d.l.fi. potius probare conuincetur, ꝙ propter dictam iustam cāusam, nō incurrat pęnam, q̄ non admittat ad purgandam moram. Idem docuit Alciatus in d.l.si quis maior.col pen.nu.76.& 77. vers.sed maior est ambiguitas. subscribēs se opinioni Petri Besutij idipsū sentientis: & addidit hoc ipsum receptissimum esset, prout docuit Imo.in dicta l.si insulam,& Ang. vbi supra, & Decius in consilio 138.col.fin. Idipsum docuit Mantua vbi supra.

Limita & secundò allata in dicto fundamento nono, dicendo illa non habere locum de ęquitate Canonica, cùm secundum ipsam mora semper possit purgari, pro-
193 ut † limitauit dicta l.si quis maior. Bart. in l.qui crimen. quæst. vndecima, C.qui accusar. allegās annotata in capitulo apud misericordem.32.q.1.& Glo. in cap. Beatus, duodecima quæstione 2.

talis lex in vsu. & sic ex ipsa produceretur victo exceptio in fauorem deperdentis contra lucrantem, adhuc dicimus, quod virtute dicti iuramenti superuenientis dictus victus non posset vti huiusmodi exceptione, seu repetitione deperditorũ, sicut dicimus in simili casu. Nam licèt mulier fideiubendo pro alio non obligetur † efficaciter, immo iuuetur 196
Velleiano, vt per omnes leges titu. ff. & C. ad Velleia. Tamen si fideiubeat pro alio, & iuret non contrauenire, ita efficaciter obligabitur, quòd non poterit iuuari dicto priuilegio a dicto iure concesso omnibus, & singulis mulieribus, quia propter dictus contractus initus cum dicta muliere, aliàs de iure nullus, firmabitur, & erit validus: vnde ipsa mulier indè incurret obligationem, ac necessitatem satisfaciendi dictæ fideiussioni, (ac si non fuisset aliàs priuilegiata) iuratæ. Ac per consequens tale iuramẽtum producet ipsam fideiussionem recipienti ius, & actionem ipsam mulierem astringendi in foro ciuili ad satisfaciendum promissioni iuratæ, prout docuit etiam textus in capitulo ex rescripto. ext. de iureiuran. vbi Alexan. Tertius Papa scribens Sardinien. Episcopis vsus fuit infrascriptis verbis, videlicet: [ex rescripto, q̃ nobis est præsentatum innotuit, Abbatem Tremen. cum Petro super summam octo milium solidorum taliter cõuenisse. & infra. super hęc prędictus Abbas quosdam ex Monachis obsides dedit. qui de obseruanda cõuentione iurauerãt, vt si ipsi deficerent, alij Monachi in loco eorum in obstagio ponerentur. Insuper si fidem dicti Monachi non seruarent, Abbas dedit V. & eius vxorem fideiussores, qui similiter fidem præstitisse dicuntur. Ideoque mandamus quatenus tam Abbatem, quam Monachos, quàm V. & vxorem ipsius monere curetis, vt sicut iurarunt, eandem conuentionem faciant adimpleri, alioquin Abbati, & Monachis ingressum interdicatis Ecclesiæ, & in terra præfati V. & vxoris eiusdem, vsque ad condignam satisfactionem inhibeatis Diuina officia celebrari.] hæc ibi. Vbi idipsum apertissimè docuerunt in casu proposito in prẽsenti fundamento glo. & Doctor. & ratio est, 297
quoniam † iuramentum quod potest seruari sine periculo animæ, omnino erit seruandum, vt in capitulo quærelam, & in capitulo cùm contingat. extra de iureiurando, vbi Alexander Tertius rursus idipsum apertiùs docuit, his præcisis verbis vtendo, videlicet. [Cum contingat interdum, quòd constante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalibus, & donationibus propter nuptias consentiant ne vlterius contraueniant proprio Sacramento firmando, ac soluto processu temporis matrimonio contrauenire nitantur. Vtrum hoc eis liceat à nobis tua fraternitas requisiuit. Nos autem fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd etsi mulierum cõsen-

sus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones: nè tali tamen prætextu, viam contingat periurijs aperiri mulieres, ipsa seruare debent hu-
198 iusmodi † iuramenta, sine vi, & dolo, spontè præstita, cùm in alterius præiudicium non redundent, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ.] hæc ibi, vbi singularis glo. in versiculo debent, & Doctores hoc ipsum asseuerant hoc nostrum fundamentum magnificantes. Cùm ergo indulta reperiatur a lege cõmuni antiqua repetitio deperditorum in ludo alearum in fauorem ipsius deperdentis, & quisque possit renunciare iuri sibi quomodolibet acquisito (iuribus vulgaribus.) Indè sequitur argumentum validissimum a maioritate ratione, dicendo tali pacto, si mulieri ius commune prohibet fideiussionem non tantum pro bono suo priuato, verùmetiã pro bono publico (cui consulitur prohibendo mulieribus directè, & indirectè alienationem propriæ dotis, vt (omnes Doctores affirmarunt semper) immo & declarat huiusmodi fideiussionem ipso iure nullam, & tamen huiusmodi contractus de se nullus solidatur, & efficietur validus ad obligandam ipsam mulierem ad satisfactionem fideiussioni, si huiusmodi contractus fuisset vallatus, ac roboratus iuramẽto. Quãtò magis erit obligatorius contractus, seu pactum de soluendis deperditis in ludo alearum si fuisset munitus iuramẽto? cùm quis possit disponere de suo, prout voluerit, & dictus victus voluntariè, cum aliqua spe lucri consentierit tali conuentioni, sicut dicimus de assecurantibus, quibus aliquando opus est deperdita assecurata soluere Domino ipsorum, cùm obligationi huiusmodi se supposuit pro minima mercede, ipsam comparando valori rei sic assicuratæ, vt patet ad sensum. & tamen si huiusmodi spes lucrandi raro mouet huiusmodi mulieres. Hoc ipsum & alio exemplo probabimus paulò post, sed ne quis putet solum supracitatos Doctores se subscripsisse supra recensiti exempli veritati: Sciendum quòd idipsum docuerunt, & infrascripti Doctores, videlicet. Bart. in l. si quis pro eo. versiculo quintò prohibetur contractus. ff. de fideiussor. & sequitur Ioannes de Imo. in repet. capituli cum contingat. in quinto casu principali. ext. de iureiuran. Idem expressè vult glo. supradicta (vt diximus) reputata singularis, quam ibidem ad hoc ipsum probandum notauit Bal. Imo. Panormitanus, & Felinus. Idem docuit Pau. de Castro. in repet. Authen. Sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. in columna prima, & in pluribus alijs sequentibus. Idem docuit Euerardus in sua præexcellenti Topica iuris in loco a Vi. energia, &c. numero quarto, versiculo secundus notabilis effectus. & hoc nostrum fundamentum roboratur, & hac ratione, videlicet. Quoniam pro-
199 pter † iuramentum poterit de

iure

zed by Google

iure quis cogi præcisè ad factum. vt in capitulo quærelam. ext. ne prælati vices suas. & ibi Butrius, & alij cumulati a Bruno in consilio 89. numero quarto, etiam si contineat turpitudinem ex parte recipientis. vt in capitulo debitores. ext. de iureiuran. & glo. communiter approbata in l. si pecuniam. versiculo necesse. ff. de condict. clau. clar. quam appellat notabilem, & singularem Iason in §. actionem. nu. 47. & §. item si quis postulãte. numero decimotertio, instítu. de actio. & ibi latè Gomes. numero septimo, in principio, columna quarta, Felinus in capitulo primo, numero tertio, versiculo tertiò fallit, & in capitulo cęterum, numero quinto, ext. de iudicijs. & in cap. finali, quintò fallit. columna nona, ext. de foro compet. & in c. veniens. numero secundo, ext. de testibus. & in capitulo ad nostram. columna tertia, versiculo & pro hac parte, post Bal. Abbatẽ, Anchar. Butr. & Imol. per eum citatos. extra de iureiurando. Idem docuit Barbat. in capitulo veniens. in additione magna ad Abbatem. col. 1. ext. de iureiur. vbi dicitur, quòd difficultas excusat iurantẽ a periurio, arguendo a contrario sensu: nam indè sequitur, quòd cessante difficultate debet ad iuramẽtum obseruandum quis compelli, vt docuit etiam decis. Pedemont. 92. nu. 19. 20. & 21.

Amplia veritatem dicti fundamenti in suo exemplo dicendo, ꝙ ipsum procedat etiã si mulier intercedat pro viro suo, & iuret, licet hoc casu mulier sit magis priuilegiata de iure. vt in Authen. si qua mulier. C. ad Velleia. prout singulariter decidit Pau. de Cast. in consi. suo 219. incip. In causa. quem refert, ac sequitur Euerardus vbi supra addens, quòd nec huic obstet glo. in dicta Authen. si qua mulier. quia ad eam optimè respondet Pau. de Castro in dicto consilio, cui consenserunt idem docẽtes Ioannes Faber. Albericus de Rosatis, Bal. & ipsemet Pau. de Cast. in d. Authen. si qua mulier, etsi Salicetus ibidem tenuerit contrarium, non attendat ius Canonicũ, cui in hac materia standum erit, vt subdidit ibidem Euerardus.

Fundamentum vndecimũ præsentis nostrę decisionis elicitur ex vulgatissima, & verissima iuris regula a Doctoribus approbata, in qua habetur, ꝙ iuramentum
200 † adijcit robur actui, super quo interponitur, cum ipsum vltra naturam suam alteret, firmet, roboret, validet, ac de nullo contractu aliquem de inualido validum faciat, quando interponeretur super actu non improbato a iure, pro eo, quòd cõtra publicam vtilitatem, vel contra bonos mores naturales, (vt in casu nostro) cùm ad obseruandas non solum stipulationes, verum etiã pacta nuda propter ludum alearum inita cogamur a iure ipso naturali (vt fuit probatum) vel ob defectum solẽnitatis probatoriæ, vel formalis requisitæ a iure, vel statuto, vel ratione materiæ, vel rei super qua interponitur, & sit alia ra-

Digitized by Google

tione actus huiusmodi a iure improbatus : dummodo obseruantia iuramenti non sit nutritiua peccati, nec tendat in præiudicium tertij. Et quòd hæc regula sit verissima, probat̃ duplici medio. Primò enim per textum in c. cùm contingat. in versic. firmando. ext. de iureiur. cuius verborũ series fuit per nos relatus in probatione fundamenti decimi. Vide ergo ibi. Idem probatur per text. in c. 2. de iureiur. in sexto, quem ad verbum retulimus supra in probationem ampliationis secundæ fundamenti octaui. Vide ibi. Idem expressè probatur per textum in cap. 2. de pactis, in sexto, vbi Bonifacius Papa Octauus infrascriptis præcisis verbis hoc ipsũ docuit, videlicet. [Quãuis pactum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, vt dote contenta, nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex ciuilis, si tamen iuramẽto, nõ tamen vi, nec dolo præstito firmatus fuerit, ab eadem omnino seruari debebit, cùm non vergat in salutis æternæ dispẽdium, nec redundet in alterius detrimentum.] hæc ibi, vbi nota in versic. [firmatum] & versic. [omnino.] Idem habetur & apertissimè in l. 1. & in Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. Nã in dicta l. prima, hæc habentur, videlicet. [Si minor annis viginti quinque emptori prædij cauisti, nullam de cætero controuersiam re esse facturum, idque etiã iureiurando corporaliter præstito, te seruare confirmasti, neque perfidiæ, neque periurij, me auctorem tibi futurum sperare debuisti.] hæc ibi. Et in dicta Authen. sacramenta puberum. hæc habentur, videlicet. [Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inuiolabiliter custodiantur. Per vim autem, vel per iniustum metum extorta etiam a maioribus (maximè ne quærimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti iubemus.] hæc ibi. Idipsum & secundo Doctorum oraculis clarius probatur. Nam glosæ, & Doctores communiter in citatis iuribus vno ore idipsum asseuerãt. Et animaduertendum, quòd ex hac regula sic probata Euerardus in sua excellenti Topica iuris in loco a Vi. energia, &c. elegantissimè elicit infrascripta corrolaria. Quorum primum est, licèt vbi actus prohibentur a iure principaliter fauore personæ, & rõne
201 vtilitatis priuatæ licet secũdariò prohibeatur rõne vtilitatis publicæ, vt patet in alienatione rei dotalis, q̃ a iure prohibet̃ principaliter fauore mulieris, & sic rõne vtilitatis priuatæ, & secundariò ratione vtilitatis publicæ, ne mulier remaneat indotata, & sic virum reperire non possit, nec ciuitatem replere liberis hominibus, quod Reipublicæ interest. vt in l. prima, ff. soluto matrimonio iuncta. l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. actio. huiusmodi actus sit nullus, vt in l. lex Iulia. cum duabus legibus sequentibus. ff. de fundo dotal. & institut.

qui-

quibus alien. licet, in principio. Tamen si iuramentum interueniat, vt quia mulier dotem alienans, vel marito alienanti consentiens, iuret non contrauenire. Tunc de iure Canonico (cui standum est in hac materia † iura-
202 menti tanquam spirituali, vt latissimè supra furit probatum) talis actus, siue contractus validatur, siue firmatur iuramento, prout docuit singulariter textus in dicto capitulo cum contingat, & in dictis alijs iuribus supra citatis. Probatur & secundo præsens corrolarium auctoritate infrascriptorum Doctorum. Nam idipsum docuit Bartolus, & post eum Angel. Paul. de Castro, & alij in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. & latè Iason post alios per eum relatos in dicta Authen. Sacramenta, & rursus per Doctor. in l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis. & rursus Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & in l. is, cui, ff. eo. tit. Bal. in l. illud. C. de sacrosanctis Eccles. col. 5. & plenius in l. non dubium. C. de legibus. & in l. pactum dotale. C. de collation. Antonius Imo. & Siculus in dicto c. cum contingat. & Alciatus ibidem a num. 94. verticulo tertius casus. vsque ad numer. 113. Vbi hoc ipsum corrolarium elegantissimè confirmauit, ac probauit multis auctoritatibus, respondens obiectionibus, quæ produci possent. Vide ergo ibi plenissimè. Vbi inter alia notatu dignissima, dixit hanc communem Doctorum esse sentẽtiam, & addidit, quòd huius potentissima ratio secundum Abbatem in dicto capitulo cum contingat. sit quoniam per iuramentum obligatio principaliter Deo acquiritur, & lex humana, vel Canonica non vult, neque potest in fauorem priuatũ impedire talem obligationem, vt in capitulo debitores. ext. de iureiurando. & in capitulo ad Apostolicam. ext. de regul. & in capitulo qui post votum. de voto. in sexto. De hac tamen allata ratione ab Abbate statim ibidem ipse Alciatus subdit, dicens, quòd hæc ratio ita simpliciter intellecta non sit vera, quia ea attenta, idem esset, quando prohibitio fieret principaliter fauore publico, & tunc non poterit impedire obligatio quærenda. Item non infert aliquid ad confirmationem contractus, vnde secundum hanc rationem, satis esset seruare iuramentum, iuxta dictum cap. debitores. licèt contractus nõ validaretur, quod est contra communem opinionẽ. Vnde (inquit ibidem Alciatus) verior est ratio, quòd iuramentum confirmet cõtractum, dummodo non sit in prẹiudicium tertij (vt in d. c. cum contingat.) Vnde nõ confirmat, quando principaliter est contra publicam vtilitatem, quia illi tanquam tertio prẹiudicaret: sed quando est solum fauor publicus in consequentiam, tũc lex Canonica de eo non curat, cum is, cuius principaliter interest, renũciauerit, & in consequentiam nõ oriatur magnum præiudicium iuri publico: & ita est de mente glosæ,

gloſę & Doctorum in c.quamuis. de pactis. in ſexto, & quod docuit Panormitanus in conſil. 95. vol. 2. præſenti quoq; primo corrolario ſe ſubſcripſerunt Ioannes Mo. Archid. Io. And. & Dominicus à Sãcto Geminiano in dicto c. Quamuis. necnon & apoſtilla, ſeu additio ad deciſiones Capellæ Tholoſanæ in deciſione 383. dicens hanc eſſe ſententiam com
203 munem, quòd vbi lex † annullans contractum principaliter eſt fundata in fauore priuati, licèt in conſequentiam, & ſecundario ſit fundata ſuper vtilitate publica, vt in caſu allegato in dicto c. cùm contingat. & ſupra citatorum iurium iuramentum firmat contractum: vt Panormitanus inter alios, docuit in dicto c. cùm contingat. colum. 10. & in eius ſolemni diſputatione, quæ incip. ſtante ſtatuto: Ad hoc ipſum faciunt quæ ſubdidit dicta Appoſtilla vbi ſupra, dicens, quòd vbi lex poſitiua, ſeu ſtatutum aliquid prohibet propter bonos mores conſeruandos, tunc iuramentum in contrarium nihil valet: vt in regula iuris contenta in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in ſex-
204 to, quia talis lex †. eſt fundata ſuper æquitate naturali, quæ eſt indiſpenſabilis, & incommutabilis, maxime per iſtum iuramentum, cùm ſit perſona priuata. vt in diſtinctione 5. in ſumma. & in c. quæ contra mores. diſt. 8. & vt nos doceret quid ipſe intellexerit in tali ſua apoſtilla per iuramẽtum additum promiſſioni de aliquid faciendo quod eſſet contra bonos mores, ſubintulit ſubſequens exemplum, dicens, exemplum in muliere, quæ viuente viro dedit fidem adultero de contrahendo poſt mortem viri ſui:
205 cùm non valeat, ſcilicet † iuramentum huiuſmodi: & intelligo (ſubintulit) de bonis moribus naturalibus, nõ autem de ciuilibus tantum: quia omnis lex eſt fundata ſuper bonis moribus ciuilibus, & Ciuili æquitate. vt in c. conſuetudo. diſt. 1. Hęc autem æquitas Ciuilis eſt variabilis, vt in c. non debet. extra de conſang. & affinit. quapropter nemo dubitat, quin lex prohibens pactum legis cõmiſſoriæ in propinquioribus, ſit fundata in bonis moribus ciuilibus, & tamen iuramentum in contrarium valet, vt in c. ſignificante. extra de pignor. hæc apoſtillator ille, cuius ſententiæ aſtipulatus fuit. Barthol. Socinus in regula 206. incip. iuramẽtum. in Fallẽtia quarta. vbi hoc ipſum docens apertiùs declarauit qui
206 dicantur boni mores, † contra quos iuramentum priuatur ſuo effectu, his præciſis vſus fuit verbis, videlicet contra bonos mores, ſcilicet naturales, vt ſi præberet occaſionem delinquendi, vt in c. Quemadmodum. §. illud autem. extr. de iureiur. vbi Innocentius Tertius hęc protulit. [illud autem iuramentum eſt proculdubio temerarium: ſi vir iuret vxori, quòd eam ſuper nullo crimine accuſabit: quia ſi mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro abſq; contumelia Creatoris, vel illum vellet pertrahere

Google

read infidelitatis errorem, tunc incunctanter deberet illam impetere apud Iudicē suum, vt eam (nisi resipiscceret) omnino dimitteret secundum Canonicas Sanctiones: quòd si expressè iurasset, quòd eam super adulterium non impeteret; esset ne seruādum huiusmodi iuramētum, cùm scriptura testetur, quòd patronus est
207 turpitudinis, † qui cœlat crimē vxoris: & secundum regulā Euangelij, si primò & secundò correcta resipiscere nollet, dicendum esset Ecclesiæ, vt tanquàm ethnica, & publicana deinde vitaretur: ne per hoc ei libera præberetur peccandi facultas propter impunitatem peccati.] hæc in dicto §. illud. & hoc est quod implicitè cauetur in c. non est obligatorium. de regu. iur. in sexto, vbi dicitur [Non est obligatorium
208 † contra bonos mores iuramentum. vbi Dynus post multa exempla (quorum nonnulla paulò antè retulimus) quando probauimus iuramentum validare aliqua de iure prohibita & declarata nulla: vide ibi: vtitur tali peroptima distinctione. Aut prohibita à iure aliqua fuerunt. propter sui turpitudinem, aut in priuilegium, vel fauorem personæ: res ergo à iure prohibitæ propter sui turpitudinem, non firmantur à iuramento, sed solùm prohibitæ in fauorem personæ: quæ à Socino vbi supra nuncupantur res prohibitæ, eò quòd sint contra bonos mores ciuiles, de quibus habetur sermo in dicto c. cùm contingat, extra de iureiur. & in c. 2. de pactis. in sexto. in rebus ergo prohibitis à iure pro eo, quòd sunt contra bonos mores ciuiles, loquuntur sequentes Doctores, (vltra citatos, & in citatis iuribus) dicentes, quòd iuramentum roboret ea, quę propter fauorem priuatorum fuerant à iure improbata: & sunt, videlicet Bart. Ang. Paul. de Cast. & alij in dicta l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. nec non & latissimè Ioannes de Imo. in repet. dicti c. cùm contingat. in tertio casu principali. Idem docuit Euerardus vbi supra nu. 6. & Ang. Aret. in §. æquè. nu. 6. versic. quæro quando dicatur. instit. de exceptio. dicens, quòd illud iuramentum diceretur contra leges & bonos mores, & per consequens non obseruandū: quando ex ipsius obseruātia quis incideret in peccatum: vt in cap. quamuis. de pactis. in sexto, & ibi, & alibi sępe docuerunt Doct. vide ergo ibi per eum, quando iuramētū sit obligatoriū, cùm enumeret ibi ipsos casus, in quibus iuramētum dicet obligatorium. Idipsum docuit Ripa in lib. 3. respon. c. 6. incip. vulgatissima est. nu. 7. versi. non igitur obstat prima ratio. vbi dixit, quòd iuramentum cōtra bonos mores tunc non erit obligatorium: quando esset contra bonos mores naturales, secus si solùm. esset contra bonos mores ciuiles, prout etiā docuerunt Bal. & Paul. de Cast. in l. pacta, quæ contra. C. de pactis. & regula supradicta non est obligatorium. procedit, quando obseruatio iuramenti nullum. habeat

beat in se peccatum (adde tu, vt contingit in casu nostro) secundum Alex. in consi. 157. incip. Viso instrumento, lib. 2. idipsum docuit Iason in l. ex ea parte. §. mulier. num. 4. versic. adde quòd de iure Ciuili, dicens, quòd de iure
209 Ciuili dicatur † contra bonos mores quicquid est improbum & inhonestum, licèt de iure Canonico illud solùm dicatur contra bonos mores, quod inducit peccatum secundum Bald. in l. quæ contra. not. 2. C. de pact. & in l. pactum dotale. quæstio. 19. C. de collat. & in l. non dubium. in oppositi. 17. C. de legibus. & notabiliter in rub. C. de condict. ob tur. cau. & in c. 1. §. Sacraméta, de pace iuram. firm. & addit supradictis ipse Iason fore aduertẽdum: quòd regula. c. non est obligatorium. de regu. iur. in sexto, debet intelligi quando est contra bonos mores de iure Canonico: & sic quando inducit peccatum: secus quando est contra bonos mores de iure Ciuili, secũdum Paul. de Cast. in dicta l. pacta, quę contra. hæc Iason vbi supra qui rursus ibidem. nu. 7. & 8. versic. Tertiò nota. subdidit dicens, quòd ex ipso textu colligatur, quòd vbicunque fit aliquid contra bonos mores, poterit ad illud cohibendum pęna induci: & ideo dicit Bart. & alij sequuntur hìc esse casum. Quidã multum ludebat, nec poterat contineri, fecit iuramentum amico quòd nunquam luderet, & si luderet, daret tan-
210 tam pecuniã nomine pœnę, † ꝙ valeat ista promissio: & est iusta causa ad conseruãdos bonos mores, vt in hoc textu: & est bona cautela ad refrenandum quem à ludo: per quam retrahi poterit à cõsuetudine ludendi per promissionem pœnę, quæ est valida, & exigibilis. per istum textum. hæc omnia Iason vbi supra, qui in l. is, cui bonis. col. 9. nu. 19. versic. nam iuramentum. ff. de verb. obligat. dixit, quòd regula. non est obligatorium. procedit, quando iuramentum est cõtra bonos mores naturales, vel quasi: non autem quando esset contra bonos mores ciuiles: eo quòd tunc esset obligatorium, prout docuit Bal. in dicta l. pactum dotali. quæst. 19. C. de collat.

Ex regula allatá in fundamento vndecimo veritatis præsentis nostræ consultationis elicitur & peroptimè secundum corrolarium: Nam inde dicemus sequi,
211 quòd licèt actus † in iudicio gestus per minorem 25. annorum sine curatore sit ipso iure nullus, vt in l. clarum. C. de auctor. præstan. & in l. cùm & minores (iuncta sua singulari glo.) C. si aduersus rem iudicatam. & per totum titulum. C. qui legit. person. stan. in iudi. hab. Tamen si minor 25. annis compareat in iudicio sine curatore, & aliquem actum faciat, iuretúque non contrauenire in aliquo, processui, iudicio, vel sententiæ, valebit actus per eum spontè gestus propter religionem iuramenti, & sic stabitur confessioni suæ iuratæ spontè factæ in iudicio sine curatore, cui alias non staretur: & ratio est, quia iuramen-

212 ramentum † firmat iudicium ſicut contractum: prout docuit glo. (notabilis in hoc) in Authen. Sacramenta puber. C. ſi aduerſus vendit. quæ etſi loquatur in contractibus, docet tamen dicta gloſ. hoc ipſum habere locum in iudicijs, cùm in iudicijs quaſi contrahatur: quam glo. ibidem ſequitur Bar. Bal. Ang. Salycetus, Iaſon, & reliqui communiter Doctrinæ gloſæ ſimilis eſt glo. in §. Item Sacramẽta. de pace iuram. fir. & ibidem eam ſequuntur Bal. Aluarot & alij, & Io. de Imo. in repet. dicti c. cùm contingat. circa finem tertij membri principalis. Idem habetur in Capella Tholoſana (& latiùs ibidem in additione) in deciſione 45. 49. & 106. idipſum docuit Guid. Pap. in deciſione 35. incip. ſi adultus. idem docuit Pet. Iac. in pract. in titu. de actione tutelæ contraria, quando in defendendo: & verſic. item notandum, quòd adultus. idẽ docuit Euerardus in ſua Topica iuris in loco, à vi, energia. &c. nu. 8. verſic. Tertiò ex iſto ſequitur. pro cuius tamen maiori dilucidatione, ſciendum: quòd etſi ſtatim citandi Doctores videntur hoc correlarium limitare dicentes, illam ſolùm verificari in minore certiorato de iure ſibi competenti, tanquam minori: & de præiudicio per conſequens indè ſibi profecturo propter iuramentum delatum, & ratio ſecundum eos eſt; quoniã videtur hanc ſententiam inhærere maximè æquitati, cùm præſumatur minorem ius ignorare, vt in l. regula. ff. de iuris & facti ignor. & ſic præſumitur neſcire beneficium reſtitutionis in integrum ſibi competere: iuri autem, quod quis
213 ignorat, † nemo renunciare videtur, vt in l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtam. & in l. fina. §. ſin autem. C. de ſur. & ſecundum ipſos, ratio videtur manifeſta: quia de iure, quod quis ignorat, non
214 videtur cogitaſſe. Nam † iuramentum ſolummodo ad excogitata veriſimiliter extenditur, vt in l. fin. C. de non num. pecu. & in c. veniens. ext. de iureiur. & hanc partem Doctrinæ ſeruatam (dicit additio ad Capellam Tholoſ. in deciſio. 49.) non fuiſſe ſe ſcire, ſed potius contrariam, quam ſtatim & nos referemus. Doctores igitur hoc tenentes fuerunt, videlicet Ioannes Andr. in c. peñ. extra de empt. & vendit. Feder. in conſi. 299. Cyn. & Bald. in l. 2. C. de reſcind. vendit. quam ſententiam Ioãnes de Imo. in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig. citauit, aſſerens continere in ſe (vt diximus) maximam æquitatem propter rationes hic à nobis paulò antè recenſitas: contrarium, verò ſenſerunt infraſcripti Doctor. dicentes nullo pacto fore admittẽdam dictam limitationem, ſed ſimpliciter dicendum, quòd non requiratur huiuſmodi certioratio: cùm virtute iuramenti ipſe minor priuari de iure poſſit dicta reſtitutione in integrum: cùm ſi pradictum ius reputet ipſum ſtante tali iuramento, maiorẽ. Doctr. hoc tenẽtes ſunt Petrus de Bellapertica, & Bar. in l. 2. C. de reſcind. vendit.

vendit.& apertius ipſemet Bart. in l.ſciendum.ff.de verbor.oblig. & in l.ſi duo patroni.§. Iulianus. ff.de iureiur. ſed melius ipſemet Bart.in Authen. Sacramenta puberum.C.ſi aduerſus vẽdit. idem docuit Bal. in l.1.in fin. C. de rebus credit. Ang. Aret. in §.æquè. nu.5.verſic. nota ergo ex glo. inſtitu. de except. dicens colligi ex
215 dicta Glo.ꝙ iuramentum † contra leges non valet, nec eſt obſeruandum:quod Hoſt.in c.quemadmodum. extra de iureiur. intelligit verum, quando eſſet preſtitum contra Canonicas Sanctiones, ſecus ſi eſſet præſtitum contra leges ciuiles ; quia tunc non eſſet nullum. & iſtud ſequitur Dominus Ioannes in l. Inquilinos. §. fin. ff. de legat.primo, & pro hoc facit quod notat Ioannes And.in c.tuę.de decimis.& ſubdidit hoc eſſe tenendum menti propter auctoritatem tantorum Doctorum: etſi ſibi hoc dictum videatur durum propter tex. in dicta l.ſi quis inquilinos.§.fin.& in l.adigere.§. quamuis. ff. de iure patro. & in l. liberius iurauerit. ff. de oper. liber.& in l.Non dubium.in fin.C. de legibus . & in Authen. Scęnicas mulieres.per totum.& in Authen.de his. C.de nuptijs cum ſimilibus, vbi etiam de iure Ciuili iuramentum preſtitum contra illas leges non valet. vnde meritò poſſet ſic dici. Aut lex ciuilis expreſsè improbat iuramentum. & tunc etiam illud præſtitum contra dictam legem, ipſo iure non valet,niſi dicta lex fuerit Canonizata,vel ſpecificè approbata à iure Canonico: quia tunc, cùm ius Canonicum ſpecificè approbet illas leges : dici poterit dictum iuramentum præſtitum contra dictas leges non valere, tanquam præſtitum cõtra ius Canonicum, comprobans expreſſe illas leges. arg.in l. Aſſe toto. cum ſimilibus. ff.de hæred.inſtitu. hæc Aret. vbi ſupra,quę memoriæ erunt omnino comendanda .

Quamuis his omnibus pręmiſſis benè ponderatis ſatisfactum appareat fundamentis allatis in fauorẽ patris, & hęredis nobilis illius , qui credito ludens amminiſerat non paruam quantitatẽ pecuniæ . Nihilominus , vt veritas præſentis noſtræ conſultationis ac ſententiæ luce meridiana clarius omnibus innoteſcat , Deo dante , ſtudebimus gradatim, & ſigillatim reſponſum dare Doctoribus patrocinantibus dictis fundamentis in contrarium ſupra allatis .

Ad primum ergo fundatum in Authen.alearum vſus. C.de Religio.& ſumpt.funer. reſpondendo dicimus , quòd dicta lex non ſit hodie vſu ipſo approbata, ſed receſſerit ab aula: ac per cõſequens eius virtutem , ad aliquem obligandum ad ſui obſeruantiam expiraſſe , prout communiter Doctores citati in probationem primi fundamenti noſtræ ſententiæ docuerunt , inter quos eſt quoq; Ioannes de Medina in loco ſtatim hìc à nobis citando: indè apertiſſimè ſequitur , quòd radicitùs euulſo fundamento primo partis aduerſæ , corruerit & eius ædifi-

Digitized by Google

ædificium : cùm dicta Authen. hodie non habeat locum in iudicio contra victores in ludo. Sed dato & non concesso, quòd vsu communi vtentium fuisset adhuc in suo robore: non inde sequeretur, quòd pars contraria præsumit fore eliciendum inde, sed vt perfectiùs idipsum percipiatur, summoperè expediet accuratissimè pōderare verba ipsius Authen. alearum. in qua hęc inter alia adiuerbum habentur, videlicet [Commodis igitur, subiectorum prospicientes hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis, & priuatis domibus ludere, neque inspicere: etsi contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddat: & actionibus competentibus repetat ab his, qui receperunt: aut eorum hæredibus, aut ijs negligentibus, ab eorum procuratoribus, vel patribus, seu defensoribus repetat fiscus: nō obstante (nisi quinquaginta annorum) præscriptione: Episcoporum locorum hoc prouidentibus, & Pręsidium auxilio vtentibus.] hæc ibi inter alia. ex quibus solùm elicitur (prout optimè docuit Ioannes de Medina in suo Codice de rebus restituendis. quæst.22.§. illud videtur difficilius. nu.3. versi. Tertiò est illa lex Ciuilis.) quòd perdentes contra victores lucrantes habeant actionem taliter deperdita & soluta repetendi infra quinquaginta annos: & ꝙ Episcopo & Officialibus suis concedatur, vt ab ipsis luerantibus lucrum ipsum exigant, & sibi retineāt, diuidendum inter pauperes. Non tamen ex hoc sequitur, quòd huiusmodi lucrantes teneantur in conscientia restituere huiusmodi lucrum receptum. cùm dictus textus Authen. alearum solùm concesserit repetitionem, non autem denegauerit verum dictarum rerum acquisitarum mediante ludo alearum dominium ad sic lucrantes transferri: nec ibi prȩcipiatur restitutio rei sic lucratæ: sed solùm fuit concessa actio repetendi, si victus ea vti voluerit: qua etiam non obstante (vt docuit dictus Medina vbi supra corrolario secundo) victus in conscientia tenebitur soluere victori, quæ perdidit in tali ludo: cùm per talem actionem ille non loberetur à tali obligatione. & ratio potissima est: quoniam de iure naturæ quisque tenetur promissionem & iuramentum de re licita factum adimplere: prout latissimè probauimus in productis in fundamento secundo nostrę cōsultationis, ac sententiæ. Videatur ergo ibi. at cùm colludentes ratione contractus lusorij tacitè promiserint (imò in casu nostro expressè promiserint) quod perdiderint se soluturos: & ad id per huiusmodi contractum iuratum se inuicem obligarunt: sequitur omnino eos ad id teneri. Nec obstat lucranti turpitudo lucri, quæ non tàm in lucro, quàm in modo, quo acquiritur, aperitur. Exemplum est clarum in meretricio lucro promisso meretrici: quod quàmuis turpe sit ex modo illud acquirendi:

ob

ob promissionem tamen illud ve
nit soluendum ipsi, & quòd actio
repetẽdi deperdita in ludo alea-
rum concessa à dicta Authentic.
Alearum . non obstet lucranti ,
quin illud possit assequi ; apertè
colligitur ex c. Debitores . extra
de iure iur. vbi promittens cum
iuramento soluere vsuras : com-
pellitur illas soluere : licèt facta
tali solutione ipsi liceat in iudi-
cio illas repetere. & ratio est, quo
216 niam ex contractu † à iure non
inualidato nascitur obligatio :
prout docuit vbi supra Medina.
Cùm ergo ius dictę Authen. alea-
rum : quamuis præfatum contra-
ctum prohibeat, ipsum tamen
non inualidat : sed tantum per-
denti repetitionem (si ea vti ve-
lit) concellit . & inde sequitur ,
quòd ipse deperdens antequam
contra lucrantem agat, & contra
ipsum sententia feratur: teneatur
victus taliter deperdita victori
soluere : & licèt ex simplici con-
tractu ipso lusorio per dictam le-
gem prohibito obligatio ciuilis
non oriatur, benè tamen oritur
naturalis, quæ maioris vinculi
est . indè sequitur etiam contra
Adrianum aliud apertissimum ar
gumentum tali pacto formandũ.
Aut lucrans in tali ludo acquirit
ius ad idipsum accipiendum , ꝙ
ipso ludo lucratur , aut non . Si
primò, indè sequitur, quòd per-
dens teneatur lucrãti reddere id
ad quod ius habere dignoscitur.
Si secundò, idest , si non acquirit
ius, sequeretur, quòd ipse lucrans
non posset tuta conscientia rem
taliter lucratam sibi retinere , ex
quo non alio titulo tenet illud ,
quàm quia illud lucratus fuerit.
Idcircò sequitur quoque, quòd si
nullum ius illi ad lucrum taliter
acquisitum præstiterit: non iure,
sed iniuria lucratum retinebit, &
per consequens tenebitur in con-
scientia restituere, quod est con-
tra ipsum Adrianum . Aut igitur
Adrianus, & sequaces fateantur
perdentẽ teneri ad id, quod per-
diderat, lucranti soluere, aut lu-
crantem lucrum ex ludo acquisi-
tum teneri perdenti restituere ẽt
ante condemnationem. Et ad id,
quod vltimo loco dicebatur in
prima oppositione, (cuius hæc est
responsio,) quòd nullum domi-
217 nium † talis rei per ludum alea
rum transeat ad lucrantẽ: respon-
demus, quòd contra hoc, est com
munis Doctorum sententia iam
relata in probationem primi fun
damenti præsentis nostræ deci-
sionis : & ratio potentissima est
illa, quam reddit Dominicus Bã-
nes in commentarijs 2. 2. Sancti
Thomæ, quæst. 32. artic. 7. in re-
spon. ad secundum, in prima con
clusione, vbi his præcisis verbis
vsus fuit, videlicet. Si attendere-
mus merum ius naturæ : dicen-
dum erit , & fatendum, quòd per
huiusmodi ludum trãsferatur Do
minium : modò, tamen ij, qui lu
dunt, possint alienare bona sua, &
hæc probatur tali exemplo (vltra
sententiam communem Docto-
rum) prodigus enim , qui teme-
rè perfundit pecuniam suam , re-
uera transfert dominium , talis
pecuniæ in eum , cui illam do-
uat: ergo multò magis transferet

is,

Digiti

is, qui ludit. tum quoniam ludus non est ex genere peccatum: sicut prodigalitas: cùm maximè, 118 quoniã in ludo † est obligatio ex parte vtriusque colluſoris ex ponentis ſuam pecuniam periculo: & veluti quædã mutua & reciproca conuentio: in prodigalitate verò tantum eſt ſimplex donatio, & perfuſio pecuniarum ex vna parte ſolùm. Secundò idipſum probatur ſic (ſecundum eũdem Dominicum) in huiuſmodi contractu, quamuis ſæpe admiſceantur quædam alia peccata, & vitia, non tamen committitur aliqua iniuria contra iuſtitiam commutatiuam. Idipſum peroptimis vtens rationibus probauit Alphõſus de Caſtro in tractat. de lege pœnali. lib. 2. corrollario 3. capit. 2. fol. 155. verſ. quoniam etſi contractus: dicens, quòd etſi contractus huiuſmodi tacitus inter ludentes initus, & a lege prohibitus: non tñ eſt per ipſam legẽ declaratus inanis, & inualidus, & inde euenire neceſſe eſt, vt tali cõtractu ſtante pdens transferat verum dominium rei perditæ in lucrantem: ex quo enim apertè ſequitur, quòd lucrans nõ teneatur reſtituere ante condemnationem iudicialem. Ex his ergo patuit, quòd in vtroque foro lucrans habeat actionem retinendi pecuniam ſic lucratam, donec fuerit compulſus a Iudice iudicialiter procedente ad ipſam reſtituendam perdenti. Nec illa conſequentia (quam aliqui inſulsè faciunt) eſt bona, ſic dicentes. Datur a iure actio repetendi taliter perdita contra lucrantem. Ergo non tenebitur perdens victori illa aſſignare lucranti, vt ei fidem præſtitam ſeruet. Vt latius dicemus paulò poſt, dum reſpondebimus Doctoribus refragantibus noſtræ præſenti deciſioni. Dicamus autem pro nunc, quòd contra vſurarium datur actio repetendi vſuras ipſi ſolui promiſſas, cum iuramento, & cum effectu poſtea ſolutas, & tamen præcipitur huiuſmodi ſolutio, vt ſeruetur iuramentum, vt in capitulo debitoreś, extra de iureiurando, nec hoc eſt mirum: cùm vſurarum exactio ſit prohibita non ſolum iure Ciuili, (vt docuimus per multa in tractatu noſtro de vſuris, quæſtione ſeptima, per totum.) & Pontificio: verum etiam inre Diuino contento in vtroque Teſtamento, & iure naturali, (vt latiſſimè in dicto tractatu de vſuris in ſingulis quæſtionibus, videlicet tertio, quarto, quinto, & ſexto.) Non autem ſic legitimè dici poterit de exactis deperditis à victo per uictorem in ludo alearum, vt latius infra dicemus in reſponſione ad ſecundum fundamentum Doct. aduerſantium.

Ad ſecundam fundamentalem obiectionem factam contra noſtram deciſionem, & ad Doctores illi fauentes, reſpondentes gradatim. Dicimus illam non obſtare dictæ noſtræ deciſioni: cùm nulli vero iuris fundamento inhæreat, quoniam ſi Imperator voluiſſet, hoc ipſum præcipiſſet, in caſu noſtro, prout dicti Doctores ſupponunt,

in dicta Authen.alearum.expreſſiſſetq; prout fecit Carolus Quintus felicis recordationis in Regno Hiſpaniarum, de cuius lege meminit Alphonſus de Caſtro,& Bannes locis ſupra citatis, cui ſimilem Cõſtitutionem fecit Don Perafanus de Ribera Prorex Regni Neapolitani, præcipiens obſeruari Neapoli, & in toto Regno.Prohibuit enim omnibus ludere quocunque ludi genere credito,ſeu pecunia non præſenti:& quòd taliter ludentes & perdentes non obligentur deperdita aſſignare,nec indè dici poſſint defeciſſe a promiſſis, vel are, quæ Equitibus congruãt, eo quòd huiuſmodi actus ibi declarãtur nulli, & nullius virtutis ad aliquem obligandum,& ita ibi mandatur iudicari omnibus Iudicibus, vt expreſsè habetur in Pragmaticarum Regni Neapolitani volumine, tit.de aleatoribus.fol.20. denegauit ergo actionem,non autẽ retentionem ſi deperdita victus ſoluere voluiſſet,cum ſimus in pẽnalibus,in quibus non fit regulariter extenſio,& quiſque ſit moderator rei propriæ ac diſpẽſator,iuribus vulgarib.vnde in foro animæ tales acquirentes nõ erunt cogentes lucrata, & ſibi ſolum reſtituere,vt docuit inter alios Couarruuias quem ſupra retulimus in nu.127.in regula peccatum.Cum ergo nulla mentio penitus habeatur in d.Authen.Alearum.de promiſſa ſolùm ſolutione deperditarum rerum per ludum alearũ: ſed ſolum ibi dicatur,q; ſi huiuſmodi deperdita ſoluta repetantur,Iudex iudicialiter procedens ad inſtantiam repetentis cõpellet lucrãtem ad lucrata reſtituenda ipſi victo. Cùm ergo virtute ludi ex naturali obligatione victus teneatur aſſignare victori huiuſmodi deperdita,& propter huiuſmodi obligationem dominiũ ipſarum rerum tranſierit de iure naturali ad ipſum victorem, immo ſtante ſtipulatione facta per reciprocam promiſſionem de ſoluendo deperdita in ludo alearum (vt fuit per nos latiſſimè probatum per allata in probatione fundamenti ſexti,quo probauimus veram fuiſſe noſtram deciſionẽ. vide ibi,) & etiam q; de iure ciuili competit actio. Quapropter mirari non ceſſamus quomodo quis poſſit aſſignare rationẽ differentiæ inter dominium acquiſitũ victori in pecunia ſoluta,& in pecunia credita,ſeu ſolui promiſſa(de iure naturali tamen debitã, imò & de iure ciuili in caſu noſtro,) & quoniam hoc apertiſſimè probabitur ex ſtatim afferendis in reſponſionem ad ſingulas Doctorũ ſententias,qui præſenti noſtrę deciſioni aduerſantur:procedemus ergo ſigillatim, vt facilius poſſit cognoſci veritas afferendorum, prout in ſingulari certamine contingit.

Ad Dominicum a Soto reſpondendo aſſeueramus,q; licèt in locis ſupra citatis videatur annuiſſe contra noſtram deciſionem (vt probauimus referendo ibi eiuſdemet verba) tamen cum re vera ipſe Sotas ibi non loquatur in caſu noſtro,ſ.in ſtipulatione iurata, ſeu

seu pacto nudo iuramento vallato, sed simpliciter de solutione deperditorum per ludum alearũ. Iccircò quæ ibi dixit nobis non obstant, eo q̃ quando loquebatur in casu nostro ibidem hæc præcisa verba protulit, videlicet. Si aũt expressè pollicitus est se non vsurum beneficio repetendi, credi poterit sua sponte a suo abscedere iure, ad minus si iurauit tenetur stare iuramento, nisi tanta esset (quod non est in casu nostro) bonorũ iactura, vt posset dispensationem petere. hæc Sotus vbi supra. Ex quib. apertissimè elicitur ipsum voluisse, q̃ huiusmodi victus in cõscientia teneatur soluere promissum debitum incursum ex ludo, tã rõne expressè promissionis, q̃ virtute iuramenti p̃stiti de tali debito cõtracto soluẽdo.

Ad sententiam Couarruuias rñdendo dicimus, q̃ (cum reuerẽtia tanti viri dixerimus) sibi ipsi videtur contrarius, eo q̃ assueuerit, q̃ ex ludo alearum acquiratur dominium rei deperditæ ipsi lucranti, & subintulerit (loco supra citato dũ retulimus eius sñiam) in conscientia sibi illam retinere posse ipsum victum, quę videntur prorsus sibi contraria. Nam aut legitimè fuerat translatum dominium talis rei deperditæ a victo ad victorem. Aut non. Si primò, s: translatum fuerat dominiũ (vt ipsemet Couarruuias sequẽs Adriañ locis supraeitatis fatetur. Indè necessario sequitur dictam rẽ deperditam ludo alearũ esse ipsius victoris: si ipsius est? sequitur cum ipsa priuandum nullo pacto legitimè posse, nisi per Iudicem iudicialiter procedentem ad instantiam victi in ludo, & indè victor per sententiam in iudicio latam fuisset cõdemnatus ad dicta lucrata restituenda victo, vt apertissimè colligitur ex contextu verborum ipsius Authen. alearum. & sic non propria auctoritate ipse victus poterit priuare victorẽ re lucrata, prout elicitur ex ipsa Authen. arguendo a contrario sensu, imò ex mente Legislatoris supradictis verbis insinuata, quòd clarius colligitur ex vulgatissima, & in iure verissima regula, in qua habẽt nemini licere sibi ipsi ius
219 dicere, † cum de iure fuerit statutum, q̃ sit priuandus re illa, licet aliàs sua is, qui sibi ius dicendo sine p̃toris auctoritate asportauerit, vt apertissimè dicitur in c. conquerente. ext. de restitu. spoliat. in l. extat enim. ff. de eo quòd met. cau. in l. si quis in tantas. C. vnde vi. in l. creditores. in l. fin. ff. ad l. Iul. de vi priuata. & in l. r. C. ne quis in sua. & ibi per Doctores. Cùm ergo ratione iuris acquisiti verum illius rei dominiũ acquisitum sit lucranti, etiam stante dispositione dictæ Authen. (quæ re vera hodie recessit ab aula, vt superius latissimè probauimus.) Quomodo ergo victus ipsa re deperdita victorem priuando contra illius voluntatem non incurret peccatum furti, & obligationem illam lucranti restituendi: non possumus animaduertere, cũ furtum sit contrectatio rei alienę inuito Domino, id est, eo ad quem aliqua de causa legitimè

dominium illius rei fuerat trãſlatum, vt patet ad ſenſum.

220 Ad regulas illas iuris, † quibus Couarruuias nititur probare veram ſuam ſententiam, quam facillima (Deo Optimo Maximo duce) erit reſpõſio. Et primò reſpondemus ſic. Dicendo illas lotum obtinere in foro iudiciali, vbi datur actio, & exceptio, ſeruatis cõditionibus requiſitis à iure, & nõ aliter, nec alio mõ. At in d.l. Authẽ. alearum (ét ſi eſſet in vſu) nulla datur actio contra lucrantem, niſi repetitio rei deperditæ propoſita fuerit in iudicio apud Iudicem, cuius tunc erit ſolũ priuare lucrantem rei lucratæ ludo alearum dñio ſibi iam acquiſito per ludum, & non extra iudiciũ. Idẽ ergo dicendũ erit in exceptione, quæ eodẽ modo proponenda fuerat in foro iudiciali, & probãda, quæ ſi admiſſa fuerit, tunc & ipſa locum habebit contra lucrãtem, & nõ alio modo, prout ſupra fuit probatum iuribus, & rationibus ſupra citatis. Nam Bannes vbi ſupra in reſpõſione ad dictas regulas iuris dixit, illas nõ habere locum, qñ à iure concedatur reſtitutio in integrũ (vt in caſu nro) qñ tunc in odio talis contractus, ſcilicet mediante, prohibito ludo cõceditur reſtitutio, & repetitio, tamen non reperitur in dicta Authen. alearum. prohibita detentio talis rei deperditę, ac per conſequens nec deperdẽs ſtante trãſlatione dominij retinens illam apud ſe tutus erit in conſcientia. Fatemur nihilominus, quòd (vt diximus ſupra) in foro iudiciali, vbi forſan obſeruaretur dicta conſtitutio Authen. alearum, quæ hodie ferè nullibi eſt in vſu, concederetur a Iudice perdenti facultas talia deperdita detinendi apud ipſum, ſicut & actio repetendi, ſi illa ſoluiſſet, vt etiã docuit Bannes vbi ſup. & in tali caſu etiã in foro cõſcientię poſſet victus in tali ludo deperdita ſibi retinere: non aũt in caſu noſtro: tũ quia, vt probauimus, hmõi Auth. Alearũ receſſit ab aula, cum ẽt, quia non fuit facta petitio a victo apud Iudicẽ, nec per conſequens cõceſſa facultas illa deperdita retinendi apud ſe cõtra voluntatẽ victoris, ad quẽ dñium ipſius rei fuit trãſlatum mediante ſtipulatione inter ipſos facta ante, & poſt ludũ. Scdò dictis regulis iuris rñdentes dicimus, q̃ ipſe Couar. ſe ſubſcripſerit ſnĩæ Adriani, qui tandẽ vbi ſup. q. 22. vt refert Nauar. vbi ſup. contrariũ docuerat. Tertiò reſpõdemus, q̃ hoc ipſum negauerunt Medina, Alphonſus, & Bãnes vbi ſup. multis rationib. ab eiſdẽ ibi allatis, & hic a nobis prætermiſſis. Quartò dicimus ſimilitudinẽ, quam ipſe Couar. vbi ſupra. attulit inter lucrum vſurarium, & luſorium eſſe nullius virtutis, cùm per ſe pateat differentia illorum

221 lucrorum. † Nam quis ignorat, quòd per lucrum vſurarium, cum factum ſit contra iuſtitiam naturaleque ius, nullo pacto transferatur dominium rei exortæ per vſuram ad ipſum vſurarium, prout veriſſimis, & apertiſſimis fundamentis probauimus in tractatu noſtro de vſuris, quæ-

Digitized by Google

quæstione vigesimaquinta, per totum. Per lucrum verò lusorium, in casu nostro, transfertur dominium, vt omnes vnà cum ipso Couarruuia, vbi supra docuerunt. & ratio rationum est, quoniam cùm lucrum vsurarium sit de sui intrinseca natura cõtra ius Diuinum naturale nobis prohibitum (in libro Deuteronomio, capitulo quinto, & Exodi cap. primo, sub præcepto, Nõ furtum facies) Pontificium, & Ciuile, vt latissimè probauimus in dicto nostro tracta. de vsur. indè apertissimè consequens erit, quòd nulla iudicis declaratio sit necessaria, vt taliter acquisitorũ dominium amittatur. At verò acquisita per ludum etiam prohibitum per ius Ciuile non inualidando ipsius cõtractum, aut acquisitorum retẽtionem expressè, nisi in casu repetitionis iudicialiter propositæ, verè transferatur dominium ipsorum a victo ad victorem, cũ hoc non aduersetur Iustitiæ distributiuæ, nec iuri Diuino, aut Naturali, immo cõforme sit eorum dispositionibus, vt latissimè probauimus in Notabili præmisso tertio, & in probationem fundamenti secundi præsentis nostræ consultationis, ex quibus quidem patuit ratio differentiæ inter acquisita per ludum alearum, & acquisita per extorsionem vsurarum: nec non quòd non possit de iure lucrans in tali ludo ante sententiam contra se latã priuari dominio de iure naturali ad se trãsmisso. Nec obstat, quòd etiam assoleat in medium afferri, quòd perdens in ludo alearum, nollet (si posset) reddere, seu assignare id, quod perdiderat, quadam conditionali nolitione, perindè ac ille, qui vsurario aliquid iniustè exigenti soluit vltra sortem mutuatam, cùm per se pateat longè distare inter se huiusmodi nolitiones solutionum, eo q; is, qui soluit vsuras mutuatori ex ipso mutui contractu ad ipsas soluẽdas nullo iure tenebitur, nec per consequens inclinare suã voluntatem ad illas soluendas: Imò citra iniustitiæ, ac infamiæ notas posset absolutè nolle reddere illas etiam promissas (sine tamen iuramento.) Aut saltem poterit sub hac conditione nolle reddere, si posset sine talis vsuræ redditione, mutuum aliàs impetrare. Quapropter conuincitur quisque mentis suę compos, q; indè sequatur, vt conditionalis nolitio, quę in ipso redditione vsuræ interuenit, satis sit ad efficiendam ipsam redditionem vsuræ inuoluntariam, & per consequens ad impedienda veram dominij translationem. Qui autem in ludo, etsi in solutione conditionalem nolitionem habeat, ex ipsa tamen lusorij contractus tenebitur absolutè, & efficaciter velle soluere id, quod perdidit, etiam si crederet se sine tali solutione non fore aliqua infamia maculandũ, cùm hæc sit illius contractus taciti conditio, vt scilicet cui deterior fors contigerit, reddet alteri colludenti id, quod ludi fortunæ commiserat: & hinc euenit, vt illa conditionalis nolitio,

tio, quam in ſolutione habet perdens, non ſufficiet ad impediendam illius deperditæ tranſlationem dominij. Cùm illa ferè in omnibus debitoribus ratione cuiuſcunque contractus reperiatur. Ex quibus omnibus patuit, quòd perdens in ludo alearum verum rerum perditarum transferat dominium. & inſimul reſponſio faciẽda ad Nauarrum, qui videtur aſtipulari ſententiæ Couarruiæ & Adriani vbi ſupra, etſi ibi addiderit Adrianum vbi ſupra, in quæſt. 22. nobiſcum ſentijſſe. quod quidem apertiſſimis documẽtis docuit Alphonſus de Caſtro vbi ſupra, dicens in foro conſcientiæ huiuſmodi victum teneri ſtando promiſſis aſſignare deperdita vincenti, licèt poſtea cõpetierit ei actio repetendi contra victorem experienda in iudicio, vbi obſeruaretur diſpoſitio dictæ conſtitutionis Authen. aleatum.

Ad tertiam obiectionem allatam pro parte negatiua, in qua dicebatur, quòd cùm Nobilis ille deperdens in ludo alearum fuerit filius familiàs, ideò videbatur in ipſo applicandam fore ſenten-
222 tiam Diui Thomæ † & omnium Doctorum vtriuſque cenſuræ vnica voce & contextu ferè conſono dicentium victorem in ludo tuta conſcientia non facere ſuum lucrum acquiſitum ex ludo à filio familiàs: ac à contrario ſenſu & per conſequens, quòd ipſe filius familiàs victus non teneretur ſoluere taliter deperdita ipſi victori. Ad quam, Deo Opt. Max. dante, quàm facillima erit reſponſio fundata in nonnullis notatu dignißimis hìc ſtatim ſubnectendis. Sciendum igitur, quòd dicta Doctorum ſententia intelligenda erit cum grano ſalis, & in plurimum, ſeu regulariter, cùm ipſi loquantur ſolùm de filio familias, qui regulariter non ſolùm non ſunt ſui iuris in cõtrahendo obligationes, verùm nec adminiſtrationem aliquam habent bonorum paternorũ, & carent proprio peculio, qui propriè in preſenti materia loquẽdo dicendus erit filiusfamilias: nõ autem hoc competit filiofamilias, qui cum conſenſu patris negotiabatur publicè, & proprium peculium, & eius adminiſtratione habebat, vt erat hic nobilis, de quo eſt ſermo: quoniam in preſenti materia potius cenſendus erit emancipatus, quàm filiusfamilias, ſtãte, vt diximus, eius publica negotiatione cum alijs mercatoribus facta ab eo, proprio nomine, & de lucris indè captis ad ſuum libitũ ipſe nobilis diſponebat ſciente patre, & non contradicente. & quòd de huiuſmodi filiofamilias eruditiſſimi ſupra citati Doctores nõ fuerint locuti, apertiſſimè elicitur ex ipſorum met verbis. Nam vbi ſupra volentes ſe declarare de quibus filijsfamilias loquerentur, dum dicerent, quòd acquirentes per ludum a filijsfamilias tenerentur ad ipſorum lucratorum reſtitutionem, ſubdiderunt dicentes, hoc fore dicẽdum de omnibus, quibus adminiſtratio bonorum non eſt, & aliqua,

iure

iure eis prohibitum est donare, vel alias alienare bona sua, vt sint furiosi minores, Monachi, filijfamilias, vxores, & alij similes. Nō est enim ambigendum ipsos Doctores sciuisse, quòd reperiantur filijfamilias, & vxores, quæ haberent bona aduētitia, scilicet quæ ad eos attinerent ad cooperantib. patribus, vel maritis, vt sunt bona, quę eorum meritorum, aut parentelæ solum intuitu eis donata, vel legata fuerant, vel propria industria, ac labore acquisita: vt sunt etiam castrensia, vel quasi castrensia, necnon similia. Et ideo communiter Doctores supra citati dixerunt, quòd ludentes cùm filijsfamilias, vxoribus, & alijs, qui non habent administrationem bonorū, nec possunt bona alienare alijs modis: nec poterunt mediante ludo alienare, quòd si alienassent ij, quibus ipsi dedissent ad ipsorum restitutionem tenerentur: sciebant enim ipsi Doctores, quòd filijfamilias, qui haberent administrationem peculij propria industria acquisiti, de iure essent comparandi inter homines sui iuris, quasi tacitè fuerint emancipati a patribus per permissionem eis factam disponendi de illis bonis. & quòd idem fuerit omnino dicendum de vxoribus, quæ quo ad præsentem materiam pari passu ambulare, quàm facillimè ex subsequentibus probabitur. Attamen pro maiori veritatis huius dilucidatione operępretium duximus hic afferre quid sentire videantur iura tam cōmune, quàm municipale ciuitatis Genuæ, cuius ciues sunt Nobilis victus, & victor in ludo, necnon & Doctores de obligatione, quam cōtra-
223 hunt filijfamilias.† Sciendū ergo, quòd in statutorum dictæ ciuitatis nouissimè æditorum lib. 4. c. 20. titu. de contractibus minorum, ac mulierum. §. masculi maiores. Hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Masculi maiores viginti quinque annis existentes in patris, vel aui paterni potestate non possint se obligare, contrahere, nec in iudicio comparere, nisi de consensu patris, vel aui, in cuius potestate fuerint, saluo si negotiarentur palam, vel publicè patre, vel auo patiente, vel non contradicente, quo casu obligatio, & contractus valeat perindè ac si factus esset cum auctoritate patris, vel aui, dum tamen pater, vel auus ex dicto contractu non obligetur.] hæc ibi. Ex quibus apertissimè colligitur veritas præsentis nostrę responsionis facta ad dictam tertiam obiectionem. Nec hoc mirum, cùm idipsum videatur Imperatorem statuisse in l. 1. & 2. C. ad Senat. consul. Macedon. vbi in dicta l. 1. hæc habentur, videlicet. [Etsi filiusfamilias cum in potestate patris esset, mutuam a te pecuniam accepit, cum se patrem familias diceret, eiusque affirmationi te credidisse iusta ratione edocere potes, exceptio ei denegabitur.] hæc ibi. At cùm Nobilis victus in ludo affirmauerit tacitè se esse patrem familias dicendo se posse disponere de pecunia deperdenda

tanquã sua industria acquisita, & a suo patre suę dispositioni relicta, & hoc iusta ratione crediderat victor, cùm videret publicè eũ contrahentem cum alijs: indè sequitur, ꝙ tam ipse victus, quàm pater eius (etiam non existente dicto Genuensi statuto) tanquam eius hęres teneatur soluere deperdita, nec possint se tueri titulo, ꝙ victus erat filiusfamilias, cùm talis exceptio ei denegetur per dictum singularem textum in d.l.i. Cui quidem consonus est text. in d.l.2. vbi hęc habentur ad verbũ, videlicet. [Zenodorus si cùm sui iuris esse publicè videretur, aut patris voluntate contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberet, vel suæ potestatis constitutus nouatione facta fidem suã obligauit, vel aliàs agnouit debitum, non esse locum decreto amplissimi ordinis rõnis est.] hæc ibi. Vbi per Doctor. cõiter, nec mirum, cum verba textualia sint apertissima. Ad hoc accedit alia verissima regula, in qua habetur, quòd filiusfamilias legitimè, ac verè obligetur ex omni contractu inito cũ alio, præter ex contractu mutui. Sed cùm re uera prima causa obligationis contractæ fuerit promissio facta de soluendis ludo alearum deperditis. & dicta regula sit verissima, teste Iasone in l. prima, numero secundo, C. qui admitti. ad bonor. poss. Inde sequitur apertissimè, quòd talis contractus tenuerit, ac indè victus incurrerit obligationem satisfaciendi tali debito per statutum non solùm iuris naturalis, verum etiam ciuilis: eo magis, quòd dicta constitutio Authen. Alearum, non sit hodie in vsu, vt fuit probatum superius. Nec obstare poterit dicto victori, quòd dictus victus, ac debitor ex causa ludi, hodie reperiatur debitor ex causa mutui, & fuerit facta quodammodo transactio actionis ex causa ludi ad actionem ex causa mutui. Primò quasi fraudulenter. Secundò cum regulariter (vt fuit dictum, ex causa mutui non possit obligari filiusfamiliàs. Ad quod respondendo dicimus, ꝙ nulla sit suspitio fraudis, cùm creditor ad hoc faciendum fuit motus ad pręces ipsius victi, vt vtilitati, ac commodo eius consuluisset taliter secum transigendo, eo quòd ipse victor maluisset statim sibi solui suum creditum, quàm taliter ipsum obligatum expectare: immo & verum interfuit mutuum, cùm in dicta pecunia lucrata, & de iure soluenda victori, ipse victor retineret dominiũ, & sic poterat meritò dici ipsius victoris, cuius pecuniæ dominium per contractum mutui celebratum transtulit in ipsum victum, retinendo ipse victor ius ęquiualentem pecuniam assequendi tempore expectationis elapso. Quapropter patuit nullam ex parte victoris interueniisse fraudem in huiusmodi commutatione cõtractus, sed pietatem erga victum, cuius vtilitati sic faciendo consuluit. Ad id quod dicebatur dictum filiumfamilias nõ potuisse obligari ex causa mutui, cùm

per

per ſuperius allata fuerit reſponſum dicendo, quòd talis obligatio erat conformis iuri communi, & municipali: idcircò eadem hic non repetemus, cùm per ſe pateat dictum victum ex hac commutatione cõſiluiſſe honori ſuo, quia forſan ſoluendo ſtatim dicta deperdita, ei opus fuiſſet ceſſare ab eius negotiationibus cũ maximo proprij honoris detrimento, quibus incommodis ipſe victus occurrere ſtudẽs, deprecatus fuit creditorem, vt pecuniam ſibi ſoluẽdam ſtatim mutuo ſibi daret, cum re vera nihil (propriè loquendo) interſit modo ſoluere debitam pecuniam ex cauſa vnius contractus, & ſtatim eandem mutuo recipere, prout reuera recepit debitor interiori animi motu. Quapropter dicta iura, & his ſimilia ſtatim citanda, in quibus habetur denegandam fore actionem creditori filijfamilias ex cauſa mutui inter-
224 pretanda erunt † locum habere regulariter, ſcilicet quotieſcũque filiusfamilias carens peculio neſciens, vel nolens negotiari, vel ad hoc non admiſſus a patre, & publicè habitus pro tali etiam & ab ipſo, a quo ipſe filiusfamilias petit mutuo pecuniam, ſine iuſta cauſa, quis mutuaſſet illi ſuam pecuniam, & in caſu noſtro, cùm ceſſet prohibitio legum infraſcriptorum, vt probauimus ſupra. Nam ratio potiſſima denegationis huiuſmodi actionis contra filiumfamilias ratione mutui fuit, ne daretur occaſio ipſis adoleſcentiorib. inexpertis ante aditam paternam hæreditatem ipſã paulatim denudari. Compatiendo ius ciuile eorum paruæ experientiæ rerum mundialium agendarum, & pronitati ad diſſipanda bona paterna, in quibus acquirendis non deſudarunt: meritò denegauit talibus mutuantibus ſuas pecunias filijsfamiliàs actionem illa repetendi, quod quidem non feciſſet, ſi caſus noſter fuiſſet Legiſlatori propoſitus: cùm in ipſo ceſſent huiuſmodi rationes, vt patet ad ſenſum: & quòd Legiſlator interrogatus in caſu noſtro hoc reſpondiſſet elicitur ex infraſcriptis iuribus. Vbi fuit ſtatutum, & filijsfamilias vna cum patre eorũ poſſe obligari ex contractu ſolius filijfamilias, tñ pro virib. tñ peculij, & non amplius. Nam in l. ſi quis cum filio, & in legibus duabus ſequẽtib. ff. de peculio. Hæc ad verbum habentur,
225 videlicet. [Si quis cũ † filiofamilias contraxerit, duos hẽt debitores filium inſolidum, & patrẽ duntaxat de peculio.] hæc ibi. & in ſequenti lege habentur hęc, videlicet. [Et ideo ſi pr̃ filio peculium ademerit nihilominus creditores cũ filio agere poſsũt.] hęc ibi, & in alia lege ſubſequẽte hæc habentur, videlicet. [Qui peculij adminiſtrationẽ (vt in caſu nr̃o) concedit, vr̃ permittere gñaliter, quod & ſpecialiter permiſſurus eſſet.] hęc ibi. & ꝙ dicta regula, in qua habetur, ꝙ filiusfamilias
226 † veraciter obligetur ex omni contractu ſit verillima, probatur infraſcriptis alijs iuribus. Nam in l. tam ex contractibus. ff. de iudi-

iudicijs hæc habentur, quæ quidem in caſu noſtro videntur ſummoperè militare in vtroq; foro: cùm ſupponatur per profeſſionem emiſſam ſolemniter in religione approbata (vt eſt religio, in qua dictus nobilis in ludo alearum victus) mortuus ciuiliter dictus Nobilis debitor principalis inſtituito patre ſuo in hæredem ſuum vniuerſalem. videlicet: [Tam ex contractibus, quàm ex delictis, in filium familiàs competit actio: ſed mortuo filio poſt litis conteſtationem, transfertur iudicium in patrem, duntaxat de peculio, & quòd in rem eius verſum eſt.] hæc ibi. Vbi latiſſimè per glo. & Docto. idem habetur in l. filius familiàs. la ſeconda. ff. de actio. & obligat. vbi hęc habentur, videlicet: [Filius familiàs ex omnibus cauſis tanquam pater familiàs obligatur: & ob id agi cum eo, tanquam cum patre familiàs poteſt.] hæc ibi. vbi latiùs per glo. & Docto. & quòd inde filius familiàs poſſit carceri mancipari, habetur in l. 3. §. ſed vtrum ſolis. verſic. pro indè. ff. de minor. 25. annorum. vbi hæc habentur, videlicet. [Pro inde etſi ſine iuſſu patris contraxit, & captus eſt: ſi quidem pater de peculio conueniatur: filius non erat reſtituendus.] hæc ibi. Idipſum docuit Iaſon in l. qui in aliena. num. 3. & ibi Bar. & alij. ff. de acquir. hæredit. dicentes, quòd filius familias poterit obligare ſe ipſum in omni contractu, & fiet execution contrà ipſum mediante eius captura, vt in dicto §. ſed vtrum. ex quibus omnibus patuit quòd dictus filius familias ex dicta promiſſione iurata facta non ſine cauſa de ſoluendo deperdita in ludo, etiam ante ludum erat obligatus naturali obligatione: & poſt ludū ciuili, ad quam contrahendam non indigebat patris ſui conſenſu, vt docuerunt tot iura, & Doctores citati. & rurſus idem docuit Iaſon in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. num. 3. ff. de acquir. hæredit. & per Doct. ibidem citatos per Iaſonem. Nec de iure poterit obſtare ijs, quę hucuſque diximus, quòd actio adepta à victore contra victum ortum habuerit à ludo prohibito, & fuerit mutata in actionem ex cauſa mutui: quoniā etſi in ſuo vigore eſſet (vti hodie non eſt) dicta Authen. alearum. Tamen ex ſubſequenti promiſſione ac ſtipulatione facta inter eos, videtur omnino fuiſſe emundatam dictam turpitudinem, quæ reſultare videbatur ex ludi prohibitione, † & 127
iuſtificatum contractum: quapropter dicenda omnino erit noua licita obligatio nullam habens cauſam in ſe turpitudinis ex ſuperuenienti nouo conſenſu in ſoluendo antiquo debito contracto ex cauſa ludi: quod & probatur per argu. in l. ſi ob turpem. ff. de condict. ob turpem cauſam. vbi hæc habentur, videlicet. [Si ob turpem cauſam promiſeris Titio quamuis ſi petat exceptione doli mali, vel in factum ſummouere eum poſſis: tamen ſi ſolueris non poſſe te repetere: quoniam ſublata proxima cauſa ſtipulationis,

quæ

quæ propter exceptionem inanis esset pristina causa, idest, turpitudo supereſſet.] hæc ibi. Idem habetur per arg.in l.2.C.de his, quæ vi,metusvè causa fiunt. vbi dicitur, quòd spontanea solutio purget metum ad promittẽdum. Dicimus hoc probari per arg. in dicta l. 2. quoniam eadem ratio militat in casu nostro: sic dicendo: sicut spontanea solutio purgat suspitionem metus illati ad promittendum illam: sic spontanea & iurata promissio facta de soluendis deperditis in ludo purgare dicetur malitiam ludi. Idipsum in casu nostro expresè docuerunt infrascripti Doctores, videlicet. Guymier. in glo. sua super Pragmaticam sanctionem. Titu. de spectaculis fol. 175. col. 2.versi.item si ille, qui vincit.His præcisis vtens verbis, videlicet: Item restituere tenebitur, si ille, quĩ vincit, habuit fidẽ de victis: tunc de tali ludo non consequetur actionem, nec sibi vincenti dabitur actio contra victum.tex. in dicta Authen.alearum.ibi [nulla sequatur condemnatio] Nisi victus postea ludo cessante (vt contingit in casu nostro.) promittat vincẽti soluere: nam tunc non poterit obijcere exceptionem, quòd sit pecunia perdita in ludo: quia per sequentem promissionem spontè factã,videtur purgata prima causa turpitudinis. arg.in l.si ob turpem. §.fina. cùm ibi not.ff.de cõdict. ob turp. cau. & subdidit ibidem in folio eodem. colum. 4. quòd Ioannes de Imo. idipsum docuerit in c. Clerici. ext. de vita & honest.cleric. & consuetudo hodie habeat, q̃ pecunia perdita non restituatur, quod intellige (inquit) nisi in tribus casibus, & quòd mutuata in ludo pecunia repetatur, nisi in quattuor casibus, scilicet si mutuans sit colluſor,aut aleator,aut si mutuum factum est minori ludenti, vel mutuanti sit bonis interdictum,qui Doctor ad hoc ipsum probandum citauit,& sequutus fuit sententiam Ioannis And. in addit. ad Specul. in rubr. de verbor.obligat.qui reuera ibi idipsum docuit, loquens in casu simili comprehenso, ac prohibito per dictam Authen. alearum, sequendo Alber. Gal. in l.solent. §. 1.ff.de aleator.scilicet de mutuante in ludo ipso, cui debitor post ludum promisit illud tale sibi soluere,vel sponte recepit præceptũ Iudicis de non soluendo, & concluſit, quòd etsi stante dicta Authen. alearum. huiusmodi stipulatio videatur inualida per text. in l.generaliter.ff. de verb. oblig. maximè cùm illud solutum potuisset repeti, vt in dicta Authen. tamen contrarium esse verius asseruit dicens: quia propter talem promissionem superuenientẽ,prima causa turpitudinis est sublata, & sic conualidata, vt in l. pen. ff.de condit. ob turpem causam. & in l. 2.C. Quod met. cau. idipsum ad uerbum docuit glosator Capellæ Tholosanæ ferè in fine additionis super quæstio.192.fol. 65.versi. & dic, quòd si vnus tertius.idipsum docuit Imo.in c.clerici. extra de vita honest. cler. &

in l.

in l.ſi quis cùm ſciret. ff.de vſucapio.pro emptore.idipſum docuit ad uerbum Auguſ.de Arimine in addit. ad Ang.in tract. de Malef. in verſ.Mettitor di mali dadi.nu. 16.verſic. ſed adde vnicam mirabilem limitationem in hac materia. vbi & addidit, quòd dicta Authen.alearum.hodie nõ ſit vſu ipſo recepta.quapropter indiſtinctè non repetitur pecunia deperdita in ludo per dictam Authen. alearum.prohibito : & ſic etiam in practica ſeruatur, q̃ mutuans poſſit repetere . Diximus etiam ſuperius,quòd contractus reconcilientur inuicem , & conualeſcant, nouo accedente conſenſu contrahẽtium. & hoc quoq; probabimus Deo dante . Nam hoc ipſum docuit tex.in l.etſi contra. C.de nuptijs.vbi ad uerbum hæc habentur , videlicet . [etſi contra mandata Principum contractum ſit in prouincia conſentiente muliere,matrimonium,tamen poſt depoſitum officium, ſi in eadem voluntate perſeuerauerint , iuſtæ nuptiæ efficiuntur : & ideo poſtea liberos ſuſceptos , natoſq́ue ex iuſto matrimonio, legitimos eſſe reſponſum viri prudentiſſimi Pauli declarat.] hæc ibi , ex quibus apertiſſimè colligitur verum eſſe quod dicebamus, ſcilicet quòd etſi forſan lucrum ex tali ludo videatur macula aliqua aſperſum : tamen purgatum ipſo iure remanſit,noua ſuperueniente promiſſione,ratũ habente contractum , obligationemq́; incurſam propter ludum alearum: ſtante regula illa iuris veriſſima , in qua dicitur , quòd conſenſu par-
228 tiũ mutentur contractuũ † qualitates, vt docuit inter alios Barthol.Socinus in l.2.nume. 20. ff.ſi cer.pet. & multipliciter , ac doctiſſimè Alciatus more ſuo ſolito in l.2. per totum : & in l. ſingularia.ff. ſi cer. pet. & alij Doctores ibidem : nec non Ioãnes And. in addit.ſuper Specul. in principio. rubr.de oblig.& ſolut.inter quos ſpecialiter loquendo de contractibus permiſſis, & à iure non improbatis, docuit Bart. Bal. Salycetus Caſtrenſis , & alij plerique omnes in dicta l. 2. & l. ſingularia : qui vnica voce dixerunt, q̃
229 debitum † ex vna cauſa poterit conuerti, (etiam nõ intercedente pecunia) ſola contrahentium voluntate : modò interueniat interrogatio & reſponſio contrahentium, vt in l. iuris gentium.§. quod ferè nouiſſima, vbi dicitur ex tali ſtipulatione naſci actionem.ff.de pactis. ſed ſic eſt in caſu noſtro, cùm dictus filius familias perdens in ludo , de iure naturali , vigoreq́ue liberæ ſtipulationis factæ inter ipſum & victorem antè ludum:& denuo poſt ludum expreſsè ratificatæ, & iterum poſt aliquot dies alios à die ludi factæ etiam in ſcriptis, teneretur verè & realiter ex cauſa ludi per ea, quæ hìc in huius noſtræ deciſionis probationẽ attulimus. Indè ſequitur apertiſſimè , quòd debitum contractum ex cauſa ludi , ſtante colludentis vtriuſque conſenſu , ac ſpontanea ſtipulatione(vt docuimus)de iure tranſferri poterat ad debitum ex cauſa

sa mutui: cùm fictione iuris dici possit ex tunc victorem mutuasse dictam quantitatem pecuniarum ex ludo de iure naturali, imò etiã (vt supra probauimus) de iure Ciuili sibi debitam stante inhabilitate dictæ Authen. alearũ abrogatæ ex contraria consuetudine: cùm dicto victori seu creditori de iure hoc licuerit (sibi consulendo) vt sic euitare posset expensas, forsan, faciendas in recuperãd. iudicialiter tali credito, & Aduocatorum consuetas oblationes, ac Iudicum inclinationes. Vt peroptimè consuluit Bart. Cœpolla in tracta. Cautelarum, Cautela 243. incip. Tres sunt species simulationis. versic. potest addi quarta species simulationis, quę fit de contractu permisso ad contractum permissum. vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: potest addi quarta spe-
230 cies simulationis, quæ fit † de contractu permisso ad contractum permissum: quia de vno tacitè agitur, qui erat permissus, & exprimitur alius, qui similiter est permissus. Exemplum. Volo tibi mutuare centum verè, & iste contractus est licitus: sed nolo, quòd fiat instrumentum de mutuo, sed de deposito, ad hoc, vt facilius te possim conuincere per l. fin. C. depositi: sed meliùs dicas per l. si quis vel pecunias. C. depositi. certè (inquit ipse Cœpolla ibi) talis simulatio est licita. ex quo fit de permisso contractu ad permissum contractum. Vel pone aliud exemplum. Maritus, qui non habuit totam dotem, fecit instrumentum de tota dote accepta solemniter, sed quia verè deficiebant aurei, puta, centum: voluit, quòd socer confiteretur se habere in depositum centum aureos: cùm in veritate esset debitor ex causa dotis. Certè (inquit) valet ista simulatio, prout probatur in l. Lucius Titius cùm haberet. ff. depositi. ex qua lege Bartol. elicit, quòd licèt non valeat
231 † ꝙ in veritate agitur, tamen valet quod simulatè concipitur. quod & notat Bal. in rubr. C. eodem titu. & ideo (subdit Cœpolla) sis cautus quando vis contrahere cum vno verè, & ex illo contractu non esset tibi sufficienter, vel faciliter succursum, vt tu possis instrumentum facere, de alio contractu, quod habeat facilliorem expeditionem: sicut est contractus depositi, (vt diximus) qa. sic nullus contractus est prohibitus, & nemo decipitur. & ita sępius obseruatur. Hęc omnia protulit Cœpolla vbi supra, ex quibus patuit victorem legitimè potuisse acquisitum ex ludo, & sibi debitum iure naturali, sibi consulendo, per permutationẽ contractuum addere obligationem ciuilem (si aliàs ipsa de iure defuisset, quod non contingit in casu nostro, vt fuit probatum) mediante contractu mutui communi cõsensu stipulatio inter ipsum & victum: vt idipsum facilius posset in foro exteriori recuperare: si opus ei fuisset. eo magis, quòd dictus mutui contractus ab vtroque stipulatus fuit mediante iuramentum etiam dicti victi fatentis

Digitized by Google

tentis ex tunc ſe debitorem dicti victoris ex cauſa mutui: vt in chirographo ſcripto manu ipſius debitoris apertiſſimè colligitur: ad quod accedit, quòd tempore talis permutationis cõtractus non deficiebat pecunia ipſi debitori,
232 † propria ſui ipſius induſtria acquiſita, & ſolutioni parata: etſi non fuerit coram dicto creditore propoſita præſentialiter, ſeu corporaliter q̃ ad validitatem dicti contractus ſufficiebat, prout docuerunt communiter Docto. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. inter quos fuit (vltra ſupra citatos) ipſe Aretinus in eadem. l. ſingularia. vnà cum Alciato (loco ſtatim citando) cuius Alciati præciſa verba paulò poſt referemus ad maiorẽ dilucidationem præſentis veritatis. ad quod probandum facit quoque peroptimus textus in l. ſi ex pretio. C. ſi cer. pet. vbi ad verbum hæc habentur, videlicet: [Si ex precio debitæ quantitatis facta nouatione per ſtipulationem vſuras licitas ab eo, contra quem ſupplicas, ſtipulatus es: falſa mutuo datę quãtitatis demonſtratio præmiſſa, cùm obligationis ſubſtantia non defecerit, quò minus vſq; ad modum placidum vſuræ poſſint exigi, nihil nocet. Si verò citra vinculum ſtipulationis, tantùm mutuam pecuniam datam conſcriptum eſt, & eius præſtari fenus conuenit, ſimulatis pro infectis habitis, huiuſmodi placidum nihil de præcedenti mutauit obligatione.] hæc ibi, Vbi glo. & Docto. inter quos fuit Bar. qui dixit, quòd dicta lex ſit bona, docens, quòd id, quod eſt
233 debitum † ex vna cauſa, poterit conuerti in debitum ex alia cauſa per ſtipulationem, nec non pacto nudo ex interuallo appoſito, ſecus ſi in continenti: in l. enim ſingularia. ff. ſi cer. pet. pecunia debita ex vna cauſa erat ſolutioni parata: vnde nuda conuentione in cautam mutui poteſt conuerti, vt ibi notatur. ſed ſi non eſſet parata ſolutioni: *diſtingue*: Aut vis conuertere in cauſam mutui per ſtipulationem, aut pacto nudo: etſi pacto nudo, aut in continenti, aut ex interuallo, vt ibi legib. (& addidit) ex hoc habes. Statuto ciuitatis huius cauetur, quòd contra inſtrumentum confeſſionatum poſſit opponi exceptio ſimulationis. Dico (inquit) & ita de facto obtinui, quòd illa dicitur exceptio ſimulationis: quando promiſſio eſt facta ſimulatè ob cauſam nõ veram, vel non iuſtam. ita loquitur tit. plus valere q̃ agitur, vt in l. 1. C. de condict. ob turp. cau. quaſi dicatur, quando debitum in veritate eſt ex vna cauſa, licèt in inſtrumento confiteatur vt debitum ex alia cauſa: tunc nõ dicatur inſtrumentum ſimulatum: quia obligationis ſubſtantia non deficit, vt hìc dicit tex. & debitum ex vna cauſa poterit cõuerti in debitum ex alia cauſa. hęc omnia docuit Bar. vbi ſupra addens ipſa fore memoriæ comendanda; cuius elegantiſſimæ ſententiæ aſtipulati fuerunt Bald. & Salyc. ibidem ſciendum inſuper, quòd Bart. in l. Lucius. ff. depoſiti. & Bal. in rubr. C.

eodem.

eodem affirmarunt, quòd exce-
234 ptio † simulationis non oppo-
nitur contra depositum, licet de-
positum fuerit de debito ex alia
causa, quod & confirmauit Salic.
in l. si quis. C. depositi, & cum su-
pradicta iura, & Doctores nõ di-
stinxerint de qualitate debiti. An
ipsum sit ex causa onerosa, vel lu
crativa, dummodo subsit substan
tia vera, & realis obligationis.
Nec nos distinguere debebimus.
Quapropter etsi Medina vbi su-
pra, quæst. 22. vers. tertiò non etiã
sunt necessariò. contractum ludi
enumeret inter cõtractus onero-
sos, dicimus hoc non obstare di-
ctæ Doctorum, ac legum senten-
235 tię generaliter loquentium † de
omnibus debitis cuiuscũque spe
cici, cum lex generaliter loquẽs,
etiam generaliter debeat intelli-
gi, vt in l. 1. §. & generaliter. ff. de
legat. præst. & in l. de pretio. ff.
de publ. quod & procedit etiam
si in vno casu sit maior ratio, q̃
in alio. Idipsum etiam docuit An
gel. Aretinus in §. 1. nu. 35. in fin.
instit. de exceptio. & in §. in p-
sonam. vers. Nota quòd id, quod
debitum, nu. 1. instit. de actioni-
bus. Ex his ergo omnibus hìc al-
latis patuit veritas nostræ respon
sionis factæ ad tertiam opposi-
tionem, cũ indè apertissimè pro-
bauerimus falsam esse, quòd lu-
crum ex ludo sit restituendum fi-
liofamilias, (qui perdidit in lu-
do,) vel eius patri, cùm hoc solũ
verificetur in filiofamilias non
habente bona propria industria
acquisita, vel aliàs sibi aduenti-
tia, eo quòd in filiofamilias ha-
bente administrationem proprij
peculij, & aliorũ bonorum suo-
rum aduentitiorum, huiusmodi
communis sententia locum non
habeat, prout latissimè fuit proba
tum. Sed hoc mirum nemini vi-
deri debebit, cùm omnes sacri
Theologi, & alij Doctores supra
citati in probationem primi fun
damenti nostræ præsentis deci-
sionis (quoad obligationem resti
tuendi acquisita per ludum alea-
rum) æquiparent vxores filijsfami
lias, asserentes, quòd acquirentes
in ludo ab ipsis, teneantur acqui-
sita restituere: & nihilominus eo-
rum sententia secundum impli-
citam eorum mentem recipit re-
strictionem, ac limitationem, di
cendo illam non habere locum
236 in vxoribus, † quæ habent pecu
lium quomodocunque aduenti-
tium, cùm illius plenum domi-
nium habeant, ita vt de ipso pos-
sint disponere, prout sibi placue-
rit, etiã inuito marito, vt innuit
textus optimus in l. maritus. C.
de procurat. vbi hęc habentur, vi
delicet. [Maritus citra mandatũ
in rebus vxoris cum solemni sa-
tisdatione, & alia obseruatione
intercedendi liberam habeat fa-
cultatem, ne fœminæ persequen
dæ litis obtentu in cõtumeliam
matronalis pudoris irreuerenter
irruant, & coniuentibus virorum
iudicijs intereſſe cogantur. Sin
autem mandatum susceperit, li-
cet maritus sit, id solum exequi
debet, quod procuratio emissa
præscripserit.] hęc ibi. Ex quibus
apertissimè colligitur, quòd mul
tæ reperiantur vxores, quæ pro-
pria

ed by Google

pria habeant peculia: & per conſequẽs eorum adminiſtrationem & diſpenſationem etiam inuitis maritis, cùm vnuſquiſque rerum propriarum ſit moderator, ac diſpenſator. Idipſum (arguendo à maioritate rationis) probatur per text. in l. etſi de tua pecunia. C. de donat. inter virum & vxor. vbi hæc habentur, videlicet. [etſi
237 de tua pecunia mancipia † vxori tuæ comparata ſunt, tamen ſi ei tradita ſunt, eorũ dominium non ad te, ſed ad eam pertinet: pecuniæ autem tantummodò repetitionem habes, ſiue negotium eius gerens numerationem feciſti: ſiue in eam donationem conferens quantitatem pretij largitus es. Etenim vel inſolidum, vel quatenus locupletior facta eſt, actione cum ea competenti experiri poteris.] hæc ibi. Diximus idipſum probari arguendo à maioritate rationis: quoniam ſi dominium rerum emptarum nomine vxoris, pecunia mariti tranſit ad vxorem, & non ad ipſum maritum: quanto magis dominium rerum emptarum propria pecunia vxoris, vel aliàs adeptarum rerum induſtria ſolius vxoris, ad ipſam transferetur? Si ergo dominium, indè ſequitur ipſam de talibus bonis poſſe per ludum, vel aliũm modum diſponere inſcio, vel etiam inuito marito. quapropter apertiſſimè indè elicitur etiam fallere in talibus vxoribus ſupradictam regulam Diui Thomæ & ſequacium Theologorum (ſi illam intelligeremus ad corticem literæ.) Sed, vt plenius adhùc veritas dictæ noſtræ aſſertionis pcipiamus: Audiamus, quęſo, quid de eadem quęſtione nos docuerint Doctores, præmittendo tamen quòd ſtatutum fuit in l. de ijs, C. de donat. inter vir. & vxor. vbi hæc præciſa verba habentur, videlicet. [De ijs, quę extra dotem in domum illata, à marito erogata cõmemoras, ſiquidem, ſi te donante conſumpta ſunt, intelligis aduerſus hæredes, non niſi in quantum locuplc tior fuit factus, habere te actionem: ſi verò contra voluntatem tuam oĩa tibi reſtitui oportere.] hæc ibi. Idẽ habetur in l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. vbi hæc habentur, videlicet. [Res vxoris, quæ vel ſucceſſione qualibet, vel emptione, vel etiã largitione viri in eam antè reatum iure peruenerant, dãnato, ac mortuo ex pœna marito, vel in ſeruilem conditionem ex pęnæ qualitate deducto, illibatas eſſe præcipio: nec alieni criminis infortunio adſtringi vxorem, cum paternis, maternisvè, ac proprijs bonis frui, eam integro legum ſtatuto religioſum ſit: & donatio maritalis ante tempus criminis, ac reatus collata in vxorem, quia pudicitiæ præmio ceſſit, obſeruanda ſit, tanquam ſi maritum eius natura, non pœna ſubduxerit.] hæc ibi inter alia. ex quibus iuribus apertiſſimè colligitur id, quod paulò antè diximus: eò quòd non omnis vxor caret proprio peculio: cùm reperiantur vxores, quæ propria bona habeant ſeparata à bonis virorum: quo-

rum

rum bonorum per consequens dominium, cùm apud eas sit: indè sequitur illud posse per ludum, ac alios modos transferre ad quascunque ipse voluerint, irrequisitis ac etiam inuitis earundē maritis: sed, vt hoc ipsum scitu dignissimum clarius nobis innotescat, Audianus (obsecro) quid de ipso Doctores senserint. quapropter sciendum, quòd Bart. in dicta l. maritus. nu. 2. dixit, quòd
238 mulier † habeat patrimoniū triplicis generis. Nā habet dotem, & ista est viri sine dubio, vt in l. doce ancillam. C. de rei vendi. vbi hæc habentur, videlicet. [Doce ancillam (de qua supplicas) dotalem fuisse in notione Præsidis: quo patefacto dubium non erit, vendicari ab vxore tua nequisse.] hæc ibi. Habet quandoq; vxor ipsa alia bona viro etiā tradita extra dotem, & ista dicuntur parafrenalia: & in his videtur esse maritus solùm procurator, remanente ipsorum dominio apud ipsam vxorem, ac insimul actionem contra suum debitorē, & contra maritum, si illa vxori debita exegerit, prout apertissimus docuit tex. in l. fin. C. de pactis conuentis. & ibi per glo. & Docto. & præcipue per Bart. Habent aliquando vxores & alia bona marito non tradita aliquo modo, & in bonis talibus mariti nō solùm non habent dominium absolutum, sed neque erunt procuratores, nisi habuerint speciale mandatū procuratorium à suis vxoribus, prout docuit tex. in d. l. maritus, & ibi Bart, C. de procurat. Idipsum docuit Aret. in d. l. maritus, cōstituens & ipse suprà dictā triplicē spēm bonorum, quę assolent habere nonnullę vxores: etsi specialiter de tertia specie loquendo subdiderit subsequentia notatu digniſſima, dicens: Tertia spēs est, qñ hmōi bona non sunt dotalia, nec instruméta aliorum bonorū (vltra bona dotalia, quæ
239 parafrenalia † dicuntur) sunt tradita marito ab vxore, sed illa reseruauit sibi vxor, nullam illorum curam committendo marito: & hæc bona nō dicentur parafrenalia, & in eis maritus non potest plusq̄ extraneus, ex quo nihil ex eis potest disponere: etsi in parafrenalibus cōsumptis, maritus faciat fructus suos, vt per Bar. in l. si marirus. ff. si cui plusquam. per legem falcidiam. secus erit in ista tertia specie bonorum: quod signanter docuit ipse Aret. tenendum menti, quia est dubium dictum, per Doctores non tactum. Idipsum peroptimè, & clarissimè docuit Alciatus in regula tertia præsumptionum: præsumpt. 26. nu. 10. versic. sextò non procedit. vbi valens docere quando non in surgat prę̄sumptio adulterij con-
240 tra coniugatam, † quæ acquisierat aliquid, quod non sibi donatum, vel aliàs collatum à viro suo fuisset, dixit. sextò non procedit, quando constat quòd mulier aliunde habebat, vnde potuit acquirere, puta, quia habebat multa bona vltra dotalia, vel erat negociatrix, secundum Bal. in l. cùm oportet. C. de bonis, quę liber. Roman. in cons. 159. incip.

super ea. col.2. Alex. in consilio 40.col.pen.vol.3.qui addit,q̃ etsi in muliere negociatrice declaratio ista videat dubia,ex quo mulier tenetur operari viro. vt in l. sicut. ff.de oper.liber.l.sed si vir. in princ. ff.de donat. inter vir. & vxor. Vnde videret̃, q̃ omne hoc
241 lucrũ † tanquã ex operis debitis marito esset mariti, ꝓut est de mẽte practici Papiensis in forma libelli, quo vxor agit ad dotẽ. in vers.tanquam bona parafrenalia. Puto (subintulit ibidẽ Alciatus) Bal.opinionem esse veriorem,q̃ licèt vxor teneatur operari viro, non tamẽ tenetur negotiari pro eo,& in num.4. idem Alciatus in vers.octauò intellige.dixit,q̃ etsi vxor emisset possessionem pecunia viri sui, tamen adhuc dominium illius non trãsibit ad maritum, sed remanebit apud ipsam, etsi vxor teneatur viro actione p̃sonali ad pretium. vt etiam docuit Bar.in l.etsi instrumenta,per illum textum. C.de fide instrum. lib.10.Bal.in cons.66.incip.Punctus talis est,in libro Catasti.lib. 5.Signor.de Homod.in cons.122. incip. Factum sic præsupponitur. Quædam. & in consi.126. incip. A. habẽs.hæc omnia Alciatus vbi sup. quibus voluit tacitè declarare quod loquendo generaliter dixerat in Parerg. iuris.lib.8. c. 16.dicens,quòd acquirentes mediante ludo ab vxoribus, teneantur restituere. Nam dicendum erit ipsius sententiam procedere regulariter,cùm vxores,vt in pluribus,carent bonis proprijs,quorum dispositio spectat ad ipsas solas. Idipsum elegantius ac breuius docuit Pet. Gerardi. de Pe. in suo singul.99. incip. Inter virum,& vxorẽ, qui postquam docuisset posse contrahi societatem inter virum,& vxorem,subintulit dicens. Et sic per prædicta patet non esse verum indistinctè illud vulgare, quòd quicquid acquirit mulier,acquirat viro.per l.quintò. ff.de donat. inter vir. & vxor. & in l.etiam.C.eo. Nam illa iura procedunt in casu dubio, vt sic tunc cesset in ea suspitio turpis quæstus: aliàs quando appareret expresse vnde quæsierit, puta, ꝓ sua industria, & opera omnibus nota.: tũc sibi quærit,& non viro per allegata iura, aliàs societas non valeret tanquam leonina, vt in l.Mutius.ff.pro socio.Vnde sæpius (inquit ipse) fuit responsum de facto de ipsis mulieribus,quæ se exercent in arte texendi,seu in arte aracamiæ, vt propria lucra sint vxoris,& non viri.Tamen habebitur consideratio tẽporis subtracti,quo debebat facere seruitia ipsa vxor in domo,vt habetur in l.sicut.ff.de oper. liber. & in l. assidui. ff.qui potio. in pign. habe. Eodem modo fuit responsum de facto in istis nutricibus lactantibus pueros alienos. Nam cùm earum operæ versentur non solũ in die, sed & in nocte, etiam quo tempore noctis nihil possunt subtrahere viro de operis, vt in dicta l.sicut, ideo maior pars dicti lucri attribuenda est vxori. Idem ferè per omnia docuit Syluester in verſiculo Vxor,per totum. Idẽ peroptimè docuit Ioannes Franciscus

ciscus a Ripa in libro tertio, capitulo quarto respon.titu.de do. & gra. perfi. & re. qui in num.1. dixit vxorem posse habere pro-
242 prium † triplicis speciei, videlicet dotẽ, bona parafrenalia marito tradita, & bona propria, & separata a marito, tam ratione dominij, quàm fructuum. vt in dicta l.maritus. & ibi declarant Bar. & scribentes. C.de procurat. Qui Ripa respondens dicte l. Quintus dixit, quòd dispositio ipsius legis limitatur, vt nõ procedat in vxore, quæ licita negotiatione publicè negotiatur, secundum Bal. in dicta l.cum oportet. C.de bo. quæ liber. & in consi. 259. incip. Dicunt Petr. & Cin. ad fin. lib. 1. Non enim procedit præsumptio dictæ l. Quintus. quando vxor aliundè potuit licitè acquirere. Vt in l. etiam. C.de donat. inter vir. & vxor. Vbi ergo mulier negotiatur licita negotiatione debebit cessare dispositio dicta l. Quintus. Nec obstat, quòd vxor tenea
243 tur operari ad vtilitatẽ viri, quia distinguendum fore (ait Ripa vbi supra num.4.) inter operas obsequiales, & operas † fabriles, & industriales. Nam etsi vxor teneatur marito præstare operas obsequiales: vt docuit Glo. in dicta l. sicut, & glo. in c.quod dic. 33. q. 2. quæ vult, quòd maritus habeat duplex ius in vxorem. Vnum quo ad debitum carnis: alterum quo ad ministerium in alijs: quoniam glo. & Doctores volunt, quòd
144 vxor † remaneat in potestate patris, & ei acquirat, si patrem habeat: si verò non habeat, sibi acquirat. iuxta not. in l.cum oportet. C.de bon. quæ liber. ita declarauit Bal. in l. si vxorem. C.de condict. infer. Nam tali pacto ibi hoc probauit dicens. Cùm vxor possit cõtrahere societatem cum viro suo. vt in l. diuerso. §. si mulier. ff. soluto matrimonio, l. alimenta, §. fin. ff. de alimentis legatis, possitque simul cum viro contrahere, vt in l. scripturæ. C.de fide instrumen. ergo acquirit sibi, & non viro. & inter operas ipsius vxoris dicit Bal. multum interesse. Nam quædam sunt seruitia obsequialia, & quædam operæ paruæ æstimationis: Istas tenetur vxor præstare in domo mariti, secũdum qualitatem personarum. Cęterum si vxor faceret aliquam artem, vel mercantiam, vel esset chirurgica, vel obstetrix, quæ non sunt operæ domesticæ, nec familiares: tunc quicquid acquirit ex istis operis, sibi acquirit, non enim ad præceptum ma-
245 riti † tenetur vxor negotiari, quod dictum sequitur Alexan. in consilio 132. incipien. Verè crudelis videtur, libro quarto. Vbi idem dixit si mulier conduxerit prædia: quoniam tunc quicquid acquirit, acquiret sibi, & in terminis dictæ l. Quintus. idẽ dicit Bal. in dicto consilio 299. dicens vxorem teneri marito ad operas obsequiales, nõ autem ad artificiales, & fabriles. Et cõcludendo Ripa vbi supra ex ibi allatis, & hic a me recensitis, asserit fore concludendum marito non competere ius vllum in bonis acquisitis prædicto modo, sed ad vxo-

rem ſpectare, & pertinere pleno iure, & de ipſis habere liberam diſponendi poteſtatem tam inter viuos. vt in l. in re mandata. C. mandati. quàm in vltima voluntate. vt in §. diſponat. Authen. de nuptijs. & in l. prima, C. de ſacroſan. Eccleſ. Ex his etiam corrolariè ſequitur, quòd ea, quæ in futurum acquirentur per ipſas vxores proprio nomine, & de proprijs pecunijs erunt ipſarum, & non maritorum: cum bona propria, & exercitium licitum habeant. Ex quibus omnibus hucuſque allatis apertiſſimè colligitur, quòd ſupra recenſita ſententia ſacrorum Theologorum,
246 ac aliorum Doctorum † dicentium, quòd acquirentes in ludo alearum non teneãtur taliter acquiſita reſtituere perdentibus, niſi acquiſierint a filijsfamilias, vel vxoribus, eo quòd tunc taliter acquiſita reſtituere teneantur. Colligitur enim ex dictis, quòd verificetur dicta communis ſententia ſolum in acquiſitis a filijsfamilias, non habentibus aduentitium peculium, vel propria induſtria acquiſitum: & idã dicitur de acquiſitis ab vxoribus habentibus aliqua bona propria vltra dotalia, & parafrenalia, cùm apud vtroſque verum reſideat illorum dominium, & ipſorum diſpoſitio. Indè etiam ſequitur, quòd filiusfamilias nobilis (de quo eſt ſermo) iure poterat ſe obligare ad ſoluenda deperdita in dicto ludo, & quòd ex tali obligatione ipſe victor acquiſierit de iure Ciuili cõtra victum actionem experiendam etiam in foro ſeculari.

Quartæ obiectioni, quæ videbatur probari per textum in L. ſi filius tuus. C. ad Senatumconſultum Macedonianum, vnicam, & veram reddemus reſponſionem principalem, etſi poſſemus etiam ei ſatisfacere, dicen-
247 do illam legem † fore intelligendam de filio non habente peculium, vel de filio minoris ætatis. per allata ad ſaturitatem in reſponſione facta ad tertiam obiectionem. Reſpõdendo ergo dicimus ipſam in filiofamilias (de quo agitur) locũ non habere, ſtante iure municipali ipſius ciuitatis Genuæ, cuius nobiles ciues ſunt victor & victus: & dubium huiuſmodi inibi fuit cõtractum, & non alibi. Cuius apertiſſimi ſtatuti ſeriem, ac tenorem ad verbum retulimus ſupra paulò poſt principium reſponſionis factæ ad tertiam obiectionem allatam in fundamento tertio, allato pro parte negatiua. Videatur ibi. His ergo de iure ſic ſtantibus dicendum erit, quòd ſolutio dicti debiti de iure, & iudicialiter peti poterit a patre dicti victi, non vt pater eſt, ſed vt hæres peculij dicti victi, prout optimè elicitur ex mente ſtatuentium expreſſa his verbis, videlicet. [Dictus tamen pater, vel auus ex dicto contractu non obligetur,] ſcilicet vt tales, bene verò ſint obligata bona talium debitorum, ac per conſequens ſucceſſores in eis: quoniam aliàs ipſi ſtatutarij non conſuluiſſent,

con-

Digitized by Google

contrahentibus cum talibus filijs familias, vt per ſe patet, ex quibus clarè apparet eſſe conformis talis diſpoſitio iuris municipalis, ſic intellecta diſpoſitioni iuris cõmunis. Nam in l.fin.C.eo.titu.ſcilicet Ad Senat. conſult. Macedo. dicitur, quòd contractus mutui celebratus a filiofamilias etiam citra iuſſionem, vel voluntatẽ, vel mandatum patris ſui, ſi poſtea pater illum ratum habuerit, obnoxius erit pater obligationi ipſam pecuniam creditam filiofamilias reſtituendi ei, qui illã mutuauerat, acſi cum mandato, vel conſenſu eius fuiſſet ab initio ce-
248 lebratus, cum ratihabitio † retrotrahatur, & mandato comparetur, cui etiam conſonat quod cautum fuerat in l.ſi tamẽ.in principio.ff.ad Senat.cõſult. Maced. Vbi hæc præciſa verba habentur, videlicet. [Si tamen ſciẽte patre creditum ſit filio dicendũ eſt, ceſſare Senatuſcõſultum. At quoniã dictus filiusfamilias negotiando ſępius publicè ẽt contractum mutui (vt contingit q̃ ſępiſſimè inter mercatores) celebrauit, ſicut & alios contractus proculdubio ipſo patre ſciente, & non contradicente, cum permiſerit ipſum ex ſe negotiari ſecundum morem mercatorum. Inde ſequi conuincitur ipſius patrem huiuſmodi contractum mutui ratum habuiſſe ſtante dicta conſuetudine mercatorum, & publica negotiatione filij ſui, quod inſuper & probatur verbis illis generalibus dicti ſtatuti Genuenſis, videlicet. [Maſculi maiores vigintiquinque annis non poſſint ſe obligare, contrahere, &c. exiſtentes in poteſtate patris, &c. ſaluo ſi negotiarentur palam, vel publicè, patre, vel auo patiente, vel non contradicente.] hæc ibi. At cum termini illi, videlicet obligare, & contrahere ſint generales, includentes cõtractum mutui (vt patet ad ſenſum.) Inde ſequitur, quòd dictus pater tanquam hæres filij debitoris iuxta facultatem peculij illius de iure in vtroque foro teneatur ſatisfacere prædicto creditori illius.

Ad quintum fundamẽtum, cui videbatur inniti cõtraria ſententia, facilior erit reſponſio, dicendo patrem non prohibuiſſe dicto filio victo ludum alearum inhibendo ei negotiationes, ac reliquos contractus, ſicut facere debuerat, ſi exoptaſſet occaſionem ludendi radicitus ab illius voluntate euellere, ac per conſequens adminiſtrationem peculij proteſtatione publica auctoritate præmiſſa debuiſſet vtique declarare ſe nolle aſſentiri celebrationibus cuiuſcunque contractus celebrati per eius filium ad hoc, vt omnes publicè moniti abſtinerent a contrahendis negotiationibus, cum dicto filiofamilias, cùm æquum non ſit ſecretam prohibitionem in detrimẽtum tertij innocenter contrahentis, cum filiofamilias præualere permiſſioni publicè factæ a patre ipſi filio de contrahendo cum omnibus, quoniam aliàs iniuſtè contrahentes cum illo, remanerent priuati bonis proprijs. Quapro-

pter meritò dicendum superest ipsam verbalem, & secretam monitionem fuisse, & ab omnibus esse habendam purum paternum consilium, & non iuridicam, ac præiudicialē creditoribus illius, vt patet ad sensum.

Ad sextam, & vltimam obiectionem fundatam in l.cū oportet.§.si quis itaque, C.de bon.quę liber. & ad sententiam Romani, quàm facillima erit respõsio, di-
249 cendo dictum textum, † & dictam sententiam Rom.non loqui in casu nostro, etsi regulariter habeat locum in peculio aduentitio filijfamilias, quoniam loquuntur in casu, quando filiusfamilias obtinuisset peculium aduentitium, & non esset debitor alicuius ratione contractus permissi a iure.vt est hic filiusfamilias, qui per ludum transtulit dominium deperditorum in ludo(vt omnes Doctores vnica voce asseuerant) ad victorem propter inde cõtractam obligationem naturalem, & ciuilem, in casu nostro, vt latissimè in fundamentis nostræ decisionis fuit supra probatum: quę a dicto iure municipali expressè non reprobatur, verum potius tacitè approbatum fuit, vt superius fuit dictum, eo quòd in dicto statuto Genuensi non reperiatur denegata translatio dominij rerum deperditarum in ludo. Imò tum obligatio(quam ludētes adinuicem voluntariè de assignandis deperditis in ludis incurrūt) approbetur a iure naturali præcipienti seruari fidem, ac pactis stare, quæ pacta superant omnes leges, vt omnibus est inconfesso, ac per consequens inter contractus nominatos licitus talis promissio reciproca de iure connumeranda erit. Inde sequitur, quòd de Naturali, Canonico & Ciuili dictus filiusfamilias teneatur satisfacere suo creditori, & hodie
250 eius pater, † non vt pater, sed vt illius peculij vniuersalis hæres. Cùm hoc apertissimè fuerit probatum in fundamentis allatis supra in confirmationem veritatis præsentis nostræ decisionis. Ad quod etiam accedit dispositio ipsiusmet debitoris grauantis dictum hæredē patrem, vt ex dicto relicto ei peculio suo satisfaciat suis legitimis creditoribus, & quòd hic creditor, de quo est sermo, sit legitimus per supra allata patefactum fuit.

Et hæc est sententia mea decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congreg.Cassinensis V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio propriè sumpta quid sit, et quotuplex, et quid et quotuplex nouatio impropriè sumpta.*

2 *Nouatio necessaria quotupliciter fieri contingat.*

3 *Nouatio voluntaria quando dicatur fieri, & quare dicatur voluntaria.*

4 *Nouatio, quę fit per litis contestationem quare dicatur notoria.*

5 *Nouatio voluntaria duplex priuatiua, & accumulatiua: & quid sit vtraque.*

Fidcins-

Digitized by Google

6 *Fideiussionis munus clericis est interdictum: & ideo fideiussio talis facta regulariter esset nulla: et quare.*

7 *Contractus, aut pactum factum lege prohibente, nullius sunt uirtutis. & quare.*

8 *Sermo simplex, aut promissio verificatur in prima vice.*

9 *Fideiussoris nouus consensus necessariò requiritur, vt teneatur pro conducente post impletum conductionis tempus statutum.*

10 *Non refert qualiter quid fiat, dummodo fiat.*

11 *Obligationum vinculum soluitur eo modo, quo quęri assoleat.*

12 *Obligatio semel extincta non reuiuiscitur.*

13 *Nouatione facta, fideiussor liberatur: si ipsi non consentiisset.*

14 *Nostrum id, quod est, ad alium sine facto nostro transferi non potest.*

15 *Clerico regulariter est inhibitum fideiubere.*

16 *Fideiussor ab obligatione prorogata, pro qua fideiussit, remanet liberatus.*

17 *Fideiussor liberatur si is, pro quo prę sentando iudici fideiussit, captus ab ipso fuisset, & postea aufugisset.*

19 *Fideiussor eius, qui captus postea à iudice, & carceri mancipatus, à carceribus aufugit, quando teneatur illum denuo præsentare Iudici.*

20 *Fideiussor liberatur à vinculo fideiussionis, si à creditore, vel Iudice prorogetur statutum tempus comparendi, vel soluendi, & nu. 38.*

21 *Prorogare quid sit.*

22 *Securitas indeterminatè concessa alicui Bannito, vt possit ingredi ciuitatem, quomodo intelligatur.*

23 *Fideiussor obligatus ad tempus. non remanet obligatus prorogato simpliciter tempore. & quare.*

24 *Prorogatio temporis non dicitur idem tempus in prędiudicium tertij: & ideo tertius liberatur à fideiussione facta.*

25 *Sermo simplex regulariter uerificatur in prima vice.*

26 *Promittens repręsentare aliquem coram iudice, ad ipsius mandatum, liberatur per primam prędentationem: & alia exempla eiusdem generis subnectuntur.*

27 *Prorogatio operatur solùm inter ipsas partes prorogantes, & non nocet fideiussori. & quare.*

28 *Compromissum prorogatum respectu tertij dicetur nouum. & quare.*

28 *Fideiussor obligatur solùm per stipulationem.*

30 *Compromissum factum ex dispositione hominum, si nõ sequatur laudum infra terminum statutum, expirat ita, vt non teneantur partes aliud facere: secus ex dispositione iuris communis, vel municipalis: & quare.*

31 *Verba ab homine prolata intelliguntur de primo actu, & quare.*

32 *Fideiussor se obligans pro tempore limitato, facta prorogatione ipsius temporis à partibus, non tenebitur pro tempore prorogato, nisi de nouo consentiisset.*

33 *Fideiussor obligatus ad certum actũ, ac tempus respiciens finem obligationis, non censetur obligatus pro illo actu prorogato, si non consentiret de nouo. & quare.*

34 Fideiussores non tenebuntur vltra tempus statutum fideiussionis de bona custodia carceris, quando custodes promisissent seruare & custodire castrum: secus si promisissent restituere: & ad hoc dedissent fideiussores, si post illud tempus, Castrum fuisset deperditum.

35 Pignus, vel res obligata à fideiussore pro fideiussione facta ad certum tempus, non remanebunt obligata post illud, etiam si renouetur conductio, nisi nouus consensus fideiussoris superuenerit. et quare.

36 Fideiussore in dubio, in stipulatione nouante non intelligitur obligari.

37 Sermo simpliciter prolatus intelligitur pro prima vice.

39 Fideiussor præsentans principalem carceri, sicut promiserat, si ille postea aufugisset, non tenebitur eum iterum præsentare, et quare.

40 Obligatione nouata fideiussores liberantur à sua obligatione.

41 Prorogatio quid sit.

42 Tempus prorogatum inter prorogantes est vnũ, sed non respectu tertij.

43 Verbum prolatum ab homine consumatur semel, seu prima vice, etiam si euanuerit.

44 Temporis in prorogatione requiritur, vt fideiussor, qui intercessit à principio, denuo expressè promittat, alias non tenebitur, etiam si à principio fuisset cõuentum, quòd posset tempus prorogari. et quare.

45 Fideiussores pro prorogato tempore non tenentur, nisi promisissent restituere id, pro quo fideiusserunt.

46 Promittens aliquem præsentare, semel præsentando liberatur.

47 Dispositio hominis quare vnica perficiatur vice, etiam si non habuerit effectum: dispositio verò iuris cõmunis, vel municipalis non: et hoc intellige quando hominis dispositio non est facta contemplatione iudicij, vel litis: secus respectu horum: quia tunc talis obligatio non liberatur vnico actu. et quare.

48 Fideiussor finito termino conuento liberatur à fideiussione: etiam si illud fuisset prorogatum à partibus, ipso non consentiente. et quare.

49 Fideiussor non vocatus in ius, non ledetur actis principalis debitoris.

50 Facultas concessa alicui de ingrediendo claustra Monialium expirat in primo ingressu. et quare.

51 Promittens aliquem præsentare Iudici ad ipsius mandatum, liberatur primai vice. et quare.

52 Obligatiõnis mutatio cum nouatione liberat fideiussorem: nisi fieret ipso sciente, et consentiente tali obligationi.

Obligationis fideiussoriæ materia tractatur.

THEMA.

Quidam Sacerdos Ragusinus pauper, & bonæ famæ, pietatis visceribus affluens compatiendo miseriæ cuiusdam clerici carceri mancipati pro nonnullis suis excessibus, obtulit fideiussionem ducentorum aureorum pro ipso liberando, promittendo ipsum præsentare conspectui Archiepiscopi Ragusini, seu eius Vicario generali, quando in ius vocã-

vocatus ille fuisset ab ipsis. Qua fideiussione recepta, fuit ille liberatus. Tandem cum ille clericus fuisset citatus, vt compareret coram Archiepiscopo, ipse comparuit nõ personaliter, sed per Procuratorem, ignorante eius fideiussore, qui & obtinuit prorogationem termini ad comparendum per mensem, asserendo Archiepiscopo se velle Romam petere. At cum post mensem a Notario dictæ curiæ Archiepiscopalis Ragusinæ fuisset visus in dicta Ciuitate Ragusina, & monitus, vt compareret, aliàs incurreret pœnam, dictus Clericus fugam arripiens se contulit Poscengam Vngariæ Ciuitatem. Postquàm fugam dictus Sacerdos fideiussor fuit in ius vocatus, ac sibi intimatũ, quòd eligeret quod vellet ex his duobus. Aut præsentare in iudicio dictum Clericum, aut soluere dictos ducentos aureos.

Quæritur modo. An de iure dictus Sacerdos compelli possit ad præsentandum dictum Clericum, aut ad soluendum dictos ducentos aureos.

DECISIO XXI.

INVOCATO Sanctissimæ Trinitatis numine, ac Beatissimę sẽper Virginis Deiparæ, & Sãctissimi Patriarchæ nostri Benedicti patrocinio in fauorem innocentiæ pij istius Sacerdotis, litteris commendare accuratissimè studebimus quicquid a sacrarum Legum, Doctorumque vtriusque censuræ oraculis in præsentis quæstionis decisionem excerpere desuper indultum fuerit.

Sacerdos (de quo est sermo) nullatenus de iure poterit compelli ad soluendum Curiæ Archiepiscopali Ragusinæ dictos aureos ducentos, sed neque ad repræsentandum dictum Clericum ipsi curię. Cùm per dictam comparitionem per Procuratorem ipsius semel factã, & a Curia admissam, & prorogationem concessam ipsi clerico, inscio dicto Sacerdote fideiussore, ac per consequens nõ consentiente a tali fideiussione fuerit absolutus, ac per consequens ab obligatione illum clericum representandi curiæ, cum iuris clarissimi esse probabitur non teneri fideiussorem de his, quæ eueniunt tempore prorogato debitori, vel reo pro quo quis fideiussit, ipso non consentiente expresse.

Pro cuius sententiæ dilucidatione operępretiũ duximus pręmittere nonnulla notatu dignissima ipsis medijs, quibus (Deo Optimo Maximo duce) probanda erit veritas præsentis nostræ decisionis.

Scien-

Sciendum igitur erit (prout docuit Glo. & Iaſon in l.1. num.14.
1 C.de iudicijs,) quòd nouatio † eſt duplex, ſcilicet propriè, & impropriè ſumpta. Nouatio verò propriè ſumpta, eſt duplex, quædam dicitur voluntaria, & quædam neceſſaria. Nouatio autem voluntaria eſt duplex, alia quæ dicitur priuatiua, ſeu extinctiua, & alia quæ dicitur accumulatiua. Nouatio igitur propriè ſumpta dicitur fieri, quando prima obligatio tollitur, & transfunditur in aliam nouam, & iſtud ſemper (vt infra latius dicetur) in nouatione voluntaria. Nouatio autem impropriè ſumpta contingit fieri, quãdo obligatio, & prima actio non tollitur, imò magis fortificatur: ſed quia adduntur ei noui effectus ratione nouæ formæ additæ, debet fieri nouatio, & iſtud contingit aliquãdo in nouatione neceſſaria. Nouatio verò, que ne-
2 ceſſaria † dicitur, fit dupliciter. Primò mediante ſtipulatione, & contingit quãdo illud, quod debetur certo modo ab vno, ſtipulor animo faciendi nouam obligationem ſub alia forma ab eo, vel alio, & dicitur fieri per ſtipulationem ratione frequentioris vſus. Secundò fit nouatio volun-
3 taria † per litis conteſtationem, & hoc contingit, quando creditor vocat debitorem in iudiciũ: & quidam tertius pro eo compa ret, & in ſe iudicium ſuſcepit, & in ſe transfert omnes obligationes, & promittit confideiuſſorib. ſoluere de ſuo, ſi cõdemnabitur. Certè (inquit Iaſon vbi ſupra) primus debitor liberatur, & noua obligatio inducitur in perſona huius ſuſcipiẽtis in ſe iudicium, & transferentis in ſe obligationem, & vtraque nouatio ideo dicitur voluntaria, quia fit ex mera voluntate. De prima cõſtat, quando fit per ſtipulationẽ, quia contractus ſunt meræ voluntatis. Vt in l.in cõmodato. §.ſicut. ff.commodati. & in l.ſicut. C.de actio. & obligat. & propterea dixit Specul. in lib.1.titu.de procurat. §.1. verſ.ſed nunquid defenſor. num. 27. quòd nouatio voluntaria non fit, niſi vtroque volente, & ideo ſi fideiuſſor veteri principali actione conueniatur, reus iurabit de calumnia, vt notatur in l.non ſolum §.ſed interdum.ff.de procurat. Idem dicit Bald. in l.vnica. coll.7. C.de his. q̃ pe.no. Similiter nouatio, † quæ fit per litis cõteſtationem, ideo dicitur notoria, q̃a licet quilibet tertius poſſit venire ad defendẽdum reum, ſuſcipiendo in ſe ſubſtantiam iudicij inuito creditore. Tamen nõ poteſt in ſe transferre obligationem, niſi creditore volente conſentire, vt in l.ſi mandato. in fine princip. ff. mandati. & per hoc appellatur voluntaria. Et
5 hæc voluntaria nouatio † eſt duplex, videlicet priuatiua, ſiue extinctiua, & accumulatiua. Nouatio enim priuatiua, ſeu extinctiua eſt ſemper illa, quæ eſt volũtaria quomodocunque fiat. Eo quia extinguit primam obligationem, & actionem cum omnibus ſuis qualitatibus, & acceſſorijs, & nouam inducit. Nouatio

tio autem accumulatiua est illa, quæ vltra primam actionem durat ex contractu. Nam ei alia accumulatur ex sententia indè sequuta, vt docuit gl. in d.l.1. C. de iudicijs. & in l. duobus. ff. de except. rei iudic. & glo. in l. nepoti. & ibi Bart. ff. de fundo instructo. & hoc modo per iuramentũ inducitur nouatio, vt in l. qui iurasse. §. fin. ff. de iureiuran. vt ibi, quia Magistraliter declarat glosa vltra primam actionem, accumulatur noua actio ex iuramento. Nouatio autem necessaria fit ex necessitate nõ præcisa, sed causatiua altero ex his tribus modis, prout prosequitur glo. in d.l. 1. Hæc omnia ex citatis Doctoribus, quorum notitia, cùm summoperè expedire nobis visũ fuerit pro maiori dilucidatione præsentis nostræ decisionis, nec non pro melius percipiendis ijs, quæ statim producentur in probationẽ ipsius nostræ decisionis, ideo ea præmisimus. His ergo necessariò præmissis, sciendum erit, q̃ præsens nostra decisio innititur auctoritatibus infrascriptis. & primò probatur per argum. in c. 1. ext. de fideiussor. Vbi clerico
6 † prohibetur expressè munus fideiussionis his præcisis verbis, videlicet. [Clericus fideiussionibus inseruiẽs abijciatur,] & licet ibi prohibeatur assidua fideiussio clerici, vt sonat dicta textualis litera ibi, [inseruiẽs] tamen hoc munus fuit simpliciter sibi prohibitum a Sancto Clemente Papa. Vt habetur in c. te quidem, 11. q. 1. Quapropter meritò dicẽdum videtur dictum fideiussionis actum factum lege prohibente, nullum esse, sicut & cæteri cõtractus, aut
7 † pacta facta lege prohibente, vt docuit vulgatissima, & optima illa iuris regula in c. quod contra. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Quæ cõtra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.] hæc ibi, quod & apertius, & latius habetur in l. nou dubium. C. de legibus, & ibi communiter per Doctores. Nec in casu nostro poterit obstare textus in c. 2. ext. de fideiussor. Vbi Lucius Papa Tertius præcepit compelli quosdam clericos ad satisfaciendum cuidam clerico, qui pro eis fideiussit, & soluit illorum creditori eorũ debitum, quasi tacitè inibi innuerit Papa clericis licere fideiubere pro alijs clericis: cùm ibi præcipiat illum fideiussorem fore seruandum indemnẽ. Nam ad hoc respondetur, quòd ibi Summus Pontifex solum respexerit ad iuris regulam fundatam in iure naturali, quæ habetur in c. locupletari. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Locupletari non debet aliquis cum aliena iactura, vel iniuria.] hæc ibi, & quòd illi clerici locupletati indè fuissent cum aliena iactura, vel iniuria si non fuissent compulsi restituere ipsum fideiussorem pristino suo statui, & sic damnum incursum eorum causa, per se patet. Non autem Papa ibi respexit ad solam ipsam fideiussionem: ex qua nemo acquirit ius contra aliquem, vt omnibus est incõfesso. Idem apertius probatur

batur per arg. in l.boues. §. hoc ſermone.iuncta glo. ff.de verb.& rerum ſignif. vbi hæc habentur, videlicet. [Hoc ſermone dum nupta erit primæ nuptiæ ſignificantur.] hæc ibi. Diximus noſtram deciſionem probari per argu. in dicto §.quoniam re vera ex ipſius verbis patentiſſimè elicitur (vt etiam ibidem glo. in verſic. hoc ſermone. & Doctores communiter docuerunt) regula illa deſcribenda litteris aureis, in qua di-
8 citur, quòd ſimplex ſermo, † ſeu promiſſio verificetur in prima vice,quam regulam quamplurimis exemplis propoſitis probauerunt veriſſimã eſſe dicti Doctores vbi ſupra. Vide ergo ibi, & infra alia per nos. Cùm ergo Presbiter(de quo fit ſermo) fideiubendo ſolùm & ſimpliciter promiſerit præſentare ipſum reum clericum ad requiſitionem Archiepiſcopi Raguſini, indè ſequitur quod fideiuſſor ipſe liberatus remanebit ex tali facta à reo comparitione, & acceptata ab ipſo Archiepiſcopo, cùm idem ſit in ſententia promittere ſe aliquem præſentare, & promittere,quòd talis preſentandus compareat ad mandatum Iudicis, vt patet ad ſenſum. Idem probatur per arg.in l. dotis promiſſio.l.vltima.§.Quod enim. ff.de iure dotium. vbi confirmatur eadem regula his verbis, videlicet : [Quod enim vulgatum eſt, dotis promiſſionem, in primis duntaxat nuptijs deſtinare, neque durare obligationem, ſi poſt alterius matrimonium ei nubat, cui dotẽ promiſerat, tunc locum habet, cùm interceſſerint aliæ nuptiæ.] Hæc ibi.vbi gloſa coadunauit alia iura idipſum docentia, vbi & Doctores communiter. Idipſum probatur apertiſſimè per arg.in l.duobus reis.§.ſi ei,qui debitorem meum. ff.de iureiuran.vbi hæc habentur, videlicet. [ſi ei, qui debitorẽ meum in iudicio exhibere promiſerit, iuſiurandum detulerim : isque iurauerit ſe omnino exhibitionem eius non promiſiſſe, prodeſſe id debitori meo non debet : ſi verò iurauerit ſe nihil mihi prę ſtare oportere : diſtinguendum eſt, & replicatione emẽdandum: vtrũ ideo iurauerit: an quia poſt promiſſionem exhibuerit, an verò quia ſoluerit; quod & in fideiuſſore debiti diſtinguendũ eſt] hæc ibi, vbi glo.in verſi.exhibuerit dixit,quòd in tali,ſcilicet caſu exhibitionis rei quoad fideiuſſorem, non autem quo ad reum ipſum diſtinguendum eſt debitum ipſum, pro quo ille fideiuſſerat. Diximus probari præſentem noſtram deciſionem per arg. in dicta l. quoniam.ex ipſa apertiſſimè elicitur eius veritas : cùm indè eliciatur,quòd eò ipſo quòd reus prẽſentatus fuerit Iudici, ꝑ cuius præſentatione fideiuſſor fideiuſſerat, liberatus fideiuſſor remaneat ab obligatione illum exhibendi.Cùm ergo in caſu noſtro habeamus, quòd in ius vocatus dictus clericus reus comparuerit per Procuratorem in iudicio, & recepta ſeu admiſſa fuerit talis præſentatio ſeu comparitio dicti rei à Iudice. indè patet ipſum fideiuſſo-

deiussorem ipso iure remansisse liberatum ab obligatione pristina illum exhibendi: ac per consequens, ab omni pœna indè incurrenda in casu non præsentationis, cùm pœna incurratur pro culpa & non sine ipsa, nec de iure obstare poterit dicto Sacerdoti fideiussori: quòd ipso ignorante, ac absẽte fuerit facta huiusmodi rei comparitio, & prorogatio à Iudice: cùm ipsi fideiussori hoc pro fuisse quãfacillimè possimus probare. eò quòd de iure necessario
9 nouus consensus ‡ ipsius fideiussoris affuisse debuerit in tali prorogatione facta, vt vinculum fideiussionis. iam extinctum semel per rei comparitionem factam in iudicio, fuisset denuo renouatum, prout docuit singularis tex. in l. item quæritur: §. Qui impleto. ff locati & conducti: arguẽdo ab identitate rõnis. vbi hęc habẽtur, videlicet. [Qui impleto tẽpore conductionis remansit, non solũ reconduxisse videbitur, sed etiam pignorum videtur durare obligatio. sed hoc ita verum est, si non alius pro eo in priore conductione res obligauerat: huius enim nouus consensus erit necessarius.] hæc ibi. Idem & adhùc clarius probatur per text. in l. Si cùm Hermes. C. de locato, & conducto. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si cùm Hermes vectigal octauarum in quinquẽnium continuum conduceret, fidem tuam obligasti: posteaquam spatio eius temporis expleto, cùm idem Hermes in conductione, vt idoneus detineretur, non consensisti, sed cautionem tibi reddi postulasti: non oportet te de posterioris temporis periculo adstringi, cõperens Iudex non ignorabit.] hæc ibi. Idem probatur, & adhùc apertiùs per tex. in l. nouatione. C. de fideiussor. vbi hæc habentur, videlicet. [Nouatione legitimè perfecta, debiti ĩ alium translati prioris contractus fideiussores, vel mandatores liberatos esse non ambigitur: si modò in sequenti se non obligauerunt] hæc ibi. Et quòd fuerit facta nouatio in tali contractu fideiussionis factæ à dicto Sacerdote per supradictũ Reuerendissimum Archiepiscopum Ragusinum: qui (in casu nostro) non est dubium foret dicendus creditoris fungẽ officio dicti clerici liberati sua fideiussione: Cùm ille propter sua scelera carceri mancipatus fuisset, & saltem de iure condemnandus pœna pecuniaria: cuius vtiq; post ipsius iussionem ipse Reuerẽdissimus Archiepiscopus fuisset creditor. cùm ergo dictus Presbiter fideiusserit pro ipso clerico de illum præsentando, ac per consequens de pœna indicta soluenda in defectum præsentationis promissæ. inde sequitur apertissimè Nouationem interfuisse inter ipsum Archiepiscopum, & clericum reũ: ac per consequens indè fuisse liberatum à talis fideiussionis onere ipsum fideiussorẽ. cùm solùm spopondisset sub pœna supradicta ipsum præsentare: & quòd fuerit præsentatus semel patuit, eò ipso, quòd dictus Reuerẽdissimus admisit dictam suam compari-

compàritionem factam per ſuum Procuratorem, cui poſtea abſente, & ignorante fideiuſſore, ipſe Reuerendiſſimus prorogauit terminum, iuxta vulgatiſſimam regulam illam a Doctoribus approbatam, & fundatam in ſubſequentibus iuribus, ſcilicet Non refert
10 † qualiter quid fiat: dummodo fiat. vt in l. cùm ſeruus. ff. de verb. obligat. in l. 3. ff. de condict. inſti. & in l. 3. & in ſolutione eius, quod debetur. ff. mandati. & in l. ſoluendo. ff. de negot. geſt. & inſtitu. quibus mo. oblig. toll. cui regulę ſe ſpecialiter ſubſcripſit Ioãnes And. in addit. ad Specul. lib. 3. tit. de accuſat. §. ſequitur videre. nu. 17. ſuper verſic. item quæritur ecce. in verſic. exceptionem Odof. aliam quæſtionem. Cum ergo dictus clericus reus ante eius liberationem ex carceribus promiſerit ſe præſentare conſpectui Archiepiſcopi pro tempore exiſtentis, & fideiuſſor nihil addiderit, niſi quòd ipſe ſub pœna ſupradicta idipſum ſpoponderit, & iã ſemel verè, ac legitimè poſt dictam fideiuſſionem vocatus clericus comparuerit, & non ſolum fuerit talis præſentatio, ſeu comparitio admiſſa ab Archiepiſcopo, verumetiam indulta comparenti prorogatio temporis vnius menſis ad ſecundò comparendũ. Indè apertiſſimè ſequitur ipſum fideiuſſorem nullo iure potuiſſe moleſtari, aut de iure compelli virtute dictæ expiratæ fideiuſſionis per dictam l. nouatione, ad præſentandum denuo dictum clericum ipſi curiæ Archiepiſcopali iuxta aliam veriſſimam regulam iuris, in l. quãuis ſaltus. ff. de acquir. & amit. poſſ. vbi dicitur, ꝙ
11 vinculum obligationum † ſoluatur eodem modo, quo quæri aſſoleat. ex qua elicitur illa alia regula tradita ibi a Doctoribus, quòd obligatio ſemel extincta non reuiuiſcitur. Cum ergo fuerit dicta
12 obligatio † dictum clericum præſentandi ſemel extincta ex tali eiuſdem comparitione, non potuit dicta obligatio reuiuiſci ex nouatione facta inter ipſum Archiepiſcopum, & clericum, ipſo fideiuſſore ignorante, & non conſentiente. Et quòd ex tali nonatione, ſeu habilitatione facta fi-
13 deiuſſor † fuerit ipſo iure liberatus a tali onere illum præſentandi, probatur per apertiſſimũ text. in l. vbicunque reus. ff. de fideiuſſor. Vbi hæc habentur. *videlicet*. [Vbicunque reus ita libẽratur a creditore, vt natura debitum maneat, teneri fideiuſſorem reſpondit. Cùm verò genere nouationis obligatio tranſeat, fideiuſſorem, aut iure, aut exceptione liberandum.] hæc ibi. Idipſum probatur per textum in l. Labeo ait. la ſeconda, §. ſi per fideiuſſorem. ff. de receptis arbitris. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si per fideiuſſorem fuerit cautũ in primo compromiſſo, & ſequẽs ſimiliter proferẽdum Labeo ait, ſed Pomponius dubitat vtrũ ijſdem, an alijs tam idoneis: quid enim, inquit, ſi ijdem fideiubere noluerint? Sed puto, ſi fideiubere noluerint, tunc alios non abſimiles adhibẽdos.] hæc ibi. Idem

pro-

probatur per text. in l. fin. ff. de pactis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si reus postquam pactus est a se non peti pecuniam (ideo cepit id pactum fideiussori quoq; prodesse) pactus sit, vt a se peti liceat, an vtilitas prioris pacti sublata sit fideiussori quæsitum est. Sed verius est semel acquisitam fideiussori exceptionem pacti, vlterius inuito extorqueri non posse.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in Authen. constitu. quæ dignit. c. 6. in fine. & in l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Id
14 quod nostrum est, † sine facto nostro ad alium transferri non potest.] hæc ibi. Diximus probari per argumentū in dictis iuribus, quoniam indè apertissimè elicitur, quòd cùm fideiussor per dictam præsentationem absolutus remanserit ab obligatione illum clericum præsentandi, sine facto ipsius fideiussoris ius talis fideiussionis semel extinctum ad ipsum Archiepiscopum transferri nō poterit. Idem probatur per arg. in l. blanditus. C. de fideiuss. vbi hæc habentur, videlicet. [Blanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quòd cùm pro alio interuenires, (oti, oyn. teleis proiocso, idest, quādo quidam vis faciam) dixisti, cùm & his verbis obligationem verborum contrahi pridem receptum est.] hæc ibi. Diximus nostram sententiam probari per arg. in d. l. blāditus. quoniam cum ex ipsa eliciatur apertissimè fideiussorem nunquā obligari ad fideiussa soluenda, nisi interuenerit stipulatio eius tacita, vel expressa. Cùm ergo in renouatione dictæ obligationis de comparendo infra mensem concessa dicto clerico, & stipulatio, seu noua promissio, aut fideiussio non interuenerit. Inde apertissimè probatur ipsum non teneri ad dictum clericum iterū producendum in iudicio, stante alia regula optima elicita ex d. l. blanditus. per Bar. Bal. & alios ibidē, scilicet, quòd obligatio fideiussoris semper contrahatur verbis, & non alijs modis. Probatur & secundò Doctorū auctoritate præsens nostræ sententiæ veritas, & primo Canonistarum. Nam ipsi se subscripsit glo. in d. c. 1. ext. de fideiussor. dicens clericum non debere fideiubere. Idem docuit Innocentius in d. c. 1. dicens, q
15 clericus † non debeat fideiubere: quod si fideiubat, peccat. & punietur, sed apertius hoc ipsum docuit Specul. in 4. par. tit. de fideiussore. §. in hoc titulo, nu. 19. versic. illud autem quæritur. his præcisis verbis vtens, videlicet. Ecce debitor promisit soluere certa die dato fideiussore, post hoc creditor illum terminum prorogauit: quæritur, an fideiussor amplius teneatur? Dic quòd non: nisi ipse cōsenserit, vt in l. Labeo. ff. de recep. arbitris. in l. Item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. in l. Si cùm Hermes. C. locati & not. secundum Goffr. in c. constitutus. extra de fideiuss. Sed videtur, q̄ solum pro tempore præterito, & non pro futuro teneatur, vt in l. qui mutuam. §. non ideo. ff. mandati.

dati. & concludit dicens. Si debitor ex nouo contractu factus eſt debitor, & priſtina obligatio remanſit, tunc tenetur fideiuſſor de præterito: ſi verò eandem obli-
16 gationem † prorogauit, tunc excuſatus eſt. hæc ille. Cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit quoque ibidem Ioannes Andr. in addit. in verſic. conſtitutus. addens, quòd hęc iuuẽtur per quæſtionem diſputatã olim per Lamber. de Rampo. loquentem de fideiuſſoribus cuſtodum Caſtri deputatorum pro tribus menſibus ad cuſtodiam: qui poſtea manentes in Caſtro illud deſeruerunt: & terminauit fideiuſſores non teneri principaliter per leges hic allegatas. Hęc Ioannes Andr. vbi ſupra, qui idipſum apertius docens in addit. ad Specul. in lib. 3. titu. de accuſatione. §. ſequitur videre de contumacia accuſati. nu. 17. in verſi. exceptionem. ſequendo Odof. in l. ſed & ſi quis. ff. ſi quis cau. dixit, quòd
17 ſi Titius † promiſiſſet Iudici preſentare aliquem ad ſuam voluntatem ſub certa pęna, ille demum per Iudicem captus fuit: poſtea manus eius aufugit: quem Iudex à Titio repetit, vel pęnam, ſi non repræſentet, quærit an teneatur? Diſtinguit, An ex cauſa, qua tenebatur Titius illum præſentare, peruenerit in fortiam Iudicis, & tunc liberatus ſit: quia non re-
18 fert † qualiter quid fiat, dummodo fiat: vt in l. cùm ſeruus. ff. de verb. oblig. cum ſimilibus, cuius Doctrina ferè ad uerbum fauet preſenti noſtrę deciſioni: cùm poſſimus arguere ex identitate rationis: eò quòd paria videantur quo ad obligationem fideiuſſoris extinguendam, quòd Reus (quem fideiuſſor ſub pęna repreſentare Iudici promiſit) ſe præſentauerit Iudici ex ſolo Iudicis mandato facto ei de ſe præſentando, nulla interueniente cura ipſius fideiuſſoris, vel quòd ille ſe præſentauerit ſolertia fideiuſſoris. Nec nobis obſtare poterit, quòd ibi Doctores loquantur de reo iam deducto in fortiam Iudicis (ſcilicet) quòd fuerat carceri mancipatus à Iudice: & ex carceribus poſtea fugam arripuerat: qm̃, vt patet ad ſenſum, eadẽ decidẽdi ratio reperitur in caſu noſtro: ſcilicet in eo, qui citatus ad ſe præſentandum Iudici, cõparuit per Procuratorẽ, & eius preſentatio fuerat acceptata a Iudice, & tacitè habita pro legitima comparitione. Cũ merito ipſius comparitionis meruerit prorogationem temporis denuo ſe præſentandi ſibi indulgeri per menſem, non conſentiente, ſed talem prorogationem ignorante ipſo fideiuſſore: cùm ad talem prorogationem temporis concedendã non fuerit citatus ipſe fideiuſſor, cuius nouus conſenſus expreſſus intereſſe huic prorogationi erat neceſſarius, vt abundè ſatis ſupra fuit probatum. Hac prorogatione obtenta reus fugam parans ſe contulit in regionem longinquã. Et quis ignorat ita dicendum fore contumacem Curiæ eum, qui a carcere aufugit, quàm eum, qui comparendo poſt obtentam á Iudice prorogationem cõparitionis

Digitized by Google

nis tuæ faciendæ Iudici. Vel qui ingressus carcerem nulla noua fideiussionis pristinę repetitione facta aufugit? Cùm & hoc etiam colligitur ex mente dictorũ Doctorum, & omnium aliorum paulò post referendorũ. Insuper sciendum, ꝙ dictus Ioan. And. vbi sup. subdidit, ꝙ si reus dimissus sub fidei cautione, & pęna a fideiussore incurrẽda fuisset a Iudice captus, & carceri mãcipatus alia de causa, pro qua fuisset dimissus fideiussori, & post huiusmodi carcerationem aufugisset, ꝙ tunc tali distinctione vtendũ esset, dicẽdo, ꝙ aut fideiussor illũ audiens carceri mancipatũ pro alia causa: statim ante eius fugã adijsset Iudicẽ se protestando voce, vel scriptura: ꝙ ipsum haberet pro ꝑsentato, & se nolle amplius teneri ad ipsum præsentandum virtute fideiussionis factæ de illũ Iudici ꝑsentando, aut nullã protestationem fecit. Si ergo primò, tũc talis
19 ꝓtestans † eximit a vinculo fideiussionis factæ, ẽt si ille aufugisset a carcere. Cũ protestatio ei multum proderit. Hæc Ioan. And. vbi sup. qui idipsum confirmauit in c. cõstitutus. ext. de fideiussor. Idẽ docuit Archid. in c. te quidem. in vers. in glo. 1. 11. q. 1. dicens, fideiussorem obligatũ pro re aliqua, cum pacto, ꝙ vsq; ad certum tẽs illud ad aliquid dandum, vel faciendum non teneatur postea nõ teneri ad illud tale dandum, vel faciendum, si is, pro quo ille fide
20 iusserat † obtinuisset prorogationẽ dicti tẽporis. Idem docuit Ant. de Butr. in d. c. cõstitutus. & rursus in c. 1. ext. de offic. deleg. Idẽ docuit Pan. in d. c. cõstitutus. in fi. vers. extra glo. quæro. dicẽs, ꝙ reus obligatus ad soluendũ debitum intra certum tẽs dato fideiussore, si demũ creditor prolõgauit terminũ, fideiussor non remanebit obligatus per text. in l. itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. de locato. Vbi dr̃, ꝙ si locaui domũ ad annum, dato fideiussore, si cõduco postmodũ tacitè ad aliud tẽs, fideiussor non est obligatus, nisi de nouo promittat. & hoc intelligitur ꝛm eũdem, si fideiussor obligasset se solũ vsq; ad tẽs determinatum. Hęc ille. cuius sn̄ia, etsi ad litteram non probet nostram decisionem, cùm nõ loquatur de aliquo fideiussore promittente sub pęna aliquem representare Iudici, sed de promittẽte soluere debitum: nihilominus ipsũ Panorm. idem voluisse in casu nostro elicitur ex eius verbis supra recensitis. Nã sicut liberatum docet fideiussorem, qui promisit ꝙ locãte domum ad annũ, si prorogatio locationes fiat ꝙ Dn̄m domus per aliud quoq; tempus. Idẽ prorsus dicendum innuit in casu nostro, cum eadem ratio decidendi reperiatur, qm̃ specialiter dictus Sacerdos fideiussor promiserat præsentare dictum clericum, q̃ primũ in ius vocatus fuisset ab Archiepiscopo Ragusino, ac per hoc ꝙ prima vocatione in iudicium, liberatus ergo remanebit, cũ vocatus dictus clericus in ius comparuerit per Procuratorem, & obtinuerit prorogationem, (quasi nouæ locationis domus) concessionem per alium mensem comparendi ipso fideiussore non

conſentiente, ſed ignorante huiuſmodi prorogationem factam. Ad quòd accedit, quòd prorogatio dictę comparitionis facta fuit inſcriptis, vt decuit, quaſi nouiter ſtipulando ipſe Archiepiſcopus cum d. clerico reo, qui indè contraxit ſine aliqua alia fideiuſſione recepta, aut proteſtatione facta, nouã obligationem de ſe præſentando, quæ fuit longè minor prima obtenta mediante fideiuſſore a Vicario generali dicti Raguſini Archiepiſcopi prædeceſſoris. Cum ergo fuerit noua obligatio, cui non conſenſit ipſe fideiubens (de quo eſt ſermo.) Indè luce meridiana clarius elucet ipſum fideiuſſorem per talem comparitionem admiſſam, & ſequutã prorogationem omnino liberum eſſe ab obligatione præſentandi dictum clericũ, ac per conſequés a pęna ſupradicta ducentorũ aureorũ indè incurrenda, cũ ceſſante cauſa ceſſare déat effect⁹, vt in c. ceſſante. ext. de appellat. Et ꝙ facta nouatione obligatio fideiuſſoris ipſo iure ſit caſſa, ſupra q̃plurimis iurib. & Doctorũ oraculis fuit probatũ, & adhuc probabimus pro maiori veritatis noſtræ deciſionis intelligentia. Quapropter memorię comendandũ erit, ꝙ dicta prorogatio facta in caſu nr̃o improprie dicatur prorogatio, ac per cõſequens non vt talis indicanda erit: ſed magis ꝓpriè loquẽdo, dicenda erit noua conceſſio facta ab Archiepiſcopo Raguſino, eo ꝙ (vt elegantiſſimè docuit Pan. in c. oblatę. nu. 9. ext. de
21 appellat.) Prorogare † idẽ eſt, ꝙ extendere, vt in c. P. & G. ext. de offic. deleg. Vnde qñ ꝓp impedimentum quis nõ potuit proſequi appellationẽ infra annũ conceſsũ ad proſequendum. Si Iudex ei pepercerit indulgendo aliũ annum, nõ poterit dici factã prorogationem dicti anni: ſed ꝙ ex noua cõceſſione datus fuerit ſecũdus annus, cũ per lapſum primi anni cõceſſi, nihil ſibi remanet de tꝑe cõceſſo. Hæc Pan. Sic ergo in ꝓpoſito dicta conceſſio alterius mẽſis ad cõparendũ, cũ de iure dicenda ſit noua conceſſio, cui nõ conſentijt fideiuſſor nr̃, ideo omnino dicẽdum erit extinctam fuiſſe dictam fideiuſſionis virtutẽ. Et hęc, quæ diximus pro maiori intelligẽtia dictę ſniæ Pan. volumus intelligenda quoq; dicta poſt relationẽ infraſcriptorũ aliorum Doctorum, idipſum ſentiẽtium. Idipſum rurſus docuit Pan. in c. innouamus. in verſ. aut petitio fuit facta indeterminate. ext. de treuga & pace. dicens, ꝙ ſi fuerit indeterminatè petita, & data ſecuritas alicui ex bãnito veniẽdi ad ciuitatem, puta quia ſimpliciter fuit
22 data dicta ſecuritas, † & tunc intelligetur de prima vice ſolũ, & ad hoc facit l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignif. & in l. hæc cõditio. ff. de condit. & demõſt. vbi dr̃, ꝙ ſi ſit alicui relictũ, cũ nupſerit, intelligit̃ de primis nuptijs. Idem apertius docuit Felin. in c. 1. col. 1. nu. 5. verſ. ſcdò facit. ext. de iureiur. qđ & repetijt in c. ad aures. col. 2. nu. 2. verſ. quid aũt ſi. ante adnentũ termini. ext. de ſimonia, ſequens Specul. & Ioannẽ

And.

And. locis ſupra citatis, dicens, q̃
23 fideiuſſor obligatus † ad tp̃s nõ remanet obligatus, ꝓrogato ſimpliciter tempore, quia non pręſumitur eius cõſenſus durare: vltra q̃ ſe obligauerit. hæc ibi Felinus. qui rurſus idipſum repetens in c. 2. nu. 34. verſic. ſecundò adduco. extra de ſponſal. addit dicens idẽ docuiſſe Cardin. Flor. in Clem. 1. in 3. char. verſi. octauò quæro. de iureiur. Idem repetijt rurſus ipſe Felinus in c. de cauſis. col. 2. nu. 3. verſ. limita tertiò. ext. de officio deleg. his p̃ciſis verbis vtẽs, videlicet. In præiudicium tertij pro-
24 rogatio † non dicitur idem tempus. Pone, tu contrahis cum Sempronio, ego fideiubeo pro eo. venit tempus, q̃ ille debeat ſoluere: tu creditor prorogas vſq; ad tempus Paſchatis, poſtea finito tempore vis exigere à me fideiuſſore: quia ille fortè interim effectus eſt pauper, nõ potes, quia imputes tibi, qui prorogaſti tẽpus. Idem rurſus repetijt ipſe Felinus in c. innouamus. col. 1. nu. ſeq. de treuga & pace: dicens hanc eſſe famoſam regulam, de qua hic per
25 Abbatem, q̃ ſimplex ſermo † regulariter verificatur in prima vice, per text. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. vnde ſecuritas veniendi data bãdito intelligitur in dubio ꝓ prima vice, per d. tex. in d. §. hoc ſermone. & ſciendum, q̃ d. regulã ipſe Felin. multipliciter exẽplificat, vbi ſup. per totam, col. 2. in fi. cuius addidit & hęc verba, videlicet, promittẽs
26 † repræſentare aliquem corã Iudice ad ipſius Iudicis mãdatum, liberatur per primã p̃ſentationẽ. & addidit, q̃ ſi promitto iactũ retis, vel fruct⁹, itelligit̃ de primis: etſi prima vice nihil capiatur, vel fructus non naſcũtur, nihil debeo in ſecunda vice: & obligatus ſeruire certo tpe ſi non poterit ſeruire illo, nõ tenet̃ ſupplere in alio, iuxta ſnĩam quoq; Dominici a S. Geminiano poſt Archid. allegando caſus legum in c. ſi pp. col. 8. de reſcript. in ſexto. Hęc Felinus, qui rurſum idipſum docuit in c. licet, el terzo, in fi. ext. de teſtib. vbi in nu. 4. in fi. dixit, q̃ promittens aliquẽ præſentare toties quoties, liberabitur per binã præſentationem. Idẽ docuit Boſius in ſua praxi crim. f. 19. nu. 35. citãdo aliorum Doct. ſentẽtias idipſum docẽtes. Idem docuit Archidiac. in c. te quidem. 11. q. 1. dicens, q̃ fideiuſſor ad tp̃s, non tenetur ad tp̃s prorogatum. Idem elegantiſſimè docuit Dec. in d. c. de cauſis. col. 5. nu. 54. verſ. quartò limitat̃. Vbi dixit, q̃ prorogatio ope-
27 ratur ſolùm inter ipſas partes ꝓrogantes, & nõ nocet fideiuſſori: q̃ etiam Iudex obligauit ſe limitatè ad tẽpus, quia limitata fuit obligatio, nõ ex eo, q̃ agatur de pręiudicio tertij, vt Doctores dicunt, & ratio eſt, quia reſpectu tertij ꝓrogatio facit, vt nouus actus dicatur. Vnde Bal. in l. Emilius. col. 6. not. 5. ff. de minoribus dixit, q̃ ſi contractus locationis ꝓrogetur, debeat ſolui noua gabella, & hoc verum erit, q̃ prorogatio auget obligationem. gratia exempli. Si quis conduxit domũ ꝓ vno anno, dato fideiuſſore ſim-

pliciter, vel expreſſe pro illo tempore: Non curo (inquit Decius ibidem) in tali caſu ſi prorogatio locationis facta ſit ad maius tempus: fideiuſſor non obligatur pro illo tempore prorogato: & iſto caſu benè procedit quod Doct. dicunt, quòd facta prorogatione fideiuſſor liberatur, ideſt non obligatur pro illo maiori tempore, quia agitur de noua obligatione. hæc Decius vbi ſupra, qui rurſus latiùs idipſum docuit in ſuo conſil. 93. incip. Pro tenui facultate. per totum. Nam ibi poſtquàm nonnulla obicijſſet contra præſentem deciſionem, loquens de fideiuſſore compromiſſi exequendi, pro fundaméto veritatis prę-
mittit tria, ſcilicet dicens, quòd licèt quis promittat non contranenire laudo ferendo per totum menſem Auguſti: prout in compromiſſo ſe obligauerat: tamen ſi fuerit facta prorogatio in aliud tempus, ignorante ipſo, non tenebitur ſub tali obligatione: cũ reſpectu tertij dicatur huiuſmodi prorogatum compromiſſum
28 † nouum, iuxta ſententiam Baldi in l. Emilius, in repetit. columna ſexta, notabili primo, ff. de minoribus. dicentis, quòd ſi in ſtatuto dicatur, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, & locaui fundum per annum, deinde contractus prorogetur, erit ſoluenda noua gabella: quia licèt quo ad ipſos prorogantes ſit idẽ contractus, non tamen reſpectu tertij, vt in l. ſi cum Hermes. C. locati. & idem docuit Baldus ipſe in l. Titius, in principio, ff. de excuſat. tutor. Nam fideiuſ-
29 ſor ſolùm obligatur † per ſtipulationem, vt in l. blanditus. C. de fideiuſſor. Adeo, quòd licèt pactum appoſitum incontinenti ve ſtiatur coherentia cõtractuſ, iuxta l. lecta. ff. ſi certum petatur, tamen ex tali pacto non obligatur fideiuſſor, ſed p̃cisè in eo eſt neceſſaria ſtipulatio, ita ſingulariter dicit Bal. in l. ex placito. col. fi. C. de rer. permut. ſimiliter licèt de jure Canonico, ſm communé opinionem, quis efficaciter ex pacto ſimplici obligetur, vt not. in c. 1. de pactis. Fideiuſſor tñ ex tali pacto nõ tenetur ſm Bal. ſingulariter in eo. c. 1. col. pen. Ex quibus datur intelligi, q̃ in obligatione fideiuſſionis ſtrictè, & multum limitatè proceditur. Et licèt
30 compromiſſum, † quod debet fieri ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, ſi ſemel factũ fuerit, & non ſit laudũ ſequutũ: quia compromiſſum expirauit, debeat iterari cõpromiſſum, & toties fieri, q̃ habeat effectũ, vt not. Bal. in l. fideicõmiſſa. §. ſi quis decem. ff. de legat. 3. Tamen q̃n ex diſpoſitione hominis debeat cõpromiſſum fieri ſufficiet, q̃ ſemel factum fuerit, nec opus eſt, q̃ iterũ fiat, quãuis non habuerit effectũ, vt not. dixit Bal. in l. 1. col. 8. verſ. quæro. C. de his, quæ pe. no. vbi inquit, q̃ verbum prolatũ ab homine cõſumatur in primo actu: ideo ſufficit, q̃ ſemel fuerit compromiſſum, etiã ſi poſtea euanuerit, ſecº ſi a lege. Hoc ipſum docuit Cynus in l. veluti. §. fi. ff. de edendo, & Specul. in titul. de arbitr. §. excipitur. verſic.

Digitized by Google

versic.sed quid si fuerit actum,& rursus ipsemet Bal. in d.l.veluti. §.hæc vox.prędictos Doctores referens.Vnde (subdidit ibidē Decius)cùm Domina Lisa promiserit non contrauenire laudo ferendo ratione dicti cōpromissi. Ista
31 verba, † quæ ab homine proferuntur, intelliguntur de illo primo compromisso, ex quibus, inquit,infertur,quòd ipsa nō teneatur . Ad hoc accedit, quòd dum partes faciunt compromissum duraturum per totum mensem Augusti proximè futurum: illud tēpus respicit finem obligationis compromittentium,quia non sequuto laudo in dicto tempore ad obseruationem laudi postea lati compromittentes non tenentur, vt in l.cùm dies. §.si intra.ff,de arbitris. sed quando terminus respicit finem obligationis, & datus fit fideiussor, facta prorogatione termini fideiussor liberatur,quia cùm eueniente illo termino finiatur obligatio principalis, & sic etiam fideiussioris: non debet.n. fideiussor absque eius cōsensu de nouo obligari. vt in l.item quæritur.§.qui impleto. ff.locati.vbi textus,& ibi Bal.Nam noua prorogatio non præiudicat fideiussori.vt in l.fin.ff.de pactis. Vnde qui assumpsit custodiam castri vsque ad sex menses, & dedit fideiussores, si finitis sex mensibus remansit in custodia, & castrum perdatur, fideiussores non tenentur,vt Bar.concludit in l.Lucius. §.Paulus. ff.de administrat. tutelæ.& Angelus in l.si vnus.§.si cum reo. ff.de pactis.& probatur in l. si cum Hermes. C.locati. & ideo Domina Lisa, quæ se obligauit pro obseruatione futuri laudi vigore compromissi duraturi per totum mensem Augusti, ex quo fuit prorogatum compromissum ipsa ignorante, non tenetur. Et licet compromissum habuerit effectum mediante prorogatione, ista prorogatio non potuit nocere dictę Lisæ, quia quo ad eā dicitur nouum cōpromissum: ideo de nouo consensus eius requirebatur:quando ergo fuit appositū tempus ad finiendam obligationem. (Adde tu, prout in casu nostro) cùm talis Sacerdos se obligauerit ad præsentandum Reuerendissimo Archiepiscopo supradicto dictum clericum ad finiendam obligationem suam de illo præsentando incursam ex fideiussione facta,sequuta ergo comparitione illius extinctam remansisse dictam obligationē ex supradictis patuit, vt in casu dictæ l. item quæritur. §.qui impleto.ff. locati. sæpe citatæ, & ratio est, quoniam tunc post tale tempus fideiussor reperitur liberatus.Vnde facta prorogatione remanet liberatus,prout erat primo tempore, & de nouo non debet obligari,nisi consentiat, per ea, quæ superius dicta sunt. Hæc omnia memoriæ comendanda docuit Decius vbi supra, in dicto cons. 93. quæ iccircò ad verbum retulimus, quia etsi loquatur in fideiussore eius, qui promisit stare sub pœna: laudo facto per compromissarios. Tamen apertissimè ex ipsis elucet veritas præsentis

noſtræ deciſionis. Idipſum (breuius tamen) docuit rurſus idem Decius in l.lecta,col.3. num.13. circa primam quæſtionem. ff.ſi cer.pet.dicens hanc eſſe communem reſolutionē, quam tradidit Alex. in conſil.72. incip. Habita oportuna,col.2.vol.6. vbi conclu
32 dit, quòd quando fideiuſſor † ſe obligauit pro tempore limitato, facta prorogatione a partibus, fideiuſſor non tenebitur pro tempore prorogato,niſi de nouo conſentiat.vt in l.ſi cum Hermes. C. locati,& iſtam diſtinctionem tradit quoque Bar.poſt Iac.de Aret. & Cin.in d.l.Lucius.dicentes, q̃ ille, qui fideiuſſit pro cuſtodia Caſtri pro ſex menſibus : finito ſemeſtri, vlterius non tenetur,niſi promiſiſſet, quòd Caſtellanus Caſtrum reſtitueret, quia pro reſtitutione Caſtri remaneret obligatus vigore primæ obligationis,a qua non remanſiſſet obligatus per illam obligationem,& in iſta diſtinctione reſidet Abbas poſt Pet.de Anch.& Imo.in c.cō-ſtitutus.ext.de fideiuſſor.Hęc omnia Decius vbi ſupra,ex cuius dictis omnibus apertiſſimè elicitur ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ deciſioni. Idem docuit Pariſius in conſi.48.incip.Dominus Petrus.nu.13.14.& 15.vol.1. ſequens ſentētiam Felini, ac Decij in locis ſupra citatis a me,aſ-
33 ſeruitq; fideiuſſorem † obligatū ad certum actum, ac tempus reſpiciens finem obligationis, non cenſeri obligatum pro illo actu prorogato, ſi non conſentiret tali prorogationi ipſe fideiuſſor. Nam textus in d.l.item quęritur. §.impleto.ff.locati,communiter a Doctoribus in tali caſu loqui tenetur. Idipſum docuit Auguſtinus Berous in conſi.14.vol.3.per totum,probans ijſdem medijs fideiuſſorem non teneri ad tēpus prorogatū ipſo neſciēte inter partes. Idem docuit Antonius Gabriel in tract. concluſ.lib.3. titu. de fideiuſſore,concluſione 3. per totum, & rurſus in lib.2. titu. de dilationibus,concluſione 2.num. 24. verſ. primò limita hanc ampliationem, dicens, q̃ etſi actus factus tempore prorogato cenſeatur vnus,& idem actus cum actu primi temporis quo ad ipſos paciſcentes,& in ijs,quæ dependēt ab eorum volūtate,non autem in præiudicium tertij. (Adde tu,vt eſt in caſu noſtro)aut in his, quæ ab eorum voluntate,non dependent.quod & probat ibidem multis auctoritatibus.

Probatur inſuper præſens noſtra deciſio, auctoritate quoque quamplurimorum Legiſtarum. Nam Bart. ipſi ſe ſubſcripſit in l. Lucius. §.Paulus.ff.de adminiſtr. & peri.tut.& curat. dicens,quòd ſi aliquis aſſumpſit cuſtodiā Caſtri ad ſex menſes, & dedit fideiuſſores,ſi finitis illis ſex menſib. cuſtos ille remanſiſſet in cuſtodia,& caſtrum perdatur,fideiuſ-
34 ſores † non tenebuntur, prout ēt docuit Iacobus de Aret. dicens hanc quęſtionem de facto eſſe Veronæ. & quòd idem docuerit Dinus : addens hoc ipſum habere etiam locū, ſi dicti cuſtodes promiſiſſent ſeruare,& cuſtodire caſtrum:

ſtrum per illud tempus, & in hoc dederunt fideiuſſores: ſed ſi promiſiſſent reſtituere caſtrum, & ad hoc fideiuſſorem dediſſent, ſi caſtrum eſſet deperditum, fideiuſſores tenerentur. Idem rurſus docuit ipſemet Bart. in l. item quæritur. §. impleto, nu. 3. verſ. venio ad ſecũdam partem. ff. locati. dicens, quòd eo caſu, quo tertius, ſcilicet fideiuſſor obligaſſet pignora pro locationis ſolutione facienda tempore ſtatuto ſibi a locante domum, vel quid ſimile, ſi remaneat dictus conductor in locatione poſt illud determinatũ
35 tempus, dicta pignora † a dicto tertio fideiuſſore obligata nõ remanebunt amplius obligata in iſta ſecunda conductione tacitè renouata: niſi nouus cõſenſus interuenerit. Et ratio huius (ſecundum ipſum Bar. vbi ſupra) eſt, qa poſito, quòd ille tertius, qui obligauit pignora ſciat, & hoc patiatur, ſcilicet illũ remanere in conductione, tamen nihil eſt, ex quo poſſit colligi, quòd ipſe velit ipſas in ſecunda conductione iterũ obligare: quod & declarãdo melius ipſemet Bart. ibidem ſubdidit dicens, quòd quãdo colonus remanet in conductione: ex parte eius præſumitur conſenſus reconducendi: alias delinqueret: quod non eſt præſumendum, (vt in l. merito. ff. pro ſocio) ex parte Domini, q patitur, ſimiliter hoc eſt præſumendum, quia ipſe facit totum id, ad quod tenebatur ex natura contractus, ſcilicet patiendo frui. vt in l. proxima. in princ. ff. locati. ſed in iſto fideiuſſore, q obligauit pignora iſtę rõnes ceſſant, qa licet ipſe ſciat, & patiat, nihil patit circa rem ſuã: ex quo videat cõſentire obligationi pignorũ. hęc Bar. vbi ſup. qui in d. l. Labeo. §. ſi per fideiuſſorẽ. dixit, q in prorogatione termini, vt teneat fideiuſſor: dẽt ipſe fideiuſſor denuo promittere. Idipsũ docuit iterum Bar. in l. nouatione. C. de fideiuſſor. dicens, quòd in dubio
36 in ſtipulatione nouante non intelligitur fideiuſſor obligari. Idẽ videtur ipſum Bar. iterum docuiſſe in l. 1. num. 5. ff. ad l. Iul. maieſt. Dicendo, quòd ſi bannito petẽti indeterminatè ſecuritatẽ venienti ad ciuitatem, & indè redeũdi, & ſibi fuiſſet ẽt illa indeterminatè conceſſa, intelligitur ,p prima vice, & qd & rurſus docuit Bar. in l. dotis. la vltima ff. de iure dotiũ. addens, quòd ſermo † ſimpliciter prolatus intelligitur pro prima vice. & concordat l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. obligat. idem docuit Bal. in dicta l. ſi cùm Hermes. C. locati. dicens, quòd fideiubens in prima conductione, non tenetur in ſecunda: ſiue ſit prorogata, ſiue innouata, etiã ex conſequentia primæ. vnde pro
58 rogatio † non operatur, niſi inter prorogantes, ne obſtet fideiuſſoribꝰ. & ideo qui fideiubet ,p Poteſtate, non tenetur pro eo in officio refirmato pro nouo tempore, vt in l. Lucius. §. Paulus. ff. de adminiſtr. tut. vnde etſi fideiuſſor teneatur pro tempore, quo fideiuſſerit: nõ tamen pro tempore, pro quo non fideiuſſit. idem docuit rurſus Bal. in l. qui crimen. col. 3.

nũ.19.versi.Decimo quæritur. C. de his, qui accusare non poss. his præcisis verbis vtens, videlicet.

39 Si fideiussor † præsentauit principalem, & principalis fugit de carcere: nõ tenebitur amplius illum fideiussor præsentare, cùm fecerit quod debuerat.argu.in l.1.C. locati cùm culpa custodis nõ debeat nocere fideiussori. hæc Bal. vbi supra qui in l.si vnus.§.si cum reo.num.3.ff.de pactis. idem docuit dicens de facto hoc contigisse Florentiæ. qui Bal. iterum idipsum docuit in l.ex Diui. in fin. C.locati. & in dicta l. nouatione. C.de fideiussor.dicens,quòd ob-

40 ligatione † nouata fideiussores non sunt obligati. idem elegantiùs ipsemet Bal. docuit in repet. l.Emilius.col.5.nu.19. versi.nota quintò .ff.de minoribus. his præcisis verbis vtens, videlicet. pro-

41 rogatio † est extensio termini labentis, nondum lapsi: & prorogatio temporis censetur vnum & idem tempus,nec reputatur quid diuersum, vt in l.sed si mouente. ff. de præcar. post terminum lapsum non haberet locum secunda prorogatio: quia tempus absorptum non potest prorogari. sed pone,dicit statutũ,quòd de quolibet contractu soluatur gabella. videtur,quòd non, quia vnus contractus est. vel pone, dicit statutum Perusij: Quilibet qui vadit Assisium pro Potestate soluat commuui.c.3 .potestas est refirmatus pro alio semestri: vtrum soluat iterato? Videtur, quòd non: in contrarium est veritas:quia inter

42 prorogantes † est vnum quid:sed non respectu tertij, vt in l.si cùm Hermes.C.locati,hæc Bal. vbi supra,qui idipsum docuit alijs vtẽs verbis in c.1.nu.9.extr. de pactis. dicens fideiussorem non obligari nudo pacto,nisi fideiubat apud acta.ex cuius verbis elicit Decius in dicto suo consi.93.nu.3.col. 2. quòd in obligatione fideiussoris strictè, & multum limitatè procedendum sit. idem docuit tacitè ipsemet Bal.in l.1.col.7.nu.40. vers.Quattò quæro.C.de his,quæ pęnæ nomine: dicens, quòd statim quòd hæres (cui testator sub pœna mandauerat compromittendum in causa cum Titio) absoluitur ab incursu pœnæ: etiam si noluerit soluere laudum: &

43 tio est, quia verbum † prolatum ab homine consumatur semel, etiam si postea euanuerit.ex cuius verbis ipse elicit quoque in dicto consi.93.veritatem præsentis decisionis. Hæc omnia ex Bal. vbi supra.idem docuit Paul.de Cast. in l.Fideiussor.§.in fideiussorem. ff.qui satisdare cogantur.qui Paulus. & hoc ipsum repetijt in l. in duobus reis.§.si ei, qui. ff. de iureiur.super gl.in vers.exhibuerit. idem docuit Alex.in l.si vnus.nu. 8.ff.de pactis.sequens Bar.& Bal. vbi supra, asserẽdo, quòd fideiussores non teneantur pro tempore prorogato,quando se obligassent pro certo tempore:quia tunc prorogatio facta cum debitore non faciat, quòd fideiussor remaneat per tempus prorogationis, quod excedit tempus, pro quo se obligasset, iuxta textum in l. si cum Hermes.C.locati,& hoc est secundum.

dum eosdem vtile pro fideiussori
bus Castellanorum, qui se obli-
gant pro semestri: Nam licèt Ca-
stellani remaneant vltra semestre
in castellania, non obligantur fi-
deiussores. hæc ibi. Alex. qui rur-
sum idipsum docens in l. dies cau
tioni. nu. 10. versic. item in quan-
tum. ff. de damno infecto. his pre-
cisis verbis vsus fuit, videlicet. in
44 prorogatione † requiritur, quòd
fideiussores, qui interceſſerunt
a principio, tempore quo fuit pre-
stita cautio, se obligent de nouo
tempore prorogationis: aliàs nō
essent obligati pro tempore pro-
rogationis, etiam si à principio
fuit actum, quòd illa cautio pos-
sit prorogari, vt probat text. sin-
gularis in l. Labeo. §. hæc autem
clausula. & §. sequen. ff. de recept.
arbitr. secundum Paul. de Cast.
hic. hęc ibi. Alex. qui idipsum re-
petijt sequendo Bal. in dicta l. Lu
cius. §. Paulus, & in l. si mora. ff.
sol. matrim. num. 16. versic. adde
vnum, quod in simili dicit, quòd
fideiussores præstito custode in
primo anno, non intelliguntur re
petiti in tacita relocatione, si sim
pliciter fideiusserunt, quòd vel-
lent custodire vsque ad annum:
quia tunc finito anno liberaren-
tur, vt in dicta l. si cùm Hermes.
C. locati. si verò addidisset, quòd
45 restituet, tunc finito anno † non
liberarentur: nisi cum effectu re-
stituerint. Idipsum rursus docuit
Alex. in l. fideiussor. §. in fideius-
sorem. col. 2. nu. 5. versic. & dicit
circa hoc ipsum notanter Paul.
hic. ff. qui satisdare cogan. & rur-
sus idem Alex. loquens in casu no
stro specialius. docuit in consilio
360. incip. breuiter in casu &c.
quem retulit & sequutus fuit Mar
sil. in sua pract. §. quoniam. nu. 11.
versi. nam si aliquis. idipsum ele-
gantissimè docuit Iason in l. duo-
bus. §. si ei, qui. ff. de iureiur. per
totum. & specialiter in nu. 19. con
cludit auctoritate glo. in dicto §.
si ei, qui. in vers. exhibuerit. quòd
46 promittens † quem præsentare,
semel præsentando, quem præ-
sētare promiserat, liberatur: quā
uis subdiderit nonnullos Do-
ctores illi glosæ aduersari: ipse
tamen subdidit dictę glo. senten-
tiam veritissimam esse: illam intel-
ligendo primò de dispositione
47 hominis (adde tu, prout in casu
nostro) secus in dispositione le-
gis vel statuti: quia lex debebit
intelligi, quòd velit disponere
non de vno actu solùm: sed toties
quoties opus fuerit. aliàs esset im
perfecta. Secundò, quando pro-
missio non est facta contempla-
tione alicuius iudicij, vel litis,
vt contingit, quando familia Po-
testatis aliquem cepit; ego peto
eum relaxari, promittens eum
præsentare Potestati, vel quando
peto relaxari incarceratum: &
promitto eum præsentare in iu-
dicio: tunc procedit ista gl. nam
semel præsentando eum, sum li-
beratus: quemadmodum si etiam
non præsentarem elapsis duobus
mensibus sum liberatus. text. est
singularis in l. pen. & ibi Bart. no.
C. de fideiussor. si autem promis-
sio fieret respectu iudicij, vel li-
tis: puta, actor dubitabat: quòd
reus amplius non compareret in
iudicio

iudicio: ego promisi eum præsentare, tunc quia ista promissio fit respectu iudicij, non erit liberatus fideiussor per vnicam præsentationem in iudicio. Item limita supradicta omnia, in quib. conclusum est verba intelligi de primo actu, vt procedat in dispositionibus hominum. (Adde tu, prout est in casu nostro) secus est in dispositione legis, vel statuti: quia tunc lex debet intelligi, vt velit disponere non de vno actu tantum, sed toties quoties opus fuisset: aliàs lex esset imperfecta: Vnde si statutum disponat, quòd de omnibus causis vertentibus inter coniunctos debeat fieri cõpromissum, certè si semel fuerit factum compromissum, & expirauerit, nõ intelligitur de primo compromisso tantum, sed quòd debeat toties fieri donec causa finiatur, vt docuit Bal. & moderni. in l. veluti. §. hęc vox. ff. de eden do. dicens, quòd hæc quæstio sæpe in palatijs versatur. Insuper ip semet Bal. & alij recensiti a Iasone vbi supra, nu. 20. idipsum docuerunt. Videatur ergo latius vbi supra apud Iasonem. Hæc omnia Iason vbi supra. qui in l. lecta. col. 7. num. 9. vers. circa istud notanter moueo duas quæstiones. ff. si cer. pet. dixit, quòd si creditor prorogat debitori principali terminum ad soluendum absente, & ignorante fideiussore. An fideiussor dicatur liberatus? Ipse Iason post allata nonnulla pro, & cõtra infrascriptis præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Aduertè, quia isti textus nihil faciũt. Nam loquuntur in tempore finiendæ obligationis, & tunc verum est, quòd si tempus finiendæ obligationis prorogetur, fideiussor vltra non tenetur, nisi de nouo consentiat. Dicendum ergo, quòd aut fideiussor promisit pro principali vsque ad certum tempus, & tunc si illud tempus prorogetur debitori, per hoc fideiussor non teneretur, nisi denuo consentiret, & hæc est sententia Hostiẽsis, Imo. Petri de Anch. & Pan. in c. constitutus. ext. de fideiuss. Idem rursus ipsemet Iason docuit in l. 1. col. 4. in fi. nu. 18. vers. extra glo. inquantum. C. de iudicijs. his prę cisis verbis vsus fuit inter alia, videlicet. An si creditor proroget terminum debitori absente, & ignorãte fideiussore, liberetur fideiussor, quasi censeatur facta no
48 natio? Dic aut loquimur in ter-mino finiẽdæ obligationis.† Puta principalis conduxit domum vsque ad annum, si pro eo aliquis fideiussit, prorogatur ille annus ad alium annum absente, & ignorante fideiussore, an fideiussor liberetur? & in hoc indubitanter conclude, quòd sic, quia cũ eueniente termino finiatur obligatio fideiussoris, certè absque eius consensu nõ potest amplius obligari. l. fin. ff. de pactis. & hoc tenet Bal. in lectura antiqua. Ang. & moderni. in l. si vnus. in principio. ff. de pactis. Vbi dicũt hoc esse vtile pro castellanis, qui dederunt fideiussorem vsque ad certum tempus, quòd si vltra illud tempus remaneãt, fideiussores vlterius non teneantur. & hoc vltimum

mum etiam tenet Bart. in l.Lucius,la ſeconda, ff.de adminiſtr. tut.& curat.& ibi ſingulariter limitat,& refert,quòd hęc quęſtio fuit facta Veronæ,& refert ſe conſuluiſſe Florentiæ, vt ibi per eũ. Idem in ſimili quæſtione tenet Albericus de Roſat.in 2.par.ſtatu.in quæſt.144.incipien.Quæro etiam ſtatuto cauetur. Et ſimile videmus in cõpromiſſo facto ſub pœna duraturo per duos menſes, datis fide iuſſoribus. Nam ſi tale tempus compromiſſi poſtea prorogetur de conſenſu partium, fideiuſſores vlterius non tenentur, vt in l.Labeo, la ſeconda, §.ſi per fideiuſſores.ff.de recept.arbitris. Et notat Nicolaus de Neapoli in lectura Bar.in l.Titius. in princ. ff.de excuſat.tut. Hæc omnia vbi ſupra Iaſon.qui rurſus de eadem materia noſtra loquens in l.prima,colum.3.nu.14. & 15. verſic. eodem modo. ff. de in litẽ iuran. His pręciſis verbis vſus fuit,videlicet. Eodem modo qui fideiuſſit pro accuſato de vulnere, ſi ex vulnere ſequatur mors, non tenebitur ad pœnam homicidij,ſecundum Specul.in tit. de fideiuſſore. §. incip....verſic. ſed pone, egi cum.verſic. ſequenti. Bart. & alij in l.fideiuſſores magiſtratuũ. ff.de fideiuſſor.Bal. & Ludo.Ro. in l.ſiue. ff.qui ſatiſda.cogant.Alber.Bal. & moderni hic. hæc Iaſon, cuius ſententia ſi benè librabitur, proculdubio benè probat præſentem noſtram deciſionem. Cùm inde eliciatur fideiuſſorem nõ teneri fideiuſſionis virtute de caſu eueniente poſt factam fideiuſſionem (prout in caſu noſtro) quod & elicitur ex verbis eiuſdẽ Iaſonis,qui ibidem ſtatim ſubdidit, dicens, pro prædictis facit: quia promiſſio intelligitur,rebus ſic ſe habentibus, prout nunc ſe habent. vt in l. quod ſi ſeruus. ff. de condict. ob cauſam. etiam ſi promiſſio eſſet iurata, vt in l. fin. ff.qui ſatiſd.cogan.& in c.Quemadmodum.extra de iureiur.c. ad noſtram.el ſecondo. c.clericus:& c.cùm contingat.ext. de iureiur. Authen.Sacramenta puberum.C. ſi aduerſus vendit.& in l.fina. C. de nõ numerata pecu.& in l.cùm quis. ff.de ſolutionibus.cum ſimilibus & Doctorum ſententijs allatis in probationem fundamenti primi deciſionis tertiędecimę. Vide ergo ibi latiùs. Iasõ rurſum idipſum ſentijt in l.fideiuſſorem. nu.8.verſi. ſecundò limita. ff. qui ſatiſdare cogã. idem apertiſſimè docuit Benedictus de Plumb.& Paul.de Caſt.in l. duobus. §.1. ff. de iureiur. quos retulit, & ſecutus fuit Felinus in c. Innouamus. col.2.in fine.in verſic.promittens repreſentare. extra de Treuga & pace. idem docuit Emanuel Soarez in ſuo Theſauro commu.opinio.in verſi.fideiuſſores. nu. 170. aſſerens hoc ipſum ſentire Ripam in l.apud quem.nu.34.C.de eden
* do.vbi dixit, quòd communis ſit
49 opinio, quòd fideiuſſores † non vocati in ius non lędẽur principalis debitoris actis. idem docuit Paris de Puteo compatriota noſter in ſuo ſingulari tract.de Syndicatu:in verſi. fideiuſſor officialium.cap.1.nu.11.ſequens ſupradictos

dictos Canoniſtas omnes; & ibidem rurſus in cap.3.nu.15. verſi. Quòd ſi contractus prorogatur, dicens, quòd fideiuſſor remanebit abſolutus à vinculo fideiuſſionis ſuæ, quotieſcunque contractus, in quo, fideiuſſit, prorogatus fuiſſet, vel noua forma data: niſi denuo eius conſenſus in fideiuſſione fuiſſet denuo repetitus, & conceſſus in ipſo nouo contractu inito, ſed ſi ſolùm tempus ſolutionis fuiſſet prorogatum, remaneret adhùc obligatus virtute priſtinę fideiuſſionis factæ. & hoc ipſum ibi probat, & alijs auctoritatibus. Idem docuit Bernardinus Diaz in regula 614. incipien. Promittens ſimpliciter. Idem docuit Bonifacius Vital. in ſuo tract. de malef. in titu. de comparitione accuſati, nu.68. in verſic. ſed quæro, vſque ad quod tẽpus. Idem docuit adverbum Hippolitus de Marſil. in infraſcriptis locis, videlicet. Nam hoc docuit expreſsè in ſua praxi crimin. §. quoniam, nu.11. verſic. nam ſi aliquis promiſit his præciſis verbis vtens, videlicet. Nam ſi aliquis promiſit aliquem ſub pœna præſentare Iudici ad ipſius Iudicis mãdatum liberatur per primam præſentationem, ita dicit Benedictus de Plumbino in l. duobus. §. 1. ff. de iureiur. & ibi Pau. de Caſtro poſt eum, quos refert, & ſequitur Dominus Alex. in conſi. ſuo 360. incip. Breuiter in tali caſu. Hæc Marſil. vbi ſupra, qui ibidem. nu.15. & ſequenti in confirmationem dictæ ſuæ ſentẽtiæ addidit infraſcripta, dicens, quòd ſi alicui concedatur ſecuritas eundi, & redeundi, intelligetur pro prima vice tantum, & ꝙ ita docuerit Ioannes de Pla. in l.1. C. de nauicu. lib.11. quem refert, & ſequitur Alex. in dicto ſuo conſilio 360. incip. Breuiter in caſu præmiſſo. in principio, & ibi etiam ſubdit, quòd ſi alicui concedatur
50 licentia † intrandi clauſtrum Monialium intelligitur de prima vice tantum, & allegat rõnem dicẽs, ꝙ in materia reſtringibili dẽt intelligi conceſſio facta pro prima vice tantum, allegat hoc voluiſſe Alber. de Roſat. in 2. parte ſtatut. quæſt. 181. incip. quòd per dictum fratrẽ Vbertum. hęc omnia, & alia his ſimilia exempla idipſum confirmantia ſubintulit dictus Hyppolitus de Marſilijs: qui in rubr. ff. de fideiuſſ. num.89. verſi. quęro ſextò poſt multas auctoritates hinc indè allatas concluſit concordando Doctores, diſtinguentes tali pacto, videlicet: Aut fideiuſſor obligauit ſe ad tempus, vt puta, quia dixit, volo teneri pro iſto debitore vſque ad menſem: & in hoc caſu facta prorogatione debitori, non tenebitur fideiuſſor creditori: ſecus ſi ſimpliciter ſine aliqua præfinitione temporis: cuius ſententia interpretãda erit iuxta ſupradicta cùm ſimpliciter promittẽs aliquem præſentare Iudici, racitè videatur includere tempus determinandum à Iudice, ideſt, q̃ primum Iudex illum in ius vocabit: vt infra in ampliationibus iſtius noſtræ deciſionis latius docuit Tiraquel. in repet. dictæ l. bo

nus.

nus. §. hoc sermone. vltra allata hucusque eò magis. quòd paulò post (ibidem tamen nu.99.versi. ad prædicta etiam sequens Alex. in dicto consilio, dixit, quòd si
51 quis promisit † representare aliquem coram Iudice, ad ipsius Iudicis mandatum: liberatur per primam præsentationem. hęc ibi Marsil. qui ibidem subintulit & aliorum Doctorum sentẽtias idipsum docentiũ, nec non & exempla, quibus probauit, quòd promittens simpliciter aliquid; intelligetur semel illud promisisse. hęc omnia scitu digniſſima docuit Marsil. vbi supra. idẽ docuit Bossius in sua praxi crimin. titul. de carcerato fideiussoribus commit tendo, num. 35. in versi. & quæro primo. dicens, quòd si fideiussor præsentat eum, pro quo fideiusserat, non tenebitur amplius præsentare, si fugisset: si simpliciter fideiussisset præsentare, & cautè presentasset. hæc ille, qui ibidem nu.63. dixit, quòd fideiussor non teneatur pro tempore prorogato, imò liberatur: & scias, quòd quando mutatur adeo obligatio
52 † inter creditorem & debitorem sine scientia fideiussoris, vt inter eos fiat nouatio. iuxta text. in l. nouatione. C. de fideiuss. & l. pacta conuenta. §. Paulus. C. de contrahen. empt. & l. aliam. ff. de nouationibus: & tunc liberatur fideiussor, vt in dictis legibus. hęc ille, qui ad hoc ipsum citauit & alios Doctores. qui rursus ibidem. nu. 56. versi. idem fideiussor prætoris: dixit, quòd fideiussor prætoris non teneatur pro tempore, pro quo Magistratus prorogatur; vt docuit Bar. in l. Lucius. §. Paulus. ff. de adminis. tut. & ita in similibus casibus fideiussor pro tempore prorogato non tenetur, vt in l. si cum Hermes. C. locati. Decius idẽ docuit in consil. 93. & per Felinum in c. de causis. col. 2. extra de officio delegati. hęc Bossius vbi supra. idem docuit Tiraquel. in sua elegãtissima repetitione. l. Boues. §. Hoc sermone. ff. de verb. signif. in octuagesimo exemplo. incip. octuagesimò hìc spectat: in versic. Secundo. idest. Probatur & tertiò hæc præsens nostra decisio. hac irrefragabili ratione roborata exemplis, ac decisionibus supra recensitis per nos in relatione sententiarum Doctorum. Cùm ergo odia sint restringenda, & fauores ampliandi, vt in c. odia. de regu. iur. in sexto, & valde odiosum & pœnale sit ipsi fideiussori simpliciter promittenti reum (pro quo fideiusserat præsentare,) si teneretur toties quoties eum præsentare, & sic vltra primam vicem: cùm in contrarium ipse fideiussor habeat suam intentionem fundatam: eò quòd habeat pro se iuris regulam, scilicet quòd sermo, seu promissio simpliciter facta, verificetur in primo actu: vt supra recensitis exemplis fuit probatum & iuribus sępè citatis, & maxime per l. Boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signific. ex his ergo omnibus hucusq; allatis satis abundè fuit probata veritas præsentis nostræ decisionis: in qua diximus dictum Presbiterum

rum non fore de iure molestandum, aut compellendum ad præsentandum dictum clericũ reum, pro quo præsentando simpliciter fideiusserat, cùm ille citatus comparuerit, & præsentatio eius fuerit admissa à Reuerendiss. Archiepiscopo Ragusino; à quo fuerat etiam prorogatio vel nouatio facta ipsi, concedendo terminum vnius mensis ad aliàs comparendum. Ac per consequens nec teneri dictũ Presbiterum ad soluendum dictos aureos ducẽtos in pęnam, si non illum præsentasset.

Et hæc est sententia mea decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congreg. Cassinensis V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Prouinciale cùm sit inferioris dignitatis Archiepiscopo, qui ei præest: non poterit appellari ab ipso ad ipsum Concilium: sed solùm quando ei præesset Patriarchæ.*

2 *Concilium Prouinciale non poterit de iure punire excessus Archiepiscopi, quando ipse ei præest: sed nunciare eos superiori, scilicet Patriarchæ, & quare.*

3 *Appellatio propriè simpliciter quid sit, & eius diffinitio declaratur.*

4 *Appellationis effectus quis sit.*

5 *Sententia lata in causa appellationis in quo differt à sententia lata in causa restitutionis.*

6 *Appellatio à nouatione in quo differt.*

7 *Appellari quare non possit ab Archiepiscopo ad Concilium Metropolitanum.*

8 *Textus in c. multis. dist. 17. exponitur vnà cum glo. Archidiaconi.*

9 *Archidiaconus si aliquid facit, (vt Archiepiscopus est) non poterit appellari ad Concilium Metropolitanum, sed si Archiepiscopus aliquid faciet, vt Canonicus, vel vt alia persona: tunc poterit ab ipso appellari ad Concilium Metropolitanum, cuius Archiepiscopus ipse est caput: nisi ex dolo hoc ipsum fecerit.*

10 *Textus in c. a Cellatione. in fin. de apellatione. in sexto, exponitur vnà cum glo. in c. multis. dist. 17.*

11 *Archiepiscopus errans, licèt puniri non possit à Concilio Metropolitano, poterit tamen moneri charitatiuè.*

12 *Iudicare aliquando ponitur pro monere.*

13 *Appellari poterit ab Archiepiscopo ad Primatẽ, seu Patriarcham.*

De dignitate, & authoritate Concilij Prouincialis.

THEMA.

An Concilium Prouinciale sit maius dignitate ipsò Archiepiscopo, ita vt possit ab ipso Archiepiscopo appellari ad ipsum Concilium Prouinciale.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO XXII.

ET si ferè nullus hanc difficillimā, & quotidianam quæstionem examinet: Tamen ipso adiuuante (qui dixit, sine me nihil potestis facere) litteris comendare studebimus quicquid ex Sacris Canonibus, ac Doctorum sententijs excerpere desuper indultum fuerit. & vt facilius procedentes melius nostra sententia percipiatur: constituemus duplicem conclusionem, qua decisa reddetur præsens quæstio.

Prima ergo conclusio sit hæc, 1 Concilium Prouinciale, † seu Metropolitanum, cuius celebrationi de iure non interest, seu præst Patriarcha non est maius dignitate ipso Archiepiscopo, qui de iure ei præest, cùm caput eius dicatur: ac per consequens ab ipso Archiepiscopo nulli de iure fas erit appellare ad dictum Concilium Prouinciale, cùm sit inferioris dignitatis: etsi liceat appellare, vnicuique à Metropolitano ad Patriarcham, & ad Cōcilium Metropolitanum, cui præest Patriarcha; eadē ratione & ad Summum Pontificem. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per tex. quàm apertissimū. in c. Graue. §. Metropolitani verò. extra de præben. in quo Innocentius Tertius postquam in §. volētes eiusdem c. Graue. statuerat faciendam in Concilio Prouinciali diligentem inquisitionem annuatim, ita vt qui post primam & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis, à beneficijs cōferendis per ipsum Concilium suspēderetur: instituta in eodem Concilio persona prouida & honesta, quæ suspensi defectum suppleret in beneficijs conferendis: & hoc ipsum decreuit postquam statuerat circa capitula, quæ taliter deliquissent: subdidit ibidem Innocentius Tertius hęc prę cisa verba, videlicet. [Metropolitani verò delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte Cō cilij nunciandū.]hæc ibi, ex quibus patet veritas nostræ conclusionis, cùm volens illic Canon tacitè rationem differentiæ assignare nobis, quare à Concilio Prouinciali omnes alij Prælati, & capitula pro criminibus suis suspendi possint, non autem Metropolitani, seu Archiepiscopi. Iccircò consultè ipse Innocētius Tertius subintulit vtēs verbis illis ex parte Concilij nunciandum.] & sic non dixit posse Concilium contra † Metropolitanum procedere 2 suo iure, sed solum posse Archiepiscopi excessus nunciare Superiori, ex quibus quoque verbis apertissimè elicitur, quòd etsi Concilium Prouinciale sit maioris dignitatis, ac iurisdictionis Episcopis, & alijs Prælatis Prouinciæ, non tamen Archiepiscopis, qui ipsi Concilio tanquam caput eius præest. Cum per se pateat, non esse inferioris punire excessus Superioris sui, sed tantū illos nunciare Superiori illius. Quod & adhùc expressius probatur

tur per text. in c. ſi quis putauerit. 2. q. 6. in quo Victor Papa in Epiſtola prima, c. 3. ſcribens ad Theophilum Alexandrinum infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. [ſi quis putauerit ſe a proprio Metropolitano grauari apud Patriarchã, vel Primatem, (ideſt, Primatem, vt ibi dicit glo.) diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ iudicetur, ſedem.] hęc ibi. Idẽ ſtatuit Sixtus Secundus, & habetur in c. ſi quis putauerit. el ſecondo, 2. q. 6. idem fuit ſtatutum in Concilio Calcedonenſi cap. 9. & habetur in c. clericus aduerſus clericum. §. ſi verò. 11. q. 1. in fin. his verbis, videlicet. [ſi verò contra ipſius Prouinciæ Metropolitanum Epiſcopum, Epiſcopus ſiuè clericus habeat controuerſiam pergat ad ipſius diœceſis Primatem: aut certè ad Conſtantinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedem, vt eorum ibi negotium exquiratur] hęc ibi. Probatur & ſecundo Doctorum auctoritate præſens noſtra concluſio: nam Innocẽtius Quartus in dicto c. Graue. dixit cauſas Archiepiſcoporum ad Papam eſſe referendas. Idẽ ibidem docuit Hoſt. quos ſequutus fuit Archid. in c. ſi clericus aduerſus clericum. 11. q. 1. idem docuit Panor. in dicto c. Graue. col. 2. verſi. nota vltimò. his præciſis verbis ſe ſubſcribens præſenti concluſioni, videlicet, potes etiam colligere, quòd Metropolitanus non poteſt puniri per capitulum Prouinciale: & hoc quia ipſe eſt caput Concilij: idem ſentijt Laucillottus, in ſuis inſtitutionibus iuris Canonici lib. 1. titu. de Eccleſiaſticis conſtitutionibus. §. Prouincialia Concilia: ſequutus in hoc Panormitanum vbi ſupra. Probatur præſens concluſio & tertiò vnica ratione elicita ex propria natura appellationis † cum ipſa ſit (ſtrictè illã accipiendo, vt decet, & titulo appellationis congruit, prout etiam docuit Bart. in l. 1. ff. de appellationibus) ius, quo interim prima ſententia extinguitur: & interim cauſę cognitio ad ſuperiorem deuoluitur. Diximus appellationem eſſe ius &c. ne videamur voluiſſe diffinire ipsũ actum appellandi, prout multi malè fecerunt. Diximus, quo interim prima ſentẽtia extinguitur, vt oſtenderemus appellationis effectum notatum in fine l. 1. ff. ad Senat. Conſult. Turpill. ſub his præciſis verbis, videlicet: [Propè eſt, vt incidiſſe videatur, quia prouocationis (ideſt) appellationis (remedio condemnationis extingitur pronunciatio: quoniam (vt docuit ibi glo. in verſi. extinguitur) appellatio operatur, vt ſententia nõ poſſit executioni mandari, ac ſi nunquam fuiſſet lata. diximus [interim] vt per hoc differat à ſententia † lata in cauſa appellationis, vel in integrum reſtitutionis, per quam ſententia reſcinditur, vel coufirmatur totaliter: quoniam per ipſam appellationem ſententia lata extinguitur interim, quo ad producendum eius effectum: & expectatur pronunciationis euentus, vt expreſsè dicitur in l. appellatione.

ne. C. de appellat. Diximus [& per eam causæ cognitio ad Superiorem deuoluitur, vt in l. eos. & in l. a proconsulibus. & in multis alijs iuribus. C. de appellat. & in Canonicis sanctionibus paulò antè recensitis : & per hoc etiam
6 differt appellatio † à nouatione, per quam licèt sententia possit extingui, vel suspendi: causæ tamen cognitio ad Superiorem deuoluitur. At cùm Concilium Prouinciale non præsit & supersit ipsi Archiepiscopo : sed potius de iure ipse Archiepiscopus ipsi Cõcilio. indè apertissimè sequitur nullo
7 pacto posse de iure † appellari à Metropolitano ad ipsum Concilium: cùm nullus inferior dignitate possit ammouere iurisdictionem à suo superiore, & sibi è cõtra aggregando, suum Superiorem punire, vt patet ad sensum. & huic rationi se subscripsit Hostiensis quem refert, & sequitur Archidiaconus in dicto capitulo si clericus . dicens hoc iure fuisse statutum, nè Metropolitanus posset puniri à Concilio, cui præsidet. eò quòd, vt diximus, inferior de iure non poterit punire superiorem, prout docuit Nicolaus Papa, scribens ad Michaelem Imperatorem. & habetur in capitulo inferior sedes, vigesimaprima distinctione: & apertius idem Papa in capitulo nunc autem Diuina . distinctione 21. in quâ dixit, non posse quemquam ritè ab ijs, (qui inferioris dignitatis, vel ordinis sũt) iudicialibus submitti diffinitionibus, quod vtique fieret, si conclusio nostra non esset vera, cum tunc fieret Concilium Prouinciale (quod inferius est Archiepiscopo) maius ac Iudex eius, si ritè ad ipsum quis posset appellare, vt annullet eius sententiam, a qua fuit appellatum, ac per consequens puniat, ac liget eius iurisdictionem ipsum impediendo in executione suæ sententiæ latæ contra appellantem, vel ipsum absoluat ab impedimento huiusmodi appellationis, cum de iure appellari possit solum ad Superiorem, & non ad inferiorem, cum (vt diximus) inferior damnare, & iudicare non possit superiorem, nec absoluere, vt in capitulo inferior, capitulo submittitur, & in capitulo ita tantum, distinctione vigesimaprima, & in capitulo cum inferior. extra de maioritate, & obedientia.

Et quamuis verissima fuerit dicta nostra prima conclusio tot oraculis probata : Tamen posset quis insurgere contra eam afferendo auctoritatem Archidiaconi in capitulo secundo, de consuetudine in sexto, dicentis. Hæc non mihi videtur bona ratio, quia (inquit) video, quòd appellatur ab aliquo ad se, idest ab Archiepiscopo ad Synodum, vbi ipse est tanquam caput, vt in ca-
8 pitulo multis † distinctione decimaseptima, sic & in capitulo a collatione, in fine, de appellat. in sexto, sic ait, appellatur a Metropolitano ad Concilium Metropolitanum. vt in capitulo omnis. secunda quæstione sexta, Ad

quod reſpondendo dicimus ipſum Archid. loquutum non fuiſſe in caſu noſtrę concluſionis, quod elicitur, q̃ facillimè ex relatis per nos ſupra ex ipſo Archid. excerptis, & ex auctoritatibus ab ipſo Archid. allatis, cùm Canones ab ipſo citati hoc nõ dixerint. Nam licet in d.c.multis. dicatur, quòd ſi in qualibet Prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter ipſius Prouinciæ Epiſcopos diſcrepare cęperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat ad maiorem tunc Sedem referãtur, (& vt dicit Glo. ibi in verſ. maiorẽ. ideſt ad Metropolitanum) etſi illic facilè, & iuſtè non diſcernuntur: vbi fuerit Synodus regulariter congregata canonicè, & iuſtè iudicentur. Non (inquam) obſtãt nobis hæc, cùm ipſemet Archid. loquatur de Archiepiſcopo, qui aliquid fecit, non vt Archiepiſco
9 pus,† ſed vt Canonicus, vel gerendo aliam perſonam ratione alicuius priuilegij, vt optimè docuit Ioannes And. ab eodem Archid. relatus in d.c.a collatione, & apertius Innocentius in c.irrefragabili. numero 2. ext. de officio ordin. & Bartolus in l.prima.§. ſolent. in fine. ff.quando appellandum ſit, qui Doctores omnes dixerunt, quòd quando Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, non vt tales ſunt, negligẽtes in eligẽdo, vel faciendo, aut omittendo aliquod aliud, ad quod tenentur, nõ vt tales, ideſt vt Epiſcopi, vel Archiepiſcopi: tunc deuoluetur iuriſdictio illud faciẽdi, niſi ex dolo hoc non feciſſent, vt expreſsè cauetur in d.c.a collatione.de appel.in ſexto, & in c. poſtulaſtis. ext.de conceſſ.præben.& per conſequens facilis erit reſponſio ad dictum text. in c.multis. diſt.17. dicendo illum fore intelligendũ modo ſupradicto, ſcilicet in caſu quo non vt Metropolitanus, ſed vt alia perſona aliquid omittit, aut facit. vt docuit Innocentius vbi ſupra, & non fore intelligendum ſecundum corticem litteræ dicti Canonis. Vt euitemus abſurda ſupra allata, quæ alias ſequerentur.

Ad dictũ text. in c. a collatio-
10 ne † in fine. reſpõdendo dicimus illum præſenti nr̃æ nõ fuiſſe refragatum concluſioni, ac ſententiæ, cum ſolummodo ibi dicatur nõ poſſe appellari ad Metropolitanum, quando in aliquo deliquiſſet Epiſcopus, non vt Epiſcopus, ſed vt Canonicus, vel alia priuata perſona, quæ vt talis interfuit alicui electioni, vel alteri actui, ſed q̃ tunc eſſet appellandum ad ipſum Epiſcopum, vt Epiſcopali iuriſdictione fultus, & non vt perſona habens ſimplex votum in Capitulo, vt ex ſententia, & cortice litęrę dicti c.a collatione.expreſsè habetur. Nec inſuper obſtare nobis poterit glo. in d.c.multis, diſt.17. dicens in verſ. ad maiorem. Item hic appellat a Metropolitano ad Concilium Metropolitanum, vt in c.omnis, 2.q.6. quia licèt hoc dixerit, tamen ipſe Doctor loquitur in caſu, quo præſit dicto Concilio Patriarcha, & nõ Archiepiſcopus, cum textus a ſe citatus non dixerit ſimpliciter

ab

ab omni Concilio Prouinciali: sed ab eo, cui præest Primas, seu Patriarcha, qui proculdubio est superior Archiepiscopo: Quapropter patuit verus intellectus sententiæ dictæ glosæ, elicitus ex ipsiusmet verbis: ad quod accedit quod ipsamet glo. docuit in c.sicut(inquit)laudabile 2.q.7.in verſic.hortamur.citans dictum text. in c.multis.dist.17. contra id,qđ ipsa dixerat, quòd Concilium Metropolitanum possit cognoscere de suo Archiepiscopo,his prę-cisis verbis vtens, videlicet. Videtur dicendum ex hoc, quòd Concilium Prouinciale ordinario iure cognoscat de Primate,sine de Metropolitano suo. Nam cum Concilium iudicet de Papa in his, in quibus potest iudicari, & post multa allata iura hinc indè:licet ex nullo tunc iure per ipsam adducto hoc assertũ eius elici possit (vt illa ponderãti patebit.)Tamen volens cõcordare dicta iura, his præcisis verbis vsus fuit dubitatiuis,videlicet.Sed po
11 test dici,quòd Concilium † Prouinciale possit iudicare de ipso, (scilicet Archiepiscopo, de quo loquebatur ibi) non autem condemnare,& addidit ibidem glo. Dicens,sed quòd possit iudicare. bene facit,c.saluo.9.q.3. & quidẽ hoc in d.c.non habetur,sed solũ, ꝙ si erret Metropolitanus coerceatur a fratribus, scilicet Episcopis in ipso Concilio prę-sentibus, scilicet charitatiuè moneatur de suo excessu,ex quibus pa-
12 tuit, ꝙ vox illa [iudicari] † quæ vtitur glo: sumenda erit impriè,cum finis iudicij sit, vel absolutio rei,vel cõdemnatio eius: Et ꝙ dicta gl. noluerit nos docere, prout sonat cortex verborum eius,& forsan aliqui extimarunt: elicitur ex eiusdem verbis prolatis in fine.dicens,sed cóntra sup. c.proximo,idest immediatè præcedenti,videlicet,in c.Metropolitanum.eadem causa, scilicet 2. q.7. vbi hæc ad verbum habẽtur, videlicet. [Metropolitanum vestrum in aliquo postponere non præsumatis,excepto si (quod non optamus)contra eundem habere vos aliquid causæ contingat, vt ob hoc sedis Apostolicæ iudiciũ petere debeatis. Ex quibus omnibus,quàm facillimè cõprehenditur veritas prę-sentis nostrę cõclusionis, necnon vera interpretatio sententiæ ipsius glosæ. Cui consonat textus in c. quoties, 2. q.6.in quo Fęlix Secũdus ad Episcopos in Alexandrina Synodo congregata. infrascriptis verbis vsus fuit,videlicet. [Quoties Episcopi se a suis cõprouincialibus, vel a Metropolitano putauerint prægrauari,aut eos suspectos habuerint,mox Romanam appellẽt Sedẽ:] hęc ibi, & in c. de Primatibus. dist.99. hæc habentur, videlicet.[Ab Archiepiscopis autẽ
13 † quoties necesse fuerit, ad primates appellant.] hæc ibi.

Ex his ergo omnibus patuit veritas nostræ cõclusionis, decidentis prę-sentem quæstionem, in qua diximus non posse appellari ab Archiepiscopo,seu Metropolitano ad Concilium Metropolitanũ,qñ ipsi non præsideat Patriar-

Digitized by Google

cha, sed Archiepiscopus, cum appellatio sēper de iure sit dirigenda ad superiorem, & non ad inferiorem, & ipse Archiepiscopus dicatur caput dicti Concilij, & per consequens superior, quando tamen ibi adesset tanquam Archiepiscopus, sed si ibi interesset tanquam persona alia de Concilio, vtputa, vt Canonicus, & huiusmodi, tunc ab ipso (vt talis est) appellandum esset ad ipsum, vt Archiepiscopus est, sed si dicto Concilio Metropolitano præesset Patriarcha, tunc liceret appellari ab Archiepiscopo ad Concilium Metropolitanum, cùm tunc respectu Patriarchæ (qui est superior Archiepiscopo) Præsidentis in dicto Concilio: Archiepiscopus esset inferior d. Concilio per accidens.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congreg. Cassinensis V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Prælati de iure communi tenentur annuatim perquirere fugitiuos, uel expulsos, & ad claustra reuocare salua eorum norma, & disciplina regulari, vel saltem eos collocare in aliquo ergastulo alicuius Monasterij, & quare.*

2 *Prælati tenentur per se, & ordinarios locorum compellere de iure commmuni, reducereque ad claustra.*

3 *Faciens per alium per se ipsum vetè facere dicitur fictione iuris.*

4 *Regulares, quibus a suis Prælatis non conceditur, ad religiones suas, quando teneatur aliàs ingredi? & in seculo quomodo viuere teneantur, & cui subditi sint effecti? & ad quæ vota teneantur.*

5 *Obligari ad impossibilia nemo poterit.*

6 *Regulares electi: vel fugitini, quibus non conceditur regressus ad suas religiones, si non fuerint in sacris nō tenebuntur ad persoluēdas horas Canonicas sub præcepto, sicut si essent in claustro, et quare? et an teneantur ad obseruantias regulares.*

7 *Imputari ei non poterit per quem non stat, quin aliquid faciat.*

8 *Regularis cui regressus ad suam religionem non conceditur, æstimandus est in claustro quoad apostasiā non incurrendam, & quare.*

9 *Regulares electi, vel fugitini, quibus regressus non conceditur ad suas religiones efficientur subiecti locorum, (vbi habitant) Ordinarijs, sicut fuerat ante eorum ingressum in religionem, & quare.*

10 *Necessaria quæ sunt ad acquirendū sunt quoque necessaria ad perdendum.*

11 *Episcopi quando possint punire regulares exemptos notoriè et scandalosè delinquentes: etiam si sint ex degentibus intra claustra: tam uirtute constitutionis Sacri Concilij Tridentini, quàm extrauag. Clem. Octaui in anno 1595.*

12 *Obligationis vinculum soluitur eodem modo, quo quæri assoleat.*

13 *Regularibus expulsis, aut fugitiuis, quibus non datur regressus ad eorum Religionem, ab Episcopis poterit imponi cura animarum alicuius*

d by Google

alicuius beneficio curati scilicet collatio concidi, cui operam dare poterunt, donec reuocarentur ad claustra suæ Religionis. & quare.

14 Religiosus regulariter consentire nõ poterit electioni de se factæ sine cõsensu sui Prælati, aliàs electio huiusmodi esset ipso iure nulla.

15 Religiosus translatus de vna Religione in aliam, non poterit eligi ad curam animarum, etiam accedente sui Prælati consensu.

16 Dominium personale transfertur per translationẽ incolatus personę.

De regularibus eiectis, vel fugitiuis.

THEMA.

Quidam post emissam professionem in approbata Religione a Sancta Ecclesia propter eiusdem incorrigibilitatem, fuit a dicta Religione expulsus, qui etsi petijsset denuo in eam admitti, tamen ingressus in eandem fuit sibi denegatus: tandem ei a quodam Episcopo fuit collatum beneficium curatum. Quid dicendum?

DECISIO XXIII.

PRo maiori dilucidatione decisionis propositæ quæstionis, quinque examinanda erunt omnino.

Primum quorum est, Vtrũ Prælati regulares fugitiuos incorrigibiles, vel expulsos a Religione, redeuntes spondendo eis mutationem vitæ in gremio Religionis, non tantum recipere, verum etiam quærere statim, eosque in omnibus associare reliquis regularibus dictæ Religionis teneantur.

Secundum, Vtrum huiusmodi regulares fugitiui, vel expulsi, nõ recepti in Religione, in qua fuerunt professi, post eorum humilimam petitionem factam de regrediendo eandem, laxiorem Religionem ingredi teneantur, vel an possint in sęculo tuta conscientia permanere, viuendo regulariter eo meliori modo, quo poterunt.

Tertium, Vtrum huiusmodi regulares eo ipso, quòd non admittũtur in aliqua Religione efficiantur subiecti locorum Ordinarijs.

Quartum, Vtrum locorum ordinarij possint talibus eiectis, vel fugitiuis cõferre curam alicuius Ecclesiæ Parochialis.

Quintum, Vtrum tales regulares stante tali collatione tuta conscientia possint ipsam curam Parochialis Ecclesiæ exercere.

Cum propositę quæstionis mẽbra scitu nnt digniffima, & quotidie contingere possit ꝓpositus casus, ideo vnũquodq; membrũ ipsius (Deo optimo maximo dãte)

Digitized by Google

ſigillatim decidetur, & ſic ipſa queſtio nonnullis concluſionibus reſponſiuis.

Primo quæſito vnica ſatisfaciet concluſio.

1 PRima concluſio ſit hæc, regulares Prælati † incorrigibiles regulares eiectos, vel fugitiuos de iure communi tenẽtur annuatim requirere: & ad clauſtra eos reuocare, ſalua Religionis eorũ norma,& diſciplina:ꝙ ſi regularis ordo tales fugitiui, vel eiecti non patiatur hoc:huiuſmodi rebelles collocandi erunt apud eadem Monaſteria in aliquo ergaſtulo,vel arcta camera,vel in alio loco competente (ſi abſq; graui ſcandalo fieri poterit, alioquin in alijs Religioſis domibus eiuſdem Ordinis ad agendam ibi pęnitentiam,miniſtrando illis vitę neceſſaria. Vt ſic ſegregati ab alijs Monachis, pęnas luant ſuorũ criminum, quod ſi non fecerint dicti Prælati,poterunt de iure cõmuni compelli ad hæc ſeruanda per Epiſcopos. Diximus [ſalua ordinis diſciplina,] quia huiuſmodi eiecti,vel fugitiui erunt puniendi iuxta decreta regulę, vel ſtatutorũ ſuæ Religionis ſub qua militant. Diximus, [quòd ſi hoc regularis ordo non patitur,] & hoc propter regulares militantes ſub regula Diui Benedicti:qm̃ in eius regula c.29. fuit ſtatutum huiuſmodi Monachos recipiendos vſq; tertiò ſolùm:ita ꝙ poſt trinã expulſionem, vel receptionẽ, aut fugam vigore dictæ regulæ nõ eſſent amplius in Religione recipiẽdi. Hæc igitur cõcluſio probatur triplici medio. Primo enim per text.apertiſſimum in c.fin.ext.de regul.& tranſ. ad relig.vbi ad verbum ipſa concluſio continetur. probatur idem per arg.in c.quidam Monachi.16.q.1.& eſt Canõ Concilij Calcedonenſis.c.23. in quo cauetur Monachos ſine licentia Epiſcopi vagantes cogendos fore ad propria remeare. Idem probatur per c.ſubſequens,& eſt Pelagij Papę ſtatuẽtis Monachos circũuagantes per defenſores eſſe compellendos.Idem probatur per text.in c.peruenit,27.q.1. in quo Gregorius Papa ſtatuit reuocandas fore ad Monaſterium moniales ſacratas egreſſas, & recludendas in Monaſterio. Diximus probari præſentem cõcluſionem per argumentum *in dictis iurib.* quia eadem ratio militat in Monacho, vt docuit ibi quoque glo. dicẽs ex hoc c.elici Moniales,vel Monachos pluries egreſſos reuocandos fore ad clauſtra,& ibi recipiendos fore.Idem probatur in c.& quia. 27.q.1. in quo Gregorius in Epiſtola Quadrageſima libri primi,prꝫcepit Monachos huiuſmodi requirẽdos fore, & reuocandos ad clauſtrum,& coercendos ibi fore.Idem probatur in c. Abbates.18.q.2. Idẽ probatur in c.ſi cuſtos.27.q.1. & in c.ſequẽti. Idem in c.impudicas. 27.q.1. ex Concil. Triburiẽſi c.6.in quo dicitur huiuſmodi regulares in ergaſtulis detrudẽdos fore,ne morbida facta pecus,totum corrumpat ouile. Idem in c.a nobis. ext. de

de apostatis. Vbi dr Prælatum ar &tissimo carceri posse mancipare apostatam nolentem reassumere habitũ, vt resipiscat. Quod & nouissimè innuitur a sacro Concilio Tridentino in sess. 25. c. 4. in fi. in quo dr per locorum ordinarios puniendos fore regulares vagantes ext. Monasterium, sine suorũ Prælatorum licentia. Probatur & secundò præsens conclusio Doct. auctoritate. Quapropter sciendũ, q̃ præsenti conclusioni se subscripserunt Glosæ in citatis iuribus, necnon & Innoc. & Panor. in d. c. fin. Host. in summa titu. de apostatis, & reiter. rap. §. qualiter puniantur apostatæ, in versic. licet autem Monachus. Idẽ docuit Archid. in dictis iuribus. & præsertim in c. Abbates. 18. q. 2. vbi multa notatu digna attulit. Probatur & tertiò prẽsens conclusio hac ratione, videlicet. Cùm enim a nemine sit requirendus sanguis aĩarum illarum, quæ pereunt, nisi ab his, ad quos spectat ex officio ꝓspicere saluti proximorum. Inde apertissimè sequitur, vt Prẽlati regularium huiusmodi expulsorũ, vel fugitiuorum a Religione de iure cõi teneantur sub pẽna peccati mortalis non solum tales regulares acceptare redeuntes ad Religionem, verumetiam & illos accuratissimè per se, & alios exquirere, & repertos introducere in claustrũ, eos subijciendo suaui iugo disciplinæ regularis: & q̃ requirendus sit sanguis aĩarum subditorum regularium a suis Prælatis nos apertissimis verbis docuit text. in c. licet Heli. ext. de simonia. & in c. irrefragabili. ext. de officio ordinarij.

Secunda conclusio Prælati regulares non solum huiusmodi regulares fugitiuos, vel expulsos de iure cõi sponte. regredientes ad Religionem recipere tenentur. † Verumetiam eosdem ad reuerendum per se, & ordinarios locorum compellere, & eosdem excõicatos publicè denunciare. Hęc cõclusio triplici medio probatur. Primò. n. per arg. oĩum iurium allatorum in probationem præcedentis conclusionis, & specialiter per text. in d. c. fin. §. fin. extr. de regularibus. Cum ibi tacitè innuatur veritas ꝑsentis conclusionis, iuxt. ea quæ dicentur in afferenda ratione præsentis conclusionis secundę. Probatur ꝑsens conclusio, & secundò implicitè Doct. auctoritate (qui allati fuerũt in probationem dictæ primæ conclusionis. Explicitè verò auctoritate Panorm. in d. c. fin. Probatur & tertiò hac ratione. Cũ. n. qui per † alium facit, per se ipsũ facere videatur, vt in c. qui per alium. de regu. iur. in sexto, imò de iure iuris fictione dicat verè facere. vt in c. mulieres. ex. de sent. excom. Indè sequitur, q̃ sicut huiusmodi Prẽlati possent per se, ita & per alios compellere ad regressum ad Religionem huiusmodi regulares remedijs oportunis, ac per consequens per publicationẽ excõicationis huiusmodi fugitiuos, vel eiectos reuocare: cũ Prælatos ad hoc teneri supra probauerimus.

Quæstiunculæ secundæ vnica satisfa-

ſatisfaciet concluſio. Hmõi regu
larib. expulſis iam emẽdatis (qui-
bus a Prælatis ſuę Religionis non
4 conceditur regreſſus † ad ſuã Re
ligionem, in qua profeſſi fuerãt)
erit conſulendum ingredi aliam
Religionem, non tũ ipſi compel-
lẽdi ſunt. Niſi forſan, qñ ante in-
greſſum illius religionis vouiſsẽt
religionem in genere, quia in ta
li caſu tutius erit eis ſi ingredian
tur aliã, licet contrarium ſit rõni
conſentaneum, cùm a ſimplici il-
lo voto videantur abſolutos fuiſ-
ſe, eo ipſo, q̃ maius vinculũ incur
rerunt votũ ſolemne emittẽdo in
religione approbata, & per con-
ſequens maius vinculũ abſorbuit
minus; vt patet ad sẽſum. Attamẽ
vt tuta conſcientia in ſeculo pma
neãt, hmõi regulares fugitiui, ſeu
expulſi, tenentur viuere regulari-
ter quoad habitum deferendũ, &
tonſuram; quia licèt a nonnullis
obſeruantijs abſoluantur, non tũ
ab habitu regulari deferẽdo, ſine
diſpenſatione Sũmi Pontificis, eo
q̃ hoc ipſum facere ſibi difficile
non erit, maximè ſtante conſtitu
tione c. vt periculoſa. Ne clerici,
vel Monaci. in ſexto, qñ aliàs vi-
deretur irritam, & annullatã eo-
rum profeſſionẽ, quod falſum eſt,
cùm ſemper remaneant ipſi obli-
gati religioni ſuæ, licet per acci-
dens excuſentur ad tps in caſu no
ſtro, cũ per eos non ſtet quin re-
grediantur ſuam religionẽ: ergo
non ratione ſui, ſed alterius, lici-
tè permanebũt in ſeculo, cum ad
impoſſibilia nemo poſſit obliga-
5 ri, † vt in c. nemo poteſt. de reg.
iur. in ſexto, & eis regreſſus effe-
ctus ſit impoſſibilis, ſtante cõtra-
ria voluntate Prelatorum ſuæ re-
ligionis, a quorum obediẽtia in-
de eo ipſo ſunt exẽpti, & taliter
permanebunt donec reuocati fue
rint ad eorum Religionem. Non
tñ hoc ſimpliciter ſic erit intelli-
gendum, vt ab oĩ obedientia effe
cti ſint exempti, cùm in tali caſu
effecti fuerint ſubditi locorũ Or
dinario, ſicut reliqui Chriſtiani
incolæ, & prout ipſi erant ante
Monachatum. Remanent quoq;
aliquo pacto a voto paupertatis
liberi, cum eos non alat Monaſte
rium, & ſibi opus ſit neceſſaria
vitæ inquirere. Et nõ tantum pro
victu quotidiano, verũetiam ali-
quam congregare pecuniæ quan
titatem, vt ingruentibus neceſſi-
tatib. præſentis miſerrimę vitę,
poſſit obuiam ire, & ſibi conſule-
re, ne fame, ſiti, aut frigore pe-
reant. Diximus tales aliquo pa-
cto, & non ſimpliciter remanere
exẽptos a voto paupertatis, qñ
reuera bonorum acquiſitorũ per
eos efficiuntur ſolum vſufructua-
rij durante eorum vita, cum poſt
talium mortem reddenda erunt
Monaſterijs, cum aliquali diſtin-
ctione, ita q̃ de ipſis legitimè di-
ſponere non poterunt, prout poſ-
ſunt laici, & clerici ſeculares de
6 † bonis propria induſtria acquiſi-
tis. Hi tales, ſi in ſacris ordini-
bus conſtituti non fuerint, libe-
rãtur ab onere perſonaliter exol-
uendo circa perſoluendas horas
Canonicas, iuxta illud vulgatiſſi-
mũ axioma, in quo dicitur, quòd
quis tenetur ad officium ratione
beneficij. Quapropter tales ſi nõ

ſem-

sentiunt commodum, ac beneficium subministrationis alimentorum, sibi de iure ministrandorum ab Ecclesia, siue religione ex bonis Ecclesiasticis. Indè sequetur, q̃ non tenebuntur sub p̃cepto ad ipsas Canonicas horas persoluendas, sicut nec clericus non beneficiatus, neq; in sacris cõstitutus. Neq; ad ieiunia, & alias obseruantias regulares: cum de ipsis nõ emiserint votum expressum: etsi non liberentur a voto castitatis, cum expressè illud emiserant, vel si ipsi proprio ore non emisissent expressè illud, vt patet in forma professionis, qua profitentur Monachi militantes sub regula Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti: ad ipsam tñ obseruandam tenentur, stante declaratione siue decisione text. in c. vnico. de voto, & voti redempt. in sexto. In quo dicitur solemnizari votum ad effectum dirimẽdi matrimonium post votũ huiusmodi contractum, per susceptionem sacri Ordinis, & per professionẽ tacitã, vel expressam in Religione approbata. Quapropter inde sequitur, quòd Prælati subditos regulares a se expellẽtes ab huiusmodi voto absoluere, vel secum dispensare non possunt. cũ non dependeat ab eorum voluntate: sed intrinseca natura voti solẽnis Religionis approbatæ, vt diximus. Hæc conclusio probatur duplici medio (vltra rationes iã allatas supra.) Primo. n. per arg. in c. sine culpa. de regu. iur. in sexto, in quo dicitur neminem fore puniẽdum sine causa, & quidem patet ex hac regula veritas nr̃æ conclusionis sic declaratæ; qm̃ si ipsa vera nõ esset, huiusmodi Religiosi expulsi, vel fugitiui (de q̃bus est sermo) punirẽtur maxima pena sine eorum culpa: cùm indè tacitè asseuerari posset eos esse in statu damnationis, existentes extra claustrũ contra ipsorum voluntatẽ, quod esset absurdissimũ; 7 cùm imputare † ei non possit per quem non stat, si non faciat quod per eum faciendum fuerat, vt in c. imputari nõ debet. de reg. iur. in sexto. Quapropter sicut regularis permanẽs in claustro sub obedientia sui Prælati dicẽdus sit esse in statu salutis, quo ad hoc, q̃ exequitur id, ad qđ voto se obligauit, sic dicendum erit de huiusmodi regularib⁹, quibus in eorũ 8 religionem regressu † non conceditur a suis Prælatis post eorum correctionẽ: cùm in tali casu sint habendi pro regularibus existentibus in claustro, iuxta illã iuris regulam: Cum non stat per eum ad quem pertinet, quominus conditio impleatur haberi dẽt perindè, ac si impleta fuisset: & iuxta aliam regulam. Voluntas habetur pro facto, vbi non stat per volentem. Probatur & secundò Doctorum auctoritate præsens nostra conclusio. Nam Dominicus a Soto quamlibentissimè se subscripsit præsenti conclusioni in libro septimo, quæstione secunda, articulo primo, columna duodecima, in principio, in versiculo supereſt hic, vsque ad versiculum in solutione ad quartum argumentum: & Syluester in suæ præ-

prę excellenti ſumma in verſi. religio ſextò. §. 12. ſequens Ray. licèt ipſe ſolùm dicat conſulẽdum fore huiuſmodi regulari ingredi aliam religionẽ, ſi poterit, in caſu, quo in ſuam non concederetur regreſſus. Probatur & tertiò hac ratione noſtra concluſio, videlicet. ſi enim noſtra hęc concluſio nõ eſſet vera, multa profectò ſubſequerẽtur abſurda in grauę diſpendium ſalutis huiuſmodi regularium ſine ipſorũ culpa: primum quorum eſt, quoniã inde ſequeretur, quòd poſſet dici aliquem eſſe in mortali peccato, quem pęnituerat mortaliter peccaſſe, & odio habuerat proprium erroré: & per ſe non ſteterat quin perficiat id, quod ommittendo aliàs, mortaliter peccauerat: ac per conſequens oporteret dicere, (contra communem Theologorum ſententiam) ſubiectum peccati non eſſe voluntatem peccantis: & quòd alicui ad peccatum imputari poſſit quod non á ſua, ſed ab alterius voluntate dependet: quę omnia, & multa alia abſurda, quæ afferri poſſent, non eſt qui non aduertat, & ideo ſilentio illa pertranſiemus: vt ergo illa vitemus, dicendum erit noſtrã concluſionem eſſe veriſſimam.

Tertiæ propoſitæ quæſtiunculæ vnica ſatisfaciet concluſio: re-
9 gulares electi,† vel fugitiui, quibus regreſſus non indulgetur ad eorum religionem, efficiuntur ſubiecti locorum (vbi ipſi habitant) ordinarijs, ſicut fuerant antè ingreſſum eorum. Hæc concluſio licet expreſsè non probetur à Doctoribus, cùm de illa mentionem non faciant: benè tamen implicitè ex eorum ſententijs elicitur veriſſima: cùm ſit rationi valde conſentaneum, vt vnaquęq; ouis regimini alicuius paſtoris, ac rectoris ſubijciatur, nè incurrat aliquod malum. de quo in Sancto Euangelio apud Mattheum. cap. 9. verſi. 36. innuitur: cùm ibi referatur Dominum Ieſum turbis miſertum, eò quòd eſſent multi vexati & iacentes, tanquã oues non habentes paſtorem. Quamobrem ipſe Dominus Ieſus Apoſtolorũ principi regimen totius populi fidelis commiſit dicens, Petre amas me? paſce agnos meos, vt in Sancto Euangelio apud Ioannem c. 21. verſi. 55. Probatur ergo præſens concluſio per argu. in l. Quẽadmodum. ff. de acquir. vel ommitt. poſſeſſione, vbi traditur hæc optima regula, videlicet. quę
10 neceſſaria † ſunt ad acquirẽdum, ſunt neceſſaria ad perdendum. Diximus probari pręſentem concluſionẽ per arg. in dicta l. quemadmodum: quoniam licèt explicitè lex iſta non loquatur de noſtræ concluſionis materia: benè tamen implicitè. Nam nulli dubium eſt, quòd Prælato & religioni acceptãdo Monachum ad profeſſionem, acquiſitum eſt ius ſuper ipſum: illud inquam, quod antè dictam profeſſionem erat apud loci ordinarium. ſic è contra: Modò Prælato & religione eijciente, vel non acceptante regreſſum Monachum, per illius renunciationẽ, ius ſuper ipſum regularem reuerſum fuit ad loci ordina-

dinarium, apud quē priùs erat: tum quia videtur Prælatum & religionem per huiusmodi reiectionem renunciasse iuri iam sibi acquisito super Monachū, mediante eius ꝓfessione, & voluisse transferre dominium in Episcopum, cui antè professionem subditus erat: iuxta regulam iuris in c.qui tacet.de regu.iur.in sexto, in qua dicitur.[Qui tacet consentire videtur.] & per aliam iuris regulam in l.cùm quid.ff. de rebus credit.si cer. pet. vbi dicitur, quòd taciti, & expressi eadē sit virtus: eò quòd scienti & consentienti non fiat iniuria, neq; dolus.quapropter veritas pręsentis conclusionis per se patet: cùm Prælati talium scire, aut scire poterant, illos se subijcisse locorum Ordinarij: vti & reliquus fidelium cętus, vt habere possit aliquem, quæ ipsum cognoscere possit inter omnes suas: á quo & Sacramenta Sancta suscipere possint. cùm etiam, quia regulares Prælati illos nolētes recipere: meritis eorum vecordiæ priuandi sint iure sibi acquisito super tales ex eorum professione, eosdem permittentes vagari ext.claustra, sicut oues extra caulas suas. prout nouissimè docuit Sacrosancta Synodus Tridentina in sess. 25. cap. 4. sed præcipuè in cap. 14. arguendo à fortiori, siue a maioritate rationis. cùm hęc ibi ad verbum habeantur, videlicet. [Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea, ita notoriè deliquit, vt populo scandalo sit, † Episcopo instante á suo superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur: ac de punitione Episcopum certiorem faciat: sin minus à suo Superiore officio priuetur: & delinquens ab Episcopo puniri possit.] hæc in dicto Sacro Concilio Trid. in cuius confirmatione Clemens Papa Octauus in anno 1595. 7. kal. Martij per specialem extrauagantem constituit infra, animaduertens, quòd tam salubres Sacri Concilij constitutio non obseruaretur: his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Nos pro pastorali nostra sollicitudine, præfati decreti executioni (quantū cum Domino possumus) facere, & præmissis malis (vt par est) opportuno aliquo remedio occurrere volentes. de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium.prædicti Concilij interpretum sententia, motu proprio, & ex certa scientia nostra; ac de Apostolicę potestatis plenitudinem hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnibus & singulis cuiuscunque ordinis & instituti regularium, etiam mendicantium superioribus; in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum: eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus & mandamus, vt iuxta prædictum decretum, quilibet ipsorum, regularem nō subditum Episcopo, intra claustra degentem: & extra ea, ita notoriè delinquentem, vt populo scandalo sit: Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfi-

præfigendum, ſeuerè puniat: ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat: & alias decretum ipſum in omnibus, & p omnia exequatur. Cęterum ſi ſuperior in re gularem delinquentem non animaduerterit, quinimò ſi illum impunitum ad alia ſuorũ ordinum loca extra Epiſcopi dięceſim (vt præfertur) tranſmiſerit, volumus & ſimili motu, atque auctoritate decernimus, vt Superior inſtante Epiſcopo, intra terminum ab Epiſcopo præfigendum, & ſub eiſdem indignationis noſtrę, ac privationis dignitatum, & officiorum obtentorum, nec non & ſub inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac vlterius privationis actiuæ & paſſiuæ vocis, ad quas à nemine præterquam à nobis, & à Romano Pontifice pro tempore exiſten. reſtitui poſſit ipſo facto ſimiliter incurrendis pęnis, ipſum regularem delinquentem, à loco, ad quem tranſmiſſus fuit, reuocare, & in quo deliquit conſtituere, ſeu ſiſtere teneatur. Quòd ſi hoc etiam facere prętermiſerit, per præſentes ſimiliter ſtatuimus, vt Ordinarius loci, ad quem regularis delinquẽs tranſmiſſus fuerit, ſuper præmiſſis ab ipſo Ordinario loci, in quo deliquit, ſimiliter requiſitus, vel aliàs de illius delicto informatus (vt præfertur) tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus prædictum Concilij decretum omnino exequi: & in regularem delinquentem ſeuerè animaduertere poſſit, & debeat: decernentes ſic, & non aliter per quoſcunque Iudices & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardin. & cauſarum Palatij auditores ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere. &c. Ex quibus omnibus quamfacillimè elicitur argumentum à maioritate rationis, ſic arguẽdo: ſi loci Ordinarius acquirit iuriſdictionem in religioſum degentem intra clauſtrum, & non ſubditum ipſius Ordinarij ex delicto perpetrato extra clauſtrũ notoriè cùm ſcandalo populi, ſi eius prelatus illum non punierit: quod vtique eſt in præiudicium prælati eius: quanto magis aſſequetur iuriſdictionem ſuper tales regulares, ſi eos repudiauerint proprij Prælati ſtante alia iuris regula elicita ex l. quamuis ſaltus. ff. de acquir. vel omitt. poſſ. vbi dicit, quòd
12 † vinculum obligationum ſoluatur eodem modo, quo quæri aſſoleat.

Tertiæ & quartæ quæſtiunculæ vnica concluſio ſatisfaciet, quæ vnica concluſio ſit hæc. Regularis (de quibus quæritur) Epiſcopi poterunt aſſumere ad curam Parochialem exercendam, & per conſequens illi tales ſic aſſumpti
13 † illam adminiſtrare poterunt tuta cõſcientia, donec eis denuo annuatur regreſſus ad proprias religiones: quo illis indulto, non poterunt amplius illam exercere, niſi concurreret etiam conſenſus Prælatorum ſuarum religionum. hæc concluſio probatur tri-

plici

plici medio. Primò enim per arg. in c. Quod Dei timorem. extr. de statu Monach. in quo fuit indultum cuidam Canonico regulari curam exercere Parochialem. idem probatur per arg. in c. si religiosus. de elect. in sexto, in quo
14 dicitur religiosum † non posse consentire electioni de se factæ ad prælaturã extra Monasteriũ, nisi præuio Abbatis sui consensu: aliàs irrita sit electio: cùm ipse ca reat velle & nolle. At cùm dictorum regularium (de quibus fit sermo) stante repudiatione suorum Prælatorum, Abbates effecti sint Episcopi per supra allata. indè sequitur nostram hanc conclusionem probari per dicta iura implicitè, etsi non explicitè, vt patuit. Idem probatur per argumentum in Extrauag. Benedicti Vndecimi (quæ reperitur inter extrauagantes communes) & incipit. Si religiosus. Probatur quoq; per arg. in c. Doctos. & in c. si Monachus. 16. q. 1. & ferè per omnes alios dictæ quæstionis canones. & per arg. in sacro Concilio Triden. in sess. 14. de reformatione c. 11. in quo prohibetur assumi ad curam animarum aliquem regu-
15 larem † translatum ex vno ordine (ideſt, religione) in alium. nõ obstante consensu Prælati sui, ex quibus omnibus arguendo à contrario sensu, patet posse assumi regulares (de quibus quæritur) ad curam animarum, cùm supponatur ipsos non ingressos fuisse aliam religionem post eorum expulsionem, vel fugam. cùm exceptio firmet regulam in contrarium in non exceptuatis, vt latissimè diximus & probauimus in nostro tracta. extensionum legum & c. in quæst. de exceptione: probatur & secundò Doct. auctoritate præsens conclusio, licèt expressè non loquantur in terminis nostræ conclusionis, sed de regulari electo ad curam animarum cum consensu sui Prælati: implicitè vero, in nostræ conclusionis terminis: arguendo ab identitate rationis: cùm idipsum fassi fuissent dicti Doctores, si de præsenti quæstione fuissent interrogati: Doctores autem, qui tali pacto se subscripserunt præsenti conclusioni sunt infrascripti, videlicet Ioannes Andr. in dicto c. Quòd Dei timorem: & in glo. Clem. 1. de elect. in versic. secularis. Archid. in supra citatis iuribus. Pan. in dicto c. Quòd Dei timorem. Dominicus à Sancto Geminiano in dicto c. si religiosus. Imola in dicta Clem. 1. Decius in c. præterea. extra de præben. qui se subscripsit sententiæ Panormitani, & Imolæ. Federicus Petrutijs de Senis in consi. 136. qui validissimis rationibus hoc ipsum probans respondit obiectionibus quæ fieri potuissent: Præpositus in c. Priscis. dist. 55. Egidius de Bellemera in lib. conclusionum, conclusione 751. subtit. de iurepatro. Cęsar Lambertinus in articulo 19. quæst. 7. in principio primæ par. primi lib. tit. de iurepatro. qui & asserit esse hanc cõmunem Doctorum opinionem: non obstante contraria opinione dominorum de Rota. Probatur

&

De eo qui Religionem ingreſſus, ante annum probationis ſi eximit, & reuerti velit, quomodo cum eo agendum ſit.

THEMA:

Quidam adoleſcentulus poſt ſex menſes in circa nouitiatus ipſius in religione approbata expletos: ipſam Religionem deſerens, rurſum ſeculum petijt, & ibi per nonnullos dies, vel menſes in habitu ſeculari reaſſumpto perſeuerauit. Tandem ad ſe ipſum reuerſus rurſus eandem Religionem repetens reaſſumpſit habitum nouitiorum, & inibi perſeuerauit tot menſibus, & diebus, quibus computando priſtinum tempus compleretur annus nouitiatus. Ita quòd licet interpollatè, & non continuè per annum integrum habitum nouitiorum detulit in dicto Monaſterio, in quo in omnibus actionibus ab omnibus Monachis, vt nouitius habitus fuit. Poſt quod tempus pręcedentibus cerimonijs conſueris, & ſtatutis a Sancta Eccleſia ſolemniter hic adoleſcens emiſit publicè profeſſionem, ac indutus fuit habitu profeſſorum, diſtincto a nouitiali, & aſſignatus ei fuit locus in choro, vt moris eſt, & ad omnia alia fuit admiſſus, ad quæ ſoli profeſſi admittuntur.

Quæritur modò, an huiuſmodi profeſſio ſit de iure valida, & in caſu, quo non eſſet valida, ſit ne omniuo taliter profeſſus exuendus habitu profeſſorum, & induendus habitu nouitiorum, donec expleuerit annum continuum, ipſum computando a die ſecundi eius ingreſſus in Religionem, & an expleto dicto anno continuo teneatur denuo ſolemniter profiteri Religionem illam, ac ſi nunquam aliam emiſiſſet profeſſionem, & an pœna digni ſint, qui talem ad profeſſionem admiſerunt.

DECISIO XXIIII.

IN VOCATO Sanctiſſimæ Trinitatis numine, ac Deiparæ ſemperque Virginis Mariæ, Sanctiſſimiq; Patriarchæ Benedicti ſuffragio, litteris comẽdare ſtudebimus eo breuiori ſtilo, quo vti nobis deſuper indultum fuerit pro deciſione propoſitæ difficillimę quæſtionis propter varia conſtitutionum, ac Doctorum decreta.

Firmiſſimè aſſeueramus profeſſio-

fessionem taliter emissam, esse ipso iure nullam, nullumque posse vnquam producere iuridicum effectum: ac si nunquã fuisset emissa. Hæc nostra decisio fundatur super quatuor veris fundamentis.

Primum fundamentum est decisio Sacrosancti Concilij Tridẽtini, in sess. 25. de reformatione c. 15. in his verbis, videlicet. [In quacunque religione tam virorum, quàm mulierum, professio
1 † non fiat ante sextumdecimum annum expletum: Nec qui minori tempore per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulę, vel religionis, vel ordinis obseruationem, aut alios quoscunque effectus.] Hæc in dicto capitulo. Ex cuius contextu verborum luce meridiana clariùs elicitur, ꝙ sicut requiritur de essentia solemnis professionis ætas annorũ sexdecim completorum: sic & vt annus sit continuus & expletus, prout denotat ꝓpositio illa, per,
2 † in dicto decreto inserta: antè dictionem, annum: Nam ibi dicitur. nec qui minori tempore, per annum, prout communiter Canonistæ expressè nos docuerunt. inter quos sunt infrascripti, videlicet. Glo. in c. 2. in versi. per annum. de tempor. ordin. in sexto, hoc ipsum probans per text. in c. prouida consideratione, de elect. in sexto, vbi inter alia, hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Ab Episcoporum consecratione, & confirmatione per annum cõtinuum ipso iure fore suspensos.] quam notabilem glosam expressè sequuti fuerunt ibidem infrascripti Doct. Nam Dominicus à Sancto Geminiano in dicto c. 2. col. 3. in versic. & nota glosam in principio. Dixit, quòd vbi pęna † imponitur per annum:
3 intelligitur de continuo. idem docuit Philippus Franchus in dicto c. 2. col. 3. in vers. in gl. in vers. per annum. & dictis Geminiani addens, dixit, quòd in dubio omne tempus debet intelligi, quòd sit continuum, vt docuit glo. singularis in rubr. ff. de diuersis temp. præscript. idem docuit Arch. in c. cùm contumacia. de hæretic. in sexto, in versi. per annum. dicens, præpositionem, per, de sui natura demonstrare temporis continuationẽ: quod & ipse ibidem probat multis allatis auctoritatibus, quas brevitatis gratia missas hìc faciemus. Idem docuit Cardin. Zabar. in Clem. Causam. col. 2. versi. Tertiò nota, de elect. idem docuit glo. in c. si constiterit. versi. pernoctauerit. extra de accusat. idem docuit Bart. in Authen. de appellat. & infra quę tẽp. debeat appellari, nu. 1. vbi sequẽs Speculatorem dixit, quòd tempus legale in dubio semper præsumatur continuum. idem docuit Ioannes And. Geminianus, & Philip. Franchus in dicto c. cùm contumacia. Idem docuit Socinus in consi. 42. incip. in causa restitu. in integ. versi. sed in articulo. in prima par. char. 83. vt docuit & sequutus

Digitized by Google

quatus fuit Bertachinus in suo dictionario in verbo Per, & Albericus de Rosat. in suo dictionario, in verbo Per, & Bartolus in l. Celsus. num. 25. versic. idem si diceret. ff. de vsucapio. & vt multa breuiter perstringamus: sciendum, quòd idem ad verbum docuit nos singul. textus in l. Vrbana. §. pernoctare, ff. de verb. & rerum signif. vbi hæc ad verbum habent, videlicet. [Pernoctare † extra vrbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. Per enim totam noctem significat.] hæc ibi. Vbi communiter Glo. & Doctores. Sicut ergo Sacrosanctum Concilium Tridentinũ statuit de decimosexto anno expleto, qui (propriè loquendo) dici non potest: nisi huiusmodi anni fuissent per eorum circulum perfectè continui, sic & dicendum erit dictum Concilium voluisse decernere de anno probationis, quòd scilicet non foret intelligendum, (quando declarauit professionem aliter factam esse nullam) nisi de eo, qui minus, quàm per anni circulum continuum stetisset in probatione, latius patebit ex afferendis in sequenti fundamento.

4

Secundum fundamentum est. Cùm tempus illud solum dici possit coutinuum, † quod aliud non interpollat, & per consequens illud dici solum possit continuari, quod nullo temporis spatio intermittitur, ad instar circuli, quod vtique non perficitur, nisi ex linea curua continuata per girum. Inde apertissimè sequitur, quòd dici non possit tempus continuum, vt denotat dictio, Per, nisi fuerit non interpollatũ: quod elegantissimè nos docere studens Sanctissimus ac Deo Optimo Maximo acceptissimus noster Patriarcha Benedictus in sua regula, agens de probationis anno nouitijs concesso in capit. quinquagesimoseptimo sub titu. de disciplina suscipiendorum fratrum his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Postquam nouitio ingressus in Religionem indultus fuerit, prædicentur ei durà, & aspera, etsi promiserit de stabilitatis suæ perseuerentia, post duorum mensium circulum legatur & regula, & dicendum ei erit. Ecce regula sub qua militare vis, si potes obseruare ingredere; sin autem non potes, liber discede. Si adhuc steterit post sex mensium circulum relegatur ei regula, & denique post alios quatuor menses rursus legatur regula, ac deinceps si promiserit de stabilitate sua suscipiatur in Congregatione:] hæc in dicta regula, ex cuius verbis apertissimè elicitur veritas præsentis fundamenti, ac insimul veræ interpretationis dicti Sacri Concilij Tridentini verborum.

5

Tertium fundamentum est. Quoniam extat consuetudo iuris † Pontificij ac Imperatorij, vtentis propositione, Per, denotare tempus continuum ad maiorem dilucidationem decisionis suæ, vt patet in capitulo cupientes. §. cęterum si eligentes. de election. in sexto, in quo

6

ponitur pœna diſcordantium in electione faciẽda infra octo dies: Vt ſcilicet ſuſpenſi ſint ab omnibus beneficijs ſuis per triennium continuum inchoando a tempore quo deliquerunt . Idem probatur in l.interdum. §.quotiens. ff.de publicanis, & vectigal. Vbi habetur dicenda fore mancipia veterana,quæ anno continuo ſeruierunt in vrbe . Nouitia verò, quæ non anno continuo ſeruijſſent in vrbe . Idem probatur per argumẽtum in l.vnica, C.de profeſſor. libro duodecimo , in qua dicitur illos Doctores dignos honore fore quodam ſingulari , qui per viginti annos obſeruationę iugi , ac ſedulo docendi labori vacauerint . Ex quibus iuribus
7 elicitur , quòd vt † aliquod factũ per annum dici poſſit : opus eſt id fiat per annum continuum , & non interpollatum : quod & expreſsè docuerunt Bart. in dicto §.quotiens. Panormitanus in capitulo ad Apoſtolicam . extra de regularibus . Albericus de Roſat. in ſuo dictionario in verſiculo an impubes . Syluester in ſua Summa in verſiculo religio.5.§. quarto, qui Doctores recitant vbi ſupra , & alios idipſum tenentes .

Quartum fundamentum eſt. Cum annus probationis ſit a iu- 8
re indultus nouitio ad experiendas auſteritates religionis,quam quis ingreditur , & profiteri intendit , ne forſan poſt emiſſam profeſſionẽ in illa Religione ,pter eius auſteritates non prius expertas ab inceptis reſilire ipſi contingat, vt habetur in capitulo ad Apoſtolicam . extra de regularibus : Indè patentiſſimè elicitur veritas noſtræ ſententiæ , cùm indè Nouitius magis , magisque tali pacto poterit ipſius religionis auſteritates experiri ſi fuerit continua eius habitatio per annum continuum,quàm per interpollatum , vt patet ad ſenſum cum facilius quis ieiunaret quadraginta diebus,vel alia opera carnis afflictiua perficeret, interpollatis,quàm continuis temporibus : vt quotidiana ipſa experientia omnes ſemper docuit regulares ipſos, immo etiam , & laicos . Quapropter meritò , ac conſultò Innocentius Papa Tertius in dicto capit.ad Apoſtolicam , his præciſis verbis vſus fuit, loquens de Nouitio,& Monaſterio dixit. [Quòd tempus probationis a Sanctis Patribus ſit indultum, non ſolum in fauorẽ conuerſi,ſed etiam Monaſterij, vt & illę aſperitates illius,& illud mores illius valeat experiri .] hæc ibi, inter alia : Indè luce meridiana clarius patet veritas noſtrę deciſionis:cùm tunc (proprie loquendo) dicendum ſit Nouitium auſteritates Religionis , & Monaſterium eius mores experiri:ſi huiuſmodi Nouitius per annum continuum † ſteterit in Monaſterio, & iccircò dictus textus vſus fuit ſermone indefinito,dicendo auſteritates:quod & probatur ex abſurdo,quod indè proficiſceretur ſi noſtra deciſio vera non eſſet . Quis enim ſine rubore auderet negare illicitum, quod fie-

ri

ri expresse prohibuit dictus Canō, dicendo, quòd [Prælatis non liceat indiscretè talium professionem ante annum probationis recipere: quòd si receperint corrigātur, cùm dictum tempus fuerit eis a iure indultum in subsidium fragilitatis humanæ.] & nulli dubium esse poterit, quòd si contingeret Nouitium egredi Religionem in principio ieiuniorum regularium: vt puta, post Festum Exaltationis Sanctissimæ Crucis in mense Septembris, & in seculo permanere vsque ad Sanctam Pascha Resurrectionis Domini Iesu Christi: hic vtique Nouitius non experiretur austeritates Religionis, quæ præcipuè consistunt in ieiunijs ferè continuis, & vigilijs matutinalibus. Regrediendo ergo post Pascha expleret annum probationis interpollatum, & non continuum: & sic contra mentem Canonis, & in grauem pernitiem tum Nouitij, cum & Monasterij. Cū quàm facillimè contingere posset Nouitium iam professum terrore austeritatum, quas prius expertus non fuerat resiliret ab inceptis, & apostatare. Ex quibus omnibus insimul congregatis, ni fallamur, emicuit veritas propositæ nostræ decisionis, quam postea per speciale decretum confirmauit sacra Congregatio Cardin. sū per Sacrum Concilium Tridentinū Præside Illustrissimo Domino Antonio Carafa Cardinali, me tunc Romæ morante, hācque declarationem procurāte ad instantiam admodum Reuerendorum Patrum Visitatorum nostrę Congregationis Casinensis.

Ex supradictæ nostræ decisionis veritate duo proficiscūtur verissima corolaria, quorum primū
9 est taliter professus sit † omnino exuendus habitu professorum, si distinctus esset a nouitiorum habitu (vt est in nostra Cōgregatione Casinensi) donec denuo post annum continuum probationis expletum a die reuersionis, receptionisque habitus nouitiorum secundo loco factæ computandum sibi solemniter profitenti restituatur dictus habitus professorum distinctus; & admittatur ad omnia, ad quæ solum professi admittuntur, iuxta illam iuris vulgatissimam regulam in capitulo non firmatur. de regu. iur. in sexto. Vbi hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio nō subsistit.] hæc ibi, & quòd talis assumptio habitus, & professionis huiusmodi factæ indulta receptio de iure nō subsistat iam fuit probatum per allata in fundamento primo, & per argumentum in regula. Quę contra. de regu. iur. in sexto. Vbi habentur. [Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.] hæc ibi, quibus concordat textus in l. non dubium. C. de legibus. & latissimè ibidem per Doctores vtriusque censurę.

Secundum corrolariū est. Prę-
10 latus & omnes complices, † qui talem adolescētulum (de quo est

ſermo)admiſerunt veniunt de iu re puniendi pęna arbitraria,prout apertiſs.docuit textus. in c.ad Apoſtolicam.ext.de regularibus. & ibi per Doctores.

Et licèt veriſſima ſit præſens noſtra deciſio tot oraculis probata: poſſet tamen aliquis contra ipſam inſurgendo aſſerere eã falſam : Tum quia text. in dicto capitulo ad Apoſtolicam. declarauerit profeſſionẽ emiſſam antę annũ validam eſſe : eò, ꝙ tempus anni indultum fuerit ad vtilitatem & cõmodum vtriuſque,ſcilicet Monaſterij, & ipſius nouitij. Cùm ergo vnuſquiſque poſſit renunciare ei, quòd in ſui fauorem ſtatutum fuerit à iure: indè patet , quòd per admiſſionem nouitij ad profeſſionẽ antè annum continuum, ipſum Monaſterium renunciauerit iuri ſuo: & è contra per profeſſionem emiſſam antè annum expletum , vel continuum , à Nouitio : ipſe quoque renunciauit iuri ſuo. Idem probari videtur etiam auctoritate Specul. in libro quarto, titu. de ſtatu Monach. numero quadrageſimotertio , & Archidiaconus in capitulo non ſolùm. de elect. in ſexto, cùm hi Doctores vnanimes , ac vnica voce conſona dixerint huiuſmodi nouitium non fore compellendum poſt annum continuum nouitiatus eius , ſeu probationis computandum à die ſecundi ingreſſus in talem Religionem adrurſus ſolẽniter profitendum:niſi mutata fuiſſet aſperitas Religionis illius illo interpellato tempore : & ratio ſecundum eoſdem eſt , quia annus interpollatus ſufficeret.

His auctoritatibus non obſtantibus , adhuc remanet inconcuſſa deciſio noſtra : cum ipſis etſi poſſemus multipliciter reſpondere : ſufficiet tamen breuis hæc reſponſio,dicendo:quòd licèt de iure communi antiquo ipſę procedant , non autem hodie : cum cõtrarium fuerit ſtatutum in dicto ſacro Concilio Tridentino ſupra † relato, & taliter interpretato ab Illuſtriſſimis Cardinalibus ipſius interpretibus , vt ſupra latius fuit probatum. Quando infra tẽpus quinquennij taliter profeſſus reclamaſſet, volens vti tali beneficio, ſecus poſt quinquennium,vt in eodem Concilio Trident.ſeſſ.25.cap.19.

Hæc ergo eſt ſententia noſtra, vt dictus adoleſcens profeſſus, vt ſupra, exutus habitu profeſſorum diſtincto, induatur habitu nouitiorum , & vt nouitius in omnibus habeatur donec expleatur integer,& continuus annus a die ſecundi ingreſſus computandus, & tũc denuo admittatur ad profeſſionem præcedentibus omnibus ſolemnitatibus , ac actibus conſuetis antè profeſſionem , & in ipſamet emittenda

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis V. I. P.

SV M-

SVMMARIVM.

1 Professio emissa, quando sit ipso iure nulla.
2 Ordo nouus, seu Religio institui non poterit.
3 Votum vt dicatur solemne, quæ requirantur.
4 Professus in religione non approbata contrahens matrimonium (etiã si tempore professionis credidisset professionem validam) ipsum matrimonium erit validum, & idem dicitur de eo qui suscepit Ordinem Subdiaconatus ab eo quem credebat esse Episcopum, & non erat.
5 Iuramento statur dicentis se intendisse obligare se solum illi religioni, quam professus fuit, etsi illa ipsum recipere non potuisset, quia tunc professio nullam obligationem produceret, quod & latissimè probatur subsequenti obligatione.
6 Professio Monachalis emissa ante annum decimumsextũ nullam obligationem inducit, si reuocata fuerit infra quinquennium a die factæ professionis computandum.
7 Facta contra ius pro infectis habentur. Nec præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.
8 Matrimonium primum contra leges factum, quando impediat secundum,
9 Intendens se obligare religioni (in sua professione) solum quam profitetur, si in illa esset prohibitum profiteri, non teneretur alias Religiones ingredi, nec in illa persistere, cum tuta conscientia ipse posset legitimum matrimonium contrahere.
10 Obligans se ingredi in aliquam specialem Religionem propter peculiarem affectum, quem habet erga eam, si Prælati huiusmodi Religionis illum suscipere nollent, erit absolutus ab huiusmodi obligatione, nec tenebitur ingredi alias religiones, & quare.
11 Votum omne sumit vires ab intentione vouentis.
12 Monachalis professionis de essentia quæ requirantur.
13 Vtile per inutile non vitiatur.
14 Prohibitus donare vltra aliquam summam, si donasset vltra illam, licet donatio sit nulla vltra dictam summam. Tamen infra illam donatio facta erit valida, & donator ad illam adimplendam tenebitur, & quare.
15 Professio Monachalis emissa ante ætatis annum quartumdecimum, est nulla.
Ad solemnis voti firmitatem non operatur perseuerantia in religione prohibita post votum per triennium.
16 Tractu temporis non firmatur, quod de iure ab initio non subsistit.

Digitized by Google

Abbatis D. Alphonſi Villagut

De recepto a Monacho, qui habebat facultatem morandi extra Congregationem, & poſt in eam reuerſo, quid agendum ſit, & prout in queſito.

THEMA.

Quidam adoleſcens ſuſcepit habitum nigrum Monachalem Ordinis Sancti Benedicti a quodam Monacho Congregationis Caſſinenſis, qui facultatem habuerat a regimine dictæ Congregationis morandi extra ipſam Congregationem, ac acceptandi Rectoriam, ſeu Prioratum Sancti Moniaci. Qui quidem Monachus nulla ſibi impertita facultate recipiendi nouitios, ac admittendi eos ad profitendum regulam Sancti Benedicti ſub habitu Monachali nigro, iuxta morem Congregationis Caſſinenſis ab ipſa Cõgregatione, nec ab ipſomet Summo Pontifice (cuius eſt proprium hmõi facultatem impartiri) ipſum adoleſcentem ſuſcepit ad profeſſionem poſt annum probationis, more Congregationis Caſſinenſis intendentem ſe obligare Ordini Sãcti Benedicti, vt in obſeruantia regulari eiuſdem Sancti perſeuerandi animo in ſuo Monaſterio obſeruantia, ac Religione, in qua annum probationis expleuerat, & non in alia Congregatione eiuſdem Ordinis, non tantum in Cõgregatione Caſſinenſiũ, verũ nec in Congregatione Oliuetanorum, vel Cęleſtinorum. At cum ipſe adoleſcens animadnertiſſet diebus elapſis prædictum Priorem obtinuiſſe regreſſum ad dictã Congregationem Caſſinenſis, omiſſaque dicta Abbatia, ſeu Rectoria, & ſe contuliſſe ad dictam ſuam Congregationem conſulere ſtudens propriæ ſaluti adijt Romã, vt ſi ſibi indultus fuiſſet ingreſſus in dictã Congregationem Caſſinenſis in eam ingrederętur. Verum ſi hoc datũ ſibi non fuiſſet nonnullos tam Sacræ Theologiæ, quàm ſacrorum Canonũ Profeſſores conſulere poſſit, quid ſibi foret faciendum: An ſcilicet ipſe poſſet tuta conſcientia, omiſſo habitu Monachali nigro, quo indultus fuerat a dicto Monacho, vel teneretur circuire omnes religiones etiã laxiores ſolum Ordinis Diui Benedicti. An etiam omnes alias religiones, vt inibi recipi poſſet, ac inſimul illas profiteri teneretur.

Quæritur modò, An dictus adoleſcens teneatur profiteri denuo in aliqua alia Religione, an tuta conſcientia depoſito habitu, cõtrahere matrimonium.

DE-

DECISIO XXV.

INVOCATO Sanctissimæ, ac individuæ Trinitatis numine, Beatissimæque Virginis Deiparæ Mariæ, Sanctissimique Patriarchæ nostri Benedicti implorato auxilio comédare litteris studebimus quicquid pro decisione propositæ q̃stionis ex sacris iuris Pontificij apicibus, ac Doctorum votis excerpere desuper nobis datum fuerit.

Asseueramus firmissimè dictã professionẽ emissam a dicto adolescente esse nullam, nullamque de iure obligationem induxisse ipsi: ita vt sicut antè ipsam poterat contrahere matrimonium, sic & post ipsam, quod & probabimus infrascriptis verissimis fundamentis.

Primum fundamentum est. Quoniam regula iuris est, quòd
1 professio † emissa in manu eius, cui a Summo Pontifice non fuit indultum nouam Congregationem regularem instituere, stante iuris decisione, quòd ad validitatem voti solẽnis religionis requiratur, vt ipsa emittatur in religione per sedem Apostolicam approbata, vt docuit text. in c. 1. §. 1. de Religiosis domibus, in sexto, in quo Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi, phibuit expressissimè nouũ
2 † Ordinem, vel Religionem instituí sine Summi Pontificis facultate, & expressius per text. in c. vnico. de voto in sexto, in quo Bonifacius Octauus declarauit non solemnizari votum religio-
3 nis † per professionẽ emissam in religione non approbata a Sede Apostolica. Probatur & secundò præsens nostrum fundamentum auctoritate Doctorum, Gl. enim in d.c.vnico. in versic. per sedem Apostolicam. immo etiam & in versic. approbatis. addidit & hoc notabile, dicens: si quis post pro-
4 fessionem in religione non approbata † contraheret matrimoniũ etiam si tempore professionis credidisset validam fuisse suam professionem in tali religione emissam: huiusmodi matrimoniũ esset validũ: & eadem ratione dixit, quòd si quis reciperet Subdiaconatum ab eo, quem credebat Episcopum, sed non erat; si postea contrahat matrimonium benè tenet, & ita determinauit Barth. Brixien. secundum Tancred. in qnæst. Quidã ordinatus. Idem docuit Archidiaconus in c.vnico, in versic. approbatis. Specul. in 4. parte titu. de statu Monach. §. qualiter concipiat libellum. in versic. decimononò quæritur: & clarius in versic. trigesimononò quæritur. Panormitanus in c. porrectum. ext. de regular. & Dominicus a Sancto Gemin. in d.c.vnico, §. confirmatos. col. 3. versic. Nota istam glosam. Nam ipsam sequens his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Faciens professionem in regula, quæ non potest eum recipere ex prohibitione Papæ: Et intendens se illi in specie obligare, nõ est obligatus

etiam in Religione in genere, &
5 ſuper hoc ſtatur † ſuo iuramento.
hæc ille. qui rurſus idem docuit
in c. conſtitutione. §. in alijs. col.
3. verſic. in ſecundo, de regul. in
ſexto. Idem latiſſimè, & eruditiſ-
ſimè Lapus in ſua elegantiſſima
allegat. 47. nu. 5. verſic. in contra-
rium. Vbi ad verbum multis me-
dijs hoc ipſum docuit.

Amplia ſingulariter allata in
dicto fundamento primo, dicen-
do adoleſcentem (de quo quæri-
tur) virtute prædictæ profeſſio-
nis emiſſæ in religione taliter nõ
approbata, nec non prędictæ in-
tẽtionis, quam ipſe habuit tem-
pore profeſſionis, non remanere
obligatum ad votum ſimplex re-
ligionis alicuius ex approbatis
in genere, nec in ſpecie. Hæc am-
pliatio probatur duplici medio.
Primo per argumentum ab iden-
titate rationis excerptum ex Sa-
cro Concilio Tridentino ſeſſ. 25.
cap. 15. in quo fuit declaratum
6 eſſe inualidam † profeſſionem e-
miſſam alijs, qui non compleuiſ-
ſent annum Decimumſextum: ac
quòd ratione illius nulla induce-
retur obligatio ad alicuius regu-
le, aut religionis, aut ordinis ob-
ſeruantiam: Diximus hìc notan-
ter noſtram ampliationem pro-
bari per argumentum ab identi-
tate rationis: quoniã vbi eſt ea-
dem ratio, ibi idem eſſe debet &
ius: & quòd in caſu noſtro mili-
tet eadem ratio luce clarius pa-
tet: quoniam ſicut inualiditas ſeu
nullitas profeſſionis abſoluit pro-
feſſum ab omni obligatione ob-
ſeruandi quæcunque mandantur
in regula, ordine, vel religione:
ad quæ omnia reliqui profeſſi,
quorum profeſſio non irritatur:
ſic dicendũ ergo erit in caſu præ-
ſentis noſtræ ampliationis: cùm
iam probatum fuerit profeſſio-
nem taliter emiſſam omnino fuiſ
ſe nullam, ac per conſequens om-
nem voti virtutem corruiſſe: eõ
magis, quòd prędens ampliatio vi
deatur probari per arg. in regula.
Quæ contra. de regu. iur. in 6. vbi
hæc habentur, videlicet [Quæ cõ
7 tra ius fiunt, debent vtique pro in
fectis haberi.] & per argum. in c.
Non præſtat. de reg. iur. in 6. vbi
hæc habẽtur, videlicet. [Non præ
ſtat impedimentum, quod de iu-
re nõ ſortitur effectum. & per ar-
gu. in l. non dubium. §. nullum pa
ctum. C. de legib. vbi hæc haben-
tur, videlicet [Nullum enim pa-
ctum, nullam conuentionem, nul
lum contractum inter eos videri
volumus ſubſecutum, qui contra-
hunt lege contrahere prohibẽte.
Quod ad omnes etiam legum in-
terpretationes tã veteres, quàm
nouellas trahi imperamus: vt le-
giſlatori, quod fieri non vult, tan-
tùm prohibuiſſe ſufficiat. cęteraq;
que quaſi expreſſa ex lege liceat
voluntate colligere: hoc eſt, vt
ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi
fuerint facta non ſolùm inutilia,
ſed pro infectis etiam habeãtur,
licèt Legiſlator fieri prohibuerit
tantum, Nec ſpecialiter dixit,
inutile eſſe debere quod factum
eſt. Sed & ſi quid fuerit ſubſequu-
tum ex eo, vel ob id, quod inter-
dicente lege factum eſt: illud quo
que caſſum, atq; inutile eſſe præ-
cipi-

cipimus. Secundum itaque prędictam regulã, qua vbicunq; enim seruare factum lege prohibente censuimus: certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momẽti, nec Sacramentum admitti.] hæc ibi ad verbum. vbi latissimè per Doctores. Diximus præsẽtem ampliationem probari per argu. in citatis iuribus: quoniam, cùm votum solemne emissum ab adolescentẽ (de quo agimus) sit nullum (vt apertissimis documentis fuit probatum.) Indè necessariò sequitur, ipsum votum ctiã (aliàs mediantibus nonnullis solemnijs emissum) non fuisse sortitũ suum regularem effectum: ac per consequens ipsum non præstare aliquod impedimentum, quominus adolescens ille taliter vouens liber sit ad omnia exeqnẽda, quæ tuta conscientia perfici poterunt à meris secularibus, sicut & ipse fuerat antè emissam dictam professionem: eò magis, quòd Glo. in dicto c. Non præstat. in versic. nõ prędstat. dixerit matrimonium
3 † primum contractum (quod de iure nullum erat ratione consanguinitatis, vel alterius impedimenti) non impedit secundum matrimonium. hæc ille. cuius sentẽtia verificatur solùm si primum fuisset contractũ mediante ignorantia excusabili. non autẽ quando quis scienter huiusmodi secundum matrimonium contraxisset, prout habetur in Clemen. vnica. de consang. & affinit. idem & probatur per arg. in c. 15. q. 6. in fine. & in c. fin. 15. q. 1. in quibus dicitur Deum Optimum Maximum interrogare, ac respicere cor, & non opus. Probatur & secundò Doctorũ auctoritate. Glo. enim in c. vnico. de religio. domibus. in sexto, in versic. receptio. dixit, quòd si quis † talem
9 Ordinẽ profiteri intendisset, non esset obligatus adire aliam religionem, & quòd credẽdum sit ei: aliàs teneretur. Idem docuit latissimè Lapus in dicta allegat. 47. nu. 6. dicens huiusmodi profitentem posse tuta conscientia matrimonium cõtrahere. Idem docuit Archidiaconus expressissimè in d. c. vnico. in versic. valeat, dicẽs, ꝙ si quis se obligasset per professionem intẽdens se obligare huic religioni sibi interdictæ, quoniã tunc non teneretur ingredi aliã religionem virtute dictæ professionis. Et licet ꝓsenti nostræ ampliationis veritati explicitè sacri Theologi nõ se subscripserit, cùm de ipsa non egerint specialem mentionem. Nihilominus asseueramus illos nõ fuisse ei aduersatos, imò implicitè patrocinat*, prout patebit ex citandis statim Doctor. ipsorum sentẽtijs. Sciendum ergo erit, quòd Diuus Thomas in 2. 2. quęst. 88. art. 3. in respon. ad secundum inter alia his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Si autem principaliter intenra dit se obligare † ad hanc religionem, vel ad hunc locum propter specialem complacentiam huius loci, vel religionis, non tenebitur ad religionem (scilicet aliam) intrare: si illi eum recipere nolunt. Ex quibus verbis patet ipsum Sãctum

ctum Doctorem, idem tacitè do cuiſſe in caſu noſtro, qui eſt ei ſimilis eo magis, quòd Caetanus ibidem in cõmentarijs interpretando dicta verba Diui Thomæ, dixit. Nam ſi vouens non intendiſſet ſe obligare, niſi ad religiones ſibi notas, & in locis propinquis, non tenebitur limites ſuæ intentionis exire. hæc ille. Ex cuius verbis elicitur quoque veritas præſentis noſtræ ampliationis. Idem colligitur ex ſententia Riccardi de Mediauilla in 4. ſentent. diſtinct. 38. artic. 5. quæſt. 1. in reſpon. ad ſecundum. Vbi dixit eum, qui vouit ſe intrare religionem, aut determinat ſuam intentionem ad vnam religionem tantum, aut non: ſi ſic, non tenetur intrare aliquam religionem, ſi illa religio, quam determinatè vouit intrare eum non vult recipere, quia illam intrare factũ eſt ſibi impoſſibile, & ad nullã aliam ſe obligauerat, hæc ille: ex quibus patet ipſum Riccardum implicitè, & quaſi ad verbum confirmaſſe veritatẽ præſentis ampliationis, cum eius ſententia fundetur ſuper intentione ipſius vouentis, & impoſſibilitate eius ingreſſus in religionẽ, quam ingredi vouerat, quæ quidem impoſſibilitas non tantum meritò venit conſideranda ex parte voluntatis Religionis approbatę, q̃ ipſum nollet acceptare, verumetiam ex parte religionis prohibitæ illum acceptare ratione ſuæ nullitatis, ac fundamenti ipſius, prout peroptimè docuit Dominicus a Soto in lib. 7. de iuſt. & iure. quæſt. 2. art. 1. col. 8. in verſ. ex his, quę dicta ſunt. vbi inter alia hæc præciſa verba protulit, videlicet: Vt ſi fortè eam religionẽ peculiariter vouiſti, vbi Neophiti non admittuntur, cùm id primum reſciueris, neque illam, neque aliam ingredi teneris: hæc ille. Ex cuius dictis patet noſtræ ampliationis veritas, cum profeſſio emiſſa in religione non approbata, ideſt non apta, & licenciata ad recipiendos nouitios ad profeſſionem ſit nullius obligationis, ac ſi nullatenus fuiſſet emiſſa. Noſtrę quoque ampliationi aſtipulatur Gabriel Biel in 4. ſent. diſt. 38. q. 1. art. 3. titu. de voti obligatione. in verſ. poſſet dubitari ferè ijſdem verbis Archidiaconi, Sancti Thomæ, Riccardi, ac communiter Doctorũ, vſus fuit, dicẽs. Aut talis, &c. Idem docuit Nauarrus in ſuo Manuali. c. 12. titu. de voto. §. 16. & 17. nu. 46. & 47. Nec obſtare poterit præſenti noſtræ ampliationi opinio Paludani, in 4. ſent. diſt. 38. quæſt. 4. articulo primo, concluſione 3. dicentis, quòd ſi quis intendiſſet ad iſtam religionem præcisè, & non ad alias, non teneri ad alias in genere; neque ad iſtam, ſi illa fuiſſet omnino annihilata, prohibita, vel illa nollet ipſum vouẽrem ſuſcipere, ſecundum alios: contra quos ipſe dicit ſibi videri huiuſmodi vouentem teneri ad religionem in genere. Diximus hanc opinionẽ non obſtare: cùm nulla iuris auctoritate, vel ratione fulciatur: imò contra ipsã ſint & iura prædicta & auctoritates

ſupra

supra citatorum Doctorum, quibus astipulantur quæ afferẽtur in hac infrascripta rõne: quapropter dicimus præsentem ampliationẽ probari & tertiò, & hac ratione, videlicet: cùm enim apud omnes Theologos sit inconfesso v-
11 numquodque votum † sumere vires ab intentione vouentis: & intentio (vt proposuimus) emittentis supradictam professionem, fuerit intendere se specialiter ad obseruandam vitam Monachalem sub regula Sancti Benedicti, sub habitu nigro in dicto Monasterio Sanctæ Mariæ, credendo se verè posse emittere votum solemne in manibus dicti Prioris, sub noua religione a dicto Priore instituta: ac per consequens cùm indè palàm fiat ipsum vouentem non se obligasse ad alias Congregationes Sancti Benedicti, nec ad alias religiones in genere non teneri perseuerare in religione illa non approbata, nec aliam ingredi sub præcepto: cùm ad alias se non obligauerit explicitè, vt patuit, sed nec implicitè, cùm tantũmodo ipsius intentio fuerit lata ad professionem emittẽdam in dicta religione nouiter instituta, credẽs illam ritè institutam fuisse iuxta Sacrorum Canonum decreto. Ex quibus omnibus patuit ipsum adolescentem non teneri amplius ad circuneundum alias religiones eiusdem, vel alterius Ordinis: nec permanere vinctum voto simplicis religionis: cùm ipsius voti vinculo non se astrinxerit aliàs, nisi per professionẽ, quæ (vt fuit probatum) fuerat solemnizata extrinsecis tantùm solemnitatibus, & nunquam fuit legitimè ac iuridicè emissa, cùm, vt latissimè probatum fuit) de professionis
12 † essentiali vinculo requiratur: vt fiat in religione approbata, & in manu eius, qui iure ordinario, vel delegato posset eam iuridicè recipere. At cum ambo hæc essentialiter requisita in casu proposito defuerint. Concludendum de iure omnino erit, non solùm dictam professionem nullam, nulliusque virtutis ac obligationis: verùmetiam dictum adolescentem posse legitimum matrimonium contrahere: ac si nunquam huiusmodi professionem emisisset.

At quoniam posset quis insurgere contra nostram conclusionem, & eius ampliationem, dicendo ipsas falsas primò pro eo, quòd notatur in c. vtile. de regulis iur. in sexto, vbi dicitur, [vtile
13 † per inutile non debet vitiari.] At vtile est votum simplex religionis: ergo non debebit vitiari, nec annullari per subsequens votum solẽne religionis per professionem emissum: licèt ipsum fuerit inutile, idest, nullum: cùm non obliget: Sic ergo videbatur fore dicendum ipsum adolescentem, saltem adstrictum vinculo voti simplicis religionis approbatæ; ac per consequẽs ipsum teneri ingredi religionem approbatam ratione dicti voti simplicis, vt docuerat Petrus à Palude in 4. sent. dist. 38. quæst. 4. articulo primo, col. 3. dicens, quòd si

quis

quis intendisset se obligare ad istam religionem præcisè, & non ad alias. teneretur ad alias in genere, etsi non ad istam, &c. prout latius supra retulimus. Secundò. Quoniam post professionē emissam per tres annos cōtinuos perseuerauerit in dicta Religione, nunquam reclamando, ex quo patet ipsum tacitam emisisse professionem, ac per consequens saltem elici videtur ipsum teneri ad ingressum alterius religionis non prohibitæ, vt fuit decretum à Bonifacio Octauo Papa in c. constitutionem. de regul. & transeunti. ad relig. in sexto, in quo ĩter alia statuit, quòd si quis in aliqua religione ante annum probationis per susceptionem habitus professorum, licèt non teneatur ad religionem, in qua professus est; obligatur tamen ad religionē generaliter, si ętatis aptę sit, si sciēs, & voluntarius, & triduo perseueraſſet, quæ omnia videntur concurrere in dicto adolescente, qui in legitima ætate professionem emisit. his tamen non obstantibus adhùc affirmamus veriſſimas fuisse conclusionem ac ampliationes supradictas.

Ad primam ergo obiectionem respondendo (dicimus) per ipsam regulam iuris nihil probari contra nostram conclusionem: cùm ex ipsa nihil aliud eliciatur, nisi, ꝙ id, quod in se validum est, non inualidetur per subsequētem aliam circunstantiam in se inualidam. quod & patebit in sequenti exemplo posito in glosa dictæ regulę, scilicet si aliquis esset prohibitus † aliquo iure donare vltra summam centum aureorum: si donauerit mille, licèt ipse donator nō teneatur ad mille, quos donare non poterat: benè tamen tenebitur ad centum, & quos donare sibi prohibitum non erat: non tamen hæc regula militabit in casu nostro, quia per emissionem professionis in regula non approbata, is non se obligauit ad votum solemne religionis: & nunquam, (vt supponitur in casu nostro) antè ipsam professionem emissam adolescens iste vouerat se ingressurum aliquam religionem, ratione cuius voti tenebatur ingredi in religionem, in commune, vnde patet dictam regulam iuris non verificari in casu nostro, sed tātum in eo, qui antè ingressū religionis prohibitæ vouisset ingressum religionis approbatæ in genere: quod non negamus, si adolescens huiusmodi antè professionem, vel ingressum religionis talis prohibitæ vouisset in genere religionem. Nam tunc solùm teneretur, cognita professionis suæ nullitate, ingredi religionem approbatam. stante regula illa vtile per inutile non debet vitiari, quia nullo pacto fuisset annullandum votum simplex religionis in genere emissum antè professionem emissam in religione prohibita per subsequens inutile, ideſt, per subsequentem frustratoriam, & nullam professionem in religione prohibita emissam.

Ad auctoritatem Paludani, q̃ facillima erit responsio, dicēdo, quòd

quòd licèt ipse contrarium senserit: non iccircò infirmatur veritas nostræ sententiæ, cùm illa innumeris auctoritatibus, tum iuris, cùm Sacrorũ Theologorum, ac Canonistarum & rationum irrefragabilium fuerit roborata.

Ad secundam obiectionem respondetur, nihil per ipsam contra nostram assertionem probari, & quòd sit verum ex responsionibus ad auctoritatem adductam, ipsa luce clariùs patebit: Dicimus ergo, quòd licèt in dicto Canone decretum videatur contrarium: tamen per text. in c. non solum. de regul. & transl. in sexto, habentur, infrascripta inter alia, videlicet. [quòd si quis ante quar-
15 tumdecimum annum † professus fuerit religionem, licèt tacitè vel expressè, omnino ad seculum redire poterit.] & hæc habentur ex ipso text. arguendo à contrario sensu: vt elicitur ex litera eius: Attamen pro maiori intelligentia præsentis responsionis, sciendum quòd de substantia obligationis votis solemnis, & ad
16 eius firmitatem † nihil operatur perseuerantia per triennium in religione prohibita: cùm absolutè per allata in iuribus citatis in probationem dictę nostrę conclusionis probatum fuerit, ipsum votum non solemnizari, nec votum solemne vocandum fore, si emissum fuerit in religione non approbata: eo magis quòd etiam poterit elici veritas hostræ responsionis per regulam iuris in c. non firmatur, de regul. iur. in sexto, vbi habetur hæc regula opti-
17 ma. [Non firmatur † tractu temporis, quod ab initio de iure non subsistit.] ergo cùm dicta professio non subsistat de iure; patet eam nõ firmari tractu temporis: ita, vt ipsa inualida sortiatur suum effectum, ac si fuisset valida: Et licèt tex. in dicto c. constitutionem, dixerit. Professum antè annum probationis non teneri ad illam Religionem, sed ad Religionem in genere: Dicimus ac firmissimè asseueramus ipsum non loqui in casu nro, sed de eo, qui professionem emiserat antè annum probationis: Dicimus insuper, quòd dato & non concesso, imò nec vnquam concedendo, quòd loquatur etiam de professo in Religione non approbata: Tamen ex ipso nihil probari patet contra nos hodie: stante decisione supra allata Sacri Concilij Tridentini, declarantis ipsam professionem nullam esse, nec aliquam inducere obligationem ad alicuius regulę, vel religionis, aut ordinis obseruationē, & ad alios quoscunque effectus, vt habetur in dicta decisione allata in ipso Cõcilio sess. 25. de reformatione cap. 15. & in c. 19. sess. eiusdem, vbi datur tempus quinquennij illis, qui emisisse professionem antè legitimam ętatem, vel per metum & vim sibi allatum, aut quid simile dixerint: infra quod tempus solummodò poterunt reclamare, reuocare, ac annullare obligationem cunctam ex huiusmodi professione emissa ortam. ex quibus omnibus patuit veritas responsionis nostræ ad dictas obiectio-

obiectiones factas, ac per conſequens veritas ſupradictæ noſtræ ſententiæ.

Et hæc eſt mea ſnia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congreg. Caſſinenſis V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Falſarius an dicatur ſcribens nomine alieno, ipſo inſcio.*
2 *Falſarius (de quo eſt ſermo) qua pœna puniendus erit.*
3 *Pœnæ damnationis ad metallum hodie ſucceſſit condemnatio ad deſeruiendum in triremibus.*
4 *Falſificans ſcripturas priuatas punitur pœna falſi, ſicut falſificans publicas, tã in foro ſeculari, quàm in foro Eccleſiaſtico.*
5 *Quæſtio vbi aliqua non reperitur deciſa de iure Ciuili, decidetur de iure Canonico, et è contra, in utroque foro: & quare.*
6 *Falſarius quibus pœnis veniat puniendus de iure Canonico.*
7 *Suſpenſio à priuatione etſi regulariter differat, tamen ſæpè inter ſe confunduntur (prout in caſu noſtro) & quare.*
8 *Dictio, Donec, de iure quem ſenſum recipiat.*
9 *Pœna aliqua, quando intelligetur perpetuò infligta.*
10 *Falſitatis crimen eſt ſufficiens ad priuandum aliquem beneficio ſuo.*
11 *Falſi pœna veniet puniendus quis etiam in ſcriptura priuata, ſi illa faceret aliquam præſumptionẽ contra aliquem.*
12 *Teſtis deponentis in iudicio contrarium eius, (quod dixerat extra iudicium) dicto non creditur, niſi idipſum repetierit in tortura.*
13 *Teſtis approbatus ac productus ab aliquo plenam fidem faciet ſi depoſuerit contra producentem.*
14 *Falſarius dicitur vendens rem eandem duobus.*
15 *Teſtis criminoſus non admittitur de iure Canonico in cauſa criminali criminaliter mota, etiam ſi fuiſſet de crimine emendatus.*
16 *Mulieres, quæ prohibentur teſtificari de iure Ciuili, & quæ de iure Canonico.*
17 *Falſitas non notibilis, an ſit punibilis, et qua pœna.*
18 *Regula, quòd quælibet cauſa iuſta, ſiue iniuſta excuſet quem à dolo, & pœna, quando locum habeat.*
19 *Depoſitioni conſcij criminis qualis fides ſit adhibenda.*
20 *Regula, quòd verba legis ſint intelligenda cum effectu, exponitur.*
21 *Falſi pœna non ſolum punietur iudicem corrumpens, verùmetiam corrumpere attentans, etſi non ſequatur effectus.*

De materia falſi, & eius pœna.

THEMA:

Quidam Sacerdos ſub nomine hominum cuiuſdam villæ ſcripſit quaſdam litteras continentes crimina grauia contra honorem cuiuſdam

Digitized by Google

dam alterius Presbiteri curati, eas dirigendo Superiori illius, ad hoc, vt ipsum amouisset a tali cura, quam ei delegauerat dictus Superior. Qui tandem existens in carcere confessus in iudicio fuit huiusmodi litteras scripsisse nomine hominum dictæ villæ sine eorum mandato, aut scientia: sed proprio motu, vt consuluisset tali pacto honori clericalis Ordinis, & saluti animarum.

Quæruntur modò tria, videlicet:

Primum. An dictus Presbiter fuerit falsarius.
Secundum. Qua pœna veniat puniendus.
Tertium. An fit fides adhibenda ei asserenti illas scripsisse zelo salutis animarum.

DECISIO XXVI.

INVOCATO Sanctissimæ Trinitatis indiuiduę numine, Deiparæq; Virginis Mariæ, & Sanctissimi nostri Patriarchæ Benedicti patrocinio, breuissimo sermonis periodo afferremus in medium quicquid consonum iuribus erit.

Et primæ quæstiunculæ volentes satisfacere firmissimè asseueramus ipsum Sacerdotem fuisse, & esse iudicandum falsarium, cũ scripserit litteras nomine alieno, & non tantũ nomine priuatę personæ. Verum etiam (quod fuit magis erroneum) † nomine vniuersitatis, seu communis dictæ Villæ, ipso irrequisito, & ignorante, prout dictus Sacerdos in sua iudiciali confessione fassus fuit, & sic. Primò hac de causa dicendus erit falsarius, & secundò pro eo, q ipsemet confessus fuit in actis coram Reuerendissimo Auditore Illustrissimi Legati Apostolici, apud Dominos Venetos, se studuisse, ac nixũ fuisse corrumpere ipsum Reuerẽdissimum Auditorem mediante quodam Officiale eiusdẽ Curię dicti Legati. Quapropter duplici ex causa dicẽdus erit falsarius, ac per consequens pœnæ falsi subijciendus, prout docuit apertissimus textus in l. 1. §. 1. in vers. sed & si quis. ff. ad l. Cornel. de falsis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Sed & si quis obrenunciandum, remittendumvè testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ afficitur, & qui ludicem corruperit, corrumpendumque curauerit. Qui in rationibus, tabulis, cereisve, vel alia qua re sine consignatione falsum fecerint, vel rem ammouerint proinde ex his causis, atque si erant falsarij puniuntur.] hæc ibi. quæ omnia approbantur ab Hostiense in Summa titu. de crimine

mine falsi. §. qualiter committatur. & ab omnibus Doctoribus in rubr. ff. ad l. Cornel. de falsis.

De secunda proposita quæstiuncula dicimus, quòd de iure
2 Ciuili huiusmodi falsarius † veniat puniendus pro quolibet ex casibus pœna deportationis, & omnium bonorum publicationis vt in l. 1. §. fin. ad l. Cornel. de falsis. Si huiusmodi falsarius seruus non fuerit, vt in casu nostro (sed si seruus, tunc vltimo supplicio damnabitur: quod & probatur in dicto §. fina. per dictum textum, videlicet. Pœnam falsi, vel quasi falsi, deportatio est, & omnium
4 bonorum publicatio: & si seruus eorũ quid admiserit, vltimo supplicio affici iubetur: quæ omnia etiam hodie vera sunt, loquendo de his, qui carent descendentibus, & ascendentibus vsq; ad tertium gradum, & vxoribus, quia tunc bona talium confiscabuntur: si tamen aliquam personam ex talibus haberent, tunc ad eas transmigrarent bona talium falsariorum, vt in Authen. nulli iudicum. §. fin. vbi dixit Bart. quòd id, quod dicitur de deportatione, locum habet in nobilibus:
3 sed ĩ aliquo plebeo est pęna † dãnationis in metallum. hæc ille. & huic pœnæ (prout communiter tenetur) succedit cõdemnatio ad triremes. de qua pœna loquens Iul. Clarus in sua praxi lib. 5. §. falsum. in versi. testis qui falsum. his præcisis verbis vtens, videlicet. Si verò deponit falsum ad defensam, incidit in pœnam falsi: quæ est deportatio cum publicatione bonorum, sed quia huiusmodi deportatio non est in vsu; debet puniri pœna extraordinaria ad arbitrium Iudicis, & ita in facti contingentia consuluit Alexan. in consi. suo 57. lib. 7. & in iudicando secuta est Curia Neapolitana. Quę condemnauit ad triremes ad tempus quendam, qui falsum deposuerat ad defensam, vt refert Grãmaticus noster in voto quinto, & suo tract. super constitutiones Regni fol. 116. col. 3. sed nec obstare potest, quin dictus Sacerdos subijciatur supradictę pęnæ eò, quòd non falsificauerit
4 † aliquam scripturam publicam, sed priuatam: etiam pœna falsi puniendus veniat scripturam priuatam falsificans, vt docuit text. in l. Damus licentiam. C. ad l. Cornel. de falsis. vbi inter alia hęc habentur, videlicet. [Quòd si expetens vindictam, falsi crimen intenderit: tunc quæstione ciuili per sententiam terminata, criminis fiat indago, vt ĩ quis tabulas testamenti chirografa, attestationesque, necnon & rationes priuatas, vel publicas factas, & Epistolas, vel vltimas voluntates, venditionesvè, vel aliquid prolatum aliquod instituere conabitur; habeat accusãdi facultatem, & conuicta crimina eorum ex legibus, pęnis competentibus possunt vlciſci.] hæc ibi. Idem & breuius habetùr in dicta l. 1. §. 1. in versi. Qui in rationibus. ff. ad l. Corne. de fal. vt etiam peroptimè docuit Bossius in sua praxi. titu. de falsis. nu. 81. & hæc dicta sufficiant pauca de multis; quibus dictum

dictum Presbiterum de iure ciuili puniendum fore constat. Quæ vtique pęna etiam in foro Ecclesiastico executioni mandanda erit: tum quia nulla sanguinis vindicta ibi iniungitur: tum quia leges ciuiles † adiuuare possunt fo
5 rum Ecclesiasticum, vt in c. lege, §. non quod Imperatorum leges, dist. 10. & clarius docuit Innocentius Papa Tertius, & habeť in c. 1. de noui oper. denunc. Vbi infrascriptis verbis vtitur, videlicet. [Quia verò sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sanctorũ statuta Canonum Principũ constitutionib. adiuuãtur, fraternitati tuæ mandamus quatenus diligenter considerãs, ꝙ post denũciationem noui operis, siue iure, siue iniuria aliquid constituatur, legalib. debet cõstitutionib. demoliri, & quia nulla Ecclesia in præiudicium est alterius construẽda, negotium ipsum ſm Legum, & Canonum statuta non differas terminare.] hæc ibi. Et sciendum, ꝙ in Authen. vt clerici apud ꝓprios Episcopos. ad fi. col. 6. dicitur, ꝙ leges non dedignantur sacras leges imitari.

De iure autẽ Canonico, quòd
6 falsarius † debeat puniri infrascriptis pœnis, sic probatur. Nam primò debet puniri pœna depositionis ab ordine, si cõuictus, vel confessus fuerit in iudicio (vt Presbiter noster) docuit, ac statuit textus in c. at si clerici. extra de iudicijs. Vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Si verò coram Episcopo in iure cõfessi sunt, seu legitima probatione cõuicti: dũmodo sint talia crimina, propter quæ suspendi debeant, vel deponi, non immeritò suspendendi sunt a suis ordinibus, vel ab Altaris ministerio perpetuò remouendi.] hæc ibi: & ꝙ dictus Presbiter fuerit confessus in iudicio crimen dignum depositione, patet: cùm ex cõfessione ipsius in iudicio facta: cùm etiam per ea, quæ habentur in c. cùm nõ ab homine. ext. de iudicijs. in quo inter alia hæc habentur, videlicet. [Consultationi tuę taliter rñdemus, ꝙ si clericus in quocunque Ordine constitutus in furto, vel homicidio, vel periurio, seu alio crimine fuerit deprehẽsus legitimè, atq; conuictus ab Ecclesiastico Iudice deponẽdus est: Secũdo dẽt puniri pœna priuationis beneficiorũ suorũ, vt docuit text. in c. tã litteris. §. fi. ext. de testib. vbi hęc habenť, videlicet. [Archipresbiterũ Lucanum G. Sacristã, qui contra prædictũ electum litteras nobis sub noĩe maioris partis Capituli destinarũt. Cũ constet per attestationes prædictas lõgè maiorem partem Capituli non fuisse conscium huiusmodi litterarũ ab officio, & beneficio denũcietis esse suspensos, donec mereantur nostram indulgentiam obtinere.] hęc ibi. per ꝙ patet veritas nostrę assertionis atque ſniæ arguendo in casu nostro a fortiori: sic argumentando, si ille Archipresbiter Lucanus, & Sacrista direxerit ad Papam litteras de consensu aliquorum de Capitulo (licet illi tales cõsentientes fuisset minorem partem dicti Capituli,

& nomine maioris partis Capitu li (nomine Capituli appellantur à Sũmo Pontifice falſarij, & mandantur priuari beneficio & officio, quanto magis Presbiter noſter de quo quæritur) priuandus erit: cùm ſcripſerit, & direxerit literas prædictas ſubſcriptas nomine communis dictæ villæ: cui ſcripturæ nullus de communi, ac villa prædicta conſenſerat: Nec obſtat, quòd dictus Papa ibi non vſus fuerit verbo priuationis, ſed ſuſpenſionis: Non (inquam) obſtare poterit. quoniam etſi inter
7 ſe hi duo termini † regulariter diſſent: Tamen ſunt potiſſimum interpretandi ſecundum ſubiectam materiam, eò, quòd adinuicem ſæpè confundantur, vt in caſu dicti Canonis, & noſtrę propoſitæ quæſtionis: cùm ex contextu verborum dicti Canonis comprehendatur luce meridiana clarius vnum pro altero vſurpatum fuiſſe: cùm mandet Papa ſuſpendi eos ab officio, & beneficio, donec ſibi denuo indulgeat ab ipſo Pontifice: & quòd hęc priuatio ſic mandata fuerit perpetua: quis ſine rubore audebit negare? tùm quia ibi nulla mentio facta fuerit a Summo Põtifice de tempore durationis dictę ſuſpenſionis: tum quia qui penitus priuatur beneficio & officio à Papa, poterit rurſus eidem indulgeri ab eodem Papa ac donari beneficium, & executio Officij priùs obtẽti & dicta de cauſa amiſſi. ex quibus elicitur apertiſſimè, quòd talis ſuſpenſio fuerit realis, ac integralis priuatio perpetua: & non ſimpliciter temporalis ſuſpenſio: cùm etiam, quo-
8 niam dicta verba, Donec † &c. ſimilem recipiat ſenſum: ac ſi dictum fuiſſet, donec reuocetur: & quòd huiuſmodi verba (quando agitur de crimine præmiſſa cauſæ cognitione, prout fuit in dicto c. tam literis) denotent perpetuitatem, docuerunt expreſsè Imo. Ant. de But. & ferè omnes Doctores in c. ex litteris. extra de conſtitu. & præcipuè Decius ibidem in fin. Nam omnes vnanimes do-
9 cuerunt, quòd quando pęna † pro crimine aliquo perpetuo cũ plena cauſæ cognitione: tunc intelligetur pœnam illam eſſe perpetuam: quod vtique contingere in caſu dicti c. tam ex litteris. §. fin. ext. de teſtibus. patet ad ſenſum. Tertiò dictus Presbiter falſarius ſic depoſitus ab ordine detrudendus erit in Monaſterio ad pagendam ibi pęnitentiã, vt ſtatuit tex. in c. ſi Epiſcopus. diſt. 50. vbi hæc habent, videlicet. [ſi Epiſcopus, presbiter, aut Diaconus capitale crimen commiſerit, aut cartã falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit, ab officij honore depoſitus in Monaſterio detrudetur: & ibi quandiu vixerit laicam tantummodo cõmunionẽ accipiat.] hæc ibi. Ex cuius verbis quam apertiſſimè patuit veritas noſtræ ſententiæ: Et quartò, quòd dictus presbiter veniat priuandus beneficijs propter crimen falſitatis, probatur per argument. in c. olim ex litteris, in fine, ext. de reſcriptis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Nos igitur reſpondemus,

quòd

Digitized by Google

quòd clausula illa ad omnia debet superiora referri, quòd ipsi R. præfatæ Ecclesia conferatur: quia licet vitia falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super Ecclesiam ipsa sufficiant, qui falsitatem huiusmodi perpetrauerint.] hæc ibi. Diximus probari hoc quartum assertum nostrum per argumentum in dicto c.olim ex litteris.quoniam licèt explicitè ibi non contineatur decisio nostræ quæstionis,tamen ex ipso elicitur, cùm ex ipso habeamus, quòd propter vitium falsitatis debeat quis priuari beneficio, vt latius postea docuit Panormitanus statim infra citandus:& hæc omnia quoad simplicem falsitatem dicta sint. Sed animaduertendum, & quintò erit, quòd cùm dictum Presbiterum (ex tenore dictarum litterarum falsarum) conuincatur appellandum fore compositorem libelli famosi:iccircò tanquam talis veniret de iure ciuili puniendus pęna capitali,vt in l.vnica. C.de famosis libellis, & de iure Canonico pœna fustigationis, vt habetur in capitulo primo, 5.quæst. prima, quibus vtique ambabus pœnis mandauit tales criminosos puniri Pius Quintus in extrauagan.sua cõstitutione, addens, quòd veniat taliter puniendus etiamsi dictus libellus continuisset vera. Sextò iuxta constitutionem Gregorij Tertijdecimi dictus Pręsbiter esset puniendus pęna condemnationis ad triremes perpetuò, vel ad tempus, iuxta qualitatem delicti huiusmodi: necnon pœna, & nota perpetuæ infamiæ: quas pœnas ibi Summi Pontifices fulminarunt cõtra menantes,& famigerantes, seu componentes libellos famosos. Quæ omnia vera esse docuerunt quoque infrascripti Doctores. Nam Hostiensis in sua summa in titu. de crimine falsitatis. §.& qualiter puniatur.in versic.falsarius verò.infrascriptis præcisis verbis vsus fuit,videlicet. Falsarius verò Episcopus deponitur, & in Monasterio detruditur, vt in cap.si quis Episcopus.dist.50. & secundũ Da. Vl.est ab officio,& beneficio suspendendus, siue suspensus pronunciandus,sicut & falsarius Capituli, donec indulgentiam Summi Põtificis mereatur. vt in c.tã litteris.§.vltimo.ext.de testibus. Vel melius secũdum dictum Da.intelligitur, quando in modum accusationis conuincitur criminaliter accusatus:In modum autem inquisitionis si fuisset conuictus, habet locum quod dixi(inquit ibi Host.)vt innuit illa decretalis. cap.tam litteris.vel quando falsarius ciuiliter conuincitur,ad hoc,vt beneficio Ecclesiastico priuetur, quod habet locum in falsario delegati,vel quocunq; vis alio.vt in d.c.olim ex literis.Hęc omnia ex Host.vbi sup. quibus astipulatus fuit Anton.de Butr. in d.c.olim ex litteris. col. 3.in vers.vnum tamen volo, inter alia his verbis,videlicet.Et nota, 10 q̃ delictum falsitatis † est sufficiens ad priuandum beneficio, quod rursus confirmauit in d.c. tam litteris., num.10. his verbis

vtens, videlicet. Nota decimò falſum committere deſtinantē litteras nomine Capituli, ſi ipſum totum, vel maior pars non conſentit, ſed minor pars Capituli. & in notab. 7. ipſemet dixit. Nota pœnam falſarij, quia ſuſpenditur ab officio, & beneficio. hæc ille. Abbas quoque Pan. idipſum docens dixit in d.c. olim ex litteris. not. 2. Nota ſecundò, ꝙ propter vitiū falſitatis ét commiſſæ circa litteras inferiorum iudicum, poterit clericus priuari beneficio ſuo: plᵒ dico, ꝙ ſi ageretᵉ criminaliter ſuper hoc vitio falſitatis: clericus ipſe falſarius debebit deponi ét ab ordine, & priuari omnibus beneficijs, & detrudi in Monaſterio ad agendam pœnitentiam, vt in c. ſi Epiſcopus. diſt. 50. Idem docuit Felinus in d.c. tam litteris. not. 4. ſe ſubſcribens ſupra relatę ſentēt̄ię Panormitani, quod repetijt in c. ex tenore. col. 7. in princ. in verſ. & dicunt Butr. & Pan. ext. de reſcriptis. Hoc ipſum docuerunt vnica voce Archid. Gemin. Præpoſitus, & Cardinalis a Turrecremata, dicentes falſarium fore priuandum officio, & beneficio, & hoc dixerunt in d.c. ſi Epiſcopus. & in c. in memoriā. diſt. 19. Afflictus verò noſter Compatriota, ſuper Conſtitu. Regni fol. 117. aliàs ſub rubr. de pęnis eius, qui gerit officiū. nu. 4. Grāmaticus in deciſ. 27. Ant. Gabr. in lib. 7. concl. titu. de maleficijs, concluſ. 5. nu. 1. & 2. idipſum docue-
11 runt aſſeuerantes pęnam † falſi fore aliquem puniendum etiā in ſcriptura priuata faciente aliquā preſumptionem contra aliquem. Idem confirmauit Imo. in c. tam litteris. nu. 7. ext. de teſtib. validiſſimis rationibus, & argumentis probando Presbiterū falſarium fore de iure priuandum beneficio, & officio.

Nec obſtāt nōnulla allata a parte aduerſa in fauorē dicti presbiteri. Nā primò aſſertū fuit, ꝙ etſi conuincatur ipſum Presbiterum ſcripſiſſe dictas litteras, tñ ipſe probauit per teſtes deductos vera ī ipſis cōtenta fuiſſe, & ꝙ ideo non veniat puniendus. Ad hoc rñ debimus dupliciter. Primò dicendo ad id, quod dī, ꝙ contenta in litteris fuerint probata, eſſet de iure negandū, cum illa fuerint ſolum probata atteſtationib. teſtiū inhabilium, vt ſtatim palam fiet, afferendo eorum qualitates in iudicio probatas per exceptionē: ſed dato, & non cōceſſo, ꝙ fuiſsēt probatę, quid inde? ergo ne faltē ratione iniurię illatę nō veniret puniēdus de tali facta iniuria, vt ſtatim ſubinferemus? Et ꝙ legitima non fuerit probatio facta per depoſitiones teſtium deductorum ad inſtātiam ipſius Preſbiteri elicitur ex exceptionibus productis, & probatis contra eorum perſonas, & dicta: Nam Paulus Gaionus, & Ioannes eius filius teſtes examinati ad inſtantiam partis aduerſæ in iudicio dixerunt contrarium eius, quod dixerant extra iudicium, vt ex eorundem depoſitionibus apertiſſimè elucet, & ideo meritò de iure dicendum erit non fore ſtan-
12 dū eorū dictis, † niſi idipsū repeticrint

tierint in tortura. Vt docuit vltimo loco Iulius Clarus in sua praxi crimin. §.fin. quæst.53. incip. Est etiam pars defensionis.in versic.primus casus est: ibi bene verum,&c. Post Hypp.de Marsil.in suo singulari 213. qui dixit hanc
* esse cõmunem Doct. sentẽtiam, ex quib.patet hos duos testes nihil probare contra nos in fauorẽ dicti Presbiteri,ac si nihil deposuissent contra eum .

Item cum Andreas quondam Petri Zoccolarij in testem ex aduerso receptus aliter non probet intentionem producentis,quinimò contrarium(vt in suæ depositionis fol.29.) & sic in fauorem
13 Monasterij:Cui testi † per partẽ aduersam approbato plena fides adhibenda venit, etiam si vnicus is sit,vt docuit Bar.in l.Lucius.in fine. ff.de fideiussor. Guido Papa in decisione quæst.108. Maranta in tractat. de ordine iudiciario par.6.actu.13.nu.10.Antonius Gabr.in tract. Conclusionum, tit,de testibus,cõclusione 1. limitatione 5.nu.14.& 15. & sic nec hic testis aliquid contra Monasterium probat, imò summopere fauet.

Item cum contra Mattheum de Polis (testem productum a dicto Presbitero)iam plenè probatum
14 fuerit ipsum vendidisse † candẽrem duobus per multos testes,vt latius in actis,ac per consequens incurrisse crimen falsitatis,vt docuit textus in l.qui duobus.ff.ad l.Cornel. de falsis . Quapropter eius dicto tanquam prolato a falsario nulla fides adhibenda esset, vt semper communiter Doctores docuerunt iuribus vulgarib.probantes .

Item contra Ioannem de Polis opponitur, quòd ipse in sua depositione folio 42. non deposuit,nisi de auditu, & specialiter a quadam Adriana, quæ tamen interrogata a Marco Vngarino respondit,se nunquam hoc dixisse,eo quòd verum nõ esset : quod & idem Marcus medio iuramento testificatur folio vigesimotertio.Cùm sit testis de auditu alieno,& solum deponat de mala fama ipsius Presbiteri Georgij,cõtra quem erat tenor litterarum falsarum , & è contra bona fama ipsius Georgij probata fuisset p viginti duos testes iuratos, in informatione capta ad instantiam Curiæ, ideo eius dictum producentem aduersarium in aliquo releuare non poterit .

Item contra Dominicum Columbera oppositum fuit ipsum esse furem,& cessisse bonis , prout in actis apertissimè fuit probatum ex dicto infrascriptorum deponentium de propria scientia,videlicet Marci Gobbi.fol.2. Marci Vngarini folio vigesimotertio,Laurentij Lucatelli, folio vigesimoquarto,Laurentij quondam Marci Comitis folio septimo , & sic tanquam fur notorius
15 † repellendus erit a testimonio ferendo , prout docuit textus in capitulo de cętero, & in capitulo testimonium , extra de testibus.& in capitulo infames, sexta quæst.1.

Item contra Menicã quondã Iosephi Colũbera fuit oppositũ , ꝙ

fuerit meretrix, & apertiſſimè probatum depoſitione infraſcriptorum teſtium iuratorum. Hoc enim depoſuerũt de ꝓpria ſcientia Laurentius Lucatellus fol.25. Baptiſta quondam Petri a Boſſis fol.13. Ioannes Antonius Barzus fol.16. & de auditu Dñs Ioannes de Pino, fol.26. & ideo ipſius dictum nihil probat, vt latius paulò poſt probabitur.

Item contra Adrianam filiam Bartholomei Romoloti fuit oppoſitum, quòd fuerit inhoneſta, & meretrix, & iuerit ſola ſine conſenſu parentum eius Teruiſinam vrbem, & hoſpitata ſit ibi tempore fugę apud quendã Biruarium, prout depoſuerunt infraſcripti, videlicet Marcus Sebaſtiani Gobbi fol.3. Iacobus Franciſci Rubei fol.4. Ragnolinus fol.9. Lucas Nicolai Ragnolini fol.11. Alexander quondam And. Feldren. fol.9.

Nec obſtare poterit his exceptionibus ratione meretricij allatis id, quod pars aduerſa attulit dicens, quòd neceſſe fuerit Procuratori cõtrario articulare, & probare, quòd tales mulieres
16 ꝓ proſtituerint ſe, & corpora ſua palam cuilibet, abſq: delectu lucri, & quæſtus cauſa tantum, & quòd tunc poterunt appellari meretrices publicæ, quibus ſolis interdicta eſt facultas teſtificandi, vt in l.3.§.lege Iulia. ff. de teſtib. & in l. palam. ff. de ritu nuptiarũ. Non enim hoc obſtat, & ad probationem tripliciter reſpõdebimus. Primò dicendo, quòd licet de iure Ciuili illa dicatur meretrix (cuius teſtimonium non recipitur in iudicio,) quæ proſtituit ſe, &c. Textus illi intelligẽdi ſunt ſecundum qualitatem locorum, vbi habitant. Nam hoc valet in ciuitatibus, vbi publica poſtribula reperiuntur, non autem in villulis, (vt in caſu noſtro.) Secundo reſpondemus, quòd dato, & non conceſſo, quòd aſſertum partis aduerſæ eſſet verum de iure Ciuili: nihilominus in caſu noſtro non poterit dubitari, quin locum non habeat. Cum ſimus in foro Eccleſiaſtico, in quo attendenda erit diſpoſitio iuris Canonici, quod prohibuit in cauſa criminali criminaliter mota admittendas fore mulieres contra Clericos, vt tenere communiter Doctores dixit Iulius Clarus in ſua praxi lib.5.§.fin.q.24. in verſic. de iure aũt Canonico. Tertiò quoniam de crimine per exceptionẽ conuictus in cauſa criminali criminaliter mota de iure Canonico, in teſtem non erit admittendus. vt in c. teſtimonium. ext. de teſtibus, & quoniam huiuſmodi mulieres comprobatę fuerunt criminoſæ, ideo & hac etiam de cauſa repellendæ erunt a teſtificãdo. Vnde earũ dictum nihil probaſſe patet.

Item cõtra Matthiam vxorem quõdam Paſcalini Pagnolini oppoſitum fuit, & probatum de fama, quòd fuerit inhoneſta, & teſtes fuerunt infraſcripti, videlicet Laurẽtius Lucatellus. fol.24. Marcus Vngarinus fol.25. Ioannes Ant. Barzas fol.16. & ideo & hæc repellitur a teſtimoniõ authori-

thoritatibus ante allatis.

Et sic cum ex duodecim testibus ex aduersa parte productis: decem testes patiãtur dictos defectus, indè sequitur nullam fidẽ eorum dictis fore præstandam, satis apertè constare, & inde etiam sequitur minus fuisse verũ, quod productum fuit per partẽ aduersam, dicentem se probasse, ac fundasse suam intentionem cõtra ipsum Presbyterum Georgium, nã quoad duos alios superstites testes integrum numerum duodenarium constituentes dicitur, & respondetur, quòd & ipsi nihil probent.

Nam Magister Leonardus deponit in eius dicto fol. 35. & 36. solum, ꝙ viderit duas mulieres incedentes per publicam viam, qua pergitur ad villam Monasterij post Presbiterum Georgium, & se interrogatũ fuisse ab illis de via, qua itur ad dictam villam, & iccircò eius dictum nihil concludere per se patet: tum quia non indè sequitur hæc illatio, mulieres gradiebantur post Presbiterũ Georgium, ergo ad domum eius perrexerunt: cùm etiam, quoniã si Georgio conscio perrexissent, post ipsum non vtique de via interrogassent, cùm præuium habuissent ipsum Georgium. Quapropter & eius testimonium tanquam singulare, & dictũ irrationabile repellendum de iure erit.

Item contra Mariam quõdam Baptistæ, dicentem se vidisse, &c. opponitur. Primò quia mulieris dictum sit, vt supra fuit probatũ. Secundò, quia est testis singularis, cuius dictum non probat, iuribus vulgaribus, & tertiò, quia non est verisimile: cùm huiusmodi facinora ianuis apertis nõ assoleant perpetrari, & iccircò eius dictum nihil probare patet.

Ad id, quod secũdariò dicebatur in fauorem partis aduersæ, ꝙ falsitas cõmissa per ipsum Presbiterum Ioannem non sit de iure
17 punibilis, cùm nõ nocuerit, † nec nocere poterit alicui. Ad hoc respõdetur, ꝙ forsan assumptũ eius verificaretur respectu pœnæ ordinariæ, non autem respectu pœnæ extraordinariæ: cùm de iure talis pœna veniat punienda saltẽ pœna extraordinaria, s. pœna criminis stellionatus, quæ quidem (vt in l. stellionatus. §. pœna autem stellionatus. ff. de crimine stellionatus) pœna nõ debet egredi opus metalli in plebeis, sed in his, qui sunt in aliquo honore positi, est ad tempus relegatio, vel ab ordine remotio, prout docuit singulariter Plotus in repet. l. si quãdo. post nu. 721. referens ad hoc innumeras Doctorum sententias: & huic Ploto se subscripsit Iulius Clarus in sua praxi crimin. lib. 5. §. falsum. in vers. item excusatur, si falsitas. in fine. in vers. & in hoc proposito. vbi infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Et in hoc proposito concludo, ꝙ licèt falsitas non nocibilis non sit puniẽda pœna falsi ordinaria, secundum tamen qualitatem facti, & personarum, arbitrio Iudicis venit punienda.

Ad illud, quod in fauorem dicti Presbiteri Ioannis dictũ fuit,

quòd dictas litteras in contumeliam dicti Presbiteri Georgij ipse Ioannes direxerit non animo ipsum iniuriandi, sed vt consuleret animæ ipsius saluti, quàm facillimè contrarium elicitur tam ex tenore dictarum falsarum litterarū: ex quibus penes graues, & honestas personas illius nomen, ac bona fama, culpa dicti Presbiteri Ioānis prægrauata remansit, cùm ex liuore quodam, & inimico animo contra eundem Georgium ipse Presbiter Ioānes in quo versatus fuit, & est, prout fuit oblatum probari in articulis pro parte Monasterij productis, aliàs ad probationem, quorū (vt de iure fuerat) si fuisset deuenire concessum, satis verificatū quoq; fuisset de vita, & moribus eiusdē Presbiteri Ioannis, necnon & q ipse sit talis conditionis, vt sit solitus obloqui, & detrahere famæ Religiosorum, & signanter ipsius Presbiteri Georgij, & sic meritò cessaret ratio allignata falsò ab eo, quòd hoc fecerit zelo salutis illius in fauorem eius deducta (contraria voluntate concurrēte) ac probatur, cùm immiscuerit se negotio sibi non conuenienti, ex quibus patet dictum Presbiterū Joannem non vacasse a culpa, & dolo iuribus vulgaribus, & pēnis fore adicendum statutis a iure contra eos, qui iniuriam inferūt alijs, prout latissimè dicemus in sequenti decisione, & habetur in capitulo cum te. ext. de sent. & re iudic.

Ad illud, quod dictum fuit in fauorem dicti Presbiteri Ioannis asserendo, q̄ in casu nostro non militet delictū assertę corruptionis Iudicis. Primò, quia pecunia data a Presbitero Ioāne minimè data fuit ea intentione, vt corrūperetur Iudex: sed alia de causa, vt in alijs allegationib⁹ expressū fuit, & causa q̄libet excusat a dolo, & pęna siue iusta, siue iniusta. vt, in l. igitur. §. 1. ff. de liberali causa. & Doctores in l. 1. §. fin. ff. si q̄s ius dicenti non obtemp. Secūdò, quia in hoc casu non esset credendum assertioni eiusdem Presbiteri Fabij, qui fuerat mediator ipsius Presbiteri Ioannis corrumpere intendētis Iudicem, tum q̄a in criminalib. per probationes lucem meridianas esset procedendū, non autem per coniecturas reprobatas a l. finali. C. de probat. tum quia socio criminis minimè creditur, nisi in tortura, & nisi in crimine læsæ maiestatis, vt docuit Salicetus in l. finali, C. de accusat. quod dictum quotidie practicatur, & sequūtur Doctores, vt probat Hippolitus in l. 1. §. Diuus. ff. de quæstionibus, & in singulari 209. Tertiò, quia posito, quòd intentio eiusdem Presbiteri Ioannis fuisset corrumpere Iudicem: cùm tamen non sit sequutus effectus corruptionis, eiusdem intentio minimè esset punibilis, quia verba legis punientis corrūpentem Iudicem pecunia, debent intelligi, sequuto effectu, vt in l. si per alium, §. docere. ff. ne quis eum qui. & in l. prima. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & in l. prima, in fine, ff. quod quisque iuris. Et denique cum idem Presbiter

ter Ioannes sponte confessus fuerit ad interrogationem Iudicis se pecuniam dedisse eidem Nuncio: licèt constaret eum praua intentione & causa corruptionis dedisse, quod tamen negatur: vtique veniam meretur; nec aliqua pœna puniri deberet: prout est tex. in Authen. Nouo iure. C. de pœna Iudicis, qui malè iudicauit: & in Authent. vt litigantes in exordio litis. §. si quis autem ex litigatoribus.

Respondentes igitur, ad singulas obiectiones allatas a parte aduersa, nitente ex illis probare dictum Presbiterum Ioannē puniendum non fore pro attentato scelere corruptionis Iudicis, probabimus, quòd illis non obstantibus, dictus Presbiter fuerit de iure puniendus etiam & pro tali crimine attentato. Ad Primam ergo obiectionem, dicimus nemini mentis compoti hoc suaderi posse, stante paupertate dicti Presbiteri Ioannis, quæ cùm notissima sit, & in iudicio nomine eius fuerit allegata: non erit nobis opus alijs medijs idipsum probare: cùm nulla maior probatio, quam proprij oris confessio exhiberi possit, iuribus vulgaribus: nec legitima causa hucusque allata fuit, nec afferri poterit huiusmodi attentati criminis, vt per se patet. Nec simpliciter verum de iure est id, quod dicitur, quòd quælibet causa † siue iusta, siue iniusta excusat à dolo & pœna, cùm contrarium ad verbum ex dicta l. igitur. §. 1. citata, eliciatur. Quoniam: hæc ad verbum continentur in dicto §. 1. versi. & generaliter, videlicet. [Et generaliter quoties quis iustis rationibus ductus, vel non iustis, sine calliditate tamen, putauit se liberum, & in libertate moratus est: dicendum est hunc in ea causa esse, vt sine dolo malo in libertate fuerit.] hæc ibi. inter alia. ex quibus apertissimè conuincitur dictam primam oppositionē non solùm dicto iure non probari, quinimò de directo cōtrarium, cùm ex actis emicuerit ex mera calliditate dictum Ioannem Presbiterum processisse ad corrumpendum Iudicem: Nam si ipse confisus fuisset in sua innocentia, nunquam ipse pauper voluisset donare sine causa duodecim aureos Iudici longè diuitiori se ipso, sed neque Doctores à parte aduersa in communi citati in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicenti non obtemp. hoc docuisse reperitur in casu nostro, in quo apertissimè affuit calliditas: etsi non negemus veram esse regulam citatam, si defuerit calliditas, cùm omnis causa siue iusta, siue iniusta excuset hominem simplicem à dolo vel pœna: cum in tali non supponatur calliditas, & per consequens neque dolus.

Ad secundam obiectionem, in qua aduersa pars dicit non standum fore dicto consocij, scilicet Presbiteri Fabij in dicto crimine attentatæ corruptionis Iudicis: cùm simus in criminalibus, vbi exquiruntur probationes luce meridiana clariores: dupliciter respondebimus: & primò dicendo,

cendo, quòd etſi in criminalibus fuerit procedendum per probationes claras, dũ ageretur ad imponẽdum reo pœnã ordinariam, non autem ad pœnam extraordinariam iuribus vulgaribus, ſecundò nec eſt verum, quòd non debeat aliqua fides adhiberi con-
19 ſocio † criminis: cum faciat in defectu aliorum teſtium, (vt in caſu noſtro) talem qualem præſumptionem, vt in c. quoniam. extra de teſtibus. & ibi per glo. in verſi. cum quibus. in fine. & per Doctores omnes, vt latiùs docuit quoque Iulius Clarus in ſua praxi crimin. lib. 5. §. fin. quæſt. 21. in verſi. ſucceſſiuè quæro. in verſi. ſed quid in criminibus. & in verſi. & ex hac concluſione. & nos diximus in noſtra praxi Canonica crimin. lib. 7. titu. de confeſſione iudiciali, capitulo ſecundo, concluſione tertia, reſpondemus & tertiò idipſum probatum fuiſſe in actis per confeſſionem ipſiuſmet Presbiteri Ioannis, etſi illa re vera fuerit conditionata dicendo ſe dediſſe talem pecuniam dicto Fabio alia de cauſa, cuius tamen cauſam allatam ipſum non probaſſe ex actis apparet, & coniectura ſit in contrarium vnà cùm confeſſione dicti Fabij.

Ad id, quod tertio loco aduerſarius obiecit, dicens non fore puniendum dictum Ioannem pro eo, quòd non fuerit ſequutus effectus corruptionis, quoniam verba legis &c. reſpondemus, quam facilimè primo, quòd quamuis vera ſit regula citata, ſcilicet q
20 verba † legis ſint intelligẽda cum effectu. Non tamen militat in caſu noſtro, in fauorem dicti Preſbyteri Ioannis, imò cõtra ipſum: cũ in l. 1. §. 1. in verſ. ſed & ſi quis. ff. ad l. Cornel. de falſis. mande-
21 tur ad verbum pœna falſi † puniri eum, qui Iudicem corruperit, corrumpendumque curauerit, vt vtamur ijſdem verbis dictę legis. Cùm ergo hic Ioannes Presbiter curauerit Iudicis corruptionem, & ad hoc tradiderit duodecim aureos Presbitero Fabio, vt Iudici aſſignaret. Neſcimus quomodo à crimine falſi incurſo poſſit excuſari, vt latiſſimè ſupra docuimus, cùm verba legis tendant non ſolùm ad puniendum corrumpentem Iudicẽ, verùmetiam expreſsè ad attentantem corruptionem, vt patuit ex verbis dictæ legis ſupra relatę. Reſpõdemus & ſecundò, quòd dato & non conceſſo, quòd pœna falſi fuiſſet à lege mandatum puniri æquè corrumpentem, & attentantem: non tamen ſequeretur, quòd attentans committere aliquod crimen non veniret ſaltem puniendus pœna extraordinaria, prout latiſſimè probauimus in noſtro tractatu de extenſione legum, in quæſtione... ferè per totum. videatur igitur ibi, vbi attulimus communem Doctor. ſententiam.

Ad illud etiam quod in fauorem dicti Presbiteri Ioannis fuit dictum, quòd non poſſit de iure puniri tanquam compoſitor libelli famoſi, & ſic pœna indicta contra menantes & famigerãtes emanatæ á fœlici recordatione Pij Quinti, & Gregorij Tertijdecimi

cimi Summorum Pontificũ,(quæ fuerunt poſtea relatæ à Fuſco in ſuo eleganti tractat. de viſitatione cap. 1. à nu. 18. vſq; in finem) quia (inquit aduerſa pars) prædictæ cõſtitutiones ſi rectè inſpiciantur, non egrediuntur terminos vrbis Romæ, cùm ſint locales, nec extenduntur ad commorantes extra vrbem, vel ſaltem, extra ditionem temporalem Eccleſiaſticam: quod & probari euidenter, inquit, quia Pius Quintus conſtituit executorem ſuę cõſtitutionis Cardinalem Ruſticucium duntaxat. Et Greg. Tertiusdecimus conſtituit Gubernatorem vrbis ſimiliter executorem ſuæ conſtitutionis: etſi fuiſſent illæ Conſtitutiones vniuerſales, vtique executores conſtituiſſent expreſsè vel locorum ordinarios, vel alios, vt in omnibus conſtitutionibus vniuerſalibus Pontifices facere ſoliti ſunt: eò magis, quòd idipſum elicitur apertiſſimè ex tenore Conſtitutionis eiuſdem Gregorij in illis præciſis verbis ibi contentis, videlicet. [Cùm igitur haud pridem in vrbe noſtra ſecta quædam emerſerit hominum curioſorum &c. ex quibus verbis declaratur etiã prior conſtitutio eiuſdem Pij Quinti; quod loquuta fuerit, & locum ſibi vendicauerit duntaxat in illis hominibus, qui vocantur menantes, ſiue famigeratores, commorantes in vrbe: Et quòd eiuſmodi conſtitutiones ſint locales ex eo etiam conſtat inquiebat aduerſarius quòd Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, in cuius territorio lis fuerat cõteſtata annis ſuperioribus, conſtitutionem edidit contra homines huiuſmodi conditionis, appoſita quoque pęna leuiori, quàm illa, quæ in conſtitutionibus Pontificijs appoſita fuerat: cuius conſtitutionis vigore poſtea nonnulli quoque contrauenientes pęna exilij tẽporalis tm̃ affecti fuerunt: vñ ſi huiuſmodi conſtitutiones Pontificiæ ext. curiam, vel ditionem temporalem Pontificis extenderentur, vti que etiã in hoc Illuſtriſſimo Dominio obſeruatæ fuiſſent. Tollitur igitur ex præmiſſis obiectum de prædictis conſtitutionibus ex aduerſo deductum. Ad quæ omnia breuiſſima erit reſponſio, dicendo, quòd etſi forſan ſint vera, quæ allata fuerunt in probationem, quòd ipſe Presbiter Ioãnes non inciderit in pontificias pœnas ſupra recenſitas, non indè ſequitur ipſum non fore puniẽdum in foro Eccleſiaſtico tanquã compoſitorẽ libelli famoſi, quod principaliter fuit noſtra intentio probare, prout ſupra latiſſimè probauimus.

Ex quibus omnibus concludimus ipſum Presbiterum Ioannẽ fore puniendum à Reuerendiſſimo Iudice pro obiectis, & probatis criminibus eiuſdem.

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua. Et ita obtentum fuit in curia Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Legati Apoſtolici in Dominio Veneto me tunc pro Monaſterio S. Georgij maioris patrocinante.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congreg. Caſſinenſis V. I. P.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in iudicio legitimo de crimine falſarum litterarum, & calumniæ, et iniuriarum illatarũ, efficitur infamis infamia iuris, & priuari poterit beneficio, & quomodo ſit procedendum ad priuationem beneficij, & quod talis ſolùm per Papam famæ reſtituatur.*

2 *Epiſcopus non poterit aliquem infamem bonæ famę reſtituere, ſed Papa.*

3 *Infamia, quæ ex pœna procedit, maior eſt quam quæ ex ſententia: & ſtatim ſortitur ſuum effectum vt efficiat inhabilem ad quæcunq; beneficia obtinenda.*

4 *Infamia quando incurratur per ſententiam condemnatoriam, et quando non, traditur optima norma.*

5 *Confeſſus crimen ſuum extraiudicialiter in quibus caſibus efficiatur infamis.*

6 *Cõfeſſus crimen ſuum in iudicio non efficietur infamis, niſi fuerit de ipſo damnatus, & quare.*

7 *Confeſſus in iudicio in ciuilibus habebitur pro conuicto & condemnato, ſecus in criminalibus.*

8 *Soluens antè condemnationem iudicialem euadet infamiam iuris, quæ alias procederet ex condemnatione.*

9 *Damnatus de crimine iniuriarum eſt infamis.*

10 *Sententia lata de crimine contra aliquem ſtatim infamat. & quare.*

11 *Infamia eſt triplex, ſcilicet ciuilis, Canonica, & infamia facti. et quibus modis contrahatur infamia ciuilis.*

12 *Infamia iuris non contrahitur per ſententiam interlocutoriam, vel arbitri, & ſic non per ſententiam banni, ſed ſolùm per diffinitiuam.*

13 *Infamis in vno loco, erit vbique infamis, & quare.*

14 *Sententia in cauſa & actione iniuriarum, quantumcunq; minima infamat.*

15 *Confeſſio, vel contumacia ficta non reddit aliquem infamem.*

16 *Crimen omne inducens infamiam iuris, eſt depoſitione dignum.*

17 *Iniuriarum actio licèt ſit priuati iuris, tamen condemnato irrogat infamiam.*

18 *Infamia iuris quotupliciter irrogetur.*

19 *Damnatus de crimine, quod infamat, ẽt ciuiliter, efficietur infamis.*

20 *Cõfeſſus verè, et nõ fictè crimen ſuũ, quod infamat, etiam ſi non fuerit ſequuta ſententia, incurrit infamiam.*

21 *Infames omnes ſecundum leges ſunt infames ſecundum canones.*

22 *Iudex in iudicando, vel condemnando, quando videatur famam reſcruare.*

23 *Cauſa, & non pœna æſtimationem ſugillat, & quando hæc vera regula fallat.*

24 *Condemnatio facti de crimine famoſo quando irrogat infamiã condemnato.*

25 *Infamia iuris ciuilis duplex.*

26 *Aſſerere talis pœna incurratur ipſo iure, vel ipſo facto, idem eſt.*

27 *Punitus pœna temporaria, ſeu ad tempus pro aliquo ex criminibus famoſis, incurrit infamiam iuris perpe-*

perpetuam, quousque secum dispensatum fuerit.

28 Punitus pœna pecuniaria inflicta à iure pro crimine famoso, etiam si ipsa maior imposita fuisset, remanebit regulariter infamis. secus si imposita non fuisset pœna non pecuniaria, sed grauior: sed si Iudex imposuisset minorem statuta pœna diuersa, vt puta, pecuniariã pro corporali: nam tunc etiam incurret infamiam, & quare: limitatamen, vt latiùs statim dicemus.

29 Pœna non debet inducere præmium.

30 Pœnam vnam esse & dici maiorem altera, quatuor ex causis contingit.

31 Pœna à Iudice iniuncta æqualis iniunctæ à iure reddit condemnatum infamem, si iniuncta fuisset pro crimine famoso. & quare.

32 Iudex imponendo minorem pœnam imposita à iure, quando videatur dispensasse cum ipso punito in infamia incursa.

33 Damnatus in actione iniuriarum infamis efficitur.

34 Condẽnatus diffinitiue ex causa famosa infamis efficitur, etiã si processum iudicialiter fuisset per modum inquisitionis.

35 Infamis infamia iuris effectus est irregularis.

36 Infamis qui est effectus infamia iuris, et irregularis de iure venit priuandus beneficijs iam obtentis: et effectus est inhabilis ad obtinenda beneficia non præuia dispensatione.

37 Irregularis clericus non est ipso iure depositus, sed deponendus, nec ipso iure priuatus beneficijs, sed priuandus.

38 Crimen omne infamans inducit depositionem.

39 Episcopus non poterit de iure communi dispensare cum infami, et irregulari effecto propter condemnatoriam sententiam diffinitiuam de crimine famoso contra ipsum lata. et quare.

De infamia, quomodo ex delicto oriatur, & condemnatum afficiat, & inhabilitet:

THEMA:

Quidam Presbiter curatus, Rectorq; cuiusdam Ecclesiæ curatæ postquam conquæstus esset, & accusasset infrascriptum Abbatem, quòd eum falsò diffamasset super confectione libellorum famosorum contra honorem Presbiteri Georgij eius Capellani fuit confessus in legitimo iudicio se scripsisse quasdam litteras nomine cuiusdam vniuersitatis contra honorem alterius Presbiteri Capellani cuiusdam Abbatiæ curatæ, & post multa hinc indè allata pro, & contra in dicta causa. Iudex sententiam diffinitiuam edidit huiusmodi tenoris, videlicet. In causa & causis, &c. inter Monasterium, &c. & Presbiterum, &c. Rectorem Ecclesiæ,

Digitized by Google

cleſiæ, &c. reum inquiſitum, proceſſatum, conuentum, & ſponte carceratum de & ſuper confectione quarundam litterarum contumelioſarū per modum, & formam libelli famoſi manu ſua conſcriptarum ſub conficto nomine hominum loci, &c. contra famam, & honorem Presbiteri, &c. prædicti Monaſterij Abbati directarum, & per incognitam perſonam præſentatarum, necnon aſſerta intentata corruptione perſonæ noſtræ (ſcilicet ipſius Iudicis) occaſione huiuſmodi iudicij medio ducatorum duodecim ad hunc effectum datorum Presbitero, &c. curſori olim noſtræ curię. Viſis videndis, &c. Dicimus pronunciamus declaramusque dictum Presbiterum, &c. tanquam de prædictis repertum culpabilem, & de iure punibilem, condemnandum fore, & eſſe, prout eum condemnamus in pœnam, &c.

Quæruntur modò infraſcripta quatuor, videlicet.

Primò, An ſtante tali ſententia condemnatoria præcedente eius confeſſione, & talis deductis in iudicio hic Presbiter effectus fuerit infamis infamia iuris.

Secundò, An infamis infamia iuris ſit irregularis.

Tertiò, An talis Presbiter ſic infamis, & irregularis effectus poſſit priuari ſuis beneficijs iam obtentis, & ſit effectus inhabilis ad alia obtinenda.

Quartò, An Epiſcopus poſſit ſecum diſpenſare ſuper retentione beneficiorum, quæ antè huiuſmodi infamiam, ac irregularitatem incurſam hic Presbiter obtinuerat, & vt in futurum alia obtinere, ac recipere poſſit.

DECISIO XXVII.

INVOCATO Sanctiſſimæ, ac indiuiduæ Trinitatis numine, atq; Beatiſſimę Marię Dei paræ, ac Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Benedicti ſuffragio litteris cōmendare breuiſſimo ſermonis periodo quicquid ex ſacris, ac imperialibus iuris vtriuſque apicibus excerpere fas erit pro quæſtionis propoſitę deciſione.

Circa quam quæſtionem ſoluendam operępretium duximus (antequā ad articulos illos quatuor examinādos accingeremur pro maiori intelligentia afferendorum præmittere nonnulla ſcitu neceſſarijſſima gradatim, & ſunt infraſcripta, videlicet. Primò infamia quid ſit. Secundò quotuplex ſit infamia. Tertiò quotupliciter incurrat vnaquæque ſpecies infamiæ. Quartò de effectu vniuſcuiuſque infamiæ.

Quin-

Quintò quis possit dispẽsare cum infamibus seu restituere famę, vt habiles fiant ad quascunq; dignitates . Sextò irregularitas quid sit, & vnde dicatur. Septimò irregularitas à quo iure originem ducat. Octauò quibus de causis incurratur . Nonò quos effectus producat . Decimò quis possit dispensare cum irregulari in beneficijs obtentis. Vndecimò quis possit dispensare cum irregulari in beneficijs obtinendis .

His ergo præmissis circa primum articulũ presentis quæstionis hæc sit conclusio .

Presbyter (de quo quæritur) effectus est infamis infamia iuris .quia in iudicio legitimè con-
1 demnatus † fuit tum propter iniurias irrogatas dicto Presbitero per ea, quæ continebantur in litteris ipsis. tum quia falsum exposuerat in iudicio , ac per consequens calumniator fuerit comprobatus, vt ex contextu verborum, quibus vsus fuit dictus Presbiter in libello porrecto contra Reuerendum Abbatem, & ex confessione sua facta in iudicio idipsum fatẽte patuit. & quòd hìc effectus sit infamis infamia iuris, his de causis probatur per text. in l. iniuriarum. C. ex quibus causis infa. irrog. vbi hæc habentur , videlicet . [Iniuriarum ex persona quoque serui, damnatus, infamia notatur .] hæc ibi . & ibi Bartolus, ac glosa. idem per text. in c. Cùm te. extra de sent. & re iudicata . vbi hæc habentur , videlicet . Cùm te à Bartholomeo iniuriarum actione conuento cò, quòd diceres æquum tuum non esse minoris pretij quàm capillos ipsius: Iudices, qui super hoc cognoscebant, te in decem solidos condemnassent: tu timens ne ipsorum sententia te notaret infamia , beneficium restitutionis ad famã à Sede Apostolica implo ratti . Nos autem considerantes , quòd nulla inerit, vel minima facta iniuria : volumus te per prædictam sententiam infamia non notari. hæc ibi. & quo ad calumniæ crimen text. est in c. infames. 6. q. 1. vbi dicitur inter alia quòd sint infames accusatores deficientes in probando delata crimina, nec non & calumniatores . quapropter hic Presbiter dicetur & ipse infamis cum fuerit calumniatus, vt supra, & non solum defecerit in probatione , imò ipse confessus fuit falsum se dixisse , prout ex sua cõfessione elucet. per textum in l. 1. in fine. & in l. Athletas. §. fin. ff. de his, qui not. infamia . vbi dicitur quòd his , qui damnatus fuerit de crimine iniuriarum , vel calumniæ , efficitur infamis . & quòd damnatus à Iudice de crimine huiusmodi efficiatur infamis docuerunt infrascripti Doctores , videlicet. Innocentius in c. qualiter, & quando, el secondo. nu. 10. vers. credimus tamen. extra de accusat. vbi infrascriptis verbis (inter alia) vtitur, videlicet. Credimus tamen quòd ex quo sententia de aliquo crimine lata est contra aliquem , siue criminaliter , siue ciuiliter agitur, quòd Episcopus, vel Prælatus suus potest eũ spoliare beneficijs

neficijs, quæ ſub eo habet. 2.q 1. c. multi. tamen debet eum vocare, & contra eum ſententiam ferre, ſi inuenietur, & ſi non inuenietur eodem modo damnabit eum: quia notorium eſt crimen per ſententiam, vt not. ſupra c. tua: ext. de cohabit. cler. & mul. & hic Iudex cognoſcet in modũ accuſationis, vel inquiſitionis: vbi benè ſequitur pœna oblationis: & ſententia non inducitur ad probandum, quòd per eã dicatur priuatus, ſed inducitur ad probationem criminis, ſcilicet quòd ſit notorium: ſicut & per eandem ſententiam de crimine latam, probaretur infamis, & repelleretur à teſtimonio, vel ab ordinibus. hæc ibi Innocentius, qui & idem replicat de infamia incurſa, in c. cùm te. nu. 1. extr. de ſententia & re iudicata. his verbis, videlicet: Nam condemnatus in iudicio ſit infamis, ſiuè ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, vt in l. Athletas. §. fin. ff. de his, qui notantur infamia. Ioannes Andr. quoq; ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in c. cũ te. col. 1. & 2. ext. de ſent. & re iudicata. in d. col. 1. infraſcriptis verbis vtitur, videlicet, Condemnatus † in actione
2 iniuriarum infamis eſt, & per Papam poteſt famæ reſtitui: & in col. 2. in verſic. ſed Epiſcopus hoc non poteſt. idem replicans dicit, propter quod dici debet, quòd licet Epiſcopus infamiam infamis ipſo iure, vel per ſententiam cõdemnati de crimine incurſam non tolleret: vel etiam cum eis non diſpenſet (cùm hoc ei non liceat) nihilominus ſi diſpenſaret, tamen ab accuſatione & teſtimonio repelluntur, cùm ſint infames hæc ibi ille, qui & in c. qualiter, & quando. el ſecondo col. 6. in principio in verſic. credimus tamen. refert prædicta verba Innocentij, cui ſe ſubſcripſiſſe patet, cùm ipſis non aduerſetur. & ſubdidit infraſcripta dicens, maior
3 † enim & euidentior eſt infamia, quæ ex pœna procedit, quàm quę ex ſententia, & ſtatim habet hunc effectum, vt ſibi vbique beneficia Eccleſiaſtica licitè denegentur. c. paſtoralis. in fine. extra de paſtoralibus: & hunc effectum dicunt quidam habere quamlibet ſententiam de crimine latam ſecundum Innocentium, cuius eſt Gloſa, quam Hoſt. non poſuit. hęc ibi. idem ſentit Specul. in lib. 2. titu. de officio ordin. §. incip. poſtremo loco dicendum. num. 8. in verſic. hoc etiam nota. vbi infraſcriptis verbis vtitur, videlicet. Hoc etiam nota, quòd ſi Epiſcopus ſuſtineat infamem ipſo iure, vel per ſententiam cõdemnatum, vel etiam diſpenſet cum eo: cùm tamen diſpẽſare non poſſit, vt 2. quæſt. 3. §. hinc colligitur. tamen talis non admittetur ad accuſandum vel teſtimonium: cùm ſit infamis. Infamis enim irregularis eſt: hæc ibi. qui & in lib. 3. titu. de accuſatione: 9. ſequitur videre, de contumacia. nu. 9. idem videtur aſſeuerare, arguendo ex verbis eius à cõtrario ſenſu. nam ibi infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Cùm enim non fuerit de aliquo crimine cõdemnatus, non

fit

fit infamis per sententiam, sed ipso facto secundum Azonem: hæc ille, quibus verbis tacitè etiã dixit vnumquemque condemnatum de aliquo crimine per sententiam fieri infamem infamia iuris. Idem Azo in summa in titulo. Quibus causis alicui infamia irrogatur, numero vndecimo. §. iuris autem infamia, vbi dicit. Iuris autem infamia quandoque irrogatur ipso facto, idest ipso iure propter hoc, quòd aliquid factum est, quandoque demum lata sententia, quandoque ex genere pœnæ, hoc est propter impositionem pœnæ ipso facto, siue ipso iure, & in §. per sententiam, numero primo, vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Per sententiam autem irrogatur
4 infamia † si damnetur aliquis in publico crimine: si verò sit priuatum crimẽ non publicum, si quidem actio pecuniariter proposita ex eo crimine infamaret, & crimen criminaliter propositum infamabit, & idem Doctor eadem repetens ibidem, numero tertio, dixit. Infamat autem sentẽtia in prædictis actionibus, si lata fuerit a Iudice, qui habeat iurisdictionem. Bartolus quoque præsenti conclusioni se subscripsit. Nam in l. infamem, numero quarto. ff. de publicis iudicijs, dicit, quòd condemnatus, siue ciuiliter, siue criminaliter actum fuerit, erit infamis, & ibidem numero septimo, & octauo, dicit quòd Glo. in l. 3. §. præterea. ff. de suspect. tut. & in l. vlt. C. de suspect. tuto. & in l. secunda. C. de modo multæ. Dynus in dicta l. tertia, & Cynus in l. finali. C. de suspect. tuto. dicunt, quòd condemnatus ex inquisitione non efficitur infamis. Contrarium videtur tenere Oldr. & Andre. de Pisis. Ratio qua non debet inspici ordo procedendi, quia si hoc esset verum, nullus hodie cõdemnatus etiam per accusationem esset infamis, quia cessat ordo antiquus, vt in l. ordo. ff. de publicis iudicijs. Ego aliter dico, sic inquit ipse Bartolus vbi supra. Quandoque quis est damnatus ex inquisitione, & punitur aliqua coertione, quæ eũ infamat, & tunc est infamis, vt l. ictus fustium. ff. de his, qui notantur infamia. Vnde illi, qui hodie mitrantur, puto quòd sint infames, licet mitrentur ex inquisitione: si autem non est punitus publico iudicio, sed solum condemnatus, non efficitur infamis. Si verò inquisitio succedit de directo in locũ actionis publici iudicij, tunc damnatus est infamis, vt in l. Athletas. §. calũniator. ff. de his, qui notãtur infamia, & rursus idem Bar. ibidem nu. 10. vers. Quæro vtrum confessus dicit, ꝙ
5 confessus † de crimine extra iudicialiter in duobus casibus solũ efficiatur infamis. Primò si post confessionem sequuta est castigatio, vt in d. l. ictus fustium, cũ sua glosa. Secundò si hoc confitetur paciscendo de crimine, vt l. quoniã. ff. de his, qui not. infa. si verò
6 confitetur † in iudicio nõ est infamis. Nã edictum ꝓtoris requirit

Digitized by Google

ad hoc, vt quis sit infamis, quòd sit de crimine damnatus. vt in l. prima, ff. de his, qui notãtur infamia, modò in accusatione criminali cõfessus de crimine non est damnatus, nec habetur pro damnato. vt in l. si confessus. ff. de custodia, & exhibitione reorum. Vbi hæc habentur, videlicet. Si confessus fuerit reus: donec de eo pronuncietur in vincula publica conijciendus est: vbi Glo. dicit quòd confessus non habetur pro iudicato in causa criminali, secus in causa ciuili, vt in l. prima, ff. de confessis. & l. finali. C. de confessis. Quapropter Bartolus vbi supra, cùm in ciuilibus confessus † habeatur pro conuicto, & condemnato, vt in l. vnica. C. de confessis, (vbi dicuntur hæc. Confessos in iure pro iudicatis haberi placet: quare sine causa desideras recedi a confessione tua, cùm & soluere cogeris. hæc ibi) dicerem (inquit Bartolus) eum infamem, & sic intelligo Glosas prædictas si possent ad hoc aptari, aliàs male dicerent. Non obstat. l. si reus. ff. de procur. quia aliud est cõfiteri, aliud soluere. Ille enim qui confitetur: vel confitetur, vt damnetur, vel vt habeatur pro damnato, meritò cũ sit damnatus efficitur infamis ex edicto prætoris: sed si vult solnere, tunc non confitetur, vt condemnetur, vel vt pro condemnato habeatur, sed vt propter solutionem indicium euadat, & iste non est infamis ex edicto prætoris, quia non est damnatus: sed videtur magis absolutus: absolnetur enim ab instantia iudicij, & ideo remedium est, vt quis solnat † ante cõdemnationem, quia si soluit non erit infamis, & tenementi hanc practicam. Idem Bartolus ibidem, numero vndecimo, dicit subsequenter. Item dicitur hic damnatus † de crimine iniuriarum est infamis. Idẽ Bartolus in l. sed si furti, numero secundo, ff. de his, qui notãtur infamia dicit, quòd sentẽtia lata contra aliquem statim infamat, nec † expectatur donec transeat in rem iudicatam. Nam quædam est executio ipsius sententiæ, quę fit facto hominis, & ista non põt fieri infra tẽpus appellationis interponendæ: quædam est executio, quæ fit a lege, vt infamia, & in his, quæ continent diminutionem status, tunc sententia statim trahit secum executionem, vt hic & in l. qui vltimo, & l. quoad statum, ff. de pœnis. Baldus quoque se subscripsit nostræ conclusioni in capitulo testimonium, numero primo, extra de testibus. dicens: infamia autem est triplex, † scilicet Ciuilis, Canonica, & infamia facti. Cõtrahitur autem ciuilis infamia tribus modis. Nã contrahitur interdum ipso facto in quibusdam casibus expressis in iure, interdum per sententiã diffinitiuam, scilicet Iudicis non arbitri. Item per interlocutoriam non contrahitur infamia † iuris: & ideo sententia banni, cùm sit interlocutoria non infamat, vt in l. quid ergo. §. quantum, & §. ex

com-

compromisso.ff.de his,qui notantur infamia. Nam in dicto §. quantum, hæc habentur, videlicet. Quantum ad infamiam pertinet, multum interest in causa, quæ agebatur, causa cognita aliquid pronunciatum sit, an quædam extrinsecus sint elocuta: nã ex his infamia non irrogatur. Vbi dicit Glosa in versiculo sint elocuta, scilicet inter loquendo. & sciendum, quòd in dicto §.ex compromisso. hæc habentur, videlicet. Ex compromisso arbiter infamiam non facit,quia non per omnia sententia est. hæc ibi, & idem docet Glosa in versiculo non facit. hæc Baldus vbi supra, qui in capitulo veritatis,numero tertio, ext.de restitu.spoliat. infrascriptis verbis vtitur, videlicet, ibi [sine spe restitutionis.] Nota infamem per diffinitiuam non posse de ordinata iustitia reintegrari ad famam, concordat textus in l.prima, §.de qua.ff.de postulãdo.Idem docet idem Baldus in capitulo cum te. numero primo,ext.de sententia,& re iudicata,dicens. Condemnatus actione iniuriarum est infamis,& idem Baldus in capitulo at si clerici.ext.de iudicijs, numero 27. §.quæro an depositus dicit,quòd
13 infamis † in vno loco,est infamis vbicunque, quia fama est indiuisibilis:Antonius etiam.de Butrio se subscripsit præsenti conclusioni in capitulo cum te.ext.de sententia, & re iudicata. Notabili primò dicens.Nota quòd senten-
14 tia † in causa,& actione iniuriarum, quantumcunque super minima iniuria infamat etiam si sententia sit'iniusta secundum vnum intellectum, & idem docuit Antonius rursus nostræ conclusioni se subscribens in capit.at si clerici, columna octaua, in versiculo plura dicit Glosa. Primò quòd non est infamis. ext.de indicijs. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Primò quòd non est infamis de crimine ciuiliter damnatus,& in hoc Doctores reprehendunt eam, quia contra l.furti.ff. de his, qui notantur infam. & l. non potest. ff.de furtis.alleg. per eam de quo in capitulo multi, secunda quæstione prima. Aduerte inquantum dixi condemnatũ, vt confessum de crimine infamari, est verum, quando damnatur ex confessione, & sententia secuta propter confessionem,vel probationem veram: secus si damnetur ex ficta cõfessione, propter contumaciam,quia illa confessio
15 nec contumacia infamat: hæc ille ibi,qui paulò post infrascriptis vtitur verbis.Tertiò Glosa dicit, quòd infamia iuris quis deponitur:& habes effectum infamiæ iuris,ex quo nota, quòd omne cri-
16 men inducens † infamiam iuris est depositione dignum.hæc ille. Panormitanus quoque se subscribens nostræ conclusioni in capitulo cum te. columna secunda, notab.secundo,ext.de sententia, & re iudicata.infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Nota secundò, quòd licet actio iniuriarum sit
17 priuati iuris, † vt l.finali. C. de iniurijs. tamẽ irrogat infamiam condemnato, vt hic, & l.1. ff.de

Digitized by Google

his, qui notantur infam. & scias,
18 quòd infamia iuris † quandoque irrogatur in genere delicti per sententiam declarati, quandoque ex genere pœnæ, quandoque ipso facto, ideſt ex genere facti, quod prosequere, vt legitur in capitulo infames, §. porrò infamia, tertia quæstione septima, & idem Panormitanus in capitulo at si clerici, numero 26. ext. de iudicijs infrascriptis vtiť verbis, videlicet. Primò sentit Glosa, quòd damnatus ciuiliter de
19 crimine, quod infamat † non efficiatur infamis, cuius contrariũ notat Glo. in capitulo cum te. extra de sententiã, & re iudi. & illa verior, & communiter approbatur, quod etiam tenet Glo. capitulo multi, secunda quæstione prima. Nam iura communiter dicunt dãnatum de crimine publico esse infamem: nec distinguitur, an ciuiliter, an criminaliter agatur, vt in l. 1. l. Athletas. & l. furti. ff. de his, qui notãtur infa. & l. infamem. ff. de publ. iudi. Vbi hoc notat Glo. & Bartolus. Secundò sentit Glo. quòd confessus cri
20 men † de quo quis damnatus efficeretur infamis, incurreret infamiam. Nam Glo. in l. Ictus fustibus. ff. de his, qui notãtur infamia, tenet quòd incurrat infamiã, quantumcunque sententia non sit secuta. & ita videtur tenere Innocentium in capitulo super his, ext. de pœnis. & ideo in casibus, in quibus quis efficeretur infamis per sententiam, efficeretur infamis per solam confessionem ratione prædicta, quando confessio fuisset vera confessio, secus si fuisset ficta: & idem Panormitanus in capitulo testimonium, numero sexto, in versiculo, & dicitur infamia iuris. ext. de testibus. Vbi dixit. Et dicitur infamia iuris illa, quæ irrogatur per sententiam, vel ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur, duntaxat de quibus vide textũ, & Glo. bonam in capitulo infames, §. porrò, tertia quæstione septima, & l. Athletas, §. calumniator. cum §. sequenti. & l. 1. ff. de his, qui notantur infam. & tenet hanc regulam, quòd regulariter omnes in-
21 fames † secundum leges sunt infames secundum Canones. hoc probat text. not. in c. omnes verò, 6. q. 1. Notat Innocentius in c. qualiter, & quando, el secondo, de accusat. Henricus Boich quoque se subscripsit præsenti nostrę conclusioni in cap. cum te. ext. de sententia, & re iudicata. & quoniam perpulchrè quidem hanc materiam pertractat, iccircò ad verbum referemus eius sententiã & tenorem verborum legũ, quas ipse citat, cùm scitu digna sint, & memoriæ comendanda pro pleniori notitia istiꝰ materiæ. Quapropter sciendum, quòd his verbis vtitur, videlicet. Si quæris vtrum, & quando Iudex iudicando, seu condemnando videatur famam reseruare, vel non. Distingue. Aut Iudex condemnat aliquem de crimine nõ famoso: aut condemnat eum de crimine fa-
22 moso. † In primo casu quantumcunque pœnam imponat, non infamat, quia non pœna, sed cau-

23 causa † existimationem fugillat, vt in l.nullam. C.ex quibus cau.not.infamia.Vbi hæc habentur,videlicet.[Nullam existimationis infamiam anunculus tuus pertimescat actibus fustiū subiectus ob crimen quæstione habita,si sententia non præcellit ignominiæ maculam innodans.] & clarius elicitur ex textu in l.ict⁹. ff.de his, qui not.infam. vbi hæc habentur,videlicet. [Ictus fustiū infamiam non importat, sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogaret: in cęteris quoque pœnarum generibus eadem forma statuta est.] hæc omnia, tamen vera sunt regulariter,sed fallunt, quando pœna aliqua imponeretur,quæ ciuitatem,vel libertatem adimeret,nam tunc pœna durante esset infamis, sed ea sublata non, vt in l.cognitionum. §.minuitur,& §.consumitur.ff.de varijs,& extraordinarijs cognitionibus. Vbi hæc habentur, videlicet.[Minuit exstimatio quoties manente libertate circa statum dignitatis pœna plectimur, sicut cum relegatur quis,vel cùm ordine mouetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fustibus cędi-tur, vel in opus publicum datur, vel cùm in eam causam quis incidit, quæ edicto perpetuo inter infamię causas annumerat.Consumitur verò quoties magna capitis minutio interuenit, id est cum libertas adimitur, veluti cum aqua, & igni interdicitur, quæ in persona deportatorum euenit, vel cùm plebeius in opus metalli,vel metallum datur: Nihil enim refert, nec diuersa pœna est operis, & metalli, nisi ꝙ refugæ operis,non morti,sed pęne metalli subijciuntur.] Idem & apertius habetur in l.falsi nominis.§.Ordine. ff.ad l.Cornel. de falsis. Vbi hæc habentur, videlicet.[Ordine decurionū decem annis aduocatum motum, qui falsum instrumentum cognoscente Prędide recitauit post finem temporis dignitatem recuperare respondi,quoniam in Corneliam,falso recitato, non facto, non incidit. Eadem ratione plebeium ob eandem causam exilio temporario punitum, decurionem post reditum rectè creari.] hæc ibi. Ex quibus omnibus luce meridiana clarius elucet veritas istius primi membri, ac distinctionis. In secundo casu, scilicet, quando Iudex condemnat
24 de crimine famoso † (vt in casu proposito in nostra conclusione, vt probatum fuit supra per dicta iura) summoperè expedit pro decisione istius quæstionis distinctione tali vti, dicendo, aut Iudex condemnando imposuit pœnam regularem, & consuetam, & tunc perpetuò est infamis,vt docet Bartolus in l.etsi seuerior,numero octauo,C.ex quibus cau.infa. irrog. & etiam elicitur ex text in l.1.in fi.ff.de his, qui not. infa.in quo enumerātur multi casus, ratione quorum aliquis infamis infamia iuris efficitur

Digitized by Google

tur ipſo facto, vtputa, qui lenocinium fecerit, & aliquis pro aliquo delicto (de quo fuit condemnatus in iudicio) enumerato in dicta l. vt qui ſunt ij, qui per ſententiam fuerunt damnati pro iniurijs illatis, vel pro calũnia. Et iccircò diximus hoc elici ex dicta l. 1. quia cum ibi dicatur tales criminoſos, & nullam mentionem ibi faciat textus de tempore vtiquè ſequitur legem ipſam voluiſſe tales eſſe perpetuò infames: animaduertendum tamen, quòd ſecundum doctrinam Bartoli ibidem, num. 3. Infamia iu-
25 ris ciuilis † eſt duplex; nam alia incurritur ipſo facto abſque miniſterio Iudicis: Nam eo ipſo, quòd quis facit aliquid prohibitum ipſum proferre ſententiam infamiã irrogat: & hoc eſt, quod dicitur ipſo facto quem incurrere pœnam, ideſt propter ipſum factum, & illud idem dicitur ipſo iure, & ſic in effectu idem im-
26 portat dicere, † ipſo iure, & ipſo facto, & hoc videtur ſentire Gloſa, quæ incipit. Decem vel vn decim caſus: ſed melius dicas, quòd dicta Glo. incipit. Qui eam in poteſtate decem, vel vndecim. & iſtud eſt quandocunque lex notat factum, vt in prima, & tertia parte huius l. 1. & l. palam. §. qui in adulterio. ff. de ritu nupt. quandoque iſta infamia non irrogatur ipſo facto per legem, niſi ſuper facto ſequatur ſententia Iudicis, vt in ſecunda parte huius l. 1. quod apparet, quia lex non notat factum, ſed condemnationem factam ſuper facto, (vt magis propriè loquamur) ſuper accuſatione, vel actione, quæ oritur ex ipſo facto, ſeu propter factum. hæc omnia notabilia ſunt ex ipſo Bartolo, & Gloſa vbi ſupra. Et ſciendum quòd prædicta de hoc ſecundo caſu ſunt verißima, & verificantur quoque in eo, qui
27 fuit punitus † pro aliquo ex dictis famoſis criminibus pœna tẽporali, ſeu ad tempus: nam etiam in hoc caſu remanet perpetuò infamis, niſi ſecum diſpenſatũ fuerit ab eo, qui talem poteſtatem habet, vt docuit textus. in l. qui cum vno teſticulo. §. ad tempus. ff. de re militari. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ad tempus relegatus ſi expleto ſpatio fugæ (ideſt relegationis, vt docet ibi Gloſa) militem ſe dedit, cauſa damnationis quærenda eſt, vt ſi contineat infamiam perpetuam, idẽ obſeruetur, ſi tranſactum de futuro ſit, & in ordinem redire poteſt, & honores petere militiæ nõ prohibetur.] hæc ibi. ex quibus patuit, vt benè arguit Henricus Boich. Vbi ſupra, quòd pœna etiam temporalis impoſita pro crimine famoſo, ſeu propter qđ incurritur infamia iuris, quem efficit infamem perpetuò quid & apertius probatur per textum in l. ad tempus. C. ex quibus cauſis infa. irrogatur. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ad tẽpus in opus publicum damnati priſtinũ quidem ſtatum retinent, ſed damno infamiæ poſt impletum tempus ſubijciuntur.] hæc ibi. Vbi gloſa

nobiſcum

nobiscum sentit in versic. subijciuntur. Sed si Iudex imposuerit aliam pœnam, quàm regularem, ac consuetam, seu indictam a lege ratione criminis famosi, seu infamiam irrogantis post sententiam diffinitiuam: in tali casu subdistinguendum erit tali pacto, videlicet. Aut imposuit pœ-
28 nam pecuniariam † pro pecuniaria etiam si ipsam auxerit, & in his casibus semper remanet infamis, vt docet textus in l. quid ergo. §. pœna grauior. in versic. sed si in causa. ff. de his, qui not. infa. vbi hæc habentur, videlicet. [sed si in causa furti, nec manifesti in quadruplum Iudex cõdemnauerit, onerat quidem reum pœna aucta (nam ex furto, nec manifesto in duplum conueniri debuit) verum hanc rem existimationem ei non conseruasse, quãuis si in pœna non pecuniaria eũ oneraſſet transactum, cum eo videretur.] hæc ibi. Idem dicitur per Bartolum, Glosamq; ibidẽ, & in versic oneraſſet, & idem dicitur a prædictis Doctorib. ibidem arguendo a fortiori, quando Iudex imponeret pœnam pecuniariam pro corporali statuta a lege, nam tunc infamia irrogatur, vt docuit Bartolus in l. etsi seuerior. numero septimo, C. ex quibus caus. infam. irrogatur, & ibidem Glosa, & Henricus in dicto capitulo cum te. Aut Iudex imponit pœnam corporalem pro pecuniaria, vel corporalem pro corporali, & tunc subdistinguendum erit tali pacto. Aut Iudex imposuit pœnam grauiorem ea, quæ imposita fuit per legem, & tunc. Aut talis pœna erat diuersi generis. Aut eiusdem: si primò, vtputa, pro pœna pecuniaria impositа a lege imponeretur pœna corporalis, vt puta relegationis, vel huiusmodi, & tunc dicendum, quòd ex talis pœnæ iniunctione videtur fuisse a Iudice secum dispensatum super infamia. Quapropter taliter punitus pro crimine famoso non incurret infamiam iuris, vt docuit textus in dicta l. quid ergo, §. pœna grauior. infrascriptis præcisis verbis vtens, videlicet. [Pœna grauior vltra legem imposita existimationem conseruat, vt & constitutum est, & responsum: vt puta, si eum, qui in parte bonorum mulctari debuit, Præses relegauerit dicendum erit duriori sententia cum eo transactum de extimatione eius, iccircoque nõ esse infamem.] hæc ibi. Idem dicemus si impositа fuisset grauior pœna eiusdem generis, vt pro minori corporali maior corporalis fuisset imposita: nam tunc videretur secum dispensatum, & sic euaderet infamiam etiam in crimine famoso, vt docuit textus in l. in seruorum. §. in personis. ff. de pœnis, vbi hæc habentur, videlicet. [In personis tam plebeiorum, quàm decurionum illud statutum est, vt qui maiori pœna afficitur, quàm legibus statuta est, infamis non fiat. Ergo etsi operę temporario quis mulctatus sit, vel tantum fustibus cęsus, licet in actione famosa, veluti furti, dicendum erit infamẽ non

eſſe : quia & ſolus fuſtium ictus grauior eſt, quàm pecuniaria dãnatio.] hæc ibi. Idem Glo. ibidem in verſiculo infamis. Bartolus, & Henricus vbi ſupra. Idipſum docuerunt ſupra citati Doctores, quorum tamen ſententia limitanda erit, dicendo ipſam ſore intelligendam veram in vtroque caſu, ſecundum Bartol. in dicto §. pœna. numero decimo, & in l. etſi ſeuerior. numero ſeptimo. C. ex quibus cau. infa. & ſecundum Henricum vbi ſupra, numero ſeptimo, dicentes, quòd quando pœna aucta fuiſſet propter aliquod extrinſecum accidens, præter naturam delicti in exemplum aliorum, quia multi erant delinquentes in illo delicto, vel tunc inſtabat magnum periculum: nam tunc infamia tollitur, prout docuit textus in dicta l. etſi ſeuerior. §. pœna. vna cũ glo. ibi. vt docuit ibidem Bart. numero ſeptimo: & ratio eſt ſecundum coſdem, quoniam tunc tacitè ſecum videretur diſpenſatum ſuper infamia, vt docuit textus in dicto §. pœna grauior, & in dicto §. in perſonis. Aut fuit aucta pœna ſtatuta a iure per Iudicem ipſum ex natura delicti propter aliquas qualitates inhærentes ipſi delicto (quæ ponuntur in l. aut facta. ff. de pœnis. in ſex primis qualitatibus ibi recenſitis.) Tunc licèt augeatur pœna, non tamen tolleretur infamia, quia in tali caſu non diceretur pœna grauior vltra legem impoſita, quod requirit dictus textus in dicto §. pœna, ſed ſecundum legem, & prout requirunt qualitates delicti. hæc ille Doctor in d. l. etſi ſeuerior. numero ſeptimo, & horum ratio ſecundum dictum Bart. vbi ſupra
29 eſt, quia pœna † non debet inducere premium. vt in l. relegatorum. §. fin. in verſic. neque enim, ff. de interdict. & relegat. Vbi hęc præciſa verba habentur, videlicet. [Neque enim immunitatem pœna tribuere debet.] hæc ibi. Pro cuius rei maiori intelligentia ſciendum, quòd altera ex his quatuor cauſis contingit dici v-
30 nam pęnam † maiorem altera vi- delicet. Primò vel ratione effectus, vel ſecũdò ratione durationis, vel tertiò ratione aſperitatis, aut quartò ratione opprobrij. Ratione enim effectus: pœna excommunicationis dicetur maior omnibus pœnis: cùm operetur damnationem mortis æternæ, vt docuit textus in capitulo nemo Epiſcoporũ, vndecima quæſtione tertia. Vbi dicitur Anathema eſſe æternæ mortis damnationẽ, & hæc pęna operatur quoq; priuationem communionis fidelium omnium, vt docet textus in c. ſicut Apoſtoli. 11. q. 3. priuat Eccleſię Sacramentorũ participatione actiua, & paſſiua. vt in c. Engeltrudam. 3. q. 4. & priuat denique multis alijs commodis tam temporalibus, quàm ſpiritualib⁹, de quibus aliàs plenius dicemus. Ratione durationis ipſius pęnę. Depoſitionis pęna eſt maior omnibus alijs, durat enim in perpetuũ vt in c. conſtitueretur. diſt. 50. ẽt poſt ſatisfactionem, vt in c. miror. diſt. 50. quod non contingit

in

in pęna excommunicationis. Ratione asperitatis, pęna corporalis est maior omnib. alijs: illa.n. sentitur actualiter, quod nō est in alijs. Vnde lib. Iob. c. 2. vers. 4. & 5. dicitur [pellem pro pelle, & cūcta, quæ hēt homo dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tūc videbis, ꝙ in faciem benedixerit tibi.] Ratione opprobrij pęna signationis in fronte cū ferro candēti, & pęna fustigationis per ciuitatem, & similis pęna dicenda erit grauior alia. Quæ omnia de comparatione pęnarū ad inuicem docuit Archid. in c. corripiantur. 24. q. 3. quem sequens refert Henricus vbi supra. Si verò
31 Iudex imponeret pęnam † equalem pœnæ iniunctę a iure pro crimine famoso, seu pro quo incurritur infamia iuris, & in hoc casu dicendum erit, ꝙ damnatus pro tali crimine remanebit infamis, quod probari docuit Hēricus vbi supra, per iura, quæ dicunt, quòd de æquipollentibus idem est iudicium, & quòd non refert quid
32 de æquipollentibus † fiat, vt habetur ex text. in l. fin. §. fi. ff. mandati. Vbi hæc pręcisa verba habentur, videlicet. [Mandaui in hæc verba, Lucius Titio Caio suo salutem. Peto & mando tibi, vt fidē dicas pro Publio Meuio apud Sempronium, quęque a Publio soluta tibi non fuerint me representaturū hac Epistola manu mea scripta notum tibi facio. Quęro si non fideiussisset, sed mādasset creditori, & aliàs egisset, quam quod ei mandatum esset. An actione mandati teneretur? Respōdeo teneri,] hæc ibi, quod & probatur per textum in l. fideicommissa. §. si cum ita. ff. de legatis tertio, vbi hæc habentur, videlicet. [Si cùm ita fuerit fideicommissum relictum, si morte patris iuris sui effectus fuerit, & emancipatione sui iuris effectus sit: non videri defecisse conditionem, sed & cùm mors patris contingat, quasi existente conditione ad fideicommissum admittetur.] hæc ibi, quæ omnia Glosa in dictis iuribus simpliciter, & libenter ad litteram amplexata fuit, inde eliciendo regulam illam peroptimam, in qua habetur, quòd non referat quid de æquipollentibus fiat, quod & alijs ibi citatis iurib. dicta glosa probare nititur. Attamen si Iudex imposuerit pœnam minorem illa, quę de iure imponenda venic-
33 bat, † tunc tali pacto distinguendum erit, prout docuit Bartolus in dicta l. quid ergo. §. pœna grauior, numero vndecimo, sequens doctrinam Glosæ ibidem in versiculo oneraſſet, dicentis, quòd si Iudex minuisset pœnam causa cognita, remitteret infamia, sed si sine causę cognitione infamia nō remittitur. hæc Glosa. Ipse verò Bart. inquam vbi supra infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Tu dic Glosā benè dicere per doctrinam l. etsi seuerior. C. ex quibus cau. infa. irrogat, adde, ꝙ ibi hæc habentur, videlicet. [Etsi seuerior sententia dici debuit, tamen

cum

cùm Procõſul vir Clariſſimus certis rationibus motus, mitiorem ſentẽtiam dixerit, & ordine Decurionum te biennio abſtinere iuſſerit: tranſacto tempore non eſſe te in numero infamium, palàm eſt: eò, quòd poſt biennium remiſiſſe tibi prohibitionem decurionatus Iudex videtur.] hæc ibi. vbi idem fatetur Gloſa in verſi. certis rationibus, & in verſ. remiſiſſe. Dicit ergo Bar. vbi ſupra, quod tamen intelligẽdum eſt ſecũdum exempla diminutionum, quæ hìc ponuntur in Glo. Nam quandoque fit diminutio ex cauſa, quæ minuit delictum, vt propter iuuentutem, vel ſenectutem; vel quia fecit homicidium ſine dolo, vel quia nimio dolore commotus, vt ſi interfecit adulterum cum vxore repertum, vt in l. 1. in fine. ff. ad l. Cornel. de ſiccarijs: tunc tollitur infamia: ita loquitur dicta l. etſi ſeuerior. hoc etiam indicat ipſa natura, & noſtri mores: ſi enim dicitur, talis fecit homicidium: ſtatim tu excuſas eum, ſi ipſe habuit iuſtam cauſam faciendi, vel erat quidam puer, vel ſimilia. Sed ſi eſt talis cauſa, quæ delictum non minuit, vt puta, propter dignitatem nataliũ, punitur mitiùs, quàm alter. certè non minuitur infamia, vt in l. Quædam. ff. de pęnis. hęc Bar. ſed tu ſcito quòd in dicta l. quædam. hæc habẽtur, videlicet. [quędam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant, militi verò grauiorem. Nam ſi miles artem lubricam fecerit, vel in ſeruitutem ſe venire paſſus ſit: capite puniẽdum Menander ſcribit.] hæc ibi. Ex his ergo omnibus patuit veritas noſtræ concluſionis vnà cum multis notatu dignis, pro maiori intelligentia præſentis concluſionis, ac totius huius materiæ. Felinus quoque ſe ſubſcripſit præſenti noſtrę concluſioni in dicto c. cùm te. dicens, quòd
33 † damnatus actione iniuriarum infamis eſt, prout docuit Ioannes de Ana. in c. inquiſitioni. col. 2. in verſic. aut proceſſit diffiniendo, ext. de accuſat. dixit. Aut proceſſit diffiniendo. & tunc ſi proceſſit contra præſentem (vt in caſu noſtro,) eſt infamis: quia eſt
34 diffinitiuè condemnatus † ex cauſa famoſa. hæc Doctor ille. idẽ fatetur ipſe Ioannes de Anan. in c. inquiſitioni. col. 2. in verſic. aut proceſſit diffiniendo. extra de accuſat. vbi referens ſententiã Baldi dicẽtis, quòd etiam dum proceditur per viam inquiſitionis, qui condemnatus ex cauſa famoſa fuerit per ſententiam diffinitiuam, efficitur infamis. quod dictum ipſe limitat verũ paulò poſt in verſic. conſidera ſi. dicens hoc eſſe verum, quãdo fuit proceſſum ad inſtigationem, & promotionem alicuius. quia tunc omnino efficeretur infamis, vt docet Bar. & ſequaces. ex quibus patuit ipſum Ioannem de Ana. ſe ſubſcripſiſſe noſtrę concluſioni, cum crimina pro quibus fuit condemnatus, ſint famoſa, & ſit proceſſum ad inquiſitionem ad inſtigationem Monaſterij, quod & rurſus

sus confirmauit amplectendo sen tentiam Innocentij in c.qualiter, & quando, el secondo. ext.de accusat.& Federic. de Senis in consilio 223. & hoc ipse Ioannes de Ana. dixit in c. cùm oporteat . col.4.in versi.quærit hic Do. Flo. vbi infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Quærit hic Dom. Flor. ad finem; An infamia probata in vno iudicio habeat effectum quo ad faciendum fidem in alio . verbi gratia : opponitur electo infamia ne confirmetur, & producitur instrumentum sententiæ, in quo continetur, quòd conuentus actione depositi, negauit depositum, fuit conuictus, & condemnatus; & sic infamis effectus : videtur, quòd non sufficiat per id, quod habetur in c.penultimo.extra de sent.& re iudic.& quia res inter alios acta,&c. contrarium disputando tenuit Federicus de Senis in consil. 223. & mouetur per notata per Innocentium in c. qualiter & quãdo, el secõdo. ext. de accusatio.hæc ille, cui se subscripsit Decius vtens infrascriptis verbis paulò post per me referendis. Decius quoque præsenti nostræ conclusioni se subscripsit in c.At si clerici.col.12.num. 34.35. 36.vbi disputat, arguit, & denique concludit, quòd confessus in iudicio legitimo tantum, crimen famosum, efficietur infamis, & à fortiori, si indè fuisset condemnatus iuxta argumentum, ac regulam illam vulgatissimã, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, vt in c.cùm in cunctis.de elect,& in num. 37.rursus idem faretur dicens, & quòd supradictum est de confessione, quę infamat, verum est in vera confessione: secus in ficta : hæc ille. & qp vera fuerit cõfessio dicti Presbiteri proposiți in hac quęstione, patet : cum facta fuerit sine tormentis & coram legitimo Iudice : & sciendum quòd idem Decius ipse confirmauit ibidem nu. 43. in verticulo quinta, & vltima conclusione infrascriptis verbis vtens, videlicet.quinta,& vltima conclusio, qp si virtute sententię, & processus in causa ciuili quis factus sit infamis, repelli potest ab omni actu, à quo infamis repellitur, quia respectu infamiæ sententia lata cõtra vnum in vno iudicio facit fidem in alio, vt concludit Federicus in consi.25. Titius electus.col.penult.& not.per glo.in l.ex ea.de postulat. in glo. 2.& in c.testimonium. in versic. Grauata . extra de testibus . cum similibus, vt tradit Alexan. in l. sępe.col.8. in versic.tamen aduertendum est, de re iudic.& limitatur hoc per Bald.in l.2.§.deinde. in fin.de origine iuris, & tradunt Mod.in dicto c.testimonium.col. penult.& Federicus in alio consilio 155.Ioannes de Ana in c.cùm oporteat.col.fin. de accusat. hæc ille.Sciendum tamen,quòd verba Ioannis de Ana. supra retuli ad verbum. Marianus Socinus idem testatur in c. qualiter & quando, el secondo. nu. 1253.extra de accusat.vbi sequitur sententiã Bart. supra relatam.& idem Doctor.in c.supra his.nu.10.11.& 14.& 19. extra de accusat,& Aug. Berous in c.

Digitized by Google

ad hoc, vt quis sit infamis, quòd sit de crimine damnatus. vt in l. prima, ff. de his, qui notãtur infamia, modò in accusatione criminali cõfessus de crimine non est damnatus, nec habetur pro damnato. vt in l. si confessus. ff. de custodia, & exhibitione reorum. Vbi hæc habentur, videlicet. Si confessus fuerit reus: donec de eo pronuncietur in vincula publica conijciendus est: vbi Glo. dicit quòd confessus non habetur pro iudicato in causa criminali, secus in causa ciuili, vt in l. prima, ff. de confessis. & l. finali. C. de confessis. Quapropter Bartolus vbi supra, cùm in ciuilibus confessus † habeatur pro conuicto, & condemnato, vt in l. vnica. C. de confessis, (vbi dicuntur hæc. Confessos in iure pro iudicatis haberi placet: quare sine causa desideras recedi a confessione tua, cùm & soluere cogeris. hæc ibi) dicerem (inquit Bartolus) eum infamem, & sic intelligo Glosas prædictas si possent ad hoc aptari, alias male dicerent. Non obstat. l. si reus. ff. de procur. quia aliud est cõfiteri, aliud soluere. Ille enim qui confitetur: vel confitetur, vt damnetur, vel vt habeatur pro damnato, meritò cũ sit damnatus efficitur infamis ex edicto prætoris: sed si vult soluere, tunc non confitetur, vt condemnetur, vel vt pro condemnato habeatur, sed vt propter solutionem iudicium euadat, & iste non est infamis ex edicto prætoris, quia non est damnatus: sed videtur magis absolutus: absoluetur enim ab instantia iudicij, & ideo remedium est, vt quis soluat † ante cõdemnationem, quia si soluit non erit infamis, & tenemenți hanc practicam. Idem Bartolus ibidem, numero vndecimo, dicit subsequenter. Item dicitur hic damnatus † de crimine iniuriarum est infamis. Idẽ Bartolus in l. sed si furti, numero secundo, ff. de his, qui notãtur infamia dicit, quòd sentẽtia lata contra aliquem statim infamat, nec † expectatur donec transeat in rem iudicatam. Nam quædam est executio ipsius sententiæ, quę fit facto hominis, & ista non põt fieri infra tẽpus appellationis interponendæ: quædam est executio, quæ fit a lege, vt infamia, & in his, quæ continent diminutionem status, tunc sententia statim trahit secum executionem, vt hic & in l. qui vltimo, & l. quoad statum, ff. de pœnis. Baldus quoque se subscripsit nostræ conclusioni in capitulo testimonium, numero primo, extra de testibus. dicens: infamia autem est triplex, † scilicet Ciuilis, Canonica, & infamia facti. Cõtrahitur autem ciuilis infamia tribus modis. Nã contrahitur interdum ipso facto in quibusdam casibus expressis in iure, interdum per sententiã diffinitiuam, scilicet Iudicis non arbitri. Item per interlocutoriam non contrahitur infamia † iuris: & ideo sententia banni, cùm sit interlocutoria non infamat, vt in l. quid ergo. §. quantum, & §. ex

com-

Digitized by Google

compromisso.ff.de his,qui notantur infamia. Nam in dicto §. quantum, hæc habentur, videlicet. Quantum ad infamiam pertinet, multum interest in causa, quæ agebatur, causa cognita aliquid pronunciatum sit, an quædam extrinsecus sint elocuta: nã ex his infamia non irrogatur. Vbi dicit Glosa in versiculo sint elocuta, scilicet inter loquendo. & sciendum, quòd in dicto §.ex compromisso. hæc habentur, videlicet. Ex compromisso arbiter infamiam non facit,quia non per omnia sententia est. hæc ibi, & idem docet Glosa in versiculo non facit. hæc Baldus vbi supra, qui in capitulo veritatis,numero tertio, ext.de restitu.spoliat. infrascriptis verbis vtitur, videlicet, ibi [sine spe restitutionis.] Nota infamem per diffinitiuam non posse de ordinata iustitia reintegrari ad famam, concordat textus in l.prima, §.de qua.ff.de postulãdo.Idem docet idem Baldus in capitulo cum te. numero primo,ext.de sententia,& re iudicata,dicens. Condemnatus actione iniuriarum est infamis,& idem Baldus in capitulo at si clerici.ext.de iudicijs, numero 27. §.quæro an depositus dicit,quòd
13 infamis † in vno loco,est infamis vbicunque, quia fama est indiuisibilis:Antonius etiam.de Butrio se subscripsit præsenti conclusioni in capitulo cum te.ext.de sententia, & re iudicata. Notabili primò dicens.Nota quòd senten-
14 tia † in causa,& actione iniuriarum, quantumcunque super minima iniuria infamat etiam si sententia sit'iniusta secundum vnum intellectum, & idem docuit Antonius rursus nostræ conclusioni se subscribens in capit.at si clerici, columna octaua, in versiculo plura dicit Glosa. Primò quòd non est infamis. ext.de iudicijs. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Primò quòd non est infamis de crimine ciuiliter damnatus,& in hoc Doctores reprehendunt eam, quia contra l.furti.ff. de his, qui notantur infam. & l. non potest. ff.de furtis.alleg. per eam de quo in capitulo multi, secunda quæstione prima. Aduerte inquantum dixi condemnatũ, vt confessum de crimine infamari, est verum, quando damnatur ex confessione, & sententia secuta propter confessionem,vel probationem veram: secus si damnetur ex ficta cõfessione, propter contumaciam,quia illa confessio
15 nec contumaciã infamat: hæc ille ibi,qui paulò post infrascriptis vtitur verbis.Tertiò Glosa dicit, quòd infamia iuris quis deponitur:& habes effectum infamiæ iuris,ex quo nota, quòd omne cri-
16 men inducens † infamiam iuris est depositione dignum.hæc ille. Panormitanus quoque se subscribens nostræ conclusioni in capitulo cum te. columna secunda, notab.secundo,ext.de sententia, & re iudicata.infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Nota secundò, quòd licet actio iniuriarum sit
17 priuati iuris, † vt l.finali. C. de iniurijs. tamẽ irrogat infamiam condemnato, vt hic, & l.1. ff.de

Digitized by Google

his, qui notantur infam. & scias,
18 quòd infamia iuris † quandoque irrogatur in genere delicti per sententiam declarati, quandoque ex genere pœnæ, quandoque ipso facto, idest ex genere facti, quod prosequere, vt legitur in capitulo infames, §. porrò infamiã, tertia quæstione septima, & idem Panormitanus in capitulo at si clerici, numero 26. ext. de iudicijs infrascriptis vtit verbis, videlicet. Primò sentit Glosa, quòd damnatus ciuiliter de
19 crimine, quod infamat † non efficiatur infamis, cuius contrariũ notat Glo. in capitulo cum te. extra de sententiã, & re iudi. & illa verior, & communiter approbatur, quod etiam tenet Glo. capitulo multi, secunda quæstione prima. Nam iura communiter dicunt dãnatum de crimine publico esse infamem: nec distinguitur, an ciuiliter, an criminaliter agatur, vt in l. 1. l. Athletas. & l. furti. ff. de his, qui notãtur infa. & l. infamem. ff. de publ. iudi. Vbi hoc notat Glo. & Bartolus. Secundò sentit Glo. quòd confessus cri
20 men † de quo quis damnatus efficeretur infamis, incurreret infamiam. Nam Glo. in l. Ictus fustiũ. ff. de his, qui notãtur infamia, tenet quòd incurrat infamiã, quantumcunque sententia non sit secuta. & ita videtur tenere Innocentium in capitulo super his, ext. de pœnis. & ideo in casibus, in quibus quis efficeretur infamis per sententiam, efficeretur infamis per solam confessionem ratione prædicta, quando confessio fuisset vera confessio, secus si fuisset ficta: & idem Panormitanus in capitulo testimonium, numero sexto, in versiculo, & dicitur infamia iuris. ext. de testibus. Vbi dixit. Et dicitur infamia iuris illa, quæ irrogatur per sententiam, vel ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur, duntaxat de quibus vide textũ, & Glo. bonam in capitulo infames, §. porrò, tertia quæstione septima, & L. Athletas, §. calumniator. cum §. sequenti. & l. 1. ff. de his, qui notantur infam. & tenet hanc regulam, quòd regulariter omnes in-
21 fames † secundum leges sunt infames secundum Canones. hoc probat text. not. in c. omnes verò, 6. q. 1. Notat Innocentius in c. qualiter, & quando, el secondo, de accusat. Henricus Boich quoque se subscripsit præsenti nostræ conclusioni in cap. cum te. ext. de sententia, & re iudicata. & quoniam perpulchrè quidem hanc materiam pertractat, iccircò ad verbum referemus eius sententiã & tenorem verborum legũ, quas ipse citat, cùm scitu digna sint, & memoriæ comendanda pro pleniori notitia istiꝰ materiæ. Quapropter sciendum, quòd his verbis vtitur, videlicet. Si quæris vtrum, & quando Iudex iudicando, seu condemnando videatur famam reseruare, vel non. Distingue. Aut Iudex condemnat aliquem de crimine nõ famoso: aut condemnat eum de crimine famoso. † In primo casu quan-
22 tumcunque pœnam imponat, non infamat, quia non pœna, sed cau-

23 causa † existimationem fugillat, vt in l.nullam. C.ex quibus cau.not.infamia.Vbi hæc habentur, videlicet.[Nullam existimationis infamiam nunculus tuus pertimescat actibus fustiũ subiectus ob crimen quæstione habita,si sententia non præcellit ignominiæ maculam innodans.] & clarius elicitur ex textu in l.ict⁹. ff.de his, qui not.infam. vbi hæc habentur,videlicet. [Ictus fustiũ infamiam non importat, sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogaret: in cęteris quoque pœnarum generibus eadem forma statuta est.] hæc omnia, tamen vera sunt regulariter,sed fallunt, quando pœna aliqua imponeretur,quæ ciuitatem,vel libertatem adimeret,nam tunc pœna durante esset infamis, sed ea sublata non, vt in l.cognitionum. §.minuitur,& §.consumitur.ff.de varijs,& extraordinarijs cognitionibus. Vbi hæc habentur, videlicet.[Minuit exstimatio quoties manente libertate circa statum dignitatis pœna plectimur, sicut cum relegatur quis,vel cùm ordine mouetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fustibus cędi-tur, vel in opus publicum datur, vel cùm in eam causam quis incidit, quæ edicto perpetuo inter infamię causas annumerat.Consumitur verò quoties magna capitis minutio interuenit, id est cum libertas adimitur, veluti cum aqua, & igni interdicitur, quæ in persona deportatorum euenit, vel cùm plebeius in opus metalli,vel metallum datur: Nihil enim refert, nec diuersa pœna est operis, & metalli, nisi ꝙ refugæ operis,non morti,sed pęne metalli subijciuntur.] Idem & apertius habetur in l.falsi nominis.§.Ordine. ff.ad l.Cornel. de falsis. Vbi hæc habentur, videlicet.[Ordine decurionũ decem annis aduocatum motum, qui falsum instrumentum cognoscente Prędide recitauit post finem temporis dignitatem recuperare respondi,quoniam in Corneliam,falso recitato, non facto, non incidit. Eadem ratione plebeium ob eandem causam exilio temporario punitum, decurionem post reditum rectè creari.] hæc ibi. Ex quibus omnibus luce meridiana clarius elucet veritas istius primi membri, ac distinctionis. In secundo casu, scilicet, quando Iudex condemnat
24 de crimine famoso † (vt in casu proposito in nostra conclusione, vt probatum fuit supra per dicta iura) summoperè expedit pro decisione istius quæstionis distinctione tali vti, dicendo, aut Iudex condemnando imposuit pœnam regularem, & consuetam, & tunc perpetuò est infamis,vt docet Bartolus in l.etsi seuerior,numero octauo,C.ex quibus cau.infa. irrog. & etiam elicitur ex text in l.1.in fi.ff.de his, qui not. infa.in quo enumerãtur multi casus, ratione quorum aliquis infamis infamia iuris efficitur

Digitized by Google

tur ipso facto, vtputa, qui lenocinium fecerit, & aliquis pro aliquo delicto (de quo fuit condemnatus in iudicio) enumerato in dicta l. vt qui sunt ij, qui per sententiam fuerunt damnati pro iniurijs illatis, vel pro calūnia. Et iccircò diximus hoc elici ex dicta l. 1. quia cum ibi dicatur tales criminosos, & nullam mentionem ibi faciat textus de tempore vtiquè sequitur legem ipsam voluisse tales esse perpetuò infames: animaduertendum tamen, quòd secundum doctrinam Bartoli ibidem, num. 3. Infamia iu-
25 ris ciuilis † est duplex; nam alia incurritur ipso facto absque ministerio Iudicis: Nam eo ipso, quòd quis facit aliquid prohibitum ipsum proferre sententiam infamiã irrogat: & hoc est, quod dicitur ipso facto quem incurrere pœnam, idest propter ipsum factum, & illud idem dicitur ipso iure, & sic in effectu idem im-
26 portat dicere, † ipso iure, & ipso facto, & hoc videtur sentire Glosa, quæ incipit. Decem vel vn decim casus: sed melius dicas, quòd dicta Glo. incipit. Qui eam in potestate decem, vel vndecim. & istud est quandocunque lex notat factum, vt in prima, & tertia parte huius l. 1. & l. palam. §. qui in adulterio. ff. de ritu nupt. quandoque ista infamia non irrogatur ipso facto per legem, nisi super facto sequatur sententia Iudicis, vt in secunda parte huius l. 1. quod apparet, quia lex non notat factum, sed condemnationem factam super facto, (vt magis propriè loquamur) super accusatione, vel actione, quæ oritur ex ipso facto, seu propter factum. hæc omnia notabilia sunt ex ipso Bartolo, & Glosa vbi supra. Et sciendum quòd prædicta de hoc secundo casu sunt verissima, & verificantur quoque in eo, qui
27 fuit punitus † pro aliquo ex dictis famosis criminibus pœna tẽporali, seu ad tempus: nam etiam in hoc casu remanet perpetuò infamis, nisi secum dispensatũ fuerit ab eo, qui talem potestatem habet, vt docuit textus. in l. qui cum vno testiculo. §. ad tempus. ff. de re militari. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ad tempus relegatus si expleto spatio fugæ (id-est relegationis, vt docet ibi Glosa) militem se dedit, causa damnationis quærenda est, vt si contineat infamiam perpetuam, idẽ obseruetur, si transactum de futuro sit, & in ordinem redire potest, & honores petere militiæ nõ prohibetur.] hæc ibi. ex quibus patuit, vt benè arguit Henricus Boich. Vbi supra, quòd pœna etiam temporalis imposita pro crimine famoso, seu propter qđ incurritur infamia iuris, quem efficit infamem perpetuò quid & apertius probatur per textum in l. ad tempus. C. ex quibus causis infa. irrogatur. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ad tẽpus in opus publicum damnati pristinũ quidem statum retinent, sed damno infamiæ post impletum tempus subijciuntur.] hæc ibi. Vbi glosa

nobiscum

nobiscum sentit in versic. subijciantur. Sed si Iudex imposuerit aliam pœnam, quàm regularem, ac consuetam, seu indictam a lege ratione criminis famosi, seu infamiam irrogantis post sententiam diffinitiuam: in tali casu subdistinguendum erit tali pacto, videlicet. Aut imposuit pœ-
28 nam pecuniariam † pro pecuniaria etiam si ipsam auxerit, & in his casibus semper remanet infamis, vt docet textus in l. quid ergo. §. pœna grauior. in versic. sed si in causa. ff. de his, qui not. infa. vbi hæc habentur, videlicet. [sed si in causa furti, nec manifesti in quadruplum Iudex cõdemnauerit, onerat quidem reum pœna aucta (nam ex furto, nec manifesto in duplum conueniri debuit) verum hanc rem existimationem ei non conseruasse, quãuis si in pœna non pecuniaria eũ oneraſſet transactum, cum eo videretur.] hæc ibi. Idem dicitur per Bartolum, Glosamq; ibidẽ, & in versic oneraſſet, & idem dicitur a prædictis Doctorib. ibidem arguendo a fortiori, quando Iudex imponeret pœnam pecuniariam pro corporali statuta a lege, nam tunc infamia irrogatur, vt docuit Bartolus in l. etsi seuerior. numero septimo, C. ex quibus caus. infam. irrogatur, & ibidem Glosa, & Henricus in dicto capitulo cum te. Aut Iudex imponit pœnam corporalem pro pecuniaria, vel corporalem pro corporali, & tunc subdistinguendum erit tali pacto. Aut Iudex imposuit pœnam grauiorem eà, quæ imposita fuit per legem, & tunc. Aut talis pœna erat diuersi generis. Aut eiusdem: si primò, vtputa, pro pœna pecuniaria imposita a lege imponeretur pœna corporalis, vt puta relegationis, vel huiusmodi, & tunc dicendum, quòd ex talis pœnæ iniunctione videtur fuisse a Iudice secum dispensatum super infamia. Quapropter taliter punitus pro crimine famoso non incurret infamiam iuris, vt docuit textus in dicta l. quid ergo, §. pœna grauior. infrascriptis præcisis verbis vtens, videlicet. [Pœna grauior vltra legem imposita existimationem conseruat, vt & constitutum est, & responsum: vt puta, si eum, qui in parte bonorum mulctari debuit, Præses relegauerit dicendum erit duriori sententia cum eo transactum de extimatione eius, iccircoque nõ esse infamem.] hæc ibi. Idem dicemus si imposita fuisset grauior pœna eiusdem generis, vt pro minori corporali maior corporalis fuisset imposita: nam tunc videretur secum dispensatum, & sic euaderet infamiam etiam in crimine famoso, vt docuit textus in l. in seruorum. §. in personis. ff. de pœnis, vbi hæc habentur, videlicet. [In personis tam plebeiorum, quàm decurionum illud statutum est, vt qui maiori pœna afficitur, quàm legibus statuta est, infamis non fiat. Ergo etsi operę temporario quis mulctatus sit, vel tantum fustibus cęsus, licet in actione famosa, veluti furti, dicendum erit infamẽ non

esse: quia & solus fustium ictus grauior est, quàm pecuniaria dãnatio.] hæc ibi. Idem Glo. ibidem in versiculo infamis. Bartolus, & Henricus vbi supra. Idipsum docuerunt supra citati Doctores, quorum tamen sententia limitanda erit, dicendo ipsam fore intelligendam veram in vtroque casu, secundum Bartol. in dicto §. pœna. numero decimo, & in l. etsi seuerior. numero septimo. C. ex quibus cau. infrog. infa. & secundum Henricum vbi supra, numero septimo, dicentes, quòd quando pœna aucta fuisset propter aliquod extrinsecum accidens, præter naturam delicti in exemplum aliorum, quia multi erant delinquentes in illo delicto, vel tunc instabat magnum periculum: nam tunc infamia tollitur, prout docuit textus in dicta l. etsi seuerior. §. pœna. vna cũ glo. ibi. vt docuit ibidem Bart. numero septimo: & ratio est secundum eosdem, quoniam tunc tacitè secum videretur dispensatum super infamia, vt docuit textus in dicto §. pœna grauior, & in dicto §. in personis. Aut fuit aucta pœna statuta a iure per Iudicem ipsum ex natura delicti propter aliquas qualitates inhærentes ipsi delicto (quæ ponuntur in l. aut facta. ff. de pœnis. in sex primis qualitatibus ibi recensitis.) Tunc licèt augeatur pœna, non tamen tolleretur infamia, quia in tali casu non diceretur pœna grauior vltra legem imposita, quod requirit dictus textus in dicto §. pœna, sed secundum legem, & prout requirunt qualitates delicti. hæc ille Doctor in d. l. etsi seuerior. numero septimo, & horum ratio secundum dictum Bart. vbi supra
29 est, quia pœna † non debet inducere premium. vt in l. relegatorum. §. fin. in versic. neque enim, ff. de interdict. & relegat. Vbi hęc præcisa verba habentur, videlicet. [Neque enim immunitatem pœna tribuere debet.] hæc ibi. Pro cuius rei maiori intelligentia sciendum, quòd altera ex his quatuor causis contingit dici v-
30 nam pęnam † maiorem altera videlicet. Primò vel ratione effectus, vel secũdò ratione durationis, vel tertiò ratione asperitatis, aut quartò ratione opprobrij. Ratione enim effectus: pœna excommunicationis dicetur maior omnibus pœnis: cùm operetur damnationem mortis æternæ, vt docuit textus in capitulo nemo Episcoporũ, vndecima quæstione tertia. Vbi dicitur Anathema esse æternæ mortis damnationẽ, & hæc pęna operatur quoq; priuationem communionis fidelium omnium, vt docet textus in c. sicut Apostoli. 11. q. 3. priuat Eccle się Sacramentorũ participatione actiua, & passiua. vt in c. Engeltrudam. 3. q. 4. & priuat denique multis alijs commodis tam temporalibus, quàm spiritualib⁹, de quibus aliàs plenius dicemus. Ratione durationis ipsius pęnę. Depositionis pęna est maior omnibus alijs, durat enim in perpetuũ vt in c. constitueretur. dist. 50. ẽt post satisfactionem. vt in c. minor. dist. 50. quod non contingit in

Digitized by Google

in pęna excommunicationis. Ratione asperitatis, pęna corporalis est maior omnib. alijs: illa.n. sentitur actualiter, quod nõ est in alijs. Vnde lib. Iob. c.2. vers.4. & 5. dicitur [pellem pro pelle, & cũcta, quæ hét homo dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tũc videbis, ꝙ in faciem benedixerit tibi.] Ratione opprobrij pęna signationis in fronte cũ ferro candẽti, & pęna fustigationis per ciuitatem, & similis pęna dicenda erit grauior alia. Quæ omnia de comparatione pęnarũ ad inuicem docuit Archid. in c. corripiantur. 24.q.3. quem sequens refert Henricus vbi supra. Si verò
31 Iudex imponeret pęnam † equalem pœnæ iniunctę a iure pro crimine famoso, seu pro quo incurritur infamia iuris, & in hoc casu dicendum erit, ꝙ damnatus pro tali crimine remanebit infamis, quod probari docuit Hẽricus vbi supra, per iura, quæ dicunt, quòd de æquipollentibus idem est iudicium, & quòd non refert quid
32 de æquipollentibus † fiat, vt habetur ex text. in l. fin. §. fi. ff. mandati. Vbi hæc pręcisa verba habentur, videlicet. [Mandaui in hæc verba, Lucius Titio Caio suo salutem. Peto & mando tibi, vt fidẽ dicas pro Publio Meuio apud Sempronium, quęque a Publio soluta tibi non fuerint me represẽtaturũ hac Epistola manu mea scripta notum tibi facio. Quęro si non fideiussisset, sed mãdasset creditori, & aliàs egisset, quam quod ei mandatum esset. An actione mandati teneretur? Respõdeo teneri,] hæc ibi, quod & probatur per textum in l. fideicommissa. §. si cum ita. ff. de legatis tertio, vbi hæc habentur, videlicet. [Si cùm ita fuerit fideicommissum relictum, si morte patris iuris sui effectus fuerit, & emancipatione sui iuris effectus sit: non videri defeciisse conditionem, sed & cùm mors patris contingat, quasi existente conditione ad fideicommissum admittetur.] hæc ibi, quæ omnia Glosa in dictis iuribus simpliciter, & libenter ad litteram amplexata fuit, inde eliciendo regulam illam peroptimam, in qua habetur, quòd non referat quid de æquipollentibus fiat, quod & alijs ibi citatis iurib. dicta glosa probare nititur. Attamen si Iudex imposuerit pœnam minorem illa, quę de iure imponenda venic-
33 bat, † tunc tali pacto distinguendum erit, prout docuit Bartolus in dicta l. quid ergo. §. pœna grauior, numero vndecimo, sequens doctrinam Glosæ ibidem in versiculo oneraret, dicentis, quòd si Iudex minuisset pœnam causa cognita, remitteret infamia, sed si sine causę cognitione infamia nõ remittitur. hæc Glosa. Ipse verò Bart. inquam vbi supra infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Tu dic Glosã benè dicere per doctrinam l. etsi seuerior. C. ex quibus cau. infa. irrogat, adde, ꝙ ibi hæc habentur, videlicet. [Etsi seuerior sententia dici debuit, tamen

cum

cùm Procõſul vir Clariſſimus certis rationibus motus, mitiorem ſentẽtiam dixerit, & ordine Decurionum te biennio abſtinere iuſſerit: tranſacto tempore non eſſe te in numero infamium, palàm eſt: eò, quòd poſſ biennium remiſiſſe tibi prohibitionem decurionatus Iudex videtur.] hæc ibi. vbi idem fatetur Gloſa in verſi. certis rationibus, & in verſ. remiſiſſe. Dicit ergo Bar. vbi ſupra, quod tamen intelligẽdum eſt ſecũdum exempla diminutionum, quæ hìc ponuntur in Glo. Nam quandoque fit diminutio ex cauſa, quæ minuit delictum, vt propter iuuentutem, vel ſenectutem; vel quia fecit homicidium ſine dolo, vel quia nimio dolore commotus, vt ſi interfecit adulterum cum vxore repertum, vt in l. 1. in fine. ff. ad l. Cornel. de ſiccarijs: tunc tollitur infamia: ita loquitur dicta l. etſi ſeuerior. hoc etiam indicat ipſa natura, & noſtri mores: ſi enim dicitur, talis fecit homicidium: ſtatim tu excuſas eum, ſi ipſe habuit iuſtam cauſam faciendi, vel erat quidam puer, vel ſimilia. Sed ſi eſt talis cauſa, quæ delictum non minuit, vt puta, propter dignitatem nataliũ, punitur mitiùs, quàm alter. certè non minuitur infamia, vt in l. Quædam. ff. de pęnis. hęc Bar. ſed tu ſcito quòd in dicta l. quædam. hæc habẽtur, videlicet. [quędam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant, militi verò grauiorem. Nam ſi miles artem lubricam fecerit, vel in ſeruitutem ſe venire paſſus ſit: cãpite puniẽdum Menander ſcribit.] hæc ibi. Ex his ergo omnibus patuit veritas noſtræ concluſionis vnà cum multis notatu dignis, pro maiori intelligentia præſentis concluſionis, ac totius huius materiæ. Felinus quoque ſe ſubſcripſit præſenti noſtrę concluſioni in dicto c. cùm te. dicens, quòd
33 † damnatus actione iniuriarum infamis eſt, prout docuit Ioannes de Ana. in c. inquiſitioni. col. 2. in verſic. aut proceſſit diſſiniendo, ext. de accuſat. dixit. Aut proceſſit diſſiniendo. & tunc ſi proceſſit contra præſentem (vt in caſu noſtro,) eſt infamis: quia eſt
34 diſſinitiuè condemnatus † ex cauſa famoſa. hæc Doctor ille. idẽ fatetur ipſe Ioannes de Anan. in c. inquiſitioni. col. 2. in verſic. aut proceſſit diſſiniendo. extra de accuſat. vbi referens ſententiã Baldi dicẽtis, quòd etiam dum proceditur per viam inquiſitionis, qui condemnatus ex cauſa famoſa fuerit per ſententiam diſſinitiuam, efficitur infamis. quod dictum ipſe limitat verũ paulò poſt in verſic. conſidera ſi. dicens hoc eſſe verum, quãdo fuit proceſſum ad inſtigationem, & promotionem alicuius. quia tunc omnino efficeretur infamis, vt docet Bar. & ſequaces. ex quibus patuit ipſum Ioannem de Ana. ſe ſubſcripſiſſe noſtrę concluſioni, cum crimina pro quibus fuit condemnatus, ſint famoſa, & ſit proceſſum ad inquiſitionem ad inſtigationem Monaſterij, quod & rurſus

Digitized by Google

sus confirmauit amplectendo sententiam Innocentij in c.qualiter, & quando, el secondo. ext.de accusat.& Federic. de Senis in consilio 223. & hoc ipse Ioannes de Ana. dixit in c. cùm oporteat . col.4.in versi.quærit hic Do. Flo. vbi infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Quærit hic Dom. Flor. ad finem; An infamia probata in vno iudicio habeat effectum quo ad faciendum fidem in alio . verbi gratia : opponitur electo infamia ne confirmetur, & producitur instrumentum sententiæ, in quo continetur, quòd conuentus actione depositi, negauit depositum, fuit conuictus,& condemnatus ; & sic infamis effectus : videtur , quòd non sufficiat per id, quod habetur in c.penultimo.extra de sent.& re iudic.& quia res inter alios acta,&c. contrarium disputando tenuit Federicus de Senis in consil. 223. & mouetur per notata per Innocentium in c. qualiter & quãdo, el secõdo. ext. de accusatio.hæc ille, cui se subscripsit Decius vtens infrascriptis verbis paulò post per me referendis. Decius quoque præsenti nostræ conclusioni se subscripsit in c.At si clerici.col.12.num. 34.35. 36.vbi disputat, arguit, & denique concludit , quòd confessus in iudicio legitimo tantum , crimen famosum,efficietur infamis, & à fortiori , si indè fuisset condemnatus iuxta argumentum, ac regulam illam vulgatissimã, propter quod vnumquodque tale , & illud magis , vt in c.cùm in cunctis.de elect,& in num. 37.rursus idem faretur dicens, & quòd supradictum est de confessione,quę infamat , verum est in vera confessione: secus in ficta : hæc ille. & qꝑ vera fuerit cõfessio dicti Presbiteri propositi in hac quęstione, patet : cum facta fuerit sine tormentis & coram legitimo Iudice : & sciendum quòd idem Decius ipse confirmauit ibidem nu. 43. in verbiculo quinta , & vltima conclusione infrascriptis verbis vtens, videlicet.quinta,& vltima conclusio , qꝑ si virtute sententię, & processus in causa ciuili quis factus sit infamis , repelli potest ab omni actu , à quo infamis repellitur , quia respectu infamiæ sententia lata cõtra vnum in vno iudicio facit fidem in alio, vt concludit Federicus in consi.25. Titius electus.col.penult.& not.per glo.in l.ex ea.de postulat. in glo. 2.& in c.testimonium. in versic. Grauata . extra de testibus . cum similibus , vt tradit Alexan. in l. sępe.col.8. in versic.tamen aduertendum est,de re iudic.& limitatur hoc per Bald.in l.2.§.deinde. in fin.de origine iuris, & tradunt Mod.in dicto c.testimonium.col. penult.& Federicus in alio consilio 155.Ioannes de Ana in c.cùm oporteat.col.fin. de accusat. hæc ille.Sciendum tamen,quòd verba Ioannis de Ana. supra retuli ad verbum. Marianus Socinus idem tellatur in c. qualiter & quando, el secondo. nu. 1253.extra de accusat.vbi sequitur sententiã Bart. supra relatam.& idem Doctor.in c.supra his.nu.10.11.& 14.& 19. extra de accusat,& Aug. Berous in c.

Digitized by Google

in c.1.nu.41.extra.de accusat.dicens infamiam iuris irrogari vel ipso iure in quibusdam criminibus,vel per sententiam:idem docet Sylvester in verbo. infamia.§. 5.qui dicit iuris infamiam incurri per iniurias illatas. & sic patuit veritas conclusionis vnicæ circa primum articulum propositum.

Felinus quoque nostræ se subscripsit conclusioni in d. c. Cùm te,nu.10.extr. de sent.& re iudic. & idem facit in c.sicut olim.num. 22.extra de accusat. sequens sententiam Baldi in l. depositum. C.depositi. vbi dicit, quòd condemnatus ex actione infamante, sit infamis,& possit deponi. Idē Felinus dicit,quòd confessus crimen suum in iudicio criminali, dicatur infamis infamia iuris. & hoc probat in c.At si clerici, nu. 25. extr.de iudicijs. idem sentijt Cardinalis à Turrecremata in §. porro. nu. 4.lib.3.q. 7. iuxta textum ibi contentum.

Circa secundum articulū vnica conclusio sit: hæc infamis infamia iuris † effectus est irregularis. & probatur hæc conclusio auctoritate Doctorum.Nam hoc docet Specul.in lib.1. titu. de dispensatione.§. iuxta propositionis ordinem. nu.18. in versi.infamis enim est irregularis. & idem rursus docet in eodem lib.1. titu. eodem.§.fin.nu.8.in vers.infamis enim irregularis est. Idem docet Archidiaconus in c.qui in aliquo in principio.dist.51.Geminianus idem docuit in dicto c.qui in aliquo.in versi. quæro an iste textus locum habeat de quolibet Sacerdote. Præpositus in dicto c. qui in aliquo.in versic. quæro: an iste text.locum habeat in quacunque infamia. & denique idem docet Cardinalis à Turrecremata in dicto c.qui in aliquo. in principio.

Circa tertium articulum talis sit conclusio.Presbiter &c. effectus infamis & irregularis, est privandus beneficijs iam obtentis,& effectus est inhabilis ad obtinenda alia beneficia, non præ-
36 via dispensatione. † hæc conclusio probatur triplici medio. Primò per tex.in c.infamibus. de regulis iur.in sexto,vbi hæc habentur. [Infamibus portæ dignitatum non pateant.] hæc ibi. vbi per glo.& Docto.idem probatur in l.2.C.de dignitatibus. lib. 12. vbi hęc habentur,videlicet.[Neque famosis, & notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cętu segregat,dignitatis portæ patebunt.] hæc ibi. & quòd in casu nostro loquatur hic tex. docet ibi Glo. in principio dicens: dic, famosis infamia iuris, & per sententiam, vt in actione furti,& similium.idem ibidē docuit Bar. loquens de dignitatibus simpliciter. idem docuit Innocentius in cap. qualiter & quando. el secondo.nu.10.ext.de accusat. cuius verba retulimus in probando conclusionē primi articuli,quem sequutus fuit ibidem Ioannes Andr. Ioannes de Ana. & Felinus in dicto c. qualiter & quando,el secondo.Anton.autem de Butrio se subscribendo præsenti conclusioni in

Digitized by Google

ni in c. cùm non ab homine, col. 2. in versi. nota irregularem. extra de Iudicijs. dicit nota irregularé
37 ipso iure non fore depositum, sed deponendum. & in c. nisi. ext. de renunciat. col. 3. in principio, in vers. ex his nota. dicit quòd irregulares omnes qui priuantur officij executione, non sunt priuati beneficijs ipso iure, sed priuandi. Ioannes Andr. in dicta regula. c. infamibus, dicit quòd infames debent priuari dignitatibus obtentis. & idem in dicta regula, & c. ifamibus dicit Dynus, & Philipus Francus. Panormitanus quoque se subscripsit nostræ conclusioni in c. At si clerici. nu. 31. ext. de Iudicijs, dicens, quòd propter infamiam iuris quis sit priuatus, vel saltem priuandus beneficijs. Dominicus à Sancto Geminiano in c. satis peruersum. dist. 56. dixit quòd omne crimen
38 infamans † inducit depositionẽ, cuius sententię se subscripsit Felinus in c. at si clerici. col. 9. nu. 30. in versic. item dic. qui in dicto c. qualiter & quando, el secondo, videtur se subscripsisse sententiæ Ioannis de Ana. ibidem dicentis se subscribere sententiæ Antonij de Butrio & Ioannis de Imola dicentis, quòd talis non sit priuatus ipso iure, sed priuandus denuo per sententiam. vndè patet quòd Felinus vbi supra idem sentierit. Baldus quoque se subscripsit præsenti conclusioni in dicto c. at si clerici. nu. 26. vbi dicit, quòd nunquid ex quolibet maleficio potest quis deponi à beneficio. Respondeo, quòd sic: si tale est maleficium, quod de iure ciuili irrogaret infamiam: & sit actum ad hoc via ordinaria. Marianus Socinus. in c. super his. nu. 114. & 117. extra de accusat. afferens ad hoc text. in l. infamia. C. de Decurio. lib. 10. &c. & hanc conclusionem amplectitur Diaz in sua practica cano. crim. c. 223. titulo Beneficijs priuari.

Circa quartum articulum vnica sit conclusio, etsi diuersimodè docuerint circa hunc articulum Doctores, tamen in casu proposito omnes concordant dicentes,
39 quòd Episcopus † non possit dispensare, cùm ad hoc faciendum non compellatur ab aliqua necessitate scandali vitandi, sed nec propter magnam vtilitatem Ecclesiæ sui beneficij, vt patet cognoscenti infimas qualitates dicti Presbiteri: quapropter, vt veritas magis eluceścat, sciendum, quod prima opinio Doctorum fuit, quòd nullatenus Episcopus posset dispensari cum tali infami ac irregulari: de quorum numero fuit Innocentius in c. cũ te. nu. 1. ext. de sententia & re iudic. Ioannes And. in dicto c. cùm te. col. 2. in principio, Ant. de Butrio. col. 2. in versic. nunquid autem restituat Laicum. Henricus Boich in dicto c. cùm te. nu. 11. 12. & 13. & Felin. in d. c. cùm te. n. 14. & ratio est, quia hoc ipsos episcopos posse iure non est cautum. alia opinio Doctorum fuit dicentium, quòd suadente necessitate Ecclesiæ, cui præst ille infamis, q Episcopi possint dispensare: & hoc dicit Baldus. Panormitanus verò dicit

dicit in §. at si clerici. §. de adulterijs. nume. 15. quòd directè, & principaliter non potest dispensare, sed solùm indirectè contra sententiam suam. Hodie tamen videtur standum fore sententiæ primę cũ ei concordet Sacri Concilij Trid. decis. in sess. 24. de reformatione c. 6. vbi hęc habẽtur, videlicet. licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum; dispensare, &c. cùm pateat quòd causa talis irregularitatis incursæ fuerit ex delicto deducto ad forum iudicialẽ: ergo nõ dispensat Episcopus, &c.

Concludimus ergo de iure fore dicẽdum dictum Presbiterum Ioannem propter falsitatem literarum ab ipso compositarũ: quibus maxima iniuria affecit Presbiterum Georgiũ, incurrisse infamiam iuris & irregularitatem non dispensandam, nisi à Papa: & de iure fore priuandum beneficijs Ecclesiasticis, quamuis non fuerit ipso iure priuatus.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum negatiuum includit in se affirmatiuum, quando præceptum negatiuũ non sortiretur suum effectum.*

2 *Vxor, cui mortem maritus minatus fuit, & perse non stetit quin ipsam occideret, non compellitur ad cohabitandum viro suo.*

3 *Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus.*

4 *Cui denegatur quod minus est, etiam quod plus est videtur prohiberi.*

5 *Scandala necesse est vt veniant, sed vè homini illi, per quem scandalum venit.*

6 *Inimicis capitalibus se tradere nemo tenebitur.*

7 *Cautio vbicunque non sufficit, vbi fiet sequæstratio personæ, et quare.*

8 *Litterę de saluo conducto, is cui fuerunt concessæ non tenebitur illis stare. & quare.*

9 *Vxoris restitutio viro impeditur, non solùm propter viri sęuitiam, verùm etiam propter sæuitiam consanguineorum viri, nec non propter sæuitiam eius in extorquendo debitum coniugale, nec non et per verborum sæuitiam: et è contra propter sæuitiam vxoris, et consanguineorum eius, vir non restituitur: et quare: et tunc vxor erit committenda alicui honestæ matronæ. et quare.*

10 *Satisdatio maleuolum animum non mutat.*

11 *Maritus ex causa poterit vxorem vinculare, castigare, et leuiter uerberare pro qualitate culparum, dummodo non procedat ad sęeua, aliàs ipse veniret puniendus.*

12 *Vxor quando erit relinquenda viro suo vitę eius insidianti, et quando non.*

13 *Maritus, qui sine causa, vel enormiter uerberans vxorem suam puniendus*

Digitized by Google

niendus est, non autem cum causa & leuiter.

14 Episcopus & quilibet alter Iudex compellens vxorem habitare cum viro suo in casu primæ conclusionis. tenebitur ei ad omne interesse indè passum.

15 Præceptum negatiuum, vt est, Non furtum facies, an cõtineat in se præceptum affirmatiuum de restituendo bona iniustè ablata.

16 Non pascens fame esurientem, quando posset, occidere cõuincitur eum, si indè moriatur.

17 Furtum quid sit.

18 Restituere quid sit.

19 Restitutione facienda quid sit attendendum.

20 Bona aliena non restituens quomodo dicendus sit esse in actu furandi.

21 Damnum dedisse dicetur, qui causam damni dederit.

22 Seruus si sciente domino aliquem occiderit, vel vulnerauerit, Dominus eius ad interesse tenebitur.

Adultera separata a viro eam repetente, an cogi possit reuerti attenta viri sæuitia.

THEMA:

Quædam mulier per aliquod tempus in adulterio permansit viro suo sciente, & non contradicente propter quandam pecuniæ quantitatem acceptam ab adultero, qua pecunia consumpta, redijt dictus maritus ad Ciuitatem, in qua dicta adultera morabatur, & nixus fuit ipsam occidere, & ad hoc noctu ingressus est domum cuiusdam vicini eius putans ipsam domum esse propriæ vxoris: quo errore cognito redijt retrorsum, & hoc dixit quibusdam hominibus, & alijs quoq; confessus fuit se velle fingendo recõciliationem, ac reuocationem propriæ vxoris, ei promittendo pacificè secum cohabitaturum: & quòd tali cohabitatione obtenta, ipsam interficeret, & postea in remotis se fore recepturum, quo audito vxor illius non vult secum cohabitare timens sibi propter sęuitiam viri sui, etsi sæpius expetita fuisset a suo viro in vtroque foro.

DECISIO XXVIII.

Modò quæritur vtrum Episcopus, vel quicunque alter Iudex Ecclesiasticus de iure poterit dictam adulteram compellere ad cohabitandum viro suo necne.

EST primò videtur dicendum, quòd Episcopus, vel quicunque alter Iudex Ecclesiasticus poterit illam compellere ad cohabitandum viro suo. quod & videtur probari tali pacto, videlicet.

Illud quod a Deo præcipitur est

est obseruandum de necessitate salutis ab omnibus Episcopis, & iudicibus Ecclesiasticis. At Deus omnibus hominibus indifferenter præcipit, ne vxor à viro suo separetur: imò, quòd sinantur simul cohabitare, ergo nec Episcopi, aut alij Iudices Ecclesiastici poterunt compellere cõiuges ad thori separationem, imò potius cohabitationẽ insimul habendã.

Maior propositio probatur iure Diuino, Domino dicẽte. Matt. c.19. versi.17. [si vis ad vitam ingredi, serua mandata].

Minor probatur verbis Domini, Matth. cap.19. versic.6. Marci capit.10. versic.9. [quod Deus coniunxit, homo non separet.] consequentia per se patet, cùm eliciatur ex maiori & minori propositione: & corroboretur regula illa, apud Sacros Theologos vulgatissima, quòd in præcepto
1 negatiuo † includatur illud præceptum affirmatiuum, sine quo negatiuum præceptum non sortiretur suum effectum, vt patet in præcepto, Non furtum facies: in quo continetur præceptum de restituẽdo rem iniustè possessam (vt latiùs probauimus in tracta. nostro quæst.25. cõclusione vnica & quęst.27. cõclus.1. de vsuris) sic & in proposito cùm propriũ munus Iudicis Ecclesiastici sit compellere homines ad obseruãtiam diuinorum præceptorum: ac per consequens compellere coniuges ad cohabitandum insimul. Inde sequi videtur, q̃ Iudices Ecclesiastici non possent compellere coniuges ad thori separationem.

Sed contra: est sententia Domini, apud Mattheum.c.19.versi.9. [Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.] Ex quibus verbis elicitur, quòd dicta regula de non separando matrimonio patiatur exceptiones aliquas.

Respondemus præsenti qõni duplici conclusione, quarum prima talis est, mulier (de qua in præsen
2 tiarum fit sermo) † nullo pacto poterit compelli ab Episcopo, vel alio Iudice Ecclesiastico ad cohabitãdum cum viro suo: imò potius Episcopus, vel alius Iudex Ecclesiasticus tenebitur ipsam amouere (si inibi reperiretur) à domo viri sui, & collocare in domo honesta. compellendo virũ suum ad præstanda illi alimenta necessaria: cùm mors, quam illa timet, sit quoddam malum, seu nocumentum irremediabile, nec committenda sit vita ipsius fideiussoriæ cautioni: cùm ex solutione fideiussionis reparari non possit vita ipsius iam extincta à marito: etsi compelli posset ad cohabitandum, si tanta sęuitia viri non formidaretur, sed aliqualis iniuria verbalis, aut defectus vestium solitarũ, & huiusmodi, quæ ex solutione fideiussionis possent reparari. Hæc conclusio probatur quadruplici medio. Primò enim per arg. in iure diuino: apud Mattheum.c.19.vers.9. paulò antè relato, vbi habetur, quòd ratione fornicationis perpetratæ ab altero cõiugum, innocens poterit petere & obtinere ab Eccle-

sia

sia celebrationem diuortij. Diximus probari per arg. in dicto iure Diuino, qm̃ reuera adest inibi locus arguẽdi a maioritate rationis tali pacto, videlicet. Si alicui cõiugum indultum est a iure Diuino petere, & obtinere separationẽ matrimonij quoad thorum, ratione iniuriæ sibi illatæ p adulterium cõmissum a reliquo coniuge: quanto magis ei licebit ipsum diuortiũ petere, & obtinere a Iudice Ecclesiastico, qui iustè timet sęuitiam reliqui coniugis, qui capitali odio ipsam persequitur, & iã insidiatus fuit vitæ sę, & asseruit se velle petere cohabitationem illius, vt facilius eam interimere posset? eo ꝙ maior sit iniuria mortis, q̃ violationis thori incursę ex adulterio ꝑpetrato, cũ maius bonũ sit tẽporalis vita adulteræ, quod procuratur per diuortiũ, q̃ fuerit malum iniuriæ illatæ per adulterium: ex quib. elicitur vera interpretatio dictæ sãę Diuinæ, & ipsius intentionis, qd̃ & probatur regula illa iuris (arguẽdo a contrario sensu) affirmatiua recipiente etiã negatiuam. Nam in c. cui licet. de regul. iur. in sexto, hæc habentur, videlicet. [Cui licet † quod est plus, licet vtiq; qd̃ est minus.] & in l. non dẽt. ff. de regu. iur. hęc habentur, videlicet. [Non dẽt, cui quòd est plus, licèt: quod minus est nõ licere.] hęc ibi. ex qua regula elicit Dec. ibidẽ nu. 2. vers. & è contra, ꝙ hæc regula ẽt negatiuè procedit. & glo. & Doct. in dictis regulis, & rõ est. Quia cui denegatur † quod minꝰ est, ẽt quod plus est vr̃ prohiberi, vt in l. relegatorum. §. põt. ff. de interdictis, & relegatis. vbi hęc habentˉ, videlicet. [Põt alicui & vnus honor interdici: sic tn̄, vt si cui honore vno interdictũ sit, non tn̄ eum honorẽ petere non possit: Verũ nec eos quoq; q̃ eo honore maiores sunt. Est. n. per quàm ridiculum, eum qui minorib. pœnæ causa prohibitus sit ad maiores aspirare.] hæc ibi inter alia. Eadẽ regula probatur per text. in l. qui indignus. ff. de Senatorib. vbi hæc habent, videlicet. [Qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore.] hęc ibi. eadẽ regula probatur quoq; per text. in l. cui pacto, ff. de seruis exportãdis. vbi hæc habentur, videlicet. [Cui pacto venditionis pomerio cuiuslibet ciuitatis interdictum est, vrbe ẽt interdictũ esse vr̃. Quod quidẽ cũ aliàs Principũ mãdatis ꝑcipereˉ, etiã naturalẽ hẽt intellectũ ne. s. qui careret minorib. fruatur maiorib.] hęc ibi. eadẽ regula probatur per text. in c. cum illorũ. §. primas. ext. de sent. excõicationis, vbi Innoc. III. his verbis vsus fuit, videlicet. [Cũ maiora intelligantˉ illis ꝓhibita, quib. vetita sunt minora.] hęc ibi inter alia. Idẽ habeˉ in c. miramur. 24. q. 1. vbi Nicolaꝰ Papa dixit absurdũ esse, vt cui nõ licet ẽt cum minimis iuxt. sacras regulas cõicare, liceat penes vos ẽt de maiorib. iudicare.] hæc ibi. & arguendo eodẽ modo probaˉ d. regula ĩtrascriptis alijs iurib. videlicet. in c. nulli clerico. dist. 44. in c. illud. dist. 95. & alibi similia iura reperiunt̃ paſſim. Ex

quib. ergo oīb. iurib. patuit verā fuisse formā arguendi a maiorita te rōnis in d. iure Diuino, cū nul li dubiū esse poterit, q̄ grauius sit, & corpori nro molestius incur rēdę morti verisimiliter se expo nere, q̄ iniuria illata viro ex adul terio, eo magis, q̄ tale adulterio consensum præstiterit vir eius, vt suppositum in conclusione fundata super quæstione proposita: præsens ēt conclusio probatur p aliud arg. in iure Diuino. Nam apud Mattheum c. 18. versic. 6. & 7. Domini Iesu sententia his verbis contenta reperitur, videlicet. [Qui autem scandalizauerit vnū de pusillis istis, qui in me credūt: expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo a scandalis: Necesse † est enim vt veniant scandala, verūtamen væ homini illi, per quem scādalum venit.] hæc ibi. Ex quibus patuit, q̄ scandala ab omnibus etiam iudicib. euitanda sint: si ergo scandala sint vitanda, indè sequitur, q̄ non debeat dicta vxor compelli a Iudice Ecclesiastico ad habitandum cum viro suo, qui minatus est ei mortē, & ipsam inferre attentauit, ne causa scandali sit, scilicet ne cooperetur vxoricidio sęui mariti, cū contra hoc Domini præceptum iura aliqua nunquam docuerunt, nec docere potuerunt, etsi docuissent spernenda essent, vt Domini præcepta mandarentur exequutioni, & q̄ Iudex teneatur, vt scādalis actiuis obuiare posset, & aliquando passuis, aliquas non obseruare leges pęnales, & Principum mandata. iam fuit probatum apertissimè in tract. de extensione legum in quæstione, in qua agitur, an teneatur Iudex punire criminosos repertos ordine iudiciario, vel ad mandatum Principis, si ex punitione tali sequeretē scandalum. Vide ergo ibi per totum, quia multū reperies notatu dignissima a iudicib. Ex his ergo omnib. ēt elicitur veritas p̄sentis conclusionis. Probatur & secúdo pręsens cōclusio iure Pontificio. Nam in c. ex trāsmissa. ext. de restit. spoliat. Alex. III. his vsus fuit verbis, videlicet. [ex trāsmissa nobis, & infra. Mādamus quatenus si vobis constiterit, q̄ præfata mulier prædicto militi legitimè desponsata fuisset, & ab eo cognita: ipsam ei restitui faciatis: recepta tamen sufficienti cautione, q̄ illi non debeat aliquod malum inferre. Si autem capitali odio, ita mulierem vir persequitur, q̄ meritò de ipso diffidat, alicui probæ, & honestę mulieri vsq; ad causę decisionem, custodienda studiosius cōmittat in loco vbi vir, vel parentes eius mulieri nullā possint violētiā inferre.] hęc ibi. Idē probatur per text. apertissimum in c. literas. §. fi. ext. de restitu. spoliat. vbi Innocen. III. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Si verò tanta sit viri sęuitia, vt mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, non solū non dēt illi restitui, sed ab eo potius amoueri, alioquin sufficienti (ū fieri potest) securitate prouisa profectò vr̄ coniux ante causæ cognitionem,

d by Google

tionem,restituenda marito.]hęc ibi.Vbi ponderanda sunt verba illa,[vt mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri; non solum non debet illi restitui, sed ab eo potius amoueri.] quasi diceret ibi Sūmus Pontifex, si timeret mulier probabiliter ex conditione mariti,& minis ipsi⁹ hoc eliciens interfici a viro,tūc quia sufficiens securitas dari non possit,cùm vitę bonum, quod indè timetur amitti, nulla fideiussionis solutione poterit reparari,vel ęquari:quid.n.prodesset ipsi mulieri occisæ solutio fideiussionis: cū vita sit pretiosior cūctis opib. temporalib.iuxta sn̄iam, in lib. Iob c.2. vers.4. scriptā in hęc verba,videlicet.[Pellē pro pelle, & cuncta, qnæ hēt homo dabit pro aīa sua.]cùm ergo vitę bonū temporaliter amissum sit irreparabile ꝑ industria humana, ideo Summus Pontifex præcepit ibi diuortiū celebrari, ne detur viro ęuo facultas cōmodè trucidādi propriam vxorē veneno, vel gladio: & hoc propter fragilitatem cautionis, cū capitalib.inimicis nec teneatur se tradere, vt in c.accedens.el secondo, ext. vt lite non contestata,& ne videretur Sanctā mr̄em Ecclesiam, (quæ esse debet oīum Christianorū mr̄,) & tutrix ad se confugientiū compellendo dictā mulierem ad mortē,esse nutricā,& scandali materiæ fomentatrix,quod nephas est,non tm̄ asserere,sed nec cogitare quidē.Ex his ergo patuit p̄sentē nr̄am conclusionē probari verbis dicti Canonis.Idem probatur per arg. in c.de Benedicto,32. q.1.vbi Pelagius Papa infrascriptis vsus fuit verbis,videlicet. [De benedicto quoq; quē vxorē alienā indicasti facinoroso sustuliss̄e sp̄ū, & in suū hactenus p̄sumere detinere cōsortium,si hoc rerū veritas hēt,iubemus experientię tuæ,vt eum cum ipsa quoq; adultera,(.i.punire,vt dicit ibidē Glo.)districtē mactare non differas,& ęaluatos ab inuicem separare, & illum quidem ad Luciū defensorē in Apulię Prouincię patrimoniū, sine dilatione fac migrare: illā vero,siquidē maritus suus,sine dolo aliquo fortè accipere voluerit, tua ordinatione sub cautela recipiat, nullū ei nihil dūtaxat de cętero simile cōmittenti periculū illaturus: si verò oīno eam recipere noluerit, in alium quendā locum,in quo ei non liceat malè viuere, prouida eā dispensatione constitue.] hæc ibi.Dixi per arg.in d.iure qui ex ipso clarè eliciatur veritas p̄sentis cōclusionis ibi [sine dolo aliquo.]& [periculū illaturus.] Idē probatur adhuc expressius p tex. in l.consensu. C.de repudijs, vbi hæc habentur,videlicet.[Cōsensu licita matrimonia posse contrahi, cōtracta nō nisi misso repudio dissolui p̄cipimus. Solutionē etenim matrimonij difficiliorē debere esse fauor imperat liberorum. Causas aūt repudij hac salubberrima lege aperti⁹ designam⁹: sicut .n. sine iusta causa dissolui matrimonia iusto limite ꝓhibemus,ita aduersa necessitate pressum,vel pressam, quamuis infausto, attamen necessario auxilio

6 le ꝑ industria humana, ideo Summus Pontifex præcepit ibi diuortiū celebrari, ne detur viro ęuo facultas cōmodè trucidādi propriam vxorē veneno, vel gladio: & hoc propter fragilitatem cautionis, cū capitalib.inimicis nec teneatur se tradere, vt in c.accedens.el secondo, ext. vt lite non contestata,& ne videretur Sanctā mr̄em Ecclesiam, (quæ esse debet oīum Christianorū mr̄,) & tutrix ad se confugientiū compellendo dictā mulierem ad mortē,esse nutricā,& scandali materiæ fomentatrix,quod nephas est,non tm̄ asserere,sed nec cogitare quidē.Ex his ergo patuit p̄sentē nr̄am conclusionē probari verbis dicti Canonis.Idem probatur per arg. in

by Google

cupimus liberari. Si qua igit̃ maritum ſuũ adulterum, aut homicidam, aut veneficum, vel certè contra nr̃um Imperium aliquid molientem, vel falſitatis crimine condemnatum inuenerit, ſi ſepulchrorum diſſolutorẽ, ſi ſacris ædibus aliquid ſubtrahentẽ, ſi latronẽ, vel latronum ſuſceptorem, vel abactorẽ, vel plagiarium, vel ad contẽptum ſui, domi ſuę, ipſa inſpiciente cum impudicis mulierib. (quod maximè ẽt caſtas exaſperat) cętum ineuntem, ſi ſuæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio ſimili modo inſidiantẽ, ſi ſe verberib. (quæ ingenuis aliena ſunt) afficientẽ probauerit, tunc repudij auxilio vti neceſſario ei pmittimus libertatẽ, & cauſas diſſidij legib. cõprobare. Vir quoq; pari fine claudet̃: nec licebit ei ſine cauſis apertius deſignatis propriã repudiare coniugalẽ. Nec vllo modo expellat, niſi adulterã, vel venefic̃ã, aut homicidã, aut plagiariã, aut ſepulchrorum diſſolutricẽ, aut ex ſacris ędib. aliquid ſubtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorũ ſe ignorante, vel nolẽte cõuiuia appetentẽ, aut ipſo inuito ſine iuſta, & probabili cauſa foris. ſ. pnoctantẽ, vel circenſib. vel theatralib. ludis, vel arenarum ſpectaculis in ipſis locis, in quib. hæc aſſolent celebrari, ſe prohibente gaudentem, vel ſibi veneno, vel gladio, aut alio ſimili modo inſidiatricẽ, vel contra nr̃um imperium aliquid machinantib. conſciã, ſeu falſitatis ſe crimini immiſcẽtem inuenerit, aut man⁹ audaces ſibi probauerit ingerentẽ: tunc. n. neceſſariò ei diſcedendi pmittimus facultatẽ, & cauſas diſſidij legib. cõprobare. Hæc ibi inter alia. Ex quib. patuit quoq; veritas pſentis concluſionis. Probatur & tertiò præſens concluſio Doct. auctoritate. Nã infraſcripti Doct. ſe ſubſcripſerunt pſenti concluſioni, videlicet Glo. in d. c. ex tranſmiſſa. verſ. ſufficiẽti cautione. Glo. in d. c. litteras. in fi. verſ. ſufficiẽs, & gl. in c. 1. verſ. ſuſpectũ, quam ſequit ibidẽ Ant. de But. & glo. in d. c. de benedicto. in verſ. ſub cautela. Azo in ſumma. C. de repudijs. Bar. in d. l. conſenſu, Innoc. in d. c. litteras. in fi. Bal. in d. c. ex tranſmiſſa. n. 2. verſ. itẽ nota. & verſ. ſequẽti, qui dixit. Nota, ꝙ vbi cautio nõ
7 † ſufficit, ibi fit ſequeſtratio perſonæ. Itẽ nota, ꝙ nõ ſufficit cautio, vbi eſt adeo odiũ capitale, ꝙ timet̃ de ſęuitia viri, qui in c. accedens, el ſecondo, nu. 2. ext. vt lite nõ cõteſtata. dicit, ꝙ licèt alicui mittant̃ litterę de ſaluo cõductu,
8 non tñ quis tenetur ſtare illi cautioni, quia pro nihilo habet inimicus tales litteras. hæc ille. Idẽ docuit Ioan. And. in c. 1. ext. de diuortijs. loquens in perſona viri: nam ibi dixit, ꝙ non cogetur vir habitare cum vxore, quæ inſidiatur vitæ ſuæ, ſi non poterit refrenari, ex quo non poterit aliqua cautione mederi, & loquens de viro inſidiante vitæ vxoris. in capit. litteras. colum. 2. verſic. ſufficienti. dicit, quòd hoc remittitur arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonarum. Vnde Hoſtienſis dicebat, quòd quando-

que

Digitized by Google

doque nulla fit restitutio vxoris, vt in principio huius §.fin.quandoque fit quo ad thorum, & reliqua: quandoque fit quo ad reliqua, sed non quo ad thorum. ex quibus omnibus simul iunctis videtur Ioannē And.se subscripsisse præsenti conclusioni: idem docuit expressiùs Antonius de Butrio in dicto c. ex trãsmissa. vers. nota tertio, dicens. Nota casum in quo impeditur restitutio mulieris: quãdo est tam crudelis vir, quòd frustratorium, & inane est remedium cautionis. ad hoc c.
9 litteras. & nota, q̃ sicut † restitutio vxoris impeditur ob seueritatem viri, ita & per parentũ eius. hęc ibi. quidē repetēs in d.c.litteras col.2.in versi.nota.agenti.dicit nota agenti possessorio in matrimoniali obstare viri sęuitiam: nisi prouideri possit remedio cautionis. & sic habes casum, in quo impeditur restitutio. & ibidem in versi.quæro, quæ sæuitia. dicit, quòd tam sęuitia viri in extorquendo debitum, quia solet violenter cognoscere mulieres: quam sæuitia verborum: nam vtrumque impedit restitutionem. idem docuit Specul.in par. 2. tit. de petitorio possess. & spoliat. §. fin.num.2.versic.sed & in causis. idem docuit Panormitanus in c. 1.nu.4.ext.de diuortijs. loquens de sęuitia tam vxoris, quàm viri, refert Host. (cui se subscripsit) & infrascriptis vtitur verbis, videlicet: sed quęro quid si in mortem mariti mulier continuè insidiatur, nec potest quoquomodo compesci, nunquid liceat hoc casu marito eam deserere? tex.hic non aperit, sed Host.format quęstionem, & dicit, quòd ex quo cautionis remedio prouideri nō potest, potest eam repellere, & sibi petenti restitutionem obstabit exceptio sæuitiæ.pro hoc bonus text.in c. literas in fine. extra de restitu.spoliat.vbi videtur probari idem fore in marito prosequente vxorem odio capitali: & per illum textum dico, inquit Panor. quòd per Iudicem hoc casu poterit separari matrimonium: quo ad mutuã cohabitationem: & notabis semper illum textum in fine. quem nescio alibi. remanebunt tamen maritus, & vxor licet separati. hęc Panor. vbi supra, quem ad verbum retulit, & secutus fuit Præpositus ibidem. idem docuit Glos. in c. de Benedicto. verific. sub cautela. 32.q.1. dicens, quòd si tanta fuerit sęuitia viri, vt nulla cautio videatur sufficere: tunc non est ei reddenda, sed alicui honestæ matronæ cōmittenda, vt in c. litteras. & c. ex transmissa. de restitu. spoliat. quia sa-
10 tisdatio † maleuolum propositum non mutat, vt institu. de suspect. tuto. §. vltimo. Idem docuit elegantissimè Henricus Boich in d.c.litteras. col.2.nu.6.versi. aut maritus prosequitur: his verbis vtens, videlicet: Aut maritus prosequitur mulierem tam capitali odio, ita, vt nulla cautione ei mederi potest: & tunc est restitutio differenda, & mulier sequestranda, vt in dicto c. ex transmissa. & dicto c. de Benedicto. & in dicto capitulo literas. §. si verò tanta.

by Google

Aut non est tanta viri sęuitia: sed bonus homo simplex, & timens Deum, & tunc, aut quæris nunquid fieri debeat restitutio tam quoad alia obsequia, quàm quo ad thorum, & dico, quòd sic: sic intelligo §. præterea, in principio, & infra eodem. versic. alioquin: & quod ibi notat Hostiensis, hæc ille. Idem rursus docuit Panormitanus in c. quemadmodum, §. illud. col. fin. versic. Nota primò ex Glo. ext. de iureiuran. his notatu dignissimis verbis vtitur, videlicet. Nota primo ex gl.
11 quòd maritus † potest licitè ex causa mulierem castigare, & inuinculare, & tene menti hoc vltimum, quia text. in c. placuit. 33. q. 2. super quē se fundat. hic Glo. loquitur de vxoribus clericorū, adeo, quòd Glo. ibi in versic. Patellatem. in fine dicit, illud non extendendum ad vxores laicorum, sed Glo. in c. sicut, 7. q. 1. dixit maritum posse castigare vxorem suam, sed non debet eam verberibus allicere, quia aliena illa esse debent ab ingenuis, vt in l. consensu. C. de repud. Goffr. & Host. hic dicunt, quòd illa l. consensu. procedit, nisi ex causa magna fiat, vt in exemplo Glosæ, & nisi verbera sint leuia. Illa enim videtur marito ex causa permissa. aliàs maritus puniretur, si sine causa, vel enormiter hoc faciat. Concludo ergo, quòd secundum quantitatem culpæ potest maritus corrigere vxorem, ita quòd non procedat ad sęua. Illa enim sunt Iudici relinquenda etiam in seruis proprijs, vt institu. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, §. sed hoc tempore. Secundò no-
12 ta ex glosa, quòd vxor † est relinquēda marito, licet insidietur vitæ ipsius. Hoc puto verum: si potest prouideri aduersus insidias: aliàs non tenetur se exponere periculo mortis. vt in c. litteras. in fine. ext. de restitu. spoliat. sic intellige ea, quæ leguntur, & notantur per Doctores in cap. 11. & c. gaudemus. ext. de diuortijs. licèt Glo. aliter dixerit in c. quicquid mulier. 32. q. 5. Hęc omnia docuit Panormitanus vbi supra, qui in c. cum contingat. nu. 20. ext. de foro compet. dicit, quòd ex causa, & leuiter maritus poterit verberare suam vxorem, non autem sine causa, vel enormiter, & quòd sic intelligendus est textus in dicta l. consensu. Idem docuit Didacus Couarruuias. in §. quinto. nu. 2. versic. vnde etiam erit iusta diuortij causa, c. 7. secundæ partis. in quartum lib. Decretalium. qui alios Doctores idipsum sentientes retulit, & sunt infrascripti, videlicet Ioannes Lupi. in c. per vestras. not. 3. col. penult. ext. de donat. inter vir. & vxor. Hyppolitus in l. fi. col. fi. C. ad l. Cornel. de sicar. & rursus in l. vnica. col. pen. C. de raptu virg. Alexan. in consilio 78. in volumine quinto, & in dicta l. consensu, Gerardus in singulari 65. Idem rursus docuit Panormitanus in dicto capitulo litteras, numero septimo, versiculo vltimo nota textum. in rascriptis vtens verbis, videlicet. Vltimò nota text. in fine valde notabilem, & singularem, quòd vxor non est

marito

matico restituenda, si non potest tutè cum eo morari absque periculo personæ, nec remedio cautionis potest sufficienter prouideri, quinimò hæc est sufficiens causa remouendi eam ab eo, & separandi matrimonium quoad thorum: & idem dic in marito respectu vxoris, vt si insidiatur vitæ mariti, & tentauit eum perdere veneno, neque potest eijci, & petenti restitutionem obstabit exceptio. & sic habes hic casum, in quo præter adulterium, licitum est coniugi dimittere coniugem, quod perpetuo tenementi. Et Iudex arbitrabitur, quando tanta subsit sæuitia, vt non possit prouideri remedio cautionis. arg um. in c. de causis. ext. de officio delegati. Idem docuit Iacobus de Bellonisu in sua practica crimin. titu. de pœnis capitalibus. nu. 11. versic. alius est. de repud. l. consensu. Idem docuit Petrus Follerius in sua pract. crimin. titu. dentur Capitula, quòd suffocauit vxorem, num. 65. 66. 67. 68. & vsque in finem Capituli. Probatur præsens conclusio, & quartò hac ratione. Cùm vnusquisque Iudex teneatur iudicare secundum iura, vt nomen suum denominationi congruat. Nam (vt habetur in c. forus. ext. de verborum significatione) Iudex dicitur a ius dicendo, eo quòd ius dicat populo, seu ius disceptet, ac per consequens suum est sententiam proferre secundum sacros Canones, aliaque iura, vt docuit textus in c. 1. ext. de constitutionibus. Indè sequitur, quòd Episcopi, vel alij Iudices Ecclesiastici teneantur ad vnguem obseruare præsentem cõclusionem, cùm sit conformis tot iuribus, ac Doctorum sententijs.

Secunda conclusio. Maritus tã
13 laicus, quàm clericus † verberãs sine causa, vel enormiter vxorem suam, venit puniendus a Iudice a quo, cõpelletur tradere vxori suę tantum pecuniæ quantitatẽ, quæ correspondeat tertiæ parti ante nuptialis largitatis, vel aliter arbitrio Iudicis, considerata qualitate enormitatis verborum, etsi cum causa, & leuiter eam verberare possit, ac in vinculis domi suę retinere. Hęc conclusio probatur duplici medio. Primo per textum apertissimum in Authen. sed nouo iure. C. de repudijs. Vbi hęc habẽtur, videlicet. [Sed nouo iure vir, qui sine causa hoc fecerit. (Adde. s. quòd verberauerit, prout paulò ante immediatè in l. cõsensu. C. eodem, dictum fuerat) ex alia substantia sua, etiam constante matrimonio tantum dabit vxori, quantum tertia pars facit ante nuptialis largitatis, sed matrimonium ob id non soluitur.] hæc ibi. Et animaduertendum, quòd hæc Authen. est correctoria, seu interpretatur dictã l. consensu. in qua simpliciter prohibebatur verberari vxorem, vt peroptimè docuerunt infra citandi Doctores, (vt latius dicetur in subsequẽti conclusione) idẽ probatur per text. in c. placuit. 33. q. 2. vbi ex Concil. Tolet. primo, c. 7. habentur infrascripta, videlicet. [Placuit, vt si quorumcunque

vxores peccauerint, ne fortè licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hāc potestatē (præter necem) custodiendi, ac ligandi in domo sua, ad ieiunia salutaria, non mortifera eas cogentes,] hæc ibi inter alia. Probatur & secundo Doctorum auctoritate. Nam infrascripti se subscripserunt presenti conclusioni, videlicet Glos. in dictis iuribus, etsi gl. in d.c.placuit, dicat dictum text. in d.c.placuit, non extendendum ad vxores laicorum, sùm inibi solum fuerit facta mentio de vxoribus clericorum, & alibi hoc expressè non habeatur de vxoribus laicorum: Nihilominus contrarium senserunt infra citandi Doctores, qui expressè præsentē conclusionem docuerūt verissimam, sed contra dictam Glosam sunt omnia iura, & Doctores citati in nostro tract. de extensione legum pœnalium, quæst. 2. in prima fallentia cōclusionis tertię, vbi probatur, quòd lex pęnalis, & correctoria poterit extendi ad alium casum inibi non expressum ratione maioritatis, aut identitatis rationis, militantis in ipso casu, qñ ratio in dicta constitutione fuisset inibi expressa, quæ militat in alio casu, ad quem fit extensio. & reducendo modo dictam theoricam ad practicam, dicimus, q̄ ratio in dicto c. placuit expressa fuit hæc, videlicet. [Ne fortè licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatē, pręter necem, custodiendi, ac ligandi in domo sua, ad ieiunia salutaria eas cogentes.] At cùm eadem prorsus ratio militet in vxorib. laicorum, (vt patet ad sensum) indè consequēs fit, quòd idem ius sit implicitè statutum a d. Concilio Toletano circa vxores laicorum, cùm ibi habita fuerit ratio solum in quantum dictæ mulieres peccātes sunt vxores, & sunt meritò coercendę, nec ratio differentiæ in casu nostro poterit rationabiliter assignari inter vxores laicorum, & clericorū. Quapropter patuit, q̄ standum sit regulæ citatæ paulò ante; & a me probatę in dicta limitatione prima tertiæ conclusionis. Probatur modo idipsum Doct. auctoritate explicitè docentium præsentem cōclusionem, & sunt infrascripti, videlicet Glo. in c. sicut alterius. vers. indicari, 7. q. 1. Archid. in d. c. sicut alterius. in vers. in 1. Glo. Gemin. in d. c. sicut alterius, col. 3. vers. obijcit, & soluit. Glo. fin. in c. quemadmodum. ext. de iureiur. Io. And. in d. c. quemadmodum, col. fin. vers. in gl. vlt. Ant. de But. in d. c. quemadmodum. col. fin. in fi. Panor. in d. c. quemadmodum. §. illud. in fin. vers. Nota primo ex Glo. & in c. cum cōtingat. nu. 20. vers. idem de marito, ext. de foro compet. Henricus Boich in d. c. quemadmodum, nu. 4. vers. sic. super Glo. fin. Felin. in d. c. cū contingat, nu. 11. vers. quā cohertionem, & nu. 12. vers. in vinculis, in fine. Rom. in singulari quarto, & si neget posse vinculari vxor laici. Probatur deniq; & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm. n. vir sit rector vxoris, inde sequitur, q̄ sibi indultum a iure sit ipsam regere

gere, & a malo coercere, eo quòd reddere ratione teneatur de omni peccato, quod fit a familia sua ipso sciente, & pro viribus non contradicente, citra tamen scandalum.

Tertia & vltima conclusio sit
14 hæc Episcop⁹, † & quilibet alius Iudex compellendo vxorē ad habitandum cum viro suo in termi nis primæ conclusionis vltra pec cati mortalis labē incursam pro iniustitia dictę mulieri ministra ta, tenebitur ad vnumquodq; detrimentum temporale restituendum ei, quod indè illa pateretur ex tali cohabitatione. Hæc conclusio probatur triplici medio, & primo iure Diuino, registrato in lib. Exodi, c. 20. versic. 15. & in lib. Deuter. c. 5. vers. 19. Dicēti inibi Deo Optimo Maximo. [Non furtum facies] quod quidem Diuinum præceptum meritò nuncupatur a Sacris Theologis præceptum Diuinū naturale, eo q̄ fundetur in præcepto naturæ illo, in quo habetur. Quod tibi nō vis fieri, alteri ne feceris. vt habetur in c. 1. dist. 1. iuxta Domini nostri Iesu Christi sententiā, dicētis apud Mattheum, c. 7. vers. 12. [omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facitè illis.] Probatur ergo primò præsens nostra conclusio præcepto illo Diuino.
15 † [Non furtum facies,] eo q̄ tali præcepto fuit tacitè, seu implicitè iussa nobis a Dño Deo rei iniustè ablatę a nobis restitutio, nec hoc alienum a ratione videri poterit alicui viro prudēti, imò maxima decoratum ratione, cū sit præceptum negatiuū, includens in se affirmatiuum, iuxt. Dñi Iesu sententiam apud Matth. c. 22. dicentis. [Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo,] quod & apertius innuit Apostolus Rom. c. 13. vers. 7. dicens. [Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal.] Nam qui rem alienam surripere prohibuit, eā post modum, sic iniustè subreptā contra Dñi sui voluntatem non concessit, vt patet ad sensum. Nec mirum peritis in Sacra Theologia videri poterit per præceptum negatiuum interdum actum positiuum iuberi, quando ad obseruantiam præcepti negatiui est aliquis actus positiuus necessarius, cuius exemplum clarum est in p̄cepto. Non occides, quod cū in se negatiuum sit, obligat tamē ad actum positiuum, sine quo proximum, aut nos ipsos a morte liberare nō possum⁹, qualis est actus quo proximum a morte iniuriosa illi parata defendimus, iux. Domini præceptū apud Hierem. c. 21. vers. 12. dicentis. [Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calūniantis, ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & nō sit qui extinguat propter malitiam. studiorum vestrorum.] & sapiens Salomon nos docuit Prouerb. c. 24. vers. 11. & 12. dicens [erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses, si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem aiæ-

tuæ

tuæ nihil fallit: reddetque homini iuxta opera.] Idem ergo dicitur de eo, qui cùm possit fame pereuntem, non pascit. Nam qui talem non pauit, occidit: iuxta sententiam Diui Ambrosij in lib. 2. de Officijs Canonizatam in c. pasce dist. 86. dicentis [Pasce fa-
16 me † esurientem: quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si nõ pauisti, occidisti] hęc ibi. Ex quibus ergo omnibus patet, quòd quamuis pręceptum de non furando negatiuum sit, cùm tamen finis talis præcepti sit, neminem rebus suis iniustè velle priuari: & ille iniustè re sua priuari merirò dicendus erit, à quo res sua quomodocunque aufertur, & alteri tribuitur. At cùm Iudex Ecclesiasticus (de quo sermo hìc habetur) si ausus fuerit iniustè molestare dictam mulierem nolentem se recipere in domo mariti sui supradicta de causa iniustè ipsius damni causa existit. inde sequitur quòd tenebitur vtique restituere ei omne damnum indè incurrendum per ipsam: eò quòd transgrederetur dictum Domini præceptum, Non furtum facies. Tum quia hoc ipsum eliciatur ex diffinitione furti, eò quòd fur-
17 tum † sit contrectatio rei alienæ inuito Domino: quo præcepto omnis iniustitia, ac damnificatio iniusta proximis inferenda prohibetur, & ipsius damni satisfactio, seu restitutio manda-
18 tur. cùm restituere † nihil aliud sit, quàm iteratò aliquem statuere in possessionem, vel dominium rei suæ: Nam restituere dicitur in pristino statu statuere: quapro-
19 pter in restitutione facienda † semper debet attendi æqualitas iustitiæ, secundum compositionem rei ad rem; quod pertinet ad iustitiam commutatiuam. Vndè meritò diximus per præceptũ [Non furtum facies] prohibitum esse auferre rem alienam, & insimul præceptum restituere illud alicui, quod sibi de iure debetur, iuxta decisionem Innocentij Tertij, Canonizatam in c. sępe contingit. ext. de restitu. spoliat. dicentis. [Non multum interest quo ad periculum animæ iniustè detinere, ac inuadere alienum.] & ratio huius decisionis est patentissima. Nã Dominus Deus, qui rem alienam capere suo præcepto prohibuit, non solùm eandem contra sui domini voluntatem non concessit detineri, imò implicitè prę cepit eam restitui: cùm meritò & de iure homo non restituens aliena dico possit esse in actu furãdi:
20 † cùm illam detinendo apud se priuet proprium dominũ re sua: & sic semper contrectet rem alienam inuito domino. eò magis, quòd negari non possit (cùm sit cõmunis opinio Doctorũ vtriusque censuræ, & Sacrorum Theologorum) quòd nunquam transferatur dominium rei sic iniustè acceptæ & detentæ ad ipsum accipientem & detinentem: sed permanserit semper apud ipsum verum illius dominũ antè eius consumptionem, & post eam, ius exigendi & obtinendi valorem eius à tali iniustè damnificante. ex quibus omnibus patuit verum fuisse,

fuisse, nostram conclusionē fuisse probatam veram de iure Diuino, expressam in dicto Præcepto. [Non furtum facies] Idipsum elicitur ex verbis Domini in lib.Leuitici c.19. versi. 13. videlicet.[Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.] hæc ibi. Nam iuxta interpretationem Diui Thomæ in 2.2.quæstio.62.articulo vltimo, sicut accipere rem alienam est peccatum contra iustitiam, ita etiam detinere eam:quia per hoc,quòd homo detinet rem alienam inuito domino, impedit eum ab vsu rei suæ, & sic ei facit iniuriam,& ad restitutionem tenebitur : At qui per alium facit, per se facere videtur, fictione iuris. Inde sequitur dictum Episcopum teneri ad restituendum damnum indè illatum iniustè dictæ mulieri, dicente Domino in lib.Exod.c.21. versi.33. [Si aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit́que Bos, aut Asinus in ea, reddet dominus cisternæ, pretium iumentorum, quod autem mortuum est, ipsius erit.]Diximus hoc ipsum elici : cùm adsit hic locus arguendi ab identitate rationis : cùm iccircò Dominus præceperit damni illati restitutionem: quia sicut is,qui aperuit cisternam: &c. tenebitur virtute præcepti Diuini Naturalis. Non furtum facies . ad restitutionem damni inde sequuti ; cùm dederit efficacem causam iniustę damnificationis proximi sui : sic arguendo ab identitate rationis , erit dicendum in casu præsentis conclusionis, si Iudices compellendo talem mulierem cohabitare cum viro suo.indè ei contingeret aliquod detrimētum,ꝙ merito illa se incursam fore p cohabitationem timet ipsi tenerentur ad omne damnum inde passum restituendum.idem rursus probatur eodem iure diuino arguendo modo supradicto, nā in lib. Exodi.c.21.versic. 35.& 36. hæc referuntur prȩcepta à Deo, videlicet. [si bos alienum bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: si autē sciebat, quòd bos cornupeta esset ab heri & nudius tertius , & non custodiuit eum dominus suus , reddet bouem pro boue:]Idem rursus probatur auctoritatę eiusdem iuris Diuini in eodem libro Exodi, c. 22.versi.6. vbi hæc habentur, videlicet.[si egressus ignis inuenerit spicas,& acervos comprehenderit frugum, siue stantes segetes in agris , reddet damnum , qui ignem succenderit.] hæc ibi, idipsum probatur & secundò iure Pontificio, per arg.in c.fin. extra de iniurijs & damno dato, Vbi Gregor.Nonus infrascriptis vsus fuit verbis, confirmans hanc nostram conclusionem , videlicet. [Si culpa tua datum est dānum , vel iniuria irrogata , seu alijs irrogantibus opem fortè tulisti, aut hæc imperitia tua siue negligentia euenerunt , iure satisfacere super his te oportet,nec ignorantia te excusat , si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere,vel iacturam(& paulò post subinfertur ibidem)

qui

21 qui occaſionem dãni dat, † damnum dediſſe videtur .] hæc ibi . idem probatur per arg.in l. in lege Aquilia. ff.ad l.Aquil.vbi hæc habẽtur,videlicet. [In lege Aquilia etiam culpa leuiſſima venit ,
22 quotiens ſciẽte domino † ſeruus vulnerauit,vel occiderit. Aquilia dominum teneri dubium nõ eſt.] hęc ibi . idipſum probatur & tertiò Doctorum auctoritate . Nam infraſcripti Doctores ſe ſubſcripſerunt veritati præſentis noſtræ concluſionis, & primò ex Sacris Theologis S.Thomas in 2.2. quęſtio.62.articulo 7.in corp. quæſt. & in reſp. ad ſecundam Caietanus in Commentarijs ibidem, & in reſp. ad ſecundũ Petrus à Pal. in 4.ſent.diſt.15.quæſt.2. articulo 3. in principio . Dominicus à Soto in lib. 4. de Iuſtitia & iure quæſt.7.articulo 3.concluſione 3. & in lib.6.de Iuſtitia & iure quęſtio.1.articulo 4.col.9.Riccardus à Mediauilla in 4.ſent.diſt.15.articulo 5.quæſt.4.in corp.quæſtio. Tartaretus in 4.ſent.diſt.15.quęſtio.2.Nicolaus de Orbellis in 4. ſent.diſt.15.quæſtio.2.§. 16. Gabriel Biel in 4.ſent.diſt.15.quęſt. 2. dubio ſecundo,& in quæſt. 11. concluſione 3. Hadrianus Papa Sextus in lib.4.de Sacramẽtis, Titu.de reſtitu. f. 46. §. Iam dicam pro reſponſione Scotus in 4.ſent. diſt.15.quęſt.2.articulo 4.§.de ſecundo ponuntur duo verſus.Ioannes de Medina in ſuo Codice in titu.de rebus per vſuram acquiſitis,quæſt.4. de vſura reſtituenda. in capitulo incip.in quarto argumento principali.§.de cooperantibus autem cum vſurario : &. §. ſequen.incip.ſequitur indè,quod Iudices. Ioſeph Angles in ſuo opuſculo inſcripto Flores Theologicarum quæſtionũ,ſuper 4.ſent. in,quæſtione. Qui teneatur reſtituere . dubio 3.concluſione prima. Et ex Canoniſtis præſenti noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſerunt Innocentius in c.ſicut dignũ.ext. de Homicidio.nu.4.Ioãnes And. in dicto c.fi.ext. de iniurijs. Ant. de Butr. Ioannes de Ana. & Pan. in dicto c.fin. Goffr.in ſumma,in titu. de iniurijs & damno dato . Dominicus à Sancto Geminiano in c.Commiſſa.§. illum. de elect. in ſexto, Felinus in c.1.colum.14. verſic.limitatur quintò . extra de conſtitu. Didacus Couarruuias in cap.5.ſecundæ partis.§.8.num. 12. verſic. Quintò ex eadem opinione.Card.Zabar. Pet. de Anch. & Imo.in clem. vnica. de Vſuris. Nauarrus in ſuo manuali cap. 17. num.275. Animaduertendum tamen erit, quòd ſupra citati Doctores loquuntur de cooperantibus in furtis, vſuris, ac alijs damnis à nobis iniuſtè illatis proximis noſtris.quapropter patet eos eadem ratione implicitè loqui in materia concluſionis noſtræ.

Ex his ergo omnibus in medium deductis in fauorem iuſtitiæ, quam continet petitio dictæ mulieris aſſeuerandũ de iure concludimus ipſam nullo pacto compellendã ſore ad cohabitandum, & morandum cum viro ſuo , qui ſic ſępius minatus fuerat illi mortem, & illius vitæ inſidiari multoties nixus fuit : ſed reponẽdam

for e

ized by Google

fore in dòmo honestæ matronæ, & ibi subministranda erunt ei alimenta necessaria ex bonis suis dotalibus, & parafrenalibus, si superfuerint, sin aliàs boni viri sui, sicut si domi suæ permaneret.

Et ita sentio decisiuè.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregrationis Cassinensis V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Causa criminali criminaliter mota regulariter de iure non admittitur procurator rei ad allegandas causas causæ, etsi admittatur ad alligandam causam absentiæ: & non admittatur ad cõparendum in foro fori pro reo in prosecutione causę usque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè, et quare nu. 2.*

3 *Pœnę suos auctores solùm tenere debent.*

4 *Delicta impunita remanere non debent.*

5 *Obligare nemo potest in iudicio pro alio in causa criminali, & quare, & quando.*

6 *Puniendus solum in pœna pecuniaria non tenebitur comparere in iudicio personaliter, etiam in causa criminali criminaliter mota contra ipsum: cùm de iure possit comparere per procuratorem vsque ad finem causæ, & quare.*

7 *Reus absens vbicunque damnari poterit, tunc poterit cõparere in iudicio per procuratorem, etiam in causa criminali criminaliter mota.*

7 *Causa pecuniaria, etiã si ex ea ignominia sequeretur, poterit agi per procuratorem.*

9 *Reus personaliter comparere nõ tenebitur, sed poterit per procuratorem in omni causa, in qua pœna corporalis non veniret imponenda, vel non excederet pœnam relegationis.*

10 *Pœnæ sunt restringendæ, et fauores ampliandi.*

11 *Causa criminali, quicunque aliqua de causa de iure non veniet puniendus, nisi ad summum pœna relegationis, citatus personaliter poterit comparere per procuratorem: nec aliter de iure posset compelli ad comparendum personaliter.*

12 *Procurator non solùm admittetur quando quis fuisset accusatus de vulnere, & dubium esset an vulnus esset mortale, vel non: & sic an veniat puniendus pœna capitali, an non: verùm etiam quando quis esset accusatus pro pluribus criminibus, in quibus est vnum capitale, excepto pro ipso capitali.*

13 *Procurator erit admittendus in causa criminali, etiam si maior pœna relegationis esset illa pœna de iure imponenda ipsi citato ad comparendum personaliter: quando citatus fuisset ad comparendum in loco sibi non tuto, & non solùm ad proponendas excusationes absentiæ, verùm ẽt ad proponendas exceptiones concernentes ipsummet crimen, & ad fundandum iudicium, & telam iudicij, pro quo fuerat citatus ad informandum.*

14 *Comparere qui aliqua iusta causa*

non

non teuebitur in loco, ad quem citatur ratione loci non tuti, non poterit conueniri in alio loco remotiori vltra dietam a fine ſuæ diœceſis.

15 *Citato ad locum non tutum quid facere opus ſit.*

16 *Citati ad locum non tutum poterunt appellare, etiam ſi in literis delegationis dictum fuiſſet, omni appellatione remota procedatis in tali cauſa, niſi iudices aſſignauerint locum tutum comparendi.*

17 *Citatus ad locum non tutum non tenebitur credere inimicis, etiam ſi fuiſſet ei indultus ſaluus cõductus, et ideò non tenebitur illuc ire.*

18 *Locus iudicij ſpecialiter non expreſſus, intelligitur iuſſus locus ſoliti iudicij ſine incomodo litigantium.*

19 *Citatus ad comparendum in loco non tuto, non tenebitur comparere perſonaliter, quòd ſi compelleretur à Iudice, haberet iuſtam cauſam appellandi à tali grauamine.*

20 *Citatus an teneatur mittere procuratorem, quando aliqua de cauſa approbata à iure ipſe perſonaliter non teneretur illùc properare.*

21 *Citati ad locum ſibi non tutum, non tenebitur illùc accedere, etiam ſi fuiſſent ſibi directæ literæ ſalui cõductus. & quare.*

22 *Citatus ad locum ſibi non tutum à delegato, poterit petere, vt delegatus remoueatur a delegatione huiuſmodi, etiamſi in huiuſmodi metum culpa ſua incidiſſet.*

23 *Citatus ad locum ſibi non tutũ, quando de iure non teneatur comparere, nec per procuratorem, vel excuſatorem, & quare.*

24 *Citatus ad locum ſibi non tutum habendus erit pro non citato: vnde ſi non compareat, non dicetur contumax, quando nõ poſſet mittere excuſatorem.*

25 *Vim vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ vnicuique licebit de iure naturali.*

26 *Homicidium voluntarium quid ſit.*

27 *Homicidium aliquod eſſe caſuale, & non voluntarium ex quibus coniecturis colligatur.*

28 *Aggreſſorem noſtrum armis poſſumus ſtatim etiam armis repellere, non autem ex interuallo.*

29 *Propulſare iniuriam ſibi illatam, quando quis dicatur ſtatim, et non ex interuallo.*

30 *Incontinenti aliquid fieri, quãdo dicatur ab eo, qui vult propulſare iniuriam realem, vel perſonalem.*

31 *Maleficijs puniendis, quando inſpiciatur initium quo ad locum, & tempus, & quando finis.*

32 *Moderamen inculpatæ tutelæ in quo conſiſtat.*

33 *Teſtes volentes deponere, quòd quis aliquem interfecit pro ſua defenſione, quomodo hoc deponent.*

35 *Homicidium aliquod non fuiſſe voluntarium probatur ex qualitate ictus.*

35 *Honor (loquendo ciuiliter) erit præferendus omnibus alijs rebus temporalibus, ac vitæ propriæ. & quare.*

36 *Statutum Raguſinum qua pœna puniat homicidam.*

37 *Lata culpa in criminalibus nõ æquiparatur dolo.*

38 *Violantes Eccleſiæ immunitatem, aliquem ibi vulnerando, vel occidend*

Digitized by Google

eidendo non sunt excommunicati.

39 Sacrilegus regulariter non est ipso iure excommunicatus, nec violator immunitatis Ecclesiæ rapiendo aliquem de Ecclesia.

40 Extensio in pœnis regulariter nõ fit.

41 Vt quis iustè possit excommunicari requiritur de iure Diuino, vt excommunicationi præcedat monitio.

42 Excommunicari iustè nemo poterit, nisi pro mortali peccato contumaciæ, ac per consequens, nisi pro futuro peccato, vt futurum est, & non vt præteritum est. & nu. 43.

44 Excommunicatio fulminata contra aliquẽ pro præterita culpa, vt præterita est, secundum Sotum, est ipso iure nulla: tamen reuera licèt fuerit iniusta, non tamen erit nulla.

45 Excommunicari nemo iniustè poterit in specie, aut in genere non præmissa monitione.

46 Excommunicari nemo poterit iustè pro peccatis præteritis etiam notorijs: cùm etiam in notorijs necessaria sit monitio: eò, quòd solùm ferenda sit pro contumacia, & non pro peccato alio etiam graui. & quare.

47 Excommunicationis ferendæ ab homine de iure sola contumacia est causa: quia etsi notorius peccator possit condemnari, non tamen excommunicari monitione non præmissa. & quare.

48 Citatio partis quando erit præmittenda absolutioni à sententia excommunicationis, & quando satisfactio partis læsæ.

49 Innocentij sententia dicentis, quòd vbi præcessit contumacia etiam extraiudicialis, poterit sequi excommunicatio sine alia monitione: quomodo intelligenda.

50 Diuus Paulus notoriũ fornicarium Corinthium priùs monitum extraiudicialiter, et sæpius, præcepit tradi satanæ ad interitum carnis; & sic excommunicari.

51 Contumacia est sola causa excommunicationis.

52 Sententia Doctorum dicẽtium, quòd excommunicatio inferatur pro diuersis peccatis, scilicet quandoque pro hoc, & quãdoque pro illo: quomodo sit intelligenda. & quare.

53 Excusandus, licèt regulariter nemo sit nisi pro maxima causa; tamen quælibet contumacia quantumcunque minima erit digna excommunicationis.

54 Citatio an differat à monitione, quæ requiritur præcedere sententiæ excommunicatione.

55 Excommunicatio quare dicatur medicinalis.

56 Excommunicari pro peccato notorio quare quis iustè non possit non præuia monitione.

57 Excommunicatio in notorijs poterit fulminari nulla præcedente monitione, sed quando hoc locum habeat inferius probabitur.

58 Citatio seu monitio quare exigatur antè excommunicationis fulminationem.

59 Iudex Ecclesiasticus regulariter aliquem excommunicans non præmissa monitione, incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, & alias pœnas per mensem. tamen hæc pœna non includet Episcopos, & Superiores prælatos.

60 Excommunicationis sentẽtia ab homine

Digitized by Google

mine regulariter non poterit promulgari, niſi præcedente trina monitione facta competenti tempore.

61 *Epiſcopi, & Superiores Prælati occaſione cuiuſcunque ſententiæ ſiue mandati pœnam ſuſpenſionis, vel interdicti incurrunt: niſi ſicret de ipſis ſpecialiter, et nominatim mẽtio in ſententia, ſiue mandato, aut iure. & quare.*

62 *Excommunicãs aliquem iniuſtè, tenebitur ei ad omnes expenſas indè faciendas à tali excommunicato, & ad omne aliud intereſſe illi indè datum: nec non veniet etiã puniendus arbitraria pœna à ſuo Superiore. & quare.*

63 *Excommunicatus ex iniuſta cauſa conſequitur indè actionem iniuriarum intentandum coram Summo Pontifice, vel alio inferiore Prælato excommunicatoris, tamẽ Superiore: à quo extimãda erit quanti illa redimenda eſſet: & quere.*

64 *Excommunicans aliquem iniuſtè incurrit Sacrilegium, & quare.*

65 *Condemnatus ex actione iniuriarum contra ſe intentata efficietur infamis infamia iuris. & quare.*

66 *Infamis infamia iuris eſt irregularis, & quare.*

67 *Infamis et irregularis venit de iure priuandus ſuis beneficijs, et quare.*

68 *Excommunicãs aliquem iniuſtè nullam ex ſupradictis pœnis incurret, ſi conſenſerit ipſe excommunicatus. & quare.*

69 *Renunciare iuri ſuo quando alicui liceat.*

70 *Percutiens, vel vulnerans, aut occidens aliquem in Eccleſia, qua pœna de iure Pontificio plectẽdus ſit.*

71 *Solidorum appellatione, quæ pecunia veniat, tam ſi reperiantur annotati in iuris communis diſpoſitionis, quàm hominis.*

72 *Mutuum, aut depoſitum factum, an reddendum ſit in eadẽ monetę qualitate, vel alia, ſi illa fuiſſet mutata in valore.*

73 *Numiſma, aureus, & ſolidus aur: eundem valorem retinent.*

74 *Lex communis loquẽs de ſolido erit interpretanda de ſolido aureo, & non argenteo.*

75 *Aurei ſeptuaginta duo faciunt (prout communius tenetur apud Doctos Ctores) libram auri.*

76 *Solidos dandos fore ſecundum monetam, quæ eſt in vſu in loco ille: hoc uerum eſſe dicẽdum erit, quando hoc fuiſſet prouiſum ab homine vel iure municipali, non autem à iure communi.*

77 *Solidi, ſic annotati in iure, quare ſic dicantur.*

78 *Solidorum deſcriptorum in ſtatuto, vel alia hominis diſpoſitione appellatione, quæ pecunia veniat.*

79 *Pœna pecuniaria imponenda pro violatione immunitatis Eccleſiaſticæ, in aliquem ibi percutiendo, quæ erit.*

80 *Pœna ordinaria ſtatuta a iure ciuili contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam huiuſmodi, quæ ſit.*

81 *Vulnerans, vel occidens aliquem in Eccleſia in ſequendo aggreſſorem ſuum, non veniet puniendus pœna ordinaria iniuncta a iure ciuili, & Canonico, ſed mitiori, & quare.*

82 *Homicidium culpa, & non dolo commiſſum non erit puniendum pœna ordinaria.*

83 *Fa-*

Digitized by Google

83 *Factum lege permittente non meretur pœnam.*

84 *Moderamen inculpatæ tutelæ excedens occidendo aggressorem iam in fugam se dantem regulariter non punietur ordinaria pœna homicidij, sed pœna exilij, aut relegationis quinquennalis, vel minoris, & quare.*

85 *Pœna ordinaria, quando quis aliqua de causa non veniret puniendus, nunquam de iure poterit puniri pœna corporis afflictiua, sed vel pecuniaria, vel exilij, vel relegationis temporalis.*

86 *Pœna integra homicidij iniuncta per legem Corneliam de sicarijs semper præsupponit non solum culpam, sed & dolum.*

87 *Lex vbicunque loquitur de pœna corporali, aut capitali infligenda: subintelligendus erit dolus, & hoc intelligitur tam de lege communi, quàm municipali: & ideo qui sine dolo occidit aliquem non punietur pœna corporali, sed pecuniaria, vel exilij, aut relegationis quinquennalis.*

88 *Casus decisus in facto in fauorem conclusionis.*

89 *Statutum dicens homicidam occidi, nisi faceret causa defensionis necessariæ, an possit extendi ad alios casus, quàm defensionis.*

90 *Iudicium humanum in quibus debeat imitari iudicium diuinum.*

91 *Homicida, vt pœna ordinaria iuris puniri de iure possit, requiritur, vt dolosè interfecerit aliquem, & quare.*

92 *Culpa lata non æquiparatur dolo, cum de legis Corneliæ de sicarijs agitur pœna, & quare, numero 101.*

93 *Statutum simpliciter dicens, occidens occidatur, qualiter sit interpretandum.*

94 *Statutum tali pacto erit interpretandum, ne quis indebitè damnum patiatur.*

95 *Maleficium duo requirit, vt legitimè tota pœna statuta possit puniri.*

96 *Homicidium committens excedendo moderamen inculpatæ tutelæ de iure non poterit puniri pœna ordinaria.*

97 *Interficiens aliquem, vt contraheret cum vxore eius, si postea contrahat matrimonium erit nullum, secus si defuerit talis prana intentio.*

98 *Statutorum verba erunt interpretanda iuxta formam iuris communis, & quare.*

99 *Statuta pœnalia iniungentia pœnas taxatas a iure communi, erunt extendenda etiam ad illos casus fictos, ad quos & ipsa extensa reperiuntur, & quomodo.*

100 *Statutum dubium recipit interpretationem a iure communi, & idem dicitur de statuto disponente in materia iuris communis, cum tunc recipiet omnes ampliationes, & limitationes, quas recipit tale ius commune.*

102 *Vulnerans vel occidens in Ecclesia aliquem ex repentino motu iræ, vel vindictæ, & non vt ibi saluetur, non erit priuandus priuilegio immunitatis Ecclesiasticæ.*

Digitized by Google

103 *Puniri in eo, in quo peccat, debet, & fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem.*

104 *Cap. fin. ext. de immun Eccleſ. verus intellectus redditur.*

105 *Ratio diuerſa inducit diuerſitatem iuris.*

106 *Exceptio firmat regulam in caſibus exceptuatis.*

107 *Conſtitutionis Gregorij Quartidecimi Papæ de immunitate Eccleſiarum, epilogus.*

De homicidio præſertim in Eccleſia commiſſo, homicidarum Eccleſias violantium pœnis, & de Eccleſiarum immunitate.

THEMA.

Cùm quidam Nobilis Raguſinus fuiſſet verberatus extra (ſed prope) Eccleſiam Sanctæ Crucis Caſtri Grauoſæ, Raguſinæ Diœceſis a quodam alio Nobile Raguſino, in eodem facto euaginauit pugionem (quo erat accinctus more patrio) contra dictum verberantem, ac in fugam iam conuerſum, & ipſum inſequens vnico vulnere ſibi inflicto in dicta Eccleſia (quam ille ingreſſus fuerat) dictam Eccleſiam egrediens ſe ſe in fugam dedit. & cum dictus verberator ex dicto vnico inflicto vulnere intra dictam Eccleſiam mortuus eſſet, Reuerendiſſimus Archiepiſcopus Raguſinus citauit ad informandum dictum nobilem verberatum, qui iam vnico inflicto vulnere ſuum aggreſſorem interfecerat, qui cum comparuiſſet non perſonaliter, ſed per procuratorem, ſeu excuſatorem obligantem ſe ſtare mandatis Eccleſiæ nomine ſui principalis, allegando, quòd locus iudicij non eſſet tutus dicto Nobili, fuit ipſo abſente perſonaliter in cauſa vſque ad diffinitiuam ſententiam proceſſum: & antequam ad ipſius ſententiæ promulgationem fuiſſet deuentum, fuerunt multa in iudicio contradictorio producta, & tandem fuit dubitatum de infraſcriptis, &

Primò, An dictus comparens procurator, ſeu excuſator fuerat admittendus in dicta cauſa, cum regulariter in cauſa criminali criminaliter mota, non admittatur procurator.

Secundò, An huiuſmodi homicidium in Eccleſia perpetratum fuerat dicendum voluntarium, necne: eo quòd dictus Nobilis inſequutus fuiſſet illum iam ceſſantem a verberibus inferendis, ac ſic vnico vulnere inflicto interfeciſſet.

Tertiò,

Digitized by Google

Tertiò, An in criminalibus lata culpa æquiparetur dolo.

Quartò, An propter dictum vulnus inflictum in dicta Ecclesia, & sequutam mortem ipse Nobilis sit declarandus excommunicatus, vel saltem a dicto Archiepiscopo possit de iure excommunicari, non obstante tali admissione excusatoris, seu procuratoris, ac acceptatione obligationis ab ipso factæ apud acta, de stando mandatis Ecclesiæ, & iudicata soluendo.

Quintò, An si dictus Archiepiscopus dictum Nobilem (qui iam per dictum procuratorem comparuerat in iudicio, & se obligauerat stare mandatis Ecclesiæ) nulla alia de causa, aut contumacia superueniente excõmunicasset, de iure incideret in aliquam pœnam.

Sextò, Quæ sit pœna ordinaria statuta contra violantem immunitatem Ecclesiasticam, aliquem verberando, vel interficiendo in Ecclesia, tam de iure ciuili, quàm Canonico, & cui applicanda erit dicta pœna.

Septimò, An dictus Nobilis prædicto modo, ac de causa violans dictam immunitatem Ecclesiasticam veniat in foro seculari, & Ecclesiastico pœna ordinaria plectendus, vel solum mitiori pœna.

Octauò, An dictus Nobilis (de quo est sermo) potuisset frui immunitate Ecclesiastica, si post tale vulnus inflictum confugisset ad eandem Ecclesiam a se violatam, vel ad aliam, ita vt ab ipsa extrahi non posset ab aliquo Iudice.

Et hæc omnia erant proponenda, & in præsentiarum examinanda gradatim, ac figillatim, prout proposita fuerunt.

DECISIO XXIX.

SANCTISSIMA, & indiuidua Trinitas, cuius cultor (ipsa dante) semper fui, sum, & ero: te subnixè obsecro, vt mei ipsius interiores, ac exteriores oculos illuminare digneris, quatenus tuo splendidissimo lumine irradiatus scita sacrorum Canonum, Legumque Imperatoriarum, ac Doctorum sententias mihi libranti, atque ponderanti obuiet verus ipsorum omnium intellectus, vt sic illuminato, propositas quæstiones decidendas absoluere fas sit mihi, in tui cultum animarum salutem, innocentięque tutelã, meæque Congregationis decus.

Primæ quæstioni tribus conclusionibus satisfaciemus, & prima conclusio sit hæc. Regulariter in causa criminali † criminaliter

Digitized by Google

liter mota (vt eſt in caſu propoſito, procurator rei non admittitur ad allegandas cauſas cauſæ, etſi admittatur ad allegandam cauſam abſentiæ, & ſic non admittitur ad comparendum in foro fori pro reo in proſecutione cauſæ vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè, & ad proponendas defenſiones, ſeu excep-tiones concernẽtes crimen, pro quo quis eſt citatus, ſeu ad fundandum iudicium, & telam iudicij. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per textum apertiſſimum in capitulo veniens. §. licet autem, in verſiculo nec procuratores. extra de accuſat. vbi Innocentius Tertius dicit ſe non potuiſſe de iure recipere procuratorem in cauſa criminali: ſi ergo Summus Pontifex non poterat de iure recipere procuratorem in cauſa criminali, indè conſequens fit (arguendo a maiori ad minus) negatiuè, quòd nec reliqui inferiores Prælati de iure poſſint. Idem ſtatuit Hadrianus Papa, & habetur in capitulo in criminalibus, quinta quæſtione tertia, vbi dicitur. [In criminalibus cauſis nec accuſator (niſi per ſe) aliquem accuſare poteſt: nec accuſatus per aliam perſonam ſe defendere permittitur.] hæc ibi. Idem probatur per textum in l. penultima. §. primo. ff. de publicis iudicijs. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ad crimen iudicij publici perſequẽdum fruſtra procurator interuenit, multoque magis ad defendendum, ſed excuſationes abſentium ex Senatuſconſulto iudicibus allegantur, etſi iuſtam rationem habent ſententia differtur.] hæc ibi. Idem probatur per textũ in capitulo ſi quando, ſecunda quæſtione ſexta, vbi Hadrianus Papa hæc ſtatuit, videlicet. [Si quando in cauſa capitali, vel cauſa ſtatus interpellatum fuerit, non per exploratores, ſed per ſeipſos eſt agendum.] hæc ibi. Probatur & ſecundo præſens concluſio Doctorum auctoritate. Nam infraſcripti Doctores in locis hic citandis ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni, videlicet Innocentius in capitulo licet in Beato Petro. extra de accuſation. in principio. idem docuit Ioannes Andreas in dicto capitulo veniens, columna ſecunda, in verſiculo, in prima Glo. idem docuit Antonius de Butrio in dicto capitulo veniens. columna ſeptima, in verſiculo tertius caſus eſt. Idem docuit Panormitanus in dicto capitulo veniens, numero decimoſexto, in verſiculo ſi vero exceptio concernit crimen. Glo. in dicto capitulo veniens, in verſiculo criminali.

minali.|& Glo.in dictis legib.Imperatorijs. Felinus idem docuit in c.meminimus, col.4. conclusione sexta.de accusat. Idem docuit Ioannes de Ana.in d.cap.veniens. col. 4. in versic. in eadem Glos.ibi criminali. Idem docuit Hostiensis in summa titu.de procurat.§.& in qua re,in vers.sin autem quæstio criminalis.Idem docuit Marianus Socinus senior in d.c.veniens,nu.22.& 23.& in nu. 273.& ferè per totam repet.dicti c.veniens. Idem docuit Bart.in d.§.1.seu ad crimẽ. Idem docuit Azo in summa. titu. de procuratoribus.in vers.item aliam subijcio regulã. Idem docuit Specul. in 1.lib.titu.de procuratore, col. 6.nu.9. in vers.item quòd causa criminalis, quẽ sequutus fuit Bertachinus in suo repertorio in littera P. §.procurator in criminalibus causis.in principio.Idẽ docuit Augustinus de Arimine in addit.ad Ang.in tract.de malefi. in versic.presente dicto Caio.nu. 14. in versic.tu autem in hac materia adde, quòd dubito de illa conclusione. Idem Albertus de Gandauo docuit in suo tractatu de malefic. titu. de procuratore, nu.13.& nu.26.Idem docuit Ang. in tract.de maleficijs. in vers.qui dominus Iudex videns in §.quæro quid si citatus est reus. Vbi in addit. Augustin. de Arimine dicit hanc esse communem Doctorum opinionem,quam sententiã etiam citat, & sequitur Ioannes Pich. in suo thesauro commun. opinio. & quòd hæc communis opinio procedat non solum in crimine publico, verum etiam & in priuato docuit Aegid.Prosp.in tra &at.malefic. titu.an in crimin.in dit.quis poss.pro absen.inter.Idẽ docuit Franciscus Viuius in dicto Thesauro, in versic.procurator in capitalibus.dicens,quòd si procurator cõpareat pro reo in tali causa, & non reus, ipse reus iudicabitur contumax, & quòd ita iudicauerit ipse,dum esset Iudex in Ciuitate Terami.Idem docuit Benedictus de Plumbino in l.penult. §.ad crimen.ff.de publi. iudi.nu.3. & Rubeus ibidem, nu. 10. 121. & sequenti, & hi dicunt hanc esse communem opinionẽ. vti etiam docuit Albericus de Rosat. in l.seruum quoque. §.publicè.nu.18.ff.de procuratoribus,& in dicta l.penult.§.ad crimen.nu. 14.Idem docuit Menchiaca controuersia. vsu frequenti. c.39. nu. 24. Blancus in sua practi.crim.f. 15.nu.14.Iulius Clarus in sua practi. crim. §.fin.quæst.32. versic.1. & sequent. dicens hanc esse communem opinionẽ. Idem docuit Emanuel Soarez in dicto Thesauro,nu.296. idem docuit Hyppolitus Bonacossa in dicto thesauro in vers.procurator.multos Doctores idem tenentes referens. idẽ docuit Grassus in lib.2. comm. opinio.c.10.q.1.idẽ docuit Vantius in tract. de nullita. proces. fol.169.nu.177.Idem Corneus docuit in consi.325.in 3.volum.Iason in consi. 144. in quarto vol. Idem docuit Bartholomeus Cepolla in criminali,consi.52. in fi. & in criminali consi.72. col. 3. versic.de primo, vbi dicit, quòd

Digitized by Google

videtur esse magna dubitatio, quia communis sententia est, & idem rursus docuit in consi.47. circa principium. Idem docuit Bolsius in sua pract. crimin. titu. an quis in criminalibus iudicijs possit p̃ absente interuenire, nu.1. Idē docuit Henricus Boich in c.tuę, col.2. in vers.aut in causa accusationis. ext. de procuratoribus. Idem docuit Bal. in c. tuæ, num.1.ext.de procurat.idem docuit Goffr. in summa, titu.de procurat. col.3. in verfic.dantur procuratores in causis ciuilibus. Idem docuit Paris de Puteo in tract.de sindicatu in §.Iudex, in verfic.Iudex potest pro absente. in fine, sequens Bar.in d.§.ad crimen.Idem docuit Antonius Gabriel.in lib.7.conclusionum.titu. de maleficijs,cõclusione nona in principio. Idem docuit Iason in l.cum rem, in 2.not. C.de procurat.Idem docuit Archid.in c.qui generaliter. in Glo.1. de procurat. in sexto, & in c.1.in vers.criminalis.de iudic.in sexto,& in d. cap. in criminalibus, & in dicto c.si quando. Idem docuit Geminianus in d.c.qui generaliter. in vers.opponò,quòd licet, & in d. c.1.de iudicijs,in sexto,in col.1. in vers.quid si citatus. & in col.3. in verfic. mihi videtur.Idem docuit Philippus Francus in d.cap. qui generaliter,col.1.in vers.limita,& intellige,& in d.c.1.col.4.in vers.in eadem Glo. ibi compelli. Idē docuit Cardinalis a Turrecremata ī d.c.si qñ,& rursus in d. c. in criminalib.idē docuit Hypolitus de Marsilijs in infrascriptis locis,videlicet, in l.etiam si redhibitus fuerit,nu.104.in vers. quęro vlterius, ff.de quæstionib. & in singulari suo 221. incip.restitutio in integrum in practica crimin.sua.§.sequtur modò.quinta quæstio.nu.1. in consi.17.num. 11.in consi.39.num.1.in consi.54. nu.1. & in consi.81. nu.59. Idem docuit Iacobus de Bellouisu in sua practica criminali, in titulo De fuga reorum, nu.15.& 16. idē docuit Maranta in suo speculo aduocatorum, in c.incip.Quarta pars, nu.35. in vers.quarta vtilitas est.Idem docuit Petrus Follerius in sua practica crimin. in 1. par. secundæ par. nu.1. in verfic. optimam, & laudabilem, & in sua pract.Canon.crim.in titu.reperti culpabiles citentur.nu.6.in vers.item quia procurator prohibetur.Et denique idem,& elegãter docuit Petrus de Anchar. in c.1.col.2.vers.quarto nota.de iudicijs, in sexto. Probatur & tertio tribus rationibus.Quarũ prima est, quoniã si regulariter admitteretur procurator † in criminalibus. indè hoc absurdũ sequeretur,scilicet,quod iudicium, ac sententia frustraretur suo fine, ac debito effectu : eo quòd post quã reus(qui comparuerat per procuratorem) animaduerteret se fore corporaliter puniẽdum propter scęlus a se perpetratum, nunquã compareret in iudicio, & sic nocens euaderet,& procurator(qui erat mundus a tali crimine,) & ipse pœnam euitaret : Cùm nulli rationi, aut iuri consonum sit punire innocentes, sed solum noxios

3 xios eo, ꝙ pœnæ † suos debeant tenere auctores. vt in l. sancimus, C. de pœnis, & in c. quæsiuit. ext. de his, quæ fiunt a maiori part. cap. & etiã, vt docet tex. in c. non debet. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Nõ debet aliquis alterius odio prægrauari.] Ne ergo procurator immunis a culpa prægrauaretur odio rei non comparentis (qui de iure veniebat puniendus) & ne de-
4 licta † remanerent impunita, vt in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. summæ ergo rationi innixa comprobatur nostra conclusio, cum ex his omnibus productis sequitur, quòd nemo potlit se obligare
5 † in causa criminali, vt docet glo. in c. cum homo, 24. q. 5. & Bal. in c. rescripto. col. 3. ext. de iureiuran. Secunda ratio nostræ conclusionis talis reddi poterit, (secundum Bar. vbi supra.) Cum enim, (vt omnibus est summopere perspicuum, & patet ad sensum, & quotidiana experientia rerũ omniũ magistra nos docet) accuratius vnusquisque negotia sua gerat, quàm aliena, iccircò vt benè consultum esset ipsis reis, lex pro bono publico voluit, vt dicti rei 6 ad personalem comparitionẽ in criminalibus regulariter compellerentur, & hæ duæ rationes reduntur a Bar. in loco citato. Tertia ratio est (secundum Goffr. Specul. & Marianum Socinum in locis supra citatis,) quia procurator non posset cõsequi per actionem mandati contrariã id quod amitteret, si pœna capitali inde puniretur ipse procurator, vel aliquo membro mutilaretur, aut alia pœna corporis afflictiua: qd tamen secus esset in ciuili, & pœna pecuniaria. vt in l. Plautius. ff. de procurat. & hanc etiam rationem sentit Bart. in extrauag. ad reprimendam. in vers. legitimè. Et hæ tres rationes assignatæ sufficiant, etsi plures enumerentur a supradicto Mariano Socino, & a nonnullis alijs Doctoribus supra citatis.

Etsi verissima sit prędcdẽs conclusio (vt fuit ibi probatum satis abunde) nihilominus fallit ĩ casu nostro, proposito tribus de causis, quæ in subsequentibus conclusionibus afferuntur, & probabuntur. quæ inquam omnes verificãtur in nostro casu, etsi vnaquæque earum sufficeret de iure ad excusandum ipsum nobilem citatum à personali comparitione: quarum prima hic solum probabitur, & est: quoniam dictus Nobilis de iure Canonico, cuius decisioni standum erit in foro Ecclesiastico (solùm venit puniendus pœna pecuniaria) vt inferiùs probabitur in quæstione sexta cõclusione prima, vide ergo ibi: & quòd quando quis venit † puniendus pro crimine perpetrato pęna pecuniaria possit in iudicio comparere per procuratorẽ, non tantum ad proponendas excusationes, verùm etiam in causa causæ vsque ad diffinitiuam sentẽtiam, inclusiuè, & ad proponendas, & probandas defẽnsiones Rei sui principalis, concernentes crimen ipsum pro quo fuit citatus ad cõparendum personaliter in iudicio,

cio, imò; & afleueramus, quòd ipse procurator (ad hoc tamen specialiter constitutus) fundare possit iudicium, & ipsius telam prosequi vsq; in finem causæ inclusiue. hæc conclusio probatur triplici medio. & primò per tex. in l. absentem. §. Aduersus contumaces verò. ff. de pœnis. vbi hæc habentur, videlicet. [Aduersus contumaces verò, qui nec denunciationibus, neque ædictis Præsidum obtemperassent, etiam absentes pronunciari secundum morem priuatorem iudiciorum, potest quis defendere hæc non esse contraria. quid igitur est? melius statuetur in absentes pecuniarias quidem pœnas, vel eas, quæ existimationem cõtingunt, si sæpius admoniti per contumaciam desunt, statui posse, & vsque ad relegationẽ procedi. verùm si quid grauius irrogandum sit, puta, in metallum, vel capitis pœnam, non esse absentibus irrogãdam.] hæc ibi. idem probatur per argumentum in l. seruum. §. publicè, ff. de procurat. vbi hæc habentur, videlicet. [publicè vtile est absentes à quibuscunque defendi. Nam & in capitalibus iudicijs defensio datur. vbicunque itaque absens quis damnari potest ibi quemuis pro eo verba faciẽtem, & innocentiam excusantem audiri æquum est, & ordinarium admittere quod ex rescripto Imperatoris nostri apparet]. hæc ibi. Diximus probari per argumentum in dicto §. publicè. quoniam, etsi explicitè, & ad uerbum non contineat verba nostræ conclusionis, benè tñ fm sniam eius, cum includat oũs casus, in quib. quis absens dãnari possit, de quorũ numero est casus p̃sentis cõclusionis & subsequẽtis, vt ibi latiùs dicemus contra Pan. vide ibi. idẽ probatur p̃ arg. in l. 2. C. de procurat. vbi hęc habentur, videlicet. [Cùm rẽ pecuniariã esse dicas, potes per maritũ tuũ solemnib. impletis, appellationi aduersariæ tuæ respondere: cùm appellationes pecuniariæ ẽt per procuratores exerceri ab vtraqne parte litigantium possint]. hæc ibi. Diximus probari per argu. in dicta l. 2. quoniam ex ipsa l. luce meridiana clariùs elicitur, q̃ quando quis venit puniẽdus pęna pecuniaria poterit constituere procuratorem. vti etiam infrascripti Doctores statim citandi docuerunt. idem probatur per argu. in l. 1. §. 1. ff. An per alium cau. appellat. red. possi. vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Planè si pecuniaria causa est † ex qua ignominia sequitur potest & per procuratorem. hoc agi.] Diximus per argu. quia hic adest locus arguendi à minori ad maius affirmatiuè. tali pacto, videlicet. si poterit procurator comparere in iudicio pro condemnando in pecuniariam pęnam habentem annexam pœnam infamiæ. multo magis hoc ipsum licebit in casu nostro, vbi hæc pœna infamiæ abest, vt clariùs ibidem. Idem probatur in §. sed etsi. vbi hæc habentur, videlicet. sed etsi ea causa sit, ex qua sequi solet pęna vsque ad relegationem, non oportet per

8

alium

alium causas agi.] Probatur & secundo Doctorum sententia hęc nostra cõclusio. Nam infrascripti Doctores explicitè ipsi conclusioni se subscripserunt in infrascriptis locis, videlicet. Glo. in dicta l.1.in versi.ignominia: quæ dixit, quòd in omni causa, in qua pœna corporalis non impo-
9 nitur per procuratorem † cuilibet agere licet spontè, non ex necessitate. idem docuit Glo. in c. veniens. in versi.criminali.extra de accusat. idem docuit Barc. in dicta l. absentem. in quæstione secunda, sequens gl. supra citatam, & rursus in l.penult.§. ad crimen. in num.7. versi. hoc præmisso. & nu.14. in versi.quæro.extra Glo.ff. de publicis iudi.idem docuit Innocentius in c.licèt in Beato Petro.col.1.in versi. item in leuibus criminibus, puta, quæ non excedunt pœnam relegationis. extra de accusat. idem docuit expressè Azo in summa titul. de procurat.col.4.in versi.constituitur autem.Specul.in lib.1.titu. de procurat.col.6.nu.10.in versi. Quintò si crimẽ. vbi sequitur Azonem. idem docuit Host.in summa titu. de procurat.§.& in qua re.in vers. si verò relegationis pœna. Goffr. in summa, titu. de procurat. col. fin. in versi. in summa notandum est. idem docuit Ioannes And.in c.tuæ.col.2.in verfic. si verò quæstio est criminalis. extra de procurat.Ant. de Butr. in c. veniens. col.5.in versi.ex hoc infertur.ext. de accusat. idem docuit Panormitanus in dicto c.veniens.num. 18. in verfic. si verò venit imponenda pœna relegationis, ext.de accusationibus. idẽ docuit Henricus Boich in c.tuę.col.3.in vers. aut causa non capitalis. extra de procurat.idem docuit Felinus in c.meminimus.col.4.in vers. sexta conclusio,ext.de accusat.idẽ docuit Marianus Socinus senior Senensis in d.c.veniens.nu.50.51.& 52.Idem docuit Archid. in c.1.in vers. criminalis de iudicijs.in sexto,dicẽs quòd(vt docet Host.) vt nõ pòssit interuenire procurator in causa criminali necesse est, ꝙ pœna indè imponẽda reo sit maior pœna relegationis, ex quibus patuit, quòd ipse Archid. se subscripserit præsenti,& subsequenti conclusioni,tum quia pœnę(de quibus sermo habetur hic,) & in subsequenti conclusione non sunt maiores pœna relegationis,cum etiam ipse sequatur Host. qui ad verbum se subscripsit vtriq; conclusioni. Nam ipse Host.idem docuit de præsentis cõclusionis materia in summa titu. de procurat. §.& in qua re. in verfic. & est hoc verum, quando quæstio est pecuniaria. Idem docuit Ioãnes de Ana. in d.c.veniens. col.4. in vers.in eadem Glo.ibi, pęna relegationis. Idem docuit Geminianus in c.1.col.2.in vers.Glo.super verbo criminalis de iudicijs. in sexto, idem docuit Bertachinus in suo repertorio, in litera P. §. procurator in criminalibus. in vers. procurator in causa criminali pecuniaria. idẽ docuit Raymundus Pius Fichus in thesauro commun. opin. verfic. procurator.sequens Marianum Socinum

loco

loco ſupra citato. Idem docuit Menchiaca controuer. vſu. frequen.c.17. Idem docuit Pau. de Caſtro in d.l.ſeruum quoque. dicens hanc eſſe communem Doctorum ſententiam, quam etiam ſequutus fuit Emanuel Soarez in Theſauro communium opinionũ in verſ.procurator in ijs criminis cauſis. Idem docuit Bartholomeꝰ Cępolla in criminali, conſi.72.colum.3. in verſ.de primo non violetur. Idem docuit Iulius Clarus in pract.crim.§.vlt.q.32.per totũ, & ſpecialiter. in verſic.cęterum. Frãciſcus Viuius, idem docuit in lib.1. commun. opin. 251. idem docuit Hyppolitus Bonacoſſa in theſauro commun. opin. in verſ. procurator, ſequens Iulium Clarum vbi ſupra, dicensque hanc ſentẽtiam eſſe communem. idem docuit Ang. in tractat. de maleficijs, in verſic.qui dominus Iudex dicens.nu.16.in verſic.ex quo ſequitur, quòd in crimine. idem docuit Albertus de Gandauo in tractat.de maleficijs.titu. de procuratore, defenſore, & excuſatore, nu.26. in verſic.item generaliter in cauſa publica, & priuata. Idem docuit Boſſius in pract. crim. titu. an in criminalib.iudicijs qs, nu.4. in verſ.tertia concluſio eſt. idem docuit Hyppolitus de Marſilijs in conſi.24.nu.37.& in conſil.54.nu.1. Probatur & tertiò prę ſens concluſio hac ratione, videlicet, cùm ſit pœnale, & odioſum priuari tanto commodo comparendi per procuratorem in cauſis criminalibus, & in caſu præſentis cõcluſionis nullo iure cautum reperitur, in tali caſu nõ fore admittendum procuratorem. Indè ſequitur, quòd veriſſima fuerit noſtra concluſio, cum pœnæ ſint
10 †reſtringendæ. vt in c.in pœnis, de regu.iur.in ſexto.

Cùm dictus Nobilis Raguſinꝰ (de quo quęritur) de iure ciuili,
11 & in foro ſeculari †pro dicto homicidio perpetrato nõ veniat puniendus, niſi pœna (ad ſummum) relegationis (vt latius probabitur in quæſtione ſeptima concluſione vnica.) Iccircò non tenebitur comparere perſonaliter in iudicio ſeculari pro dicto delicto, cũ in tali caſu poterit comparere in ipſo iudicio per procuratorem. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò per arg.in l.ſeruũ. §. publicè. ff.de procurat. cuius tenorem verborum retuli ad verbum in probatione pręcedentis concluſionis, & per textum in l. abſentem. §.aduerſus contumaces, ff.de pęnis, cuius tenor relatus fuit ſupra in probatione præcedentis concluſionis. Vide ibi, & in l.1. ff.An per alium cauſę appellat. reddi poſſint: quæ lex in præcedente concluſione fuit ad verbum allata. Vide ibi. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate. Nam præſenti concluſioni infraſcripti ſe ſubſcripſerunt, videlicet Glo. in c.veniens. in verſic. criminali.ext.de accuſat. Glo.in d.l.1.in verſ.relegationem. Glo. in d.l.abſentem, in verſ.vſque, & in verſ. ad relegationem Glo. in c.ſi quando, 2.q.6. Glo. in l.penult.§.ad crimen. ff.de publi. iudi. Glo.in d.l.ſeruum, §.publicè,

Bart.

Bart. in d.l.abſentem. in ſecunda quęſtione. vbi ſequitur dictã Glo. in d.l.abſentem, & clarius idem ſentijt in l.penult. §. ad crimen, nu.11. in verſ.quæro dicitur hic publici iudicij. ff.de publicis iudicijs. dicens, quòd ita tenet conſulendo, quia hoc ſeruat conſuetudo. Innoc. in c.licet in B.Petro. col.1.in verſ.item in leuibus criminibus, puta quæ non excedunt pœnam relegationis. ext. de accuſat. Specul. ſequens Azonẽ in lib.1.titu.de procuratore, colum.6. num.10. in verſic.quintò ſi crimen. Azo ipſe in ſumma tit. de procuratoribus.col.4. in verſi. conſtituitur autem procurator. Hoſt.in ſumma.titu.de procurat. §.& in qua re.in verſic.ſi verò relegationis pęna. Goffr. in ſumma. titu.de procurat.col.fin.in verſic. in ſumma notandum eſt. Ioannes And.in c.tuæ.col.2. in verſic. ſi verò.quęſtio eſt criminalis. extra de procuratoribus. Antonius de Butrio in c. veniens.col. 4. in verſic.relinquitur ergo. extra de accuſat. dicens hanc eſſe ſententiam Cy.& Mar.Sill. & Iac.de Ra. Ioannis Andr. Hoſt. & Feder. de Sen.in conſi.299. idẽ ſentijt Henricus Boich in c.tuæ, colum.3. in verſi. aut cauſa non eſt capitalis, extra de procurat. Marianus Socinus ſenior in dicto c. veniens, nu.100. & ſequentibus. extra de accuſat. qui maxima cum diligentia examinat præſentem quęſtionem pro vtraque parte. & tãdem tuetur noſtram concluſionem approbatam à ſupra citatis Doctoribus, & alijs quàmplurimis, aſſerens hanc eſſe communem Doctorum opinionem: & ipſius Mariani ſententiæ ſe ſubſcripſit Felinus in c.meminimus.col.5.in fi. verſic.vltimò limita iſtam materiam, vt hic per Dominum Marianum.extra.de accuſat.& quòd dictus Felinus ſe ſubſcripſerit pſenti concluſioni (vltra ſupradicta) elicitur ex verbis ipſius, dicentis in d.c.meminimus. col.5. in verſi.item vide Bart. in l. prætor, in principio ff.de damnis infectis) quòd ſi quis fuit accuſatus de vulnere, & dubium eſt an vulnus ſit mortale, vel non, & ſic an veniat pœna capitalis, an non: admittetur procurator ad defenſam: & addit dicens, quòd vbi
12 quis accuſatur † pro pluribus criminibus, in quibus eſt vnum capitale, admittitur procurator ad aliacrimina, excepto capitali: ex his ergo omnibus videtur eliciẽdum, quòd Felinus ſe ſubſcripſerit pręſẽti cõcluſioni, etſi non ita explicitè ſicut ſupra allati Doctores. Idem docuit Archid.in c. 1.in verſi.criminalis.de iudicijs in ſexto, dicens, quòd ſecundum Hoſtienſem (quòd in cauſis criminalibus grauibus, in quibus eſt imponenda pęna maior pœna relegationis, non interuenit procurator: quaſi diceret (arguendo à contrario ſenſu) quòd in criminibus, in quibus pœna relegationis, vel minor erit imponenda, tunc poſſit interuenire procurator pro reo abſente, & quòd Archid.intentio talis fuerit, elicitur ex eiuſdem verbis, videlicet ſecundum Hoſt.cuius ſententiæ

tix ſe ſubſcripſit, & tamen ipſe Hoſt. in ſumma in titu.de procuratoribus.§.& in qua re. in verſic. ſi verò relegationis pœna,vel minor:expreſſiſſimè ſe ſubſcripſit p̃ſenti noſtræ cõcluſioni. idem docuit Petrus de Anch. in d.c.1.col. 2.in verſic. quartò nota , quòd in cauſa criminali, vbi addit, quòd in tali caſu nullo pacto poſſet Iudex dictum Reum compellere ad comparendum perſonaliter, ſed ad procuratorem cõſtituendum, & inſtructum dirigendum ad ipſum Iudicem in iudicio.idem docuit Ioannes de Ana. in dicto c. veniens. col.4. in verſi. in eadem Gloſa ibi, pena relegationis.ext. de accuſat. idem docuit Geminianus in c.1.col.2.in verſi. Glo. ſupra verbo criminalis . de iudicijs in ſexto , idem docuit Aug. Berous in dicto c.veniens.col.14. nu. 39. in verſic. ſtantibus prædictis . modò reuertor ad id . Vbi probat noſtram concluſionẽ probari auctoritate communis opinionis Doctorum,& conſuetudine, & reſpondet Pan.contrarium aſſeuerãti in dicto c.veniens. nec non & rationibus, quibus ipſe Panormitanus vtitur ad confirmandam ſuam ſententiam aduerſantem præſenti noſtræ concluſioni. idem docuit Bertachinus in ſuo repertorio in verſ.procurator in criminalibus cauſis, in verſ.procurator in cauſa criminali admittitur , quando pœna eſt relegationis. Idem docuit Pau. de Caſtro in dicta l.ſeruum,dicens hãc eſſe communem Doctorum ſententiam , quam ſequitur quoque Emanuel Soarez in Theſauro cõmunium opinionum, in verſicul. procurator in ijs crimin. cauſis. Idẽ docuit Frãciſcus Viuius lib. 1. opin. 251. idem docuit Iulius Clarus (qui hanc materiam amplißimè agit) in ſua pract. crim. §.vlt.quæſt.32.per totum , & ſpecialiter in verſ.Hinc eſt . Idẽ docuit Hyppolit.Bonacoſſa ſequens Iulium Clarum,vbi ſupra, dicens hanc eſſe communem Doctorum opinionem. Idem docuit Ang.in tract.de maleficijs . in verſic.qui Dominus Iudex videns,nu.15. in verſ.quæro quid ſi citatus eſt,cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit ibidẽ in addit. Auguſtinus de Arimine. nu.19. in verſ.tu autem in hac materia. aſſerens ſe nolle ab hac opinione recedere , quia communis eſt.Idem docuit Albertus de Gandauo in tract. de maleficijs.titu.de procuratore , defenſore, & excuſatore,nu.26.in verſic. item & generaliter in cauſa publica, & priuata.idem docuit Cẽpolla in crimin. conſi.72. col. 3. in verſic.de primo nõ videtur. Idem docuit Cardinalis à Turrecremata in c.in criminalib.col.2. in verſ.ſecundum eſt. 5.q.3.idem docuit Bolhius in pract. crim. titu. an in criminalibus iudicijs. quis &c. num.5. in verſ. & in cẽteris dicit . Vbi ſequitur ſententiam Mariani Socini ſupra p me citati. Idem docuit Petrus Follerius in pract.can.crim.titu. reperti culpabiles citentur.nu.6.in verſic. eſt tamen bene verum . Probatur & tertiò ratione allata in probationem præcedentis con-

cluſionis

clusionis vide ergo ibi.

Tertia & vltima cõclusio, cùm dictus Nobilis Ragusinus fuerit citatus ad comparendum in foro Ecclesiastico, pro dicta violatione immunitatis Ecclesiasticę: & in foro seculari pro dicto homicidio inde sequuto: & vterq; forus sit in ciuitate Ragusina, quæ meritò est sibi locus nõ tutus propter consanguineos interempti, prout est omnibus notum (iccircò hac etiam de causa nullatenus compelli poterit ad personaliter
13 † comparendum in aliquo ex ipsis foris, sed omnino admittendus de iure erit procurator ad hoc specialiter deputatus ab ipso Nobile, non solùm ad proponendas executiones absentię, verùm etiam ad proponendas defensiones, seu exceptiones concernentes ipsummet crimen, pro quo ipse Nobilis fuerat citatus, & ad fundandum totum iudicium, ac telam iudiciariam. Hęc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per text. apertissimum in Clem. Pastoralis. §. Pisanaq; & §. esto igitur. de sent. & re iudic. vbi in dicto §. Pisana. hæc habentur, videlicet. [Pisanaque ciuitas, in qua lata fuit memorata sententia, Regem capitali habebat odio notorio, & antiquo.] & in dicto §. esto hæc habentur, videlicet. [Esto igitur quòd Rex ipse aliàs ad præmissa fuisset legitimè per Imperatorem citatus, nunquid venire debuit ad Iudicem exercitu feroci ac grandi, ipsíque citato (vt præmittitur) odioso stipatum? Nunquid etiam debuit comparere in loco admodum populoso multum potenti, ac præfato in eũ odio prouocato? Quis enim, auderet, vel qua ratione audere aliquis teneretur consistorij talis subire iudicium, & se in hostium sinu reponere? ac ad mortem per violentam iniuriam, non per iustitiam inferendam vltroneum se offerre? Hæc quidem iure timentur, hæc de more vitantur, hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura. Desiperet igitur qui citationẽ huiusmodi saperet arctasse.] hæc ibi. Ex quibus luce meridiana clariùs elicitur veritas præsentis nostræ cõclusionis, & quòd nullo pacto citatus ad locum iudicij sibi non tutum accedere teneatur. Idem probatur per tex. in Clem. 1. in §. nos tamẽ, de foro compet. vbi hæc habentur, videlicet. [Nos tamen Episcopis, qui à suis sedibus proteruia impiorum expulsi nõ audent propter metum persequentium, in suis ciuitatibus, vel diœcesibus aut earum parte aliqua residere: nec iurisdictionem ad se spectantem per se, vel per alium inibi exercere, ne iniuria in eorum expulsione ipsorum irrogata Ecclesijs hoc prętextu remaneat impunita, duximus indulgendum, vt in diœcesibus alienis, in ciuitatibus (videlicet) vel locis insignibus suis Ecclesijs viciniorib̃us, in quibus poterunt securè morari, & iurisdictionẽ suam liberè exercere possunt contra suos expulsores, & eorum in hac parte consiliarios, & fautores dummodo

ciui-

ciuitates, vel loca huiuſmodi eiſdem expulſoribus, conſiliarijs, & fautoribus, ſint ſecura, & ipſi perſonaliter, vel ad domum, ſi hoc tutè fieri valeat; alioquin publicè in Eccleſia Cathedrali loci, vel domicilij eorundem citati fuerint (liberè procedere, prout iuſtitia ſuadebit] hęc ibi inter alia. Idem rurſus probatur per text. in c. ſtatutum. §. cùm verò. de reſcriptis in ſexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm verò eiuſdem ciuitatis ſeu diœceſis fuerint actor, & reus, extra ipſas cauſa non cõmittatur: nec cõueniatur aliquis eorum: niſi ab Epiſcopo contra aliquem de ſua diœceſi, vel ab aliquo contra eum, aut contra eius Capitulum, ſeu contra vniuerſitatem, ciuitatis, villæ, aut Caſtri fuerat actio dirigenda, vel niſi actor eandem ciuitatem, vel diœceſim intrare non audens, aut ſui aduerſarij potẽtiam meritò perhorreſcens, eum infra illas nequeat conuenire ſecurè: in his ergo caſibus † extra dictas ciuitatem, & diœceſim poſſit cõtra prędictos cauſa committi: nullus tamen eorum vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis valeat conueniri, ſed & in duobus vltimis caſibus, niſi impetrans de prædicto timore, quem in litteris commiſſionis exprimere teneatur, primò † fidem Iudici faciat, ſaltem per proprium iuramentum, Iudex ipſe nullatenus in cauſa procedat, ſed partes à ſua iuriſdictione dimittens impetrantem eundem in expenſis legitimis alteri parti condemnet] hæc ibi. Idem probatur in c. cum R. ext. de officio delegati, vbi hæc habentur, videlicet. [Cum R. Canonicus Ianuenſis cauſam, quę inter ipſum (ex vna parte) ac P. ciuem Ianuen. vertitur: tibi obtinuerit delegari: & idem ciuis propter multas, & graues inimicitias ciuitatis ſuæ, in tua nequeat præſentia cõparere. Mandamus quatenus ſupradicto R. huiuſmodi optionem relinquas, vt (exceptis Canonicis Ianuen. quos, cùm ſint eius ſocij meritò habet pars aduerſa ſuſpectos) in ciuitate, vel diœceſi Ianuenſi, in qua ſunt multi viri prouidi, Iudicem eligat, coram quo quæſtio terminetur: cui auctoritate noſtra diſtrictè præcipias, vt eãdem cauſam iuxta reſcripti à te obtẽti tenorem, appellatione remota, fine debito terminare procuret,] hæc ibi. idem probatur in c. ex parte. el primo. extra de appellat. vbi expreſsè noſtra concluſio probatur. Nam ibi hæc habentur, videlicet. [Ex parte tua: & infra: præſenti pagina reſpondemus, quòd cùm excuſetur honeſtè, qui ad præſentiam delegatorum Iudicum non poteſt ſecure venire citatus: tu vel tui, quoties ad illos Iudices vos euocari contigerit, ad quorum præſentiam vobis periculoſum eſt ire, liberè poteritis † appellare, etiam ſi in literis commiſſionis. appellationis fuerit remedium interclusũ, niſi Iudices vobis aſſignent locũ idoneum & ſecurum.] hæc ibi. idem probatur in c. accedens. el ſecondo. extra, vt lite non conteſtata.

Vbi

Vbi Innocentius Tertius excusa-
17 uit quendam citatum † ad locum sibi non tutum, etsi sibi fuisset præfitus saluus conductus: eo quòd non debuerat se capitalibus inimicis credere. Idem probatur per arg. in l. si locus, ff. de iudicijs. vbi hæc habentur, videlicet. [si locus in iubendo iudi-
18 care † non est comprehensus, videtur eo loco iudicare iussisse, quo solet iudicare sine incõmodo litigantiũ.] Diximus per argumentum prædictæ legis probari præsentem conclusionem, quoniam in dicta lege præcipitur fieri iudicium in loco non incõmodo partibus litigantibus: & quòd locus non tutus citato ad iudicium, dicatur locus incõmodus per se patet, & sic indè patuit probari præsentem conclusionem dicta lege. Idem probatur per tex. in c. siue de coniugij. 33. q. 2. vbi refertur decretum Nicolai Papæ his verbis vtentis, videlicet. [siue de coniugij fœdere, siue de adulterij crimine iudicium agitandum sit; nulla ratio patitur Thietbergam cum Lothario posse inire conflictum, vel leuissimum controuersiæ subire certamen: nisi prius ad tempus fuerit reddita suę potestati, & cõsanguineis proprijs liberè sociata. itaque etiam locus prouidendus est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda; & non sit difficile testes producere, vel cęteras personas, quæ tam à Sanctis Canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersijs requiruntur. [hæc in dicto c. siue: Idem probatur per tex. in c. venerabilibus. §. & hoc ipsum. de sent. excommunicationis, in sexto, vbi hęc habentur, videlicet. [& hoc ipsum est in similibus obseruandum: sicut si aliquis ad certum locum citetur, & ille proponat ipsum non esse sibi tutum, & Iudex postea in eum (quia non probauit hoc, nec comparuit) sententiam excommunicationis promulget: Nam tunc si excommunicatus ipse ad superiorem appellet, & ante omnia se ab eo petat absolui (cum probare coram eo velit ipsum locum non existere sibi tutum) in hoc est proculdubio audiendus: cùm præsumpta eius contumacia videatur.] hæc ibi, & in subsequenti §. eiusdem. c. hæc habẽtur, videlicet. [sed si ex causa legitima seu probabili quis appellat. puta, quia locus non est tutus.] hęc ibi. in quibus locis patuit neminem teneri personaliter comparere in loco, ad quem quis citatur, si poterit probare ipsum locum non esse sibi tutum, idem probatur per tex. in c. cùm personæ. §. nos volentes. de Priuilegijs in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Nos volentes super hoc de salubri remedio prouidere statuimus, vt hi, qui se asserunt per priuilegia, seu indulgẽtias Apostolicæ Sedis exemptos: à locorum Ordinarijs requisiti, huiusmodi indulgentiam, vel Priuilegia, quibus dicunt se fore munitos, ipsis ordinarijs in loco congruo, & securo ostendere, ac ad legendum integraliter exhibere teneantur

teneantur .] hæc ibi . ex quibus etiam & noſtra præſens concluſio probatur . idem eodem modo probatur per tex.in c.accepimus. ext.de fide inſtrumentorum.Probatur & ſecundo auctoritate ferè omnium Glo. dictarum iurium, ibidem , & infracriptorum Doctorum, qui ſe quam libentiſſime ſubſcripſerunt præſenti concluſioni in infraſcriptis locis .Nam Innocẽtius Papa Quartus in dicto c.ex parte, dixit, quòd quan-
19 do quis fuit † citatus ad comparendum in loco ipſi citato non tuto, & poteſt mittere procuratorem,tenetur per ipſum comparere: & non tenetur ipſe perſonaliter comparere; ſed ſi compelleretur à Iudice ad comparendum perſonaliter haberet iuſtam cauſam appellandi à grauamine ſibi illato per huiuſmodi citationem & compulſionem ad perſonaliter comparendum.hæc Innocentius: qui idem rurſum confirmauit in cap.præterea.extra de dilationibus. idem docuit Bart.in l. recuſare. §.ſi [illegible] alio.num.1.ff.ad Senat.Con[illegible] Trebel. & rurſus in l. metus.nume.2. ff.quibus ex cau. maio.in integrum reſtitu. in his locis. Bart. dicit citatum ad locum ſibi non tutum non teneri illuc accedere, ſed an quis tenea-
20 tur † mittere procuratorem tradit ſubſequentem diſtinctionem in l.nõ exigimus.§.ſi quis in iudi, cio.nu.2.ff.ſi quis cautionibus in iudicio & c.infraſcriptis vtiẽ verbis,videlicet:An quis teneat̃ mittere procuratorem . Cyn. diſtinguit.in l.1.C.de reſti.mili. Canoniſtæ.ex̃.de procurat.c.2.& Guil. Iac.Butr.hic.tu dic aliquantulum latius,Aut quis nõ tenetur venire priuilegio perpetuo , & tenetur mittere procuratorem, vt in l.vltima C.de iniurijs.& l penult.C. de pactis. Aut non tenetur venire priuilegio temporali : & non tenetur mitterere procuratorem, vt in l. 2. ff. de in ius vocan. Aut non tenetur venire ex alia cauſa quàm ex priuilegio : & tunc aut illa cauſa non eſt iuſta:& tunc tenetur mittere procuratorem , vt in l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. & hic in Glo. aut eſt iuſta , & tunc. Aut eſt voluntaria & tenetur mittere procuratorẽ , vt in l.eũ. ff.eũ qui appel. in prouin. defen.aut cauſa eſt iuſta, & neceſſaria,& tũc,aut loquimur in actore,& tenet̃ mittere procurátorẽ, vt in l.1.ff.de diuer. & tempo.præſcri.aut loquimur in reo , & tunc non tenetur mittere procuratorem , vt hic, ſecundum Guil. ſed Pet.hoc caſu etiam ſi eſſet impedimẽtum perpetuum,vel longũ, tenetur mittere procuratorem.argum.in l.ſi lõgius. ff.de iudi. pro quo facit optimè l.penul.ff.de vaca.mu.& hoc etiam tenebat Iac. But.Addo vltra, inquit ipſe Bartolus vbi ſupra,) quòd ſi eſſet cauſa , quæ celeritatem deſiderat (vt ſunt cauſæ , quæ poſſunt tractari tempore feriato , vt in l. 1.& 2.ff. de ferijs, tũc tenetur mittere procuratorem, vt in c.cùm dilectus. extra de dolo , & contuma.& ita intelligit illud c.Innocentius, in c.2. ext.de procurat. quod mihi placet . Nam regulariter non te-

netur

netur quis venire in iudicio propter ferias: tamen qualitas causæ facit, vt esset illa exceptio feriarum: ita in proposito. hæc omnia docuit Bartolus vbi supra. ex quibus summoperè probatur præsens nostra cõclusio. Idem docuit Bal. in dicto capitulo ex parte. Idem docuit Ioannes Andr. in dicto capitulo ex parte. Idem rursus docuit in dicto capitulo cum R. addens, quòd talis † citatus non tenebitur adire locum iudicij sibi non tutum, etiam cum litteris de conductu. vt in dicto capitulo accedés. in quo rursus idem docuit ipse Ioan. And. Idem docuit Panormitanus in dicto cap. ex parte. & in dicta Clemen. pastoralis, numero sexto, & in dicto capit. cum R. num. 1. & in dicto cap. accedens. el secondo, num. 3. vbi & ipse addit dicens. Nota textum quotidie allegabilem, quòd non tenetur quis ire in terram inimicorum etiam cum litteris de saluo conductu. Talis enim cautio nimis fragilis est. argumentum in cap. litteras. ext. de restitu. spoliat. & idem docuit ipse Panormitanus in dicto cap. accepimus. Idem docuit Cardinalis Zabar. in dicta Clemen. pastoralis. colum. 5. in §. notorio. not. 2. & in dicta Clemen. 1. colum. 7. in versic. vigesimosecundo quęro. Idem docuit Petrus de Anch. in dicta Clemen. pastoralis. colum. 5. in versic. Tertiodecimò nota. Idem docuit Imo. in dicta Clemen. pastoralis, num. 15. in versic. Nota quartò. Idem docuit Henricus Boich in dicto c. ex parte. Idem docuit Specul. in lib. 2. titu. de citatione, §. contra citationem autem excipitur. num. 10. in versic. item quòd sit citatus ad locum. Idem docuit Antonius de Butrio in dicto cap. ex parte. & in d. cap. cum R. in not. primo, dicẽs, quòd vbi ad locum non potest citatus
22 † accedere securus: potest petere, vt delegatus a delegatione removeatur: nec tenetur stare litteris de saluo conductu. vt in c. accedens. el secondo, ext. vt lite non contest. vbi idem Antonius hoc ipsum repetijt adhuc apertius in colum. 2. in notabilibus. Idem docuit Barbatius in dicto c. cum R. in colum. 1. in versic. Nota ibi nequiuerit. dicens, quòd ad locum non tutum non potest quis trahi per litteras Apostolicas, supple etiam cum litteris salui conductus, & facit c. accedens. el secondo. vt lite non contest. Non enim potest sufficiens cautio præstari, c. litteras. in fine, de restitutione spoliat. & hoc propter fragilitatem cautionis. l. qui ita, §. 1. ad Senaticonsult. Trebel. quod benè seruant tyranni modernj concedentes saluum conductum, quia fidē frangunt, quod est graue. l. 1. ff. de consti. pecu. & ideo dicebat Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure. Proh dolor hodie tirāni sanguinem populorum exhauriunt, & vix præcarium dimittunt spiritum. Et sic si Iudex facit residentiam in loco suspecto, potest reus auditorium eius declinare, quando citatus est ad locum non tutum, vel ad locum loci residentiæ, vbi pullulant graues inimici-

Digitized by Google

tiæ.hæc ille. Idem docuit Archidiaconus in dicto cap. siue coniugij,33.quęstione secunda,& rursus in dicto capit. venerabilibus. idem docuit.sed iterum idem docens in dicto cap.statutum.§.cum verò. colum.6. in versic.non audens. infrascriptis vtens verbis, videlicet, non audens, quia fortè partialis est, & expulsus de ciuitate,vel propter alias graues inimicitias. vt in c. cum R.de officio delegati. Quid si culpa sua incidit in istum timorem,seu casum ? In casu isto non facio vim, quamuis impetrãs sua culpa etiã graui inciderit in hunc casum. vt in cap. quia diuersi. ext. de concess.pręben. Nam hic attendo,inquit, potius iustitiam,& æquitatem Iudicis, quàm factum ipsius delinquentis. In iudicijs omnis formido amputanda est tam reo, quàm actori. Itaque locus prouidendus est, in quo nulla vis formidetur.hæc omnia Archidiaconus docuit.ex cuius verbis Ioan. Andr.Ancharanus, Geminianus, & Philippus Frãchus in locis statim citandis eliciunt, quòd ipse Archidiaconus per prædicta voluerit,quòd citatus ad locum nõ tutum excusetur a personali comparitione, etiã si dictus locus effectus sit non tutus ex culpa ipsius citati. Et hoc dixit Ioannes And.in dicto cap. statutum. col. 8.in versic.in glo.fortè in fine.Geminianus in dicto cap.statutum, §.cum verò,col.5. in versic.Nota benè istud dictum.Ancharanus in dicto cap.venerabilibus.col.3.in vers.decimotertio nota, & in dicto §.cùm verò. colum.3. in vers. item quintò. in vers.vel nisi. Philippus Franchus in dicto §. cùm verò.colum.4. in versic.in Glo.in versic.non audens,qui idem confirmans in dicto cap.ex parte.colum.3.in versic.in Glo.1.concludit his verbis vtẽs,videlicet. Aut notorium est locum ad quem citatur citato non esse tutum : aut non ; Si primò,de iure non com-
23 pellitur comparere, † nec mittere procuratorem, vel excusatorẽ: sed melius esset si (secundum Innocentium)excusatorem dirigeret;tamen hoc non est necessariũ: quia statim quis grauatur,quando ad talem locum citatur, & sic appellare potest : si verò non esset notorium, tunc debebit dirigere excusatorem, quãuis ad hoc ipsum citatum non teneri nitatur ipse Franchus ibi probare. Cum statim possit appellare. vt ex textu in dicto cap. ex parte. elicitur. hæc ille. Idem docuit Decius in dicto cap.ex parte. Idem docuit Felinus in infrascriptis locis, videlicet in dicto c.cum R.in dicto capit.accedens, conclusione 1.2. & 3.in c.olim.in princ.ext.de exceptionibus. in capit. cùm ordinem.colum.8.in versic.ad Glo.& specialiter in versic. si diceretur contra, & est colum.decima.ext. de rescriptis. Idem docuit Alex. in consi.84. in primo volum. numero 3.incipien.Et præsumuntur semper benè tractare subditos. Idem docuit Cardinalis a Turrecremata in dicto cap.siue coniugij.Idem docuit Perretus in consil.31. num.22. Cyn. & Doctores

in

in l. si procurator. C. de ceden. Idē docuit Alciatus in consilio 28. numero 10. libro sexto: Natta in consil. 556. incip. Nam Principes. in 3. volum. Idem docuit Parisius in consil. 5. num. 182. in 4. volum. incipien. Cum ignorent Principes; Idem docuit Ang. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Idem docuit Maranta in suo speculo in sexta par. in capit. de citatione, num. 131. seu §. fin. idem Albertus de Gandauo in tract. maleficiorum. titu. vtrum procurator in maleficijs interueniat. numero octauo, & in titu. de citatione accusati, vel inquisiti, nu. 35. addens, quòd nec litteræ salui conductus tali citato exhibitæ ad hoc compellere possunt. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs in infrascriptis locis, videlicet in 81. consil. num. 43. 44. 45. & 46. vbi docuit citatum ad locum non totum ha-
24 bendum † fore pro non citato, etsi non compareat non dicetur contumax, quod etiam aliorum quamplurimorum Doctorum sententia probat. & rursus in l. 1. §. Præterea, num. 68. 69. & 72. ff. de quæstionibus. nam in dicto num. 69. dicit hoc verum esse, sed limitandum fore, quia si posset mittere procuratorem, tunc teneretur ipsum mittere ad se excusandum. & in dicto num. 72. idem probat ad hoc citando dictã Clemen. pastoralis. & respondit obiectionibus, quæ sibi fieri possent. Idem docuit Petrus Follerius in pract. can. crim. titu. non comparentes contumaces, numero 51. Idem docuit Hyppolitus Bonacossa in suo Thesauro communi. opinio. in versiculo citatus reus. dicens hanc esse communem Doctorum sententiam, & refert nonnullos ex suprascriptis Doctoribus idem docuisse. Idem docuit Sebastianus Vantius in tract. de nullitatibus. titul. ex defectu iurisdictionis ordinariæ. num. 165. & 166. per totum. idem docuit Lanfranchus de Oriano in sua pract. seu eleganti repet. c. quoniam contra. de probat. titu. de citationibus. num. 9. idem docuit Bonifacius de Vitallinis in tract. maleficiorum. titu. de citatione accusati, vel inquisiti, numero 35. dicens, quòd talis excusetur a personali comparitione, etiam si habeat litteras de salvo conductu. Probatur & tertiò hac ratione præsens conclusio, videlicet. Cùm ne suo debeat, aut teneatur se sponte manibus inimicorũ tradere, imò vnicuique liceat de iu
25 re naturali vim vi † repellere cũ moderamine inculpatæ tutelæ. vt in l. vt vim. ff. de iustitia, & iure, & stultissimum sit propriam vitã discrimini committere. Indè sequitur, q; si quis citetur ad personaliter comparendum in loco sibi non tuto, talis non teneatur illuc se conferre, sed (vt obediens appareat, nè inde scãdalum alijs offerre videretur) comparere ei faciet per procuratorẽ, seu excusatorem, vt in nostra conclusione docuimus, & probauimus satis abundè.

Quæstioni secundo loco propositæ vnica conclusio satisfaciet, quæ sit hæc. Et si prima fronte videatur

deatur dicendum dictum homici dium ex inflicto vulnere vnico in d.Eccleſia ſequutum fuiſſe voluntarium,eo q̃ dictus Nobilis(nemine ipſum compellẽte) fugientem hominem vulneraueri t. Nihilominus nullo pacto fore iudicandum homicidium voluntariũ,aut pro tali dictum Nobilem puniendum aſſeueramus: quod & probabimus nonnullis rationib.& Doctorũ auctoritatib. Nã primò id elicitur ex diffinitione ipſius homicidij voluntarij.Homicidiũ.n.
26 voluntarium dicitur illud, quod quis dolo malo, animo occidẽdi perpetrat,vt docuit text.in l.1.in principio, ſed clarius in §. Diuus Adrianus reſcripſit.ff.ad l.Corn. de ſicar.arguendo a cõtrario ſenſu,cùm inibi hæc habeãtur,videlicet. [Diuus Adrianus reſcripſit eum,qui hominẽ occiderit,ſi non occidendi animo hoc admiſerit, abſolui poſſe.] quod quidẽ latius probat Couarruuias in Clem.furioſus.de homicidio.in initio ſecundæ part.rele&. in nu.1.in verſ. voluntarium homicidiũ.Non negamus tamen largo modo,& improprie ſumptum voluntariũ homicidium (quæ interpretatio in pęnalibus nunquã fieri poteſt)poſſe dici dictũ homicidium ſequutũ ex d.inflicto vulnere , ſed propriè loquẽdo dictum homicidiũ accidentale fore dicendum (vt ẽt docuit Dec. in conſ.282.nu.9. & 12.)quam facillimè apparebit põderãti caſum ipſum, & primo ex
27 qualitate vulnerantis,† & vulnerati. Secundò ex tempore inflicti vulneris, & tertiò ex vnico ipſo vulnere inflicto,& ſtatim ſequuta fuga vulnerantis.Circa primũ dico hoc apparere,qm̃ ambo erant conſanguinei ad inuicem(vt oĩb. ciuib.Raguſinis eſt inconfeſſo) & ante ipſam rixã, in qua, vt fuit in proceſſu probatũ , dictus Nobilis defunctus quodã baculo percuſſit dictum Nobilẽ(de quo eſt ſermo) & geminauit verbera donec ipſe percuſſus euaginauit pugionem (quo erat accinctus more nobiliũ Raguſinorum)ex hoc ergo articulo apertiſſimè elicitur homicidiũ huiuſmodi fuiſſe caſuale , & non volũtarium , quod rurſus elicitur ex tempore inflicti vulneris . Nã (nulla mora interiacente) euaginato pugione ipſe Nobilis baculo percuſſus inſequutus fuit dictũ percuſſorem iam fugientẽ,& hoc pro honoris proprij redẽptione, & vt ſic ſe tueretur ab iniuria corporali recepta ex verberib.geminatis,& a ſe receptis,cùm Nobili maximè iniurię adſcribatur receptio verberum, quod vtiq; facere ſibi licebat de iure ciuili,& quòd hoc fecerit ſibi a iure conceſſum, & per conſequens ſibi licitũ probabitur,q̃ facillimè, eo q̃ vnicuique licitũ eſt vim vi repellere,cũ moderamine inculpatę tutelæ,vt in l.1.C.vnde vi.vbi hæc habẽtur, videlicet.[Rectè poſſidẽti ad defendendã poſſeſſionẽ , quam ſine vitio tenebat,inculpatę tutelę moderatione illatã vim propulſare licet.]hęc ibi.& q̃ hic text.ſit ĩ caſu nr̃o ꝓpitius,patet,qm̃ nobilis ille inuas9, fuerat priuat9 poſſeſſione honoris ſui per verbera ſibi illata a d.mortuo , q̃ honoris poſſeſſionem

nem recte, & sine vitio tenebat sibi a Deo, & a parentib. nobilib. eius communicatam, & diu pacifice possidebat: vnde opus fuerat ei pro recuperanda possessione sui honoris ipsum agressorem vulnerare, vt sanguinis illius effusione aliquali in pristino statu honoris sui constitueretur, quod effecit incontinenti non diuertendo ad alia, & non ex interuallo, prout sibi concesserat lex Imperialis in l.idem est.§.eum igitur. ff.de vi.& vi armata. Vbi hæc habentur, videlicet. [Eum igitur, qui cum armis venit, possumus
28 armis repellere.† Sed hoc confestim, non ex interuallo, dummodo sciamus non solum resistere permissum, ne deijciar: sed etsi deiectus quis fuerit, enndē deijcere non ex interuallo.] hæc ibi. & q̄ hoc fecerit Dominus Marinus noster (etsi percusserit dictum Franciscum post illata verbera iam terga vertentem, & in fugam se dantem) incontinenti, docuit nos textus singularis describendus aureis caracterib⁹. in l.quod ait lex, §.quod ait lex. ff.ad l.Iul. de adulter. vbi hæc habentur, videlicet. [Quod ait lex incon-
29 tinenti † filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reseruet, & post dies filiam occidat, vel contra. Debet enim propè vno ictu, & vno impetu vtrunque occidere, æquali ira aduersus vtrunque sumpta, quòd si non affectauit, sed dum alterum occidit profugit filia, & interpositis horis apprehensa est a patre, qui persequebatur, incontinenti videbitur occidisse.] hæc ibi. quæ sunt valde notabilia. Idem & clarius docuit Bartolus in infrascriptis locis, videlicet in dicta l.idem est, §.cum igitur. in fine, vbi postquam docuerat, quòd dicatur id fieri in
30 continenti quod fit † cùm primum poterit, subinfert, prædicta sunt vera, quando quis vult propulsare iniuriam realē, sed quando quis vult propulsare iniuriam personalem, debet propulsare incontinenti, & hoc est duntaxat, quando propulsatur in ipso fragranti crimine. vt in l.quod ait, §.quod ait.ff.de adulterijs.& nota. per Cynum in l.prima. C. de vi, & vi armata. hæc ille ibi, qui idem docens apertius in dicto §.quod ait, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Nota hunc textum in fine, quia est notabilis valde. Item nota, quòd in maleficijs dicitur incontinenti fieri, quod fit vno impetu, licet duret per horam illa rixa. Secundo no-
31 ta, inspicitur initium † quo ad locum, & quo ad tempus. Nam videtur hic, quòd patri permittitur occidere domi suæ tantum, vel generi sui, vt supra, l.proxima.§.ius occidendi. Item incontinenti tantum licet occidere, & tamen hic habes, quòd si illo fugiente per horas alibi interficiatur, videtur in illo loco, & illo tunc, idest illo tempore interfectus. Vnde etsi quando initium actus, & finis fuerit illicitus, tunc inspiciendus est finis, quo ad locum, & tempus, tamen quando principium actus esset licitum,

quia haberet causam licitã : tunc quo ad vtrumque inspicitur prin cipium, vt hic. Pro hoc optime facit l. qui cum maior. §. 1. ff. de bonis liber. & hoc facit ad multa. Pone quidam cepit aliquem per personam in platea, & portauit eum extra plateam, & ibi percussit eum: an punitur tanquã percutiens in platea. Iste textus facit, quòd sic : tamen in contrarium est veritas, vt apparet ex prædictis. Idem si alius insultaret alium in platea, & fugaret eum vsque extra plateam, & ibi eum percuteret: non percuteret in platea. Sed pone alium casum: cauetur statuto huius ciuitatis, quòd quis possit offendere alium ingredientem in possessionem suam, in ipsa possessione sine pœna: modò aggredior illum ingrediẽtem possessionem meam, & illum fugientem prosequor extra possessionem meam, & ibi eum percutio. certè licitè percutio, seu occido, vt hic. Ratio, quia initium fuit licitum. Tene prædicta menti. Hæc omnia notatu dignissima verba protulit Bar. vbi supra, quę summoperè probant tali Nobili aggresso licuisse aggressorem suũ fugientem percutere, cùm talis percussionis principium fuerit licitum, causa defensionis honoris sui, & fuerit facta ipsa percussio in instanti, seu incontinenti, non diuertendo ad alia negotia, quod & alia ratione probatur quoque authoritate eiusdem Bartoli, hoc ipsum dicentis in l. 1. num. 8. in versic. venio ad Glo. magnam. C. vnde vi. & infrascripti alij Doctores statim citandi. Nam ibi Bart. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Quæro in quo consistat illud moderamen. Ego circa hoc breuiter do regulam, quam ponit textus in l. scientiam, §. qui cũ aliter. ff. ad l. Aquil. vt dicatur tunc fieri cum mode-
32 ramine, † quando aliter se tueri non poterat. Et intelligo aliter se tueri, scilicet ab iniuria. Hoc probo sic. Pro defensione rerum mihi licet hominem occidere, si aliter mihi res salua esse non potest. vt in l. itaque. ff. ad l. Aquil. & in l. furem. ff. ad l. Corn. de sicar. sed omnis iniuria corporalis maior est quauis reale. vt in l. seruorum. in fine. ff. de pœnis. Si igitur ab iniuria corporali me aliter defendere non possum, nisi occidam, licet occidere. Et eodẽ modo si me aliter defendere non possum, nisi percutiam, licet percutere. Et ex hoc determino quæstionem quam hic formãt Doctores. Si ego potui euadere fugiẽdo, & nolui, sed volui resistere, an liceat, & videtur quòd non: quia poteram me tueri aliter, scilicet fugiendo. Mihi videtur indistinctè dicendum, quem non debere fugere. Nam aliquem fugatum esse est iniuria. vt in l. item apud Labeonem. §. 1. ff. de iniurijs. Ergo pro pulsanda ista iniuria licet resistere. Et ex his habes, quomodo debeãt deponere testes, quan
33 do † volunt probare aliquem fecisse ad sui defensionem. Non. n. habent necessarium dicere, quòd ille nõ potuit aliter euadere mortem, nisi occidendo, sed sufficit,

quòd

quòd ille non potuit aliter euadere mortem niſi occidendo, ſed ſufficit, quòd dicant, quòd ab aliqua perſonali iniuria aliter euadere non poterat. Hæc Bart. vbi ſupra. qui in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar. tradit normam hanc, dicẽs. Nota quòd ille qui dicit ſe feciſſe homicidium, ſed nõ dolo, debet probare, quòd dolo non fecerit: hoc autẽ probabit † ex qua-
34 litate ictus, & ex his, quæ inter eos procedebant. hæc ille ibi. ex quibus omnibus patuit ipſum do cuiſſe, quòd dictus Nobilis poſt verbera recepta immediatè inſequens, & vulnerans vnico vulnere dictum defunctum, non tantũ non perpetrauerit homicidium voluntarium, ſed nec exceſſerit moderamen inculpatæ tutelæ, cũ hoc fecerit pro ſui honoris læſi reſtauratione: & quòd occidere liceat aggreſſorem, quando imminet periculum alicuius perſonalis iniurię incurrẽdæ, infraſcripti alij Doctores aſſeuerauerunt, & probauerunt, ſcilicet Bartolus rurſus in conſi. 101. incip. Vanutius. quem refert, & ſequitur Hyp politus de Marſilijs in conſi. 81. num. 16. Idem docuit Antonius de Butrio in c. olim. el primo, in colum. penult. in verſic. ſecundũ. ext. de reſtitutione ſpoliat. Alexan. in conſi. 109. incipien. Viſis, & vt oportet. Iaſon (qui alios etiã citat Doctores ad hoc ipſũ probandum) in l. vt vim. in 3. colum. verſic. tamen non eſt neceſſe, ff. de iuſtitia, & iure. Angel. in l. is. qui cum telo. C. ad l. Cornel. de ſicar. vbi dixit, quòd hoc practicauit in Ciuitate Venetiarum, & defendit quendam accuſatum de homicidio. Clarus in ſua praxi crim. §. homicidium. in verſiculo Idemque. & in verſic. excuſatur. & ſequentibus. Couarruuias in Clem. ſi furioſus, §. vnico. tertiæ par. relect. fol. 635. num. 4. in verſic. quarto deducitur ex his, qui hoc ipſum confirmari a multis alijs Doctorib. ibidem refert Antonius Gomez. in tract. de delictis. cap. 3. Plaz. lib. 1. c. 28. nu. 3. Viuius in lib. 2. opinio. 85. Bal. in l. 1. C. vnde vi. dicens, quòd licitum ſit propter defenſionem honoris alium offendere, & interfi-
35 cere. Nam † honor omnibus alijs rebus, ac vitæ propriæ eſt præferendus. vt in l. iſti quidem. in fine. ff. quod met. cau. Quapropter Diuus Auguſtinus (& habetur in c. nolo. 12. q. 1.) vocauit crudelem eum, qui negligit famam ſuam, quam Baldi ſententiam ſequutus fuit Auguſtinus Berous in rubrica de vſuris. num. 61. & 62. Audiamus, quęſo, quæ elegantiſſimè de hoc ipſo docuit Bartholomeꝰ Cępolla in ſuo conſi. crimin. 42. incip. Cùm Petrus. per totum. ſed præcipuè in verſic. quam culpam poterimus. citans ad hoc ipſum probandum text. in dicta l. quòd ait lex. in fine. ff. de adult. & ibi vtitur his præciſis aureis verbis, videlicet. Quam culpam poterimus in Petro cogitare, in quo iracundiæ quidem non parua ex tanta ingratitudine, & iniuria Iacobi: non etiam paruus dolor ex tribus vulneribus, aut metus exiguus mortis inſtantis, ipſum

vndique rapiebant quis adeo pru dens, & mentis adeo compos esse potuisset, vt flateram habere potuisset in manibus, & tot in vnum collatas perturbationes sedare, & nihil vltra rectum, citraque feciſſent, & maximè in tam breuissimo tempore, in quo nec olla feruẽs ab igne depoſita quie scere potuisset: dicendum ergo (inquit) quòd ſicut pater occidẽs adulterum, & inſequutus poſtea (etiam interpoſitis horis) filiam, dicitur eadem ira illam occidere. vt in l. quòd ait lex. in fine. ff. de adulter. item etiam Petrus occidens illum ſine magno interuallo dicetur eadem ira illum occidiſſe, neque poſſe de homicidio doloſo teneri, ſed culpoſo, ea quidem adeo tenui culpa atque leuiſſima, vt nullam pœnam omnino mereatur. hæc ipſe Cepolla vbi ſupra. Diximus etiam hoc homicidium nullatenus fore dicendum voluntarium, ratione vnici inflicti vulneris, & ſtatim ſequutæ fugæ (vt ex actis ipſis, & conſpectu cadaueris luce meridiana patuit,) quoniam ſi ipſe Nobilis voluiſſet illum occidere non vnicum vulnus tãtum inflixiſſet, ſed & alia repetijſſet donec mortuũ videret, ſed cum ſciret fore ſatisfactum honori ſuo læſo ex receptis verberibus ex effuſione ſanguinis ab ipſo illico procurata, ceſſauit a vulnerando. ex quo patuit ipſum non animo occidendi illum vulneratum fuiſſe, ſic homicidium indè ſequutum nullo pacto fore dicendum (proprie loquẽdo) homicidium voluntariũ, nec vt tale puniẽdum, quod perоptimè docuit quoque Decius in d. conſ. 282. & Hyppol. de Marſilijs in conſ. 67. nu. 56. quod etiã ex depoſitione teſtium patuit. cum aſſeruerint dictum Nobilẽ tẽpore dictæ rixæ, & verberũ receptionis incediſſe (more patrio) veſtibus longis ſolo pugione accinctus. Ex his omnibus ergo elicitur, quòd homicidium dicto vnico vulnere perpetratũ dicendum nullatenus fore volũtarium, ſed caſuale, ac vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ commiſſum, ſe defendendo, & iccirco in curia Raguſinæ ciuitatis nullatenus puniendum fore, ſtante ſtatuto ipſius ciuitatis
36† in hæc verba. [Quicunque fecerit homicidium, niſi ſe defendendo, quòd probari poſſit, moriatur.] vt habetur in libro ſexto, c. 1. in princ. ſtatutorum dictæ ciuitatis Raguſinæ: hoc ergo ſtante ſtatuto, vltra iura afferenda in quæſtione ſeptima dictus Nobilis nulla pœna, vel ad ſummum pœna exilij temporalis triennalis, vel quinquennalis de iure venit plectendus. Nec obſtat, q̃ dictus Nobilis fuerit citatus, & nõ comparuit in d. foro ſeculari dictę ciuitatis, tum quia fuit citatus ad locum notoriè non tutum, propter capitales inimicitias inibi inde contractas, cum etiam quia dicti homicidij ob propriam defenſionem perpetrati reſpectu, fuit excuſatus a perſonali cõparitione facienda in d. foro, cũ de iure nulla indè pœna veniat puniendus, vel ad ſummum pecuniaria,

aut

Digitized by Google

aut brevis exilij (vt probabitur in septima quæstione) eo, quòd de iure quando in iudicio quis venit puniendus pro aliquo crimine pœna relegationis vel pęna pecuniaria, vel citatur ad locum iudicij non tutum, non teneatur comparere personaliter, vt latè probauimus in præcedenti quæstione, nec tunc contumax erit habendus: sed dato, & non concesso, quod esset tanquam contumax, & condemnandus tanquam confessus, & conuictus de sibi imposito crimine: qua fronte ergo, quo iure, qua ratione dictus Nobilis esset puniendus capitali sententia? cùm contrarium decreuerint omnia iura, & Doctores citandi in quæstione septima, & ipsummet statutum ciuitatis Ragusinæ (vt patuit ex relatis verbis ipsius statuti?) Quis enim tam vecors, & quis tam temerarius auderet sine pallore asserere Nobilé benemeritum, pacificum, honestum, & quàmplurimis alijs virtutibus decoratum (pro honoris proprij defensione casuale homicidium sui aggressoris) perpetrãtem capitali fore subijciendum sententiæ, hoc solo respectu quia citatus ad locum notoriè non tutum, nõ comparuit? Cùm (vt fuit satis probatum) nullo pacto ad hoc teneretur. Sed esto, quòd ad cõparendum personaliter de iure fuisset obligatus, & non comparuit, & ideo tanquam confessus condemnandus. Videamus modò si comparuisset, & confessus fuisset ore proprio facti seriem: prout contra eum testes examinati dixerunt, non ne licèt ex iuribus recensendis in quæstione septima veniret puniendus pœna solùm pecuniaria, vel exilij temporalis: tamen vigore statuti ipsiusmet ciuitatis Ragusinæ nonne veniret absoluendus? Quid enim aliud denotant illa verba dicti statuti dicentis. [Quicunque fecerit homicidium (nisi se defendendo quod probari possit) morte moriatur.] nonne apertissimè approbauit quod Doctores allati in prędenti quęstione asseruerunt, dicentes omnibus licere alium occidere in defensione proprij honoris? Nonne apertissimè in d. foro seculari fuit probatum, ꝙ dictũ homicidium fuerit perpetratum à dicto Nobili in sui defensionem? Si ergo dictum statutum à pęna homicidij eximat dictum Nobilem, quis audebit ipsum punire pœna homicidij contra ius naturale, Imperiale, & municipale, & ꝙ hoc sit contra talia iura, patet apertissimè: nam esse hoc contra ius Imperiale probabitur in quæstione 7. & quòd sit contra ius municipale, seu statutarium ipsius ciuitatis Ragusinæ, patuit ex ijsdem verbis ipsius statuti supra relati. & quòd hoc esset contra ius naturale, probatur apertissimè. cùm vnicuique liceat vim vi repellere, vt docuit tex. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. vbi hæc habentur, videlicet. [Vt vim, atque iniuriã propulsemus. Nam iure hoc euenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit iure feciſſe existimetur.] hæc ibi. His ergo sic stantibus, Non

est

est, qui nõ animaduertat dictum Nobilem fore absoluendum ab ordinaria pœna, iuxta statutum dictæ ciuitatis, tum quia de iure homicidium huiusmodi perpetrauerit, cùm eius non comparitio, nullo iure, nulla ratione, contumaciæ ipsius erit adscribendum, seu iusto timori, ac rationabili causæ à tot iuribus (supra citatis, in conclusione tertia quęstionis primæ) approbatæ, vt sępius fuit probatum: Hoc tamen latius probabitur (quo ad pęnam ipsi Nobili de iure iniungẽdam) in quæstione septima conclusione vnica. vide ibi.

Tertiæ quæstiunculæ vnica cõclusio satisfaciet, quæ talis est. Firmissimè asseueramus in crimi
37 nalibus latam culpam † nullatenus æquiparandam fore (quo ad pœnas infligendas) dolo, vt docet tex. in l. in lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de sicar. vbi hæc habentur, videlicet. [In lege Cornelia dolus pro facto accipitur. Neque in hac lege culpa lata pro dolo accipitur.] hæc ibi. vbi omnes Doctores idem asseuerauerunt, & alij citandi in probationẽ conclusionis vnicæ afferendæ in satisfactionem quæstionis septimo loco propositæ. vide ergo ibi. quorum Doctorum aliquos recẽsuit, & sequutus fuit etiam Iulius Clarus in sua praxi crimen. quæstio. 84. in principio, vide ibi quia cõmunis est hæc opinio.

Quartæ propositæ quæstioni satisfaciemus duplici conclusione, quarum prima sit hæc. Cùm
1 violationi † immunitatis Ecclesiasticæ in Ecclesia aliquem vulnerando, vel interficiendo non fuerit indicta de iure excommunicatio ipso facto incurrenda, inde sequitur, quòd dictus Nobilis pro tali violatione non inciderit excommunicationem iuris. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per argu. in c. conquestus. extra de foro compet. vbi ad verbum hæc habentur, videlicet. [Conquestus est nobis Bononiensis Episcopus. quòd Potestas, & commune Bononien. temporalem iurisdictionem, quæ in quibusdam Castris, & villis Bononiensis Ecclesiæ cõpetit pleno iure: & in cuius quasi possessione fuisse, ac esse dignoscitur per violentiam vsurpare præsumunt. & infra. Cùm autem valde sit iniquum, vt ea, quę collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus Ecclesijs, vel relicta, aut eis iustis modis alijs acquisita, alijs vsibus applicari: propter quod meritò inuasores ipsarum rerum, tanquam sacrilegij sunt anathemati vsq; ad satisfactionem congruam supponendi. Mandamus quatenus si tibi constiterit de prędmissis, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam cessare ipsos ab huiusmodi, & satisfacere de præteritis damnis, & iniurijs appellatione remota compellas.] hæc ibi. Diximus probari præsentem conclusionem per arg. in dicto c. conquestus. quoniam licèt explicitè inibi ad verbum non contineatur veritas nostræ conclusionis, benè tamen implicitè per dictum

dictum textum probatur. Primo cùm adſit locus arguendi à fortiori tali pacto, videlicet. Si aliquis ipſo facto non incidit in excommunicationem maioré pro damno, & iniuria inſimul illata Eccleſiæ, ratione perpetrati ſacrilegij voluntarij propter vſurpationem rerum temporalium factam: quanto minus erit dicendum dictum Nobilem pro dicto ſolo vulnere pro reſtauratione proprij honoris, calore iracundię & iuſto ſubitaneo dolore, dicto defuncto inflicto nõ incidiſſe ipſo facto in excommunicationem iuris: cùm etſi quali, quali iniuria dictã Eccleſiam affecerit, hoc non fuit voluntarium, ſed per accidens. Tamen ipſam Eccleſiam in bonis ſuis non damnificauit. Secundò idipſum probatur. quoniam dicta præſumptio vſurpandi bona Eccleſiaſtica, etſi in dicto Canone non fuerit ſuppoſita ſententię excomunicationis ipſo facto incurrẽdæ: nihilominus (vt grauiori ſceleri fuit ſuppoſita ſententiæ excommunicationis Summo Pontifici reſeruatę ipſo facto incurrendæ, per Sacroſanctum Concilium Tridentinum in ſeſſ. 22. de reformatione. c. 11. quod tamen aliquo iure cautum non reperitur in caſu noſtro, & quòd dictus tex. in dicto c. conquęſtus. noſtram approbauerit concluſionem, docuit Panormitanus paulò poſt citandus. Probatur & ſecundo præſens concluſio Doctorum auctoritate. hoc ipſum explicitè docẽtium in infraſcriptis locis, videlicet; Gl. inc. cùm pro cauſa. in verſ. ob duplicem. extra de ſent. excõmunicationis. quam ſequutus fuit Riccardus de Mediauilla in 4. ſent. diſt. 18. articulo 12. quæſt. 2. dicens, quòd pro violatione immunitatis Eccleſiæ nemo incidit in excomunicationem ipſo iure, etſi poſſit excommunicari monitione præmiſſa, ſi non ſatisfecerit damno illato ex dicta violatione. Glo. in dicto c. cõqueſtus, in verſ. inuaſores. Goffred. in ſumma titul. de immun. Eccle. col. 2. in fine. Innocentius in c. conqueſti, & clariùs in dicto c. cũ pro cauſa. extra de ſent. excommunicationis Ioannes And. in dicto c. cùm pro cauſa. col. 2. in verſ. in prima Glo. Antonius de Butrio in dicto c. cùm pro cauſa, colum. 2. in fin. in verſ. ideo dicit ſequens Ioannem And. vbi. ſupra reprobantem ſententiã Hoſt. contrarium aſſerẽtis. in dicto c. conqueſtus. etſi re vera ipſe Anto. in dicto c. conqueſtus. ipſum ſequutus fuerit Hoſt. Tamen ſciendum, quòd ipſe Hoſt. ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in ſumma, titu. de immu. Eccle. §. quæ ſit pœna violantium immunitatem Eccleſiaſticam. in principio. contradicens ſupradictæ ſuæ opinioni, his verbis vtẽs, videlicet. Dixit Ray, quòd duplex ſit pœna, puta, excõmunicatio, & pecuniaria, quæ quandoque maior, quandoq; minor inuenitur. Tu dic, quòd ſecundum Canones violator eſt excommunicandus, vt in c. nullus. & c. ſi quis deinceps. 17. quæſt. 4. & fractor, & incendiarius Eccleſiæ eſt excommunicatus ipſo iure

re

re, vt in c. Canonica. 11. q. 4. hæc ille. Ex cuius verbis patuit ipsum Hostiensem tacitè se retractasse ab eo, quod dixerat in dicto cap. conquestus. & quòd in dicto loco summę se subscripserit præsenti nostrę conclusioni, elicitur etiã & secundo apertissimè ex contextu verborum, quæ in dicto c. nullus. continentur. Sciendum ergo quòd in dicto c. nullus. hæc habentur, videlicet. [Nullus clericorum seruum, aut discipulum suum fugientem ad Ecclesiã extrahere audeat, vel flagellare præsumat: quod si fecerit, donec digne pœniteat, à loco (cui honorem non dedit, segregetur.] hæc ibi, vbi Glo. in vers. vel flagellare. dicit. Canonem hoc prohibuisse, ne fieret causa odij, non autem causa correctionis. Quapropter ex dicto tex. & Glo. duo eliciuntur apertissimè. Primum quorum est, quòd violans Ecclesiasticã immunitatẽ causa odij, ipso iure non sit excommunicatus, sed excommunicandus, nisi dignè pœnituerit. Secundũ, quod Hostien. supradictis verbis voluit docere, est, quòd dictus violator non est ipso iure excommunicatus, sed excommunicandus, nisi dignè pœnituerit, & sic in casu nostro ipse se subscripsit nostrę præsenti conclusioni, quoniam dictus vulnerator, & violator immunitatis Ecclesiasticæ, quàm primum se contulit in locum tutum constituit fratrem suum procuratorem specialem ad comparendum in foro Ecclesiastico, & se obligandũ stare mandatis Ecclesiæ, & iudicatã soluere, vt patuit per instrumentũ Notarij publici in actis præsentatum, ac insertum: ex quibus omnibus patet ipsum iam se benè pœnituisse. Ex his ergo patuit etiam Hostien. se subscripsisse præsenti nostrę conclusioni, & quòd pro dicta violatione dictus Nobilis non posset excommunicari. Idẽ docuit Panormitanus in dicto c. cùm pro causa. & in dicto c. conquestus. vbi in col. fina. nume. 7. his verbis vtens ait, videlicet. Nota ex hac Glo. iũcto textu (qui hoc satis in-
39 nuit) sacrilegum † non esse ipso iure excommunicatum, sed excommunicãdum, (& paulò post) ait, & certè benè distinxerunt, licet non perfectè (vt statim subijciamus) præterquam in eo, quòd Petrus sentit ponendo exemplũ, quòd opprimens, vel percutiens aliquẽ in Ecclesia sit excõmunicatus (& paulò post subdit dicẽs,) sentit idem in violante immunitatem Ecclesiæ, capiẽdo aliquem de Ecclesia, quod nullo iure probatur. Ad c. cum pro causa. dic, vt ibi not. vbi Glo. expressè sentit contrarium, & vide quod ibi dixi, & quòd non sit excommunicatus tenet hic Collectarius. & facit c. nullus, & c. sequens. 17. q. 4. hæc omnia Panormitanus, vbi supra. Idem docuit per omnia Felinus in d. c. cõquesti. & denique idem docuit Cardinalis a Turrecremata in c. si quis contumax. 17. q. 4. Probatur & tertio præsens cõclusio duab⁹ irrefragabilibus rationibus, quarum prima est. Cùm odia sint restringenda, & fauores amplian-

ampliandi, vt in c. odia, de regu. iur. in sexto, & in pœnis fieri non
40 debeat † extensio, vt in c. in pœnis. de regu. iur. in sexto, & velle aliquem esse excommunicatum in casu, de quo iure cautum non reperitur, sit summè odiosum, & pœnale. cùm excommunicatio sit maxima pœnarum (vt omnes asseuerant) indè apertissimè elicitur, quòd veritima fuit nostra conclusio, cùm nullo iure cautum reperiatur aliquem ipso facto incidere in excommunicationem maiorem pro huiusmodi violatione immunitatis Ecclesiasticæ. Secunda ratio talis reddi poterit, videlicet. Cum enim à diuersis illatio fieri non possit legitimè, & arguere à contrario sensu elicito ex corpore iuris, & exceptio firmat regulam in contrarium, & in aliquibus casibus solùm reperiatur ipso iure violatorē immunitatis Ecclesiasticę incidere in excommunicationem, vt in c. fi. de immun. Eccle. in sexto. Et in casu nostro non reperiatur in iure Pontificio, nec Synodali talis pœna inflicta: indè sequitur talem Nobilem pro tali violatione nullatenus incidisse in pœnam excommunicationis, vt patet ad sensum.

Secunda conclusio est. Nobilis Ragusinus (de quo est sermo) stãte tali sua comparitione facta in iudicio per legitimum procuratorem & excusatorem admissum à Reuerẽdissimo Archiepiscopo, & per ipsum obligatione exhibita de stando iuri, & iudicata soluendo; de iure nullo pacto potuerit excommunicari pro huiusmodi violatione dictæ immunitatis Ecclesiasticæ, sed solùm puniri alia pœna (de qua infra dicetur). Quapropter asseueramus, quòd si ab ipso Reuerendissimo Archiepiscopo Ragusino huiusmodi sententiam excommunicationis contra dictum Nobilem fulminaretur, dicta sententia esset iniusta, (etiam si dicta violatio fuerit effecta notoria in ipsa ciuitate Ragusina) vti lata contra non contumacem, sed obedientem: ac per consequens contra ius Diuinum, & Pontificium: etsi non negemus illãm fore validam in foro fori, vt in capitulo Romana. §. porrò. de senten. excom. in sexto, & ibi per glo. & Doctores cõmuniter. Hęc conclusio probatur quadruplici medio. Primò enim
41 per arg. in iure diuino. † Nam in Sacro Euangelio apud Mattheũ. c. 18. vers. 15. 16. & 17. hæc habentur, videlicet. [Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus fratrem tuum eris. Si autem te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos testes, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ, si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi tanquã ethnicus, & publicanus.] hæc ibi. Ex quibus omnes Sacri Theologi in 4. sent. & passim alibi. vno ore asseuerant eliciẽtes hanc veram conclusionem, quòd nemo iustè excommunicari possit, nisi pro peccato mortali cõtumacię:

ac

by Google

ac per conſequens nulli Prælato ſine graui peccato iniuſtitiæ aliquem ſibi ſubditum non contumacem pro culpa præterita (vt præterita eſt) excommunicare licebit, ſeu iuſtè poterit: † quàm-
42 uis non negemus Prçlatum poſſe aliquem ſubditum ſibi excommunicare pro præterita culpa, non vt præterita eſt, ſed vt futura, præuia tamen monitione, vt puta, ſi præceperit alicui in generali, vel ſpeciali, vt reſtituat rem furtiuam infra tot dies, vel ſatisfaciat parti offenſæ: quoniã tunc excommunicatio ferretur non pro peccato præterito ſimpliciter etiã abſolute, prout prçteritum eſt, ſed pro futuro committendo per contumaciam voluntatis illius, qui poſſet obedire reſtituendo (prout de iure Diuino tenebatur) iniuſtè ablata, & nollet. Ex quibus patet, quòd licèt Prçlatus poſſit aliquẽ excommunicare pro præterito peccato, habente effectũ ſucceſſiuum monitione præmiſſa: quia tunc propriè loquendo non dicetur ipſum excõmunicari pro præterita culpa, (vt præterita eſt) ſed vt peccatum futurç cõtumaciæ. At quoniam in caſu noſtro huiuſmodi peccatum præteritum eſt, & vt præteritum habendum, non vt futurum. indè ſequitur dictum Nobilem (de quo eſt ſermo) de iure Diuino nõ poſſe excommunicari pro tali exceſſu ſuo præterito: imò aſſeueramus, quòd ſi hac de cauſa excommunicaretur, Reuerẽdiſſimus Archiepiſcopus ipſe Raguſinus ipſius iuris diuini violator eſſet de iure æſtimãdus: niſi forſan ipſe Nobilis ſponta-
neum aſſenſum præſtaret dictę fulminationi (alias iniuſtæ) faciẽdę, quoniam tunc, cùm conſentienti nulla fiat iniuria (vt probabimus abundè ſatis in concluſione fina. quæſt. 5.) Indè ſequeretur, quòd in tali excommunicationis fulmi natione tunc ſolùm dictus Archiepiſcopus iudicãdus minimè eſſet violator iuris diuini, ac Pontificij, & quòd pro præterita cul-
43 pa † (vt præterita eſt) nemo ſit excommunicandus, ac per conſequens nec dictus Nobilis pro tali exceſſu. Probatur & ſecundò iure Pontificio: Nam in c. quidam maligni. 5. q. 1. hæc ad verbum habentur, videlicet. [Quidam maligni ſpiritus cõſilio contra Caſtorium notarium, ac reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in ciuitatis loco conteſtatione poſuit in eius crimine loquentem mihi, & etiam aſſerebat eum de facienda pace callidè cõtradicentem, qui ſi non exierit, neq; publicè confeſſus fuerit quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumpſerit, vel conſenſum tantæ iniquitatis conſilio præbuerit ex Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu diſſinimus, vt Sancti eius corporis & ſanguinis participatione priuatus ſit: Si vero, quia latet, & quoniam neſcitur, & teneri ad diſciplinam non valet: ſi tanti mali conſcius, & prohibitus, corpus & ſanguinẽ Domini percipere præſumpſerit, anathematis vltione percutiatur: & vt fallax aut peſtifer à Sanctæ Eccleſiæ

corpore

corpore sit diuisus: sin autem in eadem ciuitate ingressus publicè poterit docere quæ dixit, vel fortè sciens se non posse (quæ scripsit) ostẽdere, errorem suum fuerit apertè cõfessus Dominici corporis ac sanguinis participatione non sit priuatus: neque à Sanctæ Ecclesiæ corpore alienus existat.] hæc in dicto Canone. Ex quo tria potissimum (ad nostram materiam spectantia) eliciuntur. Quorum primum est, vt ille talis, qui per libellum famosum denigrauerat famam dicti Notarij se in publicum produceret & probaret, quod absolutus fuerat de eo: quod vtique pendet in futurum: ac per consequens tali pręcepto nõ obediens præteritę culpæ adderet futuram culpam contumaciæ, seu inobedientiæ. Secundum quod elicitur, est, quòd si noluisset (sicut de iure Diuino velle tenebatur) scilicet restituere famam lęso in sua fama, ex tũc (cùm esset in peccato mortali) omnino abstinere deberet à perceptione Sacramenti Sanctissimę Eucharistię: quod vtique etiam pendet in futurum: & sic indè sequitur, quòd dicta excommunicatio fuerit fulminata non pro peccato præterito (vt præteritum est,) sed vt futurum est, vt supra diximus. Tertium quod elicitur, est, quòd si nec sic satisfacere lęso in honore, nec probare crimen obiectum voluerit, & in tali peccato persistens non se abstinuerit a perceptione Sacramenti Eucharistiæ, eo ipso incidat in excommunicationem, quod vtique pendet quoque in futurum, vt patet ad sensum. Ex his ergo omnibus elicitur veritas nostræ conclusionis, & quòd non possit quis excommunicari pro præterita culpa, vt præterita est, nullam in se continens cõtumaciæ maculam: Sed animaduertẽdum, quòd hac ratione, & auctoritate citati inris Diuini motus fuit Dominicus a Soto in 4. sent. dist. 22. quęst. 1. articulo 2. in quarta conclusione ad firmissimè asseuerandum, quòd iure Diuino nemo possit excommunicari pro præterita culpa, (vt præterita est) & quòd si quis ex-
44 communicaretur † pro quocunque grauissimo crimine prętcrito cuius nulla monitio præcessit sub excommunicationis nota: ipsa fulminata excommunicatio non solùm esset iniusta, sed nulla: qa (secundum eundem Sotum ibidẽ) in Euangelio non apparet alia facultas concessa Ecclesiæ, vt quem piam habeat tanquam ethnicum & publicanum, nisi eandem non audierit. Nullus autem (inquit ibidem Sotus) dicitur Ecclesiam non audire, nisi fuerit ab illa pręmonitus: imò nec dicitur non audire, vt dignus sit excommunicari, nisi sub eadẽ censura fuerit iussus. hęc omnia Sotus vbi supra. Tamen (pace tanti doctissimi viri dixerimus) ipsius sententia aduersatur decisioni Sanctæ Ecclesiæ, & omnium Canonistarum. Nam Innocentius Papa Quartus, & habetur in c. Romana. §. sed nec in specie. de sent. excommunicationis, in sexto, vbi hæc ad verbum habentur, videlicet.

Digitized by Google

cet. [ſed nec in ſpecie, nec in genere pro culpis, & offenſis præſentibus & præteritis excommu-
45 nicationum ſententias † abſque competenti monitione præmiſſa promulgent, etſi contra præſumpſerint, iniuſtas nouerint eſſe illas.] hæc ibi. ex quibus notandum, quòd meritò ipſe Summus Pontifex non dixit excommunicationem latam pro prætetitis culpis ſine monitione præuia, eſſe nullam (vt dixerat Sotus à nobis relatus) ſed iniuſtas, prout apertiùs innuit idem Papa, ſubinferens hæc præciſa verba in §. Caueant, videlicet. Caueant etiam ne tales ſententias excommunicationis ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter, in aliquos pro futuris culpis, videlicet. ſi tale quid fecerint, vel etiam pro iam commiſſis, ſub hac forma: ſi de illis infra tale tẽpus minimè ſatisfecerint, proferre præſumant: niſi mora in exhibenda ſatisfactione, vel culpa, ſeu offenſa præceſſerit: quibus meritò ad iniungendam ſatisfactionem huiuſmodi, & taliter prohibenda ſimilia inducantur: aut alia rationabilis, quam in ipſis ſententijs exprimant, cauſa ſubſiſtat.] hæc ibi. Ex quibus patuit etiam veritas præſentis noſtrę concluſionis, & quòd dictus Nobilis vulnerator, qui iam cõparuit per procuratorem legitimum(& in iudicio ipſo Eccleſiaſtico fuit admiſſa talis comparitio) & ſe obligauit ad parendum mandatis Eccleſiæ, & ad ſoluendum iudicata: eò magis, quòd per ipſum non ſtet, quin ſatisfaciat parti leſæ: vndè patet, quòd iuſtè excommunicari de iure nul latenus poſſit. Quapropter indè ſequitur, quòd ſi, his non obſtantibus, excommunicationis ſentẽtia fulminaretur cõtra ipſum Nobilem; omnino ipſa foret dicenda iniuſta, & aduerſans ſacris Canonicis Sanctionibus, cùm nemo de iure ac legitimè poſſit excommunicari, niſi pro contumacia exhibita Eccleſię, vel Prelatorum mandatis, præuia trina monitione, vt docuit apertiſſimus text. in c. ſacro. extra de ſent. excommunicationis, & in c. ex parte. el primo. extra de verbor. ſignif. & in c. nemo Epiſcoporum. & in c. certum. 11. q. 3. & Nouiſſimè ſacroſanctum Concilium Tridẽtinum docuit in ſeſſ. 25. de reformatione. c. 3. per totum, ſed præcipuè, in verſ. quòd ſi executio realis. Et quòd in ipſo Nobili vulneratore defuerit contumacia, tã ex actis ipſis, quàm ex hucuſque allatis emicuit. Probatur & tertiò ſententia Doctorum Canoniſtarum infraſcriptorũ (vltra ſacros Theologos, qui vnica voce hoc ipſum docuerunt in quarto ſententiarũ, & in alijs locis paſſim.) Nam hoc ipſum docuerunt Gloſ. in dicto c. ſacro. in verſic. iuſta fuerit, & in verſ. caueat etiam. Glo. in dicto c. Romana. in verſ. iniuſtas. Glo. in dicto c. ex parte. in verſic. pro contumacia. Glo. in dicto c. Nemo Epiſcoporum. in verſ. mortis. Glo. in dicto c. certum. in verſic. tribus, Innocentius Papa Quartus in dicto c. ſacro in principio. Addens, quòd etiam in notorijs

moni-

46 † monitio excõicationem pręcedere dẽt. qui rursus idem repetẽs in c. testimoniũ, nu. 7. vers. & ideo vr melius dicendũ. ext. de testib. inter alia notatu digna, dixit, ꝙ excõicatio solum feratur pro contumacia, & nũquam pro crimine quantumcunq; illud sit graue. vt in c. certum, 11. q. 3. Idipsum repetijt. in d. c. ex parte. nu. 4. Idẽ docuit Ioan. And. in d. c. sacro. sequẽs Innoc. vbi sup. & in d. c. ex parte, col. fin. in vers. in glo. 4. ibi centũ, dicens, ꝙ ab homine nullus excõmunicetur, nisi pro contumacia. quod & repetijt in d. c. Romana. col. 4. in vers. li verò sit notorium. dicens, ꝙ cõtumacia, & culpa nõ est de necessitate excõicationis, quoad vinculũ. Vinculat. n. etiam iniusta, benè est de substantia, vel necessitate iustę excõicationis, & vt referunt Innoc. & Host. etiã isti culpabiles nõ excõicabuntur, nisi prius moneãtur, & causa cognita contra ipsos procedatur. Hæc ille. Idipsum docuit Host. in summa tit. de sent. excõicationis. §. quibus ex causis sñia excõicationis sit ferenda. dicens ꝙ excõicatio-
47 nis ferendę † ab hoĩe sola contumacia est causa. Idẽ docuit Ant. de Butr. in d. c. sacro. not. 1. & in c. cùm sit Romana. in fi. in versic. Nota, ꝙ Iudicis admonitio. ext. de appellat. dicens, ꝙ ẽt notorius peccator, etsi possit condemnari, non tñ excõicari monitione non pręmissa, vt in d. c. sacro. & concludit, ꝙ in notorijs requiritur ẽt solẽnitas trium citationũ. & idẽ rursus docuit in d. c. ex parte. col. 4. in versic. oppono, & vr, ꝙ distinctio, an contumacia. & notandũ, ꝙ ipsemet Ant. de Butr. in c. quasi õte. col. 3. in vers. ꝙro an in absolutione ab excõicatione pars sit citanda. dixit, ꝙ aut processit excõicatio ad instantiã partis, aut ex officio. Si primò, erit citanda
48 pars: † si secò nullatenus addẽs, ꝙ excõicatus pro offensa dubia poterit absolui non ꝓuia satisfactione, dũmodo ꝓuia sit cautio de satisfactione. vt in d. c. ex parte, el primo. ext. de verb. signif. secus verò dicendũ erit si pro certa offensa fuisset excõicatꝰ, hęc ille, cuius dictũ singulare erit memoriæ comendandũ: cum hoc sit qnotidianũ, & ad verbũ hoc ipsum habeat in d. c. ex parte, el primo, & ibidẽ ẽt per Doct. Idipsum docuit Pan. in d. c. sacro. in princ. & in d. c. cũ sit Romana, n. 32. & 33. in vers. in sñia verò, vbi his ꝑcisis verbis vsus fuit, videlicet. [In sñia verò excõicationis sp credo admonitionẽ competentẽ debere ꝑcedere, ꝙa primò non cõstat de contẽptu. Iõ dr, ꝙ nunquam fertur excõicatio ab hoĩe, nisi ratione contumaciæ. notat notabiliter glo. in c. Episcopi, 11. q. 3. Dẽt ergo prius requiri, vt appareat, an velit se emendare. Hęc Pan. vbi sup. qui idẽ Pan. rursus docuit in cons. 33. nu. 4. vol. 1. dicẽs, ꝙ tex. in d. c. sacro, indistin ctè ꝓhibeat aliquẽ excõicari non pręcedẽte Canonica monitione, quantumcunq; factum dicatur notorium, quia excõicatio fertur ab hoĩe non ꝓp delictũ, sed ꝓp contumaciam, vt notat Glo. in d. c. Episcopi. hæc ille ibi, qui idem repetijt in c. qua fronte. nu. 10. in vers.

Digitized by Google

dic adhuc clarius . ext. de appellat. his verbis vtens, videlicet, ſem per contumacia debet eſſe cauſa immediata ipſius excõicationis, ſiue præceſſerit delictum, ſiue nõ: debet prius ſemper moneri, vt ſatisfaciat, & de hac cõtumacia immediata intellige (inquit) iſtum textum, & cõſimiles, & adde vnũ notabile dictum Innocentij in c. ex parte, el primo, ext. de verbor.
49 ſignif. ꝙ vbi præceſſit † contumacia ẽt extraiudicialis poteſt ſequi excõicatio ſine alia monitione, p c. certum. 11. q. 3. vbi hæc habent. videlicet. [Certum eſt pro his tribus criminib. aliquem excõicari debere, cũ ad Synodũ Canonicè vocatus venire contemnit; Aut ſi poſtquam illuc venerit ſacerdotalib. reſpuit obedire præceptis: Aut ſi ante finitã cauſę ſuę examinationẽ a Synodo abire præſumpſerit.] hęc ibi, quæ erunt intelligenda iuxta gloſ. ibidem in verſ. tribus, dicens, quòd quis poſſit excommunicari pro contumacia iſtorum trium caſuum, cuius dictum iuxta mentem ipſius gloſæ, & ſupra citatorũ Doctorum, erit intelligendum de contumace in aliquo ipſorum triũ caſuum poſt quã fuiſſet Canonicè vocatus ſub pœna excommunicationis ſtatim incurrendæ, quoniam aliàs eſſet talis ſententia contra expreſſum text. in d. c. ſacro. ſæpè citato, nec noſtra præſens interpretatio aduerſatur ſupradictorum Doctorũ ſententijs: quoniam ipſi intendebant ſolum nos docere, ꝙ non ſolum dum proceditur iudicialiter neceſſariò requiritur cõtumacia, & per conſequens monitiones, vt iuſtè quis poſſit excommunicari. Verum etiam dũ proceditur extra iudicialiter: quod & elicitur ex hoc etiam, quoniã aliàs ſequeretur, ꝙ contumacia non ſupponeret monitiones, quod eſt falsũ, vt in d. c. ſacro. Nam aliàs ſequeretur hoc abſurdum, ꝙ etiam dũ proceditur in legitimo iudicio ſufficeret Iudici alicui aliqđ præcipere ſine monitione, alicui ſubdito. Idem docuit rurſus Pan. in d. c. ex parte. el primo, num. 3. dicens, ꝙ ab homine nunquam feratur excommunicatio pro delicto tantum, vt not. glo. in c. Epiſcopi. 11. q. 3. & ſatis patet in c. ſacro. de ſenten. excommun. vbi ipſe Panor. dixerat, ꝙ Prælatus non debeat excommunicare ſubditũ, niſi competenti monitione præmiſſa. Idem docuit Panor. in c. reprehenſibilis. nu. 2. ext. de appellat. in verſ. nota primò, dicẽs. Nota regulam generalem, ꝙ ſententia excõicationis, vel ſuſpenſionis nunquam eſt ferenda ab homine, niſi Canonica monitione pręmiſſa. & ſic elicit illud, ꝙ excõicatio nunquam eſt ferenda ab hoĩe, niſi pro contumacia, ſiue in non cõparendo in iudicio, ſiue in nõ ſatisfaciẽdo. Idẽ rurſus docuit idẽ Pan. in c. ſi ſacerdos. nu. 11. ext. de offic. ordin. dicens, ꝙ nec in genere, nec in ſpẽ dẽt ferri excõicatio, niſi p̃cedente trina monitione. Idẽ docuit Goffr. in ſumma in titu. de ſent. excom. col. 4. in verſ. Excõicatio fieri hẽt. & ibi concludens exponendo d. c. ex parte, dixit, ꝙ etſi inibi videat̃ docere, ꝙ dua-

duabus de causis quis possit excõi cari, videlicet pro contumacia, quia citatus noluit stare iuri) vel pro offensa, qa iussus noluit male ficium emendare. Tñ hæ duæ cau sæ, inquit, coincidunt. Vñ causa excõicationis est sola cõtumacia. Idem docuit Hẽricus Boich in d. c.sacro.& in c.ad nostram.ext.de iureiur.& in d.c.ex parte.Idẽ docuit Felin. in d.c.cũ sit Romana. col.5.in vers.circa glo. fin.conclu dit Abbas. & in nu.19. in vers.secũdò nota,q̃ omissio. Qui ad hoc ipsum probandum citat alios Do ctores, quod & repetijt in d.c.sacro. Idipsum docuit Dec. in d.c. cum sit Romana,nu.21. in versic. sed in contrariũ facit. Idẽ docuit apertissimè,& elegantissimè Aug. Berous in d.c.cũ sit Romana.nu. 83.84.& 85. Qui vnà cum Pan.& alijs citatis supra ibidem agũt de excõicatione lata a Diuo Paulo contra Corinthiũ illum (vt habẽt
50 in 1.Corinth.c.5.)† qui fornicabatur cũ vxore p̃ris sui: & dicti Doct.concludunt,q̃ peccatum il lius notoriũ erat, & q̃ ille fuisset a Diuo Paulo extraiudicialiter sępè monitus,vt a tã nefando incęstu abstinere debuisset:& quidẽ q̃ hmõi scęlus fuerit notoriũ, apertissimè elicitur ex cõtextu verborum,quo inibi vsus fuit Diu⁹ Paulus.Nam hæc protulit verba,videlicet.[Oĩno auditur inter vos fornicatio,& talis fornicatio,qualis nec inter gentes,ita vt vxorẽ p̃ris sui aliqs hẽat, & vos inflati essis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrũ,qui hoc opus fecit.]hęc ibi inter alia.Idẽ docuit Archid.in d.c.Romana.& in c.Episcopi. 11.q.3.dicẽs,q̃ excõicatio dẽt ferri pro contumacia, quia semper admonitio pro emendatione dẽt præcedere,quã si cõtemnit excõicatur. Idem docuit ipsemet Archid. in c.nemo præsbiter.2.q.1.dicens,q̃ pro solo crimine non est quis excõicandus,si velit se corrigere,vt in d.c. nemo Episcopus,2.q.3.& dr̃ causa,s.contumacia.† Pro hac.n.so-
51 la causa est quis excõicãdus.arg. in d.c.nemo Episcoporum. & c. nullus Sacerdotum. 11.q.3. & dr̃ tamen excommunicari pro homicidio, pro furto, & huiusmodi,i. pro cõtumacia de tali,vel tali crimine. vt in c.certum. 11.q.3. hæc ille.Idem docuit Glo.in c.Episcopi.in vers.minimis. 11.q.3. Idem docuit Cardinalis a Turrecremata in d.c.Episcopi. concluſ.2.dicens,q̃ contumacia est causa immediata,propter quam est ferenda excõicatio a Iudice; & quòd hæc opinio est ferè omnium, qui (illud dictum nõnullorum dicen
52 tium,† q̃ excommunicatio inferatur pro diuersis peccatis,& qñque pro hoc,quandoque pro illo) exponunt dicentes,i. pro contumacia de tali, vel de tali crimine insurgente, & ita cõtumacia semper est causa immediata excõicationis: quamuis.n.pro delicto feratur, tamen dicitur ferri pro contumacia, quia semper admonitio pro emendatione præcedere debet.hęc ille.qui in d.c.nemo Episcoporum. concluſ.2. & in d. c.certum. idipsum docuit. Idem docuit Geminianus in d.c.nemo

ed by Google

Epiſcopus. 2.q.1. circa finē. & in d.c.Epi. & in d.c.nemo Eporum. & in d.c. certum. vbi concludendo dixit, qꝑ nemo debeat excommunicari, niſi pro mortali inſurgente ex contumacia, & non pro ſimplici mortali præterito. Idem docuit ipſemet Geminianus in d.c.Romana.§.ſed nec. & ibidem in §.caueant. de ſent. excommunicationis in ſexto. Idem docuit Pet.de Anchar. in d.c.Romana.§. ſed nec.dicens,quòd pro delictis præteritis, & præſentibus ex eo ſententia excōmunicationis non præmiſſa monitione ferri non poteſt, & eſt ratio: quia excommunicatio non profertur propter crimen, ſed propter contemptum. Hinc eſt, quòd excommunicatio dicitur medicinalis. Cōtemptus ergo monitionis ſup ſatisfactione præteritæ, vel præſentis offenſæ requiritur ad iſtam excommunicationis ſententiam, vt ſic propter contumaciam, & non propter delictum videatur inflicta. hæc ille. Idem docuit Philippus Franchus in c.Romana.§.ſed nec. & §.caueant. not.3. qui idipſum repetens. in c.qui fronte. not.2. ext.de appellat.dixit, quòd contumacia ſemper debeàt præcedere excommunicationem: fit enim admonitio, vt ſe emēdet, vel ſatisfaciat, & eo contumace fertur poſtea excōicatio, ita qꝑ cōtumacia eſt cauſa immediata excōicationis, ſed offenſa, vel delictū eſt cau
53 ſa mediata, & ideo licet† non ſit quis excōicandus, niſi ꝓpter maximā cauſā, vt in d.c.Epiſcopi. & in d.c.nemo. Tñ dixit gl.in c.duo ſūt. in verſ.videbatur.diſt.96.qꝑ quælibet contumacia quantūcunq; minima eſt digna excōicatione, cū ſit delictum. vt in l.oē delictū.ff. de re militari. Idem per oīa elegantiſſimeq; docuit Marian.Soc. ſen.in d.c.ſacro. de ſententia excōicationis,ſed latius in c.perpē dimus.eo.titu.in nu.91.& ſequentib.in verſ.quæritur octauò an requiratur monitio. Vbi his præciſis verbis vſus fuit,videlicet. Monitio dēt præcedere excōicationis ſnīam.Vnde non poteſt Iudex (non præcedēte monitione, & ꝓſentib.teſtib.idóneis,quib.valeat probari, qꝑ facta ſit ipſa monitio) proferre ſnīam excōmunicationis,vt in d.c.ſacro.ſicut.n.in alijs ſententijs requiritur,qꝑ præcedat citatio.vt in c.conſuluit.ext.de offic. deleg. & in l.de vnoquoq; .ff. de re iudic.ita & in ſnīa excōicationis exigīt monitio, & hęc eſt
54 differētia† inter citationē,& monitionem,quia citatio fit vt citatus compareat ad ſnīam audiendā,ſed monitio fit,vt quis ſe corrigat,& ſic excōicationem dēt ꝓcedere monitio, quia excōicatio non pōt ferri,niſi pcedente contumacia.Contumacia verò non cōmittitur ſine monitione,& ideo dicitur,qꝑ excōicatio eſt medici-
55 nalis,† quia non fertur,niſi propter contemptum,vt in cap.1. de ſent.excommun.in ſexto;ſed non monitus non dicetur contemnere: exigitur ergo monitio in omnibus præteritis etiam notorijs criminibus. vt in c.de illicita,& c.ecce, 14.q.3. vbi hoc apertiſſimè probatur. Hæc omnia dixit Maria-

Digitized by Google

Marianus Socinus sen. vbi supra, qui eadem repetijt in eod.c.perpendimus.nu.135. & rursus ibidē in nu.116. & sequent. in vers. Tertiò fallit. his verbis vtēs, videlicet.
56 In notorio † ēt necessaria est saltē vnica monitio. & hoc ꝓbatur per text.iuncta glo.in c.cū lit Romana.ext.de appellat. quia excōicatio fertur propter cōtemptum, sed non monitus non contemnit: ergo nō erit excōicandus, & quātumcunq; factum sit notorium, nihilominus poterit ipse satisfacere, & corrigere se. hęc ille. Idē docuit Didac. Couaruu. Nam in c. alma mater. de sent. excōicationis. in 6. in §. nono. num. 4. in vers. ab eadem radice prōcedit, ꝓbat a iure Canonico fuisse institutum excōicationi ferendæ præmittendam fore citationē, ac monitionem (saltem faciendam domui ipsius excōicandi: & idē Couarru. ibidem, sed num. 6. in vers. & hæc quidem adeo vera sunt. vbi probat nonnullis medijs, ꝙ excommunicationi etiam in notorijs p̄mittenda erit monitio, & rursus ibidem nu. 7. in versic. quòd si excōmunicatio. dicit, ac probat, ꝙ excommunicatio lata non pręmissa monitione Canonica, & trina, iniusta censenda est. hęc ille, vbi supra. Probatur & quartò hac ratione præsens nostra conclusio, videlicet, Quamuis excommunicatio iniusta valida sit, & in foro Ecclesiæ militātis solum liget, iuxt. tot Sanctiones Pontificias hucusque allatas, & meritò ne claues Ecclesiæ S. contemptui haberent: sed magis, magisque honorarentur. eo magis, ꝙ excōmunicationis vinculum sumat vires a potestate clauium ipsi S. Ecclesiæ militanti a Domino Iesu Christo indulta ad hoc, vt etiam ab homine iuiustè excommunicatus per meritum Sanctæ obedientiæ, & patiētiæ a Deo Optimo Maximo, q̄ nec falli, nec fallere pōt, mereat grām, & meritū dictarum virtutū adipisci: nihilominus cum causa (vt sępius retulimus supra in relatione sniārū Doct.) excōicationis immediata sit contumacia: Indè sequitur veritas præsentis conclusionis, ac per consequens dictum nobilē (de quo in conclusione sermonē habuimus) nullo pacto de iure posse iustè excōicari, etsi forsan contra ipsum excōicatio fulminaretur, ipsam fore iniustā, & contra ius Diuinū, & Pontificiū: etsi nonnullā, sed validam asserendum erit, cum non tm̄ dictus Nobilis non repetierit dictam violationem, & ostenderit se contumacem, in repetendo violationē. Verū potius, cùm verè inuolūtaria, ac accidentalis ipsa immunitatis Ecclesiæ violatio fuerit, vt latius fuit probatum per ea, quæ fuerunt allata in probationem vnicę conclusionis, qua fuit satisfactum secundæ propositæ quæstioni, eo magis, quòd ipse Nobilis per ędictum citatus, statim per procuratorem legitimum comparuerit in iudicio, & obtulerit obligationē de standō mandatis Ecclesiæ, & pro dicta violatione satisfaciendo iniunctæ sibi pœnæ. Quapropter rebus sic stantibus, nullo pacto de iure huiusmodi nobilis venit ex-

excommunicandus, vt fuit nobis probatum per ſupra allata.

Etſi verißima ſit præſens noſtra concluſio, poſſet tamen quis contra ipſam inſurgens aſſerere, ꝙ etſi regulariter verum ſit, ꝙ nemo ſit excõmunicandus, niſi pro contumacia: tamen hoc fallere videtur in caſu propoſito, cum peccatum dictę violationis fuerit notorium, & in notorijs poterit fulmi
57 nari † excõmunicatio, nulla præcedente monitione, vt docuerunt Ant. de Butr. & Felinus locis paulò poſt citandis, quibus & Marianus Socinus videtur aſſenſum præſtitiſſe. Ant. de Butr. enim in c. 1. col. 7. in verſ. ſoluo, hoc dico. ext. de iudicijs his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. Hoc dico ſpecialẽ in excommunicatione, ad cuius ſolemnitatem non exigitur citatio, & monitio, quæ exigitur ſolum ad purificandum delictum
58 cõtumaciæ, † qua aliter detecta, vt ſi manifeſtè contumax eſt poſt ſuã promiſſionem, non exigit alia monitio, vt hic: & ſic cõtumacia aliter manifeſta quo ad facultatẽ excõmunicandi, nõ exigitur alia monitio. quod nota, quia limitat c. ſacro. ext. de ſent. excommunicationis, hęc ille, qui rurſus ſequẽs Hoſtienſem, idem repetijt in c. venerabili. col. 4. in verſ. non obſtat, ꝙ ſententia excommunicationis. ext. de cenſib. vtens his verbis, videlicet, ſed Hoſt. dicit nõ eſſe neceſſariam monitionem, ex quo (vt dicit Abbas) illum non recipiet, ſ. ad viſitandum, de quo ibi eſt ſermo, cum per hoc probetur manifeſta contumacia. hæc ibi Ant. cuius ſententię ſe ſubſcribens Fel. in d. c. ſacro. in prima limitatione dicit, dictam decretalẽ primò limitari, qñ exceſſus eſt notorius: quia non requiritur monitio, vt docuit Ant. de Butr. in c. 1. col. 7. ext. de iudic. & in c. venerabili, col. 4. ext. de cenſib. & Marian. Socin. ſen. in c. perpendimus. nu. 118. in verſ. quartò fallit. ext. de ſent. excom. his ꝓciſis verbis vſus fuit, videlicet (poſtquam paulò ante in nu. 117. dixit, ꝙ ante excommunicationẽ regulariter requiratur monitio, ſubdidit dicens) quartò fallit ſi contra præſentem pro manifeſta offenſa fertur excõmunicatio, quia tunc nulla requiritur monitio. vt not. Innoc. in c. dilecto. eo. tit. lib. 6. Hæc ergo omnia videbantur aduerſari præſenti noſtræ concluſioni (ne dicamus) ipſiſmet Doctoribus, qui ad verbũ, (vt ſupra retulimus) ſe expreſsè ſubſcripſerũt præſenti noſtræ concluſioni.

His tamen nõ obſtantib. adhuc aſſeueramus præſentem noſtram concluſionem fuiſſe, & eſſe veriſſimam, & nullo pacto impugnari poſſe doctrina tantorum virorũ, ſed potius ponderãdas fore accuratiſſimè ipſorum ſententias: qñ quod prius dixerant veriſſimum fuit, nec dictis ſententijs contradicunt. hæc vltima eorum verba, prout deſcendendo ad particularia gradatim, & ſigillatim apertiſſimè demonſtrabimus. Non ergo obſtat primò quod dixit Antonius de Butrio in d. c. 1. cum ibi ipſe loquatur de manifeſta contumacia exhibita Iudici poſt ſuam

pro-

itized by Google

promissionem de se præsentando, & non de alio quocúque notorio crimine (vt iacet in littera eius) quod vtique & nos nõ negamus, cùm firmissimè asseuerauerimus idipsum: dicentes solam causam excommunicationis esse contumaciam, eo ꝙ nemo dicendus sit contumax, nisi is, qui monitus nõ obedit monenti, ac aliquid rationabile præcipiẽti. Si ergo sola contumacia est causa excommunicationis. Indè sequitur, ꝙ quãto magis contumacia est manifestior, tantò magis ipsa causa est aptior ad ferendam excommunicationem: & quando dixit Ant. de But. ꝙ stante manifesta contumacia, non exigitur alia monitio, nihil dicit contra nos, imò pro nobis, supponẽdo, ꝙ iam fuerit monitus semel, & monẽti noluerit obedire, & sic contumax fuerit. Idem prorsus erit respondendum his, quæ in d.c.venerabili. dixit, tum quia ibi citauit ad hoc Host. qui expressè nobiscũ est. Tum ẽt quia idẽ prorsus per diuersa repetijt. & hęc allata in responsionem ad Ant. sufficiant. Ad Felinum modo descendentes idem respondemus sic glosando dictũ eius. Nam id, quod dixit, ꝙ quãdo excessus est notorius nõ requiritur monitio, interpretandum erit tali pacto, videlicet, qñ excessus contumaciæ esset notorius, tunc nõ esset necessaria alia monitio, cum ipse iam fuisset semel monit⁹, & ꝙ hæc fuerit ipsius intentio, patet ex eo, ꝙ ad ipsum probandũ citauit supradictam sniam Antonij, qui loquit solum de notoria contumacia, vt supra retulimus ad verbũ. Ad Marian. Soc. facillima erit responsio: cùm ipsemet citando Innoc. in d. c. dilecto. significauerit nobis de qua manifesta offensa loquut⁹ fuerit. Nam ipse Innoc. ibi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Item dicunt quidam, ꝙ etiam incontinenti raptor non posset excõicari pro rapina facta, nisi monitione præmissa. Tñ melius videtur, ꝙ si rapina est manifesta, cùm iusta causa subsit, statim potest excommunicari, nisi incontinenti eam restituat, si est præsens, vel si non est ibi infra certum tempus, quod duxerit præfigendum, vt in c. Romana. §. caueant. de sent. excom. in 6. Hęc ille. ex cuius verbis patet Innoc. docuisse ibi, ꝙ pro manifesta offensa nõ poterit quis excommunicari, nisi prius monitus fuisset. Quapropter indè etiã elicitur tali pacto fore interpretandam sententiam Mariani, & sic illius verbis, [quia tunc nulla requiritur monitio] est addenda hæc dictio [alia,] vt dicat [quia tunc nulla alia monitio requiritur,] & ratio est, quia iam semel monitus comprobabitur contumax si nõ perficiat id, de quo fuerat monitus.

Ex quibus omnibus patuit veritas præsentis nostræ conclusionis, & verè dictos Doctores non contradixisse ei, ẽm mẽtem ipsorum elicitam ex eorundem Doctorum verbis prolatis, & supra ad verbum relatis a nobis.

Quintæ propositæ quæstioni satisfaciemus Deo Optimo maximo opitulante, subsequentib. con

Digitized by Google

omnes gloſæ & Doctores in dictis iuribus hoc ipſum ſenſerunt. & Hoſt. in ſumma. titul. de ſent. excommunicationis. §. quid ſit eius effectus. in verſ. quartò ſi feratur. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm enim in eo, in quo quis peccet, veniat meritò puniendus, & Iudex excommunicando iniuſtè, excommunicatum ipſum priuet participatione Diuinorum Sacramentorum, & hominum communione, ac ſuffragijs Eccleſiæ, in graue damnum & iniuriam ipſius excommunicati, nec non abutatur poteſtate ſibi indulta. indè conſequens ſit, quod ſumma cum ratione ipſe Iudex per menſem priuetur ingreſſu Eccleſiæ, ac per conſequens participatione Diuinorum, & poteſtate ſibi ab Eccleſia conceſſa, de intereſſendo Diuinis, & ea inibi celebrando. Concluſio verò præſens (quo ad eius ſecundum membrum) probatur triplici medio, Nam primò probatur per tex. apertiſſimum in cap. Quia periculoſum. de ſent. excommunicationis in ſexto. Vbi Innocentius Papa Quartus his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Quia periculoſum eſt Epiſcopis, & eorũ ſuperioribus propter executionẽ Pontificalis officij, quod frequenter incumbit: vt in aliquo caſu interdicti, vel ſuſpenſionis incurrat ſententiam ipſo facto. Nos deliberatione prouida duximus ſtatuendum, vt
61 Epiſcopi, † & ſuperiores Prælati nullius conſtitutionis occaſione, ſententiæ, ſiue mandati, prædictam incurrant ſententiam vllatenus ipſo iure: Niſi in ipſis de Epiſcopis expreſſa mentio habeatur.] hæc ibi. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate hoc ſecundum membrum. Nam Glo. ibi, & omnes alij Doctores hoc aſſeuerant, imò & addit dicta gl. in verſ. officij, quòd hæc conſtitutio fauorabilis ſe extendat ad omnes & quaſcunque ſuſpenſionis ſpecies: & etiam ad ſuſpenſionem à beneficio, officio, ingreſſu Eccleſię, & ab alijs. Probatur ipſum ſecundum membrum præſentis concluſionis & tertiò hac ſcilicet optima ratione, qua ibi vtitur glo. in verſic. periculoſum, videlicet. Cùm enim omne periculoſum ſit vitandum, vt in c. quieſcamus. diſt. 42. & in c. vbi periculum. de elect. in ſexto, & in l. 1. §. 2. & 3. ff. de carbo. & officium Epiſcopi, & aliorum Prælatorum ſuperiorum ſit communius & generalius, & plures grauarentur, ſi illud impediri contingeret: ideo Summus Pontifex non tantum Epiſcopis, quàm ſubditis per hanc conſtitutionẽ voluit prouidere. Conſtitit enim iſtorum officium in Chriſmatis confectione, in frontis chriſmatione, ordinum collatione, Eccleſiarumque & altarium conſecratione. Quapropter patet, q̃ maximum periculum & incõmodum incurrerent innocentes populi ex ſuſpẽſionis & interdicti pœna incurſa ab Epiſcopis, & ſuperioribus Prælatis: Ne igitur innocentes puniantur pro delictis Epiſcoporum, ſtatuta fuerũt præ-

Digitized by Google

præallata ab ipſa Eccleſia Sancta.

Secunda concluſio, quilibet Iudex Eccleſiaſticus ſi dictum Nobile ſic iniuſtè excõmunicaſſet,
62 †teneretur ei ad omnes expenſas indè faciendas à tali excommunicato, & ad omne illud intereſſe indè incurrendum: nec non veniret de iure puniendus à ſuo ſuperiore alia pœna ipſius arbitrio. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per tex. apertiſſimum in c. Sacro. §. Cùmque extra de ſent. excommunicationis, vbi hæc habentur, videlicet. [Cùmque aduerſus excommunicatorem de iniuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur ad intereſſe ipſi excommunicato reſarciendum: aliàs nihilominus ſi culpæ qualitas poſtulauerit, Superioris arbitrio puniendus: cùm non leuis ſit culpa, tantam infligere pœnam inſonti.] hæc ibi. Idem prorſus probatur per text. in c. 1. §. ſuperior. de ſent. excommunicationis, in ſexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Superior verò, ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxãs latorem excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe condẽnet, & aliàs puniatur animadueꝛſione condigna, vt pœna docente diſcant Iudices quam graue ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare.] hæc ibi. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate. Nam glo. & omnes Doctores in dictis iuribus, & Hoſt. in ſumma, vbi ſupra in verſ. Quintò ſi ſententia iniuſta. expreſsè ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni tã rationi valde conſentaneæ. Probatur & tertiò hac optima ratione, videlicet. Cùm enim vnuſquiſque de iure Diuino teneatur reſtituere id, in quo aliquem iniuſtè dãnificauit, prout docuit Diuus etiam Auguſtinus (& habetur in c. peccatum. de regu. iur. in ſexto) dicens [Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.] Indè ſequitur euidentiſſimè veriſſimam fuiſſe præſentem concluſionem: in qua diximus aliquem iniuſtè excommunicantem teneri ad omne intereſſe incurſum indè ab excommunicato.

Tertia concluſio, contra quemcunque Iudicem Eccleſiaſticum (de quo in præſentiarum habetur ſermo) talem ſententiam excommunicationis forſan, fulminantem: Ipſe nobilis ſic iniuſtè ex-
63 communicatus † ex tali excommunicatione lata nanciſceretur actionem iniuriarum intentandam coram Papa, vel alio excommunicatoris Superiore, & ab ipſo poſtmodum extimanda eſſet, quanti redimenda eſſet. Hęc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per argu. in c. illud planè. in principio. 11. q. 3. vbi hęc habentur, videlicet. [Illud planè nõ temerè dixerim, quòd ſi quiſquàm fidelium fuerit anathematizatus iniuſtè, potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam.] hęc ibi. Diximus probari noſtram cònclusionem per

arg.

argu.in dicto c. illud . quoniam, etſi ex ipſius verborum ſonitu expreſſa non habeantur contenta in præſenti concluſione, benè tamen tacitè . Cùm ex ipſo habuerimus,quòd excommunicans aliquem iniuſtè, ipſum iniuria afficiat:Si ergo excommunicans aliquem iniuſtè,ei iniurietur:& omnis , qui iniuria afficitur ab aliquo , ex ipſiſmet iniurijs nanciſcitur actionem iniuriarum contra iniuriantem : indè cõſequens fit , quòd ipſe excommunicatus iniuſtè ex ipſa excommuuicatione per maxima iniuria afficiatur: cùm indè non ſolùm priuetur hominum conſortio , verùm etiam Eccleſiæ ſuffragijs, & Sacramentis,quod eſt maximũ detrimentum animæ , & corporis: & cùm omnis iniuria affectus ab aliquo, ex dicta ſibi illata iniuria nanciſcatur ſibi actionem intentãdam in iudicio cõtra iniuriantem tam ciuiliter, quàm criminaliter (vt omnes Doctores in c. 1. extra de iniurijs . docent . conſequẽs etiam erit, quòd dictus Nobilis ſi excommunicaretur pro tali violatione,ex ipſa vtique excommunicatione adipiſceretur contra Iudicem excommunicantem actionem iniuriarum intentãdam apud Superiorem excommunicatoris,contra ipſum excõmunicatorem .

Quarta concluſio,Iudex Eccleſiaſticus talem Nobilem pro tali violatione immunitatis Ec-
64 cleſiæ excommunicans,† incurrit ſacrilegium . Hæc concluſio probatur triplici medio . Primò enim per tex.apertiſſimum . in c. non in perpetuum 24.q.3.vbi hęc habentur,videlicet.[Non in perpetuum damnamur, cùm iniuſtè iudicamur]dicente Propheta in pſalmo . [Nec damnabit illum, cùm iudicabitur illi . Multi Sacerdotum , culpam zelo Dei ſe perſequi profitentur:ſed dum indiſcretè hoc agitur, ſacrilegij facinus incurrunt : & dum pręcipites quaſi ad emendandũ ruunt, ipſi quoque multò magis deteriùs cadunt.] hæc ibi . Ex quibus patuit veritas præſentis concluſionis . Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate. Nam glo.in dicto cap. perpetuum . & reliqui Doctores citati in præcedenti tertia concluſione (in locis ibidem citatis) hoc ipſum docuerunt . Videatur ergo ibi plenius . Probatur & tertio præſens concluſio,hac ratione videlicet . Cùm enim ſacrilegium dicatur ſacri ledium,ſeu ſacri lęſio: & abuti poteſtate ſacra a Deo indulta Eccleſiæ Sanctæ circa fulminandas ſententias excommunicationis, lædatur ipſa Sacra Eccleſia , indè conſequens ſit, quòd excommunicans iniuſtè incurrat ſacrilegium .

Quinta concluſio,ſi Nobilem (de quo eſt ſermo) Iudex excommunicaſſet pro ſupradicta violatione ; intentata à dicto Nobili in iudicio contra excommunicatorem ſuum actionẽ iniuriarum,
75 & † ibi ille condemnatus fuiſſet ad aliquam pœnam pro dicta iniuria illata,efficietur infamis infamia iuris : Cùm (vt ſupra fuit

proba-

probatum in concluſione tertia præſentis quæſtionis) ex tali excommunicatione iniuſtè fulminata contra aliquem, excommunicatus ipſe nanciſcatur actionem iniuriarum contra ſuum excommunicatorem in iudicio intentandam. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per tex. in c. cùm te. extra de ſent. & re iudic. vbi Innocentius Tertius infraſcriptis præciſis vtitur verbis, videlicet. [Cùm te à Bartholomeo iniuriarũ actione conuento, eò quòd diceres equum tuum non eſſe minoris pretij, q̃ capillus ipſius; Iudices, qui ſuper hoc cognoſcebant, te in decem ſolidos cõdemnaſſent: tu timens ne ipſorum ſententia te notaret infamia: beneficium reſtitutionis ad famam à ſede Apoſtolica imploraſti. Nos autem, quòd nulla fuerit, vel minima facta iniuria: volumus te per prædictam ſententiam infamia non notari.] hæc ibi. Ex quibus elicitur apertiſſimè (vt etiam infraſcripti Doctores aſſeuerauerunt) quòd condemnatus in iudicio pro iniurijs illatis efficiatur infamis infamia iuris. idem & clariùs probatur per text. in l. iniuriarum. C. ex quibus cau. infa. irroga. in l. 1. in fine. in l. Athletas. §. fin. ff. de his, qui not. infa. Probatur & ſecũdò Doctorum auctoritate. Nam glo. in dictis iuribus hoc ipſum docuit. Innocentius in c. qualiter & quando. el ſecondo, nu. 10. verſ. credimus tamen. extra de accuſat. & in dicto c. cùm te. nume. 1. Ioannes And. in dicto c. cùm te. col. 1. & 2. & in dicto c. qualiter & quando, el ſecondo, col. 6. in principio, in verſic. credimus tamen. Specul. in lib. 3. titu. de accuſat. §. ſequitur videre. nu. 9. in verſ. cùm enim non fuerit. Azo in ſua ſumma. in titu. quibus cauſis alicui irrogatur infamia. nu. 11. in verſic. iuris autem infamia. & in verſ. per ſententiam. nu. 1. Bart. in l. infamem. nu. 4. 7. & 8. ff. de publicis iudicijs. & rurſus ibidem nu. 10. in verſ. quæro vtrum confeſſus. & nu. 11. in verſ. itẽ dicitur hìc. & in l. ſed ſi furti. num. 2. ff. de his, qui not. infam. Idem docuit Bal. in c. teſtimonium. nu. 1. ext. de teſtibus. & in c. veritatis. nu. 3. ext. de reſtitu. ſpoliat. & in dicto c. cùm te. num. 1. Ant. de Butr. in dicto c. cùm te. not. 1. & in c. atſi clerici. col. 8. in verſic. plura dicit glo. extra de iudic. Panormitanus in dicto c. cùm te. col. 2. not. 2. & in dicto c. atſi clerici. nu. 26. & in dicto c. teſtimonium. nume. 6. in verſ. & dicitur infamia iuris. Henricus Boich in dicto c. cum te. in verſ. ſi quæris. qui & hoc ipſum probat alijs medijs. videatur ergo apud ipſum ibi. idem docuit Felinus in dicto c. cùm te. Ioannes de Ana. in c. inquiſitioni. col. 2. in verſ. aut proceſſit diffiniendo. de accuſat. & in c. cùm oporteat. col. 4. in verſ. quærit Dominus Flor. ad finem. ſequens Innocentium in dicto cap. qualiter & quando. el ſecondo. Federicus de Senis in conſilio 223. Decius in dicto c. atſi clerici. §. de adulterijs. col. 12. nume. 34. 35. 36. & 37. Marianus Socinus ſenior in dicto

cto c.qualiter & quando. el secon do.nu.1253.& in c.super his. nu. 10.11.14.& 19. extra de accusat. Augustinus Berous in c.1.nu. 41. extra de accusat.Syl. in summa in vers. infamia. probatur & tertio hac ratione, videlicet. Cùm infamia iuris sit quædam inhabilitas ad dignitates Ecclesiasticas, eò, quòd infamibus clausæ esse debeam portæ dignitatum, vt in c.infamibus. de regul.iur. in sexto, & ad dignitates eligi non debeat is, qui mortaliter peccat in proximum, illum ad iram prouocans: sed modestus, patiens, & alijs virtutibus decoratus: indè sequitur, quòd dictus Iudex conuentus actione iniuriarum & condemnatus in iudicio incurrat infamiam iuris.

Sexta conclusio, Iudex Ecclesiasticus conuentus à dicto vulneratore actione iniuriarum dicta de causa in iudicio, & de tali crimine condemnatus: eò ipso, quòd (vt fuit probatum) incurrit
66 indè infamiam † iuris: effectus quoque intelligetur ipso facto irregularis: cùm omnis infamis infamia iuris sit irregularis, prout infrascripti Doctores expressè docuerunt, videlicet Specul. in lib.1.tit. de dispensatione.§. iuxta propositionis ordinẽ, num.18. vers.infamis. & ibidem.§.fin.nu. 8.in versic. infamis. Archid.in c. qui in aliquo. in principio, dist. 51.Geminianus in dicto c.qui in aliquo, in vers an ille text. locum habeat. Præpositus in dicto c.qui in aliquo, in versic. quæro an ille text. & Cardinalis à Turrecremata in dicto c. qui in aliquo, in principio.

Septima conclusio, Iudex Ecclesiasticus (de quo est sermo) ratione infamię incursæ ex cõdemnatione de iniuria illata propter excommunicationem iniustè latam, venit quoq; de iure priuan-
67 dus † à suo Superiore suis beneficijs. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per arg. in c. infamibus. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Infamibus portæ dignitatum non pateant] hęc ibi. idem probatur per arg.in l. 2. C. de dignitat.lib. 12. vbi hæc habentur, videlicet.[Neque famosis & notatis, & quos scęlus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cętu segregat, dignitatis portę patebunt.]hęc ibi. & quòd in casu nostro loquantur dicta iura: & vera sit hæc nostra conclusio. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam dictæ conclusioni infrascripti Doctores se subscripserunt, videlicet Glo. in dictis iuribus. Bart. in dicta l.2.Innocentius in c.qualiter,& quando.el secondo.num. 10.in vers.credimus tamen.extr. de accusat.Ioannes And.in dicto c.qualiter,& quando.el secondo. col.6.in principio, in vers.credimus tamen. & in dicta regula.infamibus. Ioannes de Ana. in dicto c. qualiter & quando. el secondo, Felinus in dicto c. qualiter & quando, el secondo, & in c. ars clerici. col.9.nu.30. in versic. item dic. Antonius de Butr. in c. cùm nõ ab homine. col.2.in vers. nota.

Nota irregularem. extra de iudi cijs.& in c. niſi. extra de renuuc. col.3. in principio in verſ. ex his nota. Dynus & Philippus Franchus in dicto c.infamibus . Panormitanus in dicto c.at ſi clerici . nu.31. Geminianus in c. ſatis peruerſum, diſt. 56. Ioannes de Imo.in dicto c.at ſi clerici. Bald. in dicto c.at ſi clerici. nu.26.Marianus Socinus ſenior in c. ſuper his.nu.114.& 117. extra de accuſat. Diaz in ſua praxi can. crim. cap. 123. titu. Beneficijs priuari. Probatur & tertiò præſens concluſio hac ratione,videlicet.Cùm enim beneficium detur propter officium: & infamis, ac irregularis effectus propter talem condemnationem non poſſit fungi officio ſuo Eccleſiaſtico, indè ſequitur veritas præſentis concluſionis : & quòd dictus Iudex iniuſtè excommunicans dictum nobilem poſt condemnationem incurſam in iudicio actione iniuriarum intentata contra ipſum à dicto Nobili ſit priuandus beneficijs Eccleſiaſticis, ſi quæ haberet. Octaua & vltima cõcluſio ſit hæc,& limitatio omnium præcedentium.Nullam ex ſupra recenſitis pœnis Iudex Eccleſiaſticus incurreret ſi excommunicaret di-
68 ctum Nobilem, † ipſo conſentiente aliqua de cauſa, vel eius procuratore : ſi tali conſenſu non accedente non excommunicaſſet eundem . cùm ſtante tali nobilis aſſenſu dictus Iudex meritò non incurreret aliquam pœnam : & ratio rationum eſt. quoniam vnuſquiſque poteſt renunciare iuri ſuo, & ſcienti , & conſentienti nulla fiat iniuria,neque dolus, vt in c.ſcienti & conſentienti. de regu.iur.in ſexto , & ibi per Doctores: & quòd quiſque poſſit re-
69 nunciare † iuri ſuo, & fauori pro ſe introducto: ſi tamen id, in quo quis conſentiret, eſſet ſolùm ſibi præiudiciale, per textum in cap. ad Apoſtolicam . extra de regularibus . & in l. ſi quis in conſcribendo.C. de Epiſcopis & clericis. & in c.cùm tempore. extr.de Arbitris . & ibi per Doctores, & præcipuè per Panormitanum in quintò notabili. & in dictis iuribus communiter per Doctores idipſum docetur .

Sextæ propoſitæ quæſtioni ſatisfaciet triplex concluſio:prima quarum ſit hæc. Pœna ordinaria
70 † ſtatuta contra violantes immunitatem Eccleſiæ ex illa violenter aliquem extrahendo, vel ibi percutiendo , vel vulnerando (vt in caſu propoſito, vel occidendo ; de iure Pontificio eſt pœna ſolutionis nongentorum ſolidorum, & alia pęna arbitraria imponenda arbitrio diœceſani illius Eccleſiæ . Hæc concluſio probatur duplici medio . Primò enim per argu. in c.ſi quis contumax. 17.q. 4.vbi hæc habentur,videlicet. [Si quis contumax , vel ſuperbus timorem Dei , vel reuerentiã Sanctarum Eccleſiarum non habuerit , & fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſequutus fuerit, de atrio Eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo Eccleſiæ adherentibus per vim abſtraxerit, pro emunitate nongentos ſoli-

dos

Digitized by Google

dos Epiſcopo componat: & ipſe publica pœnitentia, iuſto iudicio Epiſcopi mulctetur.] hec ibi. Diximus probari præſentem concluſionem per argu.in dicto c. ſi quis contumax. Quoniam, etſi explicitè, & ad verbum præſens hęc concluſio inibi non contineatur, benè tamẽ implicitè; ſumendo argumẽtum à maiori affirmatiuè tali pacto, videlicet. Si tali pœna mulctandus erit, qui ſolùm aliquẽ extrahit ab Eccleſia: multò magis puniendus erit is, qui vulnerauit, vel occidit. cùm vtique maius peccatum ſit irreuerentiæ. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate. Nam ipſi ſe ſubſcripſerunt explicitè infraſcripti Doctores, videlicet Gloſ.ibidem, Cardinalis à Turrecremata. ibidem Hoſt. in ſua ſumma titu.de immun.Eccle.§.quæ ſit pœna violantium. in principio. & Panormitanus in c. pen.in fin. extra de immu. Eccle.

At quoniam hic terminus [Solidus] in noſtra concluſione inſertus, videtur diuerſimodè ſummi, ſed, vt perfectiùs propoſitam concluſionem vnuſquiſque poſſit intelligere, operæpretium duximus hìc examinare quomodo
71 hic terminus [ſolidus] † in aliqua hominis, vel ſtatuti diſpoſitione inſertus, ſit interpretandus: & dicendum erit, quòd aut inſeritur in iure tam cõmuni ciuili, quàm Pontificio, aut in quacunque diſpoſitione facta ab homine, vel ſtatuto: ſi primò. Dicimus, quòd licèt in tali iure non fuerit addita hæc vox. [aureus] Nihilominus intelligitur ſermonem ibi fieri de ſolidis aureis: quorum ſeptuaginta faciunt libram auri, vt docuit Paul.de Caſtro in l.fin. C. Commun. deleg. Alij verò dixerunt, quòd viginti duo ſolidi conſtituant vnam libram auri. Alij verò dixerunt, quòd hodie ad conſtituendam libram auri legalem requiruntur octuaginta ſex ducati Veneti, vel floreni. De hoc tamen latiùs paulò poſt dicemus. Nam in l.quotieſcunque, C.de ſuſcepto Præpo.& Arca.lib. 10. hæc præciſa verba habentur, videlicet. [Quotieſcunque certa ſumma ſolidorum, pro tituli qualitate, aut auri maſſa tranſmittitur in ſeptuaginta ſolidos libra feratur accepta.] hæc ibi. Vbi gl. in verſ.ſolidorum dicit, ideſt aureorum. & notandum, quòd ibidem Bar. dixit, quòd cùm dicitur ſolidus, licèt non exprimatur, auri, intelligitur tamen de ſolido aureo: & hoc quando profertur à iure: & ſubdit, quòd ſecundum conſuetudinem in partibus ſuis intelligitur de ſolido minuto, hoc eſt monetæ minutæ: & hoc intelligẽdum fore aſſerimus iuxta mentem ipſiuſmet Bart. quando reperitur vox ſolidus in diſpoſitione hominis, quod elicitur ex verbis ipſius Bart. præmiſſis, ſcilicet ſecundum conſuetudinem in partibus ſuis: & ſubſequentibus: cùm ſubdiderit & hęc verba, videlicet. ſed ſeptuaginta duo ſolidi faciunt libram auri: etſi benè computes, quilibet aureus habet ſextam partem vnciæ. Hodie verò aurei Veneti & Florentini,

tentini, quilibet hét octauã partẽ vnciæ, & sic octo faciũt vnciã, & nonaginta sex faciunt libram auri. hæc sunt præcisa verba Bar. vbi supra, qui rursus de eodem loquens in l. Paulus. ff. de solutionibus, quàmplurima dixit notatu dignissima de reddendo mu-
72 tuo, † aut depositio in eadem, aut alia moneta. Idem docuit Glo. in l. 1. C. de veter. numisma. potestate. lib. 10. Nam in dicta l. 1. simpliciter nominatur solidus: & ibi glo. dicit, solidos, idest, aureos, nominatos à soliditate. & in rubr. eiusdem tituli dicit idem
73 esse valoris numismna, † aureus, & solidus auri. Cynus in l. pen. C. de Donat. idem docuit cum sequentibus Doctoribus. Nam & idem docuerunt Bal. in l. quicunque col. vltima. C. de seruis fugit. & in l. fin. C. Commun. deleg. & in l. illud. col. vltima, C. de Sacrosanct. Eccle. cum alijs allegatis per eum. Salycetus in dicta l. quicunque Alex. in l. fin. ff. de in ius vocan. Angel. in l. sancimus. C. de donat. Panòrmitanus in c. 1. in vers. sed quæritur de quibus solidis intelligatur ista litterà. extra de Iudeis. & dicit, q̃ debeat intelligi de aureis secundum consuetudinem loci: & olim septuaginta duo solidi constituebant vnam libram auri: & idem ipse Panormitanus repetijt in c. fina. nu. 1. in vers. solidis. extra de Iudæis. dicens, quòd satis verisimile sit, quòd lex intellexerit de solidis aureis: Nã ridiculus esset, vt pro bono seruo darentur duodecim solidi argentei: nam modicũ esset. & subdidit hoc fore notandum. hęc Panormitanus. ex cuius sententia apertissimè elicitur, q̃ ipse docuerit, quod si solidus reperitur annotatus in lege communi, sumendus sit pro solido aureo. Idem docuit Ioannes de Anania in c. 2. col. 12. vers. in glo. fin. ibi si non fuisset dictum. extra de maledicis. dicens, quòd vbicunque
74 hic terminus solidus, † profertur à iure, intelligitur de solido aureo, licèt hoc non exprimatur: & de tali aureo, quorum septuaginta duo faciunt libram auri: & sic quilibet aureus habet sextam partẽ vncię, prout probatur in l. quotiens cunque. C. de suscepto Præpo. Arcę. Idem docuit Glo. in §. fi. in vers. solidorum. Institu. de pę na temere litig. Idem docuit rursus Ioannes de Ana. in c. 1. & fin. col. 2. vers. nota seruum æstimari decem solidis, extra de Iudeis, dicens, quòd accipiatur hic solidus pro floreno, secundũ Vincentiũ, & quòd idem teneat Accursius in l. quicunque. C. de seruis fugit. & Goffr. in l. si libertus. & in l. fin. ff. de in ius vocãdo. coniuncto tex. & ibi singularis. Institu. de pœnis temerè litigan. & addidit vbi supra ipse Goffr. q̃ hoc ipsum probetur etiam ex cõiunctione aliarum legum, in quarum vna cauetur, q̃ dentur viginti solidi pro libertis, ne libertas præstita reuocetur, vt in l. cũ ex falsis. ff. de manumissis testamẽto. Idem docuit glos. in d. l. quicunque. in vers. vel viginti solidis. & glo. singul. in d. l. fin. in vers. aureos. dicens, quòd hic aureos dicit in Institu. de pœ-

nis

Digitized by Google

nis temerè litig. §.fin.solidos appellat. vnde inquit collige aureũ, & solidum idẽ esse, & septuaginta
75 duo aurei † faciunt libra auri. vt in l.quotiescunq; . C. de suscept. prępo.arcę. Idẽ docuit Ioan.And. in d.c.fin.de Iudęis.in vers.in glo. 3.ibi in loco illo:asserens,ꝙ Vincẽt.in d.c.fi.Accurs.in d.l.quicunque. & Goffr. per l.si mulier. ff.de minor.dicant, ꝙ cùm lex dixerit viginti solidos dandos, ne libertas pręstita reuocetur, vt in l.cum ex fallis. ff.de manumissis testamento. Nã ibi nulla fit mentio de qualitate solidorũ præstandorũ, an sint dandi solidi aurei, aut argentei, quod tñ fuit expressum in l.Papinianus, §.fi.ff.de inofficioso testamento, vbi agendo de eadem lex, dicit, solũendos fore viginti aureos. Ex quibus omnibus simul iunctis elicitur, ꝙ hæc vox, solidus, in lege cõmuni annotatus, sumitur non pro solido argenteo (vt communiter sumitur,) sed pro solido aureo, & respondens Ioannes And. vbi sup. ad glo. dicti c. fin. in verfic. duodecim solidis, dicit, quòd solidi dabun-
76 tur † secũdum monetã, quę est in vsu in loco illo. ad quod ipsa glo. citat.l.nummis.ff.de legat.3.& in l.si seruus pluriũ, §.si numerus.ff. de legat.1. respondet inquam ibi ipse Ioan. And.dicens, respondẽ ſm Abbatem, ꝙ loquitur de pretio apposito ab hoĩe. hęc vbi sup. Ioan. And. ex cuius distinctione resultat probatio supradictæ nr̃æ distinctionis, paulò post apertius declarãdę. Idẽ docuit Host.in sua summa in titu.de seruis Iudęorũ, & Saracenorum, nu.3. in vers.sed cuius monetę intelliguntur duodecim solidi. sequẽs Goffr.& eos quos ipse Goffr. sequutus fuerat. Qui Goffr.in sua summa in tit.de Iudęis,col.3. vers.sed quæritur cuius monetæ,idipsum docuit . Idẽ docuit Ant.de Butr.in c.fin.in fine. ext. de Iudęis, refertq; supradictam responsionem Ioan. And. quam amplexatus fuit. Idem docuerunt Henricus Boich, & Marianus Socinus sen. in d.c.fin. qui Marianus idipsum repetijt in c. 2.nu.24.25.& 26.eo. titu.sequens Host. vbi supra. Idem docuit Felinus in c.conquerente, colum.1. verfic.dum Abbas tangit. ext. de offic.ord. Idipsum docuerunt, & infrascripti alij Doctores, videlicet Rogerius in l.si pater. §.fina. ff.de donationibus. Glo. & Iason in l.penult.in fine. ff.de in ius vocan.& in §.fin.institu.de pœna temerè litig. Aldobrãdinus in §. sed hoc iure, num.3. institu. de Attil. tuto. Glo. Salycetus, & Bal. in l. quicunque . C. de seruis fugit. & in l.finali, & ibi Paul. & Bald.C. commun. delegat. Nicolaus de Neapoli.& Faber in institit.de donationibus . & vt docuit Budeus (quem citat Aldobrandinus vbi
77 supra) solidi † dicuntur, quasi iusti,& integri ponderis, seu & forsan melius secundum glo. in l.prima, C.de veter. numism. potest. libro vndecimo, a soliditate, quia de solo auro fiunt, & isti dicuntur aurei legales, quorum septuaginta duo cõstituunt libra, appellatione solidorum descriptorum in quacunque hoĩs dispositione,

Digitized by Google

vel ſtatuto veniunt ſolũ ſolidi ar-
78 gentei, † cùm hoc ipſum nos edo ceat communis vſus loquendi receptus communiter in regionib⁹, vbi de ſolidis habeẽ ſermo, prout communiter omnes ſupra citati Doct. vbi ſupra expreſsè docuerunt. Ex quib. omnibus Deo Optimo Maximo fauente collegimus qua pœna veniat puniendus aliquem occidens in Eccleſia de iure Pontificio, & per conſequens quomodo intelligenda ſit pœna ipſa nonaginta ſolidorum.

Secunda concluſio. Pęnæ ſupra
79 recenſitæ medietas † applicanda erit Eccleſiæ ſic violatæ, & alia medietas perſonæ ibi offenſæ (vltra reſtitutionem cuiuſcunq; damni indè illati perſonæ offenſæ, vel cõſanguineis, ſi quos haberet) vel pauperũ arbitrio Epiſcopi. Hæc concluſio probaẽ triplici medio: Primò enim per arg. in c. 2. ext. de pęnis, vbi hæc habẽtur, videlicet. [Præsbiteri interfecti cõpoſitio, Epiſcopo ad cuius Parochiã pertinet, ſoluatur: ita vt medietatem vtilitatibus Eccleſiæ (cui pręfuit) tribuat, & alterã in eius eleemoſynã inſtè diſpertiat: quia nullus eius hæres proximior videtur, q̃ qui ipſum Domino ſociauit.] hęc ibi. Dixi mus probari præſentem concluſionem per arg. in d. c. 2. quia ex ipſo poterit meritò quis arguere a ſimili, tali pacto: ſicut enim pęna incurſa propter violationem immunitatis Eccleſiaſticæ collatæ perſonæ Eccleſiaſticæ debet diuidi, ſic & pęna incurſa propter violationẽ immunitatis Eccleſiaſticæ collatæ loco ſacro, ibi percutiendo hominẽ, diuidenda erit. Probatur & ſecundo præſens concluſio Doct. auctoritate: Glo. enim idem aſſeuerat in d. c. 2. verſ. vtilitatibus. Idipſum communiter docuerunt Doctores, inter quos eſt Panor. qui hoc ipſum peroptimè probat.

Tertia concluſio. Pęna ordina-
80 ria † de iure ciuili indicta violãtib. immunitatẽ Eccleſiaſticã, ex Eccleſia ipſa aliquẽ violenter extrahentibus, (& a fortiori, in Eccleſia vulnerantibus, aut occidentibus, eſt vltimi ſupplicij pęna, i. pœna mortis. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primò. n. per arg. in l. fin. in princ. C. de his, qui confugiunt ad Eccleſiam. Vbi hęc habentur, videlicet. [Pręſenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac vrbe regia, in quo nos Diuinitate propitia degẽtes quoties vſus exegerit inuocati ſingulis cauſis atq; perſonis præſentanea conſtituta præſtamus) nullos penitus cuiuſcunque conditionis ſint de ſacroſanctis Eccleſijs orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi cõfugas: nec pro his venerabiles Epiſcopos, vel Religioſos œconomos exigi, quæ ab ipſis debeantur, ijs, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda ſaltem cogitatione, atque tractatu auſi fuerint tentare, capitali, & vltimi ſupplicij animaduerſione plectendis.] hæc ibi. Diximus probari præſentem concluſionem per argum. in d. l. finali, quoniam, etſi non reperiatur ad verbum expreſſus caſus, in quem incidit Nobilis iſte, violãdo immuni-

Digitized by Google

munitatem Ecclesiæ per homicidium ibi perpetratum: Nihilominus adest apertissimus locus arguendi a maioritate rationis affirmatiuè, tali pacto videlicet. Si vltimo supplicio damnandus erit violans immunitatem Ecclesiasticam aliquem violẽter ab Ecclesia extrahendo solum, quanto magis dicendus erit violator ipsius aliquem ad Ecclesiam ipsam confugientem vulnerans, vel occidẽs? Patet ergo ex mente dictæ l.finali, verberantem, vulnerantẽ, vel occidentem in Ecclesia fore plectendum de iure ciuili pœna capitali. Probatur & secundò præsens conclusio Doctorum auctoritate in dicta l.finali: eodem modo arguendo ex dictis, & mente eorum, & expressè per Panormitanum in capitulo penultimo, in fine. extra de immunit. Ecclesiæ.

Septimæ quæstioni propositæ vnica satisfaciemus conclusione, quæ sit hæc. Nobilis occisor (de quo est sermo) nullo pacto de iure tã in foro Ecclesiastico, quàm in foro seculari pro dicto vulnere inflicto, & sequuta morte vul-
81 nerati † dictis pœnis ordinarijs statutis a iure communi, & municipali poterit puniri: sed lõgè mitiori: (etsi dicendus sit eum excessisse aliquantulum moderamẽ incnlpatæ tutelæ) in vtroque foro, scilicet in foro Ecclesiastico mitiori pœna, scilicet pecuniaria, & in foro seculari, etiam stante Ragusino statuto simpliciter statuente, quòd homicida sit puniendus pœna capitali. Quapropter veniet puniendus (ad summũ) pœna exilij, vel relegationis quinquennalis, cùm inconsultus calor vitio iracundiæ careat, vt in l.1.§.quæri potest.ff.ad Senat.Consult.Turpill. & facta crimina ex tali incõsulto calore mitiori pœna plectenda sint. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per text.in l.1.C.ad l.Cornel.de sicarijs: vbi hæc habentur, videlicet. [Frater vester rectius fecerit, si se Præsidi Prouinciæ obtulerit. Quid si probauerit non occidendi animo hominẽ a se percussum esse remissa homicidij pœna, secundum disciplinam militarem, sentẽtiam proferet: crimen enim contrahitur si & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea, quæ ex improuiso casu potius, quàm fraude accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur.] hæc ibi. Et q̃ hoc homicidium (de quo agitur) ex culpa, & non dolo cõmissum, debeat puniri pœna, seu exilij, vel relegationis quinquennalis, & non mortis, docuit nos apertissimus textus in l.lege Cornelia. §. cum quidam. ff. ad l.Corn. de sicar. Vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm quidam per lasciuiam causam mortis præbuisset, comprobatum est factum Ignatij Taurini proconsulis Beticæ a Diuo Adriano, q̃ eũm in quinquennium relegasset.] hæc ibi. Vbi gl.in versic. per lasciuiam, id est per culpam, quod etiam docuit Ioannes de Ana.in c.sicut dignum. §.insuper. in principio.extra de homicid.&
82 quòd homicidium † culposum, seu culpa solum, & nõ dolo commis-

missum (vt in casu nostro) sit puniendum tantum pœna exilij, vel relegationis temporalis, & non mortis. Probatur quàm apertissimè per text. in l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adulter. vbi hæc habentur, videlicet. [Gracchus, quem Numerius in adulterio noctu deprehensum interfecit, si eius conditionis, vt per legem Iuliam impunè occidi potuerit, quod legi-
83 timè † factum est, nullam pœnam meretur. Idemque filijs eius, qui patri parucrunt præstandum est, sed si legis auctoritate cessante, inconsulto dolore adulterum interemit, quamuis homicidium perpetratum sit, tamen quia & nox, & dolor iustus factum eius releuant, potest in exilium dari.] hæc ibi, vbi communiter Glo. & Doctores hoc ipsum docuerunt, cum textus sit apertissimus. Idem probatur per argumentum in l. si adulterium, §. Imperatores, versiculo si maritus. ff. ad l. Iul. de adulter. vbi inter alia hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Si maritus vxorem in adulterio deprehensam impetu tactus doloris interfecerit. Non vtique legis Corneliæ de sicarijs pœnam excipiet, cùm difficillimum sit iustum dolorem temperare, & magis quia plus fecerit, quàm quia se vindicare non debuerit, puniendus sit.] hæc ibi. Quam legem singularem pro decisione casus nostri, & probationis præsentis conclusionis infra Doctores citandi attulerunt, dicentes vni-
84 ca voce, quòd excedens † moderamen inculpatæ tutelæ occidendo aggressorem iam in fugam se dantem, non fore puniendum pœna ordinaria, nec sanguinis, sed pecuniaria, vel exilij, siue relegationis quinquennalis, vel minoris, cum inconsultus calor vitio iracundiæ careat, & paucorum sit hæc virtus temperandi subitaneum iustum dolorem: tradentesque hanc regulam semper memoriæ comendandam, dicunt, quòd quandocunque quis aliqua iusta de causa non veniat punien
85 dus pœna ordinaria, † nunquam de iure poterit imponi pœna corporis afflictiua, sed vel pecuniaria, vel exilij, seu relegationis téporalis. Animaduertendum tamen, quòd non sine causa diximus presentem conclusionẽ probari per argumentum in dicta l. si adulterium. §. Imperator, quoniã adest locus arguendi ab identitate rationis tali pacto, videlicet. Sicut regulariter interficiens vxorem venit per legem Corneliam de sicarijs pœna capitali plectendus, & tamen in casu proposito Imperator iussit ei mitiorem pœnã imponi compatiendo maximo eius dolori, a quo meritò vir eius motus adulteram interfecit, cùm etsi in eo adfuerit aliqualis culpa, defuit tamen dolus, quo deficiente semper omnia iura, & Doctores concluserunt reum huiusmodi homicidij non fore puniendum pœna ordinaria, sed mitiori, prout latissimè docuerũt Doct. infra statim citandi. Arguendo ergo modo ab identitate rationis, dicimus, quòd sicut occidens hominẽ regulariter de

de iure venit puniendus pęna capitali, eo ꝙ supponat̃ in occidẽte dolus, qm̃ pœna legis Cornel.de sicar.semper supponat dolum, vt
86 integra illa pęna † quis puniatur, vt in l.lege Cornelia. ff.ad l.Cornel.de sicar. At qm̃ Deo dante, in casu nostro nullus affuit dolus in occidente, vt per se patuit in enarratione casus proposiri. Indè luce meridiana clarius elicitur dictũ Nobilem interfectorem nullo pacto in vtroque foro de iure posse puniri pœna ordinaria homicidij, sed mitiori, vt puta exilij, vel relegationis quinquennalis, vt elicitur quoque ex d.l.si adulteriũ, §.Imperator, & ex.l.quod ait lex, §.quod ait lex.ff.ad l.Iul.de adulter.cuius tenorem verborum, & multa alia notatu dignissima in fauorem etiam præsentis conclusionis attulimus supra in hac eadem consultatione, in quæstione secunda, cõclusione vnica. Videatur ibi. Quinimò hoc ipsum videt̃ probari apertissimè auctoritate, & decisione statuti Ragusinæ Ciuitatis, si iusta statela librabuntur verba inibi contenta. Nam in lib. sexto statutorum Ragusij, c.1.hęc præcisa verba habẽtur, videlicet. [Quicunque homicidiũ fecerit, nisi se defendendo, quod probari possit, moriatur. Hæc ibi. Ex quibus patet ordinaria pœna homicidij dictum nobilem non fore de iure puniendum, sed solum pęna pecuniaria, vel quinquennalis exilij, aut relegationis, vt omnes infrascripti Doctores communiter docuerunt, & in dicta secunda quæstione latissimè diximus. Probatur ergo & secũdò præsens nostra conclusio Doctorum, auctoritate. Nam infrascripti Doctores in locis infra citãdis quàm libentissimè se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet. Iac. de Aret.in l.1. colum.pen. versic. item quæritur, C.vnde vi. Cynus in dicta l.1. in versic.pone, quòd quidam aggressus. Ioannes Faber in dicta l.1.circa medium. Bal.in dicta l.1.col.6. in versic.Decimò quæritur. & in l.vt vim, col.vlt.ff. de iustitia, & iure, & in l.data opera, col.4. vers.item si statutum, C.de his, qui accusa. non poss. & rursus idem Bal. Cynus, Ang. & Pau. de Cast. in l.1. ff.de legi.qui Paul. idem docens in l.etsi seuerior. C.de his, qui not.infam.refert se liberasse quendam a morte, quẽ Alexan. ibidem sequitur. Idem docuit Lucas de Penna in l.deuotum, col.3. versic.secundò quæritur, quid si me percutias, C. de meta. & Epi.lib.12. Idem docuit Bartolus in dicta l.1.C.de sicar.infrascriptis vtens verbis, videlicet. Qui aliquem absque dolo occiderit, pena homicidij non tenetur. Idipsum docuerunt & infrascripti Doctores, videlicet Signo.de Homode. in disputatione seu quęstione sua incip. Quæstio talis est, Sẽpronius simplicitatis amicus. Roni.in suo tertio singul. incip. An si quis excesserit, Bal.in c.1. §.si quis. in fi.de pace iuram. firm. Rom. rursus in l.cũ mulier.col. 32.ff.sol.matrim. Angelus in consil.50. col.26. Alex. in consi.140. & consi.77. Iason in l.vt vim.ff.de iust. & iure Ioannes Baptista de

Sancto Seuerino in tractat.de debit.ſuſpe. & fugi.col.2. Aretin.in conſi.43.col.3. & in conſi.80. incip.ſicut decet,in fine.& in conſi. 147.Dec.in d.l.vt vim. & in conſ. 9.& in conſi.134. & alij quamplures Doct. citati a Didaco Couarruu. in §.vnico, tertiæ par. relect. in meo libro in folio,vbi ſunt omnia eius opera. fol.634. nu.3. Alciatus in lib.1. diſpun. capit.17. Lugdunenſis in Alex.conſ.15.lib. 1.Ludouicus Carrerius in ſua praxi criminali,§.homicidij, nu.22. Glo.pen.in Authen.de armis.Cattellia.Cotta in memorialibus. in verſic.armorum,& rurſus Couarruuias in §.1. nu.1. ſecundæ par. relect.in d.vol.fol.610.Ioānes de Lign. in tract. de Bello.c.98. incip.ſeptimò quæritur.Pau.de Caſtro in conſi.275.& in cōſ.192.incip.In cā carceratorū,col. vlt.lib. 2.& in conſi.227.vol.2.addens,q̄ viderit Bal.Papiæ ibi conſulentē. Angel. Aretin.in tract.de maleficijs.in verſ.& dictus Titius ſe defendendo,nu.36.in verſ.quæritur. Titius vulnerauit.& ibidem Arimine in addit.& rurſus dictus Angel.ibidem in verſ.ſcienter,& dolosè. Franciſcus Aretin. in conſi. 34.incip. Viſis diligēter teſtibus. in fi.Corn. in conſ.204. in fi.lib.1. Hyppol.de Marſil.in l.1.in princ. num.42.ff.ad l.Cornel.de ſicar.& in ſua pract.crimin.§.qm̄, nu.94. & 95.vbi plenè hoc probat auctoritate multarū legum,& Doct.ac exemplis,& in l.lege Cornelia,§. cum quidā, nu.4. ff.ad l.Cornel. de ſicar.& in conſi.81.nu.17.& in ſingul.100. incip.occidens aggreſſorem, addens, q̄ cùm ipſe eſſet Poteſtas Citatellæ, ita iudicauerit in facto, & cùm pars aduerſa de hac ſententia fuiſſet conqueſta apud Superiores Paduę, tandem eius ſententia fuerit ab illis confirmata.quod & repetijt in l.nihil intereſt.nu.15. ff.ad l.Corn.de ſicar. Idem repetijt ipſe Hyppolit. in ſubſequentibus locis. Nam in conſi.67.nu.41.& 42.tradidit hāc regulam,dicens,quòd vbicunque de pœna capitali, aut corporali
87 loquimur, † ſubintelligendus ſit dolus, per notata in l.in actionibus.ff.de in litem iuran.& ibi per Doct.adeo, quòd ſi ſtatutum imponeret pœnam perſonalem pro homicidio,vt quia diceret, occidens occidatur, tunc niſi occidēs occideret dolosè,& ex propoſito non haberet locum pœna ſtatuti, ſed aliter veniet mitius puniendi. hæc ille, qui idipſum probat alijs auctoritatibus, & rationib. & reſpondet contrarijs. Vide latius ibi per eum. qui idem repetijt in conſi.4. nu.28. & in conſi. 7.num.17.& in conſi.25. nu.2. & 3.in conſi.77. nu.5. & 6. in conſi. 91.nu.11.& 12. in conſi.103. nu. 5. & in conſi.128. num.21. & 22. Alexan.in conſi.76.incip.Viſa inquiſitione,colum.2.in primo volum. Salicetus in l.1. C.vnde vi, qui dixit hanc ſententiam tanquā æquiorem fore amplectendam. vt in l.reſpiciendum. §.primo. ff.de pœnis,vt iuſtitia ſit admixta cum temperamento,vt ibi.& rurſus in l.quoniam multa. C. ad l.Iul.de vi publica. Albericus de Roſatis in 2. par. ſtatutorum. quæſt.452.

Bolog.

Bolog. in consi.36. Florian.in l. scientiam. §.qui cum aliter. ff.ad l.Aquil. Cępolla in consi. crimin. 29. incipien. Viso processu in penult. colum. & in consi.34. incip. Si vnquam.colum.11.in consi.43. versic.alius casus est, quando vulneratus statim: & latius, & elegantius in consi.33. incip.Multa possent. per totum. & in cons.30. in fine. versic.nec obstat. Vbi dicit, ꝙ non obstet id, quod dixit Bart.& rursus in consi.31. colum. penult.in versic.similiter dicendũ est de iure municipali,qui rursus idem probat, dicens, quòd verba statuti dicentis, quòd occidens debeat occidi, intelligatur de occidente dolosè.& quòd ita docuerit Salyc.in l.non ideo minus.colum.4.C.qui accusare non poss.& Bal. in l.data opera, col.5. C.qui accusar.non poss. & Pau.de Cast. in l.etsi seuerior, C. de his, qui not.infa. Qui omnes dicũt talem homicidam solum exilij temporalis pœna, aut pecuniaria fore puniendum, quos ipse Cœpolla ibi sequitur. Bossius in sua praxi crimin.titu. Quomodo procedatur per actionem in delictis, nu. 38. addens hanc esse communem Doctorum opinionẽ. Hoc ipsum docuit Emanuel Soarez in Thesauro commun. opinio.versic.pœna,nu.155. his verbis vtens, videlicet pęnis corporeis nunquam locus est, vbi dolus non interuenit, quãuis culpa lata arguatur. Cõe inquiunt Cagnol.in l.contractus, nu.10.ff.de regu.iur. Hyppolit.de Marsil.in cons.67.nu.40.& Iulius Clarus in sua praxi crimin. §.vlt. q.84. vers.Vberiꝰ id prosequitur, vers.& ex hac conclusione, Ias.in l.1.nu.70. ff.de legibus. & in l.in actionibus,nu.26. ff.de in litẽ iuran quẽ refert, & sequitur Vivius in tract.commun.opinio.fol.239. vers. statutum disponens. Plotus in repet.l.si qñ,nu.765. Curt.iun. in l.fin. nu.9. ff.quod quisq; iuris, Menchiaca controuer.illustr.cap. 96.nu.32.Alciat.in l.magna negligentia,ff.de verb.signif.dicés hoc esse receptissimum. Claudius Aquens.in l.1.num.33. ff.de legibꝰ, & quamplurimi alij Doctor. in l. quicquid calore, ff.de regu. iur. Iulius Clarus iterum in §. homicidium,vers.culpa, dictæ praxis crimin. dicens hanc esse cõem opinionem. Menochius de arbitrio iudicum,casu 324.per totũ.Thomas Grammaticus noster compatriota in cons.18. nu.7.& 8. & latius in vers.19.nu.13.& 14.in vers. attamen iusto dolore.Marãtha in suo aduocatorũ speculo in 4.parte principali, nu.6.& sequẽtibus. Andreas Tiraq. in tract.de pęnis causa prima,nu.9.in vers.Amplia scdò procedere. Pet.Foller.in sua pract. crimin. tit.recipiantur defensiones reorũ,nu.18.vbi se subscripsit snĩæ Hyppoliti de Marsil. in l.1.ff.ad l.Cornel.de sicar.supra a me relatę,& hac Doctorum Iuristarum snĩas retulisse sufficiat: Sed ne quis putauerit hanc nostrã sententiam non sequutos ẽt fuisse Canonistas, studebimus hic referre nonnullos eorũ:Sciendum igitur,quòd infrascripti Doct.Canonistæ se ẽt subscripserunt præsenti conclusioni,videlicet. Ioan.And.

lized by Google

in addit.ad Spécul.ſuper rubr.tit. de homicidio.lib.4.& latius in c. pro poſſeſſore,col.2. verſ.in contrarium inducitur. de regu.iur.in ſexto.Idem docuit elegãter Ioannes de Ana.in c.lator, col.2. verſ. vltimò quærit. ext.de homicidio. his p̃ciſis verbis vtens, videlicet. Vltimò quærit Dominus Florian. Duo piſcabantur in quadã naui,
88 † alter cum ligno,in quo erat ferrum ad detrahendum ramos arborum obſtantes,cũ inſtaret detractioni caſu percuſſit ſocium,& mortuus eſt: fuit dubitatum,an ille teneatur.dicit fuiſſe conſultum de facto, q̃ non, dummodo aliàs adhibuiſſet diligentiam, quã debuiſſet.Nec obſtarent verba ſtatu
89 ti, quæ dicebant, † q̃ homicida occidatur, niſi faceret cauſa defenſionis neceſſarię,licèt.n.ſtatutum excipiat vnum caſum tantũ: tamen debebat intelligi ſecundũ ius commune,& ſic de homicida culpabili, & doloſo, vt in l.2.C. de noxa.in c.cum dilectus.ext.de conſuetu. & pro hoc etiam facit quod notauit Salyc.in l.pen.C.ad l.Cornel. de ſicar. qui concludit ibi, q̃ ſtatuta pęnalia recipiũt interpretationem reſtrictiuam fi ius cõmune:& ſubdidit Ananias, vbi ſup.dicens, & pondera benè, q̃ iſtę duę auctoritates,videlicet. Flor. & Salic. ſunt ſufficientes ad liberandum a morte, qui cõmiſit homicidium ſine dolo, pro quo etiam facit, quia caſus exceptus a regula etiam cum dictione taxatiua tãtum in ſimili poteſt extendi.hæc Ananias. Idem docuerũt & infraſcripti alij, videlicet, Ant. de Butr.in c.olim, el primo, col.pen. in verſ.inquantum dixi. ext.de reſtitu.ſpoliat.Pan.in d.c. olim,nu.15.& in c.1.nu.2.ext.de iniurijs, Felinus in c.dilecti filij, col.7.nu.18.in verſ.dixit et Iacobus ext.de exceptio.& in c.ſignificaſti,el ſecondo, col.6.nu.14.in verſ.tertia concluſio. ext. de homicidio. & rurſus Ananias in c. interfeciſti,in fine, & in capitulo ſignificaſti,el ſecondo. ext. de homicidio.Couarru.in §. vnico.relectio.tertiæ par.ſuper Clem. furioſus,nu.3.in verſ.tertiò apparet.de homicidio. Decius in l.in actionibus,nu.20.ff.de in litẽ iuran. & in conſi.9.nu.2. imò per totum,& in conſ.234.nu.7.in verſ.ſecundò quæritur, & in conſi.482.nu.9. & in c.2. lect.1.nu.11. verſ.ex quib. ext.de conſtitu.dicens hoc ipſum docuiſſe infraſcriptos alios Doctores, videlicet Salic. in l.2. C. de noxa.cum concord. Alex. in l. etſi ſeuerior,C.de his,qui not.infa. & in conſi.140. incip. videtur in caſu propoſito, col.3. libro 2. & in conſi.144.incipien.poſt reddita conſilium, colum. finali, eodem libro. Pau. de Caſtr. in l. nemo, C. de Epiſcopali audientia,in l.prima,in principio,C.vbi ſenat. vel cla. in l.finali, in fine, ff.de legibus, in conſilio 191. incipien.In cauſa carceratorum. in principio.Ang.in l.is,qui cum telo.in fine,C.de ſicar.quem refert, & ſequitur Ful. in conſi.134. incipien.Viſis denuncia.in fine.Cardinalis Zabar. in conſilio 44. incipien. Pro Domino Chriſtophoro.circa fin.Bartholomeus Veron.

in

in conſ. 30. & 31. hæc omnia retulit Decius vbi ſupra, qui addidit & infraſcripta, videlicet. Et ampliatur iſta concluſio ſi ſtatutum exciperet cauſam defenſionis, vt quia excipiat vnum caſum: non tamen ampliatur regula ſtatuti: quò minus intelligatur ſecũdum ius commune, ſcilicet dolo interueniente, vt notanter voluit Card. Zabar. in c. lator. de homicidio. ex identitate rationis, vt probat tex. glo. & Bar. in l. ob æs alienum tantùm. C. de prædijs minorum. in l. illud. C. de Sacroſanct. Eccleſijs per Genze. & Ioannem de Ligna. in c. ſtatutum. §. cùm verò. de reſcript. in ſexto: & probatur optimè in capitulo ad audientiam. ext. de cleric. non reſid. Probatur inſuper præſens concluſio & tertiò quinq; rationibus irrefragabilibus. Prima quarum eſt. Cùm iudicium hu-
90 manum † quo ad delicta manifeſta debeat imitari iudicium diuinum, prout apertiſſimè docuit Diuus Auguſtinus in lib. quęſtionum ſuper Ioſue, quæſt. 8. quem retulit & ſequutus fuit Sanctus Thomas in 2. 2. quæſt. 108. articulo 4. in reſp. ad ſecundum. & iudicium Diuinum nunquam punire aſſoluerit delicta leuia, ſicut grauia perpetrata ab eo, qui ad illa facienda motus fuerat propria malitia & voluntate, & nulla neceſſitate, vel repentina iracundia, vt ſunt ea, quæ quis incurrit fragilitatis, neceſſitatis, (etiam conditionatæ cogentis) vel ſubreptionis cauſa, prout omnis Sacrorum Theologorum Scola paſſim docuit. Si ergo iudicium humanum in iudicijs decernendis, ac pœnis infligendis pro manifeſtis peccatis ſequi debet, indè conſequens fit, quòd ſicut Deus Omnipotens punit mitiùs, & non pœna ordinaria, ſeu eadem intenſiua, & omnimoda, delinquentes voluntate conditionata (vt latiſſimè probauimus in noſtro tract.) De extenſionibus cuiuſcunq; diſpoſitionis tam iuris, quàm hominis. quęſtione... ſicut delinquentem abſoluta voluntate ac temeraria: etſi ambo hi delinquentes idẽ præceptum in aliquo committendo, vel ommittendo pariter tranſgrediantur. Eodem ergo modo iudicium humanum mitiùs punire tenetur tranſgrediẽtem legem humanam voluntate conditionata (vt in caſu noſtro) quàm tranſgredientem propria voluntate ſua temeraria & abſoluta, vt patet ad ſenſum. Ratio verò ſecunda talis reddi poterit. Cùm ad hoc, vt quis pœna capitali & ordinaria homicidij legis Corneliæ de ſicarijs le-
91 gitimè puniri poſſit, † requiratur (vt fuit probatum ſupra in vnica concluſione allata in deciſione tertię quæſtionis) quòd homicidium fuerit dolo commiſſum: indè ſequitur, quòd dictus nobilis (de quo eſt ſermo) non veniat de iure puniendus ordinaria pœna homicidij: cùm homicidium ab ipſo perpetratum non fuerit doloſum, vt latiùs ſupra fuit probatum multis documentis in deciſione ſecundæ quæſtionis propoſitæ. Neque huic noſtræ deci-

ſioni

sioni obstare poterunt subsequen tia, quæ videntur illi aduersari. Nam non obstat primò, quòd in tali homicidio interuenerit, for- san, etsi negetur, lata culpa ipsius occisoris nobilis: cùm lata
92 † culpa non æquiparetur dolo de iure Ciuili ad hoc, vt quo possit puniri pœna ordinaria homicidij, & sic legis Corneliæ de sicarijs, vt ad verbũ docuit tex. in l.lege Cornelia.ff.ad l.Cornel. de sicarijs: imò nec in alijs pœnis corpotalibus, seu corporis afflictiuis, vt ibidem habetur, & specialiter docuerunt subsequentes Doctores, videlicet Bart. & Ang. in l.1.§.culpæ autem.nu. 1. ff. si quis testam.lib. esse iuss. fuer. & rursus Ange.in l.ad Commentariensem. C. de custodia reorum. & in l. 1. C.de priuatis carcer.& est Glo.in l.is, qui cum telo.C.ad l. Cornel. de sicar. & glo. in l. sed etsi quæcũque, in principio, vers.iniuria. ff.ad l. Aquil.Glo.in l.in actionibus.ff.de in litem iuran.& ibi per Doctores.Glo.in l.si mera. versic. culpã. ff. soluto matrimonio Bal. In l.quicunque. C.de seruis fugit. qui dixit,quòd vbicunque de pęna capitali, vel corporali loquimur,subintelligitur dolus.per notata in dicta l.in actionibus, & in §. suspectus. institu. de suspectis tuto. prout etiam docuerunt Bal. & Salyce. in l. 2.C. de noxalibus. Glo.singul.in l.ossa.§.in locum.in versic.si dolo. ff.de relig.& sump. funer. quæ dicit, quòd ideo de dolo dixit, quia loquuturus erat de cohertione, quæ absque dolo non imponitur. & hoc etiam notat ibi Flor. & ista est communis sententia Doctorum: vt docuit Barthol. Cœpolla in consil. 23. col.3.& in consil. 34.versic. circa tertium,& vltimum dubium. Nec secundò poterit obstare præsenti rationi secundæ, quòd in dicto statuto Ragusino dicatur [Quicunque fecerit homicidium, nisi se defendendo, quòd probari possit, moriatur.] tum quia iam fuit probatũ, quòd tale homicidium dicendum fore commissum in sui defensionẽ, per allata in probationem vnicæ conclusionis decidentis secundam quæstionem, & in probationem presentis conclusionis, & præcipuè per Ananiam: Tum etiam, quia dato, & non concesso, quòd in dicto statuto Ragusino diceretur simpliciter. Quicunque aliquem occiderit, occidatur: Nihilominus illud esset à peritis semper interpretandum secundum formam iuris communis, scilicet si dolosè occiderit, & non si solum culposè seu culpa sua, vt elegantissimè docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Iason in l. 1. num. 70.ff.de legibus. & in l. in actionibus.nu.26.ff. de in litem iuran. quem refert Viuius in Thesauro cõmu. opinionum (in libro meo) fol.239. in versic.statutum disponens. Decius in dicta l. in actionibus. nu. 20. quem refert Plotus in repet.l.si quando.nu.765.Curtius iunior in l.fin.num.9.ff.quod quisq; iuris. Menchiaca Controuersiarum illustrium cap. 96. nu. 32. & hoc receptissimum esse attestatur Alciatus in l.magna negligen-

Digitized by Google

gligentia. ff. de verb. signif. Iulius Clarus in sua praxi. crim. quæst. 84. & Ioannes de Ana. loco supra citato. idem docuit Bal. in l. data opera. col. 5. in principio, versic. item si statutum punit homicidium. C. qui accusa. non poss. vbi dixit, quòd si statutum puniat homicidam ad mortem, & non facit mentionem doli. Tamen Iudex vbi non est dolus, debet temperare sententiam, vt in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. quia affectio tua operi tuo nomen imponit, vt in l. non conuitij. C. de iniurijs. & idem tenet Paul. de Cast. in l. 1. circa principium C. vbi Senat. vel clarissimi. qui dicit, quòd licèt assessores ignorantes consueuerint dicere. quòd vbi statutum simpliciter dicit, quòd homicida decapitetur: non debet distingui, An dolosè, vel non dolosè: sed quòd stare debeamus verbis statuti, qa nõ inspicitur animus, sed factum: vt in l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. tamẽ ipse Paulus tenuit consequenter contrarium, sequendo Bal. in dicta l. data opera, dicẽs, quoniam aliàs sequeretur, qꝑ quis deberet decapitari pro homicidio casuali: quòd vtique esset contra æquitatem: & addidit ibidem ipse Paulus, quòd ita pluries cõsuluerit, idemque ipsemet docuit in l. nemo deinceps. C. de Episcopali audien. & quòd pro hoc videatur esse Doctrinam Gl. in l. etsi̇̃ seuerior. versic. certis rationibus, C. de his qui not. infa. eo magis (vt diximus) quòd ius commune velit, vt non teneatur de delicto, vt puniatur pœna corporali, nisi fuerit in dolo: quoniam statuta in dubio ita erunt interpretanda secundum ius commune, vt per allata hucusq; apertissimè probauimus. indè apertissimè sequitur ita fore dicendum in casu nostro, licèt statutum Raguſinum loquatur per verba exceptiua, videlicet. [Nisi se defendendo, quod probauerit.] quoniam tale statutum declarandum erit, prout in simili docuit Cœpolla vbi supra: Nisi etiam homicidium fuerit commissum aliquo alio modo, sine tamen dolo, & maximè hoc procedit sine du-
94 bio: Cùm statuta † sint interpretanda tali pacto, ne quis indebitè damnum patiatur: Nam si cõtrarium diceremus, sequeretur hoc absurdum, quòd vbi aliqualis culpa potlit imputari occidenti, puta, quia ludendo, vel per lasciuiam occidit, vel etiam ludendo ad brachia, quia habebat cultellum in vagina sub cingulo suo, quem ante ludum deponere non curauit, seu non cogitauit, si forsan indè egrediẽs culter, aliquem occidisset; si esset talis occisor occidendus, vt obseruaretur cortex & sonus dictæ legis municipalis: eò quòd nullo pacto permittitur ipsum subijci sententiæ capitali, stante. l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. & l. in lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de sicar. Ne ergo quis tale irremediabile damnum incurrat, interpretabitur statutũ Raguſinum, prout simile statutum communiter interpretati fuerunt passim Doctores pro uos supra citati, vt

ti, vt habeat ſolùm locum in homicidio doloſo, non autem culpoſo, ſeu quod aliqua alia ex cauſa proceſſit, quàm ex dolo ipſius homicidæ, prout elicitur ex l. 2. cùm ibi not. C. de noxalibus, cum ſimil. vt latiſſimè docuerunt Doctores locis ſupra citatis. Nec tertiò noſtræ præſenti ſecundæ rationi obſtare poterit regula iuris in c. fin. extra de iniurijs. vbi traditur regula illa vulgatiſſima, videlicet. Qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. Ac per conſequens, cùm dictus Nobilis percuſſerit pugione dictum defunctum, & ex ipſius vulnere infli ćto ſit ſtatim ſequuta mors illius: videbatur eſſe puniendum ordinaria pęna homicidij: Non enim obſtare poterit de iure noſtrę cōcluſionis veritati huiuſmodi regula: cùm ipſa ſit intelligenda in caſu noſtro de eo, qui dolosè cauſam damni dediſſet, vt talis puniatur pœna ordinaria: ſecus autem de eo, qui ſolùm cauſam culpoſam dederit alicui dāno. Tertia ratio præſentis noſtræ concluſionis eſt hæc, videlicet. Cùm in maleficijs plectendis principaliter ſpectetur animus, ſeu voluntas (eò, ipſa voluntate diſtinguantur, vt docuit tex. in c. cùm voluntate. extra de ſent. excommunicationis) & non exitus dicti maleficij. Indè etiā ſequitur dictum nobilem non fore puniendum ordinaria pęna homicidij, ſed longè mitiori. Antecedens probatur per text. apertiſſimum in l. Diuus Adrianus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & ibi per omnes Doctores. Conſequentia patet, cùm dictus nobilis non vulneraverit dictum ſuū aggreſſorem animo occidendi, vt latiſſimè fuit probatum in deciſione quæſtionis ſecundę ſupra propoſitæ: quod & docuit quoque Glo. in c. 1. verſic. procuraverint. extra de conuerſione infidelium, dicens, ꝙ maleficium † duo
95 exigit, videlicet affectum, & opus ſequutum. imò hoc ipſum elicitur ex ipſomet c. 1. cùm ibi hæc habeantur ad verbum, videlicet. [Cùm tales non procuraverint virorum interitum defunctorum: matrimonium inter huiuſmodi perſonas licitè poteſt contrahi.] hæc ibi inter alia. & loquitur tex. ibi de his, qui interfecerant viros quarundam infidelium in bello, quas poſtea ad fidem conuerſas acceperant ſibi in vxores: Nam
96 etſi interficiens † virum alicuius, cum animo contrahendi matrimonium cum illius vxore: poſtea de iure cum ipſa matrimonium contrahere non poterit, etſi de facto contraheret, huiuſmodi matrimonium eſſet nullum, vt docuit text. apertiſſimus in dicto c. 1. ext. de conuerſione infidelium: nihilominus ſi talis defuerit animus, matrimonium ipſum eſſet validum, vt in dicto c. 1. docuit Papa Cęleſtinus Tertius: Arguēdo ergo modò ab identitate rationis, dicemus, quòd cùm dictus Nobilis non habuerit animum occidendi dictum defunctum: nullatenus veniet de iure puniendus ordinaria pęna homicidij, quam ſolus homicida doloſus incurrit: Idem quoque probatur

Digitized by Google

tur arguendo a paritate rationis per text. in l. 3. §. sed ex Senatus Consulto, ff. ad l. Cornel. de sicar. vbi hæc habentur, videlicet. [Sed ex Senatus Consulto relegari iussa ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad cõceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat decessit.] hæc ibi. Quarta ratio præsentis conclusionis talis reddi poterit, videlicet. Homicidium cõmittens, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, non poterit de iure ordinaria pœna homicidij plecti. At hic nobilis vnicum vulnus infligẽdo suo aggressori iam verso in fugam, dato & non concesso, quòd excesserit dictum mo
97 deramen, † inde sequitur de iure ipsum non fore puniendum ordinaria pœna homicidij; sed longè mitiori. Maior propositio probatur per text. in c. significasti. el secondo. §. fin. extra de homicidio. Vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Si verò (quemadmodum perhibetur) Sacerdos iste priùs ab illo percussus sacrilego, mox eum cum ligone in capite repercussit: quamuis vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittant: quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumẽdam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam: non videtur idem Sacerdos à pœna homicidij penitus excusari: tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum graue sit, non solet leuem plagam inferre: tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis lætaliter solet lędi.] hęc ibi. Vbi ponderanda venit particula illa inibi inserta, videlicet. [Non est penitus ab homicidij pœna immunis] quæ vtiq; talem interpretationẽ recipiet, (vt docuit Barthol. Cœpolla in dicto cons. crimin. 34.) quòd dictus tex. videatur docuisse, quòd non debeat puniri ex toto, sed ex tanto, ideſt, licèt homicidium committens excedendo moderamen inculpatæ tutelę non veniat punien
dus tota pœna homicidij: sicut si fuisset tale homicidiũ dolosum: tamen punietur, vt culposum, scilicet pœna ad summũ quinquennalis relegationis, vel exilij; etiã in casu quo statuto caueretur, ꝙ occidens occidatur. quod & repetijt idem Cępolla in consi. 31. ver sic. similiter dicendum est. Quinta verò ratio prędentis conclusionis, quæ assignari poterit, elicitur ex text. in c. ex parte. el terzo, extra de verb. signif. vbi communiter per Canonistas, & in c. ad audientiam. ext. de cleric. nõ resid. & ibi per Doctor. & est, quoniam
98 verba statutorũ † erunt interpretanda iuxta formam iuris communis, cum ius cõmune ipsa interpretetur iuxta cõmunem Doctorum sententiam, addentes, ꝙ
99 statuta † pœnalia iniungentia pęnas taxatas a iure communi erũt extendenda etiam ad illos casus fictos, ad quos & ipsa iura communia extenduntur, aut extensa reperiuntur, vt etiam elicitur ex text. in c. mulieres. §. fin. ext. de sent. excommunicationis, & ibi per

per omnes Canoniſtas, quod quidem notatu digniſſimum eſt (de quo tamẽ latiſſimè egimus in noſtro tract.extenſionum diſpoſitionum quarumcunque ſcilicet, tam iuris, quàm hominis, in tract.extenſionum de caſu ficto ad caſum verum.) Hac tamen pro nunc diſtinctione vtendum erit iuxta ſentẽtiam infraſcriptorum Doctorum ſcilicet. Si ſtatutum eſſet Eccleſiaſticum, tunc pro ipſo interpretando recurrendum erit primò ad ius Canonicum, & ſecundò ad ſtylum curiæ. Si verò ſtatutum eſſet ſeculare: tunc pro ipſo interpretando erit recurrendum ad ius ciuile: & qui hoc docuerunt inter alios ſunt, videlicet Panormitanus in c. ex litteris. nu. 5. verſ. ex quo infero. extr. de conſtitu. Bal. in l. 1. colum. 2. in verſ. quæro ſi ſtatutum. C. qui bo. ced. poſſ. addens, quòd in terris Eccleſiæ vbi ſeruantur Canones, debent cõcordari potius cum iure Canonico, quàm cum Ciuili: quia ibi prævalet Papa. & in terris Imperij debent potius concordari cũ iure Ciuili. Hæc Bal. quem ſequuntur infraſcripti, videlicet Decius in dicto c. ex litteris. nu. 8. & ibidem Felinus. col. 2. notab. 2. & ibidem Barbatius. col. 19. verſic. ſecundò probat iſte text. quòd ſtatutum diſponens. cũ duobus alijs ſequentibus verſiculis. & ibidem Anton. de Butr. col. 2. not. 6. & 7. & rationem talis ſententiæ aſſignantes dicti Doctores dixerunt; quoniam ſtatu-
100 tum † dubium recipit interpretationem à iure cõmuni: & idem dicitur de ſtatuto diſponente in materia iuris communis, quoniam tunc recipiet omnes ampliationes, & limitationes, quas recipit tale ius commune, prout latiſſimè docuimus in noſtro tracta. extenſionũ in quæſtione . . . . vbi agitur de pœna mandantis maleficium. in ampliatione prima cõcluſionis, vide ergo ibi, qa quotidiana & difficilis & quæſt. ad hoc accedit, quòd dictum Raguſinum ſtatutũ loquitur in perſonã, & non in rẽ, vt ex ſonitu exp̃ſſorum verborũ patuit. Cùm inibi etſi ſimpliciter dictum ibi ſit, ſi quis homicidium fecerit, morte moriatur: nihilominus erit interpretandum, tunc talem pœnam locum habere, ſi affuiſſet dolus: non autẽ ſi culpa ſolùm etiam lata, vt docuit etiam Bart. in l. 1. §. 1. & 2. ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſſ. vbi etiam addidit ibidem. nu. 1. verſ. & dicas ſic. vbi tractatur de
101 pœna corporali lata culpa † non æquiparatur dolo. Idem docuit Ancharanus in c. 1. col. 81. verſic. vtrum ergo ſtatuta recipiant. ext. de conſtitu. dicens ſi ſtatutum dixerit, quòd qui occidit, occidatur: intelligenda ſunt talia verba non iudaicè ſecundum corticem litteræ, ſed ſecundum mentem ſtatuentium: ſcilicet ſi dolo homicidium factum fuiſſet. Idem docuit Bartholo. Cœpolla in ſuo conſil. crimin. 31. col. pen. verſic. ſimiliter dicendum. ſequens Bal. in l. data opera. col. 5. & penult. C. qui accuſ. non poſſ. & Salycetus in l. non ideo minus. col. 4. C. qui accuſ. non poſſ. dicens tale ſtatutum

fore

Digitized by Google

fore interpretandum secundum ius commune.

Octauam & vltimam propositam quæstionem vnica affirmatiua conclusione absoluemus. vnica ergo conclusio sit hæc. Nobilis (de quo est sermo) de iure potuisset statim illo vnico vulnere inflicto, permanere in dicta Ec-
102 clesia violata, † vel ad aliam confugere, & ibi frui immunitate Ecclesiastica indulta communiter omnibus cõfugientibus ad Ecclesiam post perpetrata maleficia: ita, vt à nullo Iudice de iure extrahi potuisset: cùm (vt per allata patuit) ipse Nobilis tale delictum non perpetrauerit, vt indè frueretur tali immunitate, eò q̃ ex subitanea & repentina inuasione & verberũ receptione sua, & fuga statim facta verberantis, & ingressu illius in dictam Ecclesiam: ab homine iudicio prædito colligi non possit, ipsum homicidium factum fuisse spe venię & immunitatis fruendæ. imò de directo contrarium. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per arg. in c. fin. extr. de immun. Eccle. vbi hæc habentur, videlicet. Nõnulli impunitatem excessuum suorum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes: homicidia, & mutilationes mẽbrorum in ipsis Ecclesijs, vel earum cęmeterijs committere non verentur: qui nisi per Ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerant cõmissuri. Cùm in eo, in quo delin-
103 quit, † puniri quis debeat, & frustra legis auxilium inuocet, qui committit in legem. Mandamus quatenus publicè nuncietis tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.] hæc ibi. Diximus præsentem cõclusionem probari per
104 arg. in dicto c. fina. † Quoniam ipsum interpretando per argumentum à contrario sensu, apertissimè apparebit veritas ipsius: cùm indè eliciatur, quòd qui in Ecclesia accidentaliter (vt contigit Nobili nostro) & sine spe, vel præuia cogitatione committendi illud in Ecclesia; vt in eadem repertus nullatenus extrahatur ab aliquo Iudice, vt sic possit frui immunitate Ecclesiæ: eò magis, q̃ sumus in pœnalibus, in quibus regulariter non fit extensio: (sed de hac materia videantur quamplura allata in nostro tract. de interpretatione extensiua cuiuscunque dispositionis tam iuris communis, & municipalis, quàm hominis) vt in c. in pœnis. & in cap. odia. de regu. iur. in sexto. ad hoc accedit quoniam in casu nostro non tantum reperiatur maioritatis rationis, sed nec ipsa identitas: Cum ratio, quæ mouit Summum Pontificem in dicto c. fina. ad denegandam fruitionem immunitatis Ecclesię fuerit propter temerariam voluntatem tale scęlus perpetrandi in Ecclesia ipsa, vt ex verbis ipsius Canonis apertissimè elicitur: quæ tamen ratio non militat in casu nostro, vt per supra allata patuit. Cùm ergo diuersa sit vtriusque ratio, iu-
105 dè fit, † quòd diuersitatem quoque iuris inducat ipsa ratio diuersa,

Digitized by Google

uerſa, quæ militat in caſu noſtro: vt docuit tex. in l. adigere. §. quãuis. cum ibi notatis. ff. de Iure patro. Probatur & ſecundò Doctorum ſententia, preſens concluſio: Nam explicitè & ad verbum preſenti nr̃æ cõcluſioni ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doct. in locis ſtatim citandis. Nam Hoſtienſis in dicto c. fina. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. Si quis non ex propoſito, nec intendens per Eccleſiam liberari, ſed ex abrupto, puta, quia probatur, quòd ipſe & ille, quem in Eccleſia, vel iuxta Eccleſiam interfecit, nullas habebãt antea inimicitias inter ſe: Sed ex verbis ibidem inter eos ortis ad homicidia peruenerunt: & talis immunitate Eccleſiæ gaudere debet. hæc omnia ad verbum dixit ipſe Hoſt. quæ quidem omnia militant in caſu dicti nobilis, vt latiſſimè fuit probatum per multos teſtes in actis productos, & examinatos. Idem docuit Ioannes And. Antonius de Butr. & Henrichus Boich in dicto c. fi. ſequentes Hoſt. Pan. autem ibidem dicit hanc eſſe communem opinionem, & magis æquam: etſi ſibi non multùm placeat. & fundat ſe ſuper præſumptione, dicẽs: quia poteſt eſſe, quòd non ſuberat vetus inimicitia, & nihilominus non commiſiſſet delictum, ſi ſciuiſſet ab Eccleſia non defendi. hæc ille, cuius ſententiam (ſi recta ſtatela librabitur) nõ ſolùm non aduerſari preſenti noſtrę concluſioni apparebit: verùm potius ſummopere illi opitulari: tum quia ipſius ſententia fundatur ſuper preſumptione, quæ in caſu noſtro non militat: eò, quòd perpetrato dicto homicidio in dicta Eccleſia, ſtatim ipſe aufugit ab ea: cùm etiam paulò poſt ipſemet Panormitanus ſubinferat ibidem, quòd inferiora delicta perpetrans in Eccleſia non priuabitur immunitate Eccleſiaſtica: niſi hac intentione illa perpetraſſet: & reddens rationem dicti ſui, dixit, hoc eſſe, quia cùm tex. deuiet à communibus regulis iuris, & ſit odioſus, ideo erit reſtringendus, quantum fieri poterit, & ſic non erit extendendus ext. caſum expreſſum. arg. in c. pœnæ. de pœniten. diſt. 1. & in c. odia. de regu. iur. in ſexto, ex quibus omnibus patuit ipſum Panormitanum aſſi pulatum fuiſſe preſenti noſtrę cõcluſioni. Idem apertiùs docuit Goffr. in ſumma titu. de immun. Eccleſ. Idem docuit Archid. in c. frater, & Coepiſcopus. 17. q. 4. ſequens Goffredum. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cũ
100 exceptio † firmet regulã in contrarium, ideſt, in caſibus non exceptuatis, vt in c. Dominus. 32 q. 7. & in c. quoniam. extra de coniugio leproſorũ. (& nos latiſſimè docuimus in tract. extenſiuarum interpretationum) & ibi per Panormitanum, & ſolùm tres caſus in iure reperiantur exceptuari à regula illa vniuerſali, in qua habetur, quòd confugientes ad Eccleſiam fruantur ibi immunitate Eccleſiaſtica: indè ſequitur, quòd dictus Nobilis frui ſtatim, & modò poſſet immunitate Eccleſiaſtica, ſi ad Eccleſias confugeret: eò,

Digitized by Google

quòd non connumeretur casus ipsius Nobilis in aliquo ex his tribus exceptis de iure communi, quorum duo reperiuntur exceptuari in capitulo inter alia. & tertius in capitulo finali. ext. de immunit. Eccles. Nam in capitulo inter alia. excipitur latro publicus, & nocturnus populator agrorum, & in capitulo finali. extra de immunit. Eccles. excipitur is, qui in Ecclesia homicidium, vel mutilationem fecerit, hoc intuitu, vt ab Ecclesia ipsa defenderetur contra Iudices, sed nec in extrauagan. Gregorij Quarti-
107 decimi † edita in anno 1591. Nono Kalen. Iunij Pontif. sui anno primo. in hac eadem materia. incipien. Cùm aliàs nonnulli. Vbi infrascriptis præcisis verbis, videlicet. [Hac itaque nostra perpetuò valitura constitutione omnia, & quæcunque priuilegia, indulta, & gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium Quintum, quàm alios quoscunque nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, sedemq; Apostolicam, eiusvè Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs, Monasterijs, sacellis, domibus regularibus, & secularibus, locisvè sacris, aut Religiosis, aliasque in casibus a iure permissis hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulétis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bona pace, & quiete publica, & ex causis vrgentissimis, ac necessarijs, & æquipollentibus causibus in iure expressis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extensis, perpetuo vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, seu aliàs quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, ac vsu recepta, litterasque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Breuis, seu aliàs quomodocunque desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublata penitus omni differentia; ita vt ad vnam tantum formã reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & Religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarũque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earúvè cemeterijs committere non verentur: Aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, vel læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica nõ suffragetur.] hæc in dicta constitutione inter alia habentur. Ex quibus patuit nõ priuandum fuisse dictum Nobilẽ immunitate Ecclesiæ, si post homicidium huiusmodi casuale, & inuoluntarium, voluisset persistere in ipsa ecclesia, in qua ipsum aggressorem vulnerauerat repen-

Digitized by Google

tino iracundiæ motu, & quasi priuatus pro primo intellectus acumine: eo magis, quòd (vt diximus supra) ex qualitate repentini eius motus ad persequendum eum, qui ipsum bis, aut ter percusserat baculo (vt deposuerunt testes) ipse nobilis persequendo eum ingredientem Ecclesiam, propè quam tunc ambo reperiebantur, & ex vnico solum inflicto vulnere in corpore illius fugientis elicitur ipsum non intendisse ipsum in Ecclesia mutilare, vel occidere. Ac per consequens dicta verba dictæ constitutionis sibi nullo pacto posse refragari. Nam hæc verba ibi contenta, videlicet. [Quivè homicidia, & mutilationes mẽbrorum in ipsis Ecclesijs, earumvè cemeterijs committere non verentur.] Ex quibus colligitur solummodo priuandum fore tali immunitate Ecclesiastica eum, qui ex temeritate præsumpserit aliquem occidere, vel mutilare in Ecclesia. At quoniam per supra allata Nobilẽ nostrum nõ fuisse talem sæpius fuit probatum: Iccirco asseueramus illum potuisse frui Ecclesiastica immunitate non obstante supradicta extrauagante Gregorij Quartidecimi hoc ipsum elicientes ex ipsiusmet Sũmi Pontificis mente.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli, Abbas Congregrationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ragusinum præcipiens, quòd vocatus ad iudicium, & effectus contumax, pro indicato sit habendus, quomodo sit interpretandum.*

2 *Dominium rerum legitimè per aliquem acquisitum, ab illo auferre nulli licebit, vt tradat alteri, sine causa, & quæ possit esse causa talis ablationis, & quare.*

3 *Iudices aliquem iniustè priuantes bonis proprijs per iniustam sententiã, ad quid teneantur.*

4 *Innocentes sunt adiuuandi, et liberandi ab iniustis oppressoribus.*

5 *Restituere quid sit.*

6 *Restitutione facienda quid sit attendendum, et quomodo probetur ipsam iussam Diuino præcepto. Non furtum facies.*

7 *Occasionem damni qui dat, damnum dedisse videtur.*

8 *Bona aliena non restituens quare peccat.*

9 *Recipiens bona aliena sibi addicta a Iudicibus per iniustam sententiam restituere tenebitur ei, cuius fuerant, vnà cum fructibus eorum, et quare.*

10 *Participat in peccato, qui non obuiat errantibus.*

11 *Facta a Iudicibus vltra eorum iurisdictionem pro infectis erunt habenda, et quare.*

12 *Acquirens aliquid mediante iniusta sententia lata tenebitur ad illud restituendum.*

13 *Possessor malæfidei ad quid teneatur.*

14 Pen-

Digitized by Google

14 *Pensiones, vel tributa non tenetur quis soluere de rebus sibi iniustè assignatis, ad quas restituendas de iure teneretur.*

15 *Puniendus de iure nemo erit in bonis propter crimen alterius cohæredis, et quare, nu. 16.*

17 *Obligatio quando haberet originem a facto hæredis, vnus non tenebitur ex facto alterius: secus si ex persona defuncti, cuius aliqui sunt hæredes.*

18 *Pœna mitigatur in patre, vt possit alere filios infantes.*

19 *Regula, quòd pœna non sit extendenda ad innocentes, sed solum ad auctores suos tenendos, multipliciter exemplificatur.*

20 *Nobilem (de quo est sermo) ad obseruantiam dictæ iniustæ sententiæ latæ contra se a Republica Ragusina non teneri, nec ad soluendas solitas pensiones eidem Reipublicæ probatur.*

21 *Fructum ex eo quis consequi non debet, quod nixus fuit impugnare.*

22 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.*

23 *Facta iure prohibente, pro infectis erunt habenda.*

24 *Satisfacere quisque de iure poterit sibi de bonis debitoris sui, si viæ iuris non posset suum consequi, et indè nullum scandalum immineat.*

De homicida casuali, eius bonis, & ad quid teneatur ea possidens.

THEMA:

Cùm quidam Nobilis Ragusinus fuisset baculo trina percussione verberatus, post nonnulla habita verba (in rixa facta inter ipsum, & quendam alium Nobilem eius consanguineum) dictus Nobilis percussus in articulo vltimæ receptæ percussionis dictum verbantem iam fugientem, & ingressum in Ecclesiam ibi propinquam euaginato pugione insequens vnico inflicto vulnere vulneratus fuit, & statim egrediens Ecclesiam aufugiens, illũ sic vnico vulnere vulneratum reliquit. Ex quo vulnere dictus percussus mortuus fuit paulò post in ipsa Ecclesia. At cùm indè dictus vulnerator aufugisset, tandem fuit citatus ad informandum a Republica Ragusina (cuius erat ciuis Nobilis,) vt eius tribunali se præsentaret, qui timens potentiam consanguineorum defuncti commorantium in ipsa Ciuitate Ragusij, quorum hostilem inimicitiam ex tali homicidio incurrerat, in illo tribunali personaliter noluit comparere; nec per Procuratorem, sciens dictã Rempublicam non fore ipsum admissurum, stante statuto prohibente ad-

Digitized by Google

mitti Procuratorem comparentem pro reo in cauſa criminali criminaliter mota. Quapropter a dicto tribunali, tanquam homicida, fuit bannitus, & capitali ſententia condemnatus: & inſuper priuatus bonis proprijs, quæ per ipſam Rempublicam ſtatim fuerunt tradita fratri illius (tunc exiſtenti in eadem Ciuitate) cum conditione, vt ipſi Reipublicæ dictus frater ſoluere teneretur quæcunque aliàs ſoluere ſolitus fuerat dictus homicida ratione bonorum ipſorum exiſtentium tam in dominio Raguſino, quàm extra ipſum.

Quæruntur modò infraſcripta.

Primum quorum eſt. An dictum homicidium taliter perpetratum dicendum ſit voluntarium, vel caſuale, commiſſum ſolum in tutelam proprij honoris, & an ſit plectendum pœna homicidij ordinaria, vel mitiori.

Secundum. An dictus vulnerator non comparens perſonaliter, fuerit tanquam contumax, & conuictus de dicto homicidio condemnandus iuxta aliud ſtatutum Raguſinum.

Tertium. An dictæ Reipublicæ Iudices, qui ipſum nobilem non comparentem pœnæ capitali, & bannitionis perpetuæ a dominio Raguſino ſubdiderunt, hacque ſola de cauſa dominium hæreditarię portionis de iure contingentis dicto nobili vulneratori, tradentes illam fratri eius, ad reſtitutionem dictę portionis illi vulneratori teneantur vnà cum omni damno, & intereſſe indè ſuſtinendo a tali vulneratore ex tali ſententia.

Quartum. An dictus frater dicti vulneratoris talium bonorum dominium tranſlatum tuta conſcientia ſibi accipere, & retinere poſſit.

Quintum. An dictus frater dicti vulneratoris teneatur de iure ſolitas ſolutiones pro rata fructuum percipiendorum ex talibus bonis ſibi ſic traditis a Republica Raguſina perſoluere eidem Reipublicæ, ſicut antè taie vulnus inflictum faciebat dictus Nobilis vulnerator.

Sextum. An dictus vulnerator in conſcientia teneatur ſtare ſententiæ priuationis ſupradictæ, vel an tuta conſcientia poſſit poſſidere bona paterna ſine ſolutione ſolitorum grauaminum (impoſitorum generaliter ciuibus Raguſinis) ſuper bonis eorum exiſtentibus tam intra dominium Raguſinum, quàm extra ipſum, vt faciebat ante huiuſmodi inflictum vulnus, & ſententiam ſupradictam latam.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO XXX.

OMNIPOTENS sempiterne Deus illumina, quæso, me seruum tuum, & splendore gratiæ tuæ circunda cor meũ, vt te duce, in scriptis exprimere valeam, quæ iuris sunt in præsenti consultatione: In qua nobis erit procedendum per nõnullas conclusiones, vt sic vnaqueque proposita quæstio absoluatur, ac ei⁹ decisio veritima cõprobetur.

De prima quæstione proposita hic nihil dicemus, cum eam absoluerimus in præcedenti consultatione, seu quæstionis motæ in foro Ecclesiastico, decisione. In secunda proposita & septima ibi quæstione. cùm igitur nihil noui nobis occurrat hìc afferre. ideo lectorem remitto ad dicta loca, vbi copiosissimè de ipsa egimus.

Secundæ propositæ quæstioni satisfaciet vnica cõclusio, quę est etsi in statuto ciuitatis Ragusinæ registrato in libro sexto statutorum ipsius c. 29. cautum sit, † ꝙ vocatus ad iudicium, & effectus cõtumax, pro iudicato sit habendus. Nihilominus, illo non obstante, dicimus & firmissimè asseueramus dictum Nobilem (de quo est sermo) nullatenus comprehendi sub dicto statuto: cùm omnino ipsum fuerit interpretandum loqui de eo, qui nulla de causa à iure approbata excusetur à personali comparitione facienda in iudicio: quoniam aliàs si dictum statutum locum haberet in eo, qui iusta de causa non compareret, iniustum vtique, & contrarium iuri naturali statutũ illud comprobaretur, & nullo pacto obseruandum. argum. in c. fin. ext. de consuetu. vbi dicitur nullam positiuam legem, aut consuetudinem prævalere iuri naturali, imo omnino foret rescindẽdum, & quòd dictus Nobilis vulnerator a iusta causa approbata a iure fuerit impeditus a comparendo personaliter in tribunali dictę Ciuitatis Ragusinæ, patet in eo, ꝙ ipse fuerit citatus ad comparendum personaliter in loco notoriè non tuto sibi, cum inibi ratione homicidij perpetrati contraxisset grauissimas, & capitales inimicitias inter ipsum Nobilem, & consanguineos defuncti sui aggressoris: & quòd maius est, si cõparuisset, se subijcisset sententiæ, ac iudicio quamplurimorũ Nobilium dicti defuncti consanguineorum, qui vtique in iudicio decernendo contra ipsum concurrissent, iuxta morem dictę Reipublicæ Ragusinæ, & quòd stante tali loco sibi non tuto in dicta curia Ragusina non fuerit compare obligatus, nec ex tali comparitione non facta nullo pacto fuerit habendus contumax, nec indè per consequẽs pœna inflicta a dicto statuto Ragusino contumacibus inflicta: cùm multis iuribus, ac Doctorum sententijs idipsum fuerit prohibitũ, prout latissimè probauimus in præcedẽti nostra decisione, quæstione prima, conclusione tertia per totũ. Ad quod

accedit, quòd etſi regulariter in cauſa criminali criminaliter mota non admittetur procurator antequam compareat reus perſonaliter in iudicio, vt latius probauimus in eadem deciſione proxima prȩcedenti, & concluſione prima per totum, tamen hæc regula fallit in caſu noſtro, vt latiſſimè quoque docuimus in dicta quæſtione prima in concluſione ſecunda, & tertia, & limitatione prima, & ſecunda dictæ concluſionis per totum. Videatur ergo ibi: quoniam probauimus ibidem, quòd etiam in dicta cauſa criminali criminaliter mota nullus teneatur comparere in iudicio, quando de iure veniret puniendus ſolum pȩna pecuniaria, vel quinquennalis relegationis, aut exilij, prout puniendum fore ad ſummum hunc nobilem vulneratorem multis de cauſis ibi allatis probauimus. Sed dato, & non conceſſo, immò nec vnquam concedendo, quòd hic noſter Nobilis poſſet de iure dici contumax, eo quòd fuit citatus ad perſonaliter comparendum, & non comparuerit, & per conſequens, quòd contumax remanſerit. Procul fugit a nobis quo iure fieri poſſit illa conſequentia inſulſa, ac ſine aliquo vero iuris fundamento, quam audiuimus factã fuiſſe a Dominis Iudicibus criminalibus dictæ Raguſinę Curiæ: dicendo tali pacto, videlicet. Homicida contumax in iudicio habetur ſecundum Raguſinum ſtatutum pro iudicato: ergo ſubiacebit omnibus pȩnis inflictis ab ipſo ſtatuto contra homicidas habitos pro iudicatis, ac per conſequens pœnę capitali, & bonorum omnium cõfiſcationi. Et quidem non ceſſamus mirari hanc iſtorũ iudicum ſyllogizandi normam, quam nullus non tantum Legiſtarum, aut Canoniſtarum aliquãdo ſomniauit, ſed nec Ariſtotelis, aut Platonis acutiſſimo ingenio fuit aliquando nota, cùm proculdubio, ſi eam adinueniſſent, nos illam docuiſſent in ſuis argumentandi formis nobis relictis: & qdem hi tales non animaduertunt ſyllogizantes, quòd talis fantaſticus arguendi modus eſt nullus, eo quòd peccet in materia, & forma. Quapropter exoptarem⁹ eos ponderaſſe vim verborum ipſius ſtatuti, ac inſimul mentẽ ſtatuentium, prout in præcedenti conſultatione ſæpe librauimus: quod quidem ſi feciſſent, nõ intuliſſent tot falſas conſequẽtias, eo magis, quòd verba illa dicti ſtatuti, ſcilicet [Contumax habeatur pro iudicato] denotant ſolùm, ꝙ contumax voluntarius, & non legitimè excuſabilis habeatur pro iudicato, ideſt vt ipſo inaudito, in cauſa mota contra eũdem procedatur, & iuxta merita probationum contra ipſum productarum condemnetur, & non aliter, nec alio modo. At cum ex depoſitione teſtium productorum in iudicio tã ad inſtantiam fiſci, quàm conſanguineorũ defuncti pleniſſimè conſtiterit dictum homicidium a dicto Nobile fuiſſe perpetratũ immediatè poſt recepta verba, & vnicum ictum pugionis illatum. Indè patet fore iudicandũ iuxta

aliud.

aliud statutum supra recensitum, in quo cauetur solum illũ homicidam fore capitali sententiæ subijciendum, & proprijs bonis priuandum, qui non se defendendo aliquem occiderit: sed quoniam per dictas testium depositiones, & per tot allacas legum, & Doctorum sententias constitit dictũ homicidium non fuisse voluntariũ, sed factum in defensionem sui honoris: Indè sequitur omnino, q̃ aut dicta capitalis sententia, & priuationis bonorum lata contra dictum Nobilem fuerit iniustissima, & contra non solum tot iura cõia, verumetiam ipsamet iura municipalia Ragusina. Aut omnia ipsa iura, & Doctores citati in fauorem dicti Nobilis sint nullius virtutis, sed solũ Iudices consentientes dictæ sentẽtiæ iniustissimæ comprobẽtur probatissimi, ac eruditissimi viri. Aut è contra, vt patet ad sensum, & ad maiorẽ intelligẽtiam supradictorum videantur quãplurima scitu dignissima circa interpretationem verborum cuiuslibet statuti reposita in decisione quinta, vbi agitur de admittenda appellatione, contra corticem verborum statuti prohibentis illam admitti.

Tertiam propositam quæstionem absoluemus duplici conclusione. Prima cõclusio sit hæc, nulli Imperatori, nulli Reipublicæ, & nulli Iudici licebit sine causa euidentissima à iure approbata, 2 dominiũ † legitimè acquisitum super aliquibus bonis per sententiam, aut aliud rescriptum speciale auferre ab vno, & alijs tradere: cùm hoc esset contra ius naturale secundarium, vel secũdum alios, contra ius gentium. & ratio est, quoniam licet Imperator, & Respublica libera, dicantur habere dominium principale totius Territorij seu Dominij eorũ, seu ordinariam iurisdictionem, quo ad conseruationem eorum, quę sũt in suo Statu vniuersaliter administrandam, vt in l. deprecatio. ff. ad l. Rod. de iact. Non tamen habent dominium rerũ priuatarum, quæ olim per ipsum ius gẽtium introductum fuerat: Causa autem legitima (qua stante, possent priuare aliquem bonis suis) erit, si id fiat ob bonum publicum conseruandum in aliqua necessitate, cui aliter non posset consuli: vel ratione delicti, quando scilicet hoc ipsũ ius præcepisset, iuxta qualitatem criminis perpetrati: vel in similibus casibus concernẽtibus bonum publicum: quoniam aliàs grauissime ipsi peccarent transgrediendo præceptum Diuinum de non furando latum. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per tex. in Clem. Pastoralis. de re iudicata. vbi dicitur Imperatorem non posse tollere concessa homini ab ipso iure naturali: Et quid iuri naturali, seu æquitati naturali conuenientius, quàm, vt quilibet suum pacificè possideat, & suis fruatur bonis? Idem probatur per infrascripta alia iura apertissima: nempè per argu. in l. item si verberatum. §. pen. ff. de rei uendic. vbi hæc habentur, videlicet. [Si fortè ager fuit, qui petitus

eſt, & militibus aſſignatus eſt modico, honoris gratia, poſſeſſori, dato: an hoc reſtituere debeat? & puto prætaturum.] hæc ibi. Idem probatur per argu. in l. toties. §. fin. ff. de pollicitat. vbi hæc habentur, videlicet. [Si cui reſpublica neceſſitatem impoſuerit ſtatuarum Principi ponẽdarum, qui non promiſit, non eſſe ei neceſſe obtemperare, reſcriptis Imperatoris noſtri, & Diui patris eius continetur.] hæc ibi. Idem & clariùs probatur per arg. in l. defenſionis facultas. in principio. C. de iure fiſci. lib. 12. vbi hæc habentur, videlicet. [Defenſionis facultas danda eſt hìc. quibus aliquam inquietudinem fiſcus infert, cum facultates eorundem, adhùc controuerſia pendente inquietare, deſcribiq́ue fas non ſit. Vbi ergo controuerſia extiterit fiſco alicuius patrimonium vindicante, apud eum omnibus facúltatib. conſtitutis cognitio ventiletur, vt cum rei exitus debere eas vẽdicari probauerit, tunc demum res perſequi liceat, & ſuper modo facultatum, ac rerũ interrogationem haberi, quæ per condi tionales ſeruos inueſtigãda eſt.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. lata ſententia. C. de appellat. & conſult. vbi hæc habẽtur, videlicet. [lata ſentẽtia, quæ pertinet ad bona vacantia, & ad ea, quæ vt indignis (legibus cogentibus) auferuntur, ſi quis putauerit prouocandum, vox eius debebit admitti.] hæc ibi. Idẽ probatur per arg. in l. ſi priuatus. ff. qui, & a quibus manumiſſ. vbi hęc habentur, videlicet. [Si priuatus coactꝰ a populo manumiſerit, quamuis voluntatem accommodauerit, tamen nõ erit liber. Nam & Diuus Marcus prohibuit ex acclamatione populi manumittere.] hæc ibi, inter alia. Idem probatur per argumen. in l. venditor fundi, §. ſi cõnſtat. ff. communia prædiorũ. &c. vbi hæc habentur, videlicet. [Si conſtat in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te, nec priuato, nec publico nomine quiſquam lapides cędere poteſt, cui id faciendi ius non eſt: niſi talis conſuetudo in illis lapidicinis conſiſtat, vt ſi quis voluerit ex his cędere, non aliàs id faciat, niſi prius ſolitum pro hoc ſalarium domino præſtet. Ita tamen lapides cędere debet poſtquam ſatisfecit domino: vt neq; vſus neceſſãrij lapidis intercludatur, neque commoditas rei iure dominio adimatur.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. quotiens. l. vniuerſa. l. nec dãnoſa. & in l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offer. Nam in d. l. quoties. hæc habẽtur, videlicet. [Quoties reſcripto noſtro moratoria præſcriptio remittitur, aditus ſupplicandi panditur. Quod autem totius negotij cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit, ſine graui partis aduerſæ diſpendio conuelli non poteſt, nec præſcriptionis igitur perẽptoriæ relaxatio petatur.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in d. l. vniuerſa. vbi hęc habentur, videlicet. [Vniuerſa reſcripta, quæ in debitorum cauſis ſuper præſtandis dilationibus promulgãtur non aliter

Digitized by Google

ter valeant, nisi fideiussio idonea super debiti solutione p̄beatur.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in d.l.nec damnosa fisco. Vbi hæc habẽtur, videlicet. [Nec damnosa fisco, nec iuri contracta postulare oportet.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in d.l. rescripta, vbi hæc habentur, videlicet. [Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicib. refutari præcipimus, nisi fortè sit aliquid quod non lædat alium, & prosit petenti, vel crimẽ supplicantibus indulgeat.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in l.fin.C.si contra ius, vel vtilit. public. vbi hæc habentur, videlicet. [omnes cuiuscunque maioris, vel minoris administrationis vniuersæ nostræ Reipublicæ monemus, vt nullũ rescriptum, nullã pragmaticam sanctionem, nullamque sacram annotationẽ, quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ aduersa esse videatur, in disceptatione cuiuslibet litigij patiantur proferri: sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas.] hæc ibi. Idem in c. in nostra. ext. de iniurijs (quẽ textum pro admodum solẽni ad hoc propositum induxit Cardinalis in consi. 86. incip. Dominus Nicolaus Marchio Estensis, (vt refert Felinus in loco infra statim citando,) vbi hæc habentur, videlicet. [In nostra, & fratrum nostrorum præsentia proposuistis; quòd olim ciues Brixienses pro restaurationibus damnorum illatorũ ad inuicẽ, quæ propter multas ciuiles discordias incurrerãt plurimum aggrauati: statutum æditum de non petendo, vel recipiendo in posterùm restaurationes huiusmodi, à communi generaliter approbarunt, & firmarunt etiam iuramento: Cùm igitur aliud sit damnorum restauratio, quàm satisfactio expensarum: & ideo in iuramento exhibito super damnorum ærticulo intelligi nõ debeat, quòd factum expensarum fuerit cõprehensum. Mandamus, quatenus iuramento non obstante prædicto, auctoritate nostra prouideas, quòd dictum commune pro bono concordię ad expensarum satisfactionem aliquid cõtribuat, iuxta tuæ discretionis arbitrium, à te sicut expedierit, moderandum.] Hęc statuit ibi Gregorius Nonus. Diximus probari præsentẽ conclusionem per arg. in dictis iuribus, & non per dicta iura: quoniam etsi explicitè, & secundum sonitum, ac corticem verborum non eliciatur veritas præsentis conclusionis, benè tamen secundum sententiam, ac mentem comprehensiuam ipsorum, cùm ex ipsis luce meridiana clariùs eliciatur, quòd vnusquisque Princeps, Vniuersitas, seu Respublica, ac singuli Iudices forenses supremi, & inferiores neminem poterit de iure priuare iure sibi acquisito legitimè super aliqua re: cùm eos oporteat iudicare secundum iura: & sint subditi & ipsi legibus: quod innuere nobis studuit Imperator in l.digna vox. C. de legibus, & constitu. vbi infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Digna vox est maiestate regnantis, legi-

legibus aſigatum ſe Principē profiteri. Adeo de auctoritate huius noſtra pendet auctoritas: & re uera maius imperio eſt ſubmittere legibus principatum; & oraculo præſentis edicti, quòd nobis licere non patimur, alijs indicamus.] hæc ibi. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate. Nam infraſcripti ſe ſubſcripſerunt apertiſſimè, & libentiſſimè, videlicet: Glo. in dictis iuribus: & Bar. ibidem, ſed ſpecialius & meliùs in prohemio, ff. l. omnem. nu. 5. verſic. ſed tu dic & meliùs. Innocētius Papa Quartus in c. quia plerique. nu. 5. verſ. ſed de hoc forte. extra de immu. Eccle. & rurſus idem Innocētius, Ioānes And. Antonius de Butrio, Henricus Boich, Panormitanus, Barbatius, Felinus, Decius, & omnes alij Doctores in c. quæ in Eccleſiarum. ext. de conſtitutionibus. & paſſim diuerſis in locis alij Doctores: Probatur & tertiò hac ratione præſens concluſio, videlicet. Cùm Iudex dictus ſit, quaſi ius dicens populo, ſiue quòd iure diſceptet: iure autem diſceptare, eſt iuſtè iudicare. Non eſt ergo Iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia, vt peroptimè docuit textus in c. forus. §. Iudex dictus. ext. de verbor. ſignif. Indè patentiſſimè ſequitur Iudicem non poſſe de iure iudicare contra iuſtitiam dictā in iure ſcripto, at in iure ſcripto (vt patuit per citata iura in probationem præſentis concluſionis) præcipitur omnibus indifferenter, vt abſtineant ab auferēdo ius legitimè acquiſitum tertio in aliqua re, & illud alteri trādere ſine cauſa rationabili. Indè ergo conſequēs fit, quòd veriſſima fuerit præſens noſtra concluſio. De materia autem iſtius concluſionis videas omnino, quæ diximus in deciſione ſecunda, fundamēto primo, & vltimo, & in deciſione quinta, nu. 7.

Secunda cōcluſio, Iudices, qui 3 †dictum Nobilem ſolo reſpectu dicti homicidij perpetrati ab ipſo, ipſum capitali ſententiæ ſubdiderunt, & bonis patrimonialibus proprioque ſolo, ac patria banno perpetuo priuauerunt, ipſa conferentes bona fratri ſuo, vltra peccatum mortale per eos incurſum, talem iniuſtiſſimam ſententiam fulminantes tenentur ad reſtitutionem vniuſcuiuſque damni (quod a die talis ſententiæ iniuſtè latæ contra tot, tantaque iura, & rationes in præcedentibus concluſionibus vtriuſq; queſtionis allatas) ipſi illati in bonis tēporalibus, & ad ſatisfactionem iniuriæ illatæ ex iniuſta condemnatione, ac inſimul iniurioſa quodammodo expulſione iniuſta à propria domo, & familia ab ipſos facta. Hæc cōcluſio probatur quadruplici medio. Primò enim iure Diuino, regiſtrato in lib. Exodi. c. 20. num. 15. & lib. Deuter. c. 5. nu. 19. dicente Domino. [Non furtum facies.] quod præceptum dicitur eſſe iuris Diuini & naturalis: eo quòd fundetur in præcepto naturæ, in quo habetur: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. iuxta Domini ſententiam (apud Matth. c. 7. verſic

sic. 12. dicentis [oĩa quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.] Probatur ergo primò p̃sens cõclusio præcepto illo Diuino. [Non furtum facies] eo, q̃ tali p̃cepto fuit tacitè, seu implicitè iussa nobis à Domino rei iniustè ablatæ à nobis restitutio: ac per consequens necessaria, imperata nobis satisfactio vniuscuiusque damni illati proximo nostro. Nec hoc alienum à ratione debet videri, imò maxima decoratum ratione. Nam qui rem alienam surripere prohibet, eam postmodum subreptam contra domini voluntatem non concessit, vt patet ad sensum: Nec inconuenit per præceptum negatiuum, interdum actum positiuum iuberi, quando ad obseruantiam p̃cepti negatiui est aliquis actus positiuus necessarius; cuius exẽplum clarum est in p̃cepto [Nõ occides,] quod cùm in se negatiuum sit, obligat tamẽ ad actum positiuum, sine quo proximum, aut nosmetipsos à morte liberare non possumus, qualis est actus quo proximum a morte iniuriosa (illi parata) defendimus; iuxta Domini præceptum apud Hyeremiam c. 21. versic. 12. dicentis. [Iudicate mane iudicium, & eruite † vi oppressum de manu calumniantis, nè fortè egrediatur, vt ignis, indignatio mea, & succendatur, & non sit, qui extinguat propter malitiã studiorum vestrorum: & sapiens Salomon nos docuit Prouer. c. 24. versic. 11. & 12. dicens [erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses: si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit: & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetq́ue homini iuxta opera: idem ergo dicitur de eo, qui cum possit, fame pereuntem non pascit: iuxta sententiam Diui Ambrosij, Canonizatam in c. pasce. dist. 86. dicentis. [Pasce fame esurientẽ: quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti. ex his ergo omnibus patet, quòd quamuis præceptum de non furando, negatiuum sit: cùm tamen finis talis præcepti sit neminem rebus suis iniustè priuare; & ille iniustè dicitur re sua priuari, à quo res sua iniustè quomodocunque aufertur, & alteri tribuitur. At cùm Iudices (de quibus sermo hìc habetur) iniustè priuauerint dictum Nobilem, ipsos transgressos fuisse ipsum Domini præceptum [Non furtum facies] comprobantur: tum quia hoc elicitur ex definitione furti: eò quòd furtum sit contrectatio rei alienæ inuito domino. quo præcepto omnis iniustitia, ac damnificatio iniusta proximis inferẽda prohibetur, & ipsius damno satisfactio seu restitutio mandatur, cũ restituere † nihil sit, quàm iterato aliquem statuere in possessionem, vel dominium rei suæ: nam restituere dicitur, in pristinum statum statuere. Quapropter in restitutione faciẽda † semper debet attendi æqualitas iustitiæ secundum compensationem rei ad rem: quod pertinet ad iustitiam commutatiuam.

Vnde

Vnde meritò diximus per præceptum [Non furtum facies] prohibitũ eſſe auferre rẽ alienã, & inſimul reſtituere iuſſum illud alicui, cui ſibi debetur. iuxta deciſionem Innocentij Tertij Canonizatã in c. ſępæ contingit. extra de reſtitu. ſpoliat. dicentis [Non multum intereſt, quo ad periculũ animæ, iniuſtè detinere, ac inuadere alienum.] Quapropter patuit per ſupradicta confirmari præſentem noſtram concluſionem iure Diuino, per illa verba [Non furtum facies.] Idem probatur per argu. in c. 21. verſ. 33. lib. Exodi. vbi hęc habentur, videlicet: [Si aperuerit ciſternam, & foderit, non operuerit eam, ceciderităque bos, aut aſinus in ea, reddet dominus ciſternæ prętium iumẽtorum, quod autem mortuum eſt, ipſius erit.] Diximus probari concluſionem pręſentem per argumentum in dicto iure Diuino, eò quòd adeſt locus hìc arguendi ab identitate rationis: cùm iccircò Dominus præceperit damni illati reſtitutionem: quia ſicut is, qui aperuit ciſternam &c. tenebitur præcepto Diuino ad reſtitutionẽ damni indè ſequuti: cum dediſſet efficacem cauſam iniuſtæ damnificationi proximi ſui: ſic ergo arguendo à ſimili, erit dicendum in caſu præſentis concluſionis: cùm Iudices talem ſententiam fulminantes, efficaciſſimam cauſam tot damnificationum (quas indebitè & contra formam iuris opus erit dicto Nobili vulneratori ſuſtinere) dederint. Idem probatur, eodem tamen modo, arguendi per infraſcriptas aliàs iuris Diuini auctoritates: probatur ergo idem per arg. in c. 21. verſ. 35. & 36. lib. Exodi. Dicente Domino [ſi bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit; ſi autem ſciebat, quòd bos cornupeta eſſet ab heri, & nudiùs tertius, & non cuſtodiuit eum dominus ſuus, reddet bouem pro boue.] hæc ibi. Idem probatur eadem auctoritate iuris Diuini in lib. Exodi. c. 22. verſic. 6. [ſi egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & aceruos comprehenderit frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum, qui ignem ſuccenderit.] Idẽ probatur & ſecundò iure Pontificio per argu. in c. fin. extra de iniurijs & dam. dato. vbi Greg. Nonus Papa his præciſis verbis confirmauit præſentem noſtram cõcluſionem, videlicet. [ſi culpa tua datum eſt damnum, vel iniuria irrogata, ſeu irrogantibus opem fortè tuliſti: aut hæc imperitia tua ſiue negligentia euenerunt: iure ſuper his ſatisfacere te oportet; nec ignorantia te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam (& paulò poſt ſubinfertur ibidẽ) 7 Qui occaſionem † dãni dat, damnum dediſſe videtur.] hæc ibi. Idẽ probatur p arg. in l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur [In lege Aquilia etiam culpa leuiſſima venit, quoties ſciente Domino ſeruus vulnerauerit, vel occiderit: Aquilia dominum teneri, non eſt dubium.] hęc ibi. Et quòd ipſi Iudices propter talem iniuſtam ſententiam teneantur ipſi Nobili taliter

Digiti

taliter condemnato ad restituendum omne damnum, & interesse, quod intulerũt ei ex dicta iniusta spoliatione bonorum proprio rum, & ex bannitione contra ipsum promulgata: probatur etiam alijs sententijs Iuris Diuini. & primò per illud Domini preceptum in lib. Leuitici, cap. 19. versic. 13. dicentis. [Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.] hec ibi, iuxta Diui Thomæ interpretationem nobis traditã in 2. 2. quæst. 62. articulo vltimo, dicentis, quòd sicut accipere rem
8 †alienam est peccatum contra iustitiam, ita etiam detinere eam: quia per hoc, quòd homo retinet rem alienam inuito Domino, impedit eum ab vsu rei suæ; & sic ei facit iniuriam, & ad restitutionem tenebitur. At qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, fictione iuris, vt in c. mulieres. extr. de sent. excommunicationis. Quaproter indè sequitur, quòd ipsi Iudices, qui assignantes per huiusmodi sententiã iniustam bona dicti Nobilis vulneratoris eius fratri, ipsum Nobilem proprijs bonis spoliauerunt, de iure dicendi sint detinere bona aliena inuito Domino: etsi in manibus dicti eius fratris, & ad restitutionem teneri, cũ dictum Diuinum preceptum negatiuum de non furando obliget semper, & ad semper, iuxta cõmunem Sacrorum Theologorum sententiam, licèt includat in se etiam affirmatiuum, iuxta Domini Nostri Iesu Christi sententiam, dicentis (apud Matthæũ. cap. 22.) [Reddite ergo quæ sunt Cęsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.] hæc ibi. quæ verba etsi secundum litteræ corticem videantur continere præceptum affirmatiuum. tamen, reuera, quoad eorum intrinsecam verborum naturam, continent præceptum negatiuum. cùm indè præceptum sit nobis non retinere bona aliena, seu alijs de iure debita. quod & per preceptum negatiuum, Nempè, [Non furtum facies] præcipitur, prout apertissimè quoque docuit Cęlestinus Papa Tertius. & habetur in c. graui. ext. de restitut. spoliat. his præcisis vtens verbis, videlicet. [Grauis ad nos quę rela. & infra. Mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis prædictum Archidiaconum, ablata præfati Monasterij fratribus cùm integritate restituere, damna plenariè resarcire, & de illatis iniurijs competenter satisfacere compellatis: prouisuri, vt non tantùm fructus à nouo & violento possessore perceptos, sed quos (si eis possidere fuisset licitum) possessores veteres percepissent, reddi faciatis eisdem.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. fructus. ff. de rei vendic. & in l. si nauis. §. generaliter. ff. de rei vendic. quarum legum tenores referremus in probationem sequentis quæstionis. Hoc ipsum adhùc clariùs probatur per tex. in c. sæpe cõtingit. extra de restitu. spoliat. vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Sæpe contingit, quòd spoliatus per spoliatorem, in alium re translata, dum aduersus possessorẽ non subuenitur

uenitur per restitutionis beneficium spoliato, commodo possessionis amisso propter difficultatem probationum iuris, proprietatis amittit effectum. Vnde non obstante iuris Ciuilis rigore, sancimus, vt si quis de cętero scienter rem talem receperit, cùm spoliatori quasi succedat in vitium, (eò quòd nõ multum interfit, quo ad periculum animæ, iniustè detinere, ac inuadere alienum) contra possessorem huiusmodi, spoliato per restitutionis beneficium succuratur.] hæc ibi. Vbi per glossam & communiter per Doctores. Idipsum probatur & tertiò Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doctores se subscripserunt præsenti nostræ conclusioni. & ex Sacris Theologis Sãctus Thomas in 2.2.quæst.62.articu. 7.in corp. quęst.& in resp.ad secundum, Caietan.in commentarijs ibidem in resp.ad secundum, Pet.à Pal.in 4. sent.dist.15.quæst.2.articulo 3.in principio, Dominicus à Soto in lib. 4. de iustitia & iure. quæstio. 1.artic. 4. cõl.9.Riccardus à Mediauilla in 4.sent.dist.15.articulo 5.quæst.4.in corp. quæst. Tartaretus in 4.sent.dist.15.quæst. 2. Nicolaus de Orbellis in 4.sent. dist. 15.quæst.2.Gabriel Biel in 4.sent. dist.15.quæst.2.dubio 2. & in eodem.4.dist.15. quæst. 11. conclusione 3. Adrianus Papa Sextus in lib.4.sent. seu de Sacramentis tit. de restitutione.folio 46.§.iam dicam pro responsione. Scotus in 4. sent.dist.15. quæst.2.articulo 4.§. de secundo ponuntur duo versus. Ioannes de Medina in suo Codice de rebus per vsurã acquisitis, quęst.4.titu.de vsura restituenda. in cap.incip.in quarto argumento priucipali.§.de cooperantibus autem cum vsurario. & in §. sequenti incip.Sequitur indè, quòd Iudices. Ioseph Anglesĩ suo opusculo inscripto. Flores Theologicarum quæstionum super 4. sent. in quæstione, Qui teneatur restituere, dubio 3. cõclusione prima. & ex Canonistis ĩfrascripti se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet. Innocentius in c. sicut dignum.extra de Homic. num.4. Ioannes Andr. in dicto c. si culpa tua. Ant.de Butr. Ioannes de Anania, & Panormitanus in dicto c.si culpa tua. Goffr. in summa, in tit. de iniurijs, & damno dato. Dominicus à Sancto Geminiano. in c. commissa.§. illum. de elect. in sexto, Felinus in c.1. col.14. vers. limitatur quintô. extra de constitu. Didacus Couarr. in capitulo sexto, secundæ partis. §. octauo. nu.12.vers. Quintò ex eadem opinione. Cardinalis Zabar. Petrus de Ancha. & Imo. in Clem. 1. de vsuris. Nauarrus in suo manuali capitulo decimoseptimo.nu.275. summopere enim animaduertendum erit, quòd etsi dicti Doctores expresè non loquantur in terminis præsentis nostrę conclusionis, tacitè bene loquuntur, cùm loquantur de restitutione faciendã damnorum alicui illatorum à cooperantibus in furtis, &c. & alijs damnis illatis proximis nostris. Quapropter patet eos eadem ratione loqui in casu prędentis conclusionis. Probatur & quar

tò

tò hac breui ratione, videlicet. Qui dat efficacem causam alicuius damni, tenetur de iure Diuino, illud restituere læso iniustè à se. At Iudices (de quibus est sermo) iniustè damnificauerunt dictum Nobilem ipsi iniustè priuãdo (quantum in ipsis fuit) propria vita, proprijs bonis, patria, & omnibus alijs commodis, quæ ex ipsorum fruitione in dies percepissет: ergo ad ipsorum bonorũ, atq; commodorum integram restitutionem de iure Diuino omnino tenebuntur. eò magis, quòd excusari nõ possint aliqua de causa, nec propter talium legum imperitiam, cùm vnusquisq; teneatur scire ea, quę sui muneris sunt: prout omnibus est inconfesso.

Quartæ quæstioni satisfiet vnica conclusione, quæ est. dictus Nobilis vulneratoris frater tuta conscientia recipere non potest bo-
9 na patrimonialia, † quæ debentur (ratione hæreditatis paternę) dicto fratri vulneratori pro sua rata: quamuis fuerint illa sibi assignata à supradictis Iudicibus virtute supradictorum statutorũ Reipublicæ Ragusinæ: cùm nullo iure (respectu dicti homicidij) dictus vulnerator veniat ipsi bonis priuandus à dictis Iudicibus, ac per consequens, si illa reciperet de manu eorũ, vel virtute seu auctoritate talis assignationis, mortaliter peccaret cooperans peccato ipsorum, & ad ipsa restituenda vnà cum omnibus fructibus perceptis, & ijs, quos frater eius potuisset legitimè recipere ex dictis bonis teneretur: cùm comprobetur dictus frater vulneratoris possessor malæfidei, si virtute dictæ sententiæ iniustæ sibi notæ possedisset dicta bona non animo illa restituendi suo fratri cum omnibus eorum fructibus, tanquam pius fratris sui negotiorum gestor. Hæc conclusio probatur quadruplici medio. Primò iure Diuino citato in conclusione secunda prędecentibus quęstionis. imò & omnibus iuribus ac Doctorum sententijs ibi allatis: cùm hic talis frater alias cooperaretur dictis Iudicibus in exequutione dictæ sententiæ iniustæ, & in damno iniustè inferendo dicto Nobili vulneratori, cum eadem ratio militet in ipso fratre, quę in Iudicibus ipsis, vt expressè dicti Doctores ibidem docuerũt eo, quòd omnes isti damnificent dictũ nobilem vulneratorem ipsum iniustè priuando bonis suis patrimonialibus, prout infrascripta iura innuerunt, scilicet in c. error, c. quod enim dist. 8. Nam in d. c. error. hæc habentur, videlicet. [Error, cui nõ resistitur, approbatur: & veritas cum minimè defenso-
10 tur opprimitur, negligere † quippè cum possis de turbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.] hæc ibi. & in dicto c. quid enim. hæc habentur, videlicet. [Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstant errãti.] hæc ibi, & vt docuit Apostolus Paulus Rom. c. 1. verfic. fin. post multa enumerata scelera, concludit dicens. [Qui talia.

talia agunt digni ſunt morte, & non tantùm ipſi, ſed & qui conſentiunt facientibus.] cuius ſententia Canonizata reperitur in decreto Nicolai Papæ, & habetur in c. notum ſit. in fi. 2. q. 1. & quòd dicta aſſignatio, ſeu collatio bonorum dicti Nobilis vulneratoris facta in dictis Iudicib. in perſonam dicti Domini Michaelis fratis ſui, nullum de iure debeat fortiri effectum. probatur per argum. in cap. ea, quæ de reg iur. in ſexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Ea, quæ fiunt à Iudice, ſi ad eius non ſpectant officium
11 † viribus non ſubſiſtunt.] hæc ibi. Diximus noſtram concluſionem probari per arg. in d. cap. ea, quæ: quoniam etſi explicitè in ipſo nó contineantur verba noſtræ cõclu ſionis, quo ad corticem ipſorum, bene tamen quo ad ſententiam, & mentem, cum indè eliciatur, q̃ dicta aſſignatio bonorum dicti nobilis vulneratoris facta dicto domino eius fratri, ſit nullius virtutis, eo quòd ad dictorum iudicum officium non ſpectaret, ſententias iniuſtas fulminando, quẽquam priuare bonis proprijs priuatis, vt fuit probatum in concluſione prima præced. quæſtionis. Idem probatur per argum. in c. nemo poteſt. de regu. iur. in ſexto. vbi hęc habentur, videlicet. [Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur.] hęc ibi. Dixim⁹ probari præſentem concluſionem per arg. in d. c. nemo poteſt. quoniã, etſi explicitè illa nõ probetur, benè tamen ſecundum mentem ipſius Canonis, eo quòd indè elicia tur, quòd is, qui nõ habet aliquod ius in bonis aliquibus, ueque alteri dare poterit ius in illis, iuxta illud axioma vulgatiſſimum; Nemo dat, quod non habet. Cum ergo per hucuſq; allata fuerit probatum abundè ſatis, & ſæpius, q̃ Iudices nullo iure, nullaque ratione poterant dictum nobilem homicidam priuare bonis ſuis, & ipſa bona alteri conferre propter tale homicidium perpetratum:
12 Indè ſequitur apertiſſimè, † quòd nec collatio illorum ab ipſis Iudicibus domino Michaeli fratri dicti homicidę facta eſt alicuius virtutis, aut iuris, ac per conſequens, quòd dictus Dominus Michael tuta conſcientia illa retinere minime poſſet, ſed quòd omnino ad illorum reſtitutionem faciendam dicto Nobili homicidę ſuo fratri quamprimum teneatur reſtituere, ne & ipſe particeps cooperator, ac exequutor iniuſtiſſimę ſententię latę contra dictum Nobilem fratrem ſuum ſit, cùm hoc ſibi præcipiatur a Sancta Eccleſia dante implicitè, dicto Nobili homicidæ iniuſtè ſpoliato per dictos Iudices bonis ſuis, facultatem repetendi dicta bona ſua à dicto Domino Michaele fratre ſuo, vt habetur per tex. in c. ſæpe contingit. extra de reſtitutione ſpoliat. vbi hæc habentur, videlicet. Sæpe contingit, quòd ſpoliatus per ſpoliatorem in alium re tranſlata, dum aduerſus poſſeſſorem non ſubuenitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſſionis ammiſſo propter

pter difficultatem probationū iu ris, proprietatis ammittit effectum. Vnde non obstante iuris ciuilis rigore, sancim⁹, vt si quis de cętero scienter rem talem recepe rit, cum spoliatori quasi succedat in vitium (eo, ꝙ non multū interfit, quoad periculum animæ, iniuste detinere, ac inuadere alienū) cōtra possessorem huiusmodi spoliato per restitutionis beneficiū, succurratur.] hæc ibi. Idem probatur per text. in c. grauis. ext. de restitutione spoliat. cuius tenor verborum fuit relatus in probationem secundæ conclusionis prę cedentis quæstionis. Idem probatur per text. in l. fructus. ff. de rei vendi. in qua habetur, ꝙ [Malæ
13 fidei possessor † non tantum tenetur ad restitutionem rei per malam fidem possessam, verum etiā ad eius fructus, qui honestè percipi potuerunt per possessorem.] hæc ibi. Idem in l. si nauis. §. generaliter. ff. de rei vendi. vbi dicitur [Generaliter autem cum fructibus ęstimandis quæritur, constat animaduerti non debere, an malæ fidei possessor fruitus sit, sed an petitor frui potuerit.] hæc ibi. Idem probatur per textum in l. domum. C. de rei vendi. vbi hæc habentur, videlicet. [Domum, quam ex matris successione ad te pertinere, & ab aduersa parte iniuria occupatum esse ostēdis, præses Prouinciæ cum pensionibus, quas percepit, aut percipere poterat, & omni causa damni dati restitui iubebit.] hæc ibi. Probatur & secundò auctoritate omniū Doctorum super dictis iuribus, vltra Doctores citatos in probationem secundæ conclusionis prę cedentis quæstionis.

Quintæ quæstioni satisfaciemus vnica conclusione. Dominus Michael frater dicti Nobilis homicidæ nullo iure, nullaq; ratione poterit obligari ad soluendas
14 solitas pensiones † (quas solitus erat soluere frater ipsius pro rata suę portionis hæreditariæ, ac bonorum paternorum,) ratione dictæ assignationis illorum bonorum sibi factæ a Iudicibus, seu ab ipsamet Republica ratione dicti homicidij perpetrati a dicto Nobili homicida suo fratre: cùm indè de iure nullum commodum sentire possit, eo quòd frater eius de iure priuari non poterat, nec sit pro tali causa priuatus, ac per hoc, nec ipse Dominus Michael poterit ipsa bona possidere, quoniam aliàs odio fratris sui ipse iniustè puniretur in bonis, quod quàm sit iniustum, facillimè comprobabitur infrascriptis iuribus. Nam nostra prędens conclusio elicitur ex text. in c. qui sentit. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Qui sentit onus, debet sentire commodum, & è contra.] At dictus Dominus Michael de iure commodum bonorum portionis fratris sui supradicti sentire nō poterit, ergo nec & onus soluendi pensionem Reipublicę ratione dictorum bonorū. Idem probatur per textum, in capitulo imputari, de regulis iuris in sexto, vbi dicitur. [Imputari non debet ei per quem non stat, si nō faciat quod per eū fue-

rat faciendum.] Nam per dictum Dñm Michaelẽ non stat quin dicta sententia habeat locum, eo q̃ dominio dictorum bonorum sui fratris assignato obstant duo, s. iniustitia sententiæ, & q̃ dictorum bonorũ maior pars sit in Italia, & de iure, & de facto dictus suus frater ipsis fruatur, & non ipse Dominus Michael; cum facile sit asserere, sint illa tua accipe per te, & hmõi verba proferre. Nam & eodẽ modo poterit & ipse Michael dicere Reipublicę, sint illa tua, accede ad illa accipiẽda per te, renuncio tibi effectum huiusmodi iniquę sententiæ: & q̃ ipse Dñs Michael nõ possit de iure grauari odio fratris sui ad soluendas huiusmodi pẽsiones: Probabitur per infrascripta iura, & Doctorũ sententias, vltra hucusq; allata iura. text. est enim in cap. non debet. & cap. sine culpa. de regu. iur. in sexto. Nam in d. cap. non debet. hæc habentur, videlicet: [Non
17 debet aliquis alterius odio † prę- grauari.] hæc ibi. & in dicto capit. sine culpa. hæc habentur, videlicet, [Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniẽdus.] hęc ibi. Ex quibus patet dictum Dñm Michaelem non esse grauandum, ac puniendũ ad p̃dicta solutionis pœna, cum ipse nõ fuerit in culpa perperrati homicidij, nec ipse aliquid fecerit quomin9 solutio fiat a suo fratre, vel assignata sibi bona illius postularet, vt supra fuit probatum. Idem prorsus eodem modo arguẽdo probatur per tex. in l. vnica, C. vt null9 ex vicaneis, pro alienis vicaneorum debitis teneatur. lib. 11. vbi hæc habentur, videlicet, [Graue est, non solũ legib. verum etiã æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios molestari: iccirco hmõi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.] hæc ibi. Idẽ probatur in c. quæsiuit. in fi. ext. de his, quæ fiũt a maiori par. Cap. vbi hęc habentur a Cęlestino Papa Tertio, videlicet: [Cùm peccata suos auctores tenere debeant, nec pœna sit vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum.] hæc ibi. Idem habetur in l. sancimus. C. de pęnis. vbi hęc habentur, videlicet. [Sancimus ibi esse pœnam, vbi noxa est propinquos notos familiares procul à calumnia submouemus, quos reos sceleris societas nõ facit: nec enim affinitas, vel amicitia nefariũ crimen admittũt. Peccata igitur suos teneant auctores, nec vlterius progrediatur metus (i. pœna, vt dicunt ibidem Doct. & glo. in vers. metus) q̃ reperiatur delictum, & hoc singulis quibusque Iudicibus intimetur.] Idem probatur in l. si hæredis seruus. §. si vnus, ff. de legat. 1. vbi hæc habentur, videlicet. [Si vnus ex hæredibus seruum legatum occidisset, omnino mihi non placet cohęredem teneri, cuius culpa factum est.] hæc ibi. Qua quidem l. per optimè, & apertissimè comprobatur veritas nostræ conclusionis, cũ ex dicta lege habeatur, q̃ cohęres non debeat puniri in bonis propter crimen alterius cohęredis, & cum dictus Nobilis homicida sit hæres.

hæres patris bonorum, & cohæ-
16 res † fratris sui. Indè patuit per dictam legē dictū Dñm Michaelem non grauandum, seu puniendum fore in bonis ratione dicti homicidij perpetrati a fratre suo cohærede. Idem docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Glosæ in dictis iuribus. Bart. in l. sancimus. dicens, quòd dicta lex facit ad statuta Florentinæ Ciuitatis, quę dicunt, q̄ consortes de domo teneantur pro crimine commisso ab vno de domo, quasi diceret ipsum statutum esse iniustū, cùm nemo debeat puniri pro peccato alieno, quod & apertius docuit postea in d. §. si vnus. his verbis vtēs, videlicet. Nota, quando obliga-
17 tio † habet originem ex persona hæredis, vnus nō tenetur ex facto alterius. vt in l. fin. ff. ad Syll. secus si ex persona defuncti. vt in l. 2. in fi. & l. eadē. §. Catho. ff. de verbor. obligat. Idem docuerunt omnes Doctores in dictis iuribus, & idē peroptimè docuit Hyppolitus de Marsilijs in suo singulari 602. incipien. Ex delicto per aliquem. dicens, quòd vigore dictæ regulæ si aliquis haberet plures filios, & filios infantes, & deberet sibi abscindi manus, quòd hoc casu, ne dicti filij fame pereant, talis debebit relegari, aut alia pœna mi-
18 tigari, † ne præiudicetur filijs: ita singulariter dixit Paris de Puteo in suo tract. de sindicatu. in charta 73. in vltima colum. versic. & ideo dixi, &c. vbi refert se ita consuluisse in facti contingentia. & allegat in argumentum, quæ habentur in l. 1. ff. solut. matrimon. & in l. ad bestias. ff. de pœnis. & addit dictus Hyppolitus, tenendum hoc menti fore, quia quotidie euenire potest in facto, qui Hyppolitus idem docens in suo singulari 551. incipien. Pœna debet tenere suos auctores. Addēs, quòd statutum, quod est Bononię volens, quòd si vnus rusticus non est soluendo debitum suum, exigatur ab alijs rusticis villæ, non valet. ita notanter Bart. in l. legatorum. ff. de legat. 2. Idem docuit Iason in l. si quis suum. §. legis autem. C. de inofficioso testamento. Ad quod allegat Ioan. de Imo. in dicto §. legis autem. Idem docuit & tertiò Hyppolitus de Marsilijs in suo singulari 391. incip.
19 Pœna debet tenere. † qui tale documentum tradidit ibidem, dicens, si ex forma statu. Ministrales Capellarum debent denunciare maleficia, etsi aliquis ministralis idiota, qui nesciat scribere vadat ad Notarium, & faciat, quòd ipse Notarius scribat denunciam, & ille notarius scribens errat in nomine delinquentis, vel in alio, q̄ hoc casu Iudex coram quo fuerit producta talis denunciatio, non poterit punire talem ministralē, cùm ipse non deliquerit in aliquo: ita notanter dixit Baldus in l. secunda, C. de errore aduocat. tene menti: quia alias vidi hoc in contingentia facti in hac Ciuitate Bononiæ, & nisi ostendissem dictū Baldi, ille ministralis fuisset condemnatus, licet esset innocens. hæc ille. Idem Iulius Clarus do-

docuit in sua praxi crimin. quæstione 86. §. vltimo, quod & probat multis alijs recensitis Doctorum sententijs. Ex his ergo omnibus patuit dictum Dominum Michaelem nullo iure, nulla ratione, nulloque pacto fore astringendum ad soluendam annuam pensionem dictæ Reipublicæ Ragusinæ pro rata portionis bonorum (quæ assignanda fuissent dicto Domino Marino ratione patrimonij sui) tum quia ex illis bonis nullum sentiat commodum, hoc prohibentibus supradictis iuribus, quibus fuit probatum ipsum iniustè fuisse priuatum dictis bonis patrimonialibus, cùm etiã id prohibeat sibi facti contingentia, cùm dictus Nobilis frater ipsius in Italia illis fruatur.

Sextæ quæstioni satisfaciemus Deo dante vnica conclusione. Et vnica conclusio sit hæc. Nobilis homicida † (de quo est sermo in præsentiarum) tuta conscientia poterit denegare Reipublicæ Ragusinæ solutionem pensionis annuæ fructuũ, seu reddituum suorum, tam illorum, quos de iure in dominio Ragusino percipit, seu perceperat ante tale homicidiũ perpetratum, quàm quos percipit extra illud, cum non tantum nullum percipiat commodum ab ipsa Republica, at potius grauissimum detrimentum atque iniuriam sustinuerit, & adhuc sustineat ex iniusta contra se fulminata sententia, & pro viribus executioni mandata contra tot iura superius citata, cùm ad dicta onera sustinenda non teneatur, nisi quatenus ciuis ipsius Ragusinæ Ciuitatis ex qua nihilominus fuit expulsus banno mediante, & mortis iniustissimæ sententiæ addictus, ac per consequens ab ipsa Ciuitate habeatur pro mortuo. Nec huic conclusioni poterit obsistere, quòd multi nobiles Ragusini, etsi incolatum faciant extra dominium Ragusinum, tamẽ contribuunt huiusmodi pensionibus etiam ratione reddituum, quos habent, ac percipiunt extra dictum dominium, iuxta statutum dictæ Reipublicę Ragusinæ: quoniam ipsi non fuerunt expulsi, & priuati commodis, quibus nobiles Ragusini morantes in Ciuitate fruuntur, sicut ipse Nobilis, qui inuitus, & iniustè fuit bannitus a dicta Ciuitate, & priuatus bonis suis, quod quidem cessit in ipsius maximum incommodum, detrimentum, ac contumeliam, cum iniuriosum sit Nobili exulare a patria tanquam infestus Reipublicæ. Vnde merito dicta Ciuitas meretur priuari commodo solutionis dictæ pensionis, donec resipiscens illi annuat tutum ingressum in Ciuitatem, & satisfaciat arbitrio boni viri de huiusmodi iniurijs, & damnis iniustè sibi illatis. Quapropter indè sequitur quoque ipsi Domino Nobili homicidæ tuta conscientia licere non solum deinceps non soluere dictam annuam pensionem redimendo tali pacto vexationem sibi iniustè illatam, verũ potius (si posset sine scandalo) liceret.

liceret sibi de bonis ipsius Reipublicæ satisfacere sibi de damnis, quæ forsan hùcusque sentijt ex tali iniusta sententia: Et quòd vera sit præsens conclusio, probabitur quàm facillimè per infrascripta iura, & Doctorum sententias. & primò circa id, quod diximus, quòd cùm dictus Nobilis nullum sentiat commodum ipsius ciuitatis, quod nixa fuit impugnare, ac sibi iniustè denegare dicta ciuitas, ac per consequens quod non mereatur commodum sentire solutionis prædictę annuæ pensionis. Probatur per text. apertissimum in c. ex eo. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Ex eo non debet quis
21 fructum † consequi, quod nixus fuit impugnare.] hęc ibi, & quòd tuta conscientia possit frui suis bonis patrimonialib. dictus Nobilis, non obstante tali sententia: probatur per text. in c. nō præstat. de regulis iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Non præ-
21 stat † impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.] hæc ibi. & quòd de iure dicta sententia non sortiatur effectum iam fuit probatum per allata in quæst. 3. conclusione prima, vbi probauimus Principes, Rēpublicam, ac Iudices quoscunq; non posse aliquē sine causa priuare bonis suis priuatis: & quòd dicta sententia fuerit fulminata sine causa, iam fuit superiùs probatum, cùm ibi quamplurimis iuribus, ac Doctorum sententijs demonstrauerimus ipsam fuisse iniustam: si ergo iniusta fuit dicta sententia. indè sequitur, quòd sine causa rationali fuerit fulminata. Idem probatur per text. in c. qui sentit. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet: [Qui sentit onus, sentire debet cōmodum, & è cōtra.] hæc ibi. At cùm dictus Nobilis sentiat iniustè grauissimum onus sibi resultans ex priuatione societatis amicorum, consanguineorum, & quàmplurimorum cōmodorum, quæ sentiebat habitandō Ragusij: meritò sentiet cōmodum nō soluendi dictam pensionē dictæ Reipublicæ: Et quòd dicta sententia de iure non priuauerit ipsum Nobilem bonis suis, probatur per tex. in cap. quæ contra. de regu. iur. in sexto, vbi habentur, videlicet. [Quæ contra ius fiunt, debent vtiq; pro in-
23 fectis † haberi.] At cum dicta sententia fuerit contra tot iura promulgata. inde sequitur, quòd sicut ante ipsam ipse Nobilis potuisset suis bonis frui, sic & post ipsam: vt etiam docuit text. in l. non dubium. C. de legibus. vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Ea, quę lege fieri prohibentur, si fuerint facta non solū inutilia, sed pro infectis ēt habentur.] hęc ibi. Et notandum, q̄ Doctores in dictis iuribus idem fatentur etsi nō loquantur specialiter de casu præsentis conclusionis, sed generaliter de omnibus similibus casibus, quo ad verò illud vltimum, quòd dixi, quòd dictus Nobilis homicida posset tuta conscientia (dummodo desit scandalum) sa-
24 tisfacere † sibi de bonis ipsius Reipublicæ pro damnis incursis

ratione dictæ sententiæ iniustè cõtra se latę, & exequutioni mandatæ: si via iuris, & nullo pacto potuerit consequi illam satisfactionem à dicta Republica: probatur, quàm apertissimè Doctorum infrascriptorum auctoritate. Nam Ioannes de Medina hoc docuit in Codice de rebus restituendis. quæstio. 3. cap. incip. quinta causa est. vers. respondetur in casu. Cardinalis Caietanus in Commentarijs 2.2.q.66. articulo 5. in vers. in responsione ad tertium, & sequenti. versic. ad hoc. Petrus à Pal. in 4. sent. dist. 15. q. 2. articulo 2. conclusione 5. in versic. quando. tñ probabiliter credit. & omnes Sacri Theologi passim, in quartò sententiarum. Innocentius in c. olim. el primò, col. fin. vers. item plus dicimus. ext. de restitu. spoliat. Abbas, & Ioannes And. in c. 1. extra de dolo, & contumacia. Felinus in c. 2. col. fi. ext. de sponsal. & quàm plurimi alij Doctores, quos refert & sequitur Anto. Gabriel in lib. conclusionum. tit. de acquirenda, vel amittenda possessione, cõclusione 1. nu. 107. limitatione vigesimanona. incip. vigesimononò limita. dicens hoc ipsum docuisse etiam Signor. Homod. in consi. 75. Odofred. in l. si quis in tãtam. C. vnde vi. Alexan. in Apostilla ad Bart. in dicta l. si quis in tantam. Ruin. in consi. 43. col. 5. vol. 4. &, quòd hic Nobilis homicida (de quo hic fit sermo) via iuris nullo pacto poterit consequi satisfactionem damni per pelli ex dicta sententia, à dicta Republica Ragusina omnibus cuibus est ibi notorium: & quòd etiam sibi debeatur etiam satisfactio iniuriarum, quas sibi irrogauit ipsa Respublica per talem iniustam sententiam, docuit text. in c. grauis. extra de restitu. spoliat. vbi hæc habentur, videlicet. [Grauis ad nos quærela, & infra: Mandamus quatenus si vobis cõstiterit de præmissis prædictum Archidiaconum ablata prænominati Monasterij fratribus cum integritate restituere, damna plenariè resarcire. & de illatis iniurijs competenter satisfacere compellatis, prouisuri, vt non tantùm fructus à nouo & violento possessore perceptos, sed quos, si eis possidere fuisset licitum; possessores veteres percepissent, reddi faciatis eisdem.] hæc ibi. ex quibus patuit veritas præsentis nostræ conclusionis.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli, Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Legati dispositio ad pias causas, etiã si esset captatoria, esset valida.*

2 *Committens extremam voluntatem in dispositionem alterius, non videtur decedere intestatus.*

3 *Facultas alicui indulta de aliquid disponendo, prout sibi videbitur, quomodo erit interpretanda.*

4 *Episcopus executor testamentorum, circa legata ad pias causas efficitur, negligentibus executoribus testamentarys.*

5 *Le-*

by Google

5 *Legatum non acceptatum a legatario, licet regulariter fiat caducum, tamen si fuisset factum ad pias causas ipsum non deficiet.*

6 *Episcopi debent consentire executioni legati pij faciendæ per hæredes, & executores testamentarios. & quare.*

7 *Episcopus præferre debet Consilium consanguineorum testatoris testamentarijs executoribus discordantibus.*

8 *Episcopi quando possint commutare vltimas voluntates testatorum secundum Concilium Tridentinum.*

De executione relictorum in testamentis qualiter, & per quos facienda sit.

THEMA.

Quidam testator in suo vltimo codicillo facto post vltimum suum testamentum, constituens executores tam sui testamenti, quàm codicillorum his precisis verbis vsus fuit, videlicet. [Item fecit, & constituit sui testamenti, & codicillorum commissarios, & exequutores, videlicet Illustrissimum Episcopum Aquensem, Illustrem Dominũ Bartholomeum Beccariam Baronem loci Morbelli, necnon Magnificum Dominum Iurisconsultum Dionysium Scassum Aquensem, eos supplicando, cum omni instantia, ad acceptandum, quibus dedit, & concessit licentiam exequendi quæcunque per eum dispositа, eaque augendi, & diminuendi, prout ipsis videbitur, & hanc asseruit, & asserit esse suam vltimam voluntatem, quam valere voluit iure codicillorum: quod si non valeret iure codicillorum, voluit & mandauit, quòd valeat iure donationis causa mortis, seu cuiuslibet alterius suæ vltimæ voluntatis; & aliàs omni meliori modo, &c. In quo supradicto suo testamento his præcisis verbis alijs vsus fuit, videlicet. [In omnibus autem alijs bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, rationibus, & actionibus, amore Dei, & in remissionem meorum peccatorum pro quarta parte totius meæ hæreditatis hæredem mihi instituo congregationem Clericorum Sancti Pauli Decollati, cum onere tamen quòd intra sex menses proximè futuros post mortem meam erigere debeat Collegium in hac Ciuitate, & ibi exercere opera Sacræ Eucharistiæ confessionũ, concionum, lectionum Sacræ Theologiæ, & casuum conscientiæ, prout facere solet in alijs suis Collegijs: & ea recusante, vel non acceptante, instituo eius loco Congregationem Iesuitarum cum eodem onere granando vlterius dictam Congregationem ad dandum singulo anno in perpetuum Reuerendo Archipresbitero huius Ciuitatis scuta viginti-quinque, &c. At quoniam dicti Reuerendi legatarij noluerũt accepta-

Digitized by Google

re legatum ſibi oblatum ab executoribus ſupradicti teſtamenti. Duo ex dictis tribus executoribus, vnà cum hærede dicti Domini teſtatoris virtute poteſtatis ſibi a teſtatore traditæ volentes(quantum in ipſis fuiſſet)adimplere tacitam voluntatem teſtatoris (qui vtique ſi excogitaſſet dictas Religiones noluiſſe annuere dicto eius legato) expreſſam dediſſet facultatem ipſis executoribus vocandi alias Religiones ad idē legatum:quod & elicitur ex illis verbis ſupra recenſitis ipſius teſtatoris,dicentis.[Quibus dedit,& conceſſit licentiam exequendi quæcunque per eum diſpoſita,eaque augendi,& diminuendi,prout ipſis videbitur.]hæc ibi. Ex quibus apertiſſimè elicitur ipſis dominis executoribus fuiſſe indultam facultatem vocandi alios Religioſos ad acceptandum dictum legatum cum conditionibus a teſtatore ipſo requiſitis,ſi fieri poſſet. Qua fulti auctoritate ipſi domini executores vocauerunt Congregationem Caſſinenſem, quæ(ne iniuſtè eorum deuotioni erga ipſam)deeſſe videretur,acceptauit ſupradictum legatum, ac bona ſibi indè a dictis executoribus aſſignata.

Quæritur modò,an dicti Domini duo ex tribus executoribus de iure potuerint vocare ad legatum ſupradictum dictos Reuerendos Patres Caſſinenſes,non obſtante expreſſa contraria voluntate tertij executoris,qui eſt Epiſcopus dictæ Ciuitatis Aquenſis.

DECISIO XXXI.

INVOCATO Sanctiſſimę Trinitatis numine, Beatiſſimæque Virginis Mariæ, ac Sanctiſſimi noſtri Patriarchæ Benedicti auxilio, breuiſſimo ſermonis periodo perſtringendo, quæ afferenda videbuntur pro deciſione præſentis quæſtionis, ipſam abſoluemus, dicendo quòd dicti duo Domini executores,ex illis tribus,iure optimo poterant vocare dictam Reuerendam Congregationem Caſſinenſem ad dictum legatum, & ſibi illius bona aſſignare, etiam refragante Illuſtriſſimo Epiſcopo Aquēſe tertio executore: cùm ipſi Domini faciant maiorem partem executorum,ad quam ſpectat de iure exequi mentem teſtatoris, etiam refragante minori parte ipſorum. vulgaribus inribus. & hanc noſtram ſententiam verißimam de iure fore probabimus vnico, & reali fundamento ſequenti.

Vnicum ergo fundamētum ſit hoc.Dicimus enim,aut hoc legatum cum ſupradictis conditionibus factum nullum fuit de iure, aut validum.Si primò(etſi hoc aſſeratur eſſe falſum, prout paulò poſt probabitur.) Indè ſequeretur, quòd

by Google

quòd hæres non teneretur ad assignandam alicui dictam quartã partem hæreditatis legatam a testatore ad construendum Monasterium in dicta Ciuitate, ac per consequens nec ad illam assignandam alicui ex executoribus, inter quos est Illustrissimus Episcopus Aquensis, vt patet ad sensum, tum quia dispositio legati nõ fuit posita in voluntate hæredis, sed executorum adimpleta cõditione posita in legato, cum etiam, quia videbatur expirasse conditionem positam in legato a testatore, stante repudiatione legati facta per dictas Religiones: quod vtique asserere esset absurdum, cùm dictus Dominus testator, sine sua culpa priuaretur executione suæ verisimilis voluntatis, & tot suffragiorum cõmodo, quod assequeretur, si executioni mandaretur eo modo quo posset dictum eius pium legatum, & ideo meritò dicendum erit ipsum legatum esse validum, prout docuit apertissimus textus in l. 1. ff. de legat. 2. iũcto textu in l. Senatusconsultus, §. legatum. & ibi per glos. & Doctores, & specialiter p Aret. in l. si duo rei. col. 2. circa principium. ff. de verbor. obligat. vbi & Iason. col. 2. nu. 5. qui rursum idipsum latissimè disputando tenuit in l. captatorias. per totum. sed præcipuè, col. 4. nu. 12. C. de testament. milit. vbi concludit, q̃p hæc est magis cõmunis sententia Doctorum, etiam si esset dispositio captatoria (de qua fit sermo in d. l. captatorias,) ad pias cautas sit
3 † omnino valida, quod & ibi mul-
tipliciter probare nititur, etsi in fine videatur contrarium annuere de ipsa captatoria dispositione. Tamen in fauorem istius cõmunis sententiæ est apertissimus textus in c. cum tibi, ext. de testamentis. Vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Qui extremam voluntatem † in alterius dispositionem
2 committit, non videtur decedere intestatus.] hæc ibi. Si ergo huiusmodi legatum est validum, cum & hoc negari non possit. Indè sequitur omnino ipsum fore adimplendum, iuxta intentionem verisimilem legãtis. At quoniam in testamẽto suo ipse testator constituit ipsos Dominos executores tradendo illis expressam facultatem alterandi tam ipsum legatũ, quàm alia per ipsum testatorem dispositа, illa augẽdo, vel minuendo, prout ipsis Dominis visum fuisset, prout apertissimè ex verbis ipsius supra relatis apertissimè colligitur. Indè sequitur etiã ipsos duos executores virtute huiusmodi sibi indultæ facultatis, etiam ipsis refragante dicto Episcopo tertio executore, potuisse de iure vocare dictam Congregationem Casinensem, & nomine illius Reuerendos Abbatẽ, & Monachos Monasterij S. Catherinæ a Ianua eiusdem Cõgregationis ad dictũ legatũ acceptandũ: cũ indè appareat ipsos Dominos executores functos ĩ hoc fuisse iure ad se delato à dicto testatore: eo q̃p (vt diximus) hoc ipsum apertissimè colligat ex verbis in d. testamẽto insertis, videlicet. [Prout

ut ipsis videbitur] ac per consequens comprehenditur fuisse indultum facultatem disponendi de dicto legato, iuxta arbitrium boni viri: vt docuit text. in dicta l.1.ff.de legat.secundò, iuncta singulari.l.nulli licere.C. de Episcopis & clericis. & ibi per Bart. & Docto.& quòd tale arbitrium indultum sit moderãdum iuxta arbitrium boni viri: vltra dicta iura citata, adest & tex.in l.fideicommissaria libertas.la terza. ff.de fideicommiss.liber.& in l. Thais.§. forore sua.ff. de fideicommiss. liber.& ibi per Glo.& Docto. Cùm ergo ipsi Domini executores in exequendo piam voluntatem testatoris nullo pacto possint argui de negligentia: quoniam per ipsos non stetit, cùm statim intimauerint dictum Legatum dictis Reuerendis nominatis legatarijs,& fuerint prompti ad sibi assignandam dictam quartam legatã à supradicto testatore: eò magis, qp illis certioratis de tali legato sibi facto, illud acceptare renuẽtibus, illico ipsi Domini accuratissimi executores inquisierint aliam Religionem, quæ huiusmodi legatum vnà cum annexis oneribus acceptasset: quæ tamen oĩa multis de causis non statim cum sequuto effectu stipulationis acceptationis huiusmodi potuerunt executioni mandari, vt in similibus negotijs experientia quotidiana semper docuit. At cùm meritò causa aliqua rationabilis de iure assignari non possit, cur huiusmodi dispositio facta non spectauerit ad ipsos duos executores(vt aliqui insulsè prætendunt.) Cùm duobus, ex tribus exequutoribus, concordantibus, tertius à potestate exequendi excludatur, si contrarium senserit in exequendo, iuribus vulgaribus,& sic ipse Dominus Episcopus in hoc gerens personam executoris electi, & non Episcopi. Nam nec
4 Episcopus, vt Episcopus, † de iure aliquid poterit circa executionem legatorum, nisi in casu negligentiæ executorum: (quæ in casu nostro animaduerti non poterit) vt in c.nos quidem. & in c. tua nobis.& in c. Ioannes. ext. de testamentis. & ibi latissimè per Doctores. Ad hoc ipsum probandum accedit, quòd etsi regulari-
5 ter legatum relictum † per testamentum: non acceptatum à legatario efficiatur caducum: Tamen propter fauorem piæ causę ipsum non deficere docuit text.in l.cùm verò.§.si pro non scripto.ff. dę fideicommiss.liber. prout latissimè docuit Tiraquel.in tracta.de priuilegijs piæ causæ.priuilegio 38. fol.41. verùm cùm non agatur de cõuertendo legato in alium piũ vsum: quo casu requireretur auctoritas Summi Pontificis, vt latè cumulat idem Tiraquel. in dicto tracta. priuilegio. 135. Cùm ergo modò agatur de executioni mandando ipso legato eo meliori modo, quo poterit, iuxta amplam facultatem disponendi de ipso datam à testatore ipsis dominis executoribus. Inde consequẽs fit, quòd teneatur ipse Dominus Episcopus, vt executor tertius (& vt Episcopus) alacri animo con-

consentire † tam deuotæ dispositioni: ad quod facit quod docuit Tiraq. in d.tracta. priuileg.26. f. 35. vers. secundò, & est limitandum. vbi in terminis póderat agi de certo, & determinato vsu. & facit Marcus Mantua in consil. 171. vol.1. qui in nu. 9. inuehitur contra Episcopos, qui nituntur priuare hæredes priuilegijs: quia hoc pacto testatores à relictis tã pijs faciẽdis, de cętero facilè auocarentur: vt per eum.nu.10.quando maximè hæredes & executores isti (quantum in se fuit) semper voluntatem dicti testatoris fuerunt executi. & ibidem in nu. 11.& 12.idẽ auctor probat, quòd onus & cura pertineat ad executores deputatos ab ipso testatore: à cuius voluntate nullo pacto est discedendum: subdens, quòd Episcopus loci debeat dictæ voluntati acquiescere testantis. ad quod etiam facit Alexan. in consi.206.lib.6.qui & ipse prę-fert executores Reuerendissimis Episcopis, etsi executoribus extinctis, vel exequi negligentibus potestas huiusmodi deuoluatur ad Episcopos, vt supra diximus. Fortiùs ergo huiusmodi Doctrina locum habebit in casu nostro. Cùm prudens ipse testator inter executores primum nominauerit ipsum Episcopum Aquensem: & concurrat voluntas consanguineorum, & hæredum dicti testaris. Ad notata per Roman. in singul.533. qui tradidit, quòd Epi-
7 scopus † ciuitatis debet præferre consilium consanguineorum, executoribus testamenti discordãtibus, & sic dictus Eps Aquensis voluntatem dictorum testatoris consanguineorum voluntatem suæ (vt executor est) præferre debebit: Idipsũ docuerunt nonnulli alij Doctores citati in additione dicti singularis Romani. 533. Nec obstare de iure poterit præsenti nostræ decisioni, quòd Sacrum Concilium Tridentinum in sess.21.de reformatione cap.6.incip.in commutationibus. tradi-
8 derit facultatem Episcopis, † vt ipsi possint tanquam Sedis Apostolicæ delegati commutare dispositiones vltimarum volũtatum ex iusta, & necessaria causa, summariè, & extraiudicialiter de ipsa causa cognoscendo, si inuenerint fuisse sibi vera enarrata, ac rogata. Non enim hoc decretum obstare poterit: cùm non loquatur in casu nostro, vbi hæredes & maior pars executorum concordant, & ipsis executoribus fuit concessa amplissima facultas ab ipso testatore disponendi, & alterandi dispositа per ipsum: sed loquitur dictus text.Sacri Concilij Tridentini in casu, quo ipsis executoribus non fuisset assignata huiusmodi libera facultas, vel in alterando dispositа per testatorem ipse Episcopus fuisset rogatus ab executoribus vel hæredibus non habẽtibus huiusmodi facultatem à testatore: quòd deesse in casu nostro multis documentis fuit supra probatum.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Egò D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congreg.Cassinensis V.I.P. SV M-

by Google

SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in vno territorio, & iaculo percutiens exiſtentem in alio, a quo Iuaice erit puniendus.*
2 *Iuriſdictio requiritur ad aliquem puniendum.*
3 *Forum quis ſortitur ratione delicti, etiam inchoati, & quare.*
4 *Percutiens de loco exempto exiſtens in loco non exempto, a quo ſit puniendus.*
5 *Delictum vnũ plura territoria tangens, cuique tribuitur in ſolidum.*
6 *Iudex poteſt eſſe laicus, & Eccleſiaſticus in cauſa perſonæ miſerabilis.*
7 *Reo punito ab vno Iudice præcluditur via alteri eum pro eodem delicto puniendi, & nu. 11.*
8 *Deus non iudicat bis in idipſum.*
9 *Iudex principiati delicti præfertur in cognitione, & quare.*
10 *Delictum vnum plures perſonas tangens, ſicut vnicuique attribuitur in ſolidũ, ſic ſi plura territoria tãgat.*
12 *Delictum cęptum in vno territorio, & in alio executum a quo punietur.*
13 *Furans in vno territorio, repertus cũ furto in alio, an ibi puniri poſſit.*
14 *Dominij mutatione naſcitur noua actio furti ad pœnam applicandam parti.*
15 *Felini ſententia in materia puniendi delictum in vno loco cęptum, & in alio finitum, declaratur.*
16 *Homicidium vnde dicatur.*
17 *Statuti verba erunt ponderanda in infligendis pœnis.*
18 *Principium an finis, quando attendi debeat in delictis puniendis.*
19 *Exiſtens in Eccleſia ſi aliquid iaciẽs percutiat aliquem extra exiſtentẽ, an immunitatem Eccleſiæ gaudeat.*
20 *Homicida voluntarius non gaudebit hodie immunitatem Eccleſiæ.*
21 *Iaculans in vno territorio cõtra exiſtentem in alio, & non percutiens punietur a Iudice iaculationis.*
22 *Delinquens in confinio duorum dominorum, a quo veniat puniendus.*
23 *Arbor & lapis, qui per duos fundos extenditur, eſt vtriuſque.*

Delictis an, & quando attendatur principium, vel finis in pœnis infligendis.

THEMA.

Quidam exiſtens in quodam territorio Bononienſi percuſſit ſcoppo, vel alijs armis quendam exiſtentem in confinibus territorij Florentini.

Quæritur modò an hic talis poſſit puniri a Iudice ſolum dominij Bononienſis, & non a Iudice territorij Florentini, vel ab vtroque Iudice priuatiuè, ſecundum præuentionem, vel cumulatiuè, ſiue ab vtroque ſucceſſiuè.

D E C I-

Digitized by Google

DECISIO XXXII.

SANCTISSIMA & indiuidua Trinitas semper ab omnibus adoranda, in decisione istius quęstionis difficillimæ adiuua me seruum tuum. & illumina oculos cordis mei meritis Beatissimæ Virginis Marię, & Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti, vt litteris commendare quæam id, qd in cultū iustitię, & salutem animarum cędere possit.

Respondemus breuissimo sermonis periodo, mediantibus tribus conclusionib. propositæ quæstioni.

Prima quarū erit hęc. Quicunque exi-
1 stens † in vno Territorio, seu Dominio, vel loco exempto emittit sagittam, lanceam, scoppum, vel quodcunque aliud genus armorum, vt lædat aliquem existentem in alio Territorio, seu Dominio, vel loco non exempto: hic cùm offenderit non solùm forum Territorij, in quo ipse erat iacula emittens, verum etiam forum illius Territorij, in quo reperiebatur is, quem taliter iaculando offendit: iccirco dicemus, quòd ratione huiusmodi criminis dictus criminosus sortietur vtrumque forum, scilicet forum inchoati criminis, & forum consumati criminis. Quapropter vterque Iudex poterit ipsum punire: & datur locus præuentioni, cùm vtroq; loco deliquerit: quānis punitus ab altero eorū pro dicto crimine, non poterit amplius puniri à reliquo, nè bis veniat indicatus in idipsum. Etsi non eric de iure negandum, quòd ponderato initio criminis, fortior sit iurisdictio, quam habet in ipsius punitione Iudex loci, vbi inceptum fuit crimen. Quapropter si vterque Iudex concurrerit in eodem, tempore erit pręferendus
2 ille Iudex, † in cuius loco erat, dum sagittauit, vel emisit: Diximus, [quam habet in ipsius punitione Iudex loci, vbi inceptum fuit crimen.] quoniam ratione principij ipsius criminis exorti in suo territorio habet iurisdictionem, vt in simili docuit text. in l. si plures. in fine. ff. arbor. furtim cęsa, vbi hæc habentur, videlicet. [si radicibus vicini arbor aletur: tamen eius est, in cuius fundo origo eius fuerit.] hæc ibi. Hæc ergo conclusio sic declarata probatur triplici medio. Primò enim per arg. in c. fin. extra de foro compet. vbi Gregorius Papa Nonus declarauit, quòd quis sor
3 tiatur forum † ratione delicti. Diximus probari per arg. in dicto c. fin. quoniam etsi in ipso expresse non contineantur omnia verba præsentis conclusionis, benè tamen implicitè: eò quòd dixerit, q̄ quis sortiatur forum ratione delicti. At in casu proposito, etsi fuerit vnicus actus, cùm tamen retineat duplicem respectum ratione duplicis fori offensi, & ratione vniuscuiusque ipsius, s. inchoationis, & consumationis huiusmodi criminosus offenderit Iudices vtriusque territorij. Indè consequens fit, quòd nostra conclusio

clusio probetur dicto Canone. Idem probatur per arg. in c. 1. extra de præsump. vbi reperitur Canizata sententia Salomonis in lib. Prouerb. c. 26. nu. 18. & 19. his precisis verbis, videlicet. [Sicut noxius est, qui mittit lanceas, & sagittas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus, dicit, ludens feci.] hæc ibi. Diximus nostram conclusionem probari per arg. in dicto c. 1. quoniam etsi explicitè inibi non contineantur verba præsentis conclusionis quo ad corticem ipsorum: benè tamen quo ad eorum sententiam: cùm ex hoc, quòd emittit lanceam &c. dicatur nocens, vt in dicto c. 1. & sic nocuit quantum in se fuit in loco vbi erat tempore iaculationis: & hac ratione inibi poterit puniri. & ratio rationum est, quoniam inchoando maleficium tale, dedit potissimam causam mali, ei, quem postea tali iaculo percussit. Quaptopter meritò Iudex talis loci ex tali crimine incepto in suo territorio adeptus fuit iurisdictionem super ipsum: & Iudex territorij, in quo ipsum maleficium fuit consumatum. & ipse ratione delicti consumati acquisiuit iurisdictionem super ipsum criminosum, vt in dicto cap. fin. idem probatur per argu. eodem modo, in c. 1. extra de raptor. vbi hæc statuta habentur, videlicet. [De illis autem, qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas, & depredationes peragunt; placuit, vt ab illius loci Prælato excommunicentur: nec antè ex parrochia illa exeant, quam illicita quæ perpetrarunt, emendent, quorum excommunicatio proprio Episcopo significanda est, nè eos recipiat, antequam illuc redeant, vbi rapinā fecerint, & omnia plenè emendent.] hęc ibi. Probat & secundò præsens nostra conclusio Doctorum auctoritate: Nam infrascripti libentissimè se subscripserunt eidem conclusioni: Ioannes enim And. in c. 1. de priuilegijs. in sexto, vers. conuenit posſunt in loco exempto. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. De Monacho Monasterij exempti, qui stans † in loco exempto percussit lapide existentem extra locum exemptum: Disputatum fuit hic, quòd vtriusq; loci habita consideratione, vterq; sit Iudex, scilicet Abbas, & Ordinarius: cùm ponderato initio fortior sit causa primi, scilicet Iudicis exempti. allegabatur. l. si plures. in fine. ff. arbor. furtim cęsa. quem vide pleniùs in c. in obscuris. de regu. iur. in sexto, vbi ipsemet Ioannes And. vltra propositum exemplum proponit de aliquo existente in vno territorio, & iaculante sagittam, & ea percutiente quendam existentem in alio territorio, & post multa arguméta hinc inde allata, ibi his præcisis vsus fuit verbis, videlicet. Soluo. cùm quærimus de delicto ambo concordant, nè maleficia remaneant impunita: vtrumque esse Iudicem Prælatum exempti, vel Paduanum, respectu principij: & quia sub eo perfecit delictum quo ad se: ad quod allegatur c. 1. extr. de

4

præ-

præsumpt. ibi [Qui mittat] & q ibi notatur in glo. r. & Ordinariu loci, ideſt, Teruiſinum reſpectu finis & effectus. & ſic concedun tur quę pro qualibet partium ſunt inducta: ſicut ergo vnũ delictum plures perſonas tangens, vnicui que inſolidum attribuitur, vt in l. ita vulneratus. §. fi. ff. ad l. Aquil. & in l. vulgaris. §. ſi duo. ff. de fur-
5 tis. ſic vnum † delictum plura territoria tangens, cuique territorio attribuatur inſolidum. in- 9
ducitur. l. 1. C. vbi de crimine agi opor. prout ibi exponit glo. ſic etiam inſolidum Eccleſiaſticus &
6 ſecularis † ſunt Iudices miſerabi lis perſonæ: vt not. in c. 1. diſt. 77. & in c. 1. 12. q. 1. non tamen inter ligas (ſubdidit Io. And. vbi ſupra) vnumquemque Iudicẽ inſolidum
7 imponere pœnã poſſe: ſed reo † p alterũ punito, præcluditur alteri poteſtas puniendi: quia non indi-
8 cabit † Deus bis in idipſum, vt in c. Presbiter. diſt. 81. (& adde q hæc ſententia annotata reperitur in vigeſimoquinto Canone Apoſtolorum: etſi quædam in margo notata in c. ſceleratior. de pœnit. diſt. 3. vbi eadem regiſtrata ſententia reperitur. dicat illam haberi apud Prophetam Naum. c. 1. ex ſeptuaginta interpretibus: in noſtra Bibſia latina vulgata inibi non reperitur ad verbum, quamuis ex ibi allatis poſſit colligi. nu. 9. & 12. cùm in dicto num. 9. hæc habeantur, videlicet. [Quid cogitaſtis contra Dominum? conſumptionem ipſe faciet, non conſurget duplex tribulatio.] & in dicto nu. 12. hæc habentur, videlicet [Hæc dicit Dominus, Affli xi te, & non affligam te vltra.] hæc omnia attulimus hic, vt dignoſci poſſit ex quo fonte emanauerit dicta Sanctiſſima ſententia) ſequitur modò Ioannes And. vbi ſupra. Dicebat tamen Aegidius, quòd ſi comparationem fieri oporteret, præferret primum; cùm ſtatim iaciẽdo ex inordinato affectu deliquerit: nec poteſt dẽnegari quin puniendus eſſet iactus ille, † dato, quod non percuſſiſſet: ad quod probandum ipſemet Io. And. affert quæ dixerat ipſemet in c. in pœnis. de regu. iur. in ſexto, dicens, quòd percuſſio ſequuta non eſt per ſe delictum (aliàs eſſent duo delicta, ſed benè effectus præcedentis delicti deriuati à præcedenti cauſa: hæc omnia ex Ioanne Andr. vbi ſupra ſe ſubſcribente dictę ſententię dicti Aegidij; quam Ioannis Andr. ſententiam ferè ad verbum ſequuti fuerunt infraſcripti Doctores. Nam Panormitanus in c. fina. nu. 25. & 26. ext. de foro compet. eam ſequitur, & ei inſuper addidit & hæc videlicet. Hoc ipſum docuit Cynus ĩ l. 1. C. vbi de crimine agi opor. & quòd communiter concludatur, quòd in vtroque foro poterit conueniri: & locus eſt præuentioni. Nam in vtroque loco deliquit, vt in c. 1. de præſumpt. idipſum ipſemet Pan. in d. c. nota. 1. vbi infraſcriptis verbis vſus fuit, videlicet. Nota ex hoc & ex textu argumentum optimum, & quaſi expreſsũ pro deciſione quęſtionis, quam ponit Io. Andr. in regula in obſcuris. de regu. iur. in

ſexto,

sexto, in Mercur. quòd si existens in vno territorio percutit sagitta, seu lancea, vel lapide existentem in alio territorio, poterit ratione huius delicti conueniri in vtroq; foro, scilicet vbi delictum inchoauit, emittendo sagittã, vel aliud huiusmodi : & ratio secundum eum est, quia ex hoc dicitur, nocens, vt hìc. & poterit etiam puniri, vbi delictum consumauit. & de hoc vltimo non est dubium, vt in c. fin. extra de foro compet. est ergo locus præuentioni inter Iudices vtriusque loci. hæc Panor. Idem docuit Anto. de Butr. in dicto c. fin. col. 1. vers. sed si aliquis. his præcisis verbis, videlicet. Sed si aliquis existens in vno territorio sagittat in alio, vbi deliquit. An censeatur sortiri forum in loco, à quo sagittauit : An in loco ad quem sagittauit & ibi percussit ? Dic, vt per Doctores in c. 1. de priuilegijs in sexto, & in regula in obscuris. de regu. iur. in sexto, vbi concluditur, quòd ambo erunt Iudices, etsi concurrerent, deberet præferri is, in cuius loco erat dum sagittauit. de quo per Cynum in l. 1. C. vbi de crimine agi oport. alias erit locus præuentioni, seu præoccupationi : quia in cuiuslibet territorio deliquisse censetur : Vnica tamen pœna puniri debet. & hoc etiam tenuit Dynus in l. pupillus. §. 1. ff. de verb. signif. & Ray. & alij in l. Iurisperitos. §. cùm oriundus. ff. de excusat. tut. & Guil. de Suz. in Aucten. Qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. idem docuit Ioannes de Ana. in Rubr. de sagittarijs. col. 1. vers. vltimo potest. infrascriptis vtens verbis, videlicet. Vltimò potest circa istam rubricam dubitari de illo, qui existens in vno territorio, percutiat alium existentem in alio territorio cum sagitta : cuius territorij erit Iudex competens ? Tangit Dominus meus de Anchar. in c. 1. de raptor. & remittit ad notata per se, in c. postulasti. ext. de foro cõpet. potest solutio colligi ex notatis p Bart. in l. libellorum. vers. vlterius quęro. ff. de accusat. vbi quærit de illo, qui existens in platea percussit cum balista, vel sagitta existentem extra plateam, vel è contra. & distinguit, quòd aut verba legis loquuntur de percutiente, aut de sagittante, & hic ipse Ananias resedit circa hanc quæstionem, quam postmodum accurati⁹ examinans in c. 1. col. 2. vers. quid autem si vnus. ext. de raptor. circa materiam præsentis nostræ conclusionis refert Cynum, & Ang. vbi supra, & pertransijt nihil addendo. Idẽ docuit apertius Henricus Boich in c. dudum. el primo, col fin. extra de elect. in vers. exẽptus. his præcisis verbis vtens, videlicet. Exemptus in loco exempto manens proiecit lapidem per quem percussit aliquẽ in loco non exẽpto. Quęritur an Ordinarius loci, an Prælatus ipsius exẽpti huiusmodi delicti sit Iudex ? quã q̃stionem ampliauit ad Iudicem cõtractus, vt quia in iurisdictione vnius inchoatur, & in iurisdictione alterius perficitur, & post multa argumenta soluit Ioannes And. in dicta regula. In obscuris, quòd

Digitized by Google

quòd ſi quærat de delicto ne malitia remaneat impunita, vterq; erit Iudex, tam Prælatus reſpectu principij, & quia ſub eo perfecit delictum quo ad ſe. argu. in c. 1. de præſumpt. ibi [Qui mittit. &c.] & quod ibi notatur in prima gloſa: & quòd Ordinarius loci reſpectu finis, & effectus: vt ſit
10 ſicut vnum delictum † plures perſonas tangens, vnicuique in ſolidum attribuitur, vt in l. ita vulneratus. §. fin. ff. ad l. Aquil. & in l. vulgaris. §. ſi duo. ff. de furtis. ſic vnum delictum plura territoria tangens, vnicuique territorio attribuatur inſolidum: ſic etiam inſolidũ Eccleſiaſticus, & Secularis ſunt Iudices perſonę miſerabiles, vt in c. 1. diſt. 87. non tamen intelligas vnumquemq; inſolidum pę-
11 nã imponere poſſe: ſed reo † per alterum punito, præcluditur alteri poteſtas puniendi: quia non iudicabit Deus bis in idipſum. c. Presbiter. diſt. 81. c. fin. 13. q. fina. Dicebat tamen Aegidius, quòd ſi cõparationem fieri oporteret, præferret primum: cùm ſtatim iaciendo ex inordinato affectu deliquerit: nec poteſt negari quin puniendus eſſet, dato quòd non percuſſiſſet; & iactus ille, & percuſſio ſequuta, non eſt delictum per ſe. aliàs eſſent duo delicta, ſed eſt effectus præcedentis delicti deriuati â præcedenti cauſa, vt in l. ſi plures. §. fin. ff. arbor. furcęſa. Hęc omnia Henricus vbi ſupra. idem docuit Felinus in dicto c. 1. col. penult. nu. 12. verſic. Nota tertiò ex prædictis. extra de præſumpt. his præciſis verbis vtens, videlicet. Nota tertiò ex prædictis. & ex textu argumentum optimum, & quaſi expreſſum pro deciſione quæſtionis, quam ponit Ioannes Andr. in Regula. in obſcuris. de regu. iur. in 6. vbi retulit ſupradictam Ioannis Andr. ſentẽtiam, & addidit & hæc. dicens, quòd ſecundum Abbatem erit locus præuentioni. & quòd de hoc Bal. in l. ſi quis non dicam. C. de Epiſcopis & Cler. in col. 6. dixerit, quòd ſi in vna villa vnus fuit
12 ligatus, † & in alia derobatus: dicetur robaria facta in prima villa, quantum ad delictum: in ſecunda quantum ad executionem delicti: quia in continenti, quòd capio, & ligo eum, derobo: quia priuo eum poſſeſſione, ſi eo animo eum capio, & ligo: & dicit eſſe textum, & glo. ordinariam in l. 1. §. idem Viuianus. ff. de vi & vi armata. item dixit, quòd ſi puella fuit capta in vno territorio, & cognita in alio: vnuſquiſque Iudex poterit procedere: & non erit eadem burſa fiſcalis: & addidit ipſe Felinus ibidẽ, quòd ad hoc faciunt illa dicta crudelia Bart. in l. ſi Dominium. ff. de furtis. hæc omnia ipſe Felinus. quibus addatur, quòd Bar. ibi. num. 2. his præciſis verbis vſus fuerit, videlicet. Et aduertè; aliquis fa-
13 cit furtum † Florentiæ, reperitur hic cum re ſubtracta, ſcilicet Bononię, vel Mediolani: poterit nè puniri hic. Communiter diceretur, quòd non, de iure: quia aſſidua contrectatione non naſcitur actio furti, ſed contra. Dico tibi per hanc legem: Nam ſicut

14 mutatione † Dominij naſcitur noua actio furti ad pęnam applicandam parti: ſic mutatione territorij, & iuriſdictionis, noua naſcitur actio, ſeu accuſatio furti ad vindictam publicam per iſtam legem notabilem: & tenemenți hęc ibi Bart. cuius ſententia videtur roborari verbis dictæ l. ſi Dominium. Vbi hæc pręciſa habentur verba, videlicet. [Si Dominium rei ſurreptæ quacunque ratione mutatum ſit: domino furti actio competit, veluti hæredi, & bonorum poſſeſſori, & patri adoptiuo, & legatario.] hæc ibi. Vbi gl. in verſ. Domino. De hac tamen quæſtione mota & deciſa à Bart. vbi ſupra videantur Ang. in tract. de maleficijs in verſ. veſtem cœleſtem nu. 15. & ſequenti: quia ibi tam ipſe, quàm Augu. de Arimine in addit. quamplurima notatu dignißima pro, & contra attulerunt. & hæc annuiſſe hìc ſufficiat: cùm obiter tetigerimus illam. Præſenti igitur concluſioni ſe etiam ſubſcripſerunt & alij infraſcripti, videlicet Geminianus in c. 1. §. nunquid. col. 2. in verſic. quęro. pone, quòd Monachus Monaſterij exempti. de Priuilegijs in ſexto. vbi ſe ſubſcripſit ſupradictæ ſentẽtiæ Ioannis And. Idem docuit Philippus Franchus in dicta regula. in obſcuris. col. 2. verſ. ſi verò occurrũt. qui ſe ſubſcripſit dictæ ſententiæ Ioannis Andr. & Aegidij Cremonenſis. Idem videtur voluiſſe quendam antiquiſſimum Doctorem nomine Petrum, (vt retulit Bart. in l. libellorum. ff. de accuſat.) in ſimili in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. eò quòd videatur tenuiſſe, quòd teneamur inſpicere locum, vbi erat percutiẽs tempore iaculationis.

Etſi veriſſimam fuiſſe præſentem primam concluſionem multis auctoritatibus probauerimus: tamen volentes obuiam ire his, qui vellent ei aduerſari, operæpretium duximus hìc ſubijcere nonnulla, quæ poſſent illi opponi. Sciendum igitur, quòd videtur allata in dicta concluſione fo-

limitanda, dicendo illa ſolùm verificari in delicto inchoato in vno loco tam reſpectu agentis, quàm patientis: non autem verificari videtur quo ad delictũ inchoatum in vno territorio reſpectu ſolùm agentis, & conſumatum in alio reſpectu ſolũ patientis, vt in caſu propoſito in ipſa cõcluſ. prout etiam docuit Felinus
15 † in c. fi. col. 6 nu. 26. in verſ. 2. cõcluſ. ext. de foro compet. dicens, q; delictum inchoatum hìc, & finitum alibi punietur à Iudice loci, vbi finitũ fuit: ſi ergo à Iudice finis, ergo nõ ab vtroque, nec erit locus prẽuentioni, vt tua concluſ. docebat. Ad q; accedere vr. q; & ipſe Fel. in probationẽ ſuę ſnię attulit ſniam Bart. ĩ l. libellorũ. ff. de accuſat. loquẽtis de ꝑpijciente telũ. Ad hanc obiectionẽ reſpõdentes dicimus, q; his nõ obſtãtibus, veriſſima fuit nra concluſ. & ad auctoritatem Bar. quæ videbatur illi aduerſari, dicim⁹, q; nec Bart. loquat̃ ibi in caſu prẽſentis noſtrę con-

Digitized by Google

conclusionis. Nã(vt patet ad sensum.) Nos loquimur hic de sortiendo forum, ita ꝙ hic criminosus sit subiectus vtriq; foro, & ꝙ detur locus præuentioni: cum vtramq; iurisdictionẽ offenderit: Bart. autem loquitur de pœna, qua veniet puniendus de iure cõmuni, vel municipali: & quod mirabilius est, ibidem Bar. ante relationem supradictę snię Petri, dixit, ꝙ si maior pęna ponit in platea, q̃ alibi. Certè locus, vbi quis percutitur inspicitur, statim subintulit dictam Petri sententiã infrascriptis pręcisis vtens ipse verbis, videlicet. Certè mihi non vr hoc esse verum. Nam in homicidio inspicimus locũ, vbi quis pcutitur, quia ex actu percutiendi quis punitur, ex quo sequitur po-
26 stea mors: dicitur.n.† homicidiũ a cede, seu a cedendo, vt in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Ideo inspicitur locus, vbi quis percutit. hæc Bart. ꝙ ibidem subdidit dicens, sed in quæstione proposita debemus aduertere ad verba sta-
17 tuti.† Aut.n. statutum punit sagit tantem, dicendo, si quis sagittauerit contra aliquem puniatur in tantum. & esset verum dictum Petri, quia actus sagittandi fuit factus in loco, vbi erat percutiens, scilicet in platea: ideo ille locus inspicitur: si verò statutum punit percutientem, quia dicit, si quis percusserit, punietur in tantum: tunc actus percutiendi fit extra plateam, licet sagittatio fiat in platea, ideo ille actus debet inspici, vbi quis percutitur, ibi punietur. Puto tamen, quòd de cautela sit, quòd vtroque casu, vterq; locus inseratur. Hæc omnia verba protulit, vbi supra Bart. Ex quibus colligimus duo. Primũ quorum est, ꝙ ipse Bart. loquatur de loco inferendo in inquisitione facienda. Secundum est, ꝙ loquatur de pœna statuta diuersa in diuersis territorijs ratione loci principij, & finis criminis perpetrati: quorum neutrum consideratum fuit a nobis in casu præsentis conclusionis: non primum, quia non agimus de titulo inquisitionis describẽdo, sed benè de iurisdictione acquisita per Iudices ratione principij, vel finis, seu consumationis criminis perpetrati. Non secundum: quoniam non loquimur de pœna statuta specialiter contra committentes tale crimẽ, sed de iurisdictione adepta ex trãsgressione præcepti Iudicis, & de acquisitione iurisdictionis per Iudicem territorij criminis perpetrati tam respectu principij ipsius, quàm eius finis. Quapropter ex hic allatis patuit Bartolum nihil docuisse contra nostram conclusionem: cùm a diuersis fieri nõ possit illatio iuribus vulgarib. & casus in præsenti nostra cõclusione propositus a casu ꝓposito ibi a Bart. distet toto Cęlo. Nec in hoc Dominꝰ Felin. (alioquin erudissimus Canonista) erit aliquo pacto redarguendo, quoniam eo ipso, quòd in sui fauorem citauit dictam Bart. sententiam patet, & ipsum non loquutum fuisse in terminis nostræ conclusionis, sed in terminis, in quibus & Bart. loquutus fuerat, vtendo illa distinctio-

by Google

ne aſſerensque, quòd ſi ſtatutum, vel ius commune loqueretur de ſagittante ſolum, tunc in talē pœnam ſolum ſagittans incideret: ſed ſi loquerentur de percutiēte, tunc ſolum talem pœnam incurreret percutiens: de quo modo non quærimus: ſed ſolum de qualitate iuriſdictionis Iudicis vtriuſque loci. De quo ibi nec verbum quidem Bartolus protulit: ſed nec & ipſe Felinus, cùm ibi ambo loquantur de pœna talibus infligenda a Iudice in genere. Nos autem loquimur, vti diximus ſupra, de iuriſdictione acquiſita a diuerſis Iudicibus virtute criminis inchoati in vno territorio, & completi in alio territorio. Poterit & ſecundò reſponderi ſententiæ Bar. in d.l.libellorum, quòd alia etiam de cauſa nō ſolum dicemus ipſum Bart. non aduerſatum fuiſſe præſenti noſtræ concluſioni, at imò ſummopere ei fauiſſe: cùm in ſententia idem ipſe docuerit, ꝙ in noſtra continetur concluſione. Nam etſi in l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. ad l. Iul. de adulter. dixerit, ꝙ quando † principium, & finis alicuius operis ſit prohibitus ſemper reſpiciatur finis, vt puniatur iuxta pœnam taxatam contra eum, qui illum actum perficiet, reſpiciēdo pœnam inflictā pro actus initio: ſed ſi principiū actus eſt licitum, etſi finis in ſui natura cōſideratus ſit prohibitus, tñ ſtante principio ipſius actus licito, nō veniet actꝰ ille conſummatus puniendus, & licet in d.l.libellorū. ff. de accuſat. videatur ipſe Bart. a ſua ſnīa diſcrepare: cùm ibi docuerit ea, quæ paulò antè retulimus. Tamen re vera in d. §. ꝙ ait. loquutus fuit de actu, ſeu opere conſumato in vnomet territorio, & non in diuerſis: ſed in caſu quando principiū, & cauſa actus, ſeu operis eſt licita. in d. autem l. libellorū. loquutus fuit de actu prohibito tā rōne principij, q̄ finis ipſius actus ſeu operis: & ideo ſubdidit, quòd talis criminoſus veniat puniēdus pœna impoſita ſecūdum qualitatem, ſeu circunſtantiam, quę affuit in conſumatione ipſius actus prohibiti: & ſic graui⁹, vel leuius, iuxta pœnam taxatā contra eum, qui talem actum perfecerit in tali loco. Indè conſequens fit, ꝙ cū ſimus in diuerſis foris, ſ. reſpectu territorij diuerſi, rōne principij, & rōne finis, tunc cū reus efficiat in vtroque foro; & vtrumq; offenderit: ideo priuabit immunitate Eccleſiæ cum ipſam offenderit, ſi
19 in ipſa † exiſtens iaculaſſet lanceam extra eam: & aliquem conſultò occidiſſet eò, quòd probabiliter videbitur ipſum ī fraudem & ſub ſpe immunitatis Eccleſiaſticæ iaculaſſe. Ad quod accedit: quoniam ſi comparauerimus huiuſmodi actus principium cum fine ipſius, patebit, quòd potior erit actus principij (cùm ſine ipſo, crimen non poſſit conſumari, vt apertiſſimis rationibus ſupra docuimus) eò magis, quòd dicta ſententia cedet in fauorem & reuerentiam Eccleſijs omni iure debitā, & ꝙ hoc ſit veriſſimum, probatur (vltra q̄ plurima allata in probationem ſextæ limi-

Digitized by Google

limitationis conclusionis vnicæ tract. nostri de immu. Eccle. Vbi vide) per arg. in c. fin. extr. de immu. Eccle. Nec non & constitutione Gregorij Quartidecimi excludentis omnes voluntarios homicidas † in sua speciali Constitutione sub titu. de immunitate Ecclesię in anno 1591. incip. Cùm aliàs nonnulli.

20

21 Secunda cõclusio, iaculans † sagittam, vel quid simile, dum existit in loco exempto, vel in vno territorio, vt percutiat aliquem non exemptum, vel existentem in alio territorio, si talem non percusserit, veniret solùm puniendus à Iudice territorij illius, in quo ipse erat, dum iacularet sagittã, vel quid simile. Hęc conclusio probatur ijsdem auctoritatibus, quibus probauimus præcedentem: Cùm omnes Doctores ibi recensiti docuerint spectare ad Iudicem loci, in quo fit iaculatio, punire iaculantes ratione maleficij ibi principaliter inchoati, etsi subdiderint, ad Iudicem territorij, in quo fuit ipsum consumatum, & intentio habuit suum effectum, pertinere punire malefactorem respectu ipsius maleficij consumationis: ac per cõsequens tacitè falli fuerunt ipsum reũ (arguendo à contrario sensu) non fore puniendum à Iudice illius territorij, in quo etsi maleficium intentatum fuerat habere suũ effectum, tamen contigit ibi nõ perfici. & ratio rationum potissima est, cũ nulla iniuria actu ipso consumato fuerit dictus Iudex affectus: Addimus quoque à Iudice loci, in quo stabat ipse iaculans fore puniẽdum, iuxta regulas traditas in conclusionibus, ampliationibus, & limitationibus ipsarum in tract. extensionum in quęstione de conatu, seu effectu puniendi, seu de extensione legum pœnalium loquentium de actu consumato facienda ad puniendum conatum, seu affectum; Videatur ergo ibi, vbi hanc difficillimam quæstionem absoluimus Deo Optimo Maximo duce, per qũę intercessionẽ Beatissimę Deiparæ Virginis Mariæ, atque Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti.

Tertia, & vltima conclusio, maleficium aliquod committentem in confinibus duorum Dominiorum, seu territoriorum separato-
22 rum, † Iudex vterque dictorum confinium poterit punire, & in talis criminosi punitione insimul concurrere, & datur vtrique locus præuentioni: Quapropter ille erit Iudex competens, coram quo priùs fuerit lis cõtestata: sed si ambo eodem tempore concurrerent, deberent insimul conuenire in iudicio decernendo, ne confusio iudiciorum fieret: cùm ille videatur in vtroque territorio maleficium perpetrasse: & in neutro eorum reperitur causa maioris iurisdictionis in ipsum maleficum acquisita respectu huiusmodi criminis admissi. Hæc conclusio probatur duplici medio. Primò enim per arg. in l. arbor. in principio. ff. Communi diuidundo. Vbi hæc ad verbum habentur,
23 videlicet. [Arbor, † quæ in con-

gitized by Google

ſinio nata eſt, item lapis, qui per vtrumq; fundum extenditur, quādiu cohæret fundo, regione cuiuſque ſunt: nec in communi diuidundo iudicium veniunt, ſed cùm aut lapis exemptus, aut arbor eruta, vel ſucciſa eſt, communis pro diuiſo ſit, & venit in communi diuidundo iudicium. Namquod erat finitis partibus rurſus cõfunditur. Quare duabus maſſis duorum Dominiorum conflatis, tota maſſa communis eſt; etiam ſi aliquid ex prima ſpecie ſeparatum maneat, ita arbor & lapis ſeparatus à fundo confundit ius Dominij.] hæc ibi. Diximus probari noſtram hanc concluſionem per argu. in dicta l. Arbor: quia apertiſſimè adeſt facultas indè arguēdi ab identitate rationis. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate (vltra ditatos ſupra in probationem primæ concluſionis) cùm & hoc ipſum expreſſiùs docuerint & infraſcripti alij Doctores. Nam hoc docuit Bal. poſt alios Doctores. in l. Iuriſperitos, §. cum oriundus. ff. de excuſat. tut. quem citat & ſequitur Ioannes And. in addit. Spec. tit. de compet. Iudicis adi-
tione. §. 1. verſic. ſed pone aliquis conuenitur. dicens hoc ipſum cõmuniter teneri. Idem docuit Bar. in dicto §. cum oriundus. nu. 2. & Dynus in l. pupillus. §. 1. ff. de verb. ſignif.

Et hæc eſt mea ſnia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congreg. Caſſinenſis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1. *Matrimonium ſi contractum ſit inter duos in aliena Diœceſi, & ſit aliqua ſuſpitio, quid erit agendum.*
2. *Concilij Tridentini verba in materia contrahendi matrimonium declarantur.*
3. *Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.*
4. *Conſenſus tacitus proprij Sacerdotis dat robur abſolutioni ſacramentali impenſæ a Sacerdote non ordinario, nec expreſsè delegato, ſine quo tamen conſenſu abſolutio eſſet nulla, & quare.*
5. *Clauſula in fine, vel medio alicuius diſpoſitionis quomodo ſit intelligenda.*
6. *Verba præcedentia interpretantur ſequentia obſcura in quacunq; diſpoſitione.*
7. *Clauſula poſita in medio, etiam ſi ſit poſita per verba præteriti temporis, refertur ad ſequentia, & præcedentia.*
8. *Alienigenis quando ſit cõcedendum contrahere matrimonium, & quis dicatur Parochus eorum.*

De matrimonio contracto in Diœceſis aliena, an & quando validum ſit.

THEMA.

Quidam adoleſcens Hiſpanus nobiliſſimus habitans Mediolani volens

lens contrahere matrimonium cum quadam matrona nobilissima Hispana, eam nauigio fecit venire ex Hispania vsque ad Ianuæ ciuitatē, vt ibi eam in sponsam duceret, & matrimonium ibi consummaret, & post consummationem matrimonij duceret in domum suam, quæ in Mediolanensi Diœcesi erat: fuit rogatus Archiepiscopus Ianuensis, vt permitteret huiusmodi matrimonium ibi contrahi, non obstāte, quòd dictus Nobilis ante suum discessum a Mediolano non exquisiuisset facultatem Ianuæ celebrandi huiusmodi matrimonium, nec dicta Matrona ante discessum ex Hispania ab Episcopo, vel a Parocho suæ habitationis. Respondebat Archiepiscopus Ianuensis Doctissimus, quòd etsi Archiepiscopus Mediolanensis esset sibi familiarissimus, tamē sibi obstaret decretum Sacri Concil. Trid. in sess. 24. de reformatione, c. 1. §. quod si quis Parochus. Vbi hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Quòd si quis Parochus, vel alius Sacerdos, siue regularis, siue secularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat alterius Parochiæ sponsum sine illorum Parochiæ licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tā diu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat absoluatur.] hæc ibi. Necnon obstare videbatur aliud decretum Sacri Conc. Tridētini in sess. 24. de reformatione c. 7. §. Parochis, vbi fuit præceptum Parochis ne matrimonio vagantium interfint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinariū delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.] hæc ibi.

Quæritur modò, An dictus Archiepiscopus Ianuensis sine violatione dictorum decretorum Sacri Concilij Tridentini potuerit per se, vel per Parochum illius Parochiæ, vbi pro tunc habitassent dicti Nobiles interesse celebrationi eorum matrimonij.

DECISIO XXXIII.

BReviter Reviter respondentes dicimus ipsum Archiepiscopū Ianuensem per se, vel per curatū illius Parochiæ, vbi tunc dicti Nobiles incolatum faciebant posse de iure interesse celebrationi dicti matrimonij stā te huiusmodi familiaritate cum Archiepiscopo Mediolanensi, & ratihabitione, siue (& melius) consensu tacito illius de præsenti rationabiliter præsumpto. Cùm præsenti nostræ decisioni obstare minimè possint supra recensitæ auctoritates Sacri Concilij Tridentini, vt statim probabimus.

Non enim obstat primò verba dicti Sacri Concilij in d. c. 1. supra

Digitized by Google

relata, cum ipsis vsum fuerit post relationem aliorum verborũ ibidem insertorum in §. qui aliter, vbi infra præcisa verba habeãtur, videlicet. [Qui aliter, quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere àttentabunt, eos Sancta Synodus
2 † ad sic contrahendũ omnino inhabiles reddidit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout præsenti decreto irritos facit, & annullat.] hęc ibi. Ex quibus elicitur apertissimè dicta sequentia verba in eodem c. 1. §. quòd si quis Parochus. intelligenda fore de illis, qui sine licentia proprij Parochi, aut ordinarij audent interesse celebrationi matrimoniorum, nõ autem de his, qui cum ipsa licentia interfunt. At cùm affuerit dicto Domino Archiepiscopo Ianuensi dicta licentia, etsi tacita, & non expres-
3 sa, & regula sit, quòd taciti, † & expressi eadem sit virtus, vt in l. Cùm quid. ff. de rebus cred. si cert. pet. & in alijs vulgaribus iuribus. cùm ergo supponatur tacita licentia propter familiaritatem ipsorum Archiepiscoporum insimul. Indè omnino sequetur, quòd habenda sit de iure illa pro expressa quo ad validitatẽ contractus matrimonij, cum primò eadem licentia habita de præsenti roboret sacramentum pœnitentiæ mi-
4 nistratum † ab eo, qui non habet ordinariam, vel delegatam iurisdictionem in persona confitentis sua peccata; cùm aliàs sacramentum pœnitentiæ esset nullum, si collatum fuisset a non habente ordinariam, vel delegatam iurisdictionem, vt ipsummet sacrosanctum decreuit Cõcilium Tridentinum in sess. 14. de reformatione c. 7. & in sess. 23. de reformatione. c. 15. cùm de essentia ipsius requiratur de iure Diuino in ministro vtraque clauis, & non solum ordinis Sacerdotalis, verumetiam copulatiuè & clauis iurisdictionis in pœnitentem. Attamen infrascripti Doctores eruditissimi docuerunt expressè, quòd sacramẽtum pœnitentiæ alicui collatũ ab alio Parocho, quàm a proprio, virtute consensus taciti, seu interpretatiui proprij Parochi, vel a fortiori, proprij Episcopi, qui haberetur ab ipso ministro, nec ordinario, nec delegato tẽpore administrationis dicti Sacramenti robur, & virtutem tradat absolutioni per ipsum impensæ, ita quòd taliter collatum Sacramentum sortiatur suum effectum, sicut collatum a ministro ordinaria, vel delegata fungente potestate. Doctores ergo inter quos hoc dixerunt sunt, videlicet Dominicus a Soto in 4. sent. dist. 18. quæst. 1. Syluester in verb. confessor primo. §. 6. particula 8. Gabriel Biel in 4. sent. dist. 18. q. 1. & reliqui Theologi in quarto sententiarum, cum hæc propositio fuerit communiter ab omnibus recepta tãquam verissima, & notissimus omnium idipsum docuit quoque Nauarrus in suo Manuali cap. 9. sub titu. quãdo sit reiteranda confessio. nu. 5. post Sacrum Concilium Tridentinum:

Ad

Ad hoc ipsum probandum, & eliciendum ex dictis Concilij Triden. verbis summoperè deseruit, & secundò vulgatissima illa regula a Doctoribus communiter recepta: in qua habetur, quòd clau-
5 sula † in fine, vel in medio alicuius dispositionis sit semper intelligenda secundum capitula, seu clausulas in principio dispositionis positas, quando si fieret huiusmodi relatio ad illa capitula, vel clausulas nō induceretur aliquod absurdum exorbitans a iure com
8 muni, prout docuit Aret. per multa. in l. scriptura. §. hanc scripturam. ff. de legat. 1. Tertio nostræ interpretationi fauet verissima regula, in qua habetur, quòd præce-
6 dentia † verba posita in quacunque dispositione, limitant verba sequentia obscura adeo, quòd & ipsa videantur repetita. vt quamplurimi Doctores docuerunt, inter quos est Guido Papa in sua breui, & eleganti decisione 485. incip. Si in aliqua dispositione, num. 2. vers. & facit pro hoc. & in huius regulæ fauorem facit text. in l. si ita instituatus. §. Grisogonus. cum ibi not. per Bart. ff. de verbor. obligat. & dictus §. hanc scripturam. & ibi etiam per Bart. cuius sententiam reassumens Aretinus vbi supra, col. 2. not. vlt. dixit valde singulariter, quòd clau-
7 sula † posita in medio, etiam si sit apposita per verba præteriti temporis, refertur ad sequentia, & precedentia, de quo etiam ibidē per Bart. & alios plenè. Et hæc allata pauca de multis sufficiant in responsionem ad auctoritatem Sacri Concilij Tridentini in dicta sess. 24. de reformatione, cap. 1. §. quòd si Parochus.

Nec obstat præsenti nostrę decisioni decretum eiusdem Sacri Concilij Tridentini. in sess. 24. de reformatione c. 7. §. Parochis. Cū ipsum declarauerit sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium interpretandi ipsum habentium facultatem his verbis vtēs, videlicet. [Quando matrimoniū contrahitur inter duos alienigenas, † & a paruo tempore in Parochia habitantes, qui tamen sunt cogniti, quòd non sint de comprehensis inter vagabūdos, proprius eorum Parochus esse intelligitur, in cuius Parochia contrahentes habitant, tempore quo matrimonium contrahunt.] hæc ibi ad verbum. Ex quibus apertissimè elicitur veritas nostræ decisionis, cū ambo contrahere volentes peroptimè sint noti, & sit notissimū eos non esse vinculo alio matrimonij innodatos.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli, Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1) *Milites Melitenses, vulgo dicti de Malta, quod commmerentur inter personas Ecclesiasticas.*

2) *Verberantem Militem Melitensem, an incidat in Canonem si quis suadente diabolo. & nu. 4.*

3) *Illa-*

3 Illatio non fit ex diuersis.
5 Milites Melitenses in eorum professione emittunt tria vota essentialia Religionis sub Sancto Augustino.
6 Religiosus vt quis propriè dicatur, ad hoc vt gaudeat priuilegio fori, & personæ, quid sufficiat.
Percutientes Monachos, & conuersos cuiusuis Religionis approbatæ, incidit in sententiam excommunicationis.
8 Monachorũ appellatione venit quilibet professus Religionis cuiusuis approbatæ.

Vtrum verberans militem Hierosolymitanum quendam vulgo dictum, Cauallier di Malta, sit æquè excommunicatus vti verberans clericum.

DECISIO XXXIIII.

VM præsens quæstio sit quotidiana, & pauci ex Doctoribus expressè nos docuerint qd de ea sit iudicandum, cum isti videantur merè laici: iccirco arguemus primò in fauorem partis negatiuæ, dicendo, quòd primò videatur dicendum, quòd dictus verberans non sit excommunicatus subscriptis fundamentis non spernendis.

Fundamentum primum in fauorem partis negatiuæ est, quoniam etsi Miles, seu Eques hic connumeretur à Doctoribus inter personas Ecclesiasticas, eo qꝑ
1 professus † fuerit regulam Diui Augustini: promittendo castitatem, paupertatem, & obedientiam, possideatque beneficia Ecclesiastica in Commendam, habeatque vsum, vel vsumfructum ipsorum beneficiorum, quod non vtiq; competit laicis, & gaudeat, priuilegio fori; prout reliqui clerici: Tamen non videtur gaudere priuilegio personę, sicut clerici, aliæque personæ Ecclesiasticæ, quæ nominatim enumeratæ reperiuntur in Sacro Pontificio iure communi, vt ex contextu verborum contentorum in c. si quis suadente. 14.q.17. & in c. Monachi. extra de sent. excommunicationis. Quapropter videtur primò dictum verberantem † non
2 incidisse in excõmunicationem à iure communi latam in dictis iuribus contra inijcentes manus violentas in clericos, & personas Ecclesiasticas ibi specialiter recensitas: cùm simus in odiosis, ac pœnalibus, in quibus fieri debet stricta interpretatio, vt in c. in pœnis. & in c. odia. de regul. iur. in sexto, eò magis, quòd excommunicatio ipsa sit maxima pœnarum omnium Ecclesiasticarum: indè ergo sequi videtur dictos pœnales Canones non extendendos fore ad percutientes dictos milites. Ad quod accedit regula illa vulga-

Digitized by Google

vulgatissima, in qua dicitur, non
3 fore faciendam illationem † à diuersis. Diuersitas verò per se patere videtur: quoniam ipsi clerici immediatè sunt cultus Diuini obsequio mancipati: ipsi verò Equites addicti exercitio armorũ, & vacant bellis, etsi contra infideles, ac inimicos Crucis Christi Iesù Domini nostri: & sic Clerici sunt assumpti in sortem Domini: non autem huiusmodi Milites.

Nec obstare videtur, quod docuit Glo. in c. quisquis. 17. q. 4. in verſ. Ecclesiasticis; quam sequitur Syluester in sua summa. verſic. Ecclesia primò. §. 5. partic. 6. in verſ. Tertiò templarij, & Sanctus Antoninus in sua maiori summa, par. 3. cap. 24. in §. tertiò notandum. Non enim obstant dictæ auctoritates, cùm nulli iuris decisioni adhærere videantur: & iura citata per dictam Glo. ad probãdam suam sententiam nullam penitus faciant mentionem de ipsis Militibus, vt prima fronte videri poterit illa apertis oculis perlegenti. Quapropter eius fundamento ad nihilum redacto, sequi videtur, vt & eiusdem sententia corruat. Nec videtur auctoritatem Sancti Antonini (vt Doctor est) etsi sit maxima: sufficere ad declarandum aliquem incidisse in excommunicationem ipso facto, non declaratum aliquo Canone excommunicatum. Ad quod videtur accedere, quòd ipsemet Sanctus Antoninus in sua summula nuncupata defecerunt. etsi recensuerit gaudentes priuilegio personæ, nominando varias species personarũ Ecclesiasticarum, non tamen commumerauit dictos Milites inter personas Ecclesiasticas, sed solùm expressas nominatim in supra citatis iuribus à dicta glosa, vt sunt clerici seculares, & regulares, Nouitij, conuersi, & oblati, qui se, & sua cum alteratione habitus tradidissent alicui Monasterio. Idem docuit Caietanus in sua summula. ĩ verſ. excommunicatio, capitulo decimo. in verſ. nota septimo. dicens à iure alijs non fuisse indultum huiusmodi priuilegium personę, nisi supradictis nominatim expressis. Idem videtur docuisse Candelabrum aureum in titu. de excommunicatione. Idem Nauarrus in suo Manuali cap. 27. nume. 79. verſ. octauò per Monachum, & expresse docuit Card. Zabar. quẽ citauit, ac sequutus fuit Marianus Socinus in c. 1. declaratione decimaseptima. extra de foro compet.

His, & similibus tamen de iure non obstantib. assueramus, ac fio
4 missimè tenemus verberãtem vel occidentem † (non in casu necessarię defensionis cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec in alijs casibus, in quibus verberantes clericos non incidunt in excommunicationẽ de quibus passim, & communiter loquuntur Doctores) Equitem seu Militem Melitensem aliàs nuncupatum, Hierosolymitanum, incidere in excommunicationem latam contra percutientes clericos in supra citatis iuribus. cum verè sint regulares.

laresperſonæ profitẽtes regulam Diui Auguſtini, & emittant non ſolum tria, imò & quatuor vota, prout apertiſſimè elicitur ex conſtitutionibus eorum approbatis à quamplurimis Summis Pontificibus, in quibus ipſi Summi Põtifices ſemper eos appellant perſonas Eccleſiaſticas & regulares, prout in ſpecie continetur in Bulla Pij Quarti, & quamplurimorum aliorum Summorum Pontificum: Nec non (vti diximus) ipſi Domini † Equites in eorũ profeſſione emittant tria illa vota eſſentialia, videlicet, Votum caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ: prout omnes regulares Religionis approbatæ: & vltra hæc tria emittunt votum defendendi proprio enſe omnes Chriſtianos ab infidelibus, etiam cum periculo propriæ vitæ, prout latiſſimè, & expreſſiſſimè habetur in capitulo ſecundo Conſtitutionum ipſius Religionis dictorum Equitũ: & quòd emiſerint votum paupertatis apertiſſimè colligitur ex eorũ Conſtitutione ſub rubrica: [*Che i fratelli non alienino i beni in qual ſi voglia modo per eſſi acquiſtati.*] Quamuis ipſis tradita fuerit facultas recipiendi de vſufructu bonorum quomodolibet per eos acquiſitorum, à dictis eorum cõſtitutionibus: Tamen ipſorũ alienatio fuit ibidem eis prohibita: & de ipſis diſponendi facultas fuit reſeruata Magno eorum Magiſtro, & Capitulo generali ipſorum Equitum: prout cõtingit fieri in omnibus Religionibus approbatis, etſi alijs regularibus nõ concedatur communiter vſusfructus ita in generali, vt experientia rerum magiſtra ſemper docuit. Nec præſenti noſtræ deciſioni de iure obſtare poſſunt quę diximus in fauorem partis negatiuæ, citantes ad probandum contrarium ſupradicta iura, in quibus expreſſa mentio de ipſis Hieroſolimitanis militibus nulla fuit habita: quoniam etſi ad ſimplicem verbi ſonitum, & litterę corticem ibi ipſi non continentur: benè tamen idipſum colligitur ex mente & ſententia dictorum iurium: cùm ratio dicti priuilegij perſonalis ibi indulti per Romanos Põtifices æquè habeat locum in perſonis ipſorum Equitum: cùm, vt quis dicatur propriè Religioſus, & poſſit gaudere † priuilegio fori & perſonæ, ſufficiat, quòd aſſumpſerit habitum alicuius ex Religionibus approbatis à Summo Pontifice, & tempore decreto ab Eccleſia ipſam Religionem profiteatur, promittendo illa tria vota eſſentialia, videlicet, Votum caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, prout colligitur ex text. in c. cùm ad Monaſterium. extra de ſtatu Monach. & in c. vnico. de voto, in ſexto. Cùm ergo ipſi Milites dicta tria vota emittant in regula approbata, nõ animaduertere poſſumus quare non debeant ſentire commodum hoc, ſcilicet frui priuilegio perſonæ, ſicut reliqui Regulares, cũ vera dari non poſſit de iure ratio differentiæ eſſentialis. Ad hoc quoque facit text. in c. Parochianos. ext. de ſententia excommunicationis

nicationis, in quo expresse declarantur incurrere excommunicationis sententiam omnes percu-
7 tientes Monachos, aut conuersos cuiuscunque Religionis approbatę: si ergo conuersi gaudent priuilegio huiusmodi personali, solum quia illa tria vota essentialia emittunt, quanto magis dicendũ erit ipsos dominos Equites frui huiusmodi priuilegio, cùm solemne emittẽtes Religionis suæ professionis votum, vltra votum castitatis, obedientiæ, & paupertatis addunt & quartum (vti diximus) scilicet votum proprio ense oppugnandi infideles in defensionem fidei Catholicę, & obsequium infirmorum hospitalis eorundem? vt latius habetur in ipsorum Constitutionibus. Nouissimè ad hoc ipsum probandum videtur summopere deseruire quod docuit Nauarrus vbi supra, qui consultò credendus erit ibi vsum fuisse illis verbis generalibus dicens, ꝙ incidat in excommunicationem is, qui percuteret Monachum: subdẽs, quòd in hac materia Mo-
8 nachorum † appellatione veniret quilibet Religiosus professus Religionis approbatæ. vt in c. cum illorum. ext. de sent. excommunicationis, & ꝙ percutiẽs cõuersos alicuius Religionis approbatę sit excõmunicatus, vt docuerat text. in c. de monialibus. ext. de sententia excommunicationis.

Ex his ergo hic allatis apertissimè fuit probata nostræ sententiæ veritas, ex quibus apertissimè quoque colligitur responsio ad allata in contrarium. Quapropter concludendo asseueramus, percutientes milites Hierosolymitanos, aliàs vulgo dicti *Cauallier di Malte*, incidere in excommunicationem latam in c. si quis suadente. 14. quæst. 17.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata in causa matrimoniali, quare non transeat in rem iudicatam post decem dies, licet ab ipsa non fuisset appellatum.*
2 *Sententia lata pro marito agẽte contra vxorem ad id, quod verè sibi debebatur, & muliere ad repellendum maritum opponente aliquã exceptionem retractabitur etiam sine appellatione, & quare.*
3 *Matrimony vinculum indissolubile, quando fuerit institutum.*
4 *Coniugum alter petens, & obtinens diuortium quo ad thorum propter alterius adulterium. si & ipse adulteretur, compelletur redire ad iam separatum coniugem, & quare.*
5 *Res qualibet de facili ad naturam suam reddit, & quare.*
6 *Vir & vxor quoad vinculum incursum per eos ex eorum matrimonio ad paria indicantur.*
7 *Crimina mutua compensatione tolluntur.*

THE-

Digitized by Google

Abbatis D. Alphonſi Villagut

THEMA.

Vtrum ſententia lata in cauſa matrimoniali tranſeat in rem iudicatam, ſi ab ea appellatum non fuerit infra decem dies a iure ſtatutos ad appellandum.

DECISIO XXXV.

BREVISSIMO ſermonis periodo hanc quæſtionem decidendo conſtituemus vnicã concluſionem, cui ſubnectemus vnicam ampliationem.

Concluſio ergo vnica ſit hæc. Sententia lata in cauſa matrimo
1 niali † non tranſibit in rem iudicatã etiã ſi ab ipſa non fuiſſet appellatum infra decennium ſtatutum per text. in c. quoad conſultationem. ext. de ſent. & re iudicata. quo iure non obſtante ipſa ſententia reuocabitur, quandocunque legitimè conſtabit de errore, vel iniuſtitia eius. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per text. apertiſſimum in c. lator, in c. tenor, & in c. conſanguinei. ext. de ſententia, & re iudic. & per omnia iura in diuerſis caſibus decidentia ſententias circa illos latas non fore approbabiles conſenſu partium, de quibus latiſſimè habetur' ſermo plurib̃us in locis a Doctoribus. Idipſum probatur per text. aureum in l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. ff. de donat. inter vir. & vxo. vbi habetur,
2 quòd ſi maritus † egit contra vxorem, ad id, quod ipſi marito verè debebatur, & mulier ad repellendum maritum oppoſuit aliquam exceptionem, in tali caſu abſque appellatione huiuſmodi ſententia poterit retractari, veluti in fraudem legis latæ. Probatur & ſecundò præſens concluſio Doctorum auctoritate. Nam ex Canoniſtis infraſcripti ſe ſubſcripſerũt præſenti concluſioni, videlicet Glo. dictorum iurium in citatis iuribus, & alijs ibidem communiter, Ioannes Brunellus in tract. de ſponſal. & matrimonio concluſione 35. fol. 184. Pan. in c. 1. col. 2. ext. vt lite non conteſtata, & ex iuriſtis Glo. in l. 3. §. penult. verſ. agatur. ff. de iureiur. Franciſcus Curtius iunior in conſi. 170. num. 27. & Horatius Mandoſius in ſua additione ad conſiliũ Lud. Rom. 357. in verſ. quòd ſic. littera A. dicentes hanc eſſe communem Doctorum opinionem. Idem docuit Laurentius Kirchouius in ſuo tract. commun. opinio. verſic. ſententia lata in cauſa matrimoniali Marantha in ſuo ſpeculo. Mattheus de Afflictis in deciſ. 151. nu. 5. Idem docuit Bart. in d. l. ſi ſponſus. dicens illum textum ad hoc ipſum probandum eſſe aureũ propter fraudes, quæ quotidiẽ fiũt. Probatur & tertiò hac ratione.

ne: Cùm causa matrimonialis sit causa de Sacramento matri-
3 monij,† quod institutum fuit ab ipso Deo Omnipotente antè naturam corruptam, vt in libro Geneſis. cap. 2. in fi. ac per cõsequens concurrentibus in ipsius contractu omnibus essentialibus, quę de iure Diuino & Pontificio requiruntur, sit ipsũ per homines (quo ad vinculum) indissolubile, non solùm humano iure, verùm etiam Diuino. Indè apertissimè sequitur coniuges postritè cõtractum matrimonium non posse renunciare iuri suo indè sibi inuicem acquisito, vt aliorum coniugio se copulent: iuxta Domini nostri Iesu Christi sententiam in Euangelio apud Mattheum c. 19. (quod & confirmauit Sacrum Concilium Trid. in sessione vigesimaquarta. cap. primo incip. matrimonium) [Quos Deus coniunxit, homo nõ separet.] Quapropter emicuit veritas nostrę conclusioni, eò quòd per mutuum consensum expressum ipsorum coniugum matrimonium ritè celebratum (quo ad vinculum) dissolui non potest: si ergo non poterit dissolui per mutuum consensum expressum, multò mi- 5
nus per consensum tacitum, qui resultaret ex non appellando ab ipsa sententia infra decennium ratione iam allata.

Amplia singulariter allata in dicta conclusione dicendo in tantum ipsam de iure veram esse, q; si post sententiã separationis matrimonij quo ad Thorum, Maritus, (ad cuius instantiam sententia diuortij lata fuisset) commisis-
4 set adulterium † nam tunc vxori volenti redire ad maritum & eius thorum, ei non obstabit exceptio rei iudicatæ. quæ viro competeret propter adulterium vxoris, & sequuti diuortij celebrati per Ecclesiam. Hæc ampliatio probatur vera duplici medio. Primò enim expressè auctoritate infrascriptorum Doctorum. Nam hoc ipsum docuerunt infrascripti, videlicet Host. in summa tit. de diuortijs. §. quot modis. nu. 9. versic. quid si sententia diuortij. Panormitanus in c. ex litteris: per illum textum. ext. de diuortijs. & licèt Glo. Innocentius in c. 1. de diuortijs. & gl. in c. Apostol⁹. 32. q. 7. & in c. fi. extra de adulter. dixerint, quòd huiusmodi mulier non tentet regressum iure actionis, obstante dicta sententia, sed officio Iudicis. Tamen post Alexan. de Neuo. Ioannes de Ana. & Anto. de Butr. & Felinus in dicto c. lator. (quos citat & sequitur Ioannes Brunellus vbi supra in limitatione tertia) dixerunt posse huiusmodi mulierem intentare actionem, & q; sit audienda. Probatur & secundò præsens ampliatio, & hac ratione, videlicet. Cùm res † de facili ad naturam suam redeat, vt in l. si vnus §. pactus. ff. de pactis. indè elicitur veritas præsentis nostræ ampliationis cùm ex subsequenti mariti adulterio facta videtur compensatio inter eos, extinguẽs commodum dictæ sententiæ: & maiora concurrant in fauorem dictæ mulieris, quæ vtique debebunt prævalere rei iudicatæ: Nec obstare poterit nostrę ampliationis.

Digitized by Google

nis veritati, quòd in fauorem ma riti præcesserint duo, videlicet adulterium vxoris,& diuortij celebrati sententia lata legitimè in foro Ecclesiastico. Non enim hoc obstat, quoniam cùm de iure vir
6 & vxor † ad paria iudicandi sint,
7 & crimina † mutua pariqúe compensatione tollantur, vt in c. nihil. 32.q.6. & in c. pen. & vltimo. extra de adulter.& in c.significasti. in fine. extra de diuortijs : & in casu hìc proposito adest text. singularis,& ad verbum in c. fina. extra de diuortijs.vbi Alex. Tertius præcepit maritum redire ad vxorem suam, quæ per sentẽtiam ratione adulterij perpetrati fuerat separata à viro. pro eo quòd furtiuè celebrauerat nuptias cùm alia muliere, & sic adulterium & ipse commisisset.

Et hæc est mea snía decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli, Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesani de iure communi possunt suis in Constitutionibus taxare pœnas incurrendas à laicis adulteris, vel concubinarijs: & vltra eas, ipsos monitionibus præcedentibus excommunicare, etsi in ipsorum punitione detur locus præuentioni.*

2 *Pœna pecuniaria exacta à laicis adulteris hodie per Sacrum Concil. Tridem. erit applicanda locis piis.*

3 *Episcopus vbi contra reos poterit exequi executione reali, aut personali, erit ei abstinendum à sententia excommunicationis.*

4 *Regno Neapolitano hodie vsu receptum est à multis Episcopis, quòd ipsi non puniant laicos in criminibus mixti fori, quo tamen iure sit introductũ, ignoratur antè Pragmaticam. D. Perafan Proregis dicti Regni ælitam.*

De Potestate Diœcesani super laicos in delictis.

THEMA.

Quidam Archiepiscopus Genuensis animaduertens quamplurima flagitiosa crimina concubinatus, & adulterij in dies, & ferè publicè laicos suæ Diœcesis perpetrare : Volens eos saltem timore pœnę eos compescere in sua Synodali constitutione ab huiusmodi criminibus abstinere laicis quoque prœcepit sub pœna pecuniaria applicanda reparationi Cathedralis Ecclesiæ, monendo omnes se velle contra eos procedere pro huiusmodi criminibus etiam ad carceris mancipationem, donec in iudicio Ecclesiastico constare de eorum innocentia, vel huiusmodi maleficiorum perpetratione, cum dicantur fori mixti, in quibus datur locus prœuentionis a Iudicibus factę.

Quęsitum

Digitized by Google

Quæſitum fuit, an de iure Archiepiſcopus hoc potuiſſet facere, & poſtea laicos repertos fędatos huiuſmo di maculis punire pœnis ſtatutis.

DECISIO XXXVI.

REVISSIMO ſermonis periodo volentes propoſitam quæſtionem abſoluere, afferemꝰ duplicem concluſionem de iure communi veriſſimã, etſi illa in Regno noſtro Neapolitano ſpeciali Conſtitutione ſit abrogata.

Prima cõcluſio ſit hæc. Firmiſſimè aſſeueramus, ꝙ de iure com
1 muni Diœceſani † poterũt in ſuis conſtitutionibus pęnas iniũgere concubinarijs, & adulteris, & eas exigere, eoſq; poſt trinam monitionem excommunicare, alijſque pęnis plectere. Hæc cõcluſio probatur triplici medio. Primo. n. auctoritate Sacri Cõcilij Tridentini in ſeſſ. 24. de reformatione, c. 8. vbi præcipitur Epiſcopis, vt ẽt ex officio procedentes poſt trinã monitionem excommunicentur concubinarij, & adulteri, alijs pęnis contra tales inflictis a iure in ſuo robore permanentib. & in c. 1. ext. de offic. ordinarij proprio iure datur ijſdem facultas libera, adulteria inquirendi, vlciſcendi, ac puniendi remotis omnibus impedimentis (etſi opus fuerit) inuocandi brachij ſecularis auxilium. vbi Panormitanꝰ inter alios Doctores docuit in numero tertiò, verſiculo adulteria, dicens, quòd huius criminis punitione datur locus præuentioni inter curiã Eccleſiaſticam, & ſecularem, cũ ſit crimen mixti fori, & pro ratione aſſignantes dicunt communiter: quia indè matrimonij Sacramentum in adulterio offenditur. Et quòd ibi Summus Pontifex loquatur de laicis adulteris, per ſe patet, cum nullum dubium ibi aliàs declaraſſet Papa ſi de clericis loqui voluiſſet ratione propriæ, & abſolutæ eorum ſubiectionis fori Eccleſiaſtici, & ꝙ in ſubſidium dictarum pęnarum ſolutione poſſint adulteri etiã excommunicari. probatur per tex. in c. intelleximus. ext. de adulterijs, & ibi latiſſimè per Panor. & alios. Idem ex. c. ad iſto die. 35. q. 6. colligitur. n. ex d. c. eadẽmet poteſtas conceſſa Epiſcopis: cùm ibi habeatur, ꝙ ipſi ſub iuraméto poſſint compellere laicos adulteros abiurare adulteras, & ibi per Doct. Inde apertiſſimè colligitur Epiſcopos poſſe de iure ꝓcedere contra laicos adulteros, & ipſos etiam punire alijs pœnis, quàm pœna excõmunicationis, nec requiri aliam monitionem, cùm de ſe ſit crimen offendens vnum ex

ſeptem Sacramẽtis Eccleſię: ſicut & Iudex laicus potuiſſet laicum adulterum punire, ſi in procedendo contra laicum præueniſſet Iudicem Eccleſiaſticũ: Idipſum & clarius cõfirmatur auctoritate ſacri Concilij Tridentini in ſeſſ. 25. de reformatione c. 3. vbi inter alia hæc præciſa verba habentur, videlicet. [In cauſis verò iudicialibus mãdatur omnibus Iudicib. Eccleſiaſticis cuiuſcunq; dignitatis exiſtant, vt quandocunque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, q̃ in definiendo a cẽſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto, ſed liceat eis (ſi expedire videbitur) in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticũ quomodolibet pertinentibus cõtra quoſcunque etiam laicos per
2 † mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi exiſtentibus, eo ipſo, ꝙ exactæ fuerint aſſignẽtur, ſeu per captionem pignorum perſonarũque diſtrictionem per ſuos proprios, aut alienos executores faciendã. Quòd ſi executio realis,
4 vel perſonalis aduerſus reos, hac ratione fieri non poterit, ſitq; erga Iudicem cõtumacia: tunc eos etiam anathematis mucrone præter alias pœnas ferire poterit. In cauſis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis, vt ſupra fieri poterit, erit a cenſuris
3 abſtinendum, † ſed ſi dictæ executioni facilè locum eſſe non poſſit: licebit Iudici hoc ſpeciali gladio in delinquentes vti: ſi tamen delicti qualitas (præcedente tamen ſaltem bina monitione) etiã per ędictum id poſtulet.] hęc ibi: ex quibus apertiſſimè elicitur, ꝙ excõmunicatione Iudex Eccleſiaſticus in ſubſidium vti debeat: ac per conſequens, quòd in cauſa adulterij poſſit adulteris infligere mulctas, & alias pœnas: quibus ſi non profecerit, tunc vtendum erit ſibi contra tales rebelles mucrone excõmunicationis, procedendo, vt docuit Sacrum Concilium Tridẽtinum ſupra relatum, ne tacitè ſubminiſtrari videretur fomes adulterij, alijsq; flagitijs mixti fori a laicis perpetrandis. Quapropter meritò dicta pœnalis cõſtitutio in practica recepta fuit: vt docuit Ioannes Segura in ſuo directorio Iudicum Eccleſiaſticorum in 2. par. c. 13. num. 37. quem citauit (ad hoc ipſum probandum) Ioannes Lopez in additione ad Capitulum 154. num. 5. practicę Canonicę criminalis Bernardini Diaz. Attamen animaduertendum erit ab Epiſcopis Ciuitatum Regni Neapolitani, ꝙ huiuſmodi priuilegium Eccleſiaſticis Prælatis procedendi † contra laicos in caſibus mixtis, ſeu mixti fori eſt omnino per cõtrarium vſum abrogatum, ita quòd non erit deinceps locus præuentioni in puniendis huiuſmodi criminibus, & (ni fallamur) ab infra referenda Pragmatica, credimus originem duxiſſe huiuſmodi introductam cõſuetudinem: Sciendum ergo, ꝙ etſi noſtræ præſenti concluſioni ſe ſubſcripſerit Henricus Boich in c. irrefragabili. §. prouideant, nu. 2, ext. de o:hic. ordin.

din. dicens Epiſcopos poſſe huiuſmodi pœnam pecuniariã pro ſupradictis delictis imponere laicis, & exactã retinere, prout elicitur (inquit) ex textu in capitulo litteras. extra de præſumpt. & in capitulo finali, de pœnis, quod & confirmauit Ioannes Andr. & Hoſtienſis in cap. vltimo. extra de officio Vicarij, etſi dixerit huiuſmodi pœnas exactas conuertendas fore in pios vſus: quod & repetierunt in dicto c. fin. de pœnis. Idem docuit Annibal Rochus in tract. de viſitatione, fol. 162. vbi in verſic. Concilij Tridentini: citat idem Concilium in ſeſſione vigeſimaquinta, de reformatione capitulo tertio. Summoperè tamen expediet memoriæ comendare Pragmaticam editam a Don Perafan Prorege di &i Regni Neapolitani in anno 1566. die 22. Decembris his verbis contentam, videlicet Reuerende vir Regiæ dilectiſſimè. Per lettere & informationi, che ci ſono ſtate inuiate per la Regia audientia di queſta Prouincia, ſiamo auiſati, come per la Corte voſtra Arciueſcouale s'è proceſſo a citar laici ſotto preteſto di vſure, & ſimilmente ſi pigliaua informatione contra vn laico di biaſtemma, con hauerlo citato, che compareſſe a dire la cauſa, perche non è incorſo in ſcommunica. Et di più pretendendo la detta voſtra Corte, che certe donne quali habitauano dalla parte di dietro della Chieſa di S. Mattheo, douеſſero ſfrattare come donne inhoneſte: loro han fatto mandato per via d'editto, che fra termine di tre dì ſfrattaſſero, ſotto pena di ſcommunica, & non eſſendo ſfrattate, le ha publicate ſcommunicate: & oltra di ciò, hauédo hauuto parole certi Gentilhuomini di queſta Città con alcuni Preti della Corte Arciueſcouale, ci ha pigliato informatione, & citati detti laici a dir da cauſa, perche non ſono ſcommunicati: liquali eſſendone comparſi alcuni di loro, ſono ſtati compoſti ad vna torcia di cinque libre di cera per vno: delche ſiamo rimaſti molto marauegliati, eſſendo queſte cauſe attinenti alla giuriditione Regia: Et credemo, che queſto non poſſa procedere dalla mente voſtra, ne che per voi ſende habbia notitia a tal che poſſiate rimediarlo, & rimettere dette cauſe alla detta Regia audientia, allaqual ſpetta la cognition di quelle, tanto più che nel tempo dell'Arciueſcouo Seripanno, ilqual pretendea far ſfrattare ſimilmente donne inhoneſte, che ſtauano accoſto a detta Chieſa, & procedere in ſimili altre cauſe, non ci proceſſe, nè fe procedere dalla ſua Corte: ma hebbe ricorſo alla detta Regia audientia, & da quella fù prouiſto al tutto: di maniera che il medeſimo potrete far voi eſſeguire, con far hauer ricorſo alla Regia audientia predetta, nellaqual ſarà miniſtrato breue complimento di giuſtitia: prouedendo voi, che per l'auue-

nire detta voſtra Corte non s'intrometta in dette cauſe, nè in altre ſimili, toccanteno la Regia giuriſdittione: & così l'eſſeguirete, & farete eſſeguire non tandolo contrario per quanto deſiderate far coſa grata alla predetta Maieſtà, & a Noi: la preſente reſti al preſentante.

Ex his, ergo omnibus elicitur quid ſit tenẽdum de iure, & quid hodie ſeruetur in practica in Regno Neapolitano, cum inter crimina mixti fori ſit crimen vſurarix exactionis.

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Omnia quæ exequutus fuit Iudex delegatus antequam oſtendiſſet litteras ſuæ delegationis Iudici ordinario, ſunt ipſo iure nulla. & quare.*

2 *Recuſare quiſque poterit Iudicem ſibi deſtinatum, dummodo ſe offerat probare coram Iudice non ſuſpecto cauſas legitimas recuſationis.*

3 *Iudicis recuſati iuriſdictio dicitur ſuſpenſa, donec fuerit pronunciatum de legitimitate, vel illegitimitate recuſationis ab arbitris ad id ſpecialiter electis, & quare.*

4 *Excommunicatio vel alia ſententia fulminata poſt appellationem, vel Iudicis recuſationem eſt ipſo iure nulla, & quare.*

De materia recuſationis Iudicis delegati.

Admodum Reuerende Pater in Domino Colendiſſime. Tuis annuere iuſſionibus ſtudentes litteris commendare non pigebit quicquid ſentimus de ſubſcriptis quæſtionibus a nobis diſſoluendis ſecundum ſcita ſacrorum Canonum, ac Doctorum ſententias, quas proponere dignatus fuiſti nobis, quę tales fuerunt.

Primò. An delegatus Iudex poſſit procedere contra ſubditos ordinarij in viſitándo, puniendo, & huiuſmodi non prius oſtenſis ipſi Ordinario Iudici litteris ſuæ delegationis.

Secundò. An delegatus poſſit recuſari ex rationabilibus cauſis deductis expreſsè coram ipſo, cum oblatione in ſcriptis ei facta de illis probandis coram Iudice vtrique parti non ſuſpecto.

Tertiò. An dictus Iudex delegatus ſic, (vt ſuſpectus recuſatus) recuſatione non obſtante, poſſit procedere contra taliter recuſantes, ac inſimul proteſtantes de nullitate actorum, & actitandorum in

Digitized by Google

in futurum atque ex nunc, prout ex tunc appellantes ad superiorem Iudicem, scilicet delegantem, & ad supremos, vt sunt Collegium deputatorũ ad huiusmodi negotia tractanda Illustrissimorum Cardinalium, & quatenus opus fuisset etiam ad Beatissimum Patrem, possit (inquam) procedere ad fulminationem excommunicationis, vel aliarum censurarum pro executione sui muneris, ac si nõ fuisset recusatus tali pacto.

DECISIO XXXVII.

RESPONSVRI primæ quæstioni propositæ, omissis verborum infrugiferorum circuitib⁹, dicimus ea, quæ

1 Iudex † delegatus exequutus fuit virtute suę delegationis, antequã Iudici Ordinario præsentasset litteras delegationis suæ sunt ipso iure nulla, cùm ante talium præsentationem, & ab illo receptionem, seu admissionem habuerit iurisdictionem solum in habitu, & non in actu, vt de iure requiritur in Iudice delegato, cum potuisset recusari, vel excipi contra illas tam ab ordinario Iudice, q̃ a partibus, etiã si ipsi Ordinario, & partibus alio modo constitisset ipsum talem esse Iudicem delegatum. Hæc probantur infrascriptis auctoritatib. videlicet. Adest enim textus apertissimus in c. cũ in iure. ext. de officio delegati, vbi docuit Innocentius Papa Tertius non fore credendum asserenti se delegatum Iudicem: nisi delegationem probet. & ibidẽ per Doct. & Syl. in verſ. delegatus. §. 3. & 4. per totum, vbi dicit, quòd Ordinarius non tenetur credere delegato dicenti se delegatũ, nisi ostendat mandatum delegationis, nec indè posset eum punire, cùm vtatur iure suo. Idem docuit decisio Rotæ in nouis sub titu. de officio delegati. Decisione sexta, aliàs 242. per totum, & rursus Rota in nouis. decis. 19. aliàs 457. in fine. sub eodem titu. Glo. in Clement. 1. verſ. receptis. de procur. Ioannes And. in c. eam te. in fin. verſ. item, quòd a tempore. ext. de rescript. Bart. in l. multum. col. 1. verſ. & hæc sunt vtilia ad quæstionem. ff. de condict. & demon. Marianus Socinus sen. in tract. citat. fol. 107. versic. etsi delegatus. aliàs artic. 20. in 6. quæst. princ. Cassadorus in tit. de restitu. spol. decis. 8. num. 12. Archid. in c. si is cui. in princ. ibi sumpto argumento a contrario. de officio deleg. in sexto, & in c. is qui, in princ. de procurat. in sexto, Host. in c. ex conquæstione, col. 1. verſ. quisquã a Iudicibus. de restitut. spoliat. & ibi Ancharanus col. 1. in fi. versic. venio ad quæstionem, & ibi Cardinalis in fi. verſ. in glo. fin. & ibi Abbas. nu. 10. verſ. & hinc sumpta occasione. & ibi Anton. de Butr. col. 2. versic. Hostiensis concludit. Bal in l. falsus, col. 6. verſ. sed pone. quòd causa. C. de fur. & in l. eius, qui in Prouincia, colum. 3. versic. sed dubitatur, de procura-

core. ff. ſi cer. pet. Romanus in conſil. 353. col. 2. verſic. quoad tertiũ. Dominicus in c. 1. §. 1. verſic. Nota, quòd Iudex. de officio deleg. in ſexto, Franchus in c. ſuper eo. el ſecondo, colum. 2. verſic. tenemẽti. ext. de appell. & ibi Decius. nu. 12. verſic. vlt. nota. Bal. in l. 1. verſ. adde id, quod. C. vt lite penden. & in l. mandatum, col. pen. verſ. & nota, quòd Petrus. C. mandati. & in l. ea quæ. col. pen. verſ. eſt eti ãnotãdum, C. de in integr. reſtit. Bal. in l. 3. §. ſi quis impetrauit, verſic. ſed contrarium eſt verum. ff. quod quiſque iur. & in l. ſed etſi de ſua, §. 1. verſ. & hęc determinantur, ff. de acquir. hæredit. Romanus in l. abſenti, nu. 5. & ſequenti. verſic. & determinatur quæſtio. ff. de donat. Felinus in c. ſciſcitatus, col. 8. verſi. limita hanc partem. ext. de reſcriptis. & in c. cęterum, col. 10. verſic. adde pro regula. ext. eod. tit. Mill. in verſic. Iudex delegatus ignorat. Caſſaneus in conſi. 10, nu. 18. Angelus in l. cum furioſus. verſ. & eſt argumentum. ff. de iud. Aret. in l. ſed etſi de ſua, col. 1. verſic. ex his inferũtur. ff. de acquir. hæred. vbi dixit eſſe iſtam communem opiñionem, vbi etiam ſubdidit, q̃ nõ ſufficit litteras eſſe præſentatas, niſi etiam ſint acceptatæ. Guido Papæ in quæſt. 286. Felinus in c. cùm ex officijs. col. 16. verſic. pro quo vide, ext. de præſcript. Bal. in l. eum qui. verſic. quartò quæro. ff. de iuriſdict. om. iud. Pau. de Caſtro in l. cùm furioſus. col. 1. in fine. verſ. quod nota, quia per hoc, ff. de iud. Idem docuit Marantha. in ſuo Speculo in ſextadecima diſtinctione iudiciorum, nu. 8. verſ. quintò dicitur iudicium.

Secundam quæſtionem diſſolnendo, dicimus nulli dubium eſ-
2. ſe, quod partes † poſſint, notę rationabilibus de cauſis, recuſare Iudicem delegatum: offerendo ſe coram legitimis Iudicibus probare cauſas recuſationis, vt docet tex. apertiſſimus in c. ſuſpitionis cauſa. extr. de officio delegat. & in c. ſecundò requiris, reſponſo ſecundo. ext. de appell. & in c. cũ ſpeciali. extr. de appell. & ibi per Doctor. Cano. & in l. apertiſſimi iuris. & l. ſequenti. & in l. fina. C. de iudic. & ibi per Doctb. & per Specul. in lib. 1. titu. de recuſat. §. recuſari poteſt. nu. 2. & per tex. in c. ſi quis contra clericum. extr. de foro compet. & ibi per Abbatem & reliquos Doct. & per text. in c. quod ſuſpecti. 3. q. 5. & in c. quoties Epiſcopi. 2. q. 6. & in c. poſtremò. ext. de appellat. & ibi per glo. & Doct.

Tertiæ quæſtioni ſatisfaciẽtes dicimus, quòd eo ipſo quòd recuſatus fuit Index, omnis ipſius
3. iuriſdictio † remanet ſuſpenſa, donec arbitri electi ad cognoſcendum de legitima, vel illegitima recuſatione iudicauerint ipſam fuiſſe legitimam vel illegitimam, vt docet text. in c. ſecundò requiritur. §. tertiò poſtulas. extra appell. cùm ratio non dictet, quòd ſuſpecti & inimici, Iudices ſint, vt habetur in fi. dicti §. tertiò poſtulas, eò quòd non teneat proceſſus, qui cum recuſato procedat, vt in c. ſuper. verſic. deſierat.

extra.

extra de officio deleg.& in dicto c.quoties Episcopi.& ibi per Doctor. & specialiter per Specul. in lib.1.titu,de recusationibus.§.effectus autem recusationis. nu. 3. versic.quia delegatus. & hoc diximus solo intuitu recusationis factæ: ad quod addimus, quòd multò minus remanet apud Iudicem recusatum aliqua iurisdictio si respexerimus ad appellationem insimul subsequenter' factam, cùm appellatio suspendat iurisdictionem Iudicis à quo,& deuoluat iurisdictionem ad Iudicem ad quem, fuit facta appellatio per iura vulgata: indè sequitur, quòd stante tali recusatione & appellatione insimul facta cum oblatione probandi legitimas causas huiusmodi suspitionis coram Iudice non suspecto vtrique parti, Iudex ipse recusatus tanquam priuatus omni iurisdictione nullo pacto poterit procedere contra taliter recusantes & appellantes iudicialiter, nec ad fulminandam aliquam excommunicationem vel censuram Ecclesiasticam, ac si esset omnino priuata persona (sicut in tali actu re vera
4 est) quoniam tales censuræ † essent ipso iure nullæ, ac nullum producerent legitimum, atque iuridicum effectum, sicut si fuissent promulgatæ à quolibet extraneo carente iurisdictione, vt docuit tex.in c.per tuas. extra de sent. excom. & in c. dilectis filijs. §.quia verò. extra. de appellat. & in c. solet. de sent. excommunicationis. in sexto, & ibi per omnes Doct.& Syl.in versic. excommunicatio secundò.nu.7.vers. septimus casus est. Quapropter asseueramus, quòd huiusmodi Iudex delegatus ex abrupto non concesso, & expectato termino ipsum recusantibus ad eligendos arbitros, vel non assignatis apostolis petitis ab appellantibus, procederet ad excómunicandos ipsos recusantes, ac appellantes, vel alijs censuris innodandos, dictis excómunicationibus,vel censuris non obstantibus: tanquam nullis possent omnia facere,& celebrare absque periculo irregularitatis,& omnes alios actus legitimos exercere,quos de iure exequi poterant antè huiusmodi censuratum contra eosdem fulminationem,ac si nunquam fuissent illis innodati, vt dicta iura & Doctores docuerunt.quibus additur tex. expressus.in c.ad præsentiam nostram. extra de appellat. & ibi per glo.& Doct.& ratio est, quoniam lata fuit excommunicatio à non habente iurisdictionem.cùm tamen iurisdictio sit de essentia & validitate sententiæ ipsius.

Et hæc est mea snia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli, Abbas Congregat. Cassinen. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi poterit nè de iure concionari facere verbum Dei in alia Ecclesia, quàm Cathedrali.*

2 *Dispositio est intelligenda rebus sic stantibus.*

3 *Accessus prohibetur ad audiendum conciones extra Parochiam, si id commode fieri potest.*

Vtrum Vicarius generalis legitimè potuerit concedere Eccleſiæ collegiatæ, & nõ curatæ Sancti Nicolai Ciuitatis Andrian. inuito Clero Cathedralis Eccleſiæ, vt in dicta Eccleſia de manè poſſit concionari, non obſtante concione de mane facienda ẽt in Cathedrali.

DECISIO XXXVIII.

INVOCATO Sanctiſſimę, & indiuiduę Trinitatis, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ miraculorum, ac Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti ſuffragio breuiſſimo ſermonis periodo exponemus quidquid ſentiemus in deciſionẽ ꝓpoſitæ qõnis.

Et primò, quòd videbatur dicẽdum Vicarium † generalẽ nõn potuiſſe indulgere dictæ Eccleſiæ collegiatę cõcionationem de mane inuita Eccleſia Cathedrali. Primò, quia hoc videtur expreſsè prohibitum ab Illuſtriſſima, & ſacra Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper Sacrum Cõcilium Trid. qui annis elapſis ad inſtantiam Eccleſiæ Cathedralis expreſsè reſcripſit Reuerẽdiſſimo Epiſcopo dictæ Ciuitatis, ꝙ ſtante paruitate populi non permitteret prædicari de mane in alia Eccleſia, quàm Cathedrali: & ſecundò idipſum videtur præcipi in Sacro Concilio Tridentino in ſeſſ. 24. de reformatione, c. 4. incip. Prædicationis munus, §. moneatq́ue, vbi hæc præciſa verba habẽtur, videlicet. [Moneatq́; Epiſcopus populũ diligenter teneri vnumquemque Parochię ſuę intereſſe, vbi cõmodè id fieri poteſt ad audiendum verbum Dei.] hæc ibi. At quoniam in ipſa Ciuitate non reperiũtur Parochiæ diuiſæ, cùm alia nõ ſit, niſi ipſa Cathedralis: ergo vr dicendum ſm ipſum Sacrum Conc. Trid. non fore permittendũ cõcionari de mane, niſi in Cathedrali, & per cõſequens ipſum Vicarium generalẽ nõ potuiſſe talem facultatem indulgere dictę collegiatę eccleſię, tùm quia hoc vr contra dictam Sacri Concilij deciſionem, cùm etiam quia indè videtur fieri prę iudiciũ Eccleſiæ Cathedralis iuri acquiſito ex conſtitutione ſupradicta.

His non obſtãtibus, firmiſſimè aſſeueramus iure optimo potuiſſe Reuerendiſſimũ Vicarium generalem indulgere dictæ Eccleſię collegiatæ, & non curatæ, vt in ea poſſet concionari.

Ad primam obiectionem reſpondendo dicimus. Primò quòd meritò ſubreptitia præſumit dicta deciſio, ac mandatum a ſacra Congregatione obtentum, vt patet ad ſenſum ijs, qui numerauerunt familias, & ciues ipſius Ciuitatis, cùm inibi reperiãtur modò decem, & octo milia in circa animæ habiles ad ſuſcipiendam ſacram Communionẽ, & domus ſeparatę in cataſtro fiſcali recenſitæ ſex milia in circa, & tamen a die reſcripti obtenti a dicta Congregatione ſacra non ſunt elapſi, niſi anni treſdecim in circa in q-

bus

bus non est vetisimile populum fuisse auctum in tam maximo numero, ex quo ratione huius articuli comprobatur subreptitium dictum rescriptum: Idipsum elicitur ex hoc secundo capite. Nã ibi non fuerat exposita situatio loci Ecclesiæ Cathedralis, nec paupertas multorum, qui ex distantia loci ratione defectus vestium retrahebantur ab audiẽtia Diuini verbi, vt patet ex ipsius rescripti tenore. Sed dato & non concesso, quòd dictum rescriptũ nõ fuisset subreptitium (vt re vera est,) cũ hodie cesset causa concessionis talis rescripti, indè sequitur cessandum fore eius effectum, cum hodie nõ simus in paruo populo, & regula sit veritima vulgaribus iuribus, quòd dispositio † intelligenda est durantibus 2
rebus, sicque stantibus in suo pristino statu, vt etiam elicitur a regula illa cessante causa, cessat ei⁹ effectus, vt in cap. cessante. extra de appellat. cum ergo hodie populus sit auctus, & adhuc non vigeat causa finalis, quæ mouit sacram Congregationem ad illud rescriptum indulgendum, scilicet propter populi paruitatem: inde sequitur non potuisse de iure hodie locum obtinere dictum rescriptum. Quapropter meritò erit dicendum pijssimum, ac eruditissimum Vicarium noluisse impedire tam sanctissimum opus, potius attendendo mẽtem, & animi motum, quàm ad corticẽ verborum Illustrissimorũ Cardinalium sacræ Congregationis, qui vtique si interrogati modo fuisset, nunquam denegassent re, non intellexisse in dicto rescripto voluisse comprehendere casum nostrum, prout hodie est.

Ad secundam obiectionem allatã, quàm facillima erit duplex responsio, dicendo primò, quòd imò ex ipso decreto Sacri Concilij apertissimè elicitur veritas nostræ decisionis arguendo a contrario sensu, cum prohibeatur ibi 3
† accessus ad conciones audiẽdas extra propriam Parochiam. Si commodè fieri poterit. At cũ hoc fieri cõmodè non possit. Indè sequ. patet licere audire conciones extra Parochiam, ac per consequẽs Epm posse indulgere concionari alibi, q̃ in Parochia, vt ĩ casu nro, ac per consequens extra Ecclesiã Cathedralem, quę propriè solum dicenda erit Parochialis: cũ aliæ in dicta Ciuitate desint. Respondetur & secundò, quòd aliquo pacto dicta Ecclesia Collegiata dici poterit Parochialis, imò & Cathedralis ex priuilegio, eo ꝙ ipsi Collegiatę licet administrare oĩa sacraméta Ecclesiæ tã terrigenis, q̃ alienigenis incipiẽdo à sacraméto Baptismi, vsq; ad extremã vnctionem, qua ẽt de causa poterit dici sibi competere facultatẽ admittendi concionatorem inuita Cathedrali, accedente tamen cõsensu Episcopi Diocęsani, stante dicta decisione dicti Sacri Cõcilij Tridentini.

Et hæc fuit snĩa mea decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut Congregat. Cassinen. Abbas. V. I. D. Et sic fuit obtentum a sacra Congregatione, vt fuerim dictum vt forma infrascriptarum literarum.

Ali

Abbatis D. Alphonſi Villagut

Al Reuerendo Signor Vicario Epiſcopale di Andria.

Reuerendo Signore la collegiata di S. Nicola ha fatto ſporre quà che d'hora innanzi vuole per ſua deuotione mãtenerſi vn Predicatore particolare per la Quareſima, & ha ſupplicato che ſe le conceda facoltà di elegerlo, offerrendo di ſomminiſtrargli il vitto, & la limoſina Però queſti miei Signori Illuſtriſſimi ſtimando tal dimanda honeſta per l'augumento della diuotione, & maggior commodità del popolo, vi ordinano con la preſente che gli concediate di far predicare nella detta Chieſa ancora, e di più laſciate l'elettione al Capitolo anco nell auenire, mẽtre che ſi venga da voi, & dalli ſucceſſori pro tempore per l'approbatione, & che ſia alimentato da loro come di ſopra. Così eſequite, Di Roma alli 3. di Febraro, dupplicata alli 10. di Marzo 1597. al piacer voſtro il Cardinal Aleſſandrino.

SVMMARIVM.

1 *Monachus caret propriæ voluntatis vſu.*
2 *Monachus dicitur mortuus mundo.*
3 *Permiſſio ſpecialis denotat regulam eſſe in contrarium.*
4 *Monachi, quare olim paſſim aſſumebantur ad curam animarum.*
5 *Religioſos poſſe aſſumi ad curam animarum iure cautum eſſe probatur.*
6 *Monachus ſine conſenſu ſui Abbatis non poterit aſſumi ad curam animarum, etſi poſſis interueniente illius conſenſu.*
7 *Monachus eſt ille, in quem poteſt cadere ius prælaturæ, ſaltem Abbate ſuo conſentiente, & Epiſcopo ſic ordinante.*
8 *Monachus aſſumptus ad curam animarum cum Abbatis ſui conſenſu, an neceſſario retineat ſocium ſuæ Religionis ſecum.*
9 *Monachus an poſſit inſtitui in beneficio Iur. ſpatronatos, in quo conſuetum fuerat inſtitui clericum ſecularem.*
10 *Monachus electus in Parochũ cum conſenſu Epiſcopi & Abbatis, an indigeat aliqua alia diſpenſatione, vt ipſam curam adminiſtret.*
11 *Prælaturę appellatione quid de iure veniat.*
12 *Epiſcopus admittens Monachum ad curam præcedente cauſæ cognitione, aut notorietate, diſpenſaſſe ſecum dicetur.*
13 *Monachum fore habendum pro mortuo, indifferenter non eſt verum.*
14 *Contraria duo in eodem ſubiecto eſſe poſſunt ſucceſſiue.*
15 *Intellectus verus tex. in c. quod Dei timorem. extra de ſtatu Monachorum.*
16 *Mona-*

Digitized by Google

16 Monachorum status an sit perfectior statu curatorum.
17 Probare, & dispensare in quo differant.
18 Præscriptio non currit sine possessione rei, quam præscribere optamus.
19 Identitas promouendi ad beneficium quomodo debeat considerari.
20 Regularis, an & quomodo, & ad quid possit exire, & eligere Monasterio.
21 Patronus Ecclesiæ curatæ potest præsentare ita Religiosum, sicut secularem, dummodo non præsentet eũ, vt Claustralem.
22 Institutus in Ecclesia, vt Claustralis, debet habere socium, secus si habet Rectoriam, tanquam quilibet Clericus secularis.

Monachus an possit præsentari ad Ecclesiam secularem curatam, & quomodo.

THEMA.

Quidam Nobiles habentes ius præsentandi in quodam beneficio curato, ad quod semper præsentarunt instituendos clericos seculares, in præsentiarum ipso vacante, vellent præsentare quidam Monachum in Sacerdotali dignitate constitutum honestæ vitæ, ac doctrinæ sufficientis pro cura exercenda eorum consanguineum, qui ex quo Sãctum habitum assumpsit sub Congregatione Cassinensi, nunquam illa derelicta ad alium Ordinem se transtulit. Quæritur modo an iuridicè possit præsentari a prædictis, & institui ab Episcopo in dicto beneficio curato, ipso voluntariè hoc onus assumente..

DECISIO XXXIX.

INVOCATO Sãctissimę Trinitatis numine, ac Beatissimæ Virginis Deiparæ Patriarchæque Sãctissimi Patris nostri Benedicti suffragio adiuti quicquid ex sacrorum Canonum, ac Doctorum sententijs excerpere poterim⁹ in ipsius decisionem afferremus, & primo.

Pro parte negatiua sũt infrascripta argumenta,. nemo dat, quod 1 non habet, sed Monachus † non habet vellle, & nolle: ergo suprædictus Monachus non poterit dare velle electioni de se factæ, vel faciendæ. Maiorem verã esse omnibus liquet. Minor probatur per tex. in capit. si Religiosus, de electio. in sexto.

Præterea. Nullus mortuus potest præsentari instituendus in 2 benef. curato, sed Monachus post emissam professionem, dicitur mundo mortuus: ergo prædictus Mona-

Digitized by Google

Monachus nõ poterit præsentari. Maior non indiget probatione. Minor probatur per tex. in c. placuit. 16. q. 1. vbi Eugenius Papa dicit. Sedeat Monachus solitarius, & taceat, quia mundo mortuus est.

Rursus. Obseruatio voti obedientię emissi à Monacho per professionem, est de iure Diuino. sed si prædictus Monachus assumeretur ad dictam curam, violaret dictum votum, eximendo se ab obedientia sui Abbatis: ergo consentire nõ potest electioni de se factę. Maior ab oĩbus Theologis, & Canonistis habet inconfesso. Minor probatur ratione irrefragabili, cùm cura animarum secularium reqrat sollicitudinem, & circuitionem extra cellam. vita autem Monachalis è cõtra, quietẽ, silentium, & solitudinem, quę omnia cùm sint de directo ad inuicem contraria, in eodem subiecto esse non possunt actu, vt probat Arist. in c. 10. lib. post prædicamentorum.

3 Vlterius. Permissio † specialis firmat, ac denotat regulam in contrarium. sed in c. ad Dei timorem. extra de statu Monach. fuit specialiter concessum ab Innocẽtio Tertio cuidam Plebano, quòd post renunciationem curæ, effectus fuerat Religiosus, vt relicta Religione, rursus assumeret curam animarum: ergo prædictus Monachus nisi à Summo Pontif. sibi dispensetur, non potest assumi ad dictam curam.

Maior probatur, per text. in l. prima, in fine. ff. ad municip. & l. vnica. Cod. de thesauris lib. 10. Minor probatur per prædictum tex. ad Dei timorem, ac per Dominũ Aegidium de Bellamere in libro concl. conclusio 225. sub titulo de Iurepatronatus.

Præterea. Perfectior status non potest deseri ab aliquo, vt se transferat ad statum minus perfectum: sed status Monachalis est perfectior statu curatorum, ergo non licet prædicto Monacho de statu Monachali se transferre ad curam animarum secularium. Maior patet. Minor probatur per text. in dicto c. ad Dei timorem. in cuius principio Innocentius Tertius scribens cuidam Plebano, ait, sanè quẽdam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium Plebani resignãs, &c. vbi apertissimè statum Monachalem vocat melioré vitam illa, quam gerebat, ex ercendo curam animarum.

Insuper illud quod fit iuridicè, non indiget dispensatione, sed Monachus iuridicè non potest, etiam cum consensu sui Abbatis, absque dispensatione Episcopi. assumi ad curam animarum exercendam: ergo non licet Monacho assumere curam animarum saltem absque consensu Abbatis, & Episcopi dispensatione. Maior non indiget probatione. Minor probatur per text. in capit. cum pro vtilitate. 16. q. 1. vbi cauetur, quòd cum pro vtilitate Ecclesiæ aliquos Monachorum in clericatus officio Episcopus probauerit, & ad verbum probauerit Aegidius de Bellamere in suo lib. conclusionum

clusionum, conclusione 215. exponit, dispensauerit.

Rursum concessione facta cum conditione, nemo potest vti absque illa. sed in c. secundo. ext. de statu Monach. conceditur. Monachis assumptio curæ animarum, dummodo secũ habeant socium suæ Religionis: ergo Monachus prædictus non potest ad dictam curam assumi, sine socio, quamuis in hoc ipsius Abbas consenserit.

Vlterius, præscriptio possessionis pacificæ immemorabili tempore obtentæ, cum bona fide, iustum præstat Dominium illud præscribentibus: sed Clerici seculares, per continuas præsentationes de eis factas in dicto benef. ab immemorabili tempore, hoc ius sibi vendicauerunt: ergo prædictus Monachus stante hac præscriptione, non poterit iuridicè præsentari; ac per cõsequens instituí in prædicto beneficio.

Maiori legitimè non potest contradici. Minor probatur ferè per omnes Canones eiusdem tituli, & sententia Cęsaris Lambertini in 22. artic. q. 7. primi lib. sub titulo de Iurepatronatus.

Vltimo loco sic arguitur. Remota causa, remouetur effectus: sed causa propter quam olim permissum fuit Monachis † assumere cu
4 ram animarum, fuit, propter inopiam Clericorum idoneorum ad hoc onus portandum: ergo existẽtibus Clericis secularibus idoneis, non potest assumi prædictus Monachus ad curam prædictam animarum exercendam. Maior non indiget probatione. Minor probatur per tex. in c. priscis. dist. 55. Vbi Gelasius Papa dicit. posse assumi Monachos, deficientibus alijs Clericis secularibus, & hoc tenet quoque Præpositus in dicto c. priscis, quem sequitur Lambertinus in articulo 19. quæstionis septimæ princ. primæ partis. lib. primi de Iurepatronatus.

Sed contra est text. in c. 2. & in c. ad Dei timorem. extra de statu Monach. in cap. si Religiosus: de elect. in sexto, & in extrauagantibus cõmunibus in titu. de elect. in extrauag. si Religiosus. in quibus cautum reperitur, Religiosos
5 † posse assumi ad curam animarum cum consensu sui Abbatis.

Ad casus decisionem. Visum fuit nobis respondẽdum fore per nonnullas breues conclusiones, ne pius Lector tædio afficiatur, & vt facilius hæc decisio memoriæ commendari queat. sit ergo prima hæc conclusio huius quęst. notabilis.

Monachus prædictus absque
6 præuia facultate sibi indulta à suo Abbate de consentiendo † electioni de se factę, vel faciendæ, non poterit assumi ad dictam curam, cum careat velle, & nolle: & hanc conclusionẽ probatur esse veram per tex. in c. ĝ Religiosus. de elect. in sexto, & in extrauag. Benedicti Vndecimi, quæ incipit. Si Religiosus. quæ est reposita inter extrauagantes communes sub tit. de elect. & per text. in c. 2. extra de statu Monach.

Secunda conclusio, Monachus prædictus facultate prædicta sibi indulta.

Digitized by Google

indulta poteſt aſſumi ad curam prędictã, & hoc probatur per tex. in c.2.& in c.quòd Dei timorem. extra de ſtatu Monachorum: & hoc per argumentum ſumptum à contrario ſenſu (q̃ in iure eſt fortiſſimum.) ex c.ſi Religioſus. de elect. in ſexto, & in extrauag. ſupra adducta: & per text. in c.vndecimo, de reformatione, ſeſſ.24. Concilij Trident. vbi prohibetur aſſumi ad dictam curam regularem, qui ſe tranſtulit de vno ordine, i. Religione in aliam: Quapropter hoc cõceſſum videtur in alijs, de quorũ numero eſt Monachus (de quo quæritur) & per tex. Conc. Triden. in c.quarto ſeſſ. 25. vbi expreſsè prohibetur regularibus derelictio Monaſterij abſq; facultate ſibi indulta à ſuo Pręlato ob quaſcunq; honeſtas & pias cauſas, etiam vigore cuiuſcunque priuilegij indulti cuiuſcunq; Pręlato, vel Principi de extrahendo regularem à Monaſterio. Ex quo elicitur, q̃ cum voluntate ſui Abbatis poteſt Monachus prędictus extrahi à Monaſterio ad vacandum curæ prędictæ. hoc idem probatur per text. in c. Doctos. & c. ſi Monachus. 16.q.1. & ferè per oẽs Canones dictæ quæſt. inſuper per Io. And. in dicto c. q̃ Dei timorem. & in gloſ. Clem. primæ de elect. in verſic. ſecularis; & per Panormitanum in dicto c. q̃ Dei timorem: & per Dominum Dominicum de Sancto Geminiano in dicto cap. ſi Religioſus. & per Imolam ſuper dictę Clem. primæ gloſam (quæ eſt Ioannis And. prędicti) in verſic. ſecularis, & per Decium in c. præterea. extra de præben. qui nolens de hac quæſt. verbum facere, putans hoc ſuperfluum: remittit ſe ad notata per Pan. vbi ſupra, & Imola, & Federicum Petrucium de Senis, qui in conſilio 136. doctiſſime hanc concluſio. eſſe veram probat, reſpondetq́ue ad obiectiones contrarium ſentientium, & per Dominum Præpoſitum in c. priſcis. diſt. 55. nec non & per Aegidium de Bellamere in lib. concluſ. conclusione 751. ſubtitu. de Iurepatronatus, dicentem hanc eſſe com
* munem Doctorum opinionẽ, ac infinitarum gloſarũ: qui deinde
7 ait, q̃ Monachus † eſt ille in quem cadere poteſt ius Prælaturæ, ſaltem Abbate conſentiente, & Epiſcopo ordinante: & roborat ſuã ſententiam prædictis auctoritatibus ſupra adductis.

Vltimo loco accedit ad hanc concluſ. confirmandã, Cęſar Lambertinus in articulo 19. quæſt. 7. in princ. primæ partis. primi lib. ſui. titu. de Iurepatronatus, aſſerens hanc eſſe communem Doctorum opin. non obſtante opinione contraria Dñorũ de Rota; & quia ad hanc probandam concluſionẽ credo præallegata ſufficere, idcircò circa illam nihil aliud dicemus.

Tertia concluſio, Monachus ſi aſſumptus fuerit ad dictam curam, precedente conſenſu ſui Abbatis, non tenebitur de neceſſitate ſecum retinere ſocium Monachum, quamuis tutius eſſet, & de conſilio propter honeſtatem; & hoc probatur primo per præallegatos text. in c. ſi Religioſus; ac

Conci-

Concilij Trid. in quibus nulla fit mentio de ſocio aſſumendo. Secundò confirmatur ratione ad hoc adducta à Domino Io. Andr. in præallegatis locis, quem Imola in Clem. præallegata ſequitur, quòd Dominus Io. Andr. ait, idcircò Monachus prædictus non tenetur, quia per aſſumptionem curæ cum conſenſu Abbatis ſui, abſoluitur ab obedientia illius, & à Monaſterio, nec habetur aliquã communionem cum illis; quapropter Abbas non tenetur ſibi ſocium tribuere; ſecus ſi promotus fuiſſet, vt obedientialius Monaſterij, puta ad Eccleſiam Monaſterio ſubiectam; ad quam conſueuit Monachus promoueri, & ad libitum Abbatis reuocari. & in hoc caſu habent locum iura, quæ loquuntur de ſocio: cuius opinionem puto veriorem, tum prædictorum textuum auctoritate motus, tum etiam rationibus adductis à prædictis celeberrimis Doctoribus; quamuis Panormitanus in dicto c. ꝙ Dei timoré, ab hac opinione diſſentiat; allegans dictum c. 2. ext. de ſtatu Monach. cuius ſententiã Cęſar Lambertinus vbi ſupra ſequitur, ſed quia hi duo Doctores nõ faciunt mentionem de prædictis nouis iuribus circa hoc, quæ iura ſunt maximæ auctoritatis: iccircò nobis nihil obſunt, cùm odia ſint reſtringẽda, fauores verò ampliandi, vt in c. odia. de regu. iuris in ſexto: imò & hoc nouiſſimè docuit Pius Quintus in quadam ex extrauag. dicendo, quòd Vicarius perpetuus poſſit alicuius parrochiæ ſeu beneficij curati quilibet regularis licẽtiatus à ſuo Prelato eſſe, nec tenetur habere conſocium, niſi fuerit Vicarius ammouibilis per ſuum Prelatũ. Nam tunc teneretur tres alios aſſociare: quòd tamen Greg. Tertiuſdecimus reſtrinxit ad vnum, dicens, quòd ſufficiet vnum ſocium eiuſdem Ordinis religioſum habere: & ſacra Cõgregatio Illuſtriſſimorum Cardin. ſupra Sacrum Concil. Trid. in menſe Ianuarij 1593. nobis tunc Romę hoc ipſum procurantibus his præciſis verbis illi Illuſtriſſimi vſi fuerunt in talibus deciſionibus, videlicet. [Congregatio Concilij cenſuit deputationem Capellani pro exercenda cura annexa alicui Monaſterio regularium ſpectare ad Superiores illius Monaſterij, de conſenſu tamen Epiſcopi: ac præuio examine per ipſum, aut eius Vicarium faciendo.] hæc ibi, & ꝙ fuerit reſtrictus numerus ſociorum ad vnum audiamus. [Congregatio Concilij cenſuit in Parrochiali Eccleſia vnita alicui Monaſterio Monachorum, poſſe ipſos Monachos in Vicarium nominare vnum ex eis, ad ipſorum nutum amouibilem: cum quo alius duntaxat Monachus habitare debeat, Epiſcopumque teneri illum deputare, præuio, tamen examine, ac eius approbatione.]

Quarta concluſio. Quamuis ab immemorabili tempore in prædicto beneficio fuiſſet ſẽper Clerici ſecularis præſentatus. Nihilominus hodie præmiſſo conſenſu ſui Abbatis poterit prædictus;

Mona-

Digitized by Google

† Monachus in illo inſtitui ab Epiſcopo Diœceſano, ſtante præſentatione patronorum. Hęc concluſio probatur multis rationibus, & primo quia contrarium non eſt aliquo iure cautum; imò ſumendo argumentum à contrario ſenſu, concluſio noſtra probatur per text. citatos in concluſione ſecunda per expreſſam ſententiam prædicti Domini Federici in conſ.136.vbi hoc idē probat multis rationibus alijs, quas breuitati ſtudentes, hic non recitabimus: nec cęteri celeberrimi Doctores de hac limitatione aliquid verbum faciūt, tacitè nobis innuentes illam non eſſe recipiendam, cū illa nullo iure ſit firmata, ac roborata: & hoc eſt tenēdum, quamuis Cæſar Lambertinus ſequens quendam alium Doctorem contrarium in prædicto art. 22. ſentiat, dicens ſimpliciter hoc nō fieri poſſe, niſi forſan pro vna vice tantum ſuadente neceſſitate, vel vtilitate, quę tamē & ipſe omnes conditiones hodie adſunt in caſu noſtro.

Tertiò, quoniam non adeſt cauſa rationabilis in contrarium, cū nemo hac præſentatione, & inſtitutione damnificetur in ſuo particulari, ac per nullum ſit acquiſitum ius in tali beneficio, & hoc fiat de conſenſu Abbatis ſui, & Epiſcopi, ac patronorum procurantium bonum Eccleſię illius, & maximè in caſu noſtro, cum inſtitutio prędicti Monachi vergat in maximam vtilitatem dicti beneficij curati, tum propter competentem doctrinam ipſius, ac vitæ integritatem, tum etiam propter ſanguinis ipſius ingenuitatem, ac nobilitatem, qua poteſt manu, ac brachio potenti ſuorum conſanguineorum Eccleſię prędictę ſibi commiſſę opem ferre, necnon illam reſtituere in priſtinum ſtatū, tam in viuis, quàm in mortuis lapidibus, a quo decidit inſipiētia, & auaritia clericorum ſeculariū precedentium in dicta cura, vt ipſimet patroni eiulantes teſtātur.

Quinta, & vltima concluſio.

10 Monachus † de quo quęritur prę miſſa licentia ſibi indulta de conſentiendo electioni de ſe factæ, non indiget aliqua diſpenſatione Epiſcopi inſtituturi illum in dicta cura. & hæc concluſio probatur per prædictos Canones, & Doctores inductos in ſecūda concluſione, quòd omnes vnica voce hoc aſſerunt, quorum opiniones, & nos ſequimur, quamuis cōtrarium teneat Ioannes de Lignano, cuius ſententia a nobis non acceptatur, tū quia eſt ſingularis, tum etiam cum non roboretur aliquo iure hanc ſuam opinionē tuente explicitè, nec implicitè, imò implicitè contrariū probent iura adducta, cùm in illis iurib. nulla fuerit facta mentio de diſpenſatione, ſed ſimpliciter dicant Monachum poſſe aſſumi ad curam animarum ſecularium, cū Abbatis ſui conſenſu: & noſtræ ſententiæ quoque fauet Reuerendus Dominus Aegidius de Bellamere in lib. concluſionum. in q. 751. ſub titul. de Iurepatronatus, vtens his verbis (poſt relationem ſententiæ Ioannis prædicti) Monachus

Digitized by Google

nachus est ille, in quem cadere potest ius Prælaturæ, saltem Abbate consentiente, & Episcopo ordinante: & addit ibi hoc probari prælegatis iuribus, ac infinitis glosis, & quòd appellatione
11 Prælaturę † non tantum veniat dignitas Episcopalis, sed etiam simplex benef. curatum. probatur sententia Domini Federici de Senis vbi supra, dicentis, quòd eadem est ratio, qua Monachus potest præfici ad Episcopatum, & ad dignitates cęteras Ecclesiasticas propter curam animarum, etiam de iure communi. ergo si est eadem ratio de dignitate qualibet, sequitur, quòd electio, vel præsentatio facta de Monacho ad curam animarum, siue sit dignitas, siue rectoria, tenet mero iure. hæc ille. Per cuius opinionem clare probatur, quòd Prælatura non differat a curato beneficio quo ad hoc. Idem tenet Reuerendissimus Cardinalis Sancti Eustachij à supradicto Domino Aegidio ibidem adductus, qui
12 dixit, quòd Episcopus † admittens Monachum præcedente causæ cognitione, aut rei notorietate, secum dispensasse videbitur. idem dicit Præpositus vbi supra, qui Doctores, si benè intelligantur, nihil cõtra nos concluserunt, cùm hoc idem apud nos habeatur indubitatum, videlicet. quòd Episcopus teneatur Monachum prædictum examinare, ac cognoscere de eius idoneitate: vt statuit ius cõe, & vltimo loco Cõcilium Trid. ac post hæc illũ idoneum repertum instituere. & hęc dixisse sufficiat, quo ad probationem conclusionum tenendarum super præsenti quæst. Restat modò, vt argumenta in contrarium adducta destruamus & reprobemus.

Ad primum argumentũ dicendum, ꝙ minor verificatur solùm in eo, quòd non obtinuit facultatẽ præstandi suum consensum electioni de se factæ, vt fuit probatũ in prima concluſ. secus de illo, q̃ fuit restitutus pristino statui valẽdi, in quo poterat vti sua voluntate, quòd fit per abolitionem obligationis, q̃ contraxit per abnegationem suæ voluntatis in manu Abbatis sui.

Secundo & tertio argumento in contrarium adducto. vnica responsione satisfiet; cùm illa duo argumenta quodãmodo coincidãt simul: quapp negatur Minor, generaliter intellecta, q̃a non est verum, quòd in oĩbus Monachus
13 † habeatur pro mortuo: cùm illi adsit facultas Missas celebrare, & nonnulla sacramenta Ecclesiastica ministrare, ac prædicare, & se tueri ab iniustè se verberantibus, vel vulnerantibus, vt omnibus Doctoribus est inconfesso; quòd tamen nullo pacto à defunctis perfici potest. Verba verò Summi Pontificis in dicto c. placuit. adducta in contrarium, sunt intelligenda vera, quo ad actus legitimos exercendos, & quo ad secularia & mũdana negotia exercenda, in quibus Monachi reputantur mortui, vt in l. Deo nobis. C. de Episcopis & clericis.

Ad quartum negatur Minor,

ed by Google

quia Monachus assumptus ad curam animarum, non eximitur à perfectione voti obedientię; sed mutat Superiorem, cui teneatur illam exhibere; nec in hoc alicui ipse præiudicat, cum adsit voluntas Abbatis consentientis, ac renunciantis iuri suo (vt prius supponit) cùm nihil referat si per alterationem status se transferat ad contrarias actiones, quoniam communiter Doctores præallegati, simpliciter asserunt, hoc posse fieri à Monacho, probantes eorum sententias auctoritate iurium adductorum in secunda conclus. asserentesq; hoc tamen non posse fieri, si opus esset Monachũ ad curam assumptum, remanere Monachum claustralem, idest, obligatum Monachali obseruantiæ perficiendæ in claustro, quia tunc sequeretur preallegatum dictum Philosophi in contrarium adductum; quòd in casu nostro, non habet locum, vt patet, cùm nihil prohibeat duo contraria succe-
14 cessiue esse in eodem † subiecto, vt in aqua, quæ potest successiuè contrarias qualitates suscipere, videlicet frigiditatem, & caliditatẽ, vt ipsemet Philosophus in p̃dicamento qualitatis confitetur.

Ad quintum respondetur, quòd Minor negatur, quia in dicto tex.
15 capit. quod Dei timorem, † non fuit facta mentio de speciali concessione, sed tantum fuit ab ipso Summo Pontifice declaratum illi Plebano dubitanti de licita assumptione curæ, post votum Religionis emissum, hoc illi licere, q̃ & probatur per dicta Summi Pontificis verba, quibus ibi vsus fuit, dicendo, & per antiquos Canones etiam Monachi ad Ecclesiarum Parochialium regimẽ ordinati; pro hoc intellectu adduco quòd supra in medium produxi in conclusione quinta & vltima, secundum Doctores in capitulo quod Dei timorem. extra. de statu Monachorum.

Ad sextum argumentum similiter negatur Minor, quoniam Monachatus non est perfectior
16 status curatorum statu, † quia si secus esset verius, male fecisset Summus Pontifex in dicto capitulo quòd Dei timorem, concedendo, quòd id, quòd minus bonũ est exequatur, & quòd maius bonum est, deseratur. cum hoc nõ sit proprium veracium Pastorum animarum, at potius contrarium præcipere: quapropter dicta verba videlicet, ad frugem melioris vitę, sunt intelligenda ad frugem tutioris vitę, quoniam patet curã gerere animarum esse periculosius, q̃ vacare vitę Monachali, ob infinita scandala, & tentationes, quę obijciuntur in dies, indè volentibus in Christo piè viuere: sed non ideò cura animarum est fugienda à nobis, cùm non ignoremus, quòd vbi maior labor, ibi maius pręmium: & vt cum Apostolo dicamus, non coronabitur nisi, qui legitimè certauerit; quapropter certare est necessarium desiderantibus coronam, nec ij tales sponte se obijciunt certamini, cùm sit scriptum, Militia est vita hominis super terram; nec se obijciunt periculo,

Digitized by Google

richlo, cum dicere possint cum Apostolo, omnia possum in eo, qui me confortat; præcipuè cum ad hanc curam assumendam videatur prædictus Monachus suaderi sententia Panor. in dicto capit. quod Dei timorem. Vbi post interpretationis nostrę confirmationem; verbi illi⁹ (melioris &c.) ait. curatum rectè fungendo suo officio posse lucrari suam ipsius animam, & aliorum sub cura sua existẽtium: sed Monachus in Monasterio tantũ suam, & addit; sic argue ex glosa, q̃ magis meretur Presbiter Parochialis rectè exercendo suum officium, q̃ simplex Religiosus sibimet soli vacando.

Ad septimũ negatur Minor auctoritatibus Doctorum, & Canonum in medium productorum, in cõclusione quinta, & Doctoris Aegidij Bellamere, ibi allegati: quapropter text. ille citatus per eum ibi, est intelligendus, vt supra in dicta conclusione fuit dictum. Insuper tamen pro maiori veritatis enucleatione, animaduertendum, quòd multum differat terminus hic appositus, in dicto c. per eundẽ adductum, videli
17 cet Probauerit † ab alio termino, scilicet dispensauerit, quoniã probare signãt experiri, vel exquirere, nec non aliquando prolaudare, quandoque argumentis demonstrare, & aliquando permittere; sed dispensare est facere illud licitum, quòd aliàs de iure non esset licitum, stante in suo robore generali prohibitione illius. Quapropter opinio illius ex vi vocabuli, est pro nobis; quoniam non negamus Episcopum posse probare, idest, experimentum capere de idoneitate instituendi, cum ad id cogatur per ius commune, & Concilio Tridentino locis suis; citatum.

Ad octauum respondetur, quòd negatur id, quod fuit in minori probatum hodie locum habere, cùm sit abrogatum per iura moderniora, citata in conclusione secunda, & q̃ hoc sit verum, cõfirmauerunt Doct. adducti ibidem.

Ad nonum negatur Minor, cùm omnibus Doctoribus sit inconfesso, neminem posse sibi ali-
18 quod ius præscribere † sine possessione illius: & cum hoc quoque confirmetur per textum in capitulo sine possessione. de regulis iuris, in sexto, vbi dicitur sine possessione præscriptio non procedit; quapropter Canones in contrarium adducti, sunt intelligendi quandoque in particulari, vel alicui familiæ, vel vniuersitati, vel Monasterio per possessionem pacificã fuit aliquod ius præscriptum: sed dato, quod clerici in cõmuni hoc acquisierint, potest dici, quod hoc non obstante poterit Monachus prædictus præsentari, & institui in dicta cura, cũ (ẽm Pan. in rubr. de vita, & honest. cleric.) appellatione clericorũ veniant etiã Monachi, ac omnes, q̃ non sunt merè laici, cuius opinioni oẽs summularij in verſ. clericus, astipulati fuerunt.

Ad decimum, & vltimum argumentum respon. quod conclusio illius non est contra nostram sententiam, cum hodie nõ reperiantur

Digitized by Google

riantur Clerici seculares æque idonei, vt prædictus Monachus (de quo quæritur) qui vellet hoc onus curæ, ac residentiæ assume re, quoniam hęc idoneitas debet
19 † considerari non tantum circa doctrinam, ac vitæ integritatem, necnon prudentiam in dirigendo oues sibi commissas, & facultatem tuendi bona temporalia ipsius Ecclesiæ, quæ propter incuriam, ac auaritiam prædecessorũ in dicta Ecclesia curata minatur ineuitabilem ruinam, nisi obijcietur, (prout testantur ipsi patroni) Insuper & alia mala, a me recensita supra in quarta conclusione, quibus omnib⁹ malis (Deo Optimo Maximo opitulãte) Monachus prædictus poterit occurrere propter suimet, & suorũ nobilitatem, cum ipsius consanguinei abbundent diuitijs, ac potentia: Quapropter concludendum erit prędictum Monachum de iure, cum sui Abbatis licentia poterit præsentari, & in dicto benef. curato institui a Diœcesano absque aliqua alia dispensatione. & hæc dixisse sufficiant pro examinatione præsentis quæstionis non tam vtilis, quàm difficilis.

Addendo tamen, Monachum posse abstrahi a Monasterio, vt perpetuo inseruiat Ecclesię seculari curatæ non solum vnitæ Monasterió, verumetiam non vnitæ, interueniente tamen cõsensu Abbatis sui, & Episcopi Diœcesani solum probatur rursus per modũ epilogi, iure Pontificio. Nam habetur in capitulo Doctos. in cap. si Monachus, 16. quæst. 1. cap. 2. & cap. quod Dei timorem. extra de statu Monachorum, cap. si Religiosus. de election. in sexto, in extrauag. si Religiosus, de elect. & nouissimè in Sacro Concilio Tridentino sess. 14. de reformatione cap. 11. vbi declarantur incapaces beneficij curati secularis solum Religiosi trãslati de vna Religione ad aliam, de quorum numero non est Monachus, de quo quæritur. & rursus in sessione 25. de reformatione cap. 4. vbi solum
20 prohibentur regulares † ab egressu suæ Religionis ad deseruiendum Principibus, vel Communitatibus, aut alijs pijs operibus sine pręuio consensu suorum Prælatorum. Vltimo loco declarauit Pius Quintus in sua extrauagan. Regularem, posse effici Vicarium perpetuum alicuius beneficij curati, etiam sine socijs, accedente consensu sui Superioris; sed si regularis Vicarius esset amouibilis ad nutum sui Prælati, tunc omnino esset associãdus saltem a duobus alijs, & Congregatio Illustrissimorum Cardinalium super Sacrum Concilium Tridentinũ censuit sufficere Monacho habere vnum Monachum.

Secundò idipsum probatur Doctorum auctoritate in citatis iuribus, necnon & auctoritate Ioannis de Imol. in Clement. 1. super Glos. ipsius in verficulo secularia. de elect. Idem latius docuit ipsamet Glos. immo & textus ipse in ipsa Clem. 1. si verba eius ponderentur, & omnes Doctores ibidem, & elegantissimè Cardin. in Clem. 1. quæst. 5. de regul. & Panormi-

normitanus in c. Deus qui. in fin. ext. de vita, & honestate cleric. & iterum in c. sicut tuis. nu. 2. vers. Nota primò. extra de simonia. Idem docuit Decius in c. præterea. extra de præben. Idem Federicus de Senis in cõsi. suo 156. vbi hanc conclusionem doctissimè veram esse probat, respõditq; obiectionibus, quæ possent illi aduersari. Idem Præpositus in c. priscis. dist. 55. Idem docuerunt latissimè Aegidius Bellamere in suis decisionibus, concluf. 751. sub tit. de iure patro. & Cæsar Lambertinus in tract. de iure patro. in princ. primæ partis lib. 1. art. 19. q. 7. dicentes hanc esse communem Doctor. sententiam.

* Non negamus tamen nullum ex Abbatibus Cõgregationis Cassinensis nostræ hodie posse huiusmodi cõcessum alicui ex suis Monachis indulgere, cùm hoc Reuerendi Patres regiminis specialiter inhibuerint eis, vt luce meridiana clariùs elucet in declaratione Regulę c. 28. de ijs qui sæpius correpti non emendantur, nu. 4. §. dare vero.

Attamen quis negare præsumpserit hanc facultatem Monachis suæ Congregationis posse de iure impartiri dictum Reuerẽdum Regimen Congregationis Cassinensis? Cum inde videretur peioris conditionis, quàm singuli Abbatis, ac Prælati cuiuscunque Ordinis, quibus hoc a iure communi concessum fuisse iam ex allatis patuit. Idem rursus repetijt ipsemet Panormitanus in Clem. vnica, nu. 12. 13. 14. & 15. de suplenda neglig. Prælat. his præcisis verbis vtens, videlicet. In beneficijs solitis conferri secularibus non possunt Religiosi habentes præsentationem, seu collationem presentare Regularem, seu conferre Regulari, si illud beneficiũ nõ est curatum, vel illum volunt presentare, vt claustralem. vt Glo. docet in vers. secularibus, ex qua nota, quòd tanquam clericum secularem possunt præsentare Religiosum si beneficium est curatum, & dicuntur præsentare, vt claustralem, quãdo volunt posse eum remouere ad libitum, vt tunc remaneat claustralis, sicut prius: secus ergo, quando isti presentant, vel conferunt, vt penitus absoluatur ab obedientia Monasterij, & sit perpetuus rector illius Ecclesiæ. Ex quo etiam nota, quòd patro-
21 nus † Ecclesiæ curatæ potest presentare ita Religiosum, sicut secularem dummodo non præsentet eum vt claustralem. Insuper scien-
22 dum, quòd institutus † in Ecclesia, vt claustralis debet habere socium: secus si habet rectoriã, tanquam quilibet clericus secularis. Vide glo. in vers. reuocari, & meliorem in Clem. Ne in agro. §. ad hæc. de statu regul. Hæc omnia Panorm. vbi supra.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Index tam secularis, quàm Ecclesiasticus quid faciet si fuerit appellatum à sententia lata à se ad suum Superiorem.

2 Pœna imponenda Iudici non deferenti appellationi, facta ad eius superiorem à sua sententia diffinitiua.

3 Iudicibus, à quibus fuit appellatum à diffinitiua apostolos tradere appellantibus præcipitur.

4 Appellationi friuolæ ab interlocutoria etsi non sit deferendum: tamen a diffinitiua erit omnino deferendum.

5 Appellanti tradenda erit copia processus, & sententiæ latæ dirigenda Iudici ad quem, infra triginta dies computandos a die latæ sententiæ.

6 Iudex non deferens app. factæ a sua diffinitiua ad Papam, summouetur ab officio.

7 Iudici ad quem mittenda sunt acta cum apostolis à Iudice, a quo fuerat appellatum.

8 Appellans, & succumbens qua pœna puniatur.

9 Pœna imponenda Iudici a quo, non deferenti appellationi quæ sit.

10 Appellanti infra spacium triginta dierum a die sententiæ, erit tradenda copia actorum causæ, & apostoli.

11 Executio sententiæ per appellationem suspenditur vsque ad diffinitiuum iudicium super eam.

12 Clericus Iudex non deferens legitimæ appellationi qua pœna puniatur, & qua laicus.

13 Index Ecclesiasticus non deferens appellationi factæ in causa ciuili & criminali, qualiter veniat puniendus. & qualiter Index secularis.

14 Iudex non deferens appellationi factæ a sententia interlocutoria, non venit puniendus sicut si non detulisset sententiæ diffinitiuæ.

15 Pœna imponenda de iure Canonico Iudici Ecclesiastico an semper sit depositionis.

16 Index vtriusque fori quibus de causis teneatur deferre appellationi a sententia sua diffinitiua etiam iustissima.

17 Tempus hodie indultum ad deliberandum, an quis velit sententiæ latæ in causa sua assentiri, vel ab ea appellare, est decē dierū tam in causa iudicialiter mota, quàm extraiudicialiter, & quæ causa dicatur mota iudicialiter, et quæ extraiudicialiter, & an huiusmodi dies sint continui currentes de momento ad momentum, & a die latæ sentētiæ, aut a die scientiæ, aut ab hora, in qua datur copia adeundi Iudicem a quo, vel ad quem.

18 Regula, in qua dicitur, quòd dies termini non computetur in termino non habet locum in termino a iure assignato volenti appellare.

19 Appellatio suspendit latam sententiam ita, vt non possit executioni mandari.

20 Iuramenti delatione semper excluditur ius superioris.

21 Sententia, a qua non fuit appellatum infra decem dies transit in rem iudicatam, & ab ea postea appellare non poterit, nec eius executio retar-

Digitized by Google

retardari, nisi propter excessum modi executionis.

22 Quadrimestre tempus ad executioni mandandam sententiam regulariter est statutum, licèt a Iudice possit prorogari, & breuiari.

23 Terminus decendij concessus appellare volentibus, incipit a die scientiæ promulgationis sententiæ latæ.

24 Index ad quem non poterit prohibere Iudici a quo nè in causa alia, vel nè ad executionem sententiæ procedas: nisi sibi constiterit, ad eum per appellationem causam ipsam delatam fuisse.

25 Appellare licebit infra decendium a die latæ sententiæ.

26 Terminus decendij non currit appellare volenti, nisi sibi detur copia Iudicis a quo, vel ad quem, et hoc in publico, nec ipse appellare volens tenebitur se conferre ad domũ vel villam eorum.

27 Dies in quo appellatur, an computabitur inter illos decem concessos ad appellandum: imò, an & illud horæ momentum, in quo ipsa sententia fuerat promulgata, includatur.

28 Terminus decendij currit non a die sententiæ simpliciter promulgationis, sed a die scientiæ promulgationis ipsius, ex qua fuerat quis grauatus, etiam si talis dies esset feriatus. si tamen in ipso Index dedisset copiam sui.

29 Recurrere per appellationem poterit quis ad Iudicem a quo, & ipso deficiente, ad Iudicem ad quem.

30 Attentari a Iudice a quo post appellationem à diffinitiua, & intra decendium concessum ad appellandum nihil poterit, & quare.

31 Tempus appellationis interponendæ, & exequendæ quod est.

32 Absens non per contumaciam verã dãnatus appellare poterit intra decem dies computandos a die scientiæ, si Index reperiatur in publico.

33 Causa propria alicuius, quæ dicenda sit.

34 Terminus decendij appellare volenti concessus a iure locum habet nõ solum in sententia diffinitiua, verũ etiam in interlocutoria.

35 Tempus legale in dubio semper præsumitur continuum.

36 Appellare quando alicui licebit poterit appellare etiam die feriata, tam solemni, quàm repentina, sed non exerceri regulariter, et quare.

37 Appellanti etsi nõ præiudicet, quando stat per alium Iudicem, quin ipse prosequatur suam appellationẽ quo ad tẽpus sibi præfixum in prosequendo. Tamen cautius aget si se protestetur de hoc coram testibus, & publicè proponat appellationẽ.

38 Appellare volens, an teneatur perquirere Iudicem vbique locorum.

39 Tempus decendij incipiet currere nõ a die conditionis extantis, sicut in alijs præscriptionibus contingit, sed a die latæ sententiæ, etiamsi ferretur sub conditione (suppositа tamen eius scientia,) & quare. & nu. 55.

40 Sententia lata contra aliquem quod tempus a iure sit indultum illi ad soluendum id, ad quod fuit condemnatus.

41 Sententia poterit ferri etiam diffinitiuè conditionaliter ideſt sub conditione, quæ habet ipsam iustificare, quæ aliàs vocatur conditio in-

Digitized by Google

intrinseca, & tacitè cohærens.

42 Decendij tempus quare currat de momento ad momentum, & dicatur vtile.

43 Decendij tempus a quo tempore computetur, & contra quos nõ currat.

44 Lex communis aut statutum vbicũque ponderat actus scientiam respectu certæ qualitatis ille nõ dicitur scire, qui scit actum, & ignorat qualitatem ponderatam ibi. Vnde articulans in tali materia debebit esse cautus. & nu. 49.

45 Contumax in non veniendo, seu comparendo propriè dicitur cõtumax, & quare.

46 Sententia interlocutoria infra decendium poterit exequutioni mandari, & quare.

47 Ferens sententiam diffinitiuam ipsam exequi poterit, non autem revocare, & quare.

48 Sententia iudicialis, etsi in multis differat ab extraiudiciali, tamen quoad tempus appellationis conueniunt, scilicet a die scientiæ.

50 Tempus appellandi a iure indultum currit a tempore latæ sententiæ, et non a tẽpore lapsus diei, & elapso decendio sententia transit in rem iudicatam, & quando, & quare.

51 Decendium quare non incipiat currere a tempore termini præfixi ad aliquid faciendum, tam in causa ciuili, quàm criminali.

52 Sententia a qua non fuit appellatum infra decendium, quare transeat in rem iudicatam.

53 Decendio transacto, tam pure, quàm conditionaliter lata sententia transit in rem iudicatam, si contra illam non fuerit appellatum, computando horam latæ, aut scitæ sententiæ factæ appellationis.

54 Appellare quis semper poterit etiã post decendium a die scientiæ illati grauaminis habentis actum successiuum, & hæc regula explicatur, & limitatur.

56 Ius commune quare indulserit post latam sententiam volentibus appellare decendium, inhibendo Iudicibus, ne infra ipsum exequutioni mandarent ipsam sententiam.

57 Facultate appellandi, vt quis post decem dies a die latæ sententiæ prius detur quid necessario requiratur.

58 Appellare quis poterit etiam post decendium, si quam primum scinerit, idest, si infra decendium aliud computandum ab ipsa hora scientiæ latæ sententiæ adierit Iudicem sedentem pro tribunali, & probauerit se non fuisse citatum ad audiendam sententiam tali die, & hoc pacto erunt interpretandi Doctores dicentes citatos ad audiendam sententiam non venientes, sed contumaces fore audiendos appellantes post decendium, cum de iure hic non veniat dicendus contumax verus (cui non licet appellare) sed fictus, qui appellare poterit. & nu. 60.

59 Decendium vt contra appellare volentem currat necessario requiritur scientia latæ sententiæ, & eius intimatio plena, & certa, ac tenoris sententiæ, & quare.

61 Clement. Causam. de elect. verus intellectus.

62 Intimatio alicuius actus iudicialis, vt præiudicet alicui, vel ipsum alli-

Digitized by Google

obliget ad aliquid faciendum necessariò in scriptis facienda erit plena, & certa, assignando ipsam, vel eius copiam.

63 Contumax qui non est verus post decendium a die latæ sententiæ poterit appellare dummodo appellet infra decendium a die scientiæ.

64 Intimatio vbicunque requiritur alicuius actus, quando sufficiat scientia eius sine tali intimatione.

65 Appellatio absentis per contumaciam, quando recipi possit.

66 Contumax fictè siue præsumptiuè poterit appellare, et quare.

67 Citatus personaliter ad veniendum audire sententiam in sua causa, in dubio habebitur pro vero contumace, nisi contrarium probaretur, & sic non admittetur ad appellandum.

68 Cõtumax multipliciter cõtingit quis dici, & quis dicatur contumax verus apparenter, & existenter, & an eius appellatio admittetur.

69 Contumax verus apparenter, sed nõ existenter quis dicatur, & an appellatio eius admittetur.

70 Contumax verus apparenter, et existenter appellans infra decendium a die latæ sententiæ audietur.

71 Contumax verus existenter, & fictus apparenter, an admittetur ad appellandum.

72 Contumax fictus apparenter, & non existenter, an admittetur ad appellandum.

73 Appellare a diffinitiua sententia nõ poterit is, qui ab interlocutoria lata in eadem causa appellasset, & dicta eius appellatio fuisset friuola manifestè, & quare.

74 Iura dicentia contumacem in non veniendo non fore admittendum ad appellandum, quomodo erunt intelligenda.

75 Contumax quis dicatur.

76 Contumacia vera in non veniendo, nisi fuerit manifesta non impediet appellantem, vel appellationem.

77 Contumax in non parendo non priuatur facultate appellandi, & quare.

78 Appellare regulariter omnibus licebit, licet fallat in aliquo casu.

79 Contumax quis appellare non possit, & quis dicatur verus contumax.

80 Contumacis in non veniendo pœna quæ sit.

81 Contumax verus vt quis dicatur, quæ requirantur. & quomodo punietur.

82 Oblinio in aliquo non præsumitur, nisi ex longo tempore.

83 Inspiciendum non erit id, quod quis dicit se credidisse, sed id, quod credere debebat, & quare.

84 Contumax verus in veniendo, quando admittetur ad appellandum, & quis dicatur verus contumax.

85 Citatus semel peremptoriè ad audiẽdam sententiam, non erit amplius citandus, & quare.

86 Contumax verus nõ admittetur aliquo pacto ad appellãdum viua voce, nec arreptio itineris vim appellationis obtinebit, & quare.

87 Contumax verus admittetur a Curia Romana infra decendium computando a die notitiæ latæ sentẽtię, & quando non.

88 Scientia velata ad pœnam vitandam non ita sufficit, sicut directa velata.

Digitized by Google

velata scilicet, & non probata in iudicio.

89 Contumax verus, quem citatio facta ab homine, vel a iure apprehendit, non admittetur ad appellandū, nisi aocuerit de legitimo impedimento, & quis dicatur contumax verus, & quid erit dicendum de fictio.

90 Iudex ad quem prius cognoscet de legimitatione appellationis quare perta cognoscet merita causæ, seu sententiæ, & quare.

91 Contumax verus in non veniendo, etsi non admittatur ad appellandū, tamen contumax in non restituēdo, vel aliquid aliud non faciendo, appellare poterit, & quis dicetur verus contumax, & quis non.

92 Contumax verus non admittetur ad alligandam litis pendentiam, neque ad supplicandum, & quis dicatur verus contumax, etsi admittatur ad appellandum a condemnatione expensarum propter ipsius contumaciam incursa, si comparuerit.

93 Contumax verus si fuerit mulier, rustícus, vel minor admittetur ad appellandum, & quare.

94 Contumacia procuratoris, an semper noceat Domino, vel procuratori, et quare.

95 Appellare domino licere Doctores asseuerantes post decem dies a die latæ sententiæ, quomodo sint intelligendi, & quare.

96 Dominus litis verus cōtumax, quando audiretur, si appellauerit a sententia diffinitiua.

97 Procurator constitutus in aliqua lite, etiam in mandato speciali domini litis poterit appellare a sententia lata super ipsam litem motam, & quare.

98 Procurator cum post litis contestationem sit effectus dominus litis, ideo non solum ipse poterit appellare, verum etiam & constituere alium procuratorem ad appellandum, tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico. & quare.

99 Filiusfamilias procurator esse poterit.

100 Procurator quare appellare non teneatur in causa criminali.

101 Procurator etsi in causa ciuili appellare teneatur, non tamen appellationem ipsam prosequi, nisi hoc promisisset. & quid seruet Curia Romana. & quare.

102 Procurator rei appellans, quando admittatur ad prosecutionem appellationis.

103 Procuratorium mandatum alicui factum super certa lite, an per sententiam sequutam extinguatur, ita vt non teneatur appellare, vel prosequi appellationem. & quare.

104 Procurator constitutus ad appellandum poterit bis appellare, & quare: et quando noceat domino litis tam in non appellando, quam in non petendo restitutionem in integrum.

105 Asserenti se appellasse infra decendium a die latæ sententiæ, vel eius scientiæ incumbit probatio, aliàs Iudex ad quem ipsum nō admittet, cum hoc ipsum ante omnia sit corā eo probandum. & quare.

106 Asserenti vel agenti non negāti incumbit probatio. & quare.

107 Exhibere nemo tenetur aduersario quod sibi aduersatur.

108 Pro-

Digitized by Google

108 Probatum esse, vel constare in iudicio illud solum dicitur, quod cita parte plenè fuit probatum, & quid importet clausula [si tibi constiterit.]

109 Appellator tenebitur prosequi iudicium, & causam vsque in finem, quòd si non fecerit sententia executioni mandabitur, nisi probauerit legitimum impedimentum.

110 Probans simpliciter se appellasse, non ideo probauit se appellasse infra decendium, ad hoc vt sententia lata non transeat in rem iudicatã. & quare.

111 Appellatus negare debet fuisse appellatum a sententia lata pro se infra decendium, & quare.

112 Propositio affirmatiua inducit affirmanti onus probandi illud.

113 Appellatorem cautum quid facere oportebit.

114 Probare quid teneatur appellans, & appellatus coram Iudice ad quem, & nu. 116.

115 Appellatum fuisse infra decendiũ non præsumitur, nisi probetur.

117 Probationis factæ in primo iudicio effectus est in pectore Iudicis, qui non semper alligatur ad probationes in iudicio factas.

118 Appellans a sententia diffinitiua, vel interlocutoria, aut a grauamine illato, an teneatur parti appellatæ aliquid ostendere.

119 Iudex appellationis antequam inhibeat Iudici a quo, quæ præcedere debeant.

120 Causæ deuolutio per appellationẽ impeditur multis modis.

121 Legitimatio actoris, & rei debet præcedere cognitionem principalis negotij.

122 Appellatum infra decendium non præsumetur eo ipso, quòd probatur fuisse appellatum, & nihil aliud.

123 Cautus appellator quando adijt Iudicem ad quem, quid secum aferre debeat.

124 Non præsumitur in iudicio pro solemnitate extrinseca actus gesti, nisi constaret per confessionem appellati.

125 Asserenti aliquid contra id, quod præsumitur, incumbit probare.

126 Appellatus si non præsentauerit sententiam, qua pœna punietur.

127 Excipiens tenebitur probare exceptionem, cum gerat in excipiendo personam actoris.

128 Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur.

129 Ignorantia facti, non iuris excusatur in iudicio.

130 Exceptionem suam reus plenè probare debet, sicut actor suam intentionem, & quare excipiens dicatur actor.

131 Ignorantia circa quæ præsumatur, & circa quæ scientia, & quomodo probetur.

132 Ignorantia licet in facto proprio interdum sit, tamen probabilior est in facto alieno, et vbi hæc ignorantia habet locum.

133 Reus dicetur probare eo ipso, quòd excipiendo aliquid asserat.

134 Beneficium collationi Summi Pontificis reseruatum ignoranter recipiens, si statim hoc cognito illud dimiserit, priuari non poterit alijs prius obtentis.

135 Excipiens quãdo non teneatur probare quod excepit.

136 Igno-

136 *Ignorantia quando dicatur probari & a quo sit probanda.*

137 *Appellatum in dubio an præsumatur fuisse infra decendium a die notitiæ latę sententiæ. & quare.*

138 *Iure appellandi, vt quis privetur requiritur vera notitia citationis ad audientiam sententiæ.*

139 *Ignorantiam allegans transmittit onus probandi scientiam ad aduersarium.*

140 *Ignorantia quando dicatur probari: & quando ignorantes teneantur suam probare ignorantiam.*

141 *Responsio optima impugnationi factæ, ac legum & Doctorum concordia.*

142 *Absens & appellans an præsumatur appellasse infra decem dies a die scientiæ.*

143 *Appellatio facta, & inscriptis redacta a Notario sub hac forma, videlicet. Titius appellauit a sententia sibi nota a decem diebus citrà: & quid si addatur copula, &, dicendo, & citra.*

144 *Appellans in decimo die decendij in aliqua hora computata infra ipsum decendium, audietur. & quare.*

145 *Appellantis & asserentis iuramento, se appellasse infra decendium quando fides præstetur.*

146 *Decendium quando currat contra Dominum litis, & quando contra procuratorem eius a die scientiæ latæ sententiæ.*

147 *Iudex tam Ecclesiasticus, quàm secularis infra quot dies teneatur appellanti assignare apostolos, & copiam auctenticam actorum, & quid faciet ipse appellans si prædicta obtinere non possit a Iudice a quo, et quare.*

148 *Appellans si non instanter petierit apostolos, præsumetur renunciasse appellationi suæ; etiam si vadat, aut mittat ad prosequendam appellationem.*

149 *Attentata per Iudicem a quo post appellationem, et petitos apostolos instanter per appellantem: vel infra illos triginta dies, sunt nulla ipso iure.*

150 *Iudices teneri exhibere appellantibus apostolos, et copiam actorum, probatur quoque de iure Ciuili.*

151 *Appellans si non curat petere apostolos instanter infra tempus statutum a iure, tenebitur soluere id, ad quod fuerat condemnatus per sententiam, a qua appellauerat, & quare.*

152 *Iudex non deferens appellationi, qua pœna puniatur. et nu. 154.*

153 *Iudex a quo, quid faciet, si fuerit appellatum a sententia lata in causa criminali.*

155 *Apostolos appellanti et petenti instanter Iudex a quo dare tenebitur infra triginta dies.*

156 *Apostoli (de quibus est hic sermo) in quotuplici specie reperiantur.*

157 *Iudex si non traditis apostolis procederet in causa, ipse processus esset nullus, nisi renunciatum esset appellationi.*

158 *Appellans quando apostolos petere non teneatur.*

159 *Acta exemplata, et non originalia sunt tradenda appellantibus.*

160 *Apostoli ab appellante sint petendi, nè videretur ipsum renunciasse appellationi.*

161 *Iudex etiamsi non detulisset appellationi*

Digitized by Google

lationi apoſtolos petenti dare tenebitur, & quare.
162 Appellans & non valens obtinere apoſtolos a Iudice à quo, quid faciet.
163 Iudex quando appellanti etiam non petenti teneatur tradere apoſtolos.
164 Tempus petendorum apoſtolorum quando currere incipiat.
165 Ponderanda erunt verba Iudicis aſſignantis terminum ad recipiendos apoſtolos.
166 Iudex in cauſa Ciuili an poſſit condemnare victum ad expenſas ipſi victori: etſi non condemnauerit, an veniat puniendus.
167 Forma optima ſeruanda in condẽnatione expenſarum facienda.

De modo procedendi in admittenda appellatione.

THEMA.

Quidam Iudex Eccleſiaſticus promulgauit ſententiam diffinitiuam contra quendam, qui cum ab ipſa appellaſſet ad eius Superiorem infra aliquot dies tandem dictus Iudex paruipendens appellationem ipſam: non ſolum illi non detulit, verum potius mandauit illam executioni mandari contra victum, inſuper ipſum condemnauit in expenſis factis in litis conteſtatione, & proſequutione vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè.

Quæruntur modò infraſcripta.

Primum. An Iudex tam Secularis, quàm Eccleſiaſticus teneatur ſub aliqua pœna admittere appellationem a ſententia diffinitiua factam eius Superiori, & quomodo procedet in ipſa recipienda.

Secundum. Infra quod tempus appellare quis poterit a ſententia diffinitiua, vel interlocutoria, tã ipſe principalis, quàm eius procurator.

Tertium. Infra quod tempus Iudex teneatur copiã proceſſus totius, & apoſtolos aſſignare parti appellanti a ſua ſententia.

Quartum. An Iudex poſſit condemnare in expenſis ſuccumbentem, ſi a victore non fuerit hoc expoſtulatum.

DECISIO XXXX.

INDIVIDVA Sanctiſſimaque Trinitas, in cuius ope ſemper cõfiſus fui interuentu, ac prę ce Beatiſſimę Dei Paræ Virginis Mariæ, atque Beatiſſimi Patriarchæ noſtri Benedicti ſubnixè obſecro, vt illuminare digneris tenebras meæ mentis, vt litteris cõmendare queam quicquid ſecundum ſcita ſacrorum Canonum, Imperatoriarumque legum in propoſitarum quæſtionum

Digitized by Google

mum decisionũ legitimè erit sen-
tiendum.

Et vt magis, magisque veritas
nostræ sententiæ eluceſcat, visum
nobis fuit hic procedere per nó-
nullas concluſiones, & earum am
pliationes, & limitationes ipſas
poſtmodum veriſſimas probãdo.

Primam propoſitã qõnem ab-
ſoluemus vnica concluſione, quæ
1 ſit hæc. Iudex tã † ſecularis, quàm
Eccleſiaſticus audita appellatio-
ne facta a ſua diffinitiua ſenten-
tia, præcipiet ipſam corã ſe ore-
tenus forſan ſolummodo factam
a parte ſtatim ab actuario in actis
annotari (cũ appellatio facta ſta-
tim coram Iudice oretenus de iu
re etiam erit valida,) ſed ſi appel-
lans porrexerit ſuam appellatio-
nem in ſcriptis Iudici, ipſe præci
piet eam inſeri in actis, cum an-
notatione diei ipſi⁹ preſentatio-
nis (infra tamen decem dies a die
publicationis ſententiæ,) cùm hu
3 iuſmodi appellationi ipſe Iudex
deferre teneatur, etiamſi pro cer
to ſciret ſententiam a ſe latã fuiſ-
ſe iuſtiſſimam, ac ex omni parte
irreprehenſibilem: & è contra, ap
pellationem ipſam irrationabi-
lem: Cùm ipſe Iudex ad hoc exe-
quendum non ſolùm ſit monitus
à iure: verumetiam fuerit iuſſus
ſub pœna non mediocri ipſo fa-
2 cto incurrenda, videlicet. † de iu-
re Ciuili, triginta auri pondo, &
alia pœna arbitraria: de iure au-
tem Canonico in cauſa crimina-
li, pœna depoſitionis. in cauſa ve-
rò Ciuili, pœna arbitraria: & quic
quid in executionem ſnię irritum
de iure erit declarandũ. Hæc con-
cluſio probatur triplici medio.
Primò enim iure Pontificio per
tex. in c. De Priore. extra de ap-
pellat. vbi Alex. Papa Tertius hæc
protulit verba, videlicet. [De
priore. & infra. Cęterum ſi præ-
fatus Canonicus Priorem propter
ſuas enormitates manifeſtas, quæ
ipſum notabilem reddunt, ad ſe-
dem Apoſtolicam appellauit: &
ipſe tali appellationi deferre con
tempſit: eum cum litteris tuis ve-
ritatem continentibus de tanto
exceſſu ſatisfacturum ad ſedem
Apoſtolicam venire compellas.]
hæc ibi. Idem probatur per argu.
in c. vt ſuper. & in c. ab eo. de ap-
pellat. in ſexto, vbi præcipitur Iu-
dicibus tradere appellanti à diſ-
finitiua apoſtolos, & ceſſare à pro
ſecutione, vel executione ſenten-
tiæ: & declaratur irritum quic-
quid attentatum fuerit per ipſos,
ex quibus omnibus elicitur, quòd
3 Iudex † teneatur deferre appella-
tioni facte, & in pœnam declara-
tur irritum quicquid per ipſum
poſtmodũ fieret. Idem probatur
per arg. in cap. cum appellationi-
bus. de appellat. in ſexto, vbi Cle-
mens Papa Quartus ſtatuit non
deferẽdum fore appellationibus
friuolis a ſententia interlocuto-
ria, ſaluis tamen his, quæ ſuper
appellationibus poſt ſententiam
diffinitiuam interpoſitis ſunt ſta-
tuta, quaſi apertè dixiſſet ipſe Cle
mens, etſi dixerim non fore defe-
4 rendum appellationi friuole † a
ſententia interlocutoria: hoc ta-
men non dicimus de friuola, vel
iniuſta appellatione a diffinitiua
ſententia. Idem probatur, & cla-

rius

rius in c.fin. §.Iudicibus. 2.q.6. vbi hęc habentur, videlicet. [Iudicibus autem non solum suscipiẽdę appellationis necessitas videtur imposita. Verumetiam triginta dierum spatia ex die sen-
5 tentię diffinita sunt, † intra quę gesta vna cum relatione litigatoribus conuenit præstari.] hęc ibi. Idem & adhuc clarius probatur per text. in c.decreto nostro. 2.q. 6. vbi Sãctus Gregorius Papa his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Decreto nostro vestram rogantes charitatem mandamus, vt si aliquis (quod nõ optamus) suorum emulorum Aldricum Cęnomanensis Ecclesiæ Episcopũ ac-
7 cusare damnabiliter attẽtauerit, vt honoretur Beati Petri Apostolorum Principis memoria, Ecclesiæque Romanæ (cui præsedit) priuilegium nostri nominis auctoritas: liceat illi post auditionem primatũ diœceseos (si necesse fuerit) nos appellare, & nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante Legatos nros ex latere missos, iuxt. patrum decreta suas exercere, atque diffinire actiones. Nullusque
9 illum ante hæc iudicet, aut iudicare præsumat: sed si quid (quod absit) graue, intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, vt nihil prius de eo, qui ad sinum Sanctæ Ecclesię Romanę confugit, & eius implorat auxiliũ decernatur; quàm ab eiusdem Ecclesię auctoritate fuerit pręceptum, quę vices suas aliis impertiuit Ecclesijs, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Si autem (quod non arbitramur) a quoquã secus præsumptum fue-
6 rit † ab officio cleri summotus, auctoritatis Apostolicæ reus ab omnibus iudicetur: Nè lupi, qui sub specie ouium subintrauerunt, bestiali sæuitia quosque audeant lacerare: & quod sibi fieri nolunt alijs inferre pręsumãt.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l.a Proconsulibus. C.de appellat. vbi hæc habentur, videlicet: [A Proconsulibus, & Comitibus, & ijs, qui vice Præfectorum cognoscunt, siue ex appellatione, siue ex delegatione, siue ex ordine iudicauerit, prouocari permitti-
7 mus: ita, vt appellanti Iudex † prębeat opinionis exẽplum; & acta cum refutatorijs partium, suisque literis ad nos dirigat: quòd si victus oblatam à Iudice appellationem affirmet: Prębfectos adeat, vt apud eos de integro litiget, tanquam appellatione suscepta.
8 Superatus enim † si iniustè appellare videbitur, lite perdita, notatus abscedet. At si vicerit, contra eum Iudicem, qui appellationem non receperit, † ad nos re-
9 ferri necesse est, vt digno supplicio puniatur.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in l. quoniam Iudices. C.de appellat. vbi hæc habentur, videlicet. [Quoniam Iudices ordinarij prouocationes existimant respuẽdas: placet, vt si qui appellationem suscipere recusauerit, quæ non contra executionem; sed aduersus sententiam, intentionem, iurgiumque terminantem fuerit interposita: triginta auri pondo cogatur largitionibus.

nibus nostris inferre: triginta alia officio eius itidem soluturo, nisi ei pertinaciter restiterit, atque actis contradixerit, & quid iure sit constitutum ostenderit.] hæc ibi. Idem habetur in l. lata sententia. C. de appellat. vbi hæc habentur, videlicet. [lata sententia, quæ pertinet ad bona vacantia, & ad ea, quæ, vt indignis (legibus cogentibus) auferuntur: si quis putauerit prouocãdum, vox eius debebit admitti.] hæc ibi. Idem habetur in l. Iudicibus. C. de appellat. vbi hæc habentur, videlicet. [Iudicibus non solùm appellationis suscipiendæ necessitas videtur imposita, verùm etiam triginta dierum spatia ex die sen
10 tentiæ definita sunt, † intra quæ gesta vnà cum relatione litigatoribus conuenit præstari à Iudice & officio eius, si statuta fuerint aliqua parte mutilata, mulctę subiacebũt.] hæc ibi. Idem habetur in Auctẽ. de Iudicibus. §. Nostros. vbi hæc habentur, videlicet. [Nostros tamen Iudices omnibus modis suscipere appellationes sancimus: & nulli licentiam esse penitùs hoc repellere, preter solam tuam eminẽtiam.] hęc ibi. Idem habetur in Auctẽ. vt nulli iudicum. §. illas verò. vbi hęc habentur, videlicet. [Illas verò, quę secundum leges offeruntur appellationes; suscipere volumus omnino Iudices, & eos, qui secundum nostram iussionem specialiter (quia & à diuis licet appellare Iudicibus) audiunt, siue maiores, siue minores sint: & ędere gesta sine aliqua dilatione litigantibus, vt quæstio legitima de his procedat. super hoc inbemus appellatione porrecta secundum leges, neque exactionem fieri, neq; possessionẽ rerum transferri vsq;
11 ad definitum † super ea iudiciũ.] hæc ibi. Probatur & secundò præsens conclusio Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doctor. libentissimè præsenti conclusioni se subscripserunt. Nam glo. in d. c. de priore. in versic. de tanto excessu dixit, & sic patet, quòd qui nõ defert legitimæ appellationi, debet puniri. Nam si clericꝰ fuit
12 † debet deponi. vt in c. decreto. Si laicus fuit, triginta pondo auri mulctetur. vt in l. quoniam Iudices. C. de appellat. Idem docuit Glo. in d. c. vt super. & in d. c. ab eo. quæ vtrobique dixit, quòd attentata per huiusmodi Iudices, qui non detulerunt appellationi infra dies decem a die sententiæ latæ computãdos, sunt nullius virtutis. Idem docuit glo. in d. §. Iudicibus. in versic. præstari. dicens, quòd ipsi apostoli etiam non petentibus debeant præstari, ac si apertè dixerit, non solum ipsa appellatio a diffinitiua semper erit admittenda (prout apertissimè docuit dictus textus) verum etiam & ipsi apostoli, etiam si petiti nõ fuerint ab appellante. Idem docuit Glo. fin. in d. c. decreto. dicens. Ecce pęna illius, qui, nõ defert appellationi, sed secundum leges punitur in triginta pondo auri, vt in l. quoniam Iudices. C. de appellat. idem docuit Glo. in Clem. vnica. in versic mancipari. de excess. Prælat. idẽ docuit Glo. fin.

Digitized by Google

fin.in c.cum appellationibus. de appellat.in sexto, reddens rationem differẽtiæ inter delationem appellationi factæ a sententia diffinitiua, & a sententia interlocutoria, prout etiam ibidem annotarunt Doctores.idẽ docuit Glo. in dicta l.a proconsulibus.in versiculo permittimus,& in versiculo digno supplicio, idem docuit Glo. in d.l.quoniam Iudices . in vers.restiterit. idem docuit Glo. in d.l.iudicibus.in versic.multæ. idem docuit Glo. in Authen. de iudicibus. §.nostros. in versic.appellationes. Idẽ docuit Innocentius in dicto c.de priore . Idem docuit Hostiensis in summa titu. de appellat. §.quãdo fieri debeat appellatio. in fine. versic. Iudex autem tenetur. Idem docuit Bal. in d.c.de priore. addens, quòd secundum Canones, si Iudex non
13 deferat † appellationi in causa criminali deponitur. vt in d.c.de cętero,sed in causa ciuili, nõ deponetur, sed remittendus erit ad curiam satisfacturus de tanto excessu , vt in dicto c.de priore. & vltra hoc litem suam faciet.Insti-tu.de obligat. quæ ex quasi delicto. in principio. Adde quòd ibi glosa dicit,quod Iudex aliquid faciendo iniustè(etiam per imperitiam) tenebitur ad interesse litis, & condemnari debet ad interesse.vt in c.sacro. extra de sentent. excommunicationis.Secundũ leges verò in causa ciuili Iudex debet remitti ad Principem , vt ab eo puniatur digno supplicio,& ille,qui appellauit, & succubuit lite perdita notatus abscedat.vt in l.a proconsulibus. C.de appellat. & in dicta causa ciuili dictus Iudex puniendus veniet mulcta triginta pondo auri. vt in dicta l. quoniam Iudices. Idem docuit Specul. in lib.2. titu.de appellat. §.nunc dicamus quid sit officium eius,colum.1.in principio,& ibidem rursus in §. qualiter autem appellatio fieri debeat.col.5. nu. 25.versic.Ego credo saluo saniori consilio. Idem docuit Archidiaconus in c.1.col.3.versic.exhiberi.ibi,& Iudex,qui petenti.de appellat.in sexto. Idem ipsemet Archidiaconus rursus docuit ad verbum in dicto c.decreto, vtendo ijsdem verbis, quibus vsum fuisse Bal.vbi supra retulimus. quod & ipsemet Archidiaconus docuit in dicto §.Iudicibus. Idem docuit Ioannes And. in dicto c.de priore. & in dicto c.cùm appellationibus col.1.in versic.idem in appellatione a diffinitiua. de appellat.in sexto.Idem docuit Anchar. in d.c.cùm appellationibus. col. 2. versic.item post appellationẽ. Idem docuit Gemmianus in d.c. cum appellationibus . §. si verò. columna 2. in versic.item in appellatione a diffiniciua.& rursus ibidem, idẽ repetijt in col.fin.vers. Glo.fin.quærit, vbi postquam retuliset sententiam dictæ glosæ,rationem reddẽtis quare Iudex teneatur deferre appellationi iniustæ a sententia diffinitiua (etiam notoriè iniusta,) & non teneatur deferre appellationi frluolæ factæ a sententia interlocutoria , pro eo,quòd in dicto c.cum appellationibus.in fine, hæc habeantur,

by Google

videlicet. [Salvis ijs, quę super appellationibus post sententiam. (Addatur diffinitiuam, prout omnes communiter Doctores addiderunt, & taliter intellexerunt ipsum textũ) sunt statuta.] hæc ibi. Post ergo dictæ glo. rationem ipse Geminianus his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Tu dic, quòd iste versic. [salvis &c.] potest referri ad primum, & secundum respõsum. Nam ad primum refertur (vt dixit Zenze.) quia Iudex debet deferre appellationi a diffinitiua semper, cùm iste posset novas probationes facere, quod secus est in interlocutoria, cui nõ debet deferre, si non est legitima: item potest referri ad secundum responsum, quia licet deferat appellationi a diffinitiua, & reperiatur talis appellatio frivola, quia Iudex ad quem pronunciat malè appellatum, & benè iudicatum, tunc potest Iudex a quo exequi suam sentẽtiam, iuxta notata in c. Romana. §. fin. ext. eod. titu. quod secus est, quando interlocutoriæ detulisset, quia qualitercunque superior pronunciat, Iudex a quo non poterit se intromittere. Cùm a se abdicaverit iurisdictionem: & ideo textus in dicto cap. cum appellationibus. in versic. saluis loquitur in plurali, videlicet [saluis his.] vt intendat includere ambos casus supra positos. Idem rursus ipsemet Geminianus docuit in dicto capit. decreto, vbi addidit supradictis formalia ferè verba, quibus vsum fuisse Bal. supra retulimus. quod & rursus repetijt ipsemet Geminianus in dicto §. Iudicibus. Idem docuit Philippus Franchus in dicto c. cùm appellationibus. §. si verò. colum. 9. versic. in glo. fin. in principio, & rursus in e. de priore, quod & repetijt in eod. §. si verò. in Glo. fin. repetendo quæ nos supra attulimus ex Bal. & addidit ipsis, quòd hæc pœna solùm veniat puniendus Iudex non deferens appellationi a sententia diffinitiua, & a sententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ: nõ autem non deferens appellationi a sententia interlocutoria simplici, quia ei Iudex non tenetur deferre, nec supersedere quousque sibi inhibeatur a Iudice ad quẽ: vt in capit. Romana. §. si verò, & in c. non solum. §. illa. de appellat. in sexto, quod & docuit quoque Angelus in l. quoniam Iudices. C. de appellat. vnde si Iudex a quo, non defert dictæ sententiæ interlocutoriæ non videtur puniẽdus. Idem docuit Cardinalis. a Turre cremata. in d. cap. decreto. vbi vtitur ferè ijsdem verbis, quibus vsum fuisse Bal. supra retulimus. quod ipsemet Cardinalis repetijt in dicto §. iudicibus. Addens q̃ teneatur Iudex a quo, non tãtum apostolos, verum etiam & ipsorum actorum actitatorum in ipsa causa copiam authenticam offerre appellanti transmittendam Iudici ad quem. Idem docuit Imol. in Clement. vnica, columna 2. numero 13. versiculo Glo. mancipari. De excessibus Prælat. Idem docuit Cardinalis Zabar. in dicta Clement. vnica. in principio, columna secunda, not. decimo-

quar-

quarto, & in columna quarta, versiculo quintò quæro. Idem docuit Pet. de Ancharan. in dicta Clement. vnica. colum. 2. versic. sextò nota. in versic. & appellationibus. idem docuit Antonius de Butr. in dicto capit. de priore. idem docuit Panormitanus in dicto cap. de priore. in fine. amplectens distinctionem factam a Bal. & a nobis supra relatam. Idem docuit & Henricus Boich in dicto cap. de priore. sequens Archidiaconum, vbi supra, idē docuit Decius in dicto cap. de priore. in fine, concludendo, quod pœna non
15 † deferentis appellationi (absolutè loquendo de iure Canonico) sit arbitraria, eo quòd in dicto c. decreto. pęna dispositionis ipsius ibi imponatur non ex eo simpliciter, quòd Iudex appellationi non detulerit, sed potius, quia cùm causa esset delata per appellationem interpositam ad Summum Pontificem, ei non detulerit. Nam prohibuit ibi Summus Pontifex, quòd nullus in tali casu præter eum iudicare præsumat. Quapropter post supradicta ipse Summus Pontifex subinferens infrascripta p̄cisa verba declarauit suam mentem dicens [si a quoquam secus pręsumptū fuerit, ille deponatur.] Idē docuit inter Iuristas Azo in sua summa titu. C. de appellat. capit. 1. colum. fin. numero 6. versic. item Iudici imponitur, idem docuit Bartolus in dicta l. quoniam. & in dicta l. iudicibus. Idē docuit Ioannes Ferrarius Montanus in tractat. de appellat. libro secundo, capitulo 6. columna secunda, versic. & Iudicibus non solum. Idem docuit Robertus Marantha in suo speculo aduocatorum in tertia par. principio in titu. de appellat. num. 388. versi. sextò principaliter sequendo. Probatur & tertio præsens nostra cōclusio his rationibus, quarum prima est. Cùm enim vnusquisque Iudex per diffinitiuam sententiam functus sit officio suo mercenario: ideo meritò deferre
16 † tenebitur ipsi appellationi factæ supremo omniū Iudici: quod si non faciet iure optimo de tanta temeritate luere debebit pœnam. Secunda ratio est, quia Iudex ipse (quantum in se est) tenetur consulere condemnatis, qui forsan producendo nouas probationes apud Iudicem, ad quem, possent liberari a condemnatione ab ipso Iudice a quo, iustè facta ex productis coram se in fauorem victoris in sententia latā. Tertia est, quoniam si verè iusta fuit sententia diffinitiua Iudicis a quo, Iudex appellationis denuo ipsum appellantem (& nihil aliud producentem coram ipso in sui fauorem) remittet ad iudicem a quo pro executione suæ sententiæ in sui decus, & appellantis dedecus, & detrimentum. Quapropter si recta statera intellectus ponderabuntur dicta commoda Iudicis a quo, procul dubio animaduertet tutiorem, ac consultiorem partem elegisse, si appellationi a sua sententia diffinitiua iustissimè lata detulerit:

quàm si non decubuisset eidem propter implicitum cõtemptum tot sacrarum, & profanarum sanctionum hoc ipsum præcipientiũ sub supradictis pœnis.

Secundæ propositæ quæstioni satisfaciet vnica conclusio, quæ est, Tempus statutum a iure infra
17† quod victus tam in causa iudicialiter mota, quàm in causa mota extraiudicialiter. (Intelligendo hic per causam iudicialiter motam, quando appellatio iudicialiter esset facienda, iuxta omnes ritus iudiciales consuetos in litium contestationibus, & prosequutionibus vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, & per causam extraiudicialiter motam, illam ratione cuius alicui competit appellatio extraiudicialis. vt in actu electionis, vel huiusmodi actus legitimi, qui non requirunt ordinem, seu omnino iudiciariam telam, & hoc tam in causa criminali, quàm ciuili) per sententiam tam diffinitiuam, quàm interlocutoriam cõdemnatus poterit deliberare, an velit stare sententiæ contra se fulminatæ, vel ab ipsa appellare, est spatium decem continuorum dierum computandorum a die fulminatæ sententiæ, seu ab ipsa hora fulminatæ sententiæ (prout communiter Doctores affirmarunt maxima cum ratione) seu incipit a momento ipsõ temporis in quo Iudex promulgauit ipsam interlocutoriam vel diffinitiuam sententiam, vel ad sui notitiam ipsa sententia, cũ qualitate ipsius ponderata quomodolibet venit, cum in vtroque casu habeat locũ hæc nostra conclusio, vt pura, si fuisset promulgata sentẽtia in decima hora diei terminus decem dierum perdurabit vsque ad eãdem horam decimam diei decimi. Attamen dictus terminus dierum non curret appellanti, nisi a die & hora, qua datur copia adeundi ipsum Iudicem a quo, & intelligendum erit verum, si nec daretur ei copia adeundi Iudicem ad quem, nam si talis aditus daretur, non excusaretur, cum ad eum ire teneretur, aliàs curreret terminus dictorum dierum decem a iure indultorum ad appellandum. Quapropter memoriæ erit summopere commendandum, quòd in hoc casu locum non habebit vulgatissima illa iuris regula, in qua dici-
18 tur. † Dies termini non computatur in termino, quoniam tam actor, quàm reus appellans tenebitur appellare intra ipsos decem dies. Nam si aliter eorum, vel vterque appellauerit ipsis trãsactis eius, vel vtriusque, appellatio ipso iure erit nulla, & sententia ipsa iam lata transibit in rem iudicatam, & executioni statim mandabitur, sed si ipsis non transactis executio fieret, ipsa erit rescindenda, & in integrum restituendus, qui virtute talis sententiæ fuerat spoliatus re sua. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in capitulo venientes. extra de iureiurando, vbi Innocentius scribens consu-

libus,

libus, & populo Tudertino his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Venientes ad sedem Apostolicam Cõsules vestros super his, quæ ad nos de vobis sæpius referũtur, & commonere curauimus, & aliquantulum asperè conuenire. Cũ enim appellationibus interpositis ad Apostolicam sedem teneamini humiliter, & deuotè deferre, cùm & leges etiam seculares post sententiam beneficium appellationis non denegent, ag-
19 grauatis. Vos sententias † appellatione suspensas executioni mandatis. Verùm ijdem Consules nobis exponere curauerunt, quòd cùm aliqui vestrum vocantur ad officium consulatus firmant proprio sacramento, quòd super mutuis, & plagiarijs secundum vestræ Ciuitatis consuetudinem iudicabunt, & infra viginti octo dies, quæ iudicauerunt, exequentur. Vnde saluo huiusmodi iuramento vos non posse super his appellationibus deferre, dicebant. Quia verò non minus Iudices secundum leges, quàm Cõsules vestri secundum consuetudinem vestræ Ciuitatis iudicare iurarunt, & ideo sicut Iudices contra leges, sic & Consules vestri contra consuetudinem possent subditos aggrauare. Mandamus quatenus appellationibus ad nos interpositis deferatis; cùm prædictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi ius Su-
20 perioris † exceptum. Cùm ergo postquam S. lator præsentium ad sedem Apostolicam a sententia G. Iudicis appellauit, sententiam ipsam duxerit executioni mãdandam in possessionem rerum (de quibus quæstio vertebatur) appellantis aduersarium inducentes. Volumus & mandamus, vt possessionem ipsam restituatis eidem. Alioquin noueritis nos Episcopo Nucerino mandasse, vt vos ad id Ecclesiastica cẽsura compellat.] hæc ibi. Diximus probari præsentem conclusionem per arg. in c. venientes. quoniam etsi ad sonitũ verborum ibi nõ contineatur veritas præsentis nostræ conclusionis, benè tamen implicitè secundum mentẽ Legislatoris. cùm ibi dicatur, quòd post sententiam appellatio interposita (infra decem dies scilicet) suspendit effectum illius: ita quòd exequi non poterit, etsi forsan facta executio fuisset, erit ipsa irritanda. Arguendo ergo modo ex verbis ipsius text. a contrario sensu, dicendũ erit, quòd si appellatio non fieret infra decem dies a die, & hora latę sententiæ post ipsos sententia ipsa de iure poterit executioni mãdari, si ad illius notitiam ipsius fulminatio peruenisset. Idẽ probatur per apertissimum textum in c. quod ad consultationem. §. taliter. & §. sequenti. ext. de sent. & re iud. vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Taliter duximus respondendum, quòd cum post decem dierum spatium sententia in au-
21 ctoritatem † rei iudicatæ transeat, qui ad prouocationis subsidium infra id temporis non recurrit, appellandi sibi aditũ denegauit, cũ per hoc videatur per

interpositionem iuris latæ sententiæ paruisse præsertim, vbi causa non redditur appellandi, sed nec executionē ipsius sententię: ideo conuenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimestre tempus
22 † regulariter sit statutum, quia id arctari potest nonnunquam a sedente in medio, & etiam prorogari, & qui ab initio sponte recepit terminum breuiorem, imputari sibi potest, & debet, cùm ex hoc videatur amplius beneficiū contempsisse. Vnde talis non audietur appellans, nisi forte aduersus eum modus executionis Canonicus excedatur.] hæc ibi. Idē habetur in c. Romana. §. si verò vocatis. de appellat. in sexto, vbi Innocētius Papa Quartus his precisis verbis vsus fuit, videlicet. [Si verò vocatis partibus, vel nullatenus aut non infra decē dies post interlocutoriam, vel diffinitiuam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile: sicque non esse per appellationem ad eundē
23 Archiepiscopum, † vel eius officialem deuolutum negotiū proponatur: ij (nisi prius ipsis constiterit causam ipsam ad eos totaliter delatam fuisse) prohibere, ne in causa illa, vel ne ad executionem sententiæ procedatur, non præsumant.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in c. non solum. de appellat. in sexto, idem probatur quoad particulam illam in nostra præsenti conclusione insertā, [vel ad sui notitiam venerit] per text. apertissimum in c. concertationi. de appellat. in sexto, vbi Bonifacius Octauꝰ his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Concertationi antiquæ finem imponere presenti cōstitutione volentes, statuimus, vt ab electionib. postulationib. prouisionib. & quibuslibet extraiudicialibus actibꝰ (in quib. pōt appellatio interponi.) Quisquis ex eis grauatum se reputans per appellationis beneficium grauamen illarum desiderauit reuocari, infra decem dies (postquam
24 scierit) † si velit appellet: post decendium vero eidē aditus non pateat appellandi.] hæc ibi. Idipsum statutum fuisse de iure ciuili probatur. Nam in l. si is. C. de liberali causa. Infra habentur, videlicet. [si is, quem in seruitutē petebas liber (quāuis absente te) causa cognita pronunciatus est: secunda in seruitute petitio eius dare tibi non debet, sed si postea quàm cognouisti, de sententia Iudicis, appellasti. An iure lata sit in auditorio quæretur.] hæc ibi. Idem habetur in l. ab eo iudicato. C. quomodo, & quādo Iudex, vbi hæc habentur, videlicet. [Ab eo iudicato recedi non potest, quod nobis absentibus, & ignorantibus, atque indefensis dicitis esse prolatum, si vbi primū cognouistis, nō illico de statutis querelam detulistis. Ita enim firmitatem sententia, quæ ita prolata est, non habebit, si ei non fit accommodatus assensus.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in c. anteriorum. 2. q. 6. vbi hæc habentur, videlicet. [Anteriorum legū acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc circa appellationes facientes, & in præsenti

Digitized by Google

sentì ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessarium. Antiquitate enim cautum erat, vt si quis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: sin autem per procuratorem causa ventilata sit, & in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc satis esse damnosum. Plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduum esse prouocationes agendas, in promptum periculum incidisse: & biduo transacto causas perdidisse. Vndè necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi. Et sancimus omnes appella-
25 tiones † siue per se, siue per procuratores, seu defensores, vel curatores & tutores ventilentur, pos se intra decem dierum spatium à recitatione sententiæ enumerandum Iudicibus, ab his, quorum interest, offerri, siue magni, siue minores sint, excepta sublimissima Prætoriana præfectura, vt liceat homini intra id spatium plenissimè deliberare, siue appellandum ei sit, siue quiescendum: nè timore instante opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, quæ & indiscussos hominum calores potest refrenare.] hæc ibi, inter alia. Idem probatur in Authen. hodie. C. de appellat. vbi hæc habentur, videlicet. [Hodie autem cuilibet tribuitur spatium decem dierum a sententiæ recitatione numerandum.] hæc ibi. Idem habetur in Authen. de appell. & intra. quæ tempora: in principio vbi ad verbum habentur eadem, quæ paulò antè recensuimus. ex dicto c. anteriorum. & quòd illi decem dies currant ex die sententiæ latæ, docuit tex. in l. 1. §. biduum, vel triduum. ff. quando appell. sit, & intra &c. & quòd
26 non currat dictus terminus † dierum decem, nisi copia Iudicis à quo, vel ad quem, appellanti detur: probat text. apertissimus in dicta l. 1. §. dies autem istos. Vbi hæc habentur [Dies autem istos, quibus appellandum est, ad aliquid vtiles esse oratio Dni Marci voluit: si fortè eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur: ait enim, is dies seruabitur, quo primò adeundi facultas erit. Quare si forte statim post sententiam dictam copiam sui non fecerit is, qui pronunciauit, vt fieri assolet, dicendum est, nihil nocere appellatori. Nam vbi primùm eius copiam habuerit, prouocare poterit: ergo si statim se subduxit, similiter subueniendum est. Quid igitur est, si conditio horæ effecit, vt se reciperet? si fortè sit dicta sententia iam suprema hora: vtiq; non videbitur se subtraxisse. Adeundi autem facultatem semper accipimus si in publico sui copiam fecit. cæterum si non fecerit, an imputetur alicui, quòd ad domum eius non venerit, quodq; in hortos non accesserit: & vlteriùs, q; ad villam suburbanam? Magisq; est, vt non debeat imputari. Quare si in publico eius adeundi fa-

cultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuisse adeundi. Si quis ipsius quidem à quo appellauit, adeundi facultatem non habuerit: eius autem, quem appellauit, copiam habeat: videndum est an ei præscribi possit, quòd eum non adierit: & hoc iure vtimur, vt si alterutrius adeundi fuerit copia, præscriptio locum habeat.] hæc ibi. Probatur & secundò præsens conclusio, Doctorum auctoritate infrascriptorum, videlicet. Glo. enim hoc docuit in dicto c. quod ad consultationem, in primo suo notabili. Idem docuit Glo. in dicto c. anteriorum. Addens & hæc, videlicet. Sed nunquid ille dies, in quo appellatur, computabitur inter illos decem dies? Non videtur: quia dies illa, † in qua promissio aliqua fit, 27 non computatur cum illo tempore, nisi excipiatur, vt in l. 1. ff. si quis cau. Sed contra, dies, in quo fit diuortium, computatur infra sexaginta dies, qui dantur accusatori à tempore diuortij, vt in l. pater. §. 1. ff. de adulter. Item licèt dicat infra decem dies, tamen decimus dies cõprehenditur intra illud tempus, vt in l. 1. §. quod dicimus. ff. de succeff. edi. & in l. si quis sic dixerit, ff. de verb. signif. imò idem videretur, si diceret antè decem dies, quòd adhùc in decimo die poterit appellare, vt in l. eum, qui. §. qui ita. ff. de verb. obligat. & facit ad hoc, quod habetur in c. propter. 2. q. 6. (vbi inter alia hęc præcisa verba habentur, videlicet. [Intra quinque dies appellet. & his ipsis quinque diebus ad Iudicem, ad quem prouocauerit, sine aliqua dissimulatione perueniat, & ipse dies, quo accepit litteras, in his quinque diebus specialiter computetur.] hæc ibi. Respondeo (subintulit supradicta glosa ibidem) quòd si tantùm supereft de die, quòd condemnatus potest deliberare, tunc illa dies computatur pro vna die. Ioãnes ego credo, q̃ semper cõputetur, & ita seruat de facto. hæc oĩa docuit Glo. illa notabilis. idẽ docuit Glo. in d. c. cõcertationi. in verf. sciuerit. his præcisis vtens verbis, videlicet. Est .n. tempus vtile à principio, licèt continuum in progressu, & de hoc plenè notatur in c. anteriorum. 2. q. 6. & fit de momento ad momentum computatio, vt ibi. & intelligo [sciuerit] non solùm actum illum factum: sed per illum se grauatum: quid enim si sciui te electum, & post 28 decem dies † à die scientiæ prouocabo: quia modò scio me grauatum: & hoc sonat hæc littera. hæc docuit glos. illa singularis. idem breuiter docuit Glo. in l. ab eo. in verf. illico. C. quomodo & quando Iudex, dicens, quòd post cognitionem sententiæ illicò erit appellandum, ideft, infra tempus appellationi præfinitum, scilicet infra decendiũ hodie. idem & docuit clariùs Glo. in l. si is. C. de liberali causa. in verfic. cognouisti. Vbi dixit, à tempore ergo scientiæ currit tempus appellationis. Idem docuit Glo. in dicta l. 1. §. dies autem. etsi explicitè loquatur solùm de biduo indulgendo

do appellantibus, iuxta ipsam legem antiquam. Tamen ex ipsa elicere possumus interpretationem terminorum, & legis intellectum quo ad id, quod non est correctum: licèt tempus bidui sit correctum. & indultum hodie decendium ad deliberandum si velit quis post latam sententiam appellare: Nihilominus tempus dicti termini incipiet eodem modo currere. Quapropter sciẽdum, quòd Glo. ibi in versic. copiam. dixit, etiam die feriato Iudex a quo, dederit copiam sui incipiet
29 † currere terminus. & in versic. subtraxisse, dicit, vnde biduũ ex illa hora cõputabitur fauore rei iudicatæ. ergo de momento ad momentum, quod est notatu dignissimum, vt aliàs notatur in l. 3. §. minore. ff. de minoribus: sic ergo & nos dicemus de decẽdio: cum eadem ratio militet in vtroque, & eadem Glo. ibidem in versic. appellauit, dicit, ideſt appellare debuit, ad neutrum enim appellauit; aliàs ad quid curreret biduum, vel triduum, cùm posset ad
30 vtrũque appellare, † ideſt recurrere per appellationem, deficiente Iudice a quo debebat exponere Iudici ad quem, suam appellationem, & subtractionem Iudicis a quo, & ita admissa fuisset eius appellatio. Potuit ergo, & neglexit: imputãdum ergo erit ei: hęc omnia docuit Glo. illa notabilis. Idem docuit Glo. in d. c. non solùm. vers. innouata fuissent. dicẽs, & est ratio, quia sicut post appel-
31 lationem † a diffinitiua nil attentari debet, sic nec pendente iure, quod competit condemnato ad appellandum, ideſt vsque ad decem dies. Indultum enim a iure beneficium nõ est alicui auferendum, vt in c. indultum. de regu. iur. in sexto, & in c. de his. in fin. dist. 28. Vnde sicut alicui non est auferendum, sic nec spes ad ius. Tunc enim propriè dicitur iudicatum, quando infra illud appellari non potest. hæc omnia Glo. illa singularis. Idem docuit Glo. in Clem. sicut. versic. a die. de appellat. dicens, quòd tempus appellationis interponendæ differt a tẽpore appellationis prosequendæ, eo quòd tempus appellatio-
32 nis interponendę † currit a tempore sententiæ promulgatæ, vel scitæ de momento ad momẽtum infra illud decendium ad hoc a iure indultum: tempus verò appellationis prosequendæ a tempore transacti dicti decendij, cũ ipsum detur a iure ad deliberandum, an expediat appellare. idẽ docuit Glo. in d. §. si verò. in vers. interlocutoriam. Idem docuit Glo. in dicta Authen. hodie. in versic. decem dierum. & in versic. sententię. Addens, quòd absens
33 damnatus, nõ per contumaciam veram, a tempore scientiæ intra decem dies appellat, siue in causa criminali, siue ciuili. Idem docuit Glo. in dicta Authen. anteriorum, dicens quòd hoc est secundum ius cõmune, & ipsamet Glo. in vers. a recitatione. dixit, quòd isti decem dies currunt a tempore sententiæ, & scientiæ ipsius, & vt currant necesse est, vt Iudex competens sit in publico.

Idem

Idem docuit Azo in ſua ſumma ſub titu. C. de appellat. c.62. incip. De ſententijs plenè. nu.7.col. fin. in verſ. fiebat olim appellatio. his præciſis verbis vtens, videlicet. Fiebat olim appellatio infra biduum in propria cauſa, quod computabatur a die latæ ſententiæ, ſiue eſſet lata purè, ſiue ſub conditione (licet ſub conditione non ſit ferenda.) In aliena autem cauſa computabatur triduum, vt biduum, & triduum ſit vtile. Nec enim currit, niſi habeat in poteſtate adeundi eum, quem appel-
34 lat. & eſt propria cauſa, † cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertineat, vt in l.1.§.dies autem iſtos. ff.qñ appell.ſit. & intra, &c. Hodie verò decẽdium eſt indultum ad appellationem faciendam a recitatione ſententiæ numerandum, vt in Authen. de appell. & infra quę temp. in primo reſpon. quod tempus ad aliquid puto (inquit) eſſe vtile, ſicut & de biduo dictũ eſt, non ergo currit, niſi a tẽpore ſententiæ, & ſcientiæ numerandum, puta, ſi abſens non per contumaciam fuerat damnatus. (Adde tu, quoniam ſi per contumaciam apparentem, & veram, vt infra fuiſſet damnatus eius appellatio nõ eſſet recipienda, vt in l.1. ff. quorum appellat. non recip. & latius infra in probationem ſecundi caſus proponẽdi, in declarationem preſentis cõcluſionis probabitur: ſi autem ipſe abſens per procuratorẽ fuiſſet defenſus, difficile eſt, vt audiatur, niſi procurator appellauerit, vt in l. ab eo. C. quomodo & quando Iudex, ſed quãdo procurator alicuius poſſit ſine illius expreſſo mandato appellare, videbis in noſtra ſupradicta deciſione decima. nu.115. Idem docuit Bart. in dicta Authen. hodie. ſequendo Glo. ibi afferens, quòd tempus appellandi incipiat a tẽpore ſententiæ, & a tẽpore ſcientiæ. Vnde abſens condemnatus, qui non eſt verè contumax poteſt appellare, & tempus appellandi currit a tempore ſcientiæ, vt hic: quod & repetens ipſe Bart. in l. ab eo. C. quomodo & quando Iudex. nu.1. dixit. Nota quòd qui nõ appellat infra decem dies, videtur conſentire ſententiæ, & in nu.2. dicit. Nota etiam, quòd ſententia lata contra eum, qui eſt citatus ad domũ, valet, licet ad eius notitiam non peruenerit, vt colligitur ex hac lege, quia domi non fuerat inuentus. Idem rurſus docuit ipſe Bart. in dicta Authen. de appellat. & infra quę temp. debet appellari, in principio, nu.2. verſ. ſed circa hoc quęro, dicens, quòd id, quod dicitur de decem
35 diebus, † habet locum nõ ſolum in ſententia diffinitiua, verum etiam in ſentẽtia interlocutoria, in caſibus tamen in quibus appellari poteſt ab interlocutoria, vt in l. ante ſentẽtię. C. quor. appell. non recip. & addit, quòd appellanti ab interlocutoria dãtur decem dies. probatur per textũ in capit. ſignificauerunt. extra de teſtibus. & in capit. cum dilectus. extra de elect. & addidit, quòd iſtud decendium computetur de momento ad momentum: & ratio

tio est secundum eundem Bar. vbi supra nu. 1. (sequentem Specul.)
36 quia tempus † legale in dubio semper præsumitur continuum: & quòd in casibus, in quibus poterit appellari, licebit appellare
37 etiam die feriata, † siue feriæ sint solemnes, siue repentinæ: attamen licèt possit tali die appellatio interponi: tamen non poterit tali tempore exerceri, etsi tempus exercendi currat: licèt propter ferias repentinas detur restitutio, vt in c. fin. extra de ferijs: & quòd notatur in l. 1. C. de ferijs: & quòd diebus feriatis possit appellatio interponi, non est mirum, cùm diebus feriatis etiam in causa principali posset libellus offerri, vt in l. miles. §. sexaginta. ff. de adulter. & Doctores tenent locum habere in causa ciuili, vt notat Specul. in titu. de ferijs. §. sequitur. vers. 2. & vers. item quolibet tempore libellus: & habemus glosam ordinariam dantem hunc intellectum in c. fin. extra de iudicijs. licèt glo. in dicto §. sexaginta. dicat, ibi esse speciale. hæc omnia notatu dignissima docuit Bart. vbi supra in principio, qui ibidem in §. ad hęc. nu. 2. dixit, quòd si stat per alium Iudi-
38 cem, quin appellator † prosequatur appellationem, tunc tempus sibi præfixum non curret in sui præiudicium. Idem docuit ipsemet Bart. in l. 1. §. dies. nume. 4. & 5. ff. quando appellandum sit, vbi addit, quod licèt quando per Iudicem stat quin ille appellationem porrigat, tempus appellationis ipso iure non currat, vt in dicta l. 1. consulit tamen ipse ibi, quòd appellare intendens protestetur, & appellationem publicè coram honestis personis interponat, vt in l. cùm quidam. ff. de appellat. & in l. 1. C. de his, qui per metum Iudicis non appell. & notandum monuit, diligenter, quòd quis nõ
39 tenetur requirere Iudicem, † nisi in publico: hoc est in eo loco, vbi ius reddere consueuit: tunc requirendus est ibi. hæc Bart. vbi supra. Idem docuit Innocentius Papa Quartus in dicto c. quod ad consultationem. nu. 4. vers. prolatione. vbi dixit, quòd decendium appellationi præfixum, non à die probationis purgationis præfixo, sed à die interlocutoriæ computandum. & nota, a die latę sententiæ computari
40 † decendium appellationis, & non à die termini assignati, vel conditionis extantis, vt in c. biduum. in principio. 2. q. 6. secus tamen est in alijs præscriptionibus; vbi nõ currit tempus, nisi à die conditionis instantis, vt in l. 1. §. annus. ff. quando actio de pecu. est ann. & in l. cùm notissimum. §. illud. C. de præscript. 30. ann. & est ratio differentię: quia lata sententia cõtra aliquem etiam sub conditione; statim ex ipsa sententia grauatur. vnde statim potest prosequi appellationem, & antè conditionem extantem; ergo multò fortiùs poterit appellare, cùm & statim prolata sententia, hæc præscriptio decem dierũ currere incipiat: secus autem in alijs præscriptionibus, quę non incipiunt currere antè diem extantis conditionis, nec

antè

ante lædunt: nec etiam competit aliqua actio: vnde non sunt in mora antè conditionem extantem. hæc omnia Innocentius Quartus vbi supra. idem docuit Bal. in dicto c. quod ad consultationé, dicens, quòd elapsis decem diebus à die sententię: si appellatio fieret ab ipsa sententia, esset nulla
41 ipsa appellatio: † additque ex textu, quòd condemnatus ad soluendum aliquid, habet tempus quadrimestre, vltra illos decem dies post sententiam, ad soluendum illud, vt in l. 2. C. de vsur. rei iudic. nisi primò statutum arctasset ipsum tempus cum causa, vel sine, & secũdò. Nisi Iudex arctasset ipsum tempus cum causa, vt est casus notabilis in dicto capit. quod ad consultationem. & addit ibidem Bald. quòd sententia poterit ferri etiam subiunctiuè
42 conditionaliter, † idest, sub conditione, quæ habet ipsam iustificare, quam vocant Doctores tacitè coherentem, & intrinsecam conditionem, vt in l. cùm Iudex C. de sent. & hoc tempus decem dierum currrit de momento ad momentum: etsi illud momentum vtile dicatur, quia non cur-
43 rit ignoranti: & ratio est, † quia non appellando videtur ipse condemnatus consentire: sed non consentit qui ignorat, vt in l. ex maleficijs. §. longè. ff. de actio. & obligat. & in l. ab eo. C. quomodo & quando Iudex: & præsumitur scire, si tenor totius sententię est transmissus ad domum: & hoc si erat in ciuitate, vt not. Iacobus de Aretio. ff. de excusat. tut. idem dicetur si tenor sententiæ fuerit affixus in loco publico, & euidenti, vt in l. si pupillus. §. proscribere. ff. de institu. & in Clem. causam. de elect. addit quoque, quòd Iudex Ecclesiasticus poterit ferre sententiam sub conditione pœnæ pecuniariæ. idem rursus docuit ipsemet Bal. & Iason in l. si ab arbitro. ff. qui satis. cog. & Socinus in consil. 45. in fine. in primò vol. idem prorsus docuit Specul. in lib. 2. titu. de appellat. §. restat videre quando, & intra quod tempus. in principio. & subsequenter ibidem docuit hęc notatu dignissima, dicens quòd hoc decẽdium & non vltra indultum appellanti intelligitur tam in appellatione facienda à sententia diffinitiua, quàm interlocutoria, & quòd
44 hoc tempus † sit vtile, & computetur à tempore recitationis sententiæ, & scientiæ condemnati. non enim currit hoc tempus, primò ignoranti, nisi contumax sit, verum tamen si is, qui cõdemnatus est absens, & fuerit per procuratorem defensus, nec procurator procurauit: difficile est, vt audiatur, vt in c. biduum. §. palam. 2. q. 6. secundò, ei, qui non habet in publico potestatem adeundi Iudicem a quo, vult appellare: dummodo id protestetur. vel tertiò, si non habere potest accessum ad eum, ad quem appellare intendit, vt in l. 1. §. biduum. ff. quãdo appella. fit. Est tamẽ hoc tempus decendij vtile: vnde fatuus reputabitur ille aduocatus, qui putat hoc tempus non currere, donec Iudex non fecerit copiam

de

de instrumento sententiæ parti, vt possit deliberare, an sibi expediat appellare: cum hoc tempus à tempore recitationis, & scientiæ computetur, imò (vt ibidem inquit Specul.) Bar. dixit semper computandam fore diem illam, in qua sententia promulgatur. inter dies decem indultos ad appellandum: & quòd sic de facto seruetur: ipse verò Specul. ibidem subdidit dicens. Tu dicas, q̃ hoc tempus computetur de momento ad momentũ: Attenditur. n. tempus, siue hora prolationis sententiæ, vt in c. quod ad consultationem. ext. de sent. & re iudic. verbi gratia, sententia fertur die Iouis in nonis, numera ergo decem dies cõtinuè, computata illa die Iouis: & certè in sequenti die vndecima diei vsque ad horam nonam poterit appellare: cùm enim decem dies habeat à iure ad appellandum, vt supra ostensum est, iuris beneficium non est sibi denegandum, seu coarctandum: vt in c. de his, dist. 28. iuxta finem. & in c. pen. & vltimo. ext. de secundis nupt. quòd fieret, si non posset die vndecima appellare vsque ad nonam: quia temporis restat adhuc ad complẽdum decendium: cùm hora nona fuerit sententia lata: & sic plerique in curia seruant. hæc omnia singularia docuit nos Specul. vbi supra. Idẽ docuit Archid. in dicto c. Romana. col. 3. vers. proponatur ab appellato. de appellat. in sexto, & in c. biduum. 2. q. 6. & in dicto c. concertationi. simpliciter se subscribens sententiæ glosæ ibidem in vers. scienter. quę hoc ipsum apertissimè docuerat. & rursus in dicto c. anteriorum. col. 2. in versic. eadem glosa. in fine, adde. Idem docuit Hostiensis in sua summa tit. de appellat. §. infra q̃ tempus; qui ferè ad verbum vtitur ijsdem verbis, quibus & Specul. Idem docuit Ioannes Andreas in dicto c. quod ad consultationem, etsi non sic explicitè, prout fecit postea in c. p̃terea. el secõdo, col. 4. in vers. glo. vltima. per totum. extra de appellat. Idem docuit Geminianus (sequens glo. in dicto c. non solùm. in vers. innouatam: de appellat. in sexto) in c. biduum. 2. quæst. 6. vbi sequutus fuit Ioãnem And. & Archid. vbi supra, quod & repetijt ipsemet Geminianus in dicto c. Romana. §. si verò. & rursus in dicto c. anteriorum. col. 2. vers. ego credo, & benè. & versic. sequenti. 2. q. 6. idem postea repetijt ipsemet Geminianus in dicto c. concertationi. Nam in colum. 1. vers. nota, quòd decem: dixit, Nota, quòd decem dies dati ad appellandum currunt à tempore scientiæ grauaminis, & non à tẽpore impositionis ipsius, & ibidem in col. 4. in versic. nota istam glosam, sequens ipsius sentẽtiam, dixit: Nota istam glosam, quòd vbi lex, † vel statutum ponderat scientiam actus respectu certæ qualitatis, ille non dicitur scire, qui scit actum, & ignorat qualitatem ponderatam: quod notandum erit pro statutis, quæ ponunt quãdoq; pœnã scientibus actum, & non reuelantibus. sicut dicunt quandoq; quòd qui sciuerit aliquem

quem receptare bannitum, & non reuelat, incurrat certam pœnam: quia dato, quòd ſciret vnum receptantem, niſi ſciret illum bannitum eſſe, non incurreret pœnam. Vnde debet eſſe cautus articulans in tali materia, vt concludat illum ſciuiſſe bannitum. Idem docuit Philippus Decius in ſuo conſilio 34. incip. Diuino implorato præſidio. col. 2. num. 3. verſic. ſecundo hoc in ſimili. dicens, quòd glo. & Doctores in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appellat. voluerunt, quòd citato etiã perſonaliter ad audiendam ſententiam, exiſtente contumace, non currit tempus decem dierum ad appellandum, niſi a die notificationis ſententiæ. hæc ille. qui ibidem in col. 1. verſic. confirmatur. (ſequens Bal. in l. diffamari. C. de inge. & ma.) dixit, quod contumax in non agendo non prohibetur appellare: ſed quando quis
46 fuit contumax † in non veniendo & comparendo: & quòd ita procedunt iura, quæ prohibent contumaces appellare: quia propriè contumacia dicitur in eo, qui non comparet, vt in l. contumacia. ff. de re iudic. idem docuit Cardin. à Turrecremata in dicto c. anteriorum. 2. quæſt. 6. vbi ſubdidit, quòd infra decendium illud conceſſum à lege, ipſa ſententia diffinitiua nullo pacto poterit executioni mandari per Iudicem: etſi ſententia interlocu-
47 toria † infra decendiũ ad inſtantiam partis poſſit exequi: & quòd ratio diuerſitatis ſit, quia ſententiæ interlocutoria non tranſit quo ad Iudicem, in rem iudicatam: cùm & ipſam poterit, quando voluerit reuocare; vt in l. quod iuſſit. ff. de ſent. & re iudic. & in cap. cùm ceſſante. extra de appellat. & in c. qualiter & quando. el primò. extra de accuſat. & ſic obtinuit: vt not. Specul. in titu. de appellat. §. reſtat videre. in fine. vbi reuera ipſe Specul. dixit, inſuper, quòd omnes Doctores Bononienſes in ſua priuata examinatione concordauerint: & notandum, quòd addi ſupradictis poterit ex dictis eorumdem alibi, quòd hoc non concedatur iudici facere in diffinitiua; & ratio patentiſſima eſt:
48 quoniã ipſa diffinitiua lata, † ipſe Iudex ſit functus officio ſuo, etſi poſſit eam exequi, non tamen poterit reuocare, etiam ſi ipſa fuiſſet iniuſta. Nam aut ab illa non fuit appellatum infra decẽdium, aut fuit appellatum: ſi primò, ipſa ſententia iam tranſit in rem iudicatam: Si ſecundò, tunc reuocatio pertinebit ad Iudicem ad quẽ. Idem docuit Petr. de Anchar. in dicto cap. Romana. col. 3. verſic. octauò nota. de appellat. in ſexto, dicens, quòd debeat appellari tam à ſententia diffinitiua, quàm interlocutoria infra decem dies, aliàs ſententia tranſibit in rem iudicatam. quod & repetijt ipſemet Petrus in dicto c. concertationi. col. 1. verſic. ſecundò nota, dicens, quòd in tempore appel-
49 lationis, conueniunt † appellatio iudicialis, & extraiudicialis. Nã infra decem dies à die grauaminis illati eſt appellandum: etſi in pluribus (ab ipſo Pet. ibidem enumeratis)

meratis) differat appellatio iudicialis, ab appellatione extraiudiciali. Idē docuit Philippus Franchus in dicto c. Romana. §. si verò. & in dicto c. concertationi. col. 1. nu. 3. versic. tertiò nota. addens, quòd ab omni grauamine debeat apppellari intra decem dies à die scientiæ: aliàs lapsus decem dierum præcludet viā non solùm appellationi extraiudiciali, verùm etiam iudiciali: imò etiam adhæsio, & ratificatio debet fieri intra decem dies à die scientiæ, & non post. & rursus ibidem col. 3. nu. 7. versic. in glo. in vers. scienter. dixit, quòd tam in appellatione iudiciali, quàm extraiudiciali dies decem qui dantur ad appellandum sunt vtiles à principio, & sic non currunt, nisi a die scientiæ: & per hoc dixit Rota in decisione 49. quæ incipit. Item si fertur, quòd Citatus ad domum, cùm sit factus cōtumax, poterit quandocunque intra decem dies a die notitiæ appellare: & idem tenuit Glo. in Clem. causam, de elect. de citato ad Ecclesiam, vel alium locum publicum: & idem tenuit Rota in decisione 364. incip. Item cùm iura de citato per edictum iuxt. formam Clement. 1. de iudicijs, licèt ibi dicatur, quòd citatio ardet, ac si personaliter citatus fuisset, addens, quòd dicens, quòd diebus proximè præteritis citra decē dies sententia lata in sui notitiam deuenerit: tūc in dubio appellatio infra talē tēpus admitteretur, nisi probetur contrarium: & hoc tenuit Rota in dicta decisione 364. prout etiam & ipse Franchus docuit, 50 dicens, quòd si lex, † aut statutū ponderat notitiam alterius respectu certæ qualitatis, tunc non dicetur ille scire, qui scit actum, sed ignorat qualitatem ponderatam. de quo hic per Dominicum. hæc ille vbi supra, qui idipsum latiùs docuit in c. bonæ memoriæ. col. 7. versic. octauò debet appellari. ext. de appellat. idem docuit Antonius de Butr. in dicto c. quòd ad consultationem. col. 1. & 2. qui cùm nonnulla notabilia ibi dixerit, quæ summopere deseruiūt veritati præsentis nostræ conclusionis, illa huc referremus. Dicit enim primò, quòd tempus appellandi à sententia in die lata currit a tempore sententiæ, & non a 51 tempore lapsus diei. † Secundò, quòd currat ipsum decēdium de momento ad momētum. Tertiò, quòd lapsu decēdij sententia transit in rem iudicatam, & excluditur facultas appellandi, vbi vox Iudicis habet vim sententiæ. Quartò, quòd transitus sententiæ in rē iudicatam lapsu decendij surgit ab interpretato, & tacito cōsensu non appellantis: quia indè approbasse, & acquieuisse videtur sententiæ promulgatæ, & facit, quòd ex sententia iniusta, vera non inducatur obligatio, sed interpretata, quia non est verus cōsensus, sed interpretatus. hæc ille. Idem docuit Panorm. in d.c. quod ad consultationem, nu. 3. vers. Nota ibi. a prolatione dicens, quòd tēpus decem dierum præfixum ad appellandum currit a prolatione sententiæ, & sic non excluditur a

nume-

numero dies illa, in qua fuit ſententia lata, ſed tempus currit de momento ad momentum: à principio tamen hoc tempus eſt vtile, ſed in progreſſu eſt cõtinuum, vt probatur per text. in l. 1. §. dies. ff. quando appell. ſit, vbi hoc docuit text. cum gloſa, ſed ſi Iudex à quo, & ad quem, non faceret ſui copiam, tempus non curreret, vt in dicto §. dies. Conſuluit tamen ibi Bar. vt pars hic proteſtetur, & appellet coram publicis perſonis: & pro hoc videtur text. in c. Paſtoralis. §. præterea. ext. de officio ordin. (Adde tu, quòd ibi hæc inter alia habentur (quibus arguendo ab identitate rationis, probatur, quòd hic dicit Panormitanus) videlicet. [Veruntamen nè alius poſt annum verus efficiatur poſſeſſor coram Ordinario, vel ſi eius copiam habere nequiuerit, coram publicis & honeſtis perſonis (vt quaſi præſcriptionem interrumpat annalem) offerre, ac præſtare (quòd iuri parebit) poterit cautionẽ, vt ſic poſt annum recuperare poſſeſſionem per ſedem Apoſtolicam mereatur.] hęc ibi. Quapropter ſubdidit Panormitanus vbi ſupra quòd tempus iſtud decendij currat à tempore
52 latæ ſententiæ, † non autẽ à tempore finiti termini præfixi ad aliquid faciendum: & eſt ratio. quia in continenti cùm ſententia fertur, pars grauata eſt. Nam videmus idem eſſe, cùm ſententia fertur ſub conditione, vt in c. biduũ. 2. q. 6. Fortiùs ergo idem dicendum cùm ſententia purè fertur, licet præfigatur terminus ad executionem actus. Et cùm ſententia antè elapſum decendium non habeat auctoritatem rei iudicatæ: indè ſequitur, quòd ſi illa mandaretur executioni, ipſa erit à Iudice ad quem reuocanda, vt docet tex. in c. non ſolùm. de appell. in ſexto, vnà cum gloſa ibidem. in verſ. innouata fuiſſent: & cùm iſte tex. loquatur indiſtinctè (ſcilicet in dicto c. quod ad conſultationem. extra de ſent. & re iudic.) dicam (ſubdidit ibi ipſe Panormitanus) hoc procedere tam in ciuili, quàm in criminali. & ad hoc facit quod notat Bart. in l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœnit. & quòd ipſemet dixit in c. conſanguinei. extra de ſent. & re iudic. aſſerens, quòd dicta ſententia, à qua nõ fuit appellatum
53 † infra decendium, tranſeat in rem iudicatam: hoc prouenit ex interpretato & præſumpto acquieſcere partis. Nam pars non appellando videtur acquieſcere ſententiæ: & in hoc dicit memoriæ commendandum dictum tex. in c. conſanguinei. & alius dicit tex. nempè in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. profer. quòd non appellans confirmat ſententiam. & in l. ab eo. C. quomodo & quãdo iud. dicitur, quòd non appellans præſtat aſſenſum ſententiæ. hæc omnia Panormitanus vbi ſupra docuit. Idem docuit peroptimè Henricus Boich in c. cùm ſit Romana. nu. 1. & 2. ext. de appellat. dicens, quòd tempus appellationis interponendæ eſt decendium à tempore ſententiæ numerandum: etſi erit infraſcripta notabili

tabili distinctione nobis vtẽdum circa hoc ipsum, quæ talis est, videlicet. Aut quæritur de appellatione iudiciali, aut de appellatione extraiudiciali. Si ergo quærit de appellatione iudiciali: Et tũc aut appellat a sníа diffinitiua, vel interlocutoria, aut a grauamine. Si appellat a sníа diffinitiua, vel interlocutoria, tunc verũ est quod dictum est, s.q infra decem dies a tempore diffinitiuę, vel interlocutoriæ, seu postquã sciuerit, quis dẽat appellare. Nã ne dum diffinitiua, sed etiã interlocutoria post
54 decẽ dies † transit in rẽ iudicatã, quo ad partẽ quãtum ad hoc, q̃ partes post decem dies appellare nõ possint, vt in c. cum dilecti. in fine. ext. de elect. & in c. significauerunt. in fine. cxt. de testibus. & hoc verificatur non solum in sníа purè prolata, verùm ét sub conditione: & hi decem dies, qui dantur ad appellandum, incipiũt currere a tempore cõditionis extantis, quia tunc incipit esse sententia, & non antea: & istud tempus appellationis interponendæ currit de momento ad momentum, in tantum, q̃ in illo decendio cõputatur hora in qua appellatur, vt in d. c. quod ad consultationem. Idem docuit Felinus in d. c. quod ad consultationem, col. 12. nu. 33. & sequentibus subdens quàmplurima notatu dignissima, quæ nos referemus paulò post in nonnullis declarationib. pro maiori præsentis nostræ conclusionis diluci datione afferendis. Idem docuit Imo. in Clem. 2. col. 2. vers. Glo. in
rs. tempore. de appellat. dicẽs, quòd tempus decendij indultum a iure appellanti incipit currere a die scientiæ latæ sententiæ. Idem docuit Laurentius quem citauit, ac sequitur Cardin. Zabar. in Clemen. 1. col. 2. vers. quinto nota, de dolo & contum. Idẽ docuit Ioannes Ferrarius Mõtanus in suo eleganti tract. de appellat. c. 4. incip. Intra quæ tempora appellandum sit. in versic. insuper illud, his prę-cisis verbis vtens, videlicẽt. Insuper illud tempus decem dierum quoad sui initium vtile dicitur, & quoad progressum cõtinuum, supputatur autem a sententiæ die, quem & ipsum adnumeram⁹ modo præsente principali, vel eius procuratore sentẽtia proferatur. Sin autem eo absente id fiat, tunc a die scientiæ tempus illud supputare incipimus, ne fraudi sit cui ignorare sententiam. Ideoq̃; a iustis inducijs ad deliberandũ concessit interim ignorantem cadere, apud Doct. in citata Authen. Hodie, & Glo. in d. c. anteriorũ. & Guido Papa in tract. de appell. in quæst. 102. Idem docuit Robertus Marãtha in suo speculo, in secundo actu tertiæ partis. nu. 202. & sequenti in vers. tertio principaliter sequendo. dicẽs satis notabiliter, q̃ appellatio debeat fieri infra decẽ dies a die latæ sníæ tam diffinitiuæ, q̃ interlocutoriæ, si ipsam sníam latam contra se fuisse ad sui cognitionẽ deueniſſet. Nã a dicto tempore currunt diẽs decem: secus est, si ignorasset, quia etiam tunc si stetisset per mensem & annum, & vltra semper posset appellare postquã scire incępit:

Digitized by Google

quia tunc current decẽ dies. Pos-
55 set etiam quis appellare † infra dictum decendium a quocunque grauamine, nisi grauamẽ illatum haberet actum successiuum, quia tunc semper poterit appellari ẽt post decem dies, scilicet quandiu grauamen ipsum illatũ durat, & hoc commodè poterit exemplificari in eo, qui detinetur in carcere; qui cum semper grauetur, semper poterit appellare, quod & docuerũt infrascripti Doctores a dicto Marãtha citati, videlicet Ioãnes And. in c. dilectus. el secõdo. ext. de rescriptis. Bal. in l. 2. col. 2. in fi. vers. secundò quæro. C. de Episcopali audien. Specul. in tit. de appellat. §. restat. vers. & nota secundum Vincentium. Angelus in dicta Authen. hodie. Paris in tract. de syndicatu. versic. appellatio. col. 2. Philippus Franchus in c. super eo. el secondo, col. 1. & in c. ex parte. el primo, col. 2. ext. de appellat. qui notãter hoc limitat de mente Bal. in c. de testib. ext. de testibus, non procedere, quando Iudex expressè fuisset interlocutus aliquem fuisse iustè carceratum, quia tunc debet appellari infra dictos decẽ dies. Idem docuit Ioãnes Ferrarius in tract. de appellat. cap. 4. vers. insuper illud tempus, vbi dixit, quòd illud tempus decem dierum (quoad sui initium) vtile dicitur, & quoad progressum cõtinuum supputatur autem a sententiæ die, quem & ipsum adnumeramus modo præsente principali, vel eius procuratore sententia proferatur. sin autem eo absente id fiat, tunc a scientiæ
56 die tempus † illud supputare incipimus, ne fraudi sit cui ignorare sententiam, ideoq; a iustis inducijs ad deliberandum concessis interim ignorantem cadere apud Doctores in dicta Authen. Hodie. & glo. in c. anteriorum. 2. q. 6. & Guid. Pap. in tract. de appellat. c. 102. inconfesso habetur.

Pro declaratione autem clausulæ. [Vel ad sui notitiam venerit sententiæ promulgatio, cum sua qualitate] de qua supra, sciẽdum, q̃ etsi verissima sit nostra conclusio, in qua dicitur, q̃ citatio ad audiendã sententiã, sit necessaria, & contumaci nõ currat tempus decendij a iure indultum ad appellandum ab ipsa sententia, nisi aliter sententia fuerit intimata partibus, ita quòd ad ipsos tenor ei⁹ potuerit peruenire, cum concessum fuerit tale dierum spatium
57 † ipsis a iure ad appellandum: vt possint deliberare circa sententiã ipsam, an velint acceptare, vel ab ipsa appellare, prout oĩs Doctorum cœtus in c. quod ad consultationem. ext. de sent. & re iudic. & alibi passim inter quos fuit Angelus in l. 1. C. de tempor. appellat. & in l. 1. §. biduum. ff. quando appell. & in l. a sententia. ff. de appellat. & plenius in l. 1. §. fin. ff. quando appell. sit. Idem docuit Felinus in dicto c. quod ad consultationem. nu. 32. vers. prima conclusio dicimus quòd. Hæc declaratio probatur verissima duplici ratione. Prima quarum est, quoniam ipse citatus ad sententiam, & contumax poterit forsan credere Iudicem prorogasse terminum

Digitized by Google

num iuxta decisionem c. consuluit. ext. de offic. iudic. deleg. Secunda ratio est, quoniam reuera non sufficit ad incurrendam hãc pœnam (vt quis post decendium
58 non possit appellare) † scire sententiam latam, nisi insuper sciat ipsam sic latam, scilicet eius tenorem, vt docuit textus in c. concertationi. & ibi per glo. in vers. sciuerit. de appellat. in sexto, & per Doct. ibidem citatos in probationem præcedentis cõclusionis, (cuius hæc est prima declaratio.) Sciẽdum ergo quòd quamuis fuerit, & sit verissima ipsa conclusio. Tamen quia tacitè amplectitur duos casus hic statim subiungendos: iccircò ipsa indiget hac declaratione, seu limitatione, vel distinctione. Dicendum ergo erit, quòd duo casus includãtur in dicta præcedenti conclusione vnica præsentis quęstionis. Primus quorum est, quãdo quis est citatus ad domum, vel per ędictũ ad audiendam sententiam. Secundus quando quis est citatus personaliter, vel aliter sciuit se citatum ad audiendam sententiam. Si ergo loquamur de primo casu, (cum de secundo casu proposito sint quam plurima digna scitu dicenda infra.) Dicemus locum habere, quę diximus in ipsa conclusione, si
59 quam primum sciuerit † adierit Iudicem sedentem pro tribunali, & probauerit se ignorasse, fuisse ad sententiam audiendam citatũ tali die, & tali pacto interpretanda erunt infrascripta iura statim recensenda, & Doctores citandi: vt apertius docuit nos textus in l. Diuus. ff. de restitu. in integ. infra ad verbum recensendus: Intelligendum erit, & hoc ipsum verificari, etiam si fuisset contumax in non obtemperando Iudici præcipienti aliquid exhiberi, restitui, vel iurari. Ad hoc verificandum facit quod docuit Rota in antiquis in decisione 44. subtitu. de appell. vbi dicitur, quòd citato ad domum ad audiendam sententiam currat hoc decendium a die scientiæ latæ sententiæ. Ad quod etiam accedit quod dixit Rota in nouis subtitu. de dolo & contumacia, scilicet quòd citatus edicto, vel ad domum, vel ad locum beneficij dicatur fictus cõtumax. Quæ quidem ficta cõtumacia exhibita in non veniendo ad iudicium non sufficit ad priuandũ aliquem (etiam post decẽdium transactum a die latæ sententiæ) potestate appellandi. Cum requiratur ad talem priuationem operandã vera contumacia, quam quis non incurrit, nisi postquã sibi innotuerit, vel intimata fuisset sniæ promulgatio, & eius tenor. Prout infra latius dicem⁹ in declaratione secundi casus: & q̃ nostrum assertum sit verissimum, probatur per tex. in Clem. causam. de elect. vbi hæc habentur, videlicet. [Causam electionis, postulationis, seu prouisionis per appellationem ab ipsa, vel occasione ipsius ad sedem Apostolicam emissam, tũc demũ ad sedem eandem deuolui censemus, cùm in appellati, aut procuratoris eiusdẽ in ipsa causa specialiter constituti præsentia interposita fuerit, aut eorum alteri intra

mensem ab interpositione ipsius, vel saltē post lapsum eiusdē mensis (q̄ cito cōmodè fieri poterit) legitimè intimata, porrecto videlicet sibi sub scriptura auctentica, vel perlecto illius tenore, & copia modo cōsimili (si petita fuerit) indè facta. Quod si forsan appellatū abesse, & procuratorē talem non inueniri contingat. In domo, quā ipse appellat⁹ cōiter habitare cōsueuit, vel (si dom⁹ eadē ī remotis existat) in Ecclesia Cathedrali in cuius ciuitate, vel Diœcesi cōsistit beneficiū, & nihilomin⁹ in vtroq; casu in Ecclesia, vel beneficio (de quo agitur) volumus appellationē hmōi publicari, ac de ipsa q̄ncunque petitū fuerit, copiā modo p̄missō fieri appellato. Verum si p̄ appellati, aut suorū metū, vel potentiā intimatio fieri nequeat (vt præfertur) appellationē eādem in loco aliquo publico, sic solēniter volumus publicari, p̄ ad appellati, seu eius procuratoris notitiam verisimiliter possit peruenire. Intimatio vero aliter facta oī careat iuris effectu. Nec causa p̄ appellationē eandem ad sedem cēseatur deuoluta prædictā, nisi ad appellatū eius plena, & certa notitia intra tp̄s prædictum aliter peruenisset. Idē quoq; in alijs casib. obseruari volumus, in quib. reperit intimatio faciēda.] hæc in d. Clem. Quæ cōstitutio etsi loquat explicitè de tēpore, quod currit appellato (cui de iure facienda est intimatio appellationis factę a sentētia lata in sui fauorem, & non de tempore, quod currit appellare volenti. Tamen cum eadem militet ratio æquitatis in vtroque: quoniā de iure appellare volēti a sententia lata non currat decendium a die sn̄iæ, sed a die scientię dictæ latæ sn̄iæ, & sic in vtroq; cā su necessario requiritur sententiæ scientia, ac per cōsequens intimatio plena, & certa, quæ solum contingit quando, & sn̄iæ, & appellationis tenor illis innotescit, ac co
6 opia † earum auctētica exhibetur ipsam petentib. vt in d. Clem. causam. iuncto c. cōcertationi. de appell. in sexto. Nec obstare nobis poterit, q̄ d. Clem. loquat in casu electionis, postulationis, seu pui sionis. Nos verò in casu appellationis. Qm̄ ipsemet Clemēs Papa constitutionē suā ibi extendit ad quēcunq; casum, in quo requirit necessario ītimatio faciēda. & vt percipiamus de qualitate intimationis faciēdæ, de qua ipse p̄ōtifex loquitur ibi: iungamus prædictis verbis, quib. ipse vsus fuit in fine dictę Clem. verba, paulò ante præcedētia. Nā his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Nec causa per appellationē eādem ad sedem cēseatur deuoluta prædictā, nisi ad appellatum eius plena, & certa notitia intra tempus prædictum aliter peruenisset.] hæc ibi. Ex quibus omnibus patuit omnino requiri ad cursum decendij contra appellare volentem plena, & certa notitia tenoris sententiæ latę, vt antea apertius docuerat Bonifacius Octauus, & habetur in dicto capit. concertationi, necnon, & Doctores communiter ibidem, quorum verba retulimus in probationem præcedentis

tis nostræ vnicæ conclusionis. Videatur ibi, & aliorum Doctorum sententia infra recensenda. Idem probatur per textum apertissimū in l. Diuus Antoninus. ff. de in integr. restitu. vbi hæc habentur, videlicet. [Diuus Antoninus Marcio Auito prætori de succurrēdo ei, qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit, etsi nihil facilè mutandum sit ex solemnibus, tamen vbi æquitas euidēs poscit, subueniēdum est. Itaque si
6 citatus † non respōdit, & ob hoc, more pronunciatum est: cōfestim autem pro tribunali te sedentem adijt existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis fuisse, ideoque restitui potest. Nec intra has solū species consistet huius generis auxilium: etenim & deceptis sine culpa sua (maximè si ab aduersario fraus interuenerit) succurri oportebit, quamuis de dolo malo actio competere soleat, & boni prętoris est, potius restituere litem, vt ea ratio, & æquitas postulabit, quam actionem famosam constituere: ad quam tunc demum descendendum, cum remedio locus esse non potest.] hæc ibi. vbi idem docuerunt Glosa, & Bart. ad saturitatem, quod & repetierunt ambo in l. fin. ff. de in integrum restitu. dicentes, q̄ verus cōtumax appellans non audietur, sed fictè contumax audietur appellans. & q̄ nostra interpretatio verborum dictę
62 Clem. causam † fuerit rationi cōsentanea, probatur auctoritate infrascriptorum Doctorū. Philipphus enim Franchus in c. bonæ memoriæ, col. 6. vers. octauò debet appellari infra decem dies a die grauaminis. ext. de appell. inter alia notatu dignissima dixit, quod licet ex citatione ad domū in dubio præsumatur sententiam deuenisse in notitiam, vt per glo. in l. etsi legibus. C. de Episcopali audien. & facit l. quinquaginta, C. de excusat. tut. & per Bart. in l. quidam decedēs in fine. ff. de administr. tut. Tamē ista est ficta notitia, seu præsumpta, sed ad exclusionem appellationis vera notitia requiritur. Ideo est, quòd citatus per ędictum iuxt. formā Clement. 1. de iudicijs, licet ibi dicatur, quòd talis citatio arctat citatū, ac si personaliter citatus fuisset. tamen quoad appellandum citato per ædictum currit tempus a die veræ notitię, cùm illa notitia, quæ insurgit ex citatione per edictum sit præsumpta, & in appellatione requiritur vera, vt supra, & facit quod habetur in Clem. causam. de elect. in vers. indubitata, & certa. & per Bal. in l. contra maiores. ff. de inofficioso testamento, & ita tenent Doctores de Rota in citatione per edictum. Decisione 364. incip. Item cum iura. Idem docuit quoque glo. & Angel. in l. 1. §. si aduersus. ff. quando appell. sit. Idem docuit Felinus in c. quod ad consultationem. col. 12. nu. 33. verfic. considera duos casus. ext. de sent. & re iudic. Idipsum elicitur ex doctrina Cardinalis Zabar. in dicta Clem. causam. §. idem quoque, col. 1. vers. quantū autem ad hanc Clemētinam. Vbi dixit. Quantum autem ad hanc

Digitized by Google

Clem huic limitationi inhęrẽdo, vt ſaluetur glo. dico hunc §. procedere in omnibus intimationibus,
63 ſiue fiant de actibus celebratis in ſcriptis, vel reductis ad ſcripturam, ſiue non reductis, dum tamẽ ſubſit identitas rationis, quæ eſt in caſu huius Clem. quòd ex reductione actus ad notitiam alicuius, ille obligetur ad aliquid præiudiciale, tunc procedit hic §. & ſubeſt magna æquitas, vt intimatio in ſcriptis fiat plena, & certa, aliàs poſſet fieri verbo, & minus perfectè per quod multum præiudicaretur parti, quæ non eſt plene informata, & per hoc dico, q̃ intimatio, quã fecit emptor venditori de lite ſibi mota in caſu c. fin. ext. de empt. & vendit. de rigore iuris, vt arctetur venditor debet fieri ſub hac forma, & idẽ in ſimilibus, quod perpetuo nota, quia hoc verbum communiter ignoratur, & raro bene intelligitur, & hactenus ſemper dubitaui. Sed ſi notitia de actu tali fit, per quem non præiudicatur parti, vt quando fit intimatio Papæ, vel in omnibus ſimilibus, in quibus in nihilo arctatur is, cui fit intimatio tunc ſecus. Nam cùm ceſſet ratio identitatis huius diſpoſitionis, ceſſabit & hic §, & ſic intellige, & recorderis. hæc omnia ipſe Zabar. vbi ſupra, qui idipſum repetijt in Clem. vnica. col. fin. verſic. vbi etiam deciditur. de dolo, & contumacia, dicẽs, quòd is, qui non eſt verè contumax po-
64 terit † appellare infra decẽdium a die notitiæ. Idẽ breuius docuit Pet. de Anchar. in dicta Clem. cauſam. col. pen. verſ. niſi quòd certa. Idem docuit ibidem Ioannes de Imo. & ibidẽ Panormitanus, nu. 3. addens & hanc peroptimam regulam pro maiori intelligentia eorum, quæ hucuſque allata fuerunt dicens, quòd vbicunque requiritur alicuius actus intimatio etiã cum ſolẽnitate ſufficit ſcientia, ſeu notitia certa, & plena illius actus intimãdi: non ergo re-
65 quiritur † neceſſario intimatio data notitia, vide bonum textum iuncta gl. in verſ. certa. in d. Clem. cauſam. quod intellige, quando intimatio eſſet facienda ad finem ſimplicis notitiæ habendæ, vt in caſu dictæ Clem. cauſam, ſecus ſi requiratur etiam ad alium effectum, puta, ad defendendum denunciantem, de quo notat Dynus in regu. eum, qui. de regu. iur. in ſexto, & per Bart. in l. emptor. C. de euictio. & per Canoniſtas in c. fin. ext. de empt. & vendit. vel dic, quòd aut requiritur non ſolũ intimatio, ſed etiam requiſitio ad aliquid faciendum, & tunc nõ ſufficiet notitia, ſine intimatione. Idem expreſsè docuit glo. fin. in dicta Clem. cauſam. in principio, quæ bene notanda erit ſecundum Panorm. ibidem, vbi ſubdit quòd ſi requireretur ſola intimatio, tũc ſufficeret notitia ſine intimatione. Idem expreſsè docuit Glo. in c. ei, qui appellat. §. ſunt etiã quorum, 2. q. 6. in verſic. per contumaciam, dicens, quòd veniens ad Iudicem ſedentem pro tribunali audietur, vt in d. l. Diuus. quæ glo. intelligit non ſimpliciter de omni accedente ad Iudicem ſedentem

tem

tem pro tribunali, sed in terminis dictæ l. Diuus, scilicet de eo, qui legitimè fuit impeditus ab accedendo ad Iudicem. Idem docuit Glo. in l. 1. vers. nõ potest. C. quorum appell. non recip. dicens, q̃p
66 absentis † per contumaciam appellatio recipi non potest: nisi veniat Iudice sedente pro tribunali, vt in d. l. Diuus, cuius dictum intelligendum, vt paulò ante exposuimus. Idem docuit eadem Glo. in d. l. 1. vers. eius, dicens, q̃p contumax in restituendo, vel exhibendo, vel iurando non priuabitur facultate appellandi. Idem docuit Glo. in Authen. de Iudicibus. §. audiẽt. in verfic. perimendis, dicens, quòd contumax præ-
67 sumptiuè † poterit appellare. Idẽ docuit Specul. in lib. 2. titu. de appell. §. in quibus autem, nu. 1. in vers. primò igitur prohibita est: dicens, quòd contumax fictus, vel præsumptus non priuatur iure appellandi. Idem docuit Bal. in repertorio Innocentij in verfic. contumax comparens Iudice sedente, dicens, quòd cõtumax comparens Iudice sedente pro tribunali non indigebit restitutione in integrum ad appellandum, vt docet cõmunis opinio, cùm ipso iure possit appellare, & ratio rationum est, secundum eum, quia lex admittit comparitionem suam, & fingit eum non contumacem. vt in l. Diuus, ff. de in integr. restitu. & ita notanter (inquit) docuit glo. in l. inter minores. ff. eod. & concludit, quòd fictus contumax admittatur ad appellãdum. Idem docuit Marantha in suo speculo in secundo actu, part. 3. princ. nu. 277. verfic. ille ergo qui. Dicens quòd qui fuit citatus in domo, & non habuit legitimè notitiam citationis, dicatur fictus cõtumax, & poterit appellare secundũ Bal. in l. ea quæ. C. quomodo, & quando iudi. & Bart. in d. l. fin. ff. de in integr. restitu. & Alex. in l. properandum. §. sin autẽ. C. de iudicijs. in verfic. secunda conclusio, & sic notãdum (inquit) quòd fictus contumax non punitur, quia in eo nõ arguitur dolus, sicut in vero contumace. Idẽ docuit Ioannes Ferrarius in tract. de appell. c. 5. titu. a quibus sent. appell. non licet, circa finem, dum agit de contumace. & hæc attulisse sufficiat in declarationem primi casus virtualiter contenti in dicta nostra vnica conclusione, & verborum ibi contentorum, videlicet. [Ad sui notitiam venisset sententiæ contra ipsum promulgatio.] quoniã poterat contingere facta per edictum in domo, & huiusmodi, & de hac promulgatione hucusque diximus, & non de secundo modo, quo poterat ad notitiam eius contra quem fuit lata sententia, scilicet si personaliter fuisset sibi intimata dicta sententia, & cum hoc sit scitu necessarium, ideo studebimus casum secũdo loco propositum accuratissimè examinare cum sit quæstio quotidiana: & sciendum, quòd sententia Angeli in l. a sententia, §. 1. ff. de appellat. dicentis, quòd contumax possit appellare, intelligẽda erit de contumace non vero, sed apparente, vt latius hic probauimus, non autem

tem de contumace apparenter,& verè,vt in ſequenti regula.

De ſecundo caſu propoſito,ſcilicet de vero cõtumace,erit conſtituenda firmiſſima regula conformis iuri communi.regula vni-
68 ca eſt talis. Citatus † perſonaliter ad ueniendum audire ſententiam tali die promulgandam in cauſa ſua diffinienda,in dubio habebitur pro vero cõtumace, ideſt in non veniendo: antequam probetur ipſum legitimè fuiſſe impeditum ab acceſſu ad Iudicem, cuius intendiſſet obedire mandato. Nam niſi hoc impedimentum ab ipſo perſonaliter citato fuerit probatum,non admittetur ad appellandũ.Quapropter optima cautela erit ad conuincẽdum ipſum contumacem,& ad priuandum eum facultate appellandi, intimare ipſam ſententiam ad domum, vel perſonaliter. & probabitur præſens regula auctoritate infraſcriptorum Doctorũ grauiſſimorum: poſt quàm pro intelligentia dicẽdorum & dictorum infraſcriptorum notabile recenſebimus,diximus [contumacem in non veniendo] ad differẽtiam aliorum contumaciũ in non obediendo mandatis Iudicis, & in aliquo alio mandato eius, quàm in veniendo ad iudicium ſecundum voluntatem ipſius Iudicis ad hoc ipſum facientis citari eos. Quapropter ſciendum,& tenaciſſimè erit memoriæ commendandum, quòd multipliciter quis di-
69 citur contumax · † Nam quidam eſt verus contumax apparenter, & exiſtenter. Quidam verò eſt verus contumax apparenter, & non exiſtenter. Quidam autem eſt fictus contumax apparenter, & verus exiſtenter. & quidam eſt fictus contumax apparenter,& exiſtenter. Contumax igitur verus apparenter, & exiſtenter dicitur is, qui citatus & inuentus,dixit ſe nolle venire, vel fuit inuentus, & dixit ſe venturum, vel nihil dixit, tamen poſtea non venit abſq; aliqua cauſa. Vnde remanet, q̃ ſolum fuit contumacia, & contemptus Iudicis: & iſte talis contumax ſi appellauerit: appellatio eius non audietur, cùm potuerit venire,& noluerit. Contumax ap-
70 parenter † & non exiſtenter. dicitur is, quem citatio reperit, & dixit ſe nolle venire, poſtea tamen mutauit propoſitum, & voluit venire, ſed fuit impeditus dolo aduerſarij, vel ex aliquo caſu abſque ſua culpa. & hic ſi appellare voluerit a fulminata ſententia, non audietur a Iudice, a quo vult appellare, nec eius appellatio admittetur: quia eſt verus cõtumax apparenter, tamen coram Iudice ad quem fuit facta talis appellatio, hoc dictus contumax poterit probare, quod ſi probauerit,quòd in rei veritate nõ fuerit verus contumax,probando iuſtum impedimentum, tunc ipſe Iudex appellationis procedet ſuper appellatione ſua, ſicut ſi eſſet admiſſa, vt in l. ſciendum. ff. de appell.recip.& in l. a proconſulibus. C.de appell.& idem erit dicendum de eo, qui fuit inuentus, & dixit ſe venturum, vel nihil dixit: Nam ſi non venit, eſt verus con-

Digitized by Google

contumax apparenter, & eius appellatio non recipietur: etsi coram Iudice appellationis probauerit, quòd non fuerit verus contumax existenter, procedetur in appellatione, prout dictum fuit paulò antè. Animaduertendum tamen, quòd vbicunque diximus verum contumacem appellantem non fore audiendum a Iudice a quo: hoc ipsum erit intelligendum, nisi postea ipse contumax postea venerit (infra statutum tẽpus a iure, idest infra decẽdium) ad iudicium Iudice sedente pro tribunali. Nam tunc ex illo actu præsumitur, quòd non fuerit verè
71 contumax † & tunc ipse appellans audiendus erit, vt in l. diuus. ff. de in integr. restitu. Contumax
72 autem fictus † apparenter, & verus existenter dicetur is, qui non fuit inuentus, tamen citatio peruenit ad eius notitiam: & tunc cùm potuisset venire, non venit, & huius appellatio recipietur à Iudice à quo: quia sibi non innotuit ipsum fuisse verum contumacem. Sed si pars, contra quam est interposita appellatio coram Iudice appellationis hoc probabit, scilicet illum sciuisse & contempsisse venire, non procedetur super eius appellatione. & ita poterit intelligi l. properandum. §. fin autem. in fi. C. de iudicijs. coniuncta l. diuus. §. parte actoris minimè inuenta. ff. de in integr. restitu. Et est aduertendum. in eo, quod diximus, quòd quando per contumaciam non venit, quia si esset causa aliqua, propter quam venire nolebat, vt puta, quia timebat Iudicem, nè faceret eum approbare sententiam: quia sic erat consuetus alijs facere, vel quia erat rusticus, & timebat ire sine aduocato: & similia quæcunque essent, quæ possent eum excusare à contemptu Iudicis: putaremus ipsum fore audiendum appellantem à Iudice ad quem, quia cessat vera contumacia, si talia interfuisse probarentur coram ipso Iu-
73 dice. † Contumax autem fictus apparenter, & non existenter dicitur is, qui citatus ad domũ fuit, & tamen reuera nunquam habuit notitiam talis citationis, & hìc talis sine dubio appellans infra decendium a die notitiæ audietur, vt in c. concertationi. de appell. in sexto. & in l. ab eo. C. quomodo & quando Iudex. Et sciendum, quod huic peroptimæ distinctioni se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet Bart. in l. fina. nu. 11. vers. & ideo dico sic. ff. de in integr. restitu. Glo. in dicta Clem. vnica. vers. manifestè. Cardin. Zabar. ibidem. col. 9. vers. Decimò quæritur. sequens Bar. & ibidem Pet. de Anch. col. 5. versic. vt clariùs tibi liqueat. & ibidem Imo. col. 7. a numero 18. vsq; ad nu. 29. Felinus in dicto c. quod ad consultationem. col. 13. nume. 34. vers. secundus casus. Petrus Follerius in sua Praxi criminali, in versic. etsi confitebuntur. nu. 3. versic. sed occurrit dubium.

His ergo necessario præmissis pro intelligentia eorum, quę fuerunt allata in dicta vnica regula, & afferendorum in eiusdem regulæ probationem, ipsamet re-

gula

gula probatur triplici medio. Primò enim per arg.in Clem. vnica. de dolo & contum. vbi hæc habentur, videlicet. [Si antè diffinitiuam sententiam à Iudice quis
74 appellando † recedat, & Iudex suæ appellationi non deferens,eo citato, vel etiam non citato, vlteriùs in causa procedens, contra ipsum etiam absentem sentẽtiam etiam diffinitiuam promulget, poterit idem appellans à dicta sententia intra tempus debitum appellare: Nisi eius prima appellatio fuisset friuola manifestè] hæc ibi. Diximus probari presentem regulam per arg. in d. Clem. quoniam: etsi explicitè hoc non eliciatur, benè tamen implicitè: cùm ibi dicatur in fine.[Nisi eius prima appellatio esset friuola manifestè] arguendo ergo à contrario sensu, sequitur, quòd qui friuolè appellauerit ab interlocutoria, & se non correxerit (cùm indè eluceſcat eius cõtumacia non obtemperando simpliciter suo superiori) meritò non admittendus erit postea ad appellandum à diffinitiua, eò quòd apertissimè cõprobetur eius contumacia; cùm iniustè semel recesserit à iudicio, & non redierit ad iudicium antè diffinitiuam, & hoc ausus fuit facere non sine iudicijs contemptu. Vndè palam fit ipsum fuisse verè contumacem: & tali pacto erunt interpretanda subsequentia
75 iura, † quæ dixerunt contumacem in non veniendo non fore admittendũ ad appellandum. sciendum igitur, quòd idipsum docuit & apertiùs tex. in c. ei, qui appellat. §. sunt etiam quorum. 2. quæst. 6. vbi hæc habentur, videlicet. [sunt etiam quorum appellationes non recipiuntur: non enim potest recipi eius appellatio, qui per contumaciam absens: cùm ad agendam causam vocatus esset, negotio priùs perscrutato sum matim: condemnandus est.] hęc ibi. Idem habetur in c. de illicita. §. quicunque tribus auctoritatibus. 24. q. 3. vbi hæc habentur, videlicet. [Quicunque tribus auctoritatibus Iudicis conuentus, vel tribus edictis ad Iudicem fuerit prouocatus, aut vno pro omnibus peremptorio, idest quod causam extinguit fuerit euocat⁹, & præsentiam suam apud eum Iudicem a quo, ei denunciatum est, exhibere noluerit aduersus eum, quasi in contumacem, iudicari potest. Quinimò nec retractari per appellationem negotia possunt quotiens in contumacem fuerit iudicatũ.] hæc ibi. Idem prorsus, & clarius docuit text. in l. perãdum. §. cum enim terribiles, C. de iudicijs, vbi hæc habentur, videlicet. [Cum enim terribiles in medio proponuntur scripturæ litigatoris absentia Dei præsentia repletur: nec pertimescat Iudex appellationis obstaculum, cũ ei, qui contumaciter abesse noscitur, nulla sit prouocationis licentia, quod & in veteribus legibus esse statutum manifestissimi iuris est.] hæc ibi. Idem probatur in l. 1. C. quorum appell. nõ recip. vbi hæc habentur, videlicet. [eius qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam vocatus esset

condemnatus est, negotio prius summatim perscrutato appellatio recipi non potest.] hæc ibi. Idem probatur in Authen.de Iudicibus. §.audient igitur.in fi.vbi hæc habentur, videlicet. [Appellationibus in his nulli penitus perimendis,nisi fortè tertio appellare voluerit,aut per contumaciam defuerit,talibus.n.etiam perimitur ratio.] hæc ibi. Idem probatur per tex.in l. contumacia.ff.de re iudic.vbi hæc habentur, videlicet. [Contumacia eorum, qui ius dicenti non obtemperant, litis damno coercetur. Contumax
76 est, † qui tribus ædictis propositis, vel vno pro tribus (quod vulgò peremptorium appellatur)litteris euocatus præsentiam suam facere contemnit.]hæc ibi.& notanda sunt illa verba, videlicet. [litis damno coercetur]quia, vt ibidem subdit glo. in versic. litis. non poterit appellare,& sic litem ammittet : & statim ipsa sententia lata executioni mandabitur, nullo timore appellationis admittendæ. Idem probatur per tex. in l.& post edictum. §. sciendum. ff. de iudicijs.vbi hæc habentur, videlicet.[sciendum ex peremptorio absentem condemnatum, si appellet non esse audiendum, si modò per contumaciam defuit, sin minùs audietur.] hæc ibi. Idem habetur ex l.ex consensu.§. fin. ff. de appell. & relat. vbi hæc habentur, videlicet. [eum, qui cognouit edictum peremptorium secundum ordinis causam datum, placuit non rectè prouocasse.cùm in eius potestate fuerit, antè diē præstitutum, pro tribunali respondentem,aut defensum edicti denunciationem rumpere.] hæc ibi. Probatur & secundò præsens nostra regula Doctorum auctoritate. Glo. enim singularis in dicta Clem.causam.in versic.manifestè.dixit. Aduerte,quia probare videtur hæc litera,quòd vera con
77 tumacia † in non veniendo non impedit appellantem, vel appellationem, nisi sit manifesta, vt sic in vera contumacia distinguatur inter manifestam,& dubiam: appellans enim friuolè, & recedens verè contumax est, & tamē si hoc non est manifestum appellat. & secundum hoc intelligenda videntur iura, quæ dicunt cōtumacem in non veniendo non appellare. vt in c.ei, qui. §.sunt autem quorum.2.q.6. & in c.de illicita. 24. q. 3.& in l.properandum. §.cum autem.C.de iudicijs, & in l. 1.C. quor.appellationes non recip. in non veniendo. ideo dixi (inquit
78 dicta glo.) quia contumax † in non parendo non priuatur potestate appellandi. vt in l.creditor. §.iustus.ff.de appell.& pro ratione diuersitatis dicit ibi glo.quòd contumax in non parendo peccat in vno tantum. Contumax verò in non veniendo in duobus : & subdit se hoc intelligere,quia ille venit ad Iudicem, sed non ei paret : alter verò nec venit, nec paret. hæc omnia dicta Glo. Idem docuit Glo. in dicto §.quicunque tribus edictis. in vers.per appellationem, dicens, quòd contumax si appellauerit, non audietur. Idē docuit glo. in dicta l.properandum.

Digitized by Google

dum. §. cùm enim terribiles. in verſ. quod dicens, quòd qui verè contumax eſt, appellare non poteſt. Idem docuit Glo. in dicta l. 1. C. quor. appellat. non recip. in verſic. eius. dicens, quòd verè cõtumax appellare non poterit, vt quia inuentus non venit, vt hìc, quando fuiſſet contumax in non veniendo: ſecus, ſi in non exhibendo, vel in non reſtituendo, vel in non iurando, quia tunc appellare poterit. Idem docuit glo. in dicto §. audient. in verſ. perimendis; dicens, nota regulam, quòd
79 quilibet poteſt appellare: † ſed fallit in contumace, cui appellare non licèt, vt hìc: Niſi veniat Iudice ſedente pro tribunali, vt in l. diuus. ff. de reſtitu. in integr. & hoc ſi eſſet contumax verè, ſecus ſi præſumptiuè, vt in l. & poſt. §. fina. ff. de iudicijs. hæc Glo. illa, cuius ſententia interpretanda erit in terminis d. l. diuus. cuius tenorem ſupra retulimus in declaratione ſeu limitatione vnica ſupradictæ vnicæ concluſionis in primi caſus ibi propoſiti declarationem & probationem, vbi & ſententiam Glo. fuimus interpretati in dicto c. ei, qui appellat. §. ſunt etiam quorum. 2. q. 6. in verſ. per contumaciam: cùm ijſdem verbis & ipſa glo. ibi vſa fuerit: quæ paulò poſt recẽſebimus, cùm referremus alias glo. ijſdem verbis vtentes. idem docuit glo. in dicta l. contumacia. in verſic. litis damno. dicens contumacẽ coerceri litis damno, vt non appellet. vt in dicta l. & poſt. §. fi. idem docuit glo. in dicta l. & poſt. §. fin. in verſ. audiendum. dicens. Contumacem condemnatum non eſſe audiendum, niſi veniat ſedente Iudice pro tribunali, vt in dicta l. diuus. item ſi eſt contumax in non veniendo: ſecus, ſi in non reſtituendo. idem docuit Glo. in dicta l. ex conſenſu. §. fin. in verſic. non rectè. dicens, quòd ſi quis eſſet verus contumax, vt puta, quia dixit ſe nolle accedere ad Iudicem ipſum citantem ad audiendam ſententiam, hìc non poſſet appellare; ſed ſi eſſet contumax fictus, appellare poſſet. Idẽ prorſus docuit Bart. in dicta l. properandum. §. ſin autem. nu. 1. in verſ. oppono ſecundò. dicens, quòd
80 contumax † in non veniẽdo, non poteſt appellare: contumax verò, in non exhibendo appellare poterit. Qui Bart. idem repetijt in dicta l. 1. nu. 2. verſic. & dicitur verus. C. quor. appell. non recip. dicens, quòd verus contumax dicatur is, qui perſonaliter citatus nõ venit: & talis contumax appellare non poterit, ſecus ſi ſit contumax in reſtituendo, vel in non iurando de calumnia, & huiuſmodi, quia poterit appellare. Qui Bar. rurſum idem docuit in dicta Authen. de Iudicibus. §. audient. in fine dicens, quòd contumax verus non poterit appellare. Contumax vero fictus appellare poterit. Idem ipſemet Bart. docuit in d. l. contumacia, num. 1. verſic. dic ergo, dicens, quòd contumax in
81 † non veniendo ad audiendã ſententiam, & ſententia fertur contra contumacem, tunc ipſe litis damno afficietur, quia non audietur

dietur appellans: si vero sententia fuisset lata in contumacis fauorem, tunc etsi non amittet indè litem; tamen condemnabitur in expensis, sed si quis fuerit contumax in non veniendo ad respondendum alteri, tunc afficitur damno, quia non audietur in lite, nisi refectis expensis, vt in l. sancimus. C. de iudicijs. Quando verò quis esset contumax in non agẽdo infra tempus sibi statutum tunc afficietur damno hoc, quia postea volens agere, non audietur, vt in l. diffamari. C. de inge. ma. & in l. si ea. C. qui accus. non poss. idipsum Bart. ipse docuit in dicto §. sciendum. dicens, quod contumax verus appellare non poterit, sed fictus sic. quod & repetijt in dicta l. ex consensu. §. fina. dicens, quòd verus contumax appellare non poterit, & quòd sit sciendum, quòd, vt quis dicatur
82 verus contumax † duo requiruntur, videlicet. Quorum primum, quòd cognouerit se legitimè citatum: & secundò, qnòd potuerit venire ad Iudicem, & non venerit, vt in dicto §. sciendum, expressè probatur: quocunque ergo modo (inquit) cognouerit, satis est, vt in l. item veniunt. §. a quo. ff. de petit. hæredit. & ideo citatus ad domum, si ad eius notitiam congruo tempore peruenitur, dicetur verus contumax, & licèt Iudex a quo eius appellationem receperit: quia eum habuisse notitiam citationis ignorabat: tamen si de scientia probaretur apud Iudicem ad quẽ, super eius appellatione non procedetur, & eodem modo si fuisset citatus personaliter, & cùm vellet venire fuit impeditus aliqua iusta causa: licèt Iudex a quo appellationem eius nõ recepisset, quia eum verum contumacem reputabat: tamen hoc probato apud Iudicem ad quem, idest, coram Iudice appellationis, procedetur in sua causa, vt dicitur in dicta l. ex consensu. §. fin. in glo. & colligit ex ipso textu, & addidit Bart. notandum fore benè dictum §. fi. cùm peroptimè declaret, quis sit verus cõtumax, & apertiùs, quàm alter textus, & subdidit ibidem Bart. fore animaduertendum, q glo. in dicto §. fina. in principio dicit verum contumacẽ eum, qui inuentus dicit, se nolle venire, & idem notat in multis locis: quam glo. Ioannes And. intelligit, quando hoc in iudicio dixit: secus si dixisset nuncio extra iudicium, quod fortè (subdidit ibi Barto.) posset procedere, quantum ad hoc, si esset citatus non peremptoriè, tunc iterum esset citandus. Nec locum habet glo. in l. fi. ff. de in integr. restitu. quæ dicit eum non esse citandum vlteriùs: sed si poneremus eum peremptoriè citatum, siue in iudicio, siue extra, & dixisset, Nolo venire: satis est, vt sit verus contumax, quia sufficit, quòd sciat se citatũ. & quod non obstet, quòd glo. in dicto §. fi. dixerit, quòd iusta causa non veniendi est: si dicit se non venisse propter obliuionem, quia non credebat Iudicem festinare. Nam illud, quod de obliuione dicitur, non est verum: Non enim

præsu-

itized by Google

83 præſumitur † obliuio, niſi ex longo tempore, vt in l. ſi id, quod. in principio & ibi not. ff. de acquir. poſſeſſione, & in l. furtum. §. fundi. ff. de vſucap. item id, quod dicitur, quòd non credebat Iudicem feſtinare, non eſt iuſta cauſa: Non enim debemus inſpicere
84 † id, quod dicit ſe credidiſſe, ſed id, quod credere debebat, vt in l. quod te. ff. de rebus credit. & in l. qui fundum. §. ſeruus. ff. pro emptore, & ibi glo. quæ contra dicit in hoc in eo, quòd dicitur de obliuione. Hæc omnia docuit Bart. vbi ſupra, quæ omnia ſunt memoriæ cõmendanda, & vſu ipſo quotidiano opere perficienda a iudicibus Deum timentibus: quoniam aliàs omnibus contumacibus veris daretur aditus fallendi Iudices non ſine graui iudicialis poteſtatis iniuria, & proximorum detrimento. Ad hoc ipſum probandum accedit, quod ipſemet Bar. docuit in l. diuus. in principio. ff. de in integr. reſtitu. di-
85 cens, quòd verus contumax † veniens Iudice ſedente pro tribunali reſtituitur ád appellandũ. idem ſi abfuerit dolo aduerſarij, vel abſque ſui culpa: quapropter (ſecundum eundem) erit notãdum, quòd eſt neceſſe, quòd in iudicio dicat ſe nolle venire: ſed ſufficit, quòd hoc dicat nuncio. extra iudicium. Idem & latiùs ipſemet Bart. docuit in l. fina. nu. 11. & ſequenti. ff. de in integr. reſtitu. vbi ſequens glo. ibidem dixit, quòd verus contumax eſt is, qui inuentus apertè dixit ſe nolle venire: & ad illum vna citatio ſufficit, & quòd in hoc dixerit verum ibi gl. & addidit fore animaduertendum, quòd ipſe dixerit, vnam ci-
86 tationem † ſufficere, licèt non fuerit dictum peremptoriè: & quòd imò ſi non eſſet citatus, ſi tamen dixiſſet ſe nunquam venturum coram Iudice illo, non deberet vlteriùs citari, ſicut dicunt Canoniſtæ de eo, qui recedit appellans ab aliqua interlocutoria, quòd non ſit amplius citandus: quia videtur dixiſſe ſe amplius non venturum ad Iudicem, vt in Clem. 1. de dolo & contum. (Addetu, quòd Bart. hìc loquatur in terminis dictę Clem. 1. ſolùm, ſcilicet quando appellatio ab interlocutoria fuiſſet manifeſtè friuola, cùm hoc tantummodo ibi dicatur: prout elicitur ex mente eiuſdẽ Bart. citantis ipſam Clem. 1. & ideo ſubdidit ibidem dicẽs. Mihi autem ad declarationẽ veritatis iſtius videtur fore dicendum, quòd ille contumax non poſſit appellare, qui per contumaciam non venit, ita dicit tex. in l. & poſt edictum. ff. de iudicijs, & intelligitnr ibi de contumacia eius, qui potuit venire, & non venit: ita dicit text. in l. ex conſenſu. in fine. ff. de appell. vnde (inquit) illum appello verum contumacem, qui potuit venire in termino peremptorio, & non venit. vt in dictis legibus. Hæc Bar. vbi ſupra. Idem docuit Azo in ſumma in lib. 7. Codicis, tit. quorum appel. non recip. col. 2. verſic. item non appellat. nu. 5. dicens, quòd contumax non appellet, vt in dicta l. properandum. §. cùm autem: niſi

Digitized by Google

nisi in casu, cùm reddit cõtumax sedente Iudice pro tribunali, vt in l. Diuus. ff. de in integr. restitu. & ideò qui est condemnatus ex peremptorio, quod in eius notitiam peruenit, non appellat, nisi iusta causa eum venire prohibuerit. hæc Azo. pro cuius veræ sententię declaratione sciendum, ꝙ illa verba Azonis. [quòd admittetur contumax ad appellandum cùm redierit sedente pro tribunali.] erunt intelligenda de non vero contumace, sed de contumace apparenter solùm: cùm ad hoc citauerit dictum textum in dicta l. Diuus. quę expresse de tali cõtumace solùm loquitur, & non de contumace apparenter & verè: prout ex contextu verborum ipsius l. diuus. elicitur. cuius tenorẽ nos supra retulimus ad verbum. Idem docuit Specul. in lib. 2. titu. de appell. §. in quibus autem casibus. nu. 1. vers. primò igitur dicens, quod verus contumax
87 † non audiatur, si appellauerit. Idem docuit Innocentius in cap. cùm olim. nu. 3. versic. citatus. sic referebant. extra de dolo & contum. dicens, quòd si constaret aliquem esse contumacem, talis non posset appellare viua voce, vt in l. diuus. ff. de restitu. in integrum, nec ipsius arreptio itineris vim appellationis obtineret: & quòd hoc iustificet sententiam eo absente latam. Idem docuit Cardinalis Zabar. in dicta Clem. vnica. col. pen. in fine. in versic. & etiam est de se notabilis. dicens, quòd rationi consentaneum sit, vt illi denegetur appellatio, qui per inobedientiam Iudici resistit: non enim debet sibi faueri in præiudicium honoris, qui Iudici debetur, vt in c. vt debitus. extra de appell. Curia Romana audit appellantem etiam si sit verus con-
88 tumax † dum tamen appellet infra decendium. à die pro latę sententiæ, vt patet in decisione Rotæ 365. secundum vnam computationem, secundum aliam est 151. vbi etiam deciditur, quòd citatus per ædictũ iuxta formam Clem. 1. de iudicijs, & non comparens potest à diffinitiua infra decendium a die notitię appellare, quod vltimum placet, sed intelligo (inquit ibidem Cardinalis) si non fuerit verè contumax, sed si ad eum peruenisset citatio, non deberetur audiri etiam infra decendium à die prolatæ sententiæ: & hoc in effectu. hæc Cardinalis Zabar. Idem docuit Petr. de Anch. in d. Clem. vnica. in versic. certum est: vbi sequens glosam in dicta Clem. dixit, quòd contumax fictus dicatur is, quem citatio nõ apprehendit. Quapropter citatio si quem non inuenit, licet ille postea hoc sciat, & non accedat ad Iudicem, dicatur contumax fictus: & ratio est, quia Iudici non apparet de huiusmodi scientia, seu notitia, prout docuit dicta glo. & Cynus in l. properandum. C. de iudicijs in quæstio. 9. versic. & quid si citatus. vbi con-
89 cludit, quòd ad pœnam † vitandam non ita sufficiat scientia velata, sicut directa. Tamen ipse Anch. addidit secundum prædictam gloiam, quòd si talis notitia

tia ſuperueniens fuiſſet probata in iudicio, illum excluderet à iure appellandi. Veriſſimus tamen contumax erit ille, qui citatus peremptoriè tã in iudicio, quàm extra, diceret, Nolo venire. & concludit ibidem, ſequẽs dictam gl. quòd verus contumax non poterit appellare, ſed fictus ſic. Idem docuit Imo. in dicta Clem. vnica. in omnibus ſequens dictam glo. ſupra per me relatam. Idem docuit Panormitanus in d. Clem. vnica. nu. 4. & ſequenti. vbi infraſcripta notatu digniſſima tradidit dicens, quòd verus contumax
90 † quem citatio facta ab homine apprehendit, niſi doceat de legitimo impedimento: & idem dicit de citato à iure: & ratio eſt, quia fortiùs cadit vera contumacia in citato per ius commune, quod ignorare non licuit, quam in citato à Iudice. Contumax eui dens, ſeu manifeſtus, ſecundum ipſum Panormitanum ibidem dicetur is, qui nuncio citãti reſpondit, ſe nolle venire: & ſubdidit, ſed an hoc ſufficiat dicere extra iudicium? Videndus erit text. in c. venerabilibus. §. ſecus. de ſent. excommunicationis in ſexto. Fictus verò contumax is dicitur, quem citatio non apprehendit, vt puta, quia fuit citatus ad domũ, nec comparuit in termino præfixo: quod gl. limitat, niſi iudicialiter probari poſſit, quòd citatio ad eius notitiam peruenit; tunc enim ſatis dici poterit verus contumax; niſi probet de legitimo impedimento. Contumax igitur in non veniendo verus nõ appellat: ſi verò eſt fictus modo prædicto appellare poterit, ſed Iudex à quo ſi ſciat aliquem appellantem eſſe verum cõtumacem, tunc eius appellationi deferre non tenebitur, ſed in cauſa, vel executione procedet. Iudex verò ad
91 quem, † appellationem recipiet, & priùs de hac præiudiciali cognoſcet: an, ſcilicet potuerit appellare, etſi cauſa cognita inuenerit illum manifeſtum, vel euidentem, vel verum contumacem, ſiue non inuentum: qui tamen poſtea citatum ſe nouit, nec apparet ipſius iuſtum impedimẽtum, pronũciabit appellationem non deuoluere. & addidit ibidem ipſe Panormitanus, quòd ratio, quare contumax in non veniendo ad iudicium non admittatur ad appellandum, & contumax in non obediendo, vel in non reſtituendo &c. admittatur, aſſignetur a dicta Gloſ. cui re ſubſcripſit: cuius verba non referremus hìc, cùm eadem in relatione ſnĩæ dictæ gloſæ ſuperiùs retulerimus. Idẽ repetijt ipſemet Panormitanus in c. cùm in cauſa. nu. 17. verſic. ſicut enim. extra de iuramento calum. afferens, quòd contumax in non veniendo non poterit appellare. Idem docuit Felinus in c. quod ad conſultationem. col. 13. nu. 34. verſ. ſecundus caſus eſt. extra de ſent. & re iudic. dicens, quòd verus cõtumax non poterit appellare & hoc probat multis medijs. Idem docuit Philippus Franchus in c. bonę memoriæ col. 7. verſic. octauò debet appellari. extra de appellat. dicens, quòd

quòd citatus personaliter ad audiendam sentẽtiam in dubio dicetur verus cõtumax, & ideo excludetur ab appellando. vt in l. ex consensu. §. fin. ff. de appellat. & ideo cautela esset (inquit) intima re ipsam sententiam ad domum, vel personaliter, vt excluderetur omnis excusatio. Idem rursus ipse Frãchus repetijt in c. Nicolao, col. fin. in fine. ext. de appell. di-
92 cens, ꝙ verus contumax † in non veniendo, nõ appellat: secus in nõ restituendo, vel simile faciendo. Idem docuit Robertus Marantha in suo aduoc. speculo in scđo actu tertię par. princ. num. 274. & seq. dicens, ꝙ appellatio veri cõtumacis non audietur: & quoad hoc is dicendus erit verus cõtumax, qui fuit citatus personaliter, & potuit venire in termino, & nõ venit, vel si fuit citatus in domo, postea tñ citatio venit ad eius notitiam, & cum potuisset cõparere in termino, non tñ venit, quod tñ intelligendum fore asserit, qñ hoc legitimè venisset ad sui notitiam, puta, per scripturam citationis visã postea per eum, vel per relationẽ nuncij: secus si per relationẽ vxoris, vel aliorum de domo, quia nõ erit verus contumax, cùm possit dicere ego nolui dicto vxoris fidem præstare, vel alterius domestici, quod & docuit ét Alex. in l. properandum, §. sin autem, C. de iudicijs, quod est de mente Bart. in l fin. ff. de restitu. in integr. & hoc verificatur etiam si quis fuerit solum contumax ad audiendã sententiam, licet in toto processu non fuerit contumax, prout docuit etiam Alex. in l. sępe. col. 24. ff. de re iudic. & in d. §. sin autem, col. 3. in fine. vers. octaua conclusio. & huic sententiæ fauet textus in l. & post edictum. §. fin. ff. de iudicijs, ibi [Absentem ex peremptorio cõdemnatum.] & hoc intelligendum erit si talis cõtumax fuisset peremptoriè citatus: nam aliàs posset appellare, vt ex dicta l. & post §. fin. elicitur. & expressè docuit Alexan. in d. §. sin autem. Quapropter semper erit inspiciẽdus tenor citationis, scilicet an in ea sit positum. vers. peremptoriè. Et notandum, quòd sicut con-
93 tumax † verus nõ admittetur ad appellãdum, sic neque ad allegandam litis pendentiam, vt docuit etiam Alex. in l. 2. col. 2. ff. de re iudic. sic neque ad supplicandũ admittetur, vt etiam docuit Decius in consi. 34. col. 1. Addidit ipse Marantha ibidem, nu. 279. vers. quibus etiam adde. dicens, ꝙ is, qui procurauit, ꝙ non perueniret citatio ad eius notitiam, vt quia latitauit, vel aliter se abscondit, habebitur pro vero cõtumace, vt etiam docuit Alex. in d. §. sin autem. vers. quinta cõclusio. per ea, quæ habentur in Clem. 1. vt lite pendẽte. Addidit & hoc ipsemet Marantha ibi, dicens, quòd etsi contumax verus non sit admittendus ad appellãdum in causa principali, tamen admittetur ad appellandum a condemnatione expensarum propter contumaciam incursa, si comparuerit, prout docuerat Bal. in l. sancimus. colum. fin. C. de iudicijs. & in l. terminato. col. penult. C. de fruct. & lit.

Digitized by Google

expen. & in Auth. Generaliter C. de Episcopis, & cler. Idem docuit (quod vltimò diximus) Philippus Franchus in c. Sepe. col. 15. in quæst. nona, & duodecima extra de appellationibus. Idē quoque docuit Ioannes Ferrarius in tract. de appell. cap. 5. circa finē. dum agit de cōtumace. Idem docuit Hyppolitus de Marsil. in suo singul. 377. incip. Contumax in iudicio.

Limita singulariter primò ea, quæ fuerunt allata in dicta vnica regula, dicendo ea non habere locum in muliere, rustico, & mino-
94 re, † quoniā hi tales propter eorum ignorātiam excusantur a dolo, qui præsumitur, & requiritur in vero contumace, citato ad audiendā sniam, prout docuit singulariter Bal. in l. vbi exigitur. ff. de edēdo. & ibi Angelus, quos sequutus fuit Philippus Franchus in c. Nicolao. col. pen. in fi. ext. de appell. & Hyppol. de Marsil. in suo singul. 377. incip. Contumax in iudicio. Decius in consil. 34. col. 2. vers. vltimò considerandum.

Limita singulariter secundo allata in precedēti regula vnica, di-
95 cendo, ꝙ contumacia procuratoris non semper noceat Domino. Nam etsi procuratori contumaci denegetur facultas appellandi, hoc tamen aliquādo concedetur domino. Quapropter circa cursū decendij indulti a iure ad appellandum tali pacto, videlicet. Nā si procurator non est soluendo, decendium non curret dño, nisi a die notitiæ ipsius snīæ, quamuis aliàs regulariter currat a die snīæ qñ iudicium est agitatum contra procuratorem: & hoc est rationabile, ne contingat aduersarium locupletari cum aliena iactura, & iustam ignorantiam domini puniri, cum pęna tenere debeat (iuribus vulgaribus) suos auctores tantum, & contumacia sit culpa, propter quā incurritur pęna priuationis potestatis appellandi, quam culpam dominus non commisit, sed procurator incurrit ex facto suo inscio domino litis. quare meritò diximus ipsum litis dominum non fore iudicādum contumacem, nec crimen contumaciæ incursum a procuratore sibi imputandum. Procurator post litis contestationem a se factam in tantum efficitur dominus litis, vt de iure post mortem principalis sui ipse teneatur prosequi litem, & hoc cōpelletur, nisi probet impedimenta legitima, & ita fuit iudicatum in Curia Romana die 20. Maij 1549. & refertur in par. 3. decisionum Rotæ vlt. loco editarum, in decisione 225. Quando autem procurator contumax soluendo esset, tunc tēpus decendij curret domino a die latæ sententiæ: & ratio differentiæ est, quoniam tunc saluum sibi erit agere contra procuratorem contumacem, a quo recipiet restaurationē dampni indè passi propter illius negligentiam. Animaduertendum erit insuper, quòd vbicunque a Doctoribus reperitur dictum, quòd liceat domino appellare post decē dies, intelligendum erit post decem dies a die sententiæ infra tamē decem dies a die notitiæ domini.

mini. Nullus enim Doctorum au
96 deret † dicere, ꝙ dominus pro-
pter contumaciam procuratoris
posset appellare quandocunque.
Nam ipse dominus tacendo per
decem dies a die sententię, vide-
retur acquiescerè sententię. Qua-
propter indè sequitur apertissi-
mè, quòd si dominus haberet no
titiam sententiæ infra decē dies
currentes procuratori, ipse etiam
dominus habeat decem dies a
die suæ notitiæ, vtputa, dominus
cognouit sententiam latam post
sex dies a die dictæ latæ senten-
tię, illi sex dies, ꝙ cucurrerūt con
tra procuratorem contumacem,
non intelliguntur cucurrisse con
tra dominum, sed decē dies cur-
rent sibi ab illo sexto die, in quo
de sententia lata audiuit, & hæc
omnia erunt tenacissimè mādan
da memoriæ, quia quotidie ca-
sus huiusmodi contingunt, & ita
deciduntur, & in practica curia-
rum seruatur tanquam approba-
tus stylus a communi Doctorum
vtriusque censuræ scola, & confor
mis iuribus allatis in probatio-
nem vnicæ conclusionis deciden-
tis secūdam propositam quæstio-
nem. Hæc igitur limitatio sic de-
clarata probatur vera Doctorum
infrascriptorum auctoritate. Qua
propter sciendum, quòd huic li-
mitationi se subscripsit Felinus in
c.1.col.5. vers. bene erit, vt puto.
extra, vt lite non contest. post
longissimam disputationem, & re
lationem nonnullorum Doctorū,
subinferendo, & hoc notatu di-
gnissimum, dicens, vnum etiam
scias incidenter, quòd secundum
obseruantiam Rotæ, etiam si ip-
se dominus esset verè contumax
97 † audiretur appellans a diffiniti-
ua infra decem dies computan-
dos a tempore prolationis sen-
tentiæ, sed non a tempore scien-
tiæ. Rota in nouis 364. incipien.
Item iura clamitent, & est de do-
lo, & contum. 16. Nec per hoc om
nino abrogatur l. ex consensu. §.
finali. ff. de appellat. & Glo. ma-
gistralis in Clementina vnica, de
dolo, & contum. cum non dixe-
rit Rota simpliciter, quòd possit
appellare, sed possit appellare in-
fra decendium a die latæ senten-
tiæ, & non a die notitiæ, prout
non verus contumax. hæc ille. Sed
animaduerterdum, quòd iccircò
in præsenti limitatione diximus,
quòd procurator contumaci de-
negetur facultas appellādi, quo-
niam regulariter procurator con
98 stitutus † a domino litis, tam an-
te, quàm post litis contestatio-
nem cum mandato ad agendum,
respondendum, &c. etiam si in
ipso mandato non fuisset expres-
sè indulta facultas appellandi a
sententia in causa indè sequuta,
posset appellare: & ratio potissi-
ma est, quia facultas appellandi
non requirit speciale mandatum,
eo magis, quòd procurator post
litis contestationem efficiatur do
minus litis. Et hæc, quæ diximus
ponderanda a nobis duplici me-
dio probabuntur vera. Primò e-
nim per textum in l. prima, & se-
cunda, ff. quando appellandum
sit. Nam in dicta l. prima, §. dies,
versiculo quare procurator. hæc
habentur, videlicet. [Quare pro-

curator, nisi in rem suam datus est tertium diem habebit (scilicet ad appellandum, de quo ibi agitur, nisi in rem suam datus est tertium diem, in suam autem rem datus, magis est vt alteram diem obseruet.] Idem & apertius habetur in dicta l. secunda, vbi in principio hæc ad verbum habentur, videlicet. [Si procuratorio nomine egeris, & victus appellaueris: deinde iniusta appellatio tua fuerit pronunciata, potest dubitari. Num die secundo appellare debeas, quia cùm de tua iniusta appellatione pronunciatum sit, tua interesse videtur, sed rectius dicetur tertia die appellare te posse, quia nihilominus alienam causam defenderis.] hæc ibi. Ex quibus apertissimè elicitur, quòd procurator poterit appellare, sine alio speciali mandato, cùm inibi nulla fuerit facta mentio de speciali mandato interuento, vel requisito ad appellandum. Idem adhuc probatur apertius in l. ab executore. §. vltimo. ff. de appellationib. & relat. arguendo a fortiori, seu a maiori ad minus affirmatiuè: ibi enim hæc habentur, videlicet. [Si procurator, ꝙ qui in iudicio interfuit, victus sit, an ipse quoque per procuratorē appellare possit videamus, quia cōstat procuratorem aliū procuratorem facere nō posse. Sed meminisse oportet, ꝙ procurator lite cōtestata dñs litis efficitur, & ideo & per procuratorem appellare potest. hæc ibi, & in l. nulla dubitatio. C. de procurat. expressè dicitur posse constituere alium procuratorem, & ibi per Doctores, & hæc de iure ciuili, quæ & probantur vera etiam de iure Canonico. in c. non iniustè. extra de procurat. Gregorius Papa Nonus hoc ipsum docuit his precisis verbis vtens, videlicet. [Non iniustè Iudex processit, qui filiumfamiliàs in procuratorem † admisit, quamuis ad futuras controuersias constituū. Qui licet simul cum alijs datus fuerit prius, tñ procurationis officium occupauit, quod fieri nequiuisset in procuratorib. diuersis temporib. constitutis, quoniam dato posteriori, prioris esset procuratio reuocata. Potuit quoq; is, & debuit a sententia in eo, ꝙ lata esset contra ipsum nostrã audientiam appellare, vel (si iusta causa excusabat eundē) saltem dño contestari, vt ad appellationis beneficiū conuolaret, licèt appellationē prosequi non teneret inuitus.] hęc ibi. Idem & secundò probatur Doctrīa. Sciendum igitur, ꝙ glo. in d. l. 2. vers. iudicio. dixit, ꝙ qui iudicio interfuit, poterit appellare. Idē docuit Bar. in l. ab executore. §. fi. in vers. alio condēnato. nu. 1. dicens, ꝙ procurator condēnatus poterit appellare proprio nōie. & ibidem in vers. fi ꝓcurator. dixit, ꝙ procurator, qui litem contestatus est, si vincatur per procuratorem appellare poterit, eo ꝙ per litis contestationem effectus fuerit litis dominus, idest instantiæ. Idem docuit Glo. in dicto capitulo non iniustè. dicens, quòd procurator teneatur appellare a sententia contra se lata, licèt non

non teneatur prosequi postea appellationem, vel saltē tenetur denunciare Domino, aliàs faciet litem suam, nisi iusto metu impediatur. Idem docuit Innocentius in d.c.non iniustè. dicens, quòd procurator teneatur appellare. Idem docuit Bal. in d.c.non iniustè, dicens, quòd procurator ap-
101 pellare † a sententia, quam credit iniustam, nisi rationibili causa excusetur. & hoc in causa ciuili: non autem in causa criminali, cùm agatur ad meram vindictā; & addidit, quòd pro hoc est text. not. in l. propter veneni. §. Nep. ff. ad Syl. Idem docuit Ioānes And. in d.c.non iniustè. col. 1. in vers, quærit etiam Innocentius, vbi dicit, quòd ibidem Innocentius do-
102 cuit, quòd procurator † etsi possit appellare, & prosequi, tamen posset prosequi, & dimittere prosecutionem appellationis quamuis tutius esset si hoc faceret de Iudicis voluntate, maximè post litis contestationem: cuius sententiā Hostiensis sequitur, ipsam tamen limitando, dicendo ipsam veram, nisi procurator in sua fide suscepisset causam prosequēdam vsque ad sententiam diffinitiuā, etiamsi appellaretur, quia pactū seruabit, vt in c. 1. ext. de pactis. & prædictis ipse Hostiensis addidit, dicens, quòd curia hoc specialiter seruet: nam procuratorē appellātem ab interlocutoria in causa, quæ ibi vertitur, non audit dicentem, quòd non vult, vel nō potest causam appellationis prosequi, sed vult denūciare Domino, vel ipsum consulere, sed hoc ipso, quòd procurator non vult, vel nō potest prosequi, procedit contra Dominum, vt contra contumacē: & quòd ad hoc faciat c. auditis. c. constitutis. & c. mandato. ext. de procurat. si vero appellatur a diffinitiua in curia data, si dominus sit propinquus ad arbitrium Papæ datur breuis dilatio, si nimis remotus præfigit procuratori peremptorium ad prosequēdā appellationem, per cuius lapsum confirmatur sententia, & hæc consuetudo (inquit cui standum est) fundatur super æquitate breuiandarum litium, & prouisione contra labores, & expensas, & maximè, cum de prouisione beneficiorum agitur. vt in c. oblatæ. in fin. ext. de appell. vel cum vrget necessitas, vel pietas. vt in c. fin. in fine. ext. de ferijs. Quare sollicitant eos, qui ibi procuratores constituunt, quòd caueant, quòd propter defectum procuratorij mandati, vel procuratoris lędātur. hęc Ioannes And. vbi supra cuius sententia Ioannis And. & Hostiensis fuit ad verbum recensita, & approbata a Dño Archid. in c. Romana. de testibus in sexto: idem docuit Anton. de Butr. in d.cap.non iniustè. in intrascriptis locis. Nā in col. 1. in vers. Nota sextò: dixit. Nota sexto, quòd mandatū procuratoris ad causam limitatur, & commensuratur instantię principali: vnde lata sentētia finitur mā datum, licet posset propter periculum appellare, nō tamen tenebitur appellationem prosequi. vt in l. inuitus. C. eodem, & in col. 3. vers. quintum erat dictum, dicit

d by Google

quòd procurator ad causam constitutus teneatur, & debeat appellare quantumcunque eius mandatum in dubio limitetur ad instantiam, & concludit ibidem secundum glo. in d.c. non iniustè, quòd siue dominꝰ causæ sciat, siue ignoret sententiam latam, procurator appellare tenebitur, & denunciare. Ratio est, quia textus hic alternatiuè ipsum indistinctè obligat, vt vel denunciet, vel appellet, nõ autem distinguit, an sciat, vel ignoret, aliàs mandati tenetur: nisi iusta causa eum excuset. Ad hoc facit simile de fideiussore, vt in l. si procurator. §. si ignorantes. ff. mandati. Et huius est ratio secundum ipsum Archid. quia dominus potuit credere procuratorem sollicitum in appellando, ex quo appellare tenetur, & debet, nisi iusta causa excusaret ipsum; quę esset si propter inopiam: quando statim viua voce non appellasset, qa oporteret ipsum in scriptis appellare, & sic expendere in aduocatis, etiam & in alijs scriptoribus, quo casu inopia excusaret. & in col. 4. ibidem (ipse Antonius) in verſic. sed quæro an procurator retulit, & sequutꝰ fuit supradictam Hostiensis sententiã circa stilum Curiæ Apostolicæ: addens post longum examen in subsequentibus ibi collectis, & præcipuè in col. pen. verſ. non obstat ratio, dicẽs, quòd si appellare teneatur procurator, non tamẽ ipsam appellationem prosequi, cùm appellatio, & prosecutio ipsius non sint quædam cõnexa, sed separata, & iccirco fore distinguendum docet secũdum doctrinam Bar. in l. inuitus. C. de procurat. & in l. si actor. C. de appellat.

103 scilicet, quòd procurator † rei, si voluerit, poterit prosequi appellationem data fideiussione de iudicata soluendo. Procurator autẽ actoris non nisi sit cõiuncta persona, vt in l. ita demum. ff. de procurat. vnde procurator non tenebitur prosequi, nisi acceptauerit expressè mandatum ad totã causam, licet limitetur exceptio ad instantiam, si tamẽ vult prosequi potest, & tunc suscepisse tenetur ad totam causam. hęc omnia Antonius de Butr. vbi supra. Idem docuit Panormitanus in d. c. nõ iniustè, nu. 5. verſic. Nota in verſ. potuit, dicens, quòd mandatum fa-

104 ctum procuratori † super certa lite, non extinguitur ex toto per sententiam, sed durat in causa appellationis si procurator vult, & ratio secundum eum est, quia eadem est causa appellationis, etsi non compellatur procurator prosequi appellationem, licet teneatur appellare, & forte ratio huius fuit, quia communiter causa appellationis ventilatur in alio loco, & in alio iudicio: ideo procurator non videtur se obligasse, vt prosequeretur in alio loco, & ad hoc ipse Panormitanus addidit tenendum menti istum textum in fine. Nam legistæ multum dubitauerunt vtrum procurator teneretur prosequi, quia textus iuris ciuilis in hoc non clare loquuntur, sed iste (scilicet in d. c. nõ iniustè) satis apertè decidit hunc casum, hæc Panormitan. vbi supra,

ut

qui postea ibidem.nu.13. in vers. extra glo.quæro. dixit,quòd colligendo dicta Doctorum circa hāc quæstionem in qua quęritur. Nunquid indistinctè teneatur procurator appellare. Erit distinguendū tali pacto,videlicet. Aut procurator fuit datus ad certū actū, puta ad recipiēdum libellum,vel audiendam sententiam, & tunc nō tenebitur appellare, quia mandatum non se extendit ad hunc casum. Nam vno concesso videntur alia prohibita.vt in l.maritus. C.de procurat. & in c.qualis.dist. 25.Aut fuit datus ad certam litē, & tunc habet locum quod hic dicitur, videtur enim tacitè mandatum, vt appellet ne lis pereat per transitum in rem iudicatam, sed non tenetur appellationē finire,quia illud est aliud iudiciū, sed si fuisset datus procurator generalis,puta ad omnes causas, & lites,tunc tenetur appellare,& appellationem prosequi,quia & hęc causa appellationis, & lis est, & sic poterit intelligi text. in l.1.ff. an per aliū cau. appell. & ad hoc facit c.dilectus. ext. de procurat. & subdidit fore notandam limitationem ad dictum textum in c. nō iniustè.Idē docuerunt Doctores in negotiorum gestorum, qui vniuersaliter procurat negotia. Nam cum talis teneatur de non gestis, vt in l.si pupillus.ff.de negot.gest.fortius tenebitur appellare, & appellationem prosequi, ne appellationis negotium maneat desertum.Idem Panormitanus ibidem subdidit fore intelligendum ipsum text.in c.nō iniustè.de appellatione a sentētia diffinitiua: de appellatione vero ab interlocutoria,tenet Innocētius, quòd procurator teneatur eā prosequi,nisi contingeret eum absentare, vel aliter negotia sua vltra solitum impediri, quasi sit idem negotium cum principali, & refert in d.c.nō iniustè,quòd in curia Romana aliud seruetur de stilo Curię: Nam si procurator appellat ibi ab interlocutoria,tenetur illā prosequi: si appellat a diffinitiua, & dominus est propinquus Curię,tunc datur sibi breuis terminus ad denunciandum domino,sed si dominus multum distat, tunc datur terminus peremptorius ad prosequendam appellationem, quòd si non fecerit sententia transibit in rem iudicatā: & hoc introductum fuit in curia, vt lites breuiarentur. Hæc omnia docuit Panormitanus vbi supra. Idem per omnia loculētissimè docuit quoque Henricus Boich in d. c.non iniustè. col.1. in versic. in fine.c.nostri, vsque in finem. omnia(inquam) quæ hic recēsuimus ex supradictis Doctoribus procedendo ibi ipse peroptimas distinctiones more suo. Videatur ibi. Romanus verò in suo eleganti singulari 502. docuit, q procurator † etiam si non habeat speciale mandatum poterit substituere ad appellandum.& Bal.in l.inuitus. in fi.C.de procurat. Natta in Clem.sepę,col.61.de verb.signif. & Iason in l.cum seruus. §.si quis alicui,col fin.ff.de legat.1.dicūt, quòd constitutus ad appellandū poterit primo, & secundo appel-

105

lare, quia per primam nõ satisfit intentioni disponentis: sciendum insuper, quòd sicut in desertione appellationis causata ex negligẽtia procuratoris nõ excusatur dominus, nec ei restitutio in integrum competit, vt per Cassador. decis. 5, in princ. sub titu. de appellat. & generaliter scientia procuratoris nocet domino, vt latè p Aymo. de antiquit. temp. par. 4. sect. absolutis. nu. 23. 24. 25. & 26. quoniam procurator ommittendo præiudicat domino, prout docuit Bal. in c. cum olim Abbas. in fi. de officio deleg. & Iason in l. si procurator, col. 1. in limit. C. de procurat. & Tiraquel. in tract. de lege connubiali. glo. 7. nu. 78. & in specie, quòd scientia, & negligentia procuratoris habentis speciale mandatum ad petẽdam restitutionem in integrum, & negligentis eam petere, præiudicet domino. Deducit Corn. in cons. 144. nu. 7. iuncto. num. 13. vers. 6. lib. 4. quod procedit etiam si procurator non sit soluendo. vt per Crescen. decis. 234. & refertur conclusum in parte prima Rotæ Romanæ, decisione 719. incip. Domini dixerunt.

Amplia primò singulariter allata in præcedenti conclus. vnica, dicendo illa etiam locum habere in eo, qui aliqua de causa probare non posset se appellasse infra decendium a die latæ sententiæ, vel scientiæ dictæ sententiæ latæ, iuxta distinctionem in dicta vnica conclusione factam. Nam ei, 106 qui ab aliqua sententia interlocuroria, vel diffinitiua appellat: opus est probare se appellasse infra decendium coram Iudice ad quem (quando à Iudice, a quo nõ fuisset recepta sua appellatio) antequàm de ipsa causa principali ipse Iudex appellationis cognoscere posset. Quoniam aliàs Iudex ad quem, remittet ipsum appellantem ad Iudicem a quo: licet forsan probasset se appellasse, sed non intrà ipsum decẽdium, & Iudicem à quo, non recepisse suam appellationem tali tempore factam: & ratio est, quoniam appellatio facta post huiusmodi decendium non deuoluet causam principalem ad Iudicẽ ad quem: cùm non impediat Iudicẽ à quo, nè possit propriam sententiã executioni mandare, non obstante tali appellatione: eò, quod d. sententia transierit in rem iudicatam: prout latissimè fuit probatum in dicta vnica conclusione. Hęc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per argu. in cap. 1. in principio de appell. in sexto, ibi [Causam appellationis assignare deproperet.] hæc ibi. quasi dixisset ibi Summus Pontifex; ideo hoc dixi, quoniam opus est legitimè appellanti, appellationem fuisse legitimam probare, scilicet factam infra decendium: Nam ad probandum hoc accedit auctoritas Pan. citantis dictum textum etsi (vt infra patebit) nihil addat ad ipsum probandum. Idem probatur per argu. in c. in præsentia. extr. de renunc. vbi Clemens Tertius his præcisis verbis vtitur, videlicet. [In præsentia nostra: & infra: licèt igitur Iudex non sem-

per

per ad vnam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex confessionis, depositionibus, allegationibus, & alijs, quæ in eius præsentia proponuntur, formet animi sui motum: & tanta sit iudicialis auctoritas, vt semper pro ipso præsumi debeat, donec contra ipsum legitimè comprobetur. Quare si tu coram Dulmen. Episcopo, & eius coniudicibus nihil penitus probauisses, standum tamen sententiæ fuerat, nisi aduersarius ostenderet eam irritandã.] hæc ibi inter alia. Diximus probari nostram ampliationem per arg. in dicto c. in præsentia. quoniam etsi inibi expressè nulla fiat mentio de materia præsentis ampliationis: tamen idem probatur tacitè, cùm indè apertissimè eliciatur, quòd standum sit sententiæ, si nihil contra eam, per eum, contra quem fuit lata, probetur: ac per consequens, quòd dicens iniustam esse sententiam, teneatur iniustitiam eius probare: Arguendo ergo modò ab identitate rationis elicitur, quòd dicens se appellasse legitimè, & intra decendium à die scientiæ latæ sententiæ teneatur hoc in primis probare corã Iudice appellationis, aliàs de iure iudicaretur pro sententia, & quòd ipsa transiret in rem iudicatam. cùm asserenti aliquid illud probare incumbit. hoc ipsum docuit tex. in l. ei, l. verùs. in fine. & in l. eum qui. ff. de probat. Nam in dicta l. ei, hæc habentur, videlicet. [Ei incumbit
107 probare, † qui dicit, non qui negat] hæc ibi. & in dicta l. verius. dicitur [quòd semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit] & in dicta l. eum, qui. dicitur [eum, qui voluntatem mutatam dicit, probare hoc debere.] Idem probatur per argu. in l. qui accusare volunt. C. de eden. vbi hæc habentur, videlicet [Qui accusare volunt, probationes habere debent; cùm neque iuris, neque æquitatis ratio permittat, vt alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat: actore enim non probante, qui conuenitur, etsi nihil præstet, obtinebit.] hæc ibi, quorum simillima verba habentur in c. fina. extra de iureiur. idem habetur in l. nimis graue. C. de testibus, vbi hæc habentur, videlicet. [Nimis graue est, quod petitis vrgeri partem aduersam ad exhibitionem
108 † eorum, per quos sibi negotium fiat: vnde intelligitis, quòd intentionis vestræ proprias afferre debetis intentiones, non aduersus se ab aduersarijs adduci.] hæc ibi. quibus similia ferè verba reperiuntur in c. 1. ext. de probat. idem probatur per text. apertissimum in c. Romana. §. si verò. de appellat. in versic. vbi Innocentius Quartus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [si verò vocatis partibus, vel nullatenus, vel infra decem dies post interlocutoriam, vel diffinitiuam sententiam appellatum fuisse, seu aliud aliquid simile, sicque non esse per appellationem ad eundem Archiepiscopum, vel eius officialem deuolutum negotium proponatur: ijdem (Nisi priùs ipsis con-

gitized by Google

conſtiterit, cauſam ipſam ad eos totaliter fuiſſe delatam)prohibere nè in cauſa illa, vel nè ad executionem procedatur ſententiæ, non præſumant.] hæc ibi. Pro quorum maiori intelligentia erit
109 ſciendum, ꝙ illud dicitur † conſtare, quod citata parte plenè fuit probatum, & per veras probationes: & ideò vbicunque reperiatur hæc clauſula, videlicet. [ſi tibi conſtiterit.] tunc oportebit, ꝙ illud, de quo agitur probetur per plenam & veram probationem: vt expreſsè docuit Bal. in l. in bonæ fidei. col. 5. verſic. expedita eſt tertia pars. C. de reb. credit. allegans tex. in l. Lucius. ff. de condic. & demonſtr. vbi dixit text. quòd vbicunq; habet probari ſub conditione: debet probari plene, & per veras probationes: ſecus autem ſi non eſſet per viam conditionis, ſed per viam monitionis: & quòd iſtud comprehendetur ex méte reſcribentis: & huic Bal. ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Ioannes de Ana. & Felinus in c. ſi conſtiterit. extra de accuſat. quod & ſingulariter docuit quoque Pan. in c. ſacro. col. 2. extra de ſent. excõmunicationis. Et inſuper erit animaduertendum, quòd ſi is, cui taliter ſcribetur, procederet ad informationem capiendam: vt ex ipſa ſibi poſſet illud (de quo ſcribitur) conſtare, non citata parte, proceſſus eſſet nullus, vt docuit Abbas in c. conquerente. col. 3. ext. de reſtitu. ſpoliat. quem Panormitanum citat, & ſequitur vbi ſupra, tanquam contra formam. iuxta tex. in c. cùm dilecta. extra de reſcriptis. vbi Innocentius Tertius Papa ſtatuit proceſſum factum per litteras ſurrepticias fore irritandum, ſed factum contra formam reſcripti fore irritum nunciandum. idem probatur per arg. in l. fin. §. illud etiam meritò. C. de tempor. & reparat. appellat. vbi habentur, videlicet. [lubemus eundem appellatorem
110 † niſi obſeruauerit iudicium, & cauſam vſque ad finem peregerit, ſed etſi per eum ſteterit, quominus omnia litis certamina impleãtur appellatione defraudari: vt ſententiam contra eum latam in ſuo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam ſi ab initio minimè fuerit procuratum, niſi ipſe appellator euidentiſſimis poſſit oſtẽdere, ſe quidem ſumma openixum voluiſſe litem exercere per Iudicem autem ſtetiſſe, vel aliam inexorabilem cauſam ſubſequutam, propter quam hoc facere minimè voluit.] hæc ibi. Diximus probari noſtram ampliationem per argu. in dicta l. fina. quoniam patet indè argui poſſe ab identitate rationis. Nam ſicut appellanti, & non finienti litem infra annum, vt in principio dicti §. illud expreſsè habetur, excluditur a proſecutione appellationis, & declaratur ſentẽtiam tranſire in rem iudicatam, niſi fuerit probatum non culpa ſua id contigiſſe: ita & in caſu noſtro, cùm ſententia tranſeat in rem iudicatam, ſi appellatum non fuerit infra decendium. Probatur & ſecundò præſens ampliatio Doctorum auctoritate. Nam infraſcripti

pti Doctores se præsenti amplia-
tioni subscripserunt. Specul. enim
in titu. de appellat. §. de officio.
col. fi. versic. item quæritur si con-
stat. Dicens, quòd si constiterit
per testes, vel confessionem ad-
uersarij me appellasse a sententia
contra me lata? Non indè fit con-
sequens, per quod videar etiam
probasse, quòd infra decendium
appellauerim. Nam oportet me
111 probare, † quòd infra tempus
legitimum appellauerim, vt in c.
Romana. §. si verò. ext. de appel-
lat. & in c. significauerunt. ext. de
testibus. hæc Specul. quem sequès
Ant. de Butr. in c. cùm dilecti. in
fine. extra de elect. dixit, quòd
per illam decretalem dixerit Cō-
post. quòd licet cōstet per testem,
vel confessionem appellatum fuis
se, non sufficiet, nisi constet infra
decem dies appellatum, vt in c.
significauerunt. ext. de testibus. &
addidit se sic obtinuisse, quia qui
substantialem solemnitatem alle-
gat, illam probare debet, vt in l.
quicunque, ff. de publi. Idem do-
cuit Ioannes de Ana. in dicto §. si
vero, versic. partibus. dicēs, quòd
si proponatur, quòd non fuerit ap
pellatum, vel appellatum, sed non
infra decem dies, tunc appellan-
112 tem † oportebit probare se ap-
pellasse infra decem dies: addi-
ditque & hoc peroptimum docu
mentum, quòd cautius loquetur
appellatus, idest is in cuius fa-
vorem lata fuit sententia, si negaue-
rit infra decem dies fuisse appel-
latum, & hoc propter duo. Pri-
mò, quia non sequitur, si post de-
cem dies quis appellauerit, ergo
non prius, vt in c. cum tu. ext. de
testibus. Secūdò propter affirma-
113 tiuā, † ne inducat sibi onus pro-
bādi. vt in l. ei, qui dicit. ff. de pro-
bat. hæc ille ibi, qui ibidem col.
sequenti in vers. constiterit. dixit,
quòd etsi constet appellatum, nō
tamen præsumetur id factum in
fra decendium, nisi probetur, &
de hoc in Specul. titu. de appell. §.
de officio. vers. penult. cauti ergo
114 appellantes † portant sententiā
diffinitiuam, vel interlocutoriā,
& appellationem, vt per ista con
iunctim appareat, quòd sit appel
latum infra decem dies. Idem do
cuit Bart. in l. 1. ff. si tutor, vel cu-
rat. appell. vbi idipsum docuit
vtens hac præcisa optima distin-
ctione, dixit enim: Aut tractatur
de probando hoc, scilicet, quòd
sit rectè appellatum, scilicet in-
fra decē dies, & petiti apostoli;
& similia: & hoc debet probare
appellator: cùm hoc sibi incum-
bat, vt in l. fin. §. antepen. C. de tē-
por. & repar. appel. & in c. cordi.
de appell. in sexto. Aut quæritur
quis debeat probare de iustitia,
115 & iniustitia: & tunc † aut vnus
prosequitur tantùm: & tunc si vo-
luerit obtinere, debebit ipse pro-
bare. Vt in Authen. de his, qui
ingred. ad appell. §. illud. & in l.
ampliorem. in principio. C. de
appell. aut vtraque pars prosequi
tur: & tunc dico (inquit ibi Bar.)
quòd quædam est probatio per
modum abnegatiuum: puta, di-
co, videas acta, in quibus appa-
ret nihil esse probatum, propter
quod debuerim condemnari, vel
dicit actor victus, seu condem-
natus.

natus cùm intētio mea sit fundata, nihil est probatum, propter qd reus debuerit absolui, inspiciant acta, quibus non continetur id, qd supponitur probatum. Ista probatio incumbit appellanti, & petit copiam sententiæ, & actorum omnium, vt in l. nulli. seu quoniam nonnulli. C. de appellat. & per inspectionem probatur ista negatiua, vt in l. fin. C. de rebus credit. quędam est probatio per inductionem testium, & instrumentorum super nouis. & antiquis articulis: & tunc ille habet probare in causa appellationis, qui debebat probare in primo, vt in l. per hanc. C. de tempor. & quòd ita intelligatur Glo. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appellat. & hoc quando appellatur à sententia: sed si appelletur à nomi natione ad munera: tunc non est reperire causam primam & secundam; sed ille debet probare, qui appellat. vt hic, & prædicta verificantur quando sententia per appellationem suspenditur: si verò sententia taciturnitate firmatur; tunc non poterit ei opponi, quasi causa non sit iusta. Nec hoc potest quæri, vt in l. si prætor. in principio. ff. de iudicijs. Sed si opponatur de nullitate, dixi (inquit Bart.) in l. si cum nulla. ff. de re iudic. hæc Bart. vbi sup. qui eadem repetijt in dicta l. hi, qui ad ciuilia. Idem docuit Bal. in dicta l. hi, qui ad ciuilia. & ibi Salic. col. 3. verſic. si autem quæritur de solemnitate. Cynus in dicta l. per hanc. nu. 5. & in dicta l. hi qui. in quarta oppositione. Prepositꝰ. in c. vt dilectus. col. pen. & fin. ext. de appel. Ioannes Faber in d. l. hi qui. Capella Tolosana decis. 341. & ibi in apostilla Pract. Papien. in tit. de forma appellationis, & dif fin. in glo. in versic. & inquantum. versic. proinde quæritur. Rota in nouis decis. 190. Decius in consi. suo 513. incip. In ciuitate nostra, col. 4. nu. 10. versic. & ista conclusio sequens Bar. in d. l. hi qui. (qui expresse ibi hoc ipsum docuit.) Nam ibi dixit, quòd in causa appellation is licet habeat probare, tamen in causa ipsa, quoad merita causæ ille tenebitur probare, qui & in causa principali, ac si apertè dixerit, quòd licèt in causa principali non semper appellans teneatur probare, tamen in causa appellationis (scilicet) vt appareat ipsa appellatio legitimo tempore facta (de quo antè omnia Iudici ad quem constare debet) appellanti incumbit probatio. Idem docuit Anton. Gabriel in tract. conclu. lib. 2. tit. de appellat. conclusione quinta. nu. 3. vers. prima igitur cõclusio. addens, quòd ad hoc faciat quod dixit Rota in nouis decis. 316. vbi concluditur, quòd non presumatur appellatio † interposita intra decem dies a die notitiæ, nisi probetur. Idem & peroptimè docuit Panorm. in c. in præsentia. colum. fin. vers. dic si dubitatur. extra de renunc. infrascriptis præcisis verbis vtens, videlicet. Si dubitatur quis habeat probare, an sit appellatum, vel an infra decem dies appellatum, vel sint petiti apostoli, vel solemnia appellationis

† 116

Digitized by Google

117 nis seruata fuisse? Appellāti † incumbit onus probandi, vt in cap. cordi. de appellationibus in sexto, & in c. vt debit⁹. ext. de appel. ꝙ est verū si appellans & appellatus prosequatur. si autem appellatus tantùm, & velit per hoc causam ad curiā esse: oportebit eum quòd probet solemnia, vt not. in c. 1. de elect. in sexto, & in Clem. causam. de elect. aut dubitatur an sic sit sententiatum, vel interlocutum. & tunc appellantem docere hoc oportebit. Aut dubitatur de iustitia, aut iniustitia appellationis, etsi vna tantum pars prosequitur; illa debebit probare, siue stet pro sententia, siue cōtra, vt in Authen. de his, qui ingred. ad appell. §. illud. & in l. amplioren. C. de appellat. & appellatus prosequens iustitiam, sed si vtraque pars prosequitur, tunc si quæritur de probatione euidēti per acta; quia vnus dicit probatum in actis quod pretendit, & alter dicit illud non fuisse probatum, & sic disputatur de actis: tunc appellans debebit probare: quia debet habere copiam actorum promptam ex quo appellationē prosequitur, & per hoc petat apostolos, & litteras dimissorias, vt in l. quoniam nonnulli. C. de appellat. & sic ex his actis apparebit probatum, vel non probatum quod assertum fuit ab appellante: sicut ostenditur aliquid fuisse legatum, vel non, productione testamēti, vt in l. fin. C. de iureiur. ad hoc etiam facit tex. in c. 1. extra de litis contest. & hoc est verum si disputetur super solo facto, an tale instrumentum fuerit productum, vel non, vel an testes sic dixerint, vel non, sed si disputetur super defectu probationis: probatum vel nō probatum, non poterit (inquit) ex actis constare: & ratio est, quia effectus
118 † probationis est inspectore primi Iudicis & animo, qui non semper allegatur ad probationes in iudicio factas, prout docuit Bar. Adde tu, in dicta l. hi, qui ciuilia) quia hic cessat præsumptio sententiæ propter appellationem in causa appellationis, qui in causa principali probauit, vt in l. hi, qui. C. de appell. nec erit inconueniens, quòd iterum probet qui primò probauit, quia erit facile producendo instrumēta, & acta, quæ priùs probauit: aliàs nouiter habebit probare, vt in c. Fraternitatis. extra de testibus. & in l. per hanc. C. de tempor. appell. & hæc verificantur quando appellaretur à sententia diffinitiua, sed si appellaretur a sententia interlocutoria: tunc ad iustificandam causam appellationis, semper tenebitur probare appellans, quia illa est de solemnitate appellationis, vt in c. vt debitus. ext. de appellat. & in c. cordi. de appell. in sexto. & addidit, quòd non obstet decretalis ista, quia hìc arctatur ad probandam appellationem, quia & ipse actor erat, (vt dicit Glos.) & sic vbi vterque est actor, vterque probandi grauatur onere. Nec huic obstat tex. in l. hi qui. C. de appell. quia ibi de iure arctatur appellās ad probandum, quia habebat ius commune

contra

contra ſe, quo cauetur, vt quilibet ad vniuerſa teneatur. hęc omnia vbi ſupra docuit Panormitanus Ant. autem de Butrio in c. in præſentia. col. penult. verſic. nunc reſtat vltimo. ext. de probat. vtitur in deciſione præſentis quæſtionis peroptima diſtinctione, qua vſum fuiſſe Bart. & Panorm. vbi ſupra retulimus ad verbum. vide ergo ibi. Idem innuit Ioannes And. in dicto c. in præſentia. etſi procedat breuiùs. Idem docuit Henricus Boich in dicto c. præſentia. col. 3. nu. 12. & 13. verſ. aut quæris, cui incumbit onus: vbi etſi multa notatu digniſſima doceat, tamen hìc referre ſtudebimus ſolùm ea, quæ veritati prę ſentis ampliationis deſeruire dignoſcentur. Dicit ergo aut quæris cui incumbat onus probandi appellationem, infra tempus iuris, & aliàs ritè fuiſſe interpoſitam: & tunc dic, quòd appellanti incumbat. vt in l. ei qui dicit. ff. de probat. & in l. qui accuſare. C. de eden. & in c. nimis graue. de teſtibus. & hoc ſatis expreſsè probatur in c. Romana. §. ſi verò. de appell. in ſexto, & eſt ratio, quia ſola appellatio legitima transfert iuriſdictionem ad ſuperiorem, ad quem eſt appellatū, vt notatur in capitulo cùm contingat. extra de officio deleg. & in c. non ſolùm, de appellat. in ſexto, ſed iſte appellans agit coram Iudice appellationis, tanquam iuriſdictionem habente. quare &c. intelligetamen, quod
119 appellans † a diffinitiua, ſeu a grauamine, ſeu ab interlocutoria antè diffinitiuam: non tenebitur antè litem conteſtatam exhibere inſtrumentum appellationis, ſeu de ipſa appellatione fidem facere parti appellatæ: ſed ſufficit, q̃ fidem faciat Iudici, ſed poſt litem conteſtatam, ipſam faciat parti: vt not. Specul. in titu. de inſtrumen. ædit. §. nunc dicamus. in principio in verſic. ſed pone, appellans, aut quæris, cui incumbit onus probandi ſententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam, à qua fuerat appellatum, ſic latam fuiſſe: vel Iudicem ſic grauaſſe: ex quo extitit appellatum: & tũc dic, quòd ſimiliter appellanti, vt in c. cùm Eccleſia. in fine. ext. de appellat. hæc ille, inter alia notatu digniſſima, quæ vbi ſupra, nos docuit: Idem docuit Archidiaconus in c, Romana. §. ſi vero. in verſic. proponatur. de appell. in ſexto, dicens, quòd vbi nõ appellatur, vel appellatur, ſed non infra decendium: vel vbi appellatur, ſed poſtea renunciatur appellationi, tunc rata manebit interlocutoria, vel diffinitiua, & ſic per conſequens cauſa principalis eſt finita, & appellatio eſt extincta, prout probatur in cap. exceptionis. de litis conteſtat. in ſexto, in verſic. finita. Vnde tales exceptiones, antequam in cauſa procedatur, admittendæ ſunt, vt hìc: & cognitio, An ſit Iudex, debet præcedere omne exercitium iuriſdictionis, vt in c. ſuper litteris. ext. de reſcriptis. hæc Archid. ex cuius verbis elicitur etiã veritas prę ſentis ampliationis: cùm idem ſit dicere: quòd antequam de

de causa deuoluta per appellationē cognoscatur, opus est examinare, an sit Iudex, idest, an appellatio facta teneat, nec ne. ita, vt conferat iurisdictionem ipsi Iudici ad quem. ac si apertè dixisset, quòd cum, qui appellauit, oporteat probare suam appellationem factam fuisse infra decem illos iuris dies, & non post ipsos: cùm aliàs appellatio esset nulla: quia non erit eidem credendum simpliciter asserenti se appellasse infra illos dies: cùm hoc ipsum vergeret in maximum præiudicium appellati, qui indè impediretur ab assequēdo quod sibi adiudicatum fuerat. Idem docuit & clariùs Geminianus in dicto c. Romana. §. quod si, col. 3. vers. distinguit ergo Paulus: sequens dicti Pauli sententiam: & dicens,
120 quòd siue † Iudex appellationis sit Iudex vtriusque partis, siue alterius tantùm: debeamus considerare, quòd aut appellatur antè sententiam, aut post. Primò casu, ad hoc vt Iudex possit inhibire, necesse est, quòd multa constent: & primò quòd constet appellatum fuisse ex legitima causa quoad sui formam. Secundò qp tempore debito. Tertiò, quòd legitima causa sit expressa, vel legitima ipsa verificata. Quartò, qp incęperit cognoscere de veritate causę, idest an vera sit appellatio. Nam antequā cęperit cognoscere de veritate causæ non poterit procedere. Secundo casu, quando appellatum est a diffinitiua. Primò oportet, quòd constet bene fuisse appellatum, & infra decem dies, etiam nulla causa expressa: dum tamen appellatio non sit inhibita à iure, vel ab homine: & his concurrentib. statim inhibet. Ratio autem diuersitatis; scilicet quare aliud in appellatione a diffinitiua, & aliud in appellatione ab interlocutoria: est, quia oportet, quòd interlocutoriam pręcesserit grauamen: diffinitiuam verò non. Item attentata post interlocutoriam, vel si sint petiti apostoli: & ante inhibitionem nō reuocantur per modum attentati, sed attentata post diffinitiuā benè reuocabuntur, vt in c. non solum. de appellat. in sexto, hæc omnia retulit vbi supra, ipse Geminianus ex dicto Paulo, quibus ipse addidit & hæc dicens. Hæc intelligo vera, qñ inhibitio fieret per Iudicem aditum per viam appellationis. hæc ille, cuius sententia apertissimè nos docuit ipsum ibi loquutū fuisse in terminis præsentis nostræ ampliationis. Idem docuit ipse Geminianus in dicto c. Romana, col. 2. vers. quinto nota. in §. si verò. Dicens, quòd potestas Iudicis appellationis, in inhibendo: Ante enim, quàm inhibeat, debet partes citare, quę semper citandæ sunt, antequam in iudicio procedatur, vt in cap. inter quattuor. ext. de maior. & obed. & in c. 1. ext. de causa poss. & propr. & in sexto not. ait. Sextò nota, quòd antequam Iudex appellationis inhibeat Iudici a quo, ne in causa procedat, debet sibi liquere causam deuolutam esse ad ipsum. Ista autem deuolutio im-
121 peditur † multis de causis: puta.

Primò.

Digitized by Google

Primò quia non fuit appellatum, vel ſecundò nō infra decem dies, vel tertiò ei renunciatum tacitè, vel expreſsè, vt in c.gratum. de officio deleg. & in c.quod ad conſultationem. extra de ſent. & re iudicat.vel quartò appellatum ex cauſa minus iuſta, vel quintò in caſibus non permiſſis: omnibus enim illis cauſis, & ſimilibus denegatur deuolutio; & per conſequens denegatur iuriſdictio. Illa ergo cognitio, an ſit Iudex, debet præcedere iuriſdictionis exercitium, vt in c.ſuper litteris. ext. de reſcriptis.ſicut enim legitima
122 tio † perſonarum actoris, & rei debet precedere cognitionē principalis negotij, vt in c.exhibitā. extra de iudicijs. ita legitimatio Iudicis cognoſcentis, in qua non minus, ſed magis ſubſtantiatur iudicium.& negotium, vt in cap. forus.ext. de verb.ſignif.ad quod facit text. in l. ſi quæramus. ff. de teſtamentis, & in l.quidam referunt.ff.de iure codicill.& licèt ſupradictæ exceptiones perimant cauſam appellationis, tamen elidunt etiam iuriſdictionem: & ſic cùm tāgant cauſam & iudicium, priùs de eis eſt cognoſcēdum, ſeptimo loco notandum dicit idem doctor ibidem, quod paria ſunt non appellare, & non appellare in
123 fra decem † dies: & licèt conſtet appellatum, non tamen præſumetur id factum infra ipſos decem dies. & per hoc dixit Ioan. And.quòd cauti appellantes portant ſententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam, vt per iſta coniunctim appareat quòd ſit appellatum infra decem dies. hæc omnia notatu digniſſima docuit dictus Petrus de Anchar. vbi ſupra. idem prorſus docuit Philippus Franchus in dicto §. ſi verò. num. 2.verſ.vltimò tenemenți.his præciſis verbis vtens,videlicet. Vltimò tene mēti ex hoc textu, quòd non refert, ſiue excipiatur nullo modo fuiſſe appellatum, vel non fuiſſe appellatum infra decē dies: cùm omni caſu ipſe appellans debeat facere fidem ipſi Iudici ad quem,de ſua appellatione legitimo tempore interpoſitā: etiam ſi conſtaret de appellatione. Cùm non præſumatur, quòd infra decem dies fuerit appellatum, niſi probetur per ipſum appellantem. & idem tenet Imo.in c.ſignificauerunt. in principio. extra de teſtibus. Et antequam de his fiat fides, Iudex ad quem, non poterit procedere, nec inhibere, prout docuit tex.not.in dicto §. ſi verò. De modo autem excipiendi non erit curādum, cùm appellans debeat probare intentionem ſuam, vt hìc in textu, ſcilicet dicti §. ſi verò. & in proximo §.ſupra. & ſic debet probari per ipſum appellantem, qui petit, quòd in cauſa procedatur. & dixit ſe legitimè appellaſſe. Imò etiam videretur per hunc textum, quòd appellans teneatur probare & producere ſententiam coram ipſo Iudice ad quem: cùm aliàs ipſe non poſſet procedere, niſi ſibi conſtet de legitima appellatione legitimo tēpore interpoſita: & hoc non poteſt apparere, niſi viſa ſententia. Vnde dixit hìc Ioānes And. quod

cauti

124 cauti appellantes † portant sen tentiam diffinitiuam, vel interlocutoriam, & ipsam appellationem, vt per ista simul appareat esse appellatum intra decē dies. Sed certè (subdit ibi Franchus) non est hoc solū cautum, imò necessarium per textum hic, (scilicet in dicto §. si verò,) & maximè, quia in dubio non præsumitur appellatum intra decē dies, nisi probetur, & sic antea non est fundata iurisdictio Iudicis ad quem. Hæc Philippus Franchus, vbi supra. Idem docuit Felinus in capitulo quo ad consultationem. columna decimaquarta, versiculo secunda conclusio, qui ad hoc ipsum probandum citat nonnullos Doctores ex infrascriptis, his præcisis verbis vtens, videlicet. Non sufficit probare appellasse, nisi probetur appellatum infra decendium, prout docuit Philippus in capitulo primo, columna tertia, extra de appellat. nihil allegans. Adde (inquit ipse Felinus) Rotam expressè idem tenentem. de appellation. 30. in nouis. Item quoad reuocationem, & cętera, Paulus de Leaz. in capitulo tertio loco, columna secunda, extra de probat. vbi allegat Compostel. dicentem in capitulo cùm dilecti. de elect. ita se obtinuisse. & ibidem hoc etiam refert Butrius in fine. Idem docuit Rota in antiquis, de concess. præben. decisione nona. Inferens, quòd non sufficiat probare acceptasse beneficium, nisi etiam probetur, quòd infra mensem, iuxta Clementinā primā, de concess. præben. Adde etiam Dominicum in dicto §. si verò, columna secunda. Ad idem allegat Specul. Idem notauit Aretinus in capitulo significauerunt. in notabili quarto, extra de testibus. per illum textum, in versiculo, Si nobis constiterit. vbi pro solemnitate ex-
125 trinseca † actus gesti a parte in iudicio non præsumitur. Idem docuit expressè Bald. in Authen. sed hodie. C. de actio. dicens, quòd probatio huius negatiuæ, videlicet. Tu non appellasti infra decendium, non incumbit appellato. Et est verùm, quòd Cœpolla in sua cautela octuagesimanona, incipien. Quando lata. in fine. aliter sentit malè allegans Bald. in dicta Authent. sed hodie. allegat etiam Ludou. in l. sciendum. ff. de verborum obligatione, etiī voluerit ipsum citare in columna vigesimanona, versiculo item quid si constat appellatum: tamen ibi Ludou. non decidit, sed remisit ad Bald. in dicta Authen. sed hodie. & ad textum in dicto §. si verò. De hoc etiam per Aegidium Bellamere in decisione 684. incipien. Quāquam. titu. de appellationib. in fine. Vbi videtur limitare prędicta. Nisi de appellatione constaret per confessionem appellati: quia tunc præsumitur solemniter, & tempore debito interposita. Vnde si appellatus impetrasset, & petijsset causam super appellationem expediri, tunc præsumitur pro solemnitate ap-

Digitized by Google

pellationis ſecũdum ipſum, quãuis in hoc contrarium velit Rota. in titu. de appellationib. deciſione trigeſima, in nouis. hæc omnia Felinus, vbi ſupra. addeipſa a nobis benè fore notanda, quæ videntur ipſummet confirmaſſe in capitulo ſi conſtiterit. notabili primo. extra de accuſation. vbi dixit, quòd in dubio præſumatur Eccleſiam conceſſam in perpetuum fuiſſe, non autem ad tempus: & ei, qui diceret in contrarium incumberet o-
126 nus † probandi. Diximus ipſum Felinum ibi tacitè idipſum confirmaſſe, cùm ex verbis ipſius eliciatur hæc optima maior propoſitio, ſcilicet quòd aliquid aſſerenti contra id, quod præſumitur, incumbat probatio illius. At contra eum, qui citatus ad domum, ad audiendam ſententiam, non venit ad iudicium, niſi poſt decendium a die latæ ſententiæ, præſumitur ſaltem ficta contumacia, quę etſi ſimpliciter non auferat omnem facultatem appellandi: tamen opus eſt ei primo probare ſe fuiſſe contumacem fictum, & non verum, & quòd ad ſe non peruenisſet notitia dictæ latæ ſententiæ, niſi poſt decendium, prout latiſſimè ex hucuſque allatis fuit probatum: Conſequens ergo indè elicitur, quòd Felinus, vbi ſupra voluerit nos docere ipſum appellantem poſt decendiũ, oportere ante omnia probare ſe non fuiſſe verum contumacem, ac indè nec de iure fore priuandum facultate appellandi, etſi ex tali citatione ad domum ſuam facta, & ſuo non acceſſu ad audiendam ſententiam die præfixo a Iudice a quo, ortam meritò fuiſſe dicatur præſumptionem contra ipſum. Quapropter comprobatur veram fuiſſe eius ſententiam, quando dixit, quòd aſſerenti aliquid contra præſumptionem meritò ortam contra ipſum incumbat probatio. Idipſum Inculentius, & breuius docuit Bartolus in l. hi, qui. numero tertio, in verſiculo reuoco in dubium, C. de appellationibus, dicens, quòd quando quæritur quis debeat probare ſe iuſtè appellaſſe, hoc eſt appellationem ritè eſſe interpoſitam congruo loco, & tempore, apoſtolos petitos fuiſſe, & ſimilia: & tunc ſine dubio ille, qui appellat, debet probare. hæc Bartolus ibi. Idem docuit Decius in capitulo in Eccleſia, numero ſecundo, verſiculo ſecundò nota. extra de appellationibus, vbi ſe ſubſcribens præſenti ampliationi his præciſis verbis vtitur, videlicet. Appellatio non recipitur, niſi probetur, quòd ritè fuerit interpoſita, & ita notat Bartolus, & alij per illum textum, in l. hi, qui. C. de appellationibus. Debet enim appellans tria probare ad fundamentum iuriſdictionis Iudicis appellationis. Primò ſe appellaſſe. Secundò ex cauſa legitima, & ſufficiet, quòd iſta cauſa allegetur ad hoc, vt appellatio admittatur de quo tractat. in capi-

Digitized by Googl

capitulo vt debitus. extra de appellationibus. Tertiò requiritur, quòd probetur, quòd ipsa appellatio fuerit interposita infra decem dies. in dicto capitulo Romana. §. si verò. de appellationibus, in sexto: & vt illud appareat, tenetur appellans sententiam contra se latam producere, vt tradit Cynus in l. per hanc. in quæstione quarta, C. de tempor. appell. & latius prosequitur Perusius hic. (Adde tu, quòd Decius hic vocat Perusium Philippum Franchum, qui est de Perusio, & subdit, quòd hoc, quod dictum est de sententia verum intelligitur, si apud se habet, vel de facili illam habere posset: aliàs verò poterit ab aduersario, qui sententiam obtinuit petere, vt sententia exhibeatur, prout notanter voluit Innocentius in capitulo G. perpetuus. extra de fide instrumentorum, vbi Abbas hoc modo declarat, quòd Iudex poterit pronunciare, quòd si talis scriptura apparuerit, nulla fides adhibeatur, dicens, immo quod plus esset si appellatus recuset edere sententiam negando ipsam habere apud se: Iudex appellationis poterit pronunciare, quòd si in futurum vnquam producatur, nullum habeat effectum, & addit Decius, quòd licet dicta sententia Panormitani simpliciter non teneatur, sententia supradicta Innocentij tamen communiter approbatur, de quo ipsemet Decius latius in capitulo primo, in fine. extra de probationib. in columna quadragesima prima, versiculo illud etiam ad omnia. vbi hanc quæstionem eruditissimè discutit, & decidit: cuius decisionem elegantem per modum epilogi hic referã. Dixit enim, quòd id quod dixit Innocentius potest exemplificari tribus modis. Primò in eo, qui negat aliquod instrumentum esse æditum, vel sententiam pro eo latam verificatur supradicta Innocentij sententia. Secundo in eo, qui confitetur latam fuisse sententiam, & confectum instrumentum, sed dicit illam, vel illud apud se non haberi, & in hoc quoque casu verificatur Innocentij sententia, quia præsumitur contra ipsum, scilicet quòd habeat: nisi probauerit, quòd reuera amiserit. Tertiò in eo, qui cum haberet facultatem edendi, nec ipse hoc negaret, edere noluit: in hoc quoque casu locum habebit Innocentij sententia, secũdum Bartolum, & Ancharanum locis inibi ab ipso latius citatis. Tamen ibi ipse Decius subdidit, quòd non debeat hac rigorosa pœna puniri
127 dictus appellatus, † qui noluit edere sententiam, vt dicta sententia extinguatur in perpetuum, sed solum ad tempus, & sic audientia solùm ad tempus denegabitur: cùm sit solùm contumax in edendo, eo magis, quòd ex alio capite veniat puniendus, quoniam aduersario iuranti in litem obligatur ad interesse, vt in l. creditor, §. iussus. ff. de

appellationibus . Tamen ipse Decius subintulit statim in fine, quòd de hac limitatione cogitandum esset, cùm Doctores dictum Innocentij dicentis in dicto capitulo G. perpetuus, quòd petens sententiam cassari contra se prolatam, & petierit ipsam produci, si is, in cuius fauorem lata fuit, cogendus erit illam præsentare, vt in dicto capitulo G. perpetuus. & in l. is apud quem. C.de edendis, sed si dicet latam non esse, tunc a Iudice cogetur cedere, siue renunciare sententiæ: Vel Iudex pronunciabit, si qua sententia apparuerit pro tali, & cætera. lata, nullas vires habeat. argumento in l. non alienum. ff. de interro. actio. Succurritur tamen illi, qui probabiliter deceptus, falsum respondisset (satisfacto tamen aduersario de interesse suo.) vt in l.de ætate. §. ex causa. ff. de interro. actio. & addit Innocentius, quòd talis denegatio sententiæ latæ perpetuò ipsi deneganti præiudicabit etiam in alio iudicio, & dabitur dicto petenti copia auctentica dictæ denegationis. vt in l.iubemus. C. de liber. cau. & in capitulo multi, secunda quæstione quinta. Veruntamen si poterit probare ipse denegans re integra per ostensionem sententiæ, vel alio modo, talis probatio præiudicabit confessioni. vt in l.error. C.de iuris, & facti ignorantia. hæc omnia Innocentius vbi supra, cuius dicta memoriæ sunt commendanda, cùm sint scitu dignissima, & quotidiana.

Etsi verissima fuerit comprobata supradicta nostra ampliatio tot oraculis, tamen posset quis contra ipsam insurgere munitus, ac vallatus auctoritate legum, & Doctorum, dicendo, quòd immo appellatus, vel Iudex a quo excipiendo contra appellantem, qui denegauerat fuisse appellatum ab illo infra decendium a iure sibi indultum ad appellandum, teneatur probare, quòd appellans non appellauerit infra ipsum decendium, & quòd non teneatur probare hoc ipse appellans, & quòd impugnatio videatur verum continere, apparet ex multis: & primò, quia hæc est exceptio proposita a Iudice, vel ab appellato ipso contra appellantem, quo stante, contra vnumquemque eorum affertur regula illa vulgatissima, in qua habetur, quòd excipiens teneatur probare exceptionem. vt in l. in exceptionibus. ff. de probationibus, vbi hæc habentur, videlicet. [In exceptionibus dicendum est reum partibus actoris fungi oportere: ipsumque exceptionem, velut intentionem implere, vt puta, si pacti conuenti exceptione vtatur: docere debet pactum conuentum factum esse. Cùm quis promisit in iudicio se fisti, & Reipublicæ causa abfuisse se dicat, & ob id non stetit, vel dolo malo aduersarij factum, quominùs sisteretur, vel valetudinem

sibi

Digitized by Google

sibi impedimento fuisse, vel tempestatem probare id eum oportet.] hæc ad verbum inter alia in d.l.in exceptionibus, quæ summopere videntur prima facie fauere dictæ impugnationi. Nã per se videtur patere, quòd appellãs, qui conqueritur coram Iudice ad quem, quòd non fuisse recepta eius appellatio a Iudice a quo tenet locum actoris, dictus verò Iudex a quo locum rei, cum accusetur de iniusta denegatione receptionis factæ ab illo coram ipso. Quapropter quando Iudex a quo per se, vel per alium comparuerit coram Iudice ad quem, etsi tanquam reus, tamen eo ipso, q̃ incipit (se defendens) intendere probare, quòd meritò non admiserit huiusmodi appellationem, eo quòd ille appellasset post decendium a die latæ sententiæ, & sic ipsum arguit de contumacia adhibita in non accedendo ad ipsum infra decendium, quod si is, qui appellauerat negauerit, patet videri inde ipsum Iudicem a quo per dictam exceptionem (in iudicio coram Iudice ad quem) effectum fuisse actorem contra ipsum appellantem cõtra se conquerentem. Quare videtur meritò ad ipsum Iudicem spectare probare illum non appellasse infra decendium statutum a iure communi ad appellãdum a latis sententijs, & tali pacto videntur fore intelligenda infrascripta iura statim a nobis recensenda. Idẽ ergo probari videtur per text. in l.1.ff. de exceptio. vbi hæc habentur, videlicet. [Agere etiã is videtur, qui exceptione vtitur, nã reus in exceptione actor est.] hęc ibi. Idem probari videtur per textum in l. quoties operę. §. qui dolo. ff. de probat. vbi hæc habentur, videlicet. [Qui dolo dicit factum aliq̃d (licet in exceptione) docere dolũ admissum debet.] hæc ibi. Idem probari videtur per regulam illã iuris in c. præsumitur. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Præsumitur † ignorantia, 129 vbi scientia non probatur.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in c. si beneficia. de præbend. in sexto, vbi Bonifacius Octauus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Si beneficia, quæ per sedem Apostolicam conferuntur, aut decreto interposito reseruantur interdum contingat ab his, ad quos aliàs pertinet collatio eorundem aliquibus huiusmodi collationẽ, seu reseruãtionem ignorãtibus de facto conferri, & beneficia, quæ illi antea tenebant, & post prædictorum adeptionem dimissa per eos alijs assignari. Ne talis ignorantia eis (cùm sint sine culpa) præiudicialis existat, statuim⁹, vt si ipsi de collatione, seu reseruatione prædicta postea certiores effecti sublata difficultate quacunq; omnino dimiserint beneficia sic sibi de facto collata ad beneficia sua priora (collatione quibuscunque personis facta de ipsis nequaquã obstãte) liberè reuertantur. Alioquin redeundi ad ea (si difficultatem adhibuerint in alijs dimittendis) sit ipsis penitus interdicta facultas. Eundem quoque modũ in dimittendo recepta, & recupe-

rando dimissa, quòad oēs alios, qui forsan occasione prędicta sua dimiserint beneficia, & dimissa per alios fuerint assequuti, per oīa decernimus obseruandum.] hæc ibi. Diximus probari præsentem impugnationem per arg. in dicto c.si beneficia. Nam apertissimè ex ipso colligi videtur veritas ipsius impugnationis arguē do tamen ab identitate rationis tali pacto. Sicut enim ignorantia facti recipientem de manu ordinarij beneficium incompatibile reseruatum collationi Summi Pō tificis a pœna amissionis alterius beneficij incompatibilis per ipsum renunciati excusat. Vnde, tali renunciatione non obstāte, recuperabit ipsum pristinum beneficium si quàm primum sciuerit illud beneficium sibi non potuisse conferri, restituet illud, nisi quis contra ipsum insurgens probauerit, quòd non statim, quòd ad sui notitiam deuenit illud tale beneficium esse taliter reseruatum, illud studuerit renunciare. Eodem ergo modo arguendo a simili erit dicendum in casu nostro, scilicet quòd non poterit de iure is priuari iure appellandi a sententia diffinitiua, vel interlocutoria, qui non appellasset infra decendium propter ignorantiam facti, seu promulgatę sententiæ: nisi Iudex a quo probauerit, ꝙ post decendium computandum a dict scientiæ dictę latæ sententiæ non appellauerit: cùm talis ignorantia sit facti, & non iuris: & ignorantia ipsa sit probabilis. Idē probatur per argument. in l. super seruis. in princip. C. qui militare poss. vel non poss. lib. 12. vbi hæc habentur, videlicet [super seruis, qui postea ad quandam militiam aspirare tentauerint, vel scientib. vel ignorantibus dominis præcipimus, siquidem ignorātibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem Iudicem, & suam ignorantiam (eo quòd contrarium minimè probatur) ostendere, eoque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere.] hæc ibi. Diximus probari per argum. in d. l. super seruis, quoniā etsi non fiat ibi mentio de appellante propriam ignorantiam nō probante, tamen eadem ratio militare in ipso sicut in dicto domino per se patere videtur. Quapropter sicut dominus dicti serui nō tenebitur probare suam ignorantiam, cùm probata intelligatur, eo ipso, quòd contrarium nō fuerit probatum: ita dicendum erit de appellante ignorante, vt in casu nostro. Ex dicta igitur regula in d. c. præsumitur. de regu. iur. in sexto, idem elicitur, vbi dicitur [præsumi ignorantiam, vbi scientia non probatur.] elici videtur appellatum, vel Iudicem a quo teneri ad probandum appellare volentem transacto ipso decendio appellasse, vel sciēter fuerit verè, & apparenter cōmunaxiuenien do ad appellandum infra decēdium ipsum, cum aliàs debeat præsumi de ipsius ignorantia, vt locum habeat dicta veritima iuris regula. Ex quibus videtur omnino de iure fore concludendum ipsum appellatum, vel Iudicem a quo

quo teneri ad probandam dictã propositam negatiuam volentis appellare, scilicet, quòd non appellauerit infra decendium, & q̃ non ignorauerit latam fuisse sententiam præuia citatione ad ipsam audiendam, cum in dubio præsumatur facti ignorãtia, prout in casu nostro considerandum erit, & ipsa facti ignorantia in iu
130 dicio † excusetur, vt docuit tex. apertissimus in c. ignorantia. de regu. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Ignorantia facti, non iuris excusat.] hæc ibi. Vbi communiter per Doctores idem & secundò videtur probari Doctorum auctoritate. Nam glo. in dicta l. in exceptionibus. in vers. velut intentionem dicit, quòd sicut actor debet plene probare in-
131 tentionem, sic reus † exceptionem. Idem docuit Glo. in d. l. 1. in vers. videtur dicens, quòd excipiẽs in exceptione dicatur actor duplici ex causa. Primò quia actũ ponit, vt actor, ex quo petit absolui, secundo quia onere probandi grauatur, vt actor, vt in dicta l. in exceptionibus, sed quando reus in excipiendo non ponit aliquid, sed positũ negat, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ non probat, idest non tenebitur probare. vt in l. si ex ratione. C. de non numerata pecunia. Idem si fuerit pro eo præsumptio, quæ transfert onus probandi in actorem, vt in l. 2. C. de pactis. & eadem glo. in vers. exceptione, dixit, quòd etsi antea dubitatum fuerit: an reus dicendus sit actor in exceptione: modo tamen per textum in d. l. 1. declaratum, ac decisum fuit, q̃ sic. Idem elicitur ex doctrina glosæ in d. c. præsumitur, vbi post nõnulla exempla ibi tradita pro intelligentia dictæ regulæ dicit, q̃
132 † circa ea, quæ publicè fiũt, præsumitur scientia: sed circa ea, quę occultè fiunt præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia, vt in d. c. præsumitur, & quòd dicatur latam sententiam a Iudice fuisse in occulto latam aliquo modo, vt in casu nostro, respectu eius, qui hoc ignorabant, per se videtur patere. Addiditque glo. supradicta, quòd illud, quod dicitur in dicta regula præsumitur. est tantæ auctoritatis, quòd ipsa præsumptio transferat onus probandi in aduersarium, & idem est in alijs casibus, qui notantur in c. actor, 6. q. vlt. & hæc ignorantia trib. modis probatũ. Vno modo per sacramentũ, & sic probo (inquit glo.) in veritate me ignorasse, vt in c. si verò. el secondo. extra de sent. excõmunicationis. & in c. Pastoralis. ext. de except. & in c. vt circa. de elect. in sexto, & tunc demum admittitur probatio hæc, cũ sit probabilis. Secundò, quando probatur id, ex quo necessariò consequitur me ignorasse, puta, me tunc annicullam. vel furiosum, vt in c. indicas. 3. q. 9. & in cap. cùm dilectus. extra de succes. ab intestato. Tertio, quando probatur id, ex quo non necessariò, sed verisimiliter sequitur me ignorasse: puta, me tunc absentem fuisse: & hoc dicere voluit Ioannes in c. si qui à simonia eis. 1. q. 1. & licèt
133 in facto † proprio probabilis interdum

terdum ſit ignorantia, vt in c. in lectum. 34. quæſt. 2. probabilior tamen in alieno, vt in l. vltima. ff. pro ſuo. & hęc omnia verificantur in ignorantia iuris poſitiui. Non autem in ignorantia iuris diuini & naturalis, cùm nemo ab eo excuſetur, eò quòd ſignatum ſit ſuper nos lumen vultus diuini, quo cognoſcimus quid faciendum & quid fugiendum: eo quòd in hoc iure propriè & verè non dẽt ignorãtia, vnde meritò ſcienti & ignoranti par ſit pœna: ſi indè præcepta dictæ legis tranſgrediantur, vt in c. ſi cupis. 16. q. 1. & in l. 2. C. de in ius vocan. idem docuit glo. in d. l. ſuper ſeruis. in verſ. oſtendere. dicens nota probari ignorantiam: eo ipſo, quòd non probetur in contrarium. Vnde reus
134 † dicitur probare, eò ipſo, quòd excipiendo aliquid afferit, vt in l. in exceptionibus. ff. de probat. idem prorſus docuit glo. in l. ſi cui. §. 1. in verſic. doceatque. ff. de accuſat. addens, quòd poſſint probare ſuo iuramento, eo quòd quiſque ignorare præſumatur: niſi cõtrarium probetur, idẽ docuit inſimili Glo. in dicto c. ſi beneficia. in verſ. ſi beneficia. iuncto verſic. ab ijs. dicens, quòd ſi quis ignorans recipiet beneficium prius re-
135 ſeruatũ, vel alteri collatum † per Papam: ſi ex quo ſicut illud ſine difficultate dimittit, recuperat priora beneficia, aliàs non. Hæc decretalis non requirit ignorantiam in conferente, ſed ſolùm in eo, cui confertur: Præſumitur (inquit) autem ignorantia, niſi probetur ſcientia, vt in dicto c. præſumitur. hæc docuit dicta glo. cui conſonat glo. in dicto c. ignorantia. in verſic. ignorantia facti excuſet: & ponit caſum talem, videlicet. in ordinato ignoranter à ſimoniaco, vt in c. ſi qui à ſimoniacis. 1. q. 1. & in eo, qui ignorabat beneficium fuiſſe reſeruatum per Papam, vel alij collatum. Idẽ docuiſſe videtur Bar. in l. 1. ff. de exceptio. in principio, vbi dixit, q̃ in exceptione reus eſt actor, vt in l. in exceptionibus. ff. de probat. & quòd ei, qui dicit incumbit probare, vt in dicta l. 1. & l. 2. ff. de probat. & ſubdit ibidem nu. 3. in verſic. rationem ponit, di-
136 cens, quòd quædam † exceptio eſt, per quam nihil ponitur, vt non numeraſti pecuniam: & tunc aſſeueranti, & non reo excipienti incumbit probatio, cùm nihil ponat. Quandoque excipiendo aliquid ponit: & tunc reo incumbit probatio, vt in dicta l. 1. ff. de exceptio. vt quia dicit te feciſſe pactum de non petendo: & addit ibi Bart. quòd hniuſmodi diſtinctio probetur per text. in l. aſſeueratio. C. de nõ numer. pecu. quod & ibidem Dynus addidit, & ipſe Bar. ibidem. nu. 13. verſic. illud ergo. dicens, quod illud, quod docuit ſupradicta glo. in dicta l. 1. dicens, quòd ille, qui excipiendo negat, non debet probare. verum ſit in negatiua, quæ non eſt probabilis: ſed in ea, quæ eſt probabilis: tunc incumbit probatio ei, contra quem eſt præſumptio: q̃ & clariùs idem Bar. rurſus docuit in dicta l. ſuper ſeruis. dicens, No ta ignorantiam probari poſſe eò ipſo,

ipso, quòd contrarium non probetur. & ad hoc allegatur ipse text. in dicta l. super seruis. qui Bar. idem rursus docuit in dicta l.si cui. nu. 2. sequens glosam, & dicens, quòd d.gl.sit tenēda menti. quæ dixit, quòd duobus modis probari poterit quem aliquid
137 ignorasse. † Primò quando non probatur contrarium. & secundò quando hoc affirmauerit medio iuramenti, & huic glosę dicto addidit ipse dicens ibidem. num.3. quod talis tamen probatio admittit probationē in cōtrarium, scilicet quando quis probaret, q̄ hoc sciuerit. & hoc volens probare, tenebitur probare. quòd ille erat proximus & vicinus in loco latæ sententiæ: quia ex vicinitate loci præsumitur scientia, vt in c. quosdam. & in c.quantò.extr. de præsumpt.& secundò, probando publicam formam, videlicet q̄ de tali sententia sic lata erat publica fama in loco illo, vbi appellare volens versabatur, prout docuit quoque in l.5. C. de pericu. tut. Idem docuisse videtur Dynū in dicta regula. Præsumitur. dicens, quòd dicta regula locum obtineat in ignorantia facti, non autem iuris: & addidit, q̄ quando hæres per allegationem ignorantiæ intendit lucrum captare: tunc de ipsius ignorantia nō pręsumitur, at potius, quòd scientia testatoris defuncti sit continuata in hærede, siue intendit vitare sine iniuria alterius damnum, nam tunc non præsumetur scientia contra ipsum. hæc Dynus. qui hoc ipsum probat tam in dicta regula præsumitur. quàm in regula supra dicta. Ignorātia. ex quibus simul coniunctis videtur fore eliciendum, quòd ipse Dynus voluerit concludere, quòd cum de aliquo intendente vitare damnum per allegationem ignorantiæ (vt in casu nostro) ignorantia præsumēda erit de ipso. Quapropter probationis necessitas transibit ad eū, qui asserit illum non ignorasse factum. Idem videtur non incongruè elici ex doctrina Ioānis Andr. sequentis Dynum in dicta regula. Ignorantia. Idē docuit Philipphus Frāchus in dicta regula. Præsumitur. in princ. dicens, q̄ in dubio pręsumatur ignorantia in aliquo loquendo de ignorantia facti. Qui Franchus in dicta regula. Ignorantia. sequitur ibidem dictam Dyni sententiam, & tandem idipsum ipsemet Franchus apertius, docuit loquens de admittenda appellatione eius, qui dixit se appellasse infra decendiū computandum a die scientiæ latæ sententiæ, etsi post decendium a die latæ scientiæ computādum. Sciendum erit insuper, quòd ipse Philippus Franchus in c.dilecti. col.3. in versic.extra glo. quærit. ext. de appellat. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. ext. glo. quærit hic Hostiensis appellans tenetur probare de sua appellatione legitimo tempore interposita: in tantum, quòd licet cōstaret de ipsa appellatione, tamen nō pręsumetur interposita infra decem dies, nisi probetur per ipsum appellantem, vt est text. in cap. Romana. §. si vero. de appell. in [illegible].

Digitized by Google

& tenent Doctores alij iam ſupra citati ab eodem Francho. Nihilominus ipſe ſtatim vbi ſup. ſubdidit hæc præciſa verba, videlicet, Sed aduerte, quia contrariũ videtur tenendum: nam ſequitur tempus decem dierum, quod eſt vtile, & nõ currit, niſi a die ſcientię, & preſumi debet in dubio, ꝙ a die ſcientię fuerit facta appellatio, cùm ignorantia preſumatur, niſi contrarium probetur, & conſequenter infra debitum tempus appellaſſe, & ita domini de Rota deciſ. 316. quę incip. Item ſi poſſeſſor. Idẽ & latius ipſemet Franchus repetijt in c. bonę memoriæ, col. 7. verſ. octauò debet appellari. ext. de appell. vbi addit, quod dicti Domini de Rota ibi determinauerint, quòd in dubio
138 † ſemper preſumatur fore appellatum infra decem dies a die notitię: niſi cõtrarium probaretur, quia tempus decem dierum eſt vtile a principio, & non currit ignoranti, vt per glo. in c. concertationi. verſ. ſciuerit. & in c. cordi. verſ. decendium. de appell. in ſexto, vnde in dubio preſumitur ignorantia, niſi ſcientia probetur. vt in l. verius. ff. de probat. & in regula Preſumitur. de regu. iur. in ſexto. Et licèt ex citatione ad domum in dubio preſumatur deueniſſe in notitiam appellãtis. vt per glo. in l. etſi legibus. C. de Epiſcopali audien. & facit l. quinquaginta. C. de excuſat. tut. & per Bar. in l. quidam decedens. in fine. ff. de adminiſtr. tut. tamen iſta eſt ficta notitia, ſeu preſumpta, ſed ad excluſionẽ appellationis requiritur vera notitia. Ideo eſt, quòd citatus per edictum, iuxta formam Clement. prima. de iudic. licet ibi dicatur, quòd talis citatio arctet citatum: ac ſi perſonaliter citatus fuiſſet: tamen quo ad appellandum, citato per edictum currit tempus à die
139 veræ notitiæ. † cùm illa notitia, quę inſurgit ex citatione per edictum ſit præſumpta, & in appellatione requiritur vera. hæc omnia Franchus, vbi ſupra. Idem videtur docuiſſe Archid. in c. propoſuiſti. col. 3. verſ. in eadem Gloſa. ibi hoc tenetur probare. diſt. 82. dicens, quòd qui iuris apicibus inuigilant, aſſerunt regulare eſſe: ignorantiam non debere probari, ſed ſcientiam. Nam (inquit) qualiter poterit probari ignorantia ab ignorante, potiſſimè per teſtes. Præterea qui ſcientiam negat, probationem imponit aduerſario. Nam cùm quis allegat
140 ignorantiam † eò ipſo intelligitur probata, donec probetur in contrarium, vt in l. ſuper ſeruis. C. quando milit. non poſſ. lib. 12. item certum eſt, illum aliquando ignoraſſe. & adhùc eſt præſumendum eum ignorare, donec probetur contrarium. Eſt ergo regulare & generale, quòd nullus tenetur probare ignorantiam, vt in d. c. propoſuiſti: ſi ergo alicubi inueniatur, quòd probatur ignoran-
141 tia, dic, quòd probatur † hoc ipſo, quòd non probatur ſcientia: vel volens quis ignorantiam probare, ſed non cogitur, niſi fortè aliqua apparcant indicia: vnde pſumeret craſſa & ſupina, ſed tunc

etiam

etiam non probatur, nisi per iuramentum, vt in c. in lectum. 33. q. 2. vel etiam per testes non directè, sed per obliquum, vt in c. si qui à simoniacis. 1. quæst. 1. vbi de hoc: Facile erit ergo, inquit ibi, respondere omnibus capitulis illis. Vbi dicitur quis probare ignorantiam: scilicet, quòd probat eo ipso, quòd allegat eam, & non probatur in contrarium, vel probat volés, vel debet probare, cùm esset supina & crassa: & multùm præsumitur per aliqua indicia cõtra ipsum de scientia. Isti ergo in hoc Canone ignorantiam allegabant, quia negabant constitutionem ad se peruenisse: ideo probatio, quòd peruenit, incumbebat aduersæ parti secundum Hu. supradictis tamen videtur obstare text. in c. innotuit. in vers. parentes. extra de elect. sed dic cum Vin. quòd ibi tenebantur scire qualis erat is, quem volebant proponere, vt in l. qui ab alio. ff. de re iudica. & in l. in bonorum. ff. de bono. poss. sicut purgatores vitam illius, quem purgare debent, scire debent, vt in c. inter. ext. de purgat. Cano. & ideo etiam illos non excusat ignorãtia, quia poterant ab alijs certificari, vt in c. nõ omnis. dist. 38. vndè cùm in dicto c. innotuit. esset præsumptio contra eligentes: ideo tenebantur probare ignorantiam. Ad quod facit text. in c. quod dicitis: dist. 16. & in c. quanto. extra de præsumpt. & in c. quamuis. extra de reg. iur. hæc omnia docuit Archid. vbi supra, quibus videtur probari impugnationem propositam contra ipsam nostram ampliationem. Idem videtur docuisse Præpositum in dicto c. proposuisti. subscribens se supradictæ sententiæ Archidia. ibidem. Idem videtur docuisse Cardinalem à Turrecremata in dicto c. proposuisti. nu. 4. in vers. respondeo. circa hanc materiam: vtendo ferè ijsdem verbis ipsius Archid. supra recensitis. Quapropter patet ipsum se subscripsisse tacitè præsenti impugnationi (allatæ contra dictam nostram ampliationem) vnà cum prædictis Doctoribus, eò, quòd ex conclusione expressa, quæ elicitur ex supradicta ipsorum Doctrina, sequitur hoc corrolarium: quòd domi citatus ad audiẽdam sententiã in die præfixo: ad quem non peruenit notitia dictæ citationis, & sequutæ sententiæ latæ infra decendium à die latę sententiæ computandum potlit appellare infra tamen ipsum decendium a die scientiæ computandum: cùm talis ignorantia sit facti, & non iuris: propter quam quisque excusatur à pœna incurrenda, scilicet priuationis facultatis appellandi sibi regulariter a iure vtroque concesse: ac per consequẽs appellatus, vel Iudex à quo negantes, quòd ille appellauerit intra decendium à die scientię, & asserentes ipsum scuisse latã huiusmodi sententiam, oportebit hoc probare, & non illum hoc ipsam negantem: tum quia ignorantia non probetur; tum quia allegans ignorantiam transmittit onus probandi ad eum, qui scientiam allegat, vt ex supra citatis.

iuri-

iuribus & Doctrinis patentissimè elicitur. Ex his ergo omnibus in medium productis videretur concludendum dictam ampliationem falsam: & inter alios Philippum Franchum, qui ei se subscripserat, fuisse sibi contrarium.

His tamen & similibus iuribus Doctorumq; votis in contrarium non obstantibus (etsi in se simpliciter considerata veritima sint) adhùc firmissimè asseueramus ipsam ampliationem fuisse & esse veritimã, nec posse illi obstare in contrarium in eius impugnatio-
141 nem † allatæ, cùm simus in diuersis casibus, & a diuersis non possit de iure fieri illatio. Nam iura & Doctores citati in probationem dictæ nostræ ampliationis loquuntur solùm de illo appellante, contra quem est præsumptio aliqua, vt puta, quia fuerat domi citatus ad audiendam sententiam, & non venisset, de quo latissimè dixim⁹ in decisione primi casus propositi (supra in num. 57. & deinceps) ad declarationẽ vnicę conclusionis, cuius ampliatio est hæc quæ fuit impugnata: cùm ipsa intelligenda erit verificari in terminis dictæ conclusionis & ipsius ampliationis. Nam (vt ibi latiùs diximus) citatus ad domum, dicetur cõtumax fictus, qui etiam post decendium a die latæ sententiæ (infra tamen decendium à die scientiæ, admittetur ad appellandum, si purgauerit suam contumaciam fictã: probando se illùc vsque nihil audisse de die ferendæ sententiæ. Et quòd hoc ipse appellans teneatur probare, docet regula illa tradita l. 2. ff. de exceptio. in qua hæc habentur, videlicet. [ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.] hæc ibi. Cùm ergo is, qui appellare vult, dicet ad sui notitiam non peruenisse citationem, vel eius notitiam, nisi post decendium a die latę sententiæ: & contra eum sit præsumptio ratione dictæ citationis factæ ad domum suã: vel per edictum. Indè sequitur, quòd ipse teneatur probare id, quod dixit, scilicet quòd ad sui notitiam illud non peruenerit, nisi tali die post decendium supradictum, & licèt hæc regula fallat, vt docuit glo. in dicta l. 2. si præsumptio (pro eo, qui dicit) faciat: tamen (vt fuit probatum in decisione prædicti primi casus) nihil releuat, imò aggrauat. cùm sit pręsumptio probata in iudicio contra ipsum appellare volentem propter ipsam sibi factam citationem. Sic ergo in proposito de hoc ficto contumace loquitur dicta ampliatio, & iura, & Doctores ibi citati: & sic ipsi Doctores verissimum docuerunt. Iura verò, & Doctores in dicta impugnatione citati loquuntur de eo, contra quem nulla est pręsumptio in iudicio probata, vt ex eorum verbis apertissimè supra patuit. Nec verè sibimet fuit contrarius Philippus Franchus (alioquin vir eruditissimus.) Nam in dicto c. Romana. §. si verò. loquutus fuit de eo, contra quem in iudicio fuerat probata aliqua præsumptio, scilicet ex citatione ad domum. in dictis verò c. dilecti. & c. bonę memoriæ

moriæ . loquitur de eo , contra quem nulla in iudicio fuerat probata præsumptio : & iccircò dixerat ibi , quòd in dubio præsumeretur fuisse appellatum infra decendium à die scientiæ : quasi diceret,quòd non fuisset probata aliqua præsumptio contra appellantem in iudicio . cùm in dubio (quia iura promptiora sunt ad absoluendum , quàm ad ligandum) præsumendum sit pro reo,seu pro eo , qui vult appellare , quòd appellauerit infra decendium à die scientiæ:nisi fuerit probatum contrarium per partem aduersam: & sic(Deo Optimo Maximo dante) præsens quæstio remanet dilucidata , ac decisa : Ad quod facit quod ipsemet Franchus docuit in c.cùm Ecclesia.col. 2. versic. vltimò nota.extra de appellat.dicēs, quòd nunquam præsumatur appellatum legitimè , aut ex iusta causa , nisi hoc per appellantem probetur:& ideo debet appellans producere appellationem, & probare tria . Primò se appellasse,secundò , quòd ex legitima causa . tertiò , quòd appellauerit infra decē dies , pro quo est bonus tex. in c.Romana.§ si verò. de appell, in sexto, vbi Ioannes Andr. dixit, quòd appellans teneatur probare, & producere appellationem, & ipsam sententiam , a qua appellat: cùm aliàs non possit bene probari, quòd appellauerit infra decem dies à die latæ sententiæ, vt in Authen.hodie.C.eodem tit. nisi faciat fidem de sententia , & de die latæ sententię:& tunc constabit , an appellauerit infra decem dies : aliàs enim causa non est deuoluta ad Iudicē, ad quem, vt in dicto §. si verò. & addit ipse Franchus fore in hoc videnda notabilia,quæ circa hoc docuit Bar. & Bal.in l.hi qui.C.eodem . titu. hæc omnia Franchus vbi supra,ex cuius verbis apertissimè patuit veritissimam fuisse nostram interpretationem traditam super verbis ipsius Franchi in dicto c. dilecti. & in dicto c.bonę memoriæ.cùm ipse citauerit ad suum dictū confirmandum sententiam Bar.supra recensitam,qui ad verbum se subscripsit veritati præsentis nostræ ampliationis:vt ex contextu verborum ipsius ibi relatorum patuit. Ex his ergo omnibus patuit nullam esse veram contradictionem inter iura & Doctores citatos in probationem dictæ ampliationis & leges, ac Doctores citatos in probationem supradictæ impugnationis,si (vt decet) benè pōderabuntur omnia supradicta. Quorum veritissimę interpretationi ac concordiæ summoperè deseruit quod docuit Felinus in c. quod ad consultationem. col. 14. nu.35 . vers.secunda conclusio, in fine.extr. de sententia & re iudic. sequens Aegidium Bellamere. in sua decisione 349. incipien. sicut præsumitur: qui(nulla facta mentione de præsumptione orta contrà appellantem post decendium à die latæ sententiæ , ex citatione per edictum vel ad domum) dixit, quòd absens † qui appellat 143
post decem dies à die latę sententię , presumitur appellasse intra decem dies à tempore scientię :

quia

Digitized by Google

quia non præsumitur scientia: hęc ille, cuius sententia verificatur solum quando non probaretur appellantem fuisse citatum ad domum, vel per edictum ad audiendam sententiam ferendam tali die per Iudicem in causa ipsius citati vertente coram ipso Iudice, vt plenissimè fuit probatum.

Amplia & secundò singulariter contenta in dicta vnica conclusione, dicendo ipsam in tãtum esse veram, quòd si in actis scriptum taliter reperiretur, videli-
144 cet, quòd Titius appellauit † à sententia interlocutoria, aut diffinitiua sibi nota à decem diebus citra: non intelligeretur appellasse infra decendium à die latę sententiæ, sed post ipsum: & per consequens, quòd huiusmodi sententia transierit in rem iudicatam; eò, quòd dicta appellatio esset ipso iure nulla, ac si non fuisset facta (vt ex hucusque allatis patuit) & hoc est verissimum de rigore iuris: secus de æquitate, secundum quam iudicaretur fuisse appellatum infra decendium: & idem dicendum erit, si scriptum in actis reperiretur. Titius appellauit à dicta sententia à decem diebus & citra: Nam tunc intelligeretur ipsum appellasse infra decendium à die scientiæ computandum. Et ratio est, quia per illam coniunctionem copulatiuam [&] denotatur continuatio temporum, & dierum. Hæc ampliatio sic declarata probatur Doctorum auctoritate infrascriptorum: etsi reuera ipsi expressè non loquantur in terminis præsentis ampliationis. Bar. enim in l. Celsus. nu. 23. & 24. vers. sed circa huiusmodi. Concludit: quòd si testis deponeret, quòd Franchus possedit à decem annis. citra, non probaret possessionem decendij: quia potuit ille vna solùm die possidere, & verificaretur dicta propositio, sed si diceret, quòd possedit à decem annis, & citra: tunc ista copula [&] multum operaretur: nam tunc sensus esset, quòd initium possessionis fuit iam sunt decem anni: & postea hucusque possedit, vt in c. veniens. & c. licèt causam. ext. de probat. & ibi Hostien. & Ioannes Andr. super vers. citra. Hæc Bar. vbi supra: & sciendum, quòd ipsum docuit Ioannes And. in dicto c. licèt causam. col. 6. versic. & citra. & idem docuit in dicto c. licèt causam. Anton. de Butr. & expressè in casu præsentis nostræ ampliationis loquens Felinus hoc ipsum docuit in c. quod ad consultationem. col. antè pen. nu. 36, versic. tertia conclusio est. extra de sent. & re iudic.

Amplia & tertiò allata in dicta vnica conclusione, dicendo ipsa habere etiam locum in eo, qui in
145 decimo die † (à die scientiæ latæ sententiæ) appellauerit: sed in hora, quæ iam computanda esset hora diei vndecima computando ab hora illa primi diei, in qua currit decendium (vt latiùs dictum fuit in dicta conclusione vnica) cùm dictum tempus decẽdij currat de momento in momentum, & sit continuum; & prima dies, in qua fuit lata sententia, vel cognita non computatur tota, sed

solùm

solùm punctus illius diei (in quo verè fuit lata sententia)qui sic erit referendus ad decimum diem in eodé puncto. Quapropter si quis appellasset in tali hora, appellatio (etiam cum consensu partis appellatæ) esset ipso iure nulla: & sentétia iam lata transiret in rem iudicatam. & ideo meritò concludendum erit, quòd Notarius, seu actuarius causæ debebit inserere in publicatione sententię horam, in qua fuit publicata: vt postea (casu contingente)fieri possit computum: & animaduerti, an ille, qui decimo die in tali hora appellauit, verè dici possit, quòd appellauerit infra decendium à iure appellare volentibus indultum: Hæc memorię commendanda ampliatio probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum (vltra citatos in probationem dictæ vnicę cõclusionis:) Huic ergo ampliationi se subscripsit ad verbum Felinus in c. quod ad consultationem. col. antè pen. nu. 37. versic. quarta conclusio. extra de sent. & re iudic. qui ibi addidit, q̃ Bald. docuerit in l. 2. in fine. C. de edi. acti. quòd statutum dans tempus ad appellandum sit intelligẽdum de tempore continuo.

Amplia & quartò allata in dicta vnica conclusione, dicendo, quòd in tantum ipsa conclusio sit vera, quòd iuramento asserentis
146 † se appellasse infra decendium à die scientiæ latæ sententiæ, non erit fides præstanda: nisi hoc ipsum aliter probauerit: etsi regulariter standum esset iuramento, dicentis se aliquid ignorasse (vti latè probauimus in impugnatione allata contra primam ampliationem dictæ vnicę conclusionis) quando contra ipsum non oriretur aliqua præsumptio: cùm oriatur præsumptio contra ipsum ex citatione etiam ad domum ipsius facta ad audiendam sententiam. & huic ampliationi se subscripsit Rota in antiquis in titu. de appellat. quam citat & sequitur Felinus in c. quod ad cõsultationem. col. pen. vers. sexta conclusio. extr. de sent. & re iudic.

Limita allata in d. ampliatione quarta, dicendo ipsam non habere locum vbi vltra iuramẽtum concurrerent plures circunstantię iuuantes, & ex hoc modicum prę iudiciũ aduersarij oriretur: quia in tali casu benè staretur iuramẽto dicentis se prosequutum appellationem infra ipsum decendium a die scientiæ, prout docuit Rota in titu. de preben. decis. 33. in antiquis, quam citat & sequitur Felinus vbi supra.

Amplia singulariter & quintò allata in dicta conclusione vnica, dicendo ipsam in tantùm esse veram, quòd quando iudicium fuit agitatum contra dominum litis, tunc tempus decendij indulti à iu
147 re ad appellandum currit † à tẽpore scientiæ ipsius domini: sed quando fuit agitatum contra procuratorem, tunc non requiritur scientia domini, prout docuit Felinus vbi supra vers. vndecima conclus. sed si quis voluerit scire quando contumacia procuratoris priuet dominum facultate appellandi: videat & accurate perlegat

quę

quæ diximus supra in limitationibus allatis circa regulam, vnicam, decidentem casum secundò loco propositum pro intelligentia conclusionis vnicæ.

In decisionem tertiæ propositę quæstionis, in qua quęrebatur de tempore, in quo Iudex teneatur assignare appellanti copiam processus & apostolos. Vnica sta-
148 tuetur conclusio. Iudex tã † Ecclesiasticus, quàm Secularis requisitus debito loco, tempore, & modo ab appellante tam à diffinitiua, quàm interlocutoria sententia, tam iudiciali, quàm extraiudiciali tenebitur infra triginta dies computandos à die latę sententiæ tradere apostolos, seu litteras dimissorias ipsi appellanti vnà cum copia omnium actorum coram se actitatorum in causa ipsa: si appellans requisierit illa à Iudice à quo: cùm & ipsi currat tempus triginta dierum ad illa præbenda: quæ si non tradiderit: tunc Iudex ad quem, etiam siue ipsis audiet appellantem ad se accedentem: cùm dictus terminus triginta dierum fuerit inductus in fauorem appellantis, & Iudicis à quo, vt possit deliberare quid sit facturus. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per text. in c. 1. in principio, de appell. in sexto, vbi Innocentius Quartus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Cordi nobis est lites minuere, & à laboribus releuare subiectos. Sancimus igitur, vt si quis in iudicio vel extra super interlocutoria, vel gra-
namine aliquo ad nos duxerit appellandum: causam appellationis in scriptis assignare deproperet, petat apostolos, quos ei præcipimus exhiberi. in quibus appellationis causam exprimat: & cur appellatio non sit admissa, vel si appellationi forsan ex superioris reuerentia sit delatum.] hæc ibi. & quòd idem sit statutum circa appellantem à sententia diffinitiua idem canon docuit ibidem in §. his, quæ. Vbi hæc habentur, videlicet. [His, quæ in appellationibus à diffinitiuis sententijs interpositis antiquitas statuit, non mutatis.] hæc ibi. Idemque probatur latius per tex. in c. vt super. de appell. in sexto, vbi Innocentius Quartus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Vt super appellatione, ac eius causa instructio facilior valeat in processu haberi: districtè præcipimus, quòd ille, à quo appellatur, apostolos appellanti (iuxta tenorem constitutionis nostræ super hoc æditæ, tribuat requisitus. Si verò non exhibuerit ex tunc, si fortè in causa procedat (nisi appellationi renunciatum fuerit) eius inualidus, & irritus sit processus.] hæc ibi. Idẽ probatur adhuc apertius per tex. in c. ab eo. de appellat. in sexto, vbi Bonifacius Octauus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet [Ab eo, qui appellat infra triginta dies instanter apostoli peti debent: & eidem infra idem tempus à Iudice exhiberi, aliàs præsumitur appellationi suæ renun-
149 ciare † appellans; si eos infra idem tempus petere prætermittat, etiam si vadat, aut mittat ad

appella-

Digitized by Google

appellationem prosequendam. Illud autem, quòd fęlicis recordationis Innocentius Papa Quartus prædecessor noster statuendũ decreuit, vt si is a quo appellauit apostolos appellanti nõ tribuat requisitus, ex tunc si fortè in causa
150 procedat. † (Nisi appellatione renunciatũ fuerit) eius inualidus sit processus; tunc demũ obtinet: cum Iudex super hoc cum debita instantia loco, & tẽpore congruo requisitus eos expressè denegat, vel infra prędmissum tẽpus malitiosè, aut negligenter illi tradere prætermittit.] hæc ibi. Idem habetur in Clem. 2. §. fi. de appellat. vbi Clemens Quintus Papa infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Quòd si Iudex in termino ad dãdum apostolos præfixo per eum, ipsos appellanti, & petenti nõ dederit, aut si dum peterentur apostoli, responderet se daturum eosdem, nullo termino certo sibi prę fixo, vel intra iuris terminum se eos asseuerauerit velle dare, & postea per appellantem congruo loco, & tempore sæpius, & instanter vno contextu etiam requisitus eos non curauerit intra eundem terminum exhibere: appellationem suã ex tunc prosequi possit appellãs, ac si expressè fuissent eidem apostoli denegati.] hæc ibi. Idem probatur per textum in c. fin. §. iudicibus, 2. q. 6. vbi hæc habentur, videlicet. [Iudicibus autem non solum suscipiendæ appellationis necessitas videtur imposita. Verum etiã triginta dierũ spatia ex die sententiæ diffinita sunt intra quæ gesta vnà cum relatione litigatoribus cõuenit præ
151 stari.] hæc ibi. Idem † probatur in l. ne causas. C. de appell. vbi hęc habentur, videlicet. [Ne causas, quę in nostram venerint scientiã, rursus trãsferri ad iudicia necesse sit instructiones necessarias plenè actis inseri præcipimus. Nam cogimur a proferenda sententia temperare, quoniam verendũ est ne lis incognito negotio dirimatur adempta copia cõquærendi. Quare perennibus inuretur Iudex notis: si cuncta, quæ litigatores instructionis, probationisque causa recitauerint, indita actis, vel subiecta non potuerint inueniri.] hæc ibi. Idem apertius habetur in l. a proconsulibus, C. de appellat. vbi hæc habentur, videlicet. [A Proconsulibus, & Comitibus, & ijs, qui vice Præfectorum cognoscunt, siue ex appellatione, siue ex ordine iudicauerint prouocari permittimus, ita vt appellanti Iudex prębeat opinionis exemplum, & acta cum refutatorijs partium, suisq; literis ad nos dirigat. Quòd si victus oblatam, nec receptam a Iudice appellationem affirmet Præfectos adeat, vt apud eos de integro litiget tanquam appellatione suscepta.] hęc ibi inter alia. Idem probatur per text. in l. quoniam nonnulli. C. de appellat. vbi hæc habentur, videlicet. [Qm nonnulli fisci debitores, cùm iussi fuerint summã exolnere, interposito prouocationis auxilio, vim executionis eludũt, nec iam opinionis exẽplum: nec refutatorias preces curant petere, vel offerre. Placuit vt si intra

dies ſolemnitatibus præſtitutos. (Adde tu, ex l. iudicibus, C. eod. titu. infra triginta dies, vt etiam docuit gloſa in dicta l. quoniam. in verſic. dies) ad facienda hæc
152 † appellatoris defuerit, deſerta ab eo prouocatio exiſtimetur, inoxque debitum exigatur.] hæc ibi. Idem habetur in l. quoniam Iudices. C. eod. titu. vbi hęc habentur, videlicet. [Quoniam Iudices ordinarij prouocationes exiſtimant reſpuendas. Placet, vt ſi-
153 quis appellationem † ſuſcipere recuſauerit, quæ non contra executionem, ſed aduerſus ſententiã intentionem, iurgiumque terminantem fuerit interpoſita, triginta auri pondo cogatur largitionib⁹ noſtris inferre, triginta alia officio eius itidem ſoluturo, niſi ei pertinaciter reſtiterit, atque actis contradixerit, & quid iure ſit conſtitutum offenderit.] hæc ibi. Idem probatur per textum in l. eos qui, & ſuper ijs vero, C. de appellat. vbi hæc habentur, videlicet [ſuper ijs verò, qui in capitalibus cauſis conſtituti appellauerint: quos tamen, & ipſos, vel qui pro his prouocabunt, non niſi audita omni cauſa, atque diſcuſſa poſt ſententiam dictam appellare conueniet id obſeruandum
154 eſſe ſancimus, † vt inopia idonea fideiuſſoris retentis in cuſtodia reis, opiniones ſuas Iudices, & exempla ab appellatoribus edita, ac refutatorias eorum ad ſcrinia, quorum intereſt tranſmittant, quibus geſtarum rerũ fides manifeſta relatione pandantur, vt meritis eorum cõſideratis pro-

ſortuna ſingulorũ proferat.] hęc ibi. Idem probatur per text. in l. iudicib. C. de appellat. vbi hęc habentur, videlicet [Iudicib. non ſolum appellationis ſuſcipiendæ ne
155 ceſſitas † videtur impoſita, verũm etiam triginta dierũ ſpatia ex die ſententiæ definita ſunt, intra quæ geſta vnà cum relatione litigatorib. conuenit præſtari Iudice, & officio eius, ſi ſtatuta fuerint aliqua parte mutilata mulctæ ſubiacentibus.] hęc ibi, idem habetur in l. vnica. ff. de libellis dimiſſorijs. vbi hęc habentur, videlicet. [Poſt appellationem interpoſitam litterę dandę ſunt ab eo, a quo appellatum eſt, ſiue ad Principem, ſiue ad quem alium, quas litteras dimiſſorias, ſiue a-
156 poſtolos appellant: † ſufficit autem petijſſe intra tempus dimiſſorias inſtanter, & ſępius, vt etſi non accipiat, idipſum conteſtetur. Nam inſtantiam repetentis dimiſſorias conſtitutiõnes deſiderant. Æquum eſt igitur ſi per eũ ſteterit, qui debebat dare litteras quominus det, ne hoc accipiẽti noceat.] hęc ibi. Probatur & ſecundò Doct. auctoritate preſens noſtra cõcluſio. Gl. n. in d. c. 1. in 1. not. ipſi ſe ſubſcripſit, dicẽs. Nota, q̃ apoſtolos dẽt, & tenetur Iudex dare appellanti, nõ tñ incontinenti, ſed pót petere terminum ad deliberandum quos apoſtolos ipſe dabit, an reuerẽtiales, dimiſſorios, vel refutatorios. Vnde ſciẽ
157 dum, q̃ plures † ſunt apoſtoli. Quidam. n. ſunt reuerẽtiales, ſiue dimiſſorij, alij ſunt refutatorij, & alij ſunt teſtimoniales. hęc ibi, de quibus

quibus tamē apostolis, & eorum specieb.loco suo latius dicemus. (Deo Optimo Maximo fauēte.) Idem docuit eadem glo. in vers. petat apostolos, dicens, ꝙ apostoli sunt petendi instanter infra triginta dies, vt in c.ab eo.de appel.in sexto, & in Clem.quamuis. eo.titu.& eadem glo.in vers.exhiberi.dicens, ꝙ si ipsi apostoli nō exhiberentur, & postea Iudex in causa procedat (nisi appellationi renunciatum esset) inualidus esset processus. vt in c.vt super. de appel.in sexto, ꝙ est verum, si debitis loco, modo, & tempore requisitus eos expresse denegat, vel infra debitum tempus negligenter, vel malitiosè tradere prætermit-
158 tit.† vt in c.ab eo.& Iudex tradendo apostolos reuerentiales, siue dimissorios videbitur detulisse appellationi. Hæc omnia docuit glo.illa singularis. Idem docuit Glo.in d.c.vt super. versic.vt super, dicens, ꝙ si Iudex requisitus non tradit apostolos, & postea procedit in causa, non valet processus, nisi renunciatum fuisset appellationi, & eadem Glo.in vers.requisitus.& in vers.ex tunc. concludit, quòd hoc intelligitur, quādo Iudex fuit requisitus cum debita instantia loco, & tempore congruo, aliàs pœna sequens, scilicet nullitatis processus locū non haberet, & non solum talem pœnam incurret si apostolos nō daret, verum etiam si infra debitum tempus negligenter, vel malitiosè ipsos appellanti non tradidisset. Hæc glo.illa. Idem docuit Glo. in dicto c.ab eo.in not. 1. & 2. vbi dixit, quòd apostoli sunt petendi per appellantem, nō per appellatum, & quòd non sit necesse, quòd apostoli petantur eodem momento temporis, quo appellatio interponitur, sed possunt peti ex interuallo, dūmodo infra triginta dies petantur. & Glo. ibidem in versic.ab eo.& in versic.loco. dicit, quòd si appellans infra triginta dies instanter nō petit apostolos, appellationi renunciat, si Iudex modo debito requisitus illos non tradit, sed postea procedit, non valet eius processus. Attamen appellans ip-
159 sos † petere non debet dum Iudex equitat, vel per viam pergit, vel de nocte, aut cum est in praudio, vel Missa, & illos petere tenebit infra dictos triginta dies, hæc glosa illa. Idem apertius, & in terminis docuit eadem glosa in versic.triginta dies.dicens, ꝙ isti triginta dies currūt a die sententiæ.vt in d.§.iudicibus,& hoc quando fuisset appellatum infra decem dies. Idem docuit Glo.3. in Clem.Quamuis.versic.tempore.de appellat.dicēs, ꝙ isti triginta dies currere incipiāt a die sententiæ, vel ab eo tēpore, a quo incipit currere decē diū appellationis. Idem ad verbū docuit quoq; Glo.not.in l.vnica. ff.de libel.dimiss. Idem docuit glo.in d.l.Iudicib.in vers.gesta, dicēs, ꝙ omnia gesta corā Iudice a quo, & apostoli dandi sint appellanti. Idem docuit Glo.in d.l.eos.§.super his.in vers.& exempla.dicens, ꝙ Iudex debeat appellanti tradere exépla solum actorum., non autem au-

ſtenticum. Adde autem tu ex mẽte eius, non autẽ acta originalia: prout expreſsè docuerat Bart. in d. §. ſuper ijs. num. 2. verſic. item nota ex hac lege, cum gloſa ſua, dicens, quòd originalia acta non
160† debet dare Iudex, ſed debet dare exempla, & addit, quòd actis exẽplatis debeat dari fides, dum tamen ſint exemplata auctoritate Iudicis corã quo facta sũt, & eis fidem ſua auctoritate impo nat. Ad ꝙ facit Authen. ad hæc. C. de fide inſtrum. hęc ille ibi, qui in d. l. eos. §. fi. dixit, ꝙ Iudex debeat dare apoſtolos etiam nõ petenti. Tamen ſi pars. ſ. appellans non peteret infra tempus debitum, appellatiõ haberetur pro deſerta. hæc Bart. vbi ſupra, qui idipſum repetens in d. l. vnica. nu. 4. in verſic. cuius gratia. dixit, ꝙ tempus appellationis interponendæ hodie ſit decem dierum. vt in Authen. hodie. C. de appell. tẽpus ve
161 rò petendorum † apoſtolorum eſt triginta dierum, & ꝙ licet videatur, ꝙ infra eundem terminũ appellator debeat petere copiam ſententiæ, & actorum, aliàs appellatio videretur deſerta, vt in l. quoniam nonnulli. C. de appellat. forte eſt ſpeciale ibi in debitore fiſci condemnato: nam illa lex generaliter non obſeruatur. hæc omnia Bart. docuit vbi ſup. Idem docuit Innocen. in c. de appell. in 6. (colligendo dicta ipſius ſparſim ibi allata) dicens, ꝙ appellator tenebitur infra triginta dies petere apoſtolos, aliàs non petendo eos, præſumeretur ipſum renunciaſſe appellationi, vt in l. quoniam. C. de appellationibus, niſi per argumenta alia appareat eũ velle proſequi appellationem, vt ſi ad eam proſequendam mittat, Iudex dẽt
162† dare apoſtolos ẽt ſi non deferat appellationi, vt in l. ſciendũ. ff. de appell. recip. & appellantem oportebit portare acta ſua ad Curiam, & facere citari aduerſariũ, quod & innuit dictũ c. 1. & ꝙ licet appellãs reputetur appellaſſe etiam qñ non portauit ſua munimenta, tamen ei non dabitur terminus ad ea producẽda, ſed procedetur eis nõ expectatis: etiam ſi appellator remitteretur ad primos Iudices. Idem docuit Archidiac. in d. c. 1. col. 3. verſ. petat. & ſequenti, dicens, ꝙ apoſtoli ſunt petendi infra triginta dies, & Iudex eos aſſignare tenebitur, ẽt ſi non detuliſſet appellationi. Nam tũc tenebitur aſſignare apoſtolos refutatorios: quapropter ſi d. apoſtoli petantur ab appellante, & Iudex nõ tradiderit ei, nõ ipſi nocebit, qm̃ adhuc tenet appellatio, & Iudex, q eos nõ aſſignauit, puniẽt ad arbitriũ Superioris. hæc ibi. q. Archid. in d. c. ab eo. col. 2. verſ. debent. dixit, ꝙ eliciãt ex illo textu ꝙ petitio apoſtolorum non ſit de ſubſtantia appellationis, quod ſi eſſet appellantẽ oporteret petere apoſtolos infra decem dies, ſicut infra illos appellare tenẽt. Quapropter ſi non petat apoſtolos in appellatione ipſa, appellatio non vitiẽt ex hoc, imò bene tenet, niſi in ea ſit alius defect⁹, & devoluit negotiũ ad ſuperiorem, verũ eſſe tamen aſſeuerat, ꝙ ſi appellator non petierit apoſtolos per ſe, vel

per

per procuratorem infra triginta dies reputabitur non appellans: vt in d.c.ab eo.quòd si Iudex infra legitimum tempus expetitus non tradiderit appellanti apostolos: † ipse debet coram testibus idoneis protestari contra Iudicem, ne videatur renunciasse appellationi, aliàs sibi præiudicabit. Hæc Archidiaconus, vbi sup. qui eadem repetens in d.c.fin.§. Iudicibus.2.q.6. dixit, quòd Iudex, qui apostolos nõ tradidit appellanti punietur ad arbitriũ Superioris, cùm de iure nihil certũ fuerit statutum: appellans vero, & non petens apostolos infra triginta dies, videbitur renunciasse appellationi. Hæc Archidiaconus, vbi supra. Idem docuit Ioannes And. in d.c.1. col.2. versic. dicit hìc Host. asserens, quòd Iudex a † quo apostolos petitos exhibere teneatur, vbi appellationẽ non recipit: sed vbi recepit tradere eos teneatur etiam nõ petitos. & tali pacto ipse Ioannes And. intelligit text. in l. eos. in fine. C. de appell. & in Authen. vt nulli iudicũ. §. illas vero. col.9. hæc Ioan. And. vbi supra, qui in d.c.ab eo. col.2. vers. in secunda Glo. post nonnulla Host. verba ibi relata ab eo ipse concludendo se subscripsit præsenti nostræ conclusioni. His præcisis verbis vtens, videlicet. Declarando dico, quòd pereunt appellanti decem dies. Si enim appellauerit vltimo momento decẽ dierum, quod potest facere, vt in c. anteriorum. 2.q. 6. & in c. quoad consultationem. ext. de sent. & re iudic. ergo non restabunt sibi nisi viginti dies contra litteram istam. Item certum est, quòd isti triginta dies currunt etiam Iudici. Quomodo ergo deliberabit Iudex an deferat, an refutet, nisi prius appellatio porrigatur, & super ea deliberet, cùm eius, quod non est, nulla deliberatio fieri possit. vt in c. quod non. 32.q.2. & in c ad dissoluendum. ext. de spons. impube. cum concord. adhuc maior absurditas, cùm satis sit appellanti petere infra triginta dies, si vltima die petat, quale tempus restabit Iudici ad illos concedendos. Quare, vt dixi (subdit Ioan. And.) æquitatem videtur habere hæc opinio, & adhuc maior esset æquitas, si daretur post appellationem tempus ad petendum, & Iudici daretur post petitum tempus, ad concedendum. His non obstantibus (subdit ibidem Ioannes And.) tene cum glo. quod etiã docuit Accursius in l. vnica. ff. de libellis dimiss. limitanda tamen est glo. vt dixi in princ. (Adde tu, quòd ipse Ioannes And. ibi dixerit, quòd tempora † petendorũ apostolorũ currere incipiant vnà cum tempore appellationis interponẽdæ) vt ea sic limitata, cesset omnis absurditas. & ad id, qd̃ vltimo, & penultimo loco dicebatur, respõdeo (inquit ipse Ioannes And.) quòd cùm limitatione prædicta semper Iudici, & parti supererũt viginti dies ad minus. Cum ergo Iudex non petenti teneatur tradere apostolos. vt in l. eos. in fine. C. eo. titu. saltem vltima die, fortius tenetur illos dare ea die petẽti. Item satis est, quòd

poſſit habere triginta dies, ſcilicet cùm ſtatim appellat a ſententia, tunc enim habet integros. Quando ergo pauciores habet, id procedet ex facto ſuo. Item neſcirem notare aliquam iniquitatem: dato, quòd iura ſtatuiſſent infra decẽ dies appellationis interponendæ deberi peti apoſtolos per appellantes, ſicut in cap. quamuis. de offic. ordin. in ſexto. Non ſufficit aſſignare cauſam in inſtrumento, & illud tradere eĩ, cõtra quem ceſſatur, niſi fiat etiã requiſitio de emenda: iuſtè tamẽ iura dederũt maius tempus, quia volebant, quòd inſtanter, & ſæpius peterentur. Tamen olim per legem Theodoſianã quinq; dies dabantur ad vtrumque, vt patet in c. propter ſuperfluam. & c. ſequẽti. 2. q. 3. vbi plenè dixit text. quòd in ipſis quinque diebus datis ad appellandum debebat petere, & accipere apoſtolos. Demũ tempus appellationis fuit reſtrictum in propria cauſa ad biduũ, in aliena ad triduum. vt in l. 1. ff. quando appell. ſit & in c. biduũ. 2. q. 6. quod tempus durauit etiã tempore Codicis Iuſtiniani. vt in l. cos. in fin. C. eo. titu. tempus tamen petendorum apoſtolorũ fuit prorogatum ad triginta dies. vt in prædicta l. Iudicibus. Et puto in ampliando plus iudicium dare debentium, quàm petentium habitam fuiſſe conſiderationem, cùm difficilius fiat primũ, quàm ſecundum, & difficilius eſt dare, quam petere. Demu iure Authenticorum tempus appellandi fuit prorogatum ad decendium, vt in Authen. de appellat. col. 4. in principio. & in c. anteriorum. 2. q. 6. videtur etiam iure auctenticorum reſtrictum tempus apoſtolorum. vt in Authen. vt nulli iudicum. §. illas verò, col. 9. vbi dicitur illos dandos ſine aliqua dilatione. ſed glo. ibi exponit, ſine aliqua dilatione maiore triginta dierũ: ſed quomodocunq; legatur, facit contra opinionem, quæ vult dari vſq; ad quadraginta. His ergo bene ponderatis, ceſſabit fucata æquitas opinionis contrariæ, & patebit, quòd nulla ſubeſt cauſa, quare textus in d. l. Iudicibus. debeat violentari. hæc omnia docuit Ioãnes And. vbi ſup. Idem docuit Dominicus a Sancto Geminiano in d. c. ab eo. col. 2. in verſ. in fine gloſæ vtens ijſdem verbis, quibus vſum fuiſſe Ioannem And. aſſeruimus paulo ante, licèt ſubdiderit ibidem in col. 3. verſ. ſecundo caſu ipſe Geminianus, quòd opinio Ioannis de Lignano ſit æquior, & quòd Ioannes ipſe dixerit, ꝙ ſententia Ioannis And. vera ſit reſpectu appellantis, non autem reſpectu Iudicis, cui tempus triginta dierum currere debet a tempore appellationis interpoſitæ, vel a tempore intimationis ſibi factæ, ſi appellatum fuiſſet in ſui abſentia. Qui tamẽ Geminianus in d. §. Iudicibus. ſubſcribens ſententiæ dictæ Gloſæ in d. c. ab eo. & in d. Clem. quamuis. dixit indiſtinctè, quòd dicti triginta dies currant ex die ſententiæ. idẽ docuit Philippus Franchus in d. c. ab eo. col. 3. verſ. de iure tamen, dicens, quòd indiſtinctè de iure

verior

verior ſit ſupradicta opinio Ioannis And. quam & amplexatus fuit Paulus in Clem. 2. de appell. idē docuit expreſsè Cardinalis Zabar. in d. Clem. Quamuis. in principio, col. 2. verſ. dic quòd verior. dicēs (poſt multam diſcuſſionem ab eo factam) quòd indiſtinctè verior eſt ſupradicta noſtra opinio per dictam l. Iudicibus, ſcilicet, quòd iſti triginta dies currere incipiant a die latę ſnīę ſcitę, ſeu cognitæ, cū iſta tempora ſint cōpaſſibilia, & vtrumque ſimul concurrere poſſit: cùm fiat coram eodē Iudice. idem docuit Ioannes de Imo. in d. Clem. Quamuis, col. 2. verſ. ſtat ergo concluſio Gloſæ in effectu. Idem docuit Henricus Boich in c. cum ſit Romana. col. 3. verſ. ſed propter varietatē. ext. de appel. vbi poſt allata multa argumenta contra præſentem noſtram concluſionem, tandem aſtipulatur dictæ ſententiæ Ioannis And. & ſequacium, addens, quòd idem ipſe conſuluerit, dum caſus contingeret. idem docuit Cardinalis a Turrecremata in d. §. iudicibus, dicens, quòd dicti dies 30. incipiant currere a die ſententię, iuxt. dictum §. Specul. verò in lib. 4. titu. de Apoſtolis, §. ſequitur videre, nu. 13. verſ. debet autem peti. tacitè ſubſcripſit ſe præſenti concluſioni, aſſerens ſimpliciter, quòd apoſtoli ſint dandi a Iudice ipſi appellanti infra dies triginta. vt in d. l. iudicibus. & §. iudicibus, innuens, quòd intelligat dictum tempus triginta dierum tradendi, & recipiēdi apoſtolos incipere a die latę ſententiæ, vt expreſsè dicta iura ibi per ipſum citata ad verbum docuerunt. Quapropter & meritò dicimus ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſēti noſtræ concluſioni. idem docuit expreſsè Guid. Papa in deciſione 436. nu. 33. verſ. vigeſimoſextò quæro, an triginta dies. his præciſis verbis vtens, videlicet. Quæro an triginta dies, infra quos Iudex a quo debet apoſtolos concedere, (de quibus in l. iudicibus, C. de appell.) incipiat currere a die ſententiæ, vel a die appellationis tenuerunt indiſtinctè ſupradictæ Gloſæ, quòd a tempore ſententiæ latæ currunt dicti triginta dies, & iſta eſt communis opinio. & addidit ibidem hoc notatu dignißimum, dicens in aſſignatione tamen ad dandum reſponſionem Iudicis ſuper conceſſione apoſtolorum eſt aduertendum, q
165 quandoque Iudex † aſſignat diē ad dandum eos, ſimpliciter dicēdo, aſſigno tibi decem dies, & tūc iſti dies computabuntur a tempore appellationis interiectę. Quādoque Iudex aſſignat non ſimpliciter, ſed ſpecificè, dicendo aſſigno decimum diem iuris, & tūc illi decem dies computabuntur a die ſententiæ latæ, & hoc importat verbum iuris aſſignationi diei poſitum per dictam l. iudicibus. C. de appellat. & eſt talis effect⁹, quia ſi appellatio fuerit interiecta die tertia poſt ſententiā, & dies decimus iuris fuerit aſſignatus, tunc niſi pars appellans venerit die decima a die ſententiæ latę computanda, ejus appellatio erit deſerta, & ita vidi (inquit

Digitized by Google

quit Guid.) seruari per aliquos Iudices ad decipiendum iuris ignaros, vt eorum appellationes sint desertæ, ignorantes tempus iuris, vt eorum sententiæ ratæ maneant, sed male faciunt, & contra conscientiam, nisi declarēt diem iuris: & addidit, quòd secundum statuta Delphina, & stilum dictæ Curiæ parlamēti tempus datum ad petēdos apostolos currit a die sentētiæ, scilicet scitæ. hæc Guid. Pap. vbi supra.

In decisionem quartæ & vltimæ propositę quæstionis vnica af
167 ferretur cōclusio. Iudex † poterit tam ad instantiam victoris, quàm sine, in causa ciuili condemnare victum in iudicio ad expensas restituendas ipsius victori, & non solū factas in ipsis actis actitatis, vt sunt citationes, testium depositiones, decreta, & alia huiusmodi: verùm etiam in Aduocatis, procuratoribus, & alijs scripturis producendis, & in actis insertis per ipsos descriptis, vel per actuarios, seu notarios, & in sportulis necessariò soluendis de iure Iudicibus, alijsque ministris curiæ, iuxta consuetudinem, & ritum illius tribunalis, in quo causa ipsa ventilata fuit: & hoc verificabitur primò quotiescunque alteræ partis litigantis, & tādem succumbentis, ex actis ipsis actitatis comprehendi poterit temeritas, aut calumnia: in quo etiam casu si non habuerit vnde soluat huiusmodi expensas: huiusmodi Iudex huiusmodi succumbentem puniet ex suo officio mercenario alia pœna arbitria, cōsideratis omnibus conditionis dictę calumniæ, & illius calumniatoris. & secundò postquam victor iurauerit se dictas expressas expensas verè fecisse in dicta causa. Quapropter Iudex secundū illas condemnabit dictum succumbētem, & potiùs minùs, quàm magis. Tamen si a parte non fuerint petitę dictæ expensæ: etsi Iudex possit de iure ex eius officio Nobili condemnare dictum victum victori ad dictas expensas refarciendas: tamen si non cōdemnauerit, non tenebitur illas ex suo restituere victori, sed quando fuissent ipse expensæ petitę à victore: tunc in supradicto casu Iudex de suo eas soluere tenebitur victori. Nec ab huiusmodi iusta condemnatione liberare poterit victum iuramentum ab eo præstitum de calumnia: si ex actis ipsis apertissimè eliceretur calumnia, vel temeritas ipsius victi, seu condemnati. Hęc cōclusio sic limitata, ac declarata probatur triplici medio. Primò enim per argu. in c. calumniam. extra de pœnis. Vbi Alexan. Tertius in Cōcilio Turonensi hęc statuit, videlicet. [Calumniam, & audaciam temerè litigantium, condemnando in expensis & alio multiplici remedio sanctio imperialis compescit. Quoniam igitur sacris institutis consonare dignoscitur: præcipimus, vt de cętero in causis pecuniarijs victus victori in expensis condemnetur: nisi pro absente sententia proferatur.] hæc ibi. Diximus probari prędictam conclusionem per arg. in dicto c. calumniam. quia licet

inibi

inibi explicitè nõ sint omnia verba ipsius conclusionis, sunt tamen implicitè: cùm eo ipso, quod ibi dicatur [Victus victori in expensis condemnetur.] apertissimè indè elicietur, quòd ibi Alexan. Tertius intellexerit de supradictis expensis: de quibus tamen latiùs & apertiùs dicendum erit in relatione Doctorum sentẽtiarum afferẽdorum in corroborationem preſentis conclusionis. idem probatur & eodem modo per arg. in c. finem. ext. de dolo, & contum. Vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Finem litibus cupientes imponi, nè partes vltra modum grauentur laboribus, & expensis: preſertim cùm de beneficijs Ecclesiasticis litigatur, quę sine dispendio diù vacare non possunt, præsenti decreto statuimus, vt postquam intentionem suam altera pars fundauerit: si reliqua, fortè, voluerit legitimam exceptionem opponere, quam nolit, aut nequeat incontinenti probare. Quia frequenter ad impediendum, vel differẽdum processum exceptiones huiusmodi per excogitatam malitiam opponuntur: ad soluendas alteri parti moderatas expensas, ex tunc in iudicio faciendas, cum acceptis inducijs: si forsan in probationem defecerit, condemnetur. etsi soluendo non fuerit, aliàs secundum arbitrium discreti Iudicis puniatur. Vt hoc saltem timore perterritus, non facilè quis in grauamen alterius falsas exceptiones opponat.] hęc ibi. idẽ habetur in l. eum, quem. ff. de iudicijs. vbi hæc habentur, videlicet. [Eum, quem temerè aduersarium suum in iudicium vocasse constiterit, viatica, litisque sumptus aduersario suo reddere oportebit.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudicijs. vbi hæc habentur, videlicet. [sin autem alterutra parte absente, siue vtraque præsente lis fuerit decisa: omnes Iudices, qui sub imperio nostro cõstituti sunt, sciant victum in expensarum causa victori esse condemnandum: quantum, pro solitis expensis litium iurauerit: non ignorantes, quòd si hoc præterniserint, ipsi de proprio huiusmodi pœnę subiacebũt, & eam parti læsę coarctabuntur: Et hęc de alterutra parte litigantium, se contumaciter absentare, nobis statuere visum est, ad æquitatis rationem omnia corrigentibus.] hæc ibi. Et quòd Iudices teneantur taxare expensas post delatum iuramentum victori, seu parti, cui ipse erunt reficiendæ: sin aliàs Iudex eas de suo proprio restituat: docuit tex. in l. Sancimus. C. de iudicijs. & quòd ipse Iudex non poterit amplius taxare, quam fuerit à victore iuratum: docuit text. in Authen. post iusiurandum. C. de iudicijs. Vbi hæc habentur, videlicet. [Post iusiurãdum debitum, & pręstitum non licet Iudici amplius taxare.] hæc ibi inter alia.

Probatur & secundò Doctorum sententia, vltra glosas in dictis iuribus. Nam hoc ipsum docuit Bar. (sequendo Dynum) in l. 3. §.

3.§.hoc autem iudicium. num. 9. verſic.quintò quærit Dynus.ff. de damno infecto. & in dicta l. properandum.§. ſin autem alterutra. nu.4.verſic.quęro vtrum Iudex.& in Authen.de Iudicibus.§. ne autem.num. 6.verſic.quod quælibet pars debeat. & in §. oportet. nu. 11. verſic. quæro an Iudex poſſit condemnare. Idem docuit Specul.in lib. 2.titu.de expenſis. §. fi. incip.poſtremò dicẽdum eſt. qui Doctor hoc docuit præmittens
168 formam verborum † quia vti debebit Iudex in taxatione expenſarum facienda, quæ eſt talis,videlicet. Amice quid expendiſti in cauſa tali in aduocatis, in procuratoribus, quid pro examinatione teſtium à te productorum; quid in citationibus,& ſic de ſingulis actis actitatis, vt in dicta l. ſancimus. & ſi ille reſponderit vltra quã ſit veriſimile eum reſpondiſſe: puta, dixerit viginti libras: tunc Iudex ſi veriſimiliter ſibi videatur, quòd expenderit ſolùm quindecim, Iudex dicet, & ego taxo quindecim. Vnde dic per tuum ſacramentum quantum expendiſti infra quindecim: & ſi ille dixerit,quòd expendit duodecim, Iudex dicet, & ego eum tibi condemno in duodecim nomine expenſarum: & eas potius debebit reſtringere, quàm ampliare, inſpecta tamen qualitate negotij: & hoc ſecundum ipſum Specul.ſeruandum erit in diffinitiua ſententia. Qui Specul. vbi ſupra plurima notatu digniſſima de hac materia ſubintulit. & addidit ibidem col. 3.in verſic.quid ſi victor habuit gratis patronũ. Vbi ſic diſtinguit dicens. Aut patronus animo donandi hoc fecit: & tunc victus non tenebitur aliquid tribuere victori: ſed ſi præſtiterit patrocinium ipe aſſequendę mercedis à clientulo: tunc victus tenebitur victori quantum pro ſalario competenti meruerit aduocatus, quod & repetijt ipſemet Specul.ibidem in §.antè litis conteſtationem, col. 1. verſ.ex his. & col.5. verſic. in ſumma. & de expenſis factis poſt litis conteſtatio nem condemnandis. idem ibidem docuit in §. nunc de expẽſis, quæ fiunt poſt litis conteſtationẽ. per totum. Idem docuit Bald. in dicto c.finem.nu. 4. verſic. modò quærit Bernardus,idipſum docuerunt communiter Doctores in dictis citatis iuribus.

Ex hucuſque allatis in deciſionem propoſitę quęſtionis elicitur dictum Iudicem exceſſiſſe modum & formã iuris. Quapropter meritò fore puniendum ſancitis ab vtroque iure pœnis, vt latiùs probauimus in ſingularum quæſtionum indè propoſitarum deciſione.

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Nomine quis proprio poſſit petere ſibi ſolui legatum.*
2 *Legatis quid magis attendatur.*

3 *Fi-*

zed by Google

3 Filiabus datur actio iure contra patres ad assignandas sibi dotes.

4 Relictum legatum creditori intelligitur contemplatione debitoris voluntarij.

5 Legatum factum sub conditione, mortuo legatario ante euentũ conditionis efficitur caducum, & non transmittitur ad hæredes.

6 Legatis & fideicommissis si dubitetur, tunc erit recurrendum ad testatoris tacitam voluntatem dummodo verbis non repugnet.

7 Testamentorum obscurorum declaratione erit recurrendum ad verisimilem testatoris dispositionem.

8 Voluntas testatoris quando pro lege habenda erit.

9 Voluntas testatoris, aut dispomentis in vltimis voluntatibus, aut fideicommissis etiam tacita quando erit attendenda.

10 Clausula cuiuscunque dispositionis posita in fine, aut medio eius, quomodo erit intelligenda.

11 Verba præcedentia in aliqua dispositione posita limitant, seu declarant sequentia verba obscura.

12 Testamenti vna pars per aliam declaratur, & quare.

13 Oratio imperfecta testatoris quomodo perficiatur.

14 Verba in testamento ad declarationem posita non debent diminutionẽ inducere.

15 Legati verba quando sunt ambigua, tunc causa legati est inspicienda.

16 Filiarum appellatione non tantum veniunt iam natæ tempore legati, aut testamenti, verum etiam & posthumæ.

17 Vsusfructus legatus filiofamiliàs, quando dicetur contemplatione patris, & quando filij.

18 Regula peroptima tradita a Bart. ad cognoscendum, quando legatũ, vel donatio facta filio dicenda sit contemplatione patris, & quando contemplatione eiusdem filij.

19 Vsusfructus legati relicti filio commodum ipso veniente acquiritur patri eius, & non filio, licet post mortem patris acquiratur filio. & quare.

20 Dotis etiam profectitiæ actio communiter competit filiæ & patri & nu. 30.

21 Regula optima tradita à Bal. ad cognoscendum quando legatum, vel donatio facta filio, dicenda sit facta contemplatione patris, vel filij.

22 Vsusfructus legatus seruo, non poterit in ipso fundari.

23 Regula idem cognoscendi tradita per Paul. de Cast.

24 Responsio ac vera interpretatio ad tex. in l. fideicommissa. § interdum. ff. de legat. 3.

25 Satisfieri legato, cuius interest habet actionem illud petendi, licèt ad illum non fuerint directa verba legati.

26 Legatum in dubio videtur factum non solùm contemplatione eius, cuius principaliter interest, verum etiam eius, cuius minus interest.

27 Dictio [etiam] quid importet.

28 Fieri aliquid propter societatem quotupliciter dicatur.

29 Bartolum dixisse, quòd solùm ei cõpetat actio ex legato, cuius magis interest, non reperitur, sed solùm recitatiuè, & reprehendendo huiusmodi dictum cõtrarium iuri expresso.

Digitized by Google

preſſo.

31 *Regula peroptima tradita à Barto. ad cognoſcendum quando legatum ſit conditionale, vel in diem, & quando legatum tranſmittatur ad hæredes legatarij.*

32 *Regula tradita à Bal. idipſum cognoſcendi.*

33 *Regula optima de eodem tradita à Paulo de Caſt.*

34 *Regula optima idipſum cognoſcendi tradita à Iaſone.*

De valore legati facti filio, filiæve familias, & ad quem vſusfructus illius ſpectet.

THEMA:

Quidam Nobilis condens vltimum ſuum teſtamẽtum, inſtituit filios ſuos hæredes vniuerſales, inter quos, cum eſſet vnus nomine Marinus habens duas filias legitimas, & naturales (& per conſequens neptas teſtatoris) inter alia ipſius teſtamenti capitula in vno ipſorum his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Item prælegauit Marino eius filio ducatos ſex centum de carlenis argenteis, in caſu, in quem duæ filiæ ipſius Marini legitimæ, & naturales peruenerint ad ætatem perfectam annorum quattuordecim. Si verò dictus Marinus non habuerit, niſi vnam filiam legitimam, & naturalem, & ętatis perfectę, vt ſupra pręlegauit eidem ducatos tringentos tantum, ſin autem nulla ex filiabus legitimis, & naturalibus natis, vel naſcituris ad ętatem perfectam peruenerit, prælegauit eidem Marino ducatos centum quinquaginta ante partem, & vltra portionem̃ hęreditariam.] hęc eadem fuerunt verbā teſtatoris. Poſt autem mortem cuius, ex hac luce ſubtractus fuit dictus Marinus ſpatio vnius anni in circa, poſtquam ſibi nata fuiſſet alia, & ſic tertia filia legitima, & naturalis, nec non poſt mortem Marini mortua fuit vna ex illis duabus ſupra nominatis, & cum antequam dictæ neptę teſtatoris, & Marini filiæ peruenirent ad dictam ætatē quattuordecim annorum, dictus Marinus mortuus fuiſſet, per conſequens nec Marino ipſi, nec vni ex filiabus eius nomine Catharinę dictum legatum fuit hucuſque ſolutum a cohæredibus Marini, ſed nec ab hęredibus dictorum cohæredum.

Quæritur modò, An ipſa Catharina poſſit de iure conuenire dictos hæredes cohæredum dicti Marini, & hæredum grauatorum dicti teſtatoris pro dictis tringentis ducatis, ſibi legatis a dicto teſtatore eius auo paterno.

Digitized by Google

DECISIO XXXXI.

SANCTISSIMA, & indiuidua Trinitas, precibus, & meritis Beatissimę Virginis Deiparę Mariæ miraculorũ, cuius obsequio addictus sum, ac intercessione Beatissimi nostri Patriarchæ Benedicti, supplex obsecro, vt illumines tenebras meas, vt tua ope validissima adiutus, literis commendare possim veram difficillimæ præsentis quæstionis decisionem.

Et vt veritas ipsius decisionis magis, magisque eluceſcat procedam afferendo nonnulla in fauorem partis negatiuæ.

Primò ergo infrascriptis rationibus videtur dicendum dictam Catherinam ex huiusmodi legato nullam acquisiuisse actionẽ contra dictos hæredes cohæredum dicti Marini patris pręmortui.

Ratio ergo prima est; quia dictum legatum videtur factum non intuitu, & contemplatione dictæ Catherinæ, sed dicti Marini eius patris, in dicto legato proprio nomine nuncupati: cùm dicta Catherina tempore testamenti non fuerit nata: stante iuris regula verissima, in qua habetur, qp
1 proprio nomine † is solum agere de iure poterit contra hęredes legantis ad sibi soluẽdum legatum, cuius contemplatione legatum ipsum factum reperitur, prout docuit apertissimus tex. in l. fideicõmissa. §. interdum. ff. de legat. 3. etiam si ille, cuius contemplatione fuisset legatum factum, nõ fuisset in specie nominatus hæres, vel legatarius, sed alter. In dicto.n.§. hæc pręcisa verba habentur, videlicet, [Interdum alterius nomen scribitur in testamento: alteri verò fideicommissi petitio, vel legati competit: vtputa, si fidei hærę dis committatur, vt ipse publicano pro Titio præstet fideicommissum: hoc legatum non publicanus petit, (licèt sit ei adscriptum, sed ipse petere poterit, pro quo legatum relictum est. Multum autẽ interesse arbitror, cui voluerit respectum, cuiusq; contemplatione testator fecerit. Plerunque autem intelligendum est, priuati causa hoc feciſſe, licèt emolumẽtum publicano quęratur.] hæc in dicto §. interdum. ex quo Doctores, & glo. ibidem in versic. Non publicanus. elicunt dictam regulam, quæ etiam videtur probari per l. cùm aliquibus. C. de iure delibe. & fundari in hac ratione, videlicet: quoniam in legatis † magis attenditur cõtemplatio, quàm factum, iuxta tradita per Bald. in l. pactum quod dotali. quęst. 9. C. de eden. Aym. Grauet. in consil. 288. Margarita. col. pen. versi. Quartò principaliter. vol. 2. incip. Disponat enim testator, & secundum eius mentem fiat lex.
2

Ratio secunda est, quoniam sicut appellatione mancipiorum legatorum non continentur postea nati ex ipsis, vt in l. vxorem. §. sorori. ff. de legat. 3. sic arguendo ab identitate rationis, videtur dicendum, quòd appellatione filiarum Marini, quæ tempore testamenti

menti erant natæ ex dicto Marino, non veniat Catherina ex ipſo poſt mortem teſtatoris nata, ac per conſequens ad ipſam non extendẽdum videtur fore dictum legatum, & indè ſequitur, quòd nec actio aliqua ei competere videtur contra dictos hæredes virtute dicti legati.

Ratio tertia eſt, quoniam cùm diſpoſitio huiuſmodi directa fuerit principaliter in Marinum, & non in filias ipſius. Quapropter dato & non conceſſo, quòd dicta diſpoſitio fuiſſet facta propter ipſas filias: cauſa tamen ipſius diſpoſitionis fuit pater earum, & tãquam proxima magis foret attendenda, & ſic ſequi videtur legatarium fuiſſe Marinum, & non eius filias: ſi ergo ipſę dicendæ nõ erunt legatariæ, indè ſequi videtur nullam actionem contra dictos hæredes ipſis produxiſſe dictum legatum.

Ratio quarta, quoniam legatũ ſemper intelligitur factum contemplatione eius, cui⁹ magis intereſt iuxt. Bart. in l. ſi cui. §. fin. ff. de legat. 1. & in l. 3. §. fin. ff. de libera. legat. prout in ſcriptis aſſeruit quidam Doctor aduerſando præſenti noſtræ deciſioni, qua ſtãte regula videtur, quòd magis interſit Marini patris eorum, quàm ipſarum, quòd ſolutio legati fieret, cùm de iure pater teneatur dotare filias ſuas. vt in l. qui liberos, ff. de ritu nupt. vbi datur actio filiabus contra patrem ad ſibi dotes aſſignandas. † Quapropter indè ſequitur, quòd in diſpoſitione dicti teſtatoris legantis non poterit contemplari, niſi perſona grauata, ſcilicet Marin⁹ pater earum. & ſic nullam actionem ex legato huiuſmodi videtur poſſe põtendere ipſam Catharinam filiã dicti Marini. 3

Ratio quinta. Arguẽdo ab identitate rationis, ſic videtur poſſe dici, ſicut relictum † creditori intelligitur contemplatione debitoris voluntarij, multò fortius legatum factum patri pro filiabus maritandis, non ſolùm expreſsè, ſed cõtemplatiuè intelligetur patri directum tanquam debitori neceſſario in dote, cùm pro debitore neceſſario præſumi conueniat, vt in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matrim. ergo, &c. 4

Ratio ſexta. Quoniam dicendum de iure noſtro erit, quòd dictũ legatum acquiratur filiabus dicti Marini tanquam profectitium: quoniam tunc fore dicendum videtur, quòd inanis fuerit ipſarum filiarum contemplatio, cum momento non ſit poſſibile futurum penes eas. vt in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupill. & in l. placet. ff. de acquir. hæred.

Ratio ſeptima eſt, quoniã cùm in dicto legato facto a dicto teſtatore fuerit præceptum, quòd dicta pecunia legata ipſi Marino ſit ſibi ſoluta non ſimpliciter, ſed quando dictæ duæ eius filiæ peruenerint ad ætatem quattuordecim annorum, inde videtur ſequi, quòd ipſum legatum fuerit conditionale. At cum ipſe Marinus legatarius mortuus fuerit ante euẽtam huiuſmodi cõditionẽ: inde ſequitur, ꝙ dictum legatum tan-

5 tanquam cõditionale, fuerit effectum caducum, & per cõsequens dictum legatum transmitti de iure nõ posſit ad hæredes dicti Marini legatarij, & sic non ad Catherinam eius filiam, prout apertissimus docuit text. in l. vnica. C. si sin autem aliquid. C. de caduc. toll. vbi communiter per glo. & Docto. etsi non negemus hoc non habere locum in contractibus, vt ijdem Doct. & glo. singul. in §. ex conditionali. in vers. contigerit. instit. de verb. oblig. & per Bar. in l. ab omnibus. §. in testamento. ff. de lega primo, imò hoc ipsum docuit tex. in dicto §. in testamento, vbi hæc habentur, videlicet [In testamento sic erat scriptum: Lucio Titio si is hæredi meo tabulas, quibus ei pecuniam expromiseram, dederit, centum dato: Titius deindè antequam tabulas hæredi redderet, decesserat: Quæsitum est an heredi eius legatum deberetur, Cassius respondet: si tabulæ fuissent, non deberi, quia non redditis his dies legati non cessit, Iulianus notat: si testamenti faciendi tempore tabulæ nullæ fuerunt, vera ratione dici potest legatum Titio deberi: eò quòd conditio pro non scripta habeatur.] hæc ibi. vbi idem docuit Paulus de Castro & Iason in l. si post mortem. §. si purè, nu. 5. & 7. col. 2. ff. de legat. primo, citans ad hoc dictam l. vnicam. §. sin autem. C. de caduc. toll. vbi ad verbum hæc præcisa verba habentur, videlicet. [sin autem aliquid sub conditione relinquatur, vel casuali, vel potestatiua, vel mixta, quarum euentus ex fortuna, honoratæ personę voluntate, ex vtroque pendeat, vel sub incerto die, expectari oportet conditiones euentum, sub qua fuerit derelictum, vel diem: vt tunc cedat, cùm vel conditio impleatur, vel dies incertus extiterit. Quod si in medio is, qui ex testamento lucrum sortitus est, decedat, vel eo superstite conditio defecerit, hoc qnod ideo non prævaluit manere disposuimus, simili modo apud eos, a quibus relictum est, nisi & hic, vel substitutus relictũ accipiat, vel coniunctus, siue hæres, siue legatarius hoc sibi acquirat, cùm certi iuris sit, & in institutionibus, & legatis, & fideicõmissis, & mortis causa donationibus posse substitui.] hæc in dicto §. sin autem.

His tamen & similibus nõ obstantibus nostrã Dei Optimi Maximi ope adiuti studebimus proferre sententiam, munitam nõ fucatis, sed veritissimis, realibus, atque firmissimis rationibus vtriq; iuri consonis, & rationi ipsi consentaneis.

Firmissimè asseueramus dictã Dominam Catharinam adhuc de iure posse proprio nomine prosequi in iudicio actionem contra dictos hæredes hæredum dicti testatoris eius paterni aui: ac per consequens, Iudicem teneri de iure condemnare illos ad sibi tãquam legatarię soluendos trigentos ducatos sibi legatos à d. testatore eius auo. cuius sententiæ vnicum fundamentum sit hoc.

Quoniam regula iuris verissima.

ma & vulgatiſſima apud Doctores vtriuſque cenſuræ, eſt, quòd
6 in vltimis † voluntatibus & fideicommiſſis (prout in caſu noſtro contingit) vbicunque de aliqua re controuerti contingit, ſemper & antè omnia ipſius teſtatoris voluntas attendenda erit, & ſecundum illam erit iudicandum: cùm etiam potius attendēda ſit, quàm eiuſdem verba dummodo omnino non repugnent. Et huic veriſſimo fundamento communiter Doctores ſe ſubſcripſerunt per nos relati in noſtra deciſione quarta: quos ideo hìc recenſere ſuperfluum fore iudicauimus. ex quo veriſſimo fundamento eliciuntur nonnullę breuiſſimæ ac veriſſimæ rationes, quibus ſupradicta noſtra ſententia roboratur. Prima quarum eſt, quòd ſi de voluntatis teſtatoris apertè non videatur in ſuo teſtamento conſtare: eo
7 quòd verba † illius eſſent obſcura, tunc recurrendum eſſet ad id, quod eſt veriſimile: cùm regula iuris ſit, quòd diſpoſitio teſtatoris ad caſum, de quo ipſe ſi cogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, veriſimiliter reſpondiſſet: eò quòd legatum obſcurum declararetur ex coniecturis, vt docuit textus apertiſſimus, & ibi communiter Doctores in l. ſi ſeruus. §. ſi numerus. ff. de legat. primo. Dato ergo & non conceſſo, quòd ex verbis 8 ipſius teſtatoris ita apertè ſecundum aliquos, non conſtaret de voluntate teſtatoris (etſi ſecundum nos apertiſſimè cōſtet) cùm poſtquam ipſe teſtator aſſignaſſet dicto Marino eius filio ſex centos ducatos, ſi duæ ipſius filię peruenirent ad ætatem quattuordecim annorum; formidans tamen, vt poſtea contigit, nè altera earum moriendo non peruenire poſſet ad talem ętatem; ſed ſolùm vna, ſtatuit ſibi aſſignandos fore trigentos ducatos: & quoniam aduertit quoque poſſe contingere, quod loco illarum filiarum Domini Marini, & ipſius teſtatoris neptarum, naſcerentur alienæ, videretur ſolùm intuitu illarum huiuſmodi feciſſe legatum, prudentiſſimè ſuam mentem volens declarare, ibidem ſtatim ſubintulit, dicens. [Sin autem nulla ex filiabus legitimis, & naturalibus ipſius Marini natis, vel naſcituris, ad ętatem perfectam deuenerit.] &c. ex quibus apertiſſimè elicitur ipſum teſtatorem voluiſſe huiuſmodi legatum in principio dicti capituli ſortiri effectum, ſi ſuperuixerint duæ filiæ ipſius Marini: & peruenirent ad ætatem quattuordecim annorum: & ſic patet huiuſmodi legatum, ſeu fideicōmiſſum factum in diem, & non conditionale, illis ſoluendum, cùm peruenirent illæ in ætatem quattuordecim annorum: qui quidem dies legati iam aduenit: cùm ipſæ filię Domini Marini iā peruenerint ad ætatem triginta annorum, & vltra. At cùm à iure 8 prę cipiatur † voluntatem teſtatoris fore tenēdam pro lege in his, quæ merè à voluntate eius dependent, vt docuit aureus textus in Authent. de nuptijs. ferè in principio. in §. diſponat itaq; (vt contingit in caſu noſtro) etiam ſi ipſa

sa solum possit elici ex coniecturis. Inde sequitur veritas nostræ decisionis.

Secunda ratio præsentis nostrę decisionis est, quoniã in vltimis voluntatibus, & fideicommissis te
9 statoris voluntas † tacita collecta (vti diximus) ex coniecturis erit attendẽda, & prout verisimile est ipsum respondisse, si fuisset de tali casu omisso interrogatus, qua stante vera ratione approbata a text. in l. cum proponebatur. ff. de legat. 2. & ibi per Doctores, & per Decium in l. 1. post num. 4. C. de collat. quis sine rubore asseuerare poterit ipsum testatorem erga duas illas eius neptas bene affectum stante etiam eiusdem finali voluntate legandi dictos sexcentos ducatos illis voluisse priuare dictam Catherinam neptam eiusdem subrogandam loco præmortuæ ante dictam ætatẽ quattuordecim annorum?

Tertia ratio est, quoniam regula iuris est, quòd clausula posita
10 † in fine, vel medio cuiuscunque dispositionis semper erit intelligenda secũdum capitula, seu clausulas in principio dispositionis positas, quãdo si fieret relatio ad huiusmodi capitula, vel clausulas non induceretur aliquod exorbitans a iure communi, imò & clausula in fine ipsius dispositionis posita refertur ad omnia præcedẽtia dispositа, iuxt. tex. in l. talis scriptura. ff. de legat. 1. Aret. teste in d. l. talis scriptura, col. 5. vers. quartò adde. At cum illa finalis clausula in testamento supradicto posita [sin aũt, &c.] vbi fit mẽtio de nascituris fuerit collocata in fine ipsius Capituli, seu dispositionis legati per dictũ testatorem facti in fauorem duarum filiarum Marini. Indè apertissimè sequitur fore intelligendam de filiabus nascituris loco alicuius dictarũ filiarũ præmortuarum ipsius Marini, iuxta illam pulcherrimam iuris regulam, in qua habetur, quòd ver-
11 ba † præcedentia in aliqua dispositione posita limitant, seu declarant sequentia verba obscura, adeo quòd ipsa videntur repetita: quam regulam quamplurimi Doctores vti veritissimam libẽtissimè amplexati fuerunt, quos recensuit Guid. Pap. in sua breui, & eleganti decisione 485. incip. Si in aliqua dispositione, nu. 2. vers. & facit pro hoc. in cuius regulæ fauorem facit textus in l. si ita institutus. §. Grisogonus. cum ibi notatis per Bart. ff. de verborum obligatione.

Quarta ratio est, quoniam vna
12 pars testamẽti † (prout supra annuimus) per aliam partem eiusdẽ testamenti declaratur, & ab ipsa recipit verum sensum voluntatis testatoris expressè, etsi non ita clarè in ipsa parte testamenti, ita vt verbum ambiguum in vna parte positũ recipiet interpretationem ab eodem verbo in alia parte explicitè declarato, prout cõmuniter Doctores semper docuerũt, teste Aemilio Ferreto in l. qui filiabus. in principio, numero quarto, ff. de legat. primo, & fundamentum præsentis regulæ est patentissimum, cum regulariter mens testatoris præsumatur ea-

dem fuisse in vna parte testamenti, quæ fuit in alia, prout docuit Bartolus in l. Centurio, colum. 9. versic. vel quid si in præcedentibus. ff. de vulgar. & pupil. quem sequuntur communiter Doctores teste Socino iuniore in suo consilio 101. num. 7. volum. 1. & Iulio Claro in suo §. testamentum, quæstio. 76. in versic. tertia regula: quos recensuit Emanuel Soarez in tract. commun. opinio. titu. de testamentis, num. 73. & quòd hæc conclusio, siue iuris regula sit vera, & de plano procedat docuit quoque Michael Grassus in tract. commu. opinio. titu. de testamentis, quæst. 76. nu. 22. etsi ipse ibi dixisset, quòd circa ipsam varij varia senserint. Ipse tamen ibi subdidit, quòd hæc conclusio procedat quando sumus in eadem clausula, & dispositione, (prout contingit in casu nostro) quoniam tunc qualitas expressa in vna parte testamenti cẽsetur repetita in alia, prout docuit etiam Sforz. Odd. in tract. compen. par. 6. articulo quarto, conclusione quarta, & Paris. in consilio 35. numero decimonono, volumine tertio, qui asseruit hanc esse communem in consil. 87. num. 49. volum. 2. & in consi. 38. num. 24. & sequenti, volumine secundo.

Quinta ratio nostræ decisio-
23 nis est, quoniam oratio † imperfecta non tantũ perficitur ex præsumpta voluntate defuncti, vt in l. si in testamento, ff. de legat. primo. Verum etiam perficietur ex præcedentibus, & sequentibus verbis ipsius, si congruè fieri poterit, vt in l. cum pater. §. cùm imperfecta. ff. de legatis secundo, & quòd hoc contigerit in casu nostro iam ex allatis apertissimè innotuit. Nam illud verbum generale prolatum in dicto legato, ibi [vel nascituris] referri necessario ad omnes dicti Marini filias debebit, & ad omne tempus in quo nascerentur. vt docuit apertissimus textus in l. si ita fuerit. ff. de legatis tertio, & ibi communiter per Doctores.

Sexta ratio fundamentalis præsentis decisionis est, quoniam ver
24 ba † ad declarationem in testamento posita non debent diminutionem inducere, vt docuit singul. textus in l. nomen debitoris, §. pater, ff. de legat. tertio, cum ergo illud verbum [nascituris] ibi pateat positum a testatore ad declarationem suæ mentis expressè in dicto legato: Indè sequitur nõ debere inducere diminutionem pecuniarum legatarũ duabus neptis, eo magis, quòd ibi testator vsus fuerit numero plurali, sicut a principio, dum de illis duabus neptis loquutus fuerat, & hoc consulto: cùm potuisset contingere, quòd ambæ illæ duæ eius neptæ iam natæ tempore testamenti mortuæ fuissent ante dictam ætatem annorum quattuordecim, & loco earum aliæ duæ dicto Marino exortæ, quæ aliàs vtique fuissent priuatæ tali beneficio huiusmodi legati facti per eum, qui solùm habuit respectum ad præstanda, in omni contrario euentu, saltem alimẽta ipsis duabus neptis, cùm non posset legitima

Digitized by Google

ma ratiò differentiæ inter dictas neptes iam natas (ferè nuperrimè) & nascituras, cùm vtreque fuerint sibi agnatæ in æquali gradu.

Septima ratio fundamentalis præsentis nostræ decisionis esse dignoscitur, quoniam iuris regula optima est, quòd quando ver-
15 ba legati † sunt ambigua, tunc causa legati est inspicienda, argument. in l. vxorem, & filium. in principio, ff. de legat. tertio, arguendo indè a contrario sensu. Dato ergo, & non concesso, quòd verba supradicti legati essent ambigua, recurrendum erit ad causam, qua testator motus fuerat ad huiusmodi legatum faciendù neptis iam natis, & nascituris: quæ procul dubio eadem est in vtrisque (vt diximus.) Nempè amor, & causa agnationis existentis in eodem gradu. Indè ergo sequitur, quòd dictum verbum [Nascituris.] denotet etiam ipsas neptas nascituras computandas fore inter illas duas legatarias, si ambæ, vel altera earum ante ætatem annorum quatuordecim fuisset mortua, & ipsas nascituras fortiendas fore idem legatum loco illarum iam natarum tempore testamenti.

Octaua & vltima ratio est (inter multas alias, quæ afferri possent.) Quoniam appellatione fi-
16 liarum † non tantum veniunt filiæ iam natæ tempore testamenti, seu legati, verum etiam & posthumæ, prout docuit singularis textus (& ibi communiter per Doctores) in l. qui filiabus. in principio, & in §. si quis. ff. de legat. 1. Nam hæc præcisa verba habentur in principio dictæ l. videlicet. [Qui filiabus legauit, si mentionem in aliqua parte testamenti Posthumæ fecit, videtur in filiarum legato, & de posthuma sensisse.] hæc ibi. & in dicto §. si quis. hæc præcisa habentur verba, videlicet [si quis ita legauerit. si qua filia mihi genita erit, ei hæres meus centum dato, pluribus natis, videtur singulis tantundem legasse: quod ita accipiendum est, nisi euidens contraria sententia testatoris.] hæc ibi. Arguendo modo ab identitate rationis, cùm & neptæ aliquo pacto dicantur filiæ aui paterni: cùm illæ ab ipso descenderint mediãte eius filij persona, & quamplurimi aui magis diligant nepotes, & neptas, quàm filios proprios earum patres. Quapropter meritò vulgaribus iuribus appellatione filiorum veniunt nepotes. At cum ipse testator, & auus dictæ Catherinæ filiæ dicti Marini in dicto legato fecisset mentionem de neptis nascituris, nihil ambiguitatis reliquisse conspicuum est, quòd ipse intellexerit de neptis nascituris. Quapropter concludimus dictam Dominam Catherinam virtute dicti legati de iure posse agere proprio nomine contra hæredes hæredum dicti testatoris aui paterni sibi legantis tringentos ducatos, cum ipsa non solùm peruenerit ad ætatem quattuordecim annorum, taxatam in legato, verum etiam

excesserit ætatem triginta annorum.

Ad hoc ipsum faciunt infrascripta singularia. Nam posthumo sicut iam nato potest libertas relinqui, vt in l.cum inter veteres, C. de fideicõmiss. liber. Ita quòd libertatis fauore si vni posthumo relinquatur libertas, omnes, qui postea nascentur ex illo ventre erunt liberi, vt ibi. Necnon die legari, vel fideicommissi cedente in persona patris, iuxta l.quæ legata.ff.de regulis iuris. Tale legatum nedum transmittitur ad suos hęredes iam natos, sed etiam ad posthumos in vtero vxoris existentes, vt in l.si in persona. C.de fideicommissis. Pariter moriente filio indebitè, vel iniustè exhæredato, quærelam etiam non præparatam contra testamentum patris transmittit, nedum ad suos iam natos, verum etiam ad posthumos. vt in l. si quis filium, C.de inofficioso testamento. Similiter hæreditas suorum parentum non agnita ad eos, sicut ad iam natos transmititur, secundum Bartolum in l.prima, C. de his, qui ante apertas tabulas. Et si institutis a matre prægnante duobus filijs iam natis, posthumus post testamentum factum natus censetur cum duobus iam natis æqualiter institutus, ita quòd succedet matri in tertia parte, nec rumpet testamentum, si mater testamenti mutandi non habet facultatem, quia morte præuenta. Casus est singularis in l.tertia, C.de inofficioso testamento, & taliter, quòd ille posthumus sic pro tertia parte succedens, cùm habeatur pro hęrede instituto, quamuis in testamento non fuerit nominatus ad suam virilem partem consequendam actionem habebit hæredibus nominatis competentem, si experiri voluerit petitorio, nec non si possessorio habet beneficiũ l.finali. C.de edicto Diui Adrian. tollen. secundum Guliel. de Cuneo singulariter in dicta l.tertia, C.de inofficioso testamẽto, quod dictum reputauit Ang. mirabile in l.si quis ita hæres. ff.de hæred. instit. & in l.antequam. C.communia de succeff. & licet posthumus non sit in potestate patris donec nascatur, vt in dicta l.finali,de collat.bon.Tamen potest ei pater substituere pupillariter, vt in l.finali,C.de institut. & substitut.quia substitutio pupillaris dicitur testamentum, & prouisio filij. vt in l.Papinianus, §. sed nec impuberis.ff.de inofficioso testamento. Ideo cùm agatur de sua prouisione,& fauore habetur pro iam nato, vt ei pupillariter substituatur secundum Salycetum in l.si testamento, C. de impuberis, & alijs substitut. & similiter, vt ei a patre tutor detur. Quinimmo si pater simpliciter tutorem filijs suis dederit, nedum videtur prouidisse filijs iam natis, sed posthumus, cùm in hoc casu agatur de ipsorum commodo. Institu. qui dari tuto. testam. poss. q etsi secus esse dicatur (simpliciter,& regulariter loquendo) in legato, secus in casib.singularibus vt infra statim. Nã pater legando filia-

ized by Google

filiabus, non videtur legasse, nisi iam natis, quia legatum relinquitur (vt plurimum) propter benemerita legatarij: posthuma autē non potuit mereri, ideo non comprehenditur in legato. Præterea legatum relinquitur propter affectionem, quam habet testator erga legatarium, quam saltem tantam affectionem pater habere nō potest ad nascituram, sicut ad natam filiam: & ideo regulariter loquendo, appellatione filiarū non veniet nascitura. Attamen singulariter notādum erit, hoc patitur exceptionem, nempe quando ex aliqua coniectura legitima contrarium eliceretur per quā in dubio testator legando filiabus præsumeretur sensisse de posthuma, (vt apertissimè cōstat in quæstione proposita, cùm de nascituris fiat etiam sermo) veluti si in aliqua parte testamenti mentionem fecit de posthuma. Nam postea legando filiabus, videtur etiam sentire de posthuma. Item si pater habet amplum patrimoniū, ita quòd ex patrimonij quātitate habito respectu ad numerum liberorum, testator tantū reliquisset posthumæ. arg. in l. si filię. ff. de legat. 3. Item si testator dixisset, filiabus lego, cùm vnam solam filiam natam haberet, quia tūc dictio numeri pluralis non verificaretur, nisi de posthuma sensisset. argum. in l. fin. ff. ad Trebell. Item si sciebat vxorem prægnantem, vt in l. si cùm in vtero. C. de militari testamēto, secundum Bar. in d. l. qui filiabus. & idem esset secundū Pau. ibi si testator filiabus suis legasset id, ad quod de necessitate tenetur, puta, quia cuilibet filiarum dotem legauit, ad quam tenebatur ex forma statuti. Quo casu in tali legato appellatione filiarum posthuma comprehenderetur: & ratio est, quia cùm tunc in omnibus filiabus sit par, necessitas sequitur, quòd in tali legato posthuma contineatur, ad cuius dotationē tenebatur pater, sicut videmus in datione tutorum, quę fit ratione filiationis, quæ par est in omnibus, vt videtur etiam sentire Bar. in d. l. qui filiabus. si benè ponderetur: dum dicit, quòd licet legatum filiabus factum non comprehendat posthumam, tamen institutio facta de filiabus, bene comprehendat filias posthumas: cùm testator teneatur ad eas instituendas, sicut iam natas, vt in l. placet. cùm ibi not. ff. de liber. & posthum. vbi vt institutio valeat, ad quam testator de necessitate tenebatur appellatione posthumi, comprehenduntur omnes posthumi nascituri: licèt in alia dispositione non comprehenderētur: secus in legatis, quia relinquere legata non est de necessitate, sicut instituere hæredes liberos, quod & tenuit Raphael in d. l. qui filiabus. per l. Neratius, ff. de testam. manumiss. & Guliel. Benedicti in singulari sua repet. c. Raynut. in c. & soboles, quam gestabat in vtero, nu. 33. vers. præterea posthum. & deinceps.

His ergo præmissis Deo Opt. Max. auspice quam facillimè respondebimus sigillatim ad obiectiones propositas.

Ad id, quod primo loco dicebatur nempe, quòd dictæ Catherinæ nulla actio competeret, eo quòd videbatur factum ipsum legatum non contemplatione sui, cùm tunc nata non fuisset, sed cõtemplatione Marini: & ideo Marino & nõ sibi actio competeret, vt docere videbatur text. in l. fideicommissa. §. interdum. ff. de legat. 3. Respondemus duplici modo. Primo enim dicimus, quòd immo saltem post mortem dicti Domini Marini dicendum de iure erit, quòd dictum legatum fuerit factum contemplatione filiarum Marini, & sic dictæ Catherinæ, per argum. in l. fin. in fine. C. de vsufruct. Sciendum ergo, quòd hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Ex libris Sabinianis quæstio nobis relata est, per quam dubitabatur, si vsusfructus per seruũ acquisitus, vel per filiumfamilias, capitis diminutione filij magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, vel serui quacunque alienatione, vel morte, vel manumissione posset adhuc remanere. Et ideo sancimus in huiusmodi casibus, neque si seruus, vel filiusfamilias in prefatos casus inciderit interrumpi patri, vel domino vsũfructũ, qui per eos acquisitus est; sed manere in tantum. Neque si pater magnã capitis diminutionem, vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce exemptus fuerit, vsumfructum perire, sed apud filium remanere, etiam si hæres a patre nõ relinquatur: Vsumfructum enim per eum acquisitũ apud eum remanere etiam post patris calamitatem oportet, cum plerumque verisimile sit testatorem contemplatione magis filij, quàm patris vsumfructum ei reliquisse.] hæc ibi. Ex quibus videtur elici apertissimè veritas nostræ decisionis, arguendo ex identitate rationis tali pacto: sicut si
17 vsusfructus † relictus filio, etsi in vita patris videatur fingi, & fuisse relictum contemplatione patris, & non filij: post autem mortem patris fingatur, seu præsumatur a lege fuisse relictum contemplatione filij, & non patris, ita vt omnino debeatur ipsi filio, etiam si non fuisset hæres: eodẽmet modo erit dicendum in casu nostro, quòd licet potuerit dici aliquo pacto relictum dictum legatum Marini contemplatione, tamen post ipsius mortem dicendũ erit fuisse relictum contemplatione filiarum eius, & sic dictæ Catherinę: idipsum probatur authoritate infrascriptorum Doctorũ: Bar. enim in l. filiofamilias mortis causa. ff. de donat. causa mor. col. 2. in vers. quid dicemus. Hanc peropti
18 mam tradit regulam, † dicens. Aliquãdo in institutione legati, vel donatione fit mentio patris, & patriæ potestatis, & dispositio confertur in tempus existentię patriæ potestatis, & tunc in dubio contemplatione patris, vt in l. filio. ff. de condict. & demon. Quandoque fit mentio patris, & patrię potestatis, & dispositio confertur in tempore existentiæ sui iuris, & tunc contemplatione filij, vt in l. mulier. in princ. ff. ad Treb. & in l. 3. C. de instit. & substitu. quando

do fit filij, & patris tantum, & tũc quandoque id, quod relinquitur filio, non potest quæri filio, sed patri tãtum, & tunc contemplatione patris videtur relictum, & hoc probatur ex ratione l. cũ aliquis, C. de iure delib. si verò potest q̃ri ipsi filio, tunc in dubio contẽplatione filij, & persona patris demonstrationis causa videtur adiecta. vt in l. fin. in fine. C. de vsufructu. & in l. his verbis. in fi. ff. de hę redi. instit. & ista sunt vera in proprietate. (Adde tu. & sic in casu nostro in quo dicitur relictos fore tringentos aureos, & nõ eorum vsumfructum,) sequitur Bartolus. Quid in vsufructu, si pater superuiuat filio, dicetur relictus vsusfructus filio contemplatione patris, si filius dicetur contemplatione filij. vt in l. fin. in fin. C. de vsufructu. Hæc docuit Bart. vbi supra, qui de eadẽ materia loquens in d. l. fi. post repetitionem supradictę distinctionis, ac decisionis, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Debes enim scire, q̃ quando filio relinquitur vsusfructus
19 † ex causa aduentitia, licet ipse sit fructuarius, tamen commoditas fructuum pertinet ad patrem. vt not. in Authen. Idem est. C. de bo. quæ liber. si igitur filius decedit viuo patre, hic euentus declarat, quòd filio nihil potest quęri, & ideo præsumitur isto casu contemplatione patris relictum, & patri dicetur vsusfructus quæsitus. vt in principio legis, sed si pater decedat primò, hic euentus declarat, quòd filio potest quæri: quia est sui iuris effectus, & ideo videtur contemplatione filij relictum. hæc Bart. vbi supra, qui idipsum breuius repetijt in l. cum aliquis. C. de iure deliber. Idem docuit Bal. in d. l. cum aliquis breuiter secundum supradictam distinctionẽ, quod adhuc apertius ipsemet Bal. docuit in d. l. fin. col. 2. in vers. sed quæ est ratio, quare mortuo patre superstite filio, redijt ad filium ipse vsusfructus legatus. Respõdit dicens, ratio est, quia penes filium reperitur vsusfruct⁹ formalis etiam viuo patre, & est vnus, & idem vsusfructus numero in filio, & patre: tamen viuo patre iste vsusfructus residet in filio habitu, mortuo autem patre residet habitu, & actu, nec est (inquit) nouum, quòd idem ius reperiatur insolidum in patre, & in filio: aliter tamẽ in vno, quàm in alio, & hoc reperitur in dote,
20 cuius actio † cõmunis est patri, & filiæ, & ex vno consolidatur in altero. vt in l. in rem præsenti. §. videamus, ff. eo. sed quæ est ratio, quòd non ex toto vsusfructus separetur a filio, & vadit ad patrẽ. Ratio est (inquit) testatoris contemplatio, qui voluit filium esse vsufructuarium, & subdidit ibi
21 Bal. quòd † hoc dixerit ipsa lex, qui Bald. concludendo afferenda in decisione præsentis quæstionis, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Conclude ergo distinguendo, quòd aut est certum, q̃ filij aut serui cõtemplatione fuit relictus vsusfructus, & tunc eorũ morte finitur, aut est certum, q̃ contemplatione patris, aut Domini, tantum fuerit relictus: tunc

eorum morte finitur. Aut est dubium, & tunc in dubio capietur quædam media via, vt moriente filio, vel seruo non pereat. Item nec moriente patre, sed morien-
22 te domino sic, quia in seruo † nõ potest fundari vsusfructus: & addidit idem Bal. ibidem colum. 3. versic. respon. his præcisis verbis vtens, videlicet. Quandoq; persona patris & Domini inseritur per modum demonstrationis: quandoque per modum contemplationis: Quandoque dubitatur primò casu præsumptio adaptatur ad seruum, & ad filiũ. Secundo casu ad patrem & Dominum. Tertiò ad vtrumque, scilicet ad filium & seruum per priùs, & ad dominum & patrem per posteriùs, vt hìc. vel dic. Aut in dispositione fit mentio potestatis, aut non. Primò casu præsumitur contemplatione eius, qui habet in potestate. Secundò casu. Aut affectio naturalis, aut merita precedentia concernunt personam filij, vel serui: & tunc videtur eorum contemplatione relictum. Si verò concernunt personam patris aut domini, vt in l. sed si plures. §. in arrogato, ff. de vulg. substitu. si autem hìc non apparet, refert. Aut disponens sciebat de patria & dominica potestate; & tunc habet locum lex nostra. Aut ignorabat, & tunc presumitur, quòd contéplatione personæ, cui principaliter titulum adscribit: vt in l. ñ seruus communis ita. ff. de stipul. seruorum. subdidit quoque idem Bal. ibidem. in versic. solue alijs omnibus. & hæc præcisa verba, videlicet. Quandoq; filio legatur nuda proprietas, & tunc patri nihil acquiritur (vt in casu nostro) cùm pecunia ex se non habeat fructum, quandoque plena proprietas, & tunc filio acquiritur proprietas, patri autem vsusfructus formalis ex dispositione legati, vt in l. cùm oportet. & in l. fina. C. de bo. quæ liber. Quandoque relinquatur filio merus vsusfructus formalis, & tunc in isto vsufructu seruatur hæc lex. Nam in eodem vsufructu numero, concurrunt pater & filius, scilicet filius quo ad titulum, & pater quo ad effectum, qui durat in patre, eo viuente in integro statu: postea reuertitur ad suã originem, idest ad filium: nec consolidatur proprietati, quia filius, qui est in medio, & habet titulũ vsufructuarij impedit consolidari: & in hoc consistit subtilitas huius legis. hæc Bald. vbi supra. qui ibidem in fine retulit breuiter sententiam supradictam Bart. Idem docuit & Paul. de Castr. breuissimo sermonis periodo in dicta l. fi. C. de vsufru. dicens, quòd quan-
23 do testator † cognouit patrem & non filium, si legat filio, dicetur contemplatione patris, & non filij legasse: sed si cognouisset filium & non patrem, dicetur contemplatione filij & non patris. Quando verò esset dubium cuius contemplatione testator legauerit filio: tũc locum habebit quòd dicitur in dicta l. fi. scilicet, quòd dicetur fuisse legatum contemplatione superstitis, altero, scilicet patre, vel filio præmortuo. Ia-

son

son idem docuit se subscribens, in dicta l.cùm aliquis, sententiæ Bar.supra recensitæ.His ergo sentẽtijs Doctorum præmissis quàm
24 faciliter respondebimus † ad dictum text.in l.filio familiàs.§. interdum. ff.de legat.tertio,dicendo primò, quòd non solùm ex ipso textu aliquid contra nostram Catheriuam poterit legitime elici: verùm potius, quòd ipse summoperè illi faueat, si non lippis oculis perlegatur, & iusta ingenij statela ponderetur(vt decet Iudices, ac Legis peritos) & insimul mens Legislatoris: cùm simus in diuerso casu: & à diuersis fieri illationem à iure vtroque, vulgaribus iuribus,sit prohibitum. Nam quis non animaduertat casuum propositorum diuersitatem?Cùm primò nos loquamur de legato facto filio in fauorẽ seu contemplationem neptarum testatoris (quę aliàs de iure filię eius appellari poterunt) & dictus text. loquatur de legato facto extraneo, & non filio testatoris contemplatione eius, quem amabat. Secundò nos loquimur de legato facto dicto Marino in fauorem neptarum, de quarum interesse agebatur, seu commodo principaliter (cùm in beneficium earum erat legatum soluendum) vel saltẽ earum contemplatione,quarum minus principaliter interesse, non est, qui sine rubore negare audeat: etsi non negabimus, quòd dictum legatum per accidens & ipsi Marino prosit: Quod & elicitur ex verbis ipsius legati supra recensiti ad verbum: si enim voluisset testator solum contemplatione Marini legatum facere, & non similiter neptarum: vtiq; non concluisset, quòd [si nulla ex filiabus ipsius Marini natis,vel nascituris peruenisset ad ætatẽ quatuordecim annorum, tunc hæredes ipsius testatoris tenerentur solùm tradere dicto Marino supra ratam partem suam hæreditariæ portionis centum quinquaginta ducatos: sed si ambæ filiæ peruenissent ad dictam ætatem, sexcẽtos,si vna tantũ ex natis,aut nascituris tringentos ducatos.] in dicto verò §.interdum.legatarius nullum interesse, aut commodũ sentiebat ex solutione, vel non solutione dicti legati,vt peroptimè ipsum interpretatus fuit Bar.ibidem reprehendens Iac.de Arenis; qui docebat, quòd in dubio testator videtur velle prouidere ei, cuius plus interest, innuens, quòd solùm actio competat ei, cuius principaliter interest solutio legati: Quapropter ipse Bar.ibidem soluendo huiusmodi oppositum, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Hìc, publicani non intererat: quia erat nudus executor; ideo tibi non videtur velle prospicere: secus si sua interesset aliquo modo: quia tunc haberet actionem; vt in lege contraria, scilicet in l.Titio.§. Titio genero. ff.de condict. & demon. quapropter simpliciter & generaliter loquens subdidit ipse Bar. per d.l.fideicommissa. & similes, quòd in statutis, & legibus his, detur actio, in quorum fauorem sunt facta, & non dixit principaliter

liter facta sunt. Idipsum implicite docuit Bal. in l. si cui legatur. §. si Titio. in versic. ex quo nota. ff. de legat. primo, his præcisis verbis vtens, videlicet ex quo nota, quòd non est bona exceptio ista: Non potes agere ex testamento: quia non es nominatus in eo, sed debet dici, non potes agere, quia non es nominatus in testamento, nec interest tua, ad hoc, vt exceptio tua inexpugnabiliter concludat. Paul. autem de Castro in eodem §. si Titio. nu. 5. in vers. vnde distingue: intelligens procedere dictum §. interdum, in eo, cuius non interest: cùm text. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. primo, dederit regulam generalem dicens, quòd illo detur actio ex testamento, cuius interest executio legati † licèt ad ipsos non fuerint directa verba legati, prout etiam in dicto §. si Titio. docuerat Bal. quod & repetijt ipse Paul. in l. sequenti, videlicet in l. si fideiussor. in principio, dicens fore notãdum, quòd quot sunt personæ, quarum interest, tot admittuntur ad agendum. Quapropter ex his comprobatur optimam fuisse sententiam Iasonis in dicto §. si Titio. col. 2. num. 9. not. sexto, his præcisis verbis vtentis, videlicet. Legatum † in dubio videtur factum non solùm contemplatione eius, cuius principaliter interest, sed etiam contemplatione eius, cuius minus interest: Nam hìc conceditur actio non solùm hæredi, cuius interest (quia si solueret, non haberet repetitionem soluti) sed etiam conceditur actio fideiussori, cuius minus interest: quia si solueret, posset repetere actione mandati. & concludit Iason, dicens. Tu autem pondera tantum, qui dicit, non solùm hæredi, sed etiam fideiussori competit: dictio † etiam debet implicare casum minus dubitabilem, secundum Rapha. Ludo. Rom. & Moder. in l. qui se patris. C. vnde liberi. Domin⁹ Alex. in consil. 23. vol. 5. incip. viso processu causæ vertentis inter magnificũ. in col. 3. ex his omnibus doctrinis claruit verus intellectus dicti §. interdum. & l. cum aliquibus. C. de iure deliber. quæ coincidit cum d. §. quapropter. cùm meritò saltem possimus asseuerare dictum legatum fuisse factum non solùm contemplatione Marini, verùm etiam filiarum ipsius: indè sequitur fore de iure dicendum, actionem habere dictum legatum petendi, non solùm hæredem Marini, verùm etiam dictam Catherinam, in cuius commodum cederet eius solutio: stante verissima supradicta regula, q̃ quorum interest legatum ijs competit eius petitio ac actio, iuxta & infrascripta alia apertissima iura in dicta l. fideicommissa. §. item si quis certam. in vers. plerumque venit. ff. de legat. tertio, cui consonant præclara verba l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. primo, vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [si testator quosdam ex hęredibus iusserit ęs alienum soluere: non creditores eius habebũt aduersus eos actionem, sed cohęredes, quorum interest

hoc

hoc fieri: Nec solũ hoc casu alius habet actionem, quàm cui testator dari iussit, sed alio quoq; veluti, si filiæ nomine genero, aut sponsæ dotem dare iusserit: non enim aut gener, aut sponsus, sed filia habet actionem, cuius maximè interest indotatam non esse, hęc ibi. Ex quibus quoque elicitur veritas nostræ sententiæ, ac insimul responsionis ad obiecta, cùm summopere interfit dictę Catherinæ solutio dicti legati tacitè facti sibi à testatore suo auo, nè remaneret indotata de bonis dicti Marini sui patris, vt hodie reperitur.

Ad secundam obiectionem nobis factam ex text. in l. vxorem. §. sorori. ff. de legat. 3. facillima erit responsio, dicendo, quòd ibi appellatione mancipiorũ, ideo non contineantur postea nati filij ex ipsis: quia vt ibi apertissimè dicit textus, & glo. in legato mãcipiorum illorum, dicta vxor fuerat solum grauata, quòd in sua morte restituisset ipsa mancipia, nulla facta mentione de fętibus nascituris, postquam sibi illa fuerant legata, cùm tempore, quo fuerant illa sibi legata, erãt ipsa mancipia sine filijs, & nati fuerunt filij eorum postquam ipsa vxor ea possederat ante suam mortem. Vnde meritò ibi appellatione mancipiorum non veniunt filij eorum postea nati. In casu verò nostro expressissima facta fuit mentio de filiabus Marini nascituris, & sic cùm in diuersis casibus, & a diuersis illatio fieri non possit. Indè patentissimè sequitur dictum text. in l. vxorem, non obstare veritati præsentis nostrę decisionis.

Ad tertiam obiectionem, & ad text. in l. socium, qui in eo. §. fi. ff. pro socio. in quo ipsa videtur sua dari. Respõdemus dupliciter. Primò dictum textum non solum nostræ decisioni non aduersari, at potius summopere opitulari, cũ (prout peroptimè docuit ibi Bar. & Bal.) Aliquid fieri propter so-
28 cietatem † intelligi poterit dupliciter. Vno modo hoc est contemplatione societatis, & tunc damna, & lucra veniunt communicanda. vt in l. cum duob. §. quidam. ff. eo. alio modo potest intelligi propter societatem, hoc est, quòd societas fuit occasio remota, verbi gratia, propter societatẽ habuit necesse accedere ad curiã Principis, & dum ipse corã Principe tractaret negotia, placuit Principi ex quo ei donauit castrum. Certè hoc non fecit Princeps contemplatione societatis, sed personæ illius tantum: licèt nunquam habuisset castrum, nec accepisse, nisi propter societatẽ, & ideo hoc non veniet communicandum, vt in dicta l. in fine. & eodem modo dicendum erit de communicando in damnis: vt puta, dum essem absens propter societatem, consanguineus meus fecit testamentum, & instituit extraneum, quod non fecisset, si ego fuissem præsens. hæc illi. inter alia notatu dignissima. His ergo præmissis pro intelligentia dictæ l. socium qui. Dicimus quod dictũ legatum dicto Marino non fecisset testator, nisi ille dictas filias habe-

haberet, & pro certo credidiſſet ipſum fore fidelem diſpẽſatorem dicti legati in commodum dictarum neptarum, vt expreſsè docuit, dum dixit, quòd ſi ambæ filiæ non peruenirent ad ætatem quatuordecim annorum ipſi Marino non debeantur, vltra ſuam portionem, niſi ſolùm centũ qbin quaginta ducatos, ſed ſi illæ peruenirent ad illam ætatem, tunc dati ſint ſexcentum, ſed ſi vna tantum, tringenti ducati. ex quibus patuit, quòd cauſa proxima dicti legati ſexcẽtum ducatorum fuit, vt conſuleret ipſis filiabus d. Marini. Indè ſequitur, quòd lucrum dicti legati obuenit ipſi Marino non ſimpliciter (vt Marinus erat, ſed vt pater earum, de cuius amore & fidelitate non dubitauerat teſtator, ex quibus patuit ipſum tex. non ſolùm non aduerſari noſtrę deciſioni, ſed ſummopere fauere.

Ad id, quod quarto loco nobis obijciebatur, quòd iuxta doctrinam Bar. in l. ſi cui, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. 3. §. fin. ff. de liber. legat. quòd legatum ſemper intelligatur factum contemplatione eius, cuius magis intereſt. & ad conſequentiam eius. Reſpondemus primò, nunquam Bartolum
29 hoc in citatis locis dixiſſe, † ſi non lippis oculis ibi eius doctrinam perlegerit. Veruntamen ipſe Bart. in l. fideicõmiſſa, §. interdum. ff. de legat. 1. reprehendit Iacob. de Arenis dicentem, quòd in dubio teſtator videatur velle prouidere ei, cuius plus intereſt, vti latius retulimus in reſponſione ad primam obiectionẽ, ſed dato, & non conceſſo, quòd Bartolus hoc ipſum docuerit, non enim ſequetur quod prætenditur, ſcilicet quòd ideo contemplatione Marini fuerat legatum ipſum factum, quoniam Marini magis intererat legati ſolutio, cum ipſe, vt pater tenebatur eas dotare. vt in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. vbi conceditur actio filiabus contra patrem ad ſibi dotes aſſignandas: quibus ſic ſtantibus concludebat obijciens, quòd indè eliciatur, quòd in diſpoſitione dicti teſtatoris legantis non poterit cõtemplari, niſi perſona grauata, ſcilicet Marinus pater earum. Negãdo ergo huiuſmodi illationem (nulli vero fundamento roboratam) quaſi neceſſariã factam: dicimus, quòd cum multæ ſint cauſæ, quibus patres excuſari poſsẽt, non tantum ab obligatione naturali, ac ciuili, quibus aſtringũtur ad dotandas filias, verum etiam & ipſa paupertas, ac impoſſibilitas eos excuſabit à tradendis alimentis eiſdem, cùm neceſſitas legem non habeat, & ad impoſſibilia nemo teneatur. Quis enim omnes huiuſmodi caſus patribus cõtingentes poſſet enumerare. Hos ergo caſus prẽuidens teſtator prudens conſulendo dictis neptis, & honori earum, & filij repentinæ forſan calamitati, ac inopiæ: voluit tali legato facto filiabus certum ſtatum earum reddere in omni euentu, ꝙ ipſis eſſet ſatis cõſultum in adminiſtrandis ſibi ſaltẽ alimentis, ex quibus iam patuit veritas noſtræ reſponſionis.

Ad

Ad quintam obiectionem respondendo dicimus, quòd ex dicto tex. in l. si cum dote. §. si pater. ff. sol. matrim. nihil contra nostrã veritsimam decisionem possit elici. stante alia singulari constitutione in l. 2. §. quod si in patris. ff. eodem, vbi concluditur communem esse actionem patris & filiæ de dote etiã à patre profectitia,
20 † ita, quòd patri non liceat sine filia, vel in eius præiudicium petere, vel legare eam. Quantò ergo minùs habebit actionem sine consensu dictarum filiarum de dictis dotibus, seu legatis pecunijs, pro earum dotatione profectitijs non ab ipso Marino, sed à dicto testatore earum auo sine aliquo intereste ipsius Marini: cùm vtique idem legatum potuisset ille facere in commodum extranearum: Nec contra nostram responsionem aliquid rationi consonum: elici posset ex dicto §. si pater. cùm ibi dicatur filiæ illi fore denegandam actionẽ (etiam si egisset de dote ipsa exacta à patre, ipsa absente) cui pater tantundem reliquisset ex suis bonis, vel illam instituisset hæredem vniuersalem: eo quòd tali pacto fuisset sibi satisfactum pro dote recepta à patre, ipsa absente, ex quibus patuit dictum text. nihil contra nos decreuisse.

Ad sextam obiectionem, in qua dicebatur, quòd dictum legatum dici non poterat acquiri filiabus ipsius Marini tanquam profectitium: quoniam tunc esset dicendum, quòd inanis sit huiusmodi filiarum contemplatio: cùm mo-mento non sit possibile futurum penes eas, vt in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. & in l. placet. ff. de acquir. hæredit. Ad quod respõdetur, q̃ si diceremus dictum legatum esse profectitium à d. Marino, vtique obiectio esset rationi consentanea: At quoniam nos semper diximus, & probauimus dictum legatum fuisse profectitium ab auo earum, & nõ à Marino: Indè sequitur inanem non esse (vt asserebatur) huiusmodi contemplationem filiarum. Fatemur tamen nos ignorare ad quid illa iura fuisse recẽsita: cùm ex ipsis elici non possit aliquo pacto quod prętendebatur. Nam tex. in dicta l. placuit non aduersatur veritati prętentis nostrę consultationis. Cùm verum non sit, quòd dictum legatum sit acquisitum dicto Marino, licet benè dicatur fuisse acquisitum filiabus eius, existentibus in dicti Marini potestate, cum non sit sermo de vsufructu: sed de proprietate legata illius pecuniæ, eo quòd huiusmodi legatum quo ad hoc sapiat naturam fideicommissi, stante dispositione supra enarrata dicti testatoris, præcipientis antè hæreditarias portiones, diuisionesq̃ faciẽdas inter eius filios, scilicet inter ipsum Marinum, & tres alios filios testatoris, accipiendos sexcentum ducatos soluendos dicto Marino si dictę duę eius filiæ peruenerint ad ætatem quatuordecim annorum: plurimùm ipse testator confidens de amore paterno dicti Marini erga dictas duas suas filias; tacitè innuens,

by Google

mens, quòd ipſorum ducatorum diſpoſitio non fit ſimpliciter aliquo pacto apud ipſius Marini voluntatem, ſed ſolum in commodum ipſarum neptarum, vt ſic fuerit ſemper benè conſultum vnicuique illarum, & conceſſus recurſus ad aſſequendos ipſos tringentos ducatos ſibi legatos à ſuo Auo. & ſic in omni aduerſo euentu fas eſſet eis indè ſumere ſaltem quotidiana alimenta. Quapropter patuit ipſarum neptarum vnicuique meritò competere actionem contra hæredes hæredum dicti teſtatoris ad ſibi ſoluendos dictos tringentos ducatos, & ſic dictæ Dominæ Catharinæ huiuſmodi actio de iure cõpetit, non obſtantibus in contrarium obiectis. etſi non negemus eandem actionem competere hęredi Marini, cuius etiam intereſt, vt ſit facta ſolutio dicti legati per iura ſuperius citata.

Ad ſeptimam, & vltimam obiectionem factam, & eius probationem reſpondentes firmiſſimè aſſeueramus, quòd huiuſmodi legatum cùm de iure non ſit nuncupandum conditionale, ſiccircò in contrarium allata de iure in caſu noſtro non poſſunt habere locum, & quòd huiuſmodi legatum (de quo eſt ſermo) de iure dici non poſſit conditionale, ſed factum in diem, & per conſequens, quòd non ſit effectum caducum per mortem Marini legatarij nominati in teſtamento, vt fuit obiectum, probatur auctoritate & ſingulari doctrina infraſcriptorum Doctorũ: Bar. enim in l. ſi cui legetur. §. hoc autem legatum. ff. de legat. primo. de noſtra quæſtione hęc præciſa verba † protulit, videlicet. Quandoque tempus poſt legatum perfectum adijcitur pręſtationi: & tunc aut adijcitur tẽpus certum, aut incertum. ſi verò tempus certæ ætatis adijcitur ſubſtantiæ legati: & dubitatur an teſtator voluerit facere diem, vel conditionem: & dic. Aut adijcitur tempus certę ętatis honorati, vel grauati, vel tertij. Si primo, facit conditionem, vt hìc. Secundò caſu. Aut apponitur dies per eum, & facit diem: vt in l. libertis. §. ab hæredibus. ff. de alim. & ciba. legat. aut per ſi, vel per poſt, & facit conditionem: etſi fallat fauore libertatis, vt in l. ſi ſeruus liber. ff. de ſtatu liber. & ĩn l. fideicommiſſaria. §. etiam. ff. de fideicommiſſ. liber. Tertio caſu. Facit conditionem, niſi libertatis fauore, vt in l. ſi ita. ff. de manu. teſt. Fallit, ſi apparet expreſsè, vel tacitè aliquibus coniecturis teſtatorem voluiſſe facere diem (vt apparet in caſu noſtro, per coniecturas ſupra recenſitas, & probatas dum afferremus rationes nõnullas fundamentales præſentis noſtræ deciſionis) vt in l. Seius Satur. ff. ad Trebell. & quidẽ huiuſmodi ſingularis tex. hoc ipſum apertiſſimè docuit. Vbi & glo. in verſ. diem. concludit, quòd refert, quòd leget purè, & petitio differatur in tempus certum. & ſic habetur pro pura: vt hìc cum concord. ſecus eſt, vbi dies eſt incertus, quia tũc eſt pro conditione. Hæc glo. illa peroptima. cùm in dicta l. deciſum

sum fuerit, quòd quando tempus certę ætatis, scilicet 16. annorum, vt ibi. ex presumpta voluntate defuncti propter charitatem personę facit diem, non conditionem; & sic transmittitur legatum ad hęredes legatarij: & fideicommissarij, antè restitutionē postquam dies cessit mortuo, fideicommissum ad hęredes transit. Idem rursus docuit Bar. in l. libertis. ff. de alim. & cibar. leg. num. 4. dicens, quòd verba legati continentia fauorem legatarij sunt amplianda, & transmittunt ad hęredem. Cùm ergo verba legati in casu nostro sint talis qualitatis: sequitur indè veritas nostræ sententiæ, vt in casu proposito in dicta l. vbi verba obscura ampliantur in fauorem hæredum, cùm possint operari argumentum in fauorem legatarij, idipsum repetijt Bar. in d. l. Scius Satur. dicens hoc contingere propter charitatem personę, cui debebat fieri restitutio, quia filio. Qui Bar. postea in l. si cui legetur. ff. de leg. primo. in principio postquam docuisset an huiusmodi legatum soluendum sit in anno vltimo certo, vel completo, vtitur peroptima distinctione: & tandem in §. hoc autē legatum. eiusdem l. si cui, col. 2. in fine. docuit quæ suprà retulimus ad verbum. Idipsum adhùc apertiùs (ni fallimur) docuit Bald. † in dicta l. si cui legetur. col. 3. in principio, his præcisis verbis vtens, videlicet. Aut dies incertus commēsuretur tempori, vt dies certæ ætatis, aut non. Primò casu, aut apponitur ad expirationem iuris, vel beneficij: & tunc facit diem & non cōditionem, vt in l. ambiguitatem. C. de vsufru. aut apponitur ad inchoationem iuris, aut beneficij; & refert, Aut certum est, quòd testator voluit facere cōditionem: & tunc est conditio, vt in l. dies incertus. ff. de condict. & demon. & in l. in cōditionibus. ff. eodem. Aut est certum, quòd voluit facere diem, & tunc est dies, & non conditio, vt in l. ex his verbis. C. quādo di. leg. ce. aut est dubium. & tunc, aut dies certæ ætatis apponitur substantię legati, aut prestationi. Primo casu, facit conditionem, vt hic, etiam in filio. Secundò casu, non facit condutionem, vt in dicta l. ex his verbis, (prout contingit in casu nostro, vt ex verbis legati apertissimè elicitur) hoc autem (inquit Bal. ibidem) sic cognoscitur: quia si apponitur in eadem oratione, tunc apponitur substantiæ legati: si autem in alia oratione post legatum perfectum, tunc apponitur prestationi, secūdum Bar. & Per. vt in l. quidam. ff. de legat. primo. Idipsum in casu nostro repetijt Bal. in dicta l. ex his verbis. col. 1. verfic. aduerte his præcisis verbis vtens, videlicet. Aduerte, tempus, quod apponitur. Aut est certum tempus omni certitudine, & facit simplicem diem. Aut est certum in se, sed non est certum in proprio subiecto. verbi gratia tempus vigintiquinq; annorum, certum est in suo cursu, tamen illud tempus qualificatum ætate non est certum respectu ætatis, quia ętas perire potest, sed tempus

pns in genere perire non poteſt. & tunc diſtinguitur. Aut concernit voluntarem diſponendi, aut præceptum ſoluendi: primo caſu facit conditionem, vt in *l.* ſi cui legetur.ff.de leg.primo. fallit quã do relinquitur coniunctæ perſonæ (vt in caſu noſtro)apertiſſimè patet,cum dixerit teſtator, quòd Marino aſſignarentur legatę pecunię in caſu, in quem duæ filiæ Marini legitimæ & naturales, peruenerint ad ætatem quatuordecim annorum,& ſic tempus 14. annorum fuit appoſitus præſtationi legati. & ſic dicetur legatum in diem: & alia ratione,ſcilicet quia fuit factum coniunctæ perſonæ, ſcilicet neptis. & hoc etiam verificaretur, ſi opus eſſet nobis dicere legatum factum Marino, cùm & ipſe fuerit perſona coniuncta: ſi ergo in diem, indè ſequitur, quòd tranſmittetur ad eius hæredes,vt ſtatim infra: nam tunc inquit Bald. in dubio facit diem. & hoc dicit illa notabilis lex in l.Seius Satur.ff ad Trebell. Secundo caſu, refert, aut ponitur per dictionem, ſi, vel æquiualentem: vt per dictionẽ, Niſi,& tunc facit conditionem, vt in l.quibus diebus.§.quidam Titio.ff. de cõdict.& demonſtra aut apponitur per dictionem, cum, & tunc facit dilationem, vt hìc, quia natura iſtius dictionis eſt principaliter facere tempus. Aut eſt tempus incertum omnino, & tunc ſemper facit conditionem. Hæc omnia memoriæ commendanda Bal. ibi docuit.Idem docuit Paul. de Caſtro ſequens glo. in dicta l. Seius Satur. in fine. his præciſis verbis vtens,videlicet.Nota quia in hoc glo.benè dicit, & ſemper allegatur, quòd quando præcedit diſpoſitio pura, & ad executionem
33 † eius apponitur tempus(vt in caſu noſtro) Aut illud eſt omnino incertum, vt tempus mortis, vt lego fundum, quod volo tibi tradi cùm Titius morietur, & tunc redditur legatum conditionale: ſicut ſi ad ſubſtantiam eſſet appoſitum.Aut non erat omnino incertum, vt tempus certæ ætatis, quia ſi fideicommiſſarius viueret, certus eſſet vſque ad quãtum tempus deberet fieri ſolutio: & tunc non redditur ſubſtantia conditionalis, ideo tranſmittitur, vt in dicta l.ex his verbis. Vbi ipſemet Paul. dixit, quòd quando in præſtatione legati adijcitur tempus certę ætatis grauati, vel alterius: puta ſi dicatur. quæ volo pręſtari cùm erit talis ętatis:quia iſtud tempus non eſt omnino incertum: ſcitur enim quantum reſtat, vel reſtaret ad illam ętatem, ſi mortuus non foret: & hoc caſu non redditur legatum conditionale, vt in hac *l.* notabili. & concludit, quòd quando certum tempus ætatis fuit appoſitum ad præſtationem (vt in caſu noſtro) tunc habet locum iſta lex notabilis, vt legatum non ſit conditionale, & decedens tranſmittat: licèt ſi fuiſſet appoſitum aliud tẽpus omnimo incertum, ſecus eſſet. Hoc ipſum docuit Glo.in dicta l. Seius Saturninus, in verſic. diem.quam omnes Doctores ſingularem appellant. Idem docuit

Iaſon

Iason in d.l.si cui legetur. §.hoc autem, nu.2.cõcludens, q̃ dictus textus cantet, quòd aut tẽpus apponitur substantiæ legati, puta lego tibi cẽtum, cum eris annorum quattuordecim, & tunc facit legatum conditionale, etsi legatarius moriatur antequã perueniat ad annos quattuordecim, non transmittit ad hæredes. Aut verò tempus apponitur solutioni (vt in casu nostro) seu præstationi legati, & tunc illud tempus, quod solum apponit̃ in solutione nõ facit conditionem, sed inducit solum dilationem temporis ad soluendum: vnde si interim moriatur legatarius transmittit ad hæredes. hæc Iason.

Ex quibus omnibus hic allatis patuit veritas nostræ decisionis, & veræ responsionis ad obiecta.

Et hæc est mea sniã decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Odia sunt restringẽda, et fauores ampliandi.*

2 *Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptuatis.*

3 *Suspenso Episcopo, sicut Capitulum non poterit conferre beneficia, sic nec commendare, et quare.*

4 *Expositio c.1. de suppl. neglig. præl. in sexto.*

5 *Episcopus et generalis Vicarius faciunt idem tribunal.*

6 *Suspenso Episcopo, licet implicitè dicatur suspensa iurisdictio Vicarij dependentis solum ab ipso Episcopo: tamen huiusmodi iurisdict.o nõ deuoluetur ad Capitulum, nec ad Archiepiscopũ, sed solum ad Papã.*

7 *Episcopus si per aliã causam, quàm propter eius negligentiam in prouidendo de beneficijs vacantibus inciderit in suspensionem a collatione beneficiorum, tunc eius iurisdictio non ad Capitulum, vel Archiepiscopum, sed ad Papam deuoluetur. & quare.*

8 *Episcopus scienter conferens beneficium Ecclesiasticum indigno priuatur potestate eligendi, vel conferendi, & huius potestas deuoluitur ad Papam, & non ad Capitulum, vel Archiepiscopum, & quare.*

9 *Excommunicato vel suspenso Episcopo eius iurisdictio non deuoluitur ad Capitulum, sed recurrendum est ad Papam, vt ipse prouideat Ecclesiæ illius, cum ad illum solum deuoluatur iurisdictio.*

10 *Episcopalis iurisdictio, etsi vacante Ecclesia deuoluatur ad Capitulum, non autem illa repleta, sed ad Papam, & quare.*

11 *Mors naturalis nunquam comparatur morti ciuili, nisi in casibus a iure expressis.*

12 *Impugnatur veritas primæ conclusionis.*

13 *Iurisdictio conferẽdi beneficia, quando esset communis Episcopo, & Capitulo tunc mortuo, vel suspenso Episcopo illa deuoluetur ad Capitulum, et è contra suspenso Capitulo, ad Episcopum deuoluetur.*

14 *c.Vnici. Ne sede vacante. in sexto, verus intellectus.*

15 *Capitulum quãdo possit beneficia conferre existẽte Episcopo suo suspẽso.*

Digitized by Google

16 *Intellectus verus sententiæ Host. & Franciſci Pauli redditur.*

17 *Suſpenſo Epiſcopo non ideo dicetur ſuſpenſus Vicarius Diœceſis dicti Epiſcopi, quando dictum Vicariatum ille obtinuiſſet non a dicto Epiſcopo, ſed a Superiore illius.*

18 *Cathedrali Eccleſiæ in omnibus nõ inuenitur æquiparata Eccleſia regularis.*

19 *c. 1. de officio Vicarij in ſexto, verus intellectus traditur.*

20 *Conſtitutio conceptæ in caſum ne gligentiæ non includit caſum facti, licet nulliter, quapropter in pœnalibus locum non habebit, & ſic loquens de Cathedralibus, non includet inferiores Eccleſias.*

21 *Æquiparata a iure quoad certũ caſum non habebunt locum in alijs.*

22 *Regula de æquiparatis a iure antiquo quando locum habeat.*

De poteſtate Capituli, ſuſpenſo Epiſcopo.

THEMA.

An Epiſcopo Andrienſi ſuſpenſo per quinquennium ab officio, iuriſdictione, & reſidentia propter delicta, ſedes Epiſcopalis Andr. dicatur vacare, ita vt iuriſdictio plenè in temporalibus, & ſpiritualibus ſit tranſlata ad Capitulum eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ, priuato præſenti Vicario delegato, ſeu deſtinato a Sede Apoſtolica eiuſdem Diœceſis, prout contingit regulariter per mortem Epiſcopi.

DECISIO XXXXII.

SANCTISSIMA, ac indiuidua Trinitas, precibus, & meritis Beatiſſimę Deiparę Virginis Marię, Beatiſſimique Patriarchæ Benedicti, ſupplex obſecro, vt illuminare digneris tenebras mentis meæ, vt his ſcriptis obuiã ire poſſim cuidam tumultui, & ſcandalo immi nenti, in tui honorem, Sanctę Matris Eccleſiæ, ac Apoſtolicæ ſedis reuerentiam, & pacem Reuerendi Cleri Diœceſis Andrienſis.

Et vt noſtra deciſio propoſitæ nobis quæſtionis luce meridiana clarius omnibus innoteſcat, ac eius veritas palam fiat, operępretium duximus primò proponere in fauorẽ partis affirmatiuæ nonnulla producta a quodam Doctore peritiſſimo, vt facilius percipi poſſit quid ſit tenendum a peritis vtriuſque iuris Doctoribus.

Quapropter ſciendum, quòd primò videbatur dicendum dictam iuriſdictionem deuolutam de iure, fuiſſe ad ipſum Capitulũ, ſtante dicta ſuſpenſione Epiſcopi Andrienſis, quod nitebatur probare ſubſequentibus medijs ſupradictus Doctor. Dicebat enim, quoniam ſedes Epiſcopalis dicatur

Digitized by Google

tur dupliciter vacare, nempe verè, & interpretatiuè. Verè, scilicet per mortem, depositionē, renunciationem, & in alijs casibus (vt ijsdem verbis vtamur, quibus Doctor ille vsus fuit) & secūdò fictè, seu interpretatiuè, puta per captiuitatem, hæresim, suspēsionem, & excommunicationem, ſm Host. in sua summa in titu. ne sede vacante. § quot modis, & Frāc. Pau. in tract. de offic. & potestate Capituli sede vacante, Prælud. 7. & vlt. nu. 13. in cuius decisionis fauorem citatur ab ipso, & text. in c. si Eps. de suppl. negli. prelat. in sexto, & gl. 2. in c. 1. de maior. & obedientia lib. 6. ex quib. dicto consuleti videbatur idipsum elicere ex Geminiano in d. c. 1. nu. 2. in vers. in glo 2. qp Capitulum habeat iurisdictionem ordinariam a iure communi, & per consequens, qp possit creare Vicarium generalē: Roborabat ipse cōsulēs eius sentētiam duplici ratione: Prima quarum (secundum eundem) est, si Episcopus prædictus per sententiā a Summo Pontifice latam ipso facto priuetur sua iurisdictione. Indè sequitur, quòd eius Vicarius nullam apud se retinere iurisdictionem cognoscatur. vt in c. 1. de officio Vicarij in sexto, cū nemo det, quod nō hēat. Secunda ratio fuit: qm̄ si dictum Capitulum nō crearet alium Vicariū, vtiq; ei imputaretur hmōi negligētia, & meritò indè potestas cōstituendi Vicarium deuolueretur ad Metropolitanum, iuxta decisionē sacri Concilij Tridentini in sess. 24. de reformatione, c. 16. eo magis, qp non videatur obstare id, quod dī in dicto Cōcilio. Vbi solum mentio fit de mortuo Episcopo, cū eadem sit rō in sup. enarratis casib.

His in mediū adductis nō obstātibus firmissimè, humillimè, & veritimè asserimus d. Capitulū Cathedralis Andrienſis Ecclesiæ nō posse de iure eligere, creare nouū Vicariū constituēdum in regimine dictę Ecclesię sub titulo, seu ī textu, qp ex snīa Beatissimi Clemētis Octaui Reuerēdissimus Lucas Antonius Resta Episcopꝰ eiusdē Dięcesis suspensus dicatur ab officio, iurisdictione, & residētia per quinquenniū a dicta sua Dięcesi.

Primum fundamentū istius nrę snīæ est regula vulgarib. iurib. approbata, qp odia † sunt restringenda, & fauores ampliandi. vt in regula odia. de regul. iur. in sexto: nec non, qp in pęnis benignior interpretatio sit facienda. vt in regula in pęnis. de regu. iur. in sexto. At cum aliquem priuare sua iurisdictione legitimè adepta, sit pœnale. Indè sequitur, qp cùm exprèssè in snīa lata contra ipsum Episcopum Andrienſem ipse non fuerit priuatus potestate constituendi nouum Vicarium in ipsa Dięcesi, vel confirmandi Vicariū iam constitutum, nullatenus a Iurisperito poterit affirmari ipsum Episcopum fuisse priuatum tali potestate, cùm per consequens implicitè videatur præsentem Vicarium fuisse confirmatum a Sede Apostolica, donec de alio prouiderit, quoniam aliàs sequeretur (contra iura vulgaria) pœnas fore extendendas.

1

Digitized by Google

Secundum sit: cũ casus suspensionis incursæ ab Episcopo non connumeretur inter casus illos a iure communi recensitos, in quibus a Summis Pontificib. fuit declaratũ sedem Episcopalem vacare, ita vt iurisdictio in temporalib. & spiritualib. ipso iure deuoluatur ad Capitulum Cathedralis ecclesię: indè sequitur militare in hac nostra decisione regulã illam iuris vulgatissimam, ſ. q̃ exceptio
2 † firmet regulam in contrariũ in casib. non exceptuatis, & q̃ casus suspensionis incursæ per dictum episcopum ex sniã supradicta nõ sit in iure recensitus, apertissimè colligitur ex verbis textualib. in c. vnico. ne sede vacante. in sexto, & in c. si episcopus. de suppl. neglig. prælat. in sexto, in quib. nonnulli casus enumerãtur, quib. ibi adductis tres alij casus reperiuntur, ſ. per renunciationem, translationem, & priuationẽ, & tñ inter ipsos suspensio nõ recensetur. Cũ ergo nullibi in iure cautum reperiatur sedem episcopalem vacare per suspensionem latam ab hoĩe, vel a iure incursam ab Episcopo deuolutam esse omnimodam iurisdictionem ad ipsum Capitulũ dictæ Andriẽsis ecclesiæ in cassando Vicarium constitutum hodie ibi, & in eligẽdo nouum, ac si Ecclesia ipsa vacaret verè. Indè sequitur huiusmodi facultatem ad dictũ Capitulũ non fuisse deuolutã.

Ad hoc accedit, q̃ (vti diximus) simpliciter loquẽdo Vicarius electus, & deputatus ab episcopo, q̃ pp̃ sua delicta postea incidit in suspensionẽ quinquennalem ab officio, iurisdictione, & residentia, nõ ideo sit priuat⁹ sua iurisdictione sibi delegata, cũ verè ſm iura ideo dici nõ possit sedẽ Cathedralis Ecclesię vacare, q̃ a iure enumeratos, ipse casus suspẽsionis nõ recẽsetur, eo magis, q̃ Dñicus Geminianus, quẽ citat & sequit Philip. Franc. in c. vnico. §. cum verò. Ne sede vacante in 6. in vers. vlt. nota, dixit, q̃ qñ Eps
3 est suspẽsus, † Capitulũ sicut non põt tũc cõferre beneficia, ita nec poterit cõmendare: sed mortuo Epo licet cõferre nõ possit, tñ poterit ea custodiẽda alteri cõmendare: & rõ differẽtię, ſm eum est, quia cõmendare est iurisdictionis ſm notata in c. nemo. de elec. in sexto, sed Capitulũ succedit solum in iurisdictione sede vacãte. vt in c. hisq;, & c. cũ olim. ext. de maior. & obed. quod secus est, qñ Eps est suspensus. hæc ille, quæ edocuit apertius Panorm. in c. graue nimis, nu. 6. col. 1. ext. de p̃ben. vbi dixit, q̃ generaliter dici poterit, q̃ Prælato suspenso a toto officio pp̃ delictum propriũ diu continuatũ non succedit Capitulum iux. textũ notabil. in c. fi. de statu Monach. Ad quod ẽt facit, q̃ maxima differentia est inter suspensionẽ, & priuationẽ. Nã etsi cõcederemus, q̃ si Eps fuisset priuatus sua Diœcesi, dici posset ecclesiã vacare, ac per consequens iurisdictio oĩmoda deuolueretur ad Capitulũ, quia etsi posset dici aliquo pacto sedẽ quasi vacare, nullo tñ modo de iure poterit dici ipsã vacare. Quapropter nullo pacto concedendum erit, de iure posse dici

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiam in caſu noſtro vacare: cum dicta facultas conceſſa Capitulo, non comprehendat alios caſus non expreſſos in iure, prout etiam docuit Philippus Frãchus ſequens Geminianum in c. ſi Epiſcopus. col. 2. verſ. in glo. in verſ. ſed Capitulum, de ſuppl. neglig. Prælat. in ſexto.

Inſuper animaduertendum putamus a dominis de Capitulo ne incidant in varias pęnas ſumma cum ratione ſibi infligendas a ſede Apoſtolica, quòd Reuerendiſſimus Vicarius, qui ad preſens reperitur in hac Diœceſi fuit delegatus, & deſtinatus ab ipſo Epiſcopo Andrienſi, præuio cõſenſu, & delegatione ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium, qua deſtinatione ſtante, maxima iniuria afficeretur ipſa ſacra Cõgregatio ſi ea irrequiſita, ſic ex abrupto ipſe Vicarius amoueretur a ſua delegatione.

Ex his ergo præmiſſis etſi eluceat veriſſima reſponſio ad obiecta ſupra relata, tamen gradatim (Deo dãte) & breuiter ad illa reſpondendo dicimus, quòd textus
4 in d.c. ſi Epiſcopus. † de ſuppl. negli. Prælat. in ſexto, niſi lippis oculis perlegatur, nihil aliud inueniri poterit, niſi ꝙ nos paulò ante diximus, ſcilicet quòd vltra casũ mortis Epiſcopi reperiantur alij duo caſus in iure expreſſi, & æquiperati morti naturali ipſius Epicopi. Primus quorũ eſt ſi captus fuerit a paganis. Secũdus ſi a ſciſmaticis, in quibus dicitur poſſe Capitulum eligere Vicarium, idipſum dixit tantummodo glo. 2. per dictum Doctorem citatam in c. 1. de maior. & obed. vbi nulla fit mentiõ de ſuſpenſione. Nec Geminianus citatus contrarium dixit in loco citato, cum in caſu noſtro docuerit expreſsè, quòd ex ſuſpenſione incurſa per Epiſcopũ nullatenus iuriſdictio deuoluatur ad Capitulum. Ad textum autem in l. & quia. ff. de iuriſdict. omn. iud. citatum per Dominum conſulentem, dicimus, ꝙ cùm in ipſo textu tantummodo dicatur, quòd morte delegantis iuriſdictionem re integra expiret etiam iuriſdictio ſic delegati. At cùm iuriſdictio delegata fuerit ipſi Vicario ab Epiſcopo, & res non ſit integra, cum iam diu exercuerit iuriſdictionem ſibi delegatam, & Epiſcopus delegans non ſit mortuus: neſcitur ad quid dictus tex. fuerit citatus.

Et cùm iam reſpõſum dederimus ad text. in c. 1. de maior. & obed. in ſexto, ſufficiet ſolum reſpondere ad text. citatum in c. fi. de ſuppl. neglig. Præl. in ſexto, ꝙ id, quod prætenditur a parte aduerſa nullatenus ibi continetur, niſi quòd ſi ſedes Epiſcopalis vacauerit, & Capitulum negligenter, aut perperam adminiſtrauerit iuriſdictionem, tunc Archiepiſcopus eo vocato adminiſtratorẽ deputet. Quapropter patet per ipſum non probari eius intentum.

Neſcimus inſuper quo fundamento ratio primo loco producta de iure habeat locum, cùm fingatur fundari in c. 1. de officio Vicarij in ſexto, & tamen ibi ſermo habeatur de excõmunicato Epi-

Digitized by Google

scopo, nos autem loquimur de suspẽso: & quòd maximè differt effectus excommunicationis ab effectu suspensionis per se patet, & omnibus est perspicuum.

Ad vltimam rationem allatam a domino contradicẽte, fundatã in sacro Concilio Tridentino in Sess. 24. de reformatione, cap. 16. quid responsuri simus, nescimus. Cùm ibi decreuerit Sacrum Concilium quid faciendum sit ipsi Capitulo, sede vacante, tam in constituendo, vel confirmando Vicario, quàm in regimine bonorum Ecclesiasticorum: & vt sæpe diximus, & probauimus, & nunc dicimus nullo pacto ipsam Ecclesiam de iure Andriẽsem vacare fore dicendum: quapropter negatis (vti neganda fuerant) primis principijs, & falsis fundamentis. Nos asserimus, atque humillimè, & verissimè affirmamus de iure non posse Capitulum Cathedralis Ecclesiæ dici obtinuisse ex tali sententia suspensionis inflictæ Reuerendissimo Dño Lucæ Antonio Resti, ex decreto sedis Apostolicæ, dici ipsam sedem Cathedralis Ecclesiæ vacare, nec ad eandem deuolutã fuisse iurisdictionem priuandi Vicarium constitutũ a dicto Episcopo suo officio, & alium loco eius subrogandi.

Cùm autem diebus nuperrimè elapsis eo animo solum, vt commotus Clerus Ecclesiæ Andriẽsis propter quandam consultationẽ sibi factam a quodam Doctore, alioquin peritissimo, quiesceret ab actu priuandi præsentem Reuerendissimum Vicarium, & eligendi alium, sub titulo, quòd ad Capitulum ipsius Ecclesiæ Cathedralis spectaret hoc iure deuoluto asserentes, q̃ audierant eiusdẽ Ecclesiæ Episcopum fuisse suspensum per quinquẽnium ab officio, iurisdictione, & residentia in ipsa Ecclesia, propter eiusdem nonnulla delicta, & hoc per sententiã diffinitiuam latam a sede Apostolica. Et ne hoc immane crimẽ fuisset commissum ab ipso Reuerendo Clero, nonnulla in scriptis redacta verissima vtriusque iuris fundamenta, Doctorumq̃ sententias ante oculos Reuerendorũ Clericorum offerre operæpretiũ duximus, vt sic edocti resilirent a cogitationibus suis, quibus procul dubio summa iniuria, ac irreuerentia afficiebatur ipsa Ecclesia Sancta, cùm indè transgressi fuissent ipsius peroptima, & clarissima decreta. At cùm ad nos peruenisset, quòd quidã Doctor (nescio quo spiritu motus) totis nixibus veritatem studuerit nostræ consultationis obnubilare, eiusdemq̃ verissima, ac validissima fundamenta euertere, non sine maximo periculo ipsius Reuerendi Cleri, qui vtique si acquieuisset, & exequutus eius sententiam fuisset, quot mala secuta sibi fuissent, non est compos mentis, qui non animaduertat. Vt ergo omnis ambiguitatis fomes radicitus euellatur a cordibus omnium, non nos piguit idipsum iterum probare alijs verborum circuitibus, etsi ijsdem fundamentis realibus, & denique respondere ad singula illa, quæ

Doctor

Digitized by Google

Doctor ille obiecit, contra naturam consultationem factam, eo breuiori stilo, quo desuper datum fuerit.

Dicimus iterum, & firmissimè asseueramus non solum, quòd ex suspẽsione, quam (prout asseritur) 6 incurrit dictus Reuerendissimus Episcopus, iurisdictio Episcopalis non fuit deuoluta ad Reuerendum Capitulum ipsius Cathedralis Ecclesiæ, ac si verè sedes vacasset, existente in ipsa Diœcesi Vicario a sede Apostolica destinato, sed nec si præsens Vicarius obtinuisset iurisdictionẽ ab ipso solum Episcopo hodie suspẽso: quapropter, etsi tunc cessaret eiusdẽ Vicarij iurisdictio, cessante iurisdictione sui Episcopi a iurisdictione, &c. suspensi, cum vnum & 5 idem tribunal faciant, † vt docuit apertissimus textus in c. 1. de officio Vicarij in sexto, & in c. Romana. de appellat. & in cap. 2. de consuetu. lib. 6. Nihilominus adhuc dicimus iurisdictionẽ ipsius Episcopi suspensi deuolutam nõ fore de iure dicendam a viris iuris vtriusque peritis ad eiusdem Ecclesię Cathedralis Capitulum: cum hoc nullibi in iure cautum reperiatur, & per huiusmodi suspẽsionem propter delicta (vt dicitur) incursam de iure ipsam Andrienſem Ecclesiam vacare, proprie loquẽdo (vt decet Doctores 7 fundatos) sine rubore quis asseuerare non poterit, & vt veritas præsentis nostræ decisionis repetitæ luce meridiana clarius omnibus innotescat contentã illam in duabus conclusionibus probabimus triplici medio, ac deinceps respõdebimus ad obiectiones insulsas factas ab illo Doctore, Deo ipso Maximo duce.

Prima ergo conclusio sit hæc. Suspenso Episcopo Andriẽse propter eius delicta † quæcunq; grauia ab omni iurisdictione, etsi eius iurisdictio non remaneat apud Vicarium dependentem, seu habentem iurisdictionem a tali Episcopo suspenso solum, (vt regulariter sunt Vicarij Episcoporum) tamen non deoluetur indè ad Capitulum, sed neque ad Archiepiscopum, sed solum ad Summum Pontificem, quem consulere tenentur ij, qui sunt de Capitulo Cathedralis Ecclesiæ, vt sciant per quem tempore suspensionis, iurisdictio in tẽporalibus, & spiritualibus erit exercenda, cũ nullo pacto in tali casu dicatur propriè sedem vacare, quo ad hunc effectum deuolutionis ad Capitulum producendum. Hæc cõclusio probatur triplici modo. Primò enim per text. in c. quia diuersitatem. §. sic tamen. ext. de concess. præben. Nam in d. §. sic tamẽ. Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Sic tamẽ vt tempus suspẽsionis in sex mensibus nullatenus computetur: cũ illa Lateran. Concilij constitutio contra negligentes tm̃ fuerit promulgata, † & tunc si voluerit, non tñ voluerit Archieps ipse in conferendis præbẽdis, vt propria potestate, a qua, etsi fuerit sua culpa suspensus, nõ tamen ad ipsum Capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio deuoluta: sed

Digitized by Google

ad illum tempore ſuſpenſionis illius præbendarum donatio pertinebat, qui præter eius deſidiã, & negligentiam poterat præbendas donare.]hæc ſunt preciſa verba ipſius §.ex quibus apertiſſimè elicitur veritas præſentis noſtræ concluſionis, cùm indè duo habeãtur. Primũ quorum eſt, quòd conſtitutio Lateranenſis Cõcilij loquitur ſolum, quando Epiſcopus propter eius negligentiã non cõferẽdi vacãtia beneficia (quorum collatio ad ſe pertinebat ſolum) infra ſex menſes incurrerat ſuſpenſionem a tali collatione, tunc in pœnam peccati negligentiæ, & vt ſic ſaltem conſuleretur ipſis beneficijs dicta iuriſdictio Epiſcopi deuoluitur ad ipſum Capitulum, & non aliter, vt expreſsè habetur in dicta Concilij Lateranenſis cõſtitutione, ad verbum canonizata in c.2. ext.de conceſſione præben.& ſic non in caſu noſtro. Secundum eſt, quoniã ex d. §.ſic tamen. apertiſſimè elicitur, quòd in alijs caſibus, in quibus Epiſcopi incurrunt ſuſpenſionem a collatione beneficiorum, tunc non deuoluetur ad Capitulum iuriſdictio etiam poſt menſes ſex, (cum in hoc non poſſit dici negligens Epiſcopus, qui pro alijs delictis carebat poteſtate illa beneficia conferendi, ſed ad Papam, qui ſolus eſt is, qui poterat talia beneficia conferre etiã nulla ſtante culpa Epiſcopi, vt ibidem peroptimè expoſuit glo. in d.§.ſic tamen. in verſ.præter eius. expreſsè his verbis vtens, videlicet. Præter eius. Quia Dominus Papa poteſt concedere præbendas, ſiue fuerit negligens, ſiue diligens. arg.in c. per principalẽ.9.q.3. & in c.propoſuiſti.ext.de conceſſ.preben.& in l. bene a Zenone, C. de quadrien. præſcript. Et ſciendum, q̃ id, quod retulimus prouisũ cõtra Epiſcopum negligentem prouidere vacãtibus Eccleſijs per Concil. Lateranenſe in dicto capit. 2. idipſum ad verbum: & clariùs refertur in c.cùm in cunctis. §. fina. extra de elect.vbi glo.in verſ. Capitulum. dixit, quòd ex hoc habeamus, quòd minor ſupplet negligentiam maioris, & è conuerſo. Cùm ergo non ſimus in caſu ſuſpenſionis Epiſcopi incurſę per negligentiam ipſius, ſed alia de cauſa, indè ſequitur locum habere ſolùm deciſio Innocentij Tertij in dicto cap. quia diuerſitatem. §. ſic tamen. Vbi dicitur, q̃ poteſtas conferrendi beneficia, quæ erat (antè ſuſpenſionem incurſam) in Epiſcopo: in præſentiarum ſuſpenſo non fuerit deuoluta ad Capitulum, nec ad Metropolitanum, ſed ad Papam. Idipſum probatur apertiſſimè per argumentum in c. 1. de ſupplenda neglig. prælat. in ſexto. Vbi hæc præciſa verba protulit Innocentius Quartus Papa, videlicet. [Romana Eccleſia, & infra. Edictum verò per Remenſem Prouinciam publicatum, vt à ſubditis Epiſcoporum ipſius Prouinciæ pro audiendis & terminandis eorum cauſis liberè ad Remenſem Curiam accedatur, penitùs reuocamus: Quia etiam ſi tenerentur ijdẽ Epiſcopi pro ſuis culpis vin-

culo

culò excõmunicationis astricti, non tamen ex culpis ipsis (cùm id non inueniatur à iure concessum) ad Remensem Archiepiscopum iurisdictio deuolueretur eorum, sed alia fortè pro illis pœna ipsis Canonica posset infligi. Hęc ibi. Diximus probari præsentem conclusionem per arg. in dicto c. 1. quoniam etsi expressè, scilicet ad corticem literæ nõ contineri, posset videri veritas ipsius: benè tamen expressè elicitur ex sententia ipsius Canonis: cùm proculdubio ibi habeatur, quòd non eo ipso, quòd Episcopus legitimè fuit excommunicatus, vel suspensus (quod est minus) iurisdictio (cuius priuationem indè incurrit) deuoluatur ad Metropolitanum: & ratio erat, quia nullibi in iure cautum reperiatur huiusmodi deuolutio nisi in casu negligẽtię illius, & Capituli gradatim in collatione beneficiorum, vel per appellationem, vt in c. pastoralis. extra de officio Ordinarij, vt peroptimè docuit quoque Glo. in dicto c. 1. in versic. subditis: & quòd in tali casu, scilicet excommunicationis vel suspẽsionis non deuoluatur ad Capitulum iurisdictio, eodem modo ex eodem c. 1. elicitur apertissimè (quamuis inibi nulla fuerit facta mẽtio de Capitulo ipso) cum militet prorsus eadem ratio: eò, quòd in hoc fuerint ipsum Capitulum & Archiepiscopus æquiparati in dictis iuribus antiquis supra recensitis in dictis c. quia diuersitatem. & in c. 2. de concess. pręben. & in dicto c. cùm in cunctis. §. fi. de elect. cùm hic verè locum habeat regula de æquiparatis (vt dicemus infra docendo naturam ipsius regulę) cùm etsi in d. c. 1. nulla fuerit facta mẽtio de iurisdictione deuoluta, vel non deuoluta ad ipsum Capitulũ propter excõmunicationem incursam ab Episcopo. Nihilominus ad ipsum in eo prolata extendenda erunt, extensione non extensiua, sed comprehensiua, cùm simus in casu suspensionis à iurisdictione incursa per Episcopum, & in iure nouo nulla fiat mentio de quęstione hac, scilicet an dicta suspensio deuoluerit iurisdictionem ad Capitulum: sed solùm, quòd deuoluta non fuerit ad Archiepiscopum. At quoniam in dictis c. scilicet cùm in cunctis. & c. 2. dum sermo haberetur de casu negligentiæ Episcopi, propter quam ille suspenditur à iurisdictione conferendi beneficia, in quibus peccauerat per negligentiam: & insimul de iurisdictione deuoluta in illa conferendo æquiparatus reperitur Archiepiscopus ipsi Capitulo: & dum excluditur Archiepiscopus in dicto cap. quia diuersitatem, reperitur excluſum & Capitulum à prætensa deuolutione iurisdictionis conferendi beneficia, à quorum collatione Episcopus suspensus reperiebatur pro alijs delictis, quàm p crimine negligentiæ conferendi beneficia vacantia, quorum collatio ad se solùm de iure ordinario dignoscebat spectare, vt apertissimus docuit text. in dicto cap. quia diuersitatem. §. sic tamen. inde ergo patentissimè sequitur, q id,

lized by Google

id, quod dixit Innocentius Quartus in dicto cap. 1. de ſuppl. negli. Prælat. in ſexto, quòd excommunicato Epiſcopo, iuriſdictio non deuoluatur ad Archiepiſcopum, cùm in iure hoc non ſit cautum: Idem voluerit intelligere ipſe Innocẽtius Quartus in caſu noſtro, ſcilicet ſuſpenſo, quòd Epiſcopi iuriſdictio deuoluta non fuerit ad Capitulum Eccleſię Cathedralis: cum hoc non fuerit iure cautum, niſi in caſu ſuſpenſionis incurſæ propter Epiſcopi negligentiam ſolam cõmiſſam in non conferendo beneficia vacantia infra ſemeſtre. Et ſicut in dicto §. ſic tamen. Innocentius Tertius expreſsè declarauit in tali caſu deuolutam fuiſſe ad Papam huiuſmodi iuriſdictionem conferendi beneficia, à qua fuerat Epiſcopus ſuſpenſus propter alia crimina, quã per negligentiam in prouidendo Eccleſijs vacantibus: huiuſmodi ergo deciſio facta in dicto antiquo iure comprehenſa reperitur in dicto iure nouo dicti c. 1. per regulam æquiparatorum benè intellectam, vt probabitur ſenſiſſe infra recenſendos Doctores iuris Pontificij veras ardentes ac ſplendidas lampades. Quapropter & præſens noſtra concluſio probatur etiam veriſſima per argu. in c. quamquàm. de elect. in ſexto, vbi Bonifacius Octauus his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Quamquàm in caſu negligentię ſit ſtatutum a iure, quòd Eccleſia Cathedrali vacante, ſi per eos, ad quos ſpectat non fuerit electio de Prælato infra tẽpus debitum celebrata, eligendi poteſtas ad ſuperiorem proximum deuoluatur: hoc tamen non eſt ad caſum alium extẽdendum. Igitur ſi electores in huiuſmodi Eccleſia, vel 8 ipſo iure, cùm eligunt† ſcienter indignum per ſententiam: cùm formam traditam in Generali Concilio non obſeruant, eligendi poteſtate priuentur: non ad dictum ſuperiorem, ſed ad Romanum Pontificem poteſtas eadem deuoluetur. ſecus autem in inferioribus Eccleſijs eſt cẽſendum.] hæc ibi. diximus præſentem concluſionẽm probari per arg. in dicto c. quamquàm. cùm ex ipſo eliciatur apertiſſima differentia poteſtatis Capituli in caſu negligentiæ Epiſcopi, & Archiepiſcopi in caſu negligentiæ Capituli iuriſdictio Epiſcopi, eò, quòd primo deuoluatur ad Capitulum, & ipſo etiam negligente deuoluatur ad Metropolitanum: nihilominus huiuſmodi poteſtas conferendi per deuolutionem acquiſita propter neglectum non erit extendenda ad alios caſus, & ſic ad caſum noſtrum, cùm ſupponatur Epiſcopum Andrienſem fuiſſe ſuſpenſum non propter negligentiam, ſed alia de cauſa. quapropter noſcitur virtute huiuſmodi ſuſpenſionis deuolutam fuiſſe iuriſdictionem non ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſed ad ipsũ Pontificem ſummum: cùm non ſimus in caſu negligentiæ, ſed in alio: ad quem ſi extenderetur, eſſet contra ipſum textum in dicto c. quamquàm, vt patet ad ſenſum. Probatur & ſecundò præſens noſtra

stra conclusio Doctorum auctoritate. Vltra supra citatas glosas. Idipsum docuit enim gl. in c. 1. in verbo ipsius. de Officio Vicarij in sexto, his præcisis verbis vtens, videlicet. Si verò Episcopus est excommunicatus, nec ipse, nec ipsius officialis (cùm eorum idem sit consistorium) de causis cognoscet. Quid ergo tunc fiet? Adeatur Papa, vt prouideat, vt in c. 1. de supp. neglig. Prælat. in sexto, ex cuius sententia comprobatur veritas nostræ conclusionis, & ipsam probari per dictum text. in dicto c. 1. vt supra diximus. idipsum docuit Panormit. in c. graue nimis. col. 1. nu. 6. & 12. col. 2. extra de præben. & dignit. Nam in dicto nume. 6. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Nota, quòd
9 Prælato † suspenso à collatione beneficiorum non succedat Capitulum pro hoc c. 1. de suppl. neglig. Præl. in sexto, & c. quia diuersitatem, de conces. præben. & generaliter posset dici: quòd Prælato suspenso à toto officio propter delictum proprium diu continuatum non succedit Capitulum, vt videtur tex. notabilis in c. fina. de statu Monach. & in dicto nu. 12. his præcisis verbis. idipsum docuit, videlicet Glos. super verbo. persona. in fine. Non benè respondet iudicio meo ad cap. cùm in cunctis. Dic, vt prædixi, quòd illud c. prouidet in collatione indigno facta: Nam in tali collatione pro illa vice succedit Capitulum, sed hìc loquitur cùm Episcopus suspenditur generaliter à collatione omniù beneficiorum, in quibus non fuit commissum delictum. Vnde hęc potestas non deuoluitur ad Capitulum, nec ad Archiepiscopum, sed solùm ad Papam, nisi aliud fuisset hic prouisum: vt patet in dicto c. quia diuersitatẽ. vide quod legitur & not. in c. 1. de suppl. neglig. Præl. in sexto, & c. quãquàm, de elect. in sexto, hæc Panorm. ibi. ex quibus tria eliciuntur memorię commendanda. Primum quorum est, quòd id, quod dixerat in dicto c. cùm in cunctis. §. fin. in fi. col. 2. & in principio tertiæ col. asserens, quòd aut Episcopus perdit potestatem in beneficijs spectantibus ad eum iure proprio, & fit deuolutio ad suum Capitulum siue perdat propter negligẽtiam, siue perdat propter delictum, vt not. hìc, & in c. 2. de concess. preb. Nam dicta verba propter delicta ipsa, intellexit solùm de delictis commissis in collationibus beneficiorum factis indignis, de quo agitur in dicto c. cùm in cunctis. & sic non est sibi contrarius tantus vir. Secundum est, quia indè elicitur veritas nostræ conclusionis: & tertium est, quòd ipse Panorm. in citando dictos Canones in corroborationẽ suę sententiæ fauenti nostræ conclusioni confirmauit nostram interpretationem, & adductionem ipsorum in probationem dictę nostrę conclusionis. Idem confirmauit ipse Panorm. in dicto c. quia diuersitatem. col. 2. nu. 4. in verbo. nota, quòd Prælato. his præcisis verbis vtens, videlicet. Nota, quòd Prælato suspenso, potestas cõferendi bene-

Digitized by Google

beneficium nõ deuoluitur ad Capitulum, nec ad Archiepiſcopum, ſed ad Papam. pro hoc cap. 1. & quod ibi not. de ſuppl. negli. Prel. in ſexto, ſed tu limita hoc dictum & iſtum tex. prout habes text. in c. vnico. Ne ſede vacante. in ſexto, & ibi etiam per gloſam. Nam ſi donatio, aliàs collatio ſpectaret ſimul ad Epiſcopum & Capitulum: ſuſpenſo, vel excommunicato Epiſcopo poteſt Capitulum conferre: hæc ille. At cùm nos non ſimus in caſu collationis commu nis, ſed ſolùm ſpectantis ad Epiſcopum: indè duo ſequuntur ſimul, quòd Panor. eſt nobiſcum, & quòd ipſe intelligat in caſu noſtro non habere locum dictum c. vnicum. ratione afferenda a nobis infra in reſponſionem ad impugnationem afferendam contra noſtram veram concluſionem ex dicto cap. vnico. Idipſum docuit Innocentius in dicto c. quia diuerſitatem. col. fina. in verſic. meliùs videtur. Vbi infraſcriptis verbis vſus fuit, videlicet. Melius videtur, quòd nec Capitulum, nec Superior poteſt ſupplere alterius defectum, niſi ius hoc dicat, ꝙ ei liceat alterius defectum ſupplere, vt in c. cùm Eccleſia Vulterana. de elect. Idipſum docuit apertius Felinus in cap. cùm olim. col. 2. verſic. & ita vides. nu. 6. ext. de maior. & obedien. his præciſis verbis vtens, videlicet. Et ita vides, quòd ipſa vacatio ſedis eſt illa, quæ transfert poteſtatem in
10 Capitulum, repreſentans † tunc Epiſcopum in illa deuolutione, quæ fit fauore ipſius beneficij: ſed repleta ſede, nulla poteſtas deſcendit de Epiſcopo in Capitulũ, niſi in caſu c. 2. de cõceſſ. præben. qui eſt ſpecialis ſecundum Innocentium ibi dicentem naturam deuolutionis eſſe, vt tranſmittat actum ad maiorem. Ideo quãdo agitur de deuolutione ex Epiſcopo negligente in alium, iſta ſecunda deuolutio tranſit ad Superiorem, non ad Capitulum, ſede repleta, quia non eſt iure cautum: ſicut ſi ſedes vacat, quia cautum eſt iuriſdictionem tranſire in Capitulum, quòd nunc non eſt inferior ius Epiſcopo, ſed par. Idẽ docuit Philippus Franchus in d. c. 1. de ſuppl. neglig. prælat. in ſexto, col. 1. in verſic. in eadem glo. ibi quamquam ſequens glo. quartam in c. 1. de offic. Vicar. in ſexto, ſupra per nos relatam, & Hoſtienſ. dixit, quòd tũc de cauſis ſpectantibus ad Suffraganeos, ipſis exiſtẽtibus excommunicatis, ex quo tunc Metropolitanus non cognoſcit, concludit Hoſtienſis, quòd adeundus ſit Papa, vel Legatus ſi eſt in Prouincia.

Probatur & tertiò præſens noſtra concluſio hac ratione, videlicet. Cùm nullibi in iure cautum reperiatur, quòd ſuſpenſo Epiſcopo per alia ſua delicta perpetrata non intuitu ſui officij, dicatur ſedem Cathedralis Eccleſiæ vacare, ac per conſequens iuriſdictionem Epiſcopalem deuolutam fore ad Capitulum talis Eccleſiæ, prout fuit probatum. Indè ſequitur, quòd cũ Epiſcopus Andrienſis non inciderit in ſuſpenſionem propter electionem factã in perſona

sona indigni, neque propter eius neglectum in conferendo beneficia vacantia, vel propter similia alia delicta concernẽtia eiusdem dignitatem, sed solùm propter alia nonnulla prętensa ab ipso commissa, non vt Episcopus erat, sed vt homo: & in iure non reperitur, quòd propter huiusmodi incursam suspẽsionem iurisdictio eius fuerit deuoluta ad ipsum Capitulũ: nec dici possit ipsum mortuum ciuiliter, aut naturaliter ita, vt esset dicendum omnino de iure dictam iurisdictionem fuisse deuolutam ad Capitulum, sed ad ipsam sedem Apostolicam, à qua fuit suspensus. Antecedens fuit per allata hucusq; probatũ apertissimè. Consequentiæ veritas per se patet, & probabitur adhuc auctoritate Doctorum (vltra supra citatos) infrascriptorum. Sciendum igitur, quòd singularis Glo. in c. susceptum. in vers. non morte. de rescriptis in sexto, sequens Ioannem in c. placuit. 16. q. 1. his præcisis verbis vtetur, videlicet.

11 Nunquã mors † ciuilis naturali cõparatur, nisi in casib. expressis in iure. Cùm lex doceat, quòd per fictionem iuris veritas non confundatur, nec deleatur, vt in l. in rebus. in principio. C. de iure dotium. cuius glosæ sententiam quamplurimi Doctores sequuti fuerunt, quos ibidem recẽsuit illos sequens Philippus Franchus, Qui hoc ipsum apertius docuit in c. 1. §. cùm vero. Ne sede vacante, in sexto, in versic. vltimò nota, his præcisis verbis vtens, videlicet. [Vltimò nota ibi intromittere. quia quando Episcopus est suspẽsus, Capitulum sicut non potest tunc conferre, ita nec commendare: sed mortuo Episcopo licèt conferre non possit, tamen poterit ea custodienda alteri cõmendare, vt tenet hìc Jo. Andr. & & in c. 2. supra eodem titu. Ratio differentiæ est, quia commendare est iurisdictionis: secundum not. in c. nemo. de elect. in sexto, sed Capitulum succedit in iurisdictione sede vacante, vt in cap. cùm olim. de maior. & obed. q̃ secus est, quando Episcopus est suspensus secundũ Dominicum. At cùm nullibi in iure reperiatur suspensionem æquiparari morti naturali, aut ciuili, & solùm in iure sit cautum deuolui iurisdictionem Episcopalem ad Capitulum in casu mortis Episcopi naturali vel ciuili, & in alijs casibus ab ipsomet iure æquiparatis morti naturali ipsius. Indè sequitur, quòd in casu nostro de iure (propriè, loquendo) dicendum erit per huiusmodi suspensionem incursam à Reuerendissimo Episcopo Andriensi alia de causa, q̃ ex enumeratis, & equiparatis à iure morti naturali, non fuisse deuolutam iurisdictionem Episcopalem ad ipsum Capitulum, nec fore dicendum Ecclesiam ipsam verè vacare: cùm (vt peroptime dixit Philippus Franchus in dicto c. quamquam. not. 1.) iura penalia loquentia in certo casu, nõ debent extendi ad casum non expressum, licèt sit similis: & idem dicit in not. secundo. Etsi verissima fuerit præcedens

nostra

noſtra concluſio tot oraculis cõ-
12 probata. Nihilominus † quis poſ-
ſet inſurgere contra ipſam, dupli
ci medio. Primò enim per text.
in c.vnico.in principio. Ne ſede
vacante.in ſexto, vbi Bonifacius
Octauus his præciſis verbis vſus
fuit, videlicet [ſi ad Epiſcopum
& Capitulum communiter perti-
13 neat collatio prębendarũ, † mor-
tuo Epiſcopo, vel à beneficiorum
collatione ſuſpenſo, poterit Ca-
pitulum vacantes conferre præ-
bẽdas, etiã ſi Epiſcopus intereſſe
habeat in collatione huiuſmodi,
vt Prælatus.] hæc ibi. Ex quibus
videtur, quòd cùm (in caſu noſtro)
Epiſcopus ſit ſuſpenſus, iuriſdi-
ctio ipſius ſit deuoluta ad ipſum
Capitulum: & ſic quo ad hoc di-
catur ſedem vacare. Probari vi-
detur idem & ſecũdò Doctorum
ſententia: Nam primò communi-
ter Doctores dicunt, quòd in
caſu propoſito in dicto c. vnico,
iuriſdictio ſit deuoluta ad Capi-
tulum: Nec non Hoſt. dum in ſua
ſumma in lib. 3. titu. Ne ſede va-
cante.§.quot modis dicatur ſedes
vacare.docuit, quòd duobus mo-
dis, ſcilicet verè, vt in hoc titu-
lo, & interpretatiuè, vt quia Prę-
latus eſt hęreticus, vel excommu-
nicatus, vel ſuſpenſus. & in fine
dicti §.his verbis vſus fuit, videli-
cet. Vbicunq; ergo verè vacat ſe-
des, vel interpretatiuè, ſcilicet
de iure, delicto Prælati exigente,
vel de facto, dummodo eiuſdem
negligentiæ imputari non poſſit.
hìc titulus locum habet. hæc ille.
Idipſum docuit Franciſc. Paulus
in tractatu de officio & poteſtate
Capituli, ſede vacãte. quî ferè ijſ-
dem verbis vtitur, quibus vſus
fuerat Hoſt.

His ergo non obſtantibus ad-
huc aſſeueramus noſtram conclu-
ſionem fuiſſe veriſſimam, & ad
obiectiones gradatim reſponde-
bimus.

Ad text. ergo in dicto c. vnico
14 † quamfacillima erit reſponſio,
dicendo, quòd cùm ſimus in di-
uerſis caſibus: nullo pacto ſtatu-
tum in caſu dicti c. vnici. aduer-
ſatur deciſioni noſtræ in caſu no-
ſtro, in quo non agitur de Epiſco-
po ſuſpenſo à beneficiorum col-
latione ſpectantium ad collatio-
nem Epiſcopi & Capituli ſimul:
quapropter inſulſa erit illatio,
quam tacitè fecerunt aduerſarij
dicentes, quòd ex dicto textu eli-
ciatur, quòd Epiſcopo ſuſpenſo,
iuriſdictio eius deuoluta ſit ad
Capitulum: tum quia primò fal-
ſa comprobatur conſequẽtia hu-
iuſmodi taliter, dicendo, Epiſco-
pus eſt ſuſpenſus à iuriſdictione:
ergo deuoluta illa fuit ad Capi-
tulum: ſicut deuolutam fore di-
citur poteſtatem conferendi be-
neficia, quorum collatio erat cõ-
munis ad Capitulum ipſo Epi-
ſcopo ſuſpenſo: ad quod duplici-
ter reſpondetur. Primò, quoniam
dictus Canon non tantum non
dixit ex ſuſpenſione incurſa per
Epiſcopum, ſedem vacare, & iu-
riſdictionem deuolutam ad Ca-
15 pitulum, † ſed nec dixit ſimplici-
ter, quòd ſuſpenſo Epiſcopo à
collatione beneficiorũ, poteſtas
illa conferendi fuerit deuoluta
ad Capitulum, ſed ſolùm, quòd

hoc

hoc contingat in duobus casibus tantum. Primò scilicet quando collatio beneficiorum communiter spectaret ad Episcopum & Capitulum. Et secundò, quando collatio spectaret ad Episcopum solum, cum tamen consilio vel assensu sui Capituli: nec tunc simpliciter: sed cùm ipse Episcopus suspensus esset in mora petendæ absolutionis à tali suspensione: & per se staret quin absolueretur ab incursa suspensione: Cùm non solùm dictus text. in dicto c. vnico in principio, & in §. cùm vero. hoc ipsum docuit secundum eius sententiam: verùm etiam secundum corticem verborum, ac grãmaticalem sensum: eò quòd tunc verè diceretur Episcopum suspensum negligere collationem beneficiorum, vt peroptimè docuit concludendo Philippus Franchus ibi dem col. 2. dicti §. cùm vero. nu. 4. in versic. & circa prædicta, qui his præc illis verbis vsus fuit, videlicet. & circa prædicta conclude, quòd si collatio spectat simul ad Prælatum & Capitulum, & tũc vnus non supplet negligentiam alterius, vt in c. fin. ext. de suppl. neglig. Præl. (Adde tu, quod ibi agatur de casu solùm quãdo tam Episcopus, quàm Capitulum fuisset negligens gradatim in collatione beneficij: nã cùm ambo fuisset priuati tali iurisdictione post semestre, vnicuique eorum à iure indultum: verum est, quòd neuter ipsorum possit supplere negligentiam alterius, & in hoc solum casu loquitur hic Franchus, & sequitur: si verò collatio spectat ad solum episcopum, vel Prælatum tunc eius negligentiam supplet Capitulum, sicut è contra, vt in c. 2. ext. de conces. præben. qñ collatio spectat ad episcopum vel prælatum cum consilio, vel consensu Capituli: tunc ex quo censetur spectare ad ipsum episcopum solùm, vt patet ex hoc textu, poterit eius negligentiam supplere, non autem eius defectum, vt hic in textu, hæc ille in dicto §. qui. in principio dicti cap. elicit, prout docuit ipse tex. quòd quando collatio beneficiorum esset communis episcopo & Capitulo, tũc mortuo vel suspenso episcopo, collatio deuoluitur ad Capitulum: & sic sumus in speciali & expresso casu prouiso à iure. Ratio verò istius constitutionis duplex reddi poterit. Prima sic dicendo: cùm non rationi cõsentaneum videatur, vt quis odio alterius pregrauetur, & sine propria culpa, vt in regula Non debet: & in regula. sine culpa, de regul. iur. in sexto, etsi ex suspensione incursa ab episcopo pro sua culpa, Capitulum in dicto casu priuaretur potestate conferendi huiusmodi beneficia, duo mala indè sequerentur. Primum, ipsum Capitulum odio episcopi in sua iurisdictione grauaretur. & secundum, ecclesia (cuius beneficium vacat) priuaretur ministro & obsequijs oportunis in temporalibus & spiritualibus. Ratio verò secunda est, quoniam episcopus & Capitulum dicitur vnum corpus, cuius caput est ipse episcopus, & Canonici membra, vt in c. nouit. extra

non potest se intromittere de eisdem]hæc ibi. Ex quibus apertissimè elicitur, quòd ipse Host. dicit interpretatiuè Ecclesiam vacare primo in alijs casibus æquiparatis a iure morti Episcopi, cum talis interpretatio fuerit a iure expressè facta, & secundò in casu quo Episcopus hęreticus, excommunicatus, vel suspensus esset negligens in petendo absolutionẽ, in casu communis collationis, cũ donec per se stet, quin absoluatur negligens iudicandus erit in conferendo beneficia, cum stante tali vinculo, illa cõferre non poterit: & quo ad collationem beneficiorum spectantem solum ad Episcopum cum consensu Capituli, poterit dici Ecclesiã ipsam vacare aliquo pacto: & quòd hæc nostra interpretatio sit secundum mẽtem Host. elicitur ex supra recensita sententia eiusdem, quam refert Philippus Frãchus, vbi supra, dũ consuluit, quòd quãdo Episcopus est excommunicatus (cùm tũc Archiepiscopus cognoscere nõ possit) esset recurrendum ad Summũ Pontificem, quod non dixisset, si tunc diceretur vacare Ecclesiam, & deuolutam per consequens iurisdictionem fuisse ad ipsum Capitulum, & per hæc eadem patet responsio ad Frãciscum Paulum, qui ijsdẽ verbis Hostien. ibi vsus fuit. ex quibus omnibus patentissimè emicuit veritas nostræ conclusionis, & falsitas impugnationis supra allatæ.

Secunda cõclusio, suspenso Epi
17 scopo † Andrienſi nullo pacto de iure dicendũ erit fuisse suspẽsam iurisdictionẽ Reuerendissimi Vicarij, qui in præsentiarum reperit in administratione ipsius Dięcesis ex mandato, & deputatione sedis Apostolicę, mediante prouisione contenta in litteris facta in sacro tribunali Illustrissimorum Cardinaliũ super huiusmodi negotio deputato a sede Apostolica, vt (omnibus perlegere illas volentibus patuit) per duas speciales litteras ipsius sacræ Congregationis originales, & subscriptas manu Illustrissimi Cardinalis Alexãdrini, quarũ altera directa fuerat ab ipsa sacra Congregatione Reuerendo Capitulo ipsius Ecclesiæ Cathedralis Andrienſis, & altera directa fuerat Vicario, qui presentis Vicarij immediatus pcessor fuerat. Hæc igitur cõclusio probat̃ duplici medio. Primo.n. per arg. apertissimũ, & præclarissi
18 mum in c. 1. † de offic. Vicarij in sexto, vbi Innocẽtius Papa Quartus his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Romana Ecclesia, & infra. Cùm Remẽsis Archiepus in officialem alicuius Suffraganei sui excõicationis sũiam ex aliqua rationabili causa profert, illos, qui vices ipsius gerunt pp hoc excõicationis vinculo nõ astringit, cũ non cõicẽt ob id officiali eidem in crimine, qui Ecclesiasticę censurę districtione pro eo, ꝙ suum exercent officiũ non arctãtur. Eatñ, quæ ipsi gerendo hmõi vices agũt, eo taliter excõicato manente (si iurisdictionem tm̃ recipiunt ab eodem) nõ possunt obtinere vigorem.]hæc ibi. Diximus probari presentem conclusionẽ per arg.

in d.c.1.qm,etsi reuera secundum sonitum verborum expresse ibi mentio non fiat de Vicario dependente a Superiore Epo Diœcesano. Tñ bene id elicitur ex sententia, & mente ipsius, arguendo a contrario sensu tali pacto, videlicet,cùm ibi dicatur, q valida nõ sint gesta ab officialib.Episcoporum,ipsis Epis existentib.excõicatis,quando iurisdictio taliũ officialium depẽderet solum ab ipsis excõicatis, eo q nemo dare posslit,quod ipse non habet: Indè sequitur sumendo argumentum a cõtrario sensu, tali pacto: Si iccir cò facta ab officiali Epi excõmunicati:nõ sunt valida, cum cesset eius iurisdictio, cessante iurisdictione eius,cuius vicem gerit:Inde sequit, q gesta p Vicariũ, qui est hodie in hac Andriẽsi Diœcesi sint valida, eo q adhuc retineat iurisdictionem, quam nõ ab ipso Epo suspenso obtinuit,sed a sacra Cõgregatione Illustrissimorũ Cardinalium,qui Cardinales non solum non sunt suspensi, verum etiã in suis constitutionibus, & delegationib.represẽtãt sedem ipsã Apostolicam,vt omnibus perspicuum est. Idipsum docuerunt Doctores ibidem, inter quos est Philippus Franchus in col.1.nu.3. in vers.vltimo nota, vbi his præcisis verbis vsus fuit,videlicet. Vltimò nota,q domino excommunicato gesta in iudicio per gerentẽ eius vices non valent,quod intellige, quando geruntur respectu iurisdictionis ipsius domini: secus si prætextu iurisdictionis alterius, vt quia recipiat iurisdictionẽ ab alio Superiore, vel a Canone, vt in c.quoniam. distin.89. vel quando ad tempus recipit administrationẽ,vt ett visitator, vel coadiutor.vt in c.consulti. de procur. in istis enim casibus excommunicatio superueniens in personam domini non impedit vicem gerentẽ iurisdictione:hæc ille.

His ergo omnib.præmissis operæpretium duximus subsequẽter deuenire ad singulare certamen, cum illo Doctore, qui non intelligens forsan vim verborum tituli quęstionis propositæ,& examinatæ a me, non veritus fuit nostræ decisioni aduersari,nitendo euertere omnia verissima fundamenta ipsius nonnullis fucatis rationibus.etsi me non lateat ex supra allatis fuisse illis abundè satisfactum iudicio omniũ eruditorum Doctorum.

Ad primam ergo obiectionem factam per illum Doctorem, in qua fuit negata minor propositio: dicimus huiusmodi negatiuam,& eiusdem longissimam(sed minus necessariò concludentem) probationem,tũc habere locum: quando Vicarius(de quo est sermo)obtinuisset solũ iurisdictionem ab ipso Episcopo suspenso, & non a dicta sacra Congregatione Illustrissimorum Cardinalium represẽtãte ipsam sedẽ Apostolicam in suis prouisionibus: & nullo pacto agi de bono publico consulendo per priuationem dicti Vicarij,per se patet,cum sicut hucusque peroptimè functus fuerit suo munere,æquè sperandũ nobis erit ipsum functurum fore: quo-

quousque ammoueatur a tali iurisdictione ab eadē Illustrissima Congregatione. His ergo de iure sic stantibus, animaduertere non possumus ad quid tot allegationes fuerint allatæ contra nostram decisionem veritissimam. Quapropter retorquendo contra obijciétem ea, quib. vsus fuit contra nos: dicimus & nos denominationem fore faciendam a nobiliori, & sic dicendum fore præsentem Vicarium Andrien sis Diœcesis esse Vicarium sedis Apostolicæ, & non Reuerendissimi Lucæ Episcopi eiusdem Diœcesis, ac per consequens illo suspēso a iurisdictione Episcopali, non posse de iure dici iurisdictionē deuolutam esse ad Capitulum, cùm adhuc perseueret in ipso Vicario, licet vt in prima conclusione probauimus, nec ad ipsum Capitulum fuisset talis iurisdictio deuolata, si p̄sens Vicari⁹ iurisdictionem obtinuisset solum a dicto Episcopo suspenso. Cum ergo eius iurisdictio emanauerit a Superiore ipsius Episcopi suspensi, & nō ab ipso. Indè sequeretur, q̄ si dicta pęna suspensionis extēderetur ad ipsum Vicarium: hoc non contingeret ratione, ac zelo consulēdi bono publico, sed odio iniusto contra eum: cùm inde puniretur, qui non peccauit in sua p̄sona, nec peccauit is, a quo iurisdictio sua emanauit. Quapropter per se patet inde nullū pręiudicium fieri bono publico, nec in casu nostro locū habere quod ipse dixit, q̄ quando in vno eodēq; casu concurrat fauor, & odium, tunc lex hmōi dicatur fauorabilis: q̄m hæc regula solum verificatur in casu certo, non autem in casu dubio, quia fieret restrictio. vt in dicta regula odia. cum indè ius publicum non læderetur.

Ad secundam obiectionem, in qua Doctor ille nitebatur probare, q̄ casus suspensionis connumeretur inter casus, in quibus dicitur Ecclesiam vacare, & ad Capitulum deuolutā indè iurisdictionem omnimodā, ac si verè Ecclesia vacasset, cum hoc non contingat, nisi Ecclesia vacet. & ad illationes ibi factas cōtra omnes regulas arguendi. Respondendo duplici modo demonstrabimus huiusmodi obiectionem gratis factam. Primò enim dicimus ipsius illationem, seu consequentiā nullo pacto posse procedere ab illo antecedenti, cùm indè patentissimū sequeretur necessariò, quòd cogeremur affirmare, quòd quotiescunque aliqua speciali de causa quis veniret priuandus iurisdictione aliquod speciale faciendi, intelligeretur priuatus omnimoda sua iurisdictione, & sic è contra videretur, q̄ concesso vno speciali, viderentur omnia alia concessa etiam difformia expressis, quod patet quātum sit contra regulam iuris allatam a glosa singulari in c. susceptum. in versic. non morte. de rescriptis in sexto recēsitam supra in probationem primæ nostræ conclusionis, ex quib. sequitur, q̄ de iure (cum hoc in iure expressum non reperiatur) per suspensionem Ep̄i nullo pacto Ecclesiam vacare dicendum foret, nec ad Capitulū per consequens

Google

deuolutam fuiſſe iuriſdictionem Epiſcopalem, vt apertiſſimè ſupra probauimus multis medijs. Reſpondemus & ſecundò ad eandem obiectionem, dicẽdo fundamẽtum ipſius inhærens. c. vnico. Ne ſede vacante. in ſexto, eſſe de iure nullum, vt ſupra probauimus reſpondẽdo ad impugnationem factã contra veritatem d. nr̃ę primæ concluſ. vltra relatas ad verbũ Doctor. ſuãs idipſum clara voce ac vniſona ſentientium. Videatur ibi ergo. Quapp obſecramus aduerſarium, vt deinceps põderare ſtudeat ſingula verba tã ipſius Canonis, q̃ aliorum, p ipſum allatorũ: & ſic, q̃ facillimè reperiet nos in d. nr̃a conſultatione benè intellexiſſe vim verborũ, tã Canonũ, q̃ Doctor. ſentẽtiarum, quas ibi attulimus: eò q̃ (vt ſup. docuimus) ſciebamus Vicarium Epi habere ordinariam iuriſdictionem, cùm eius conciſtorium ſit idẽ cum ſuo Epo. etſi ſubreptione mẽtis & calami velocitate dixerim⁹ delegatam eius iuriſdictionem. & ex his patuit reſponſio ad ſecundam & tertiam obiectionem.

Ad id, q̃ quarto loco obijciebat̃ à conſulente, q̃ exceptio firmet regulã. &c. & extẽderetur ad ſimilia. Reſpondemus, q̃ etſi verè extenderetur ad ſimilia, qñ eſſemus in caſu pio & fauorabili, non aũt in caſu & materia noſtra, cum ſimus in materia odioſa, & nõ ſolum contra fauorem, & reuerentiã, quæ debetur tanto tribunali Illuſtriſſimorum Cardinalium, a quo preſens Vicarius fuerat deſtinatus in regimine Andriẽſis Dieceſis: verũ etiã (vt ſupra latiſſimè pbauimus) cũ hoc vergeret in maximã irreuerentiam, quæ indè ex alio capite exhibebatur ſedi Apoſtolicę, ad quã ipſo iure deuoluit̃ iuriſdictio Epi ſuſpenſi, & nõ ad Capitulũ, cum in tali caſu nõ poſſit de iure dici ſedẽ vacare, eo q̃ caſus ſuſpenſionis incurſę alia de cauſa, q̃ p negligentiã, vel in caſu collationis beneficiorũ ſpectãtis ad Epm, & ad Capitulũ, nulla iuriſdictio deuoluat̃ ad Capitulũ: vt (Deo dante) peroptimè p ſup. allata fuit probatũ retorquendo argumẽtum q̃ neſcimus quo ſpũ eliciebat̃ a parte aduerſa ex c. vnico. Ne ſede vacante in 6. videat̃ ibi: & caſus ſuſpẽſionis (de qua agitur) non ſolũ nõ fuit numeratus inter caſus exceptuatos, in q̃bus a iure fuit deciſum dicendã fore ſedẽ vacare, & iuriſdictione deuolui ad Capitulũ, imò expreſsè fuit cautum contrariũ in d. c. vnico. in caſu nr̃o, vt ex verbis ipſius ſupra relatis apertiſſimè patuit.

Ad id, q̃ obijciebat̃ ex Clem. Ne ī agro. §. Abbate. de ſtatu Monach. & de æquiparatione factæ p Abbatẽ, inter Abbatem & Epiſcopum, & q̃ indè ſuccedat regula de æquiparatis. Reſpondemus. Primò q̃ etſi eſſemus in caſu Vicarij dependentis, tantum ab Epiſcopo ſuſpenſo, non ideo haberẽt locum ſupradicta, cũ expreſsè iure cautum ſit, quòd non in omnibus Eccleſia Cathedralis æquipa-
19 retur Eccleſiæ regulari, ſed ſolum in caſibus a iure expreſſis, vt docuit textus in c. quamquam. in fi. de elect. in ſexto, vbi poſtquam

ibi

Digitized by Google

ibi Bonifacius Octauus dixisset, quòd licet in casu negligentię Capitulo priuato iure cõferendi beneficia deuoluatur iurisdictio huiusmodi ad Superiorem, in alijs verò casibus pręcepit deuolui ad Papam, subintulit in fine dicens [secus aũt in inferiorib. Ecclesijs censendum.] hæc ibi. Vbi idipsũ expressè docuit gl. in vers. Cathedrali, & glo. pen. & vlt. vbi glo. finalis dixit, ꝙ olim Curia seruabat hoc ipsum interdum in Ecclesijs regularib. & hoc quia text. in c. ne pro defectu. extra de elect. æquiparabat Cathedrales, & regulares, & sic sicut in Cathedralibus supra dictum fuit, ita videbatur dicendum in regularibus, sed non est ita. Hæc glo. illa. Idipsum docuit Philippus Frãchus ibidem in notabili primo, secundo, & vltimo, vbi hæc præcisa protulit verba, videlicet. Nota primo ibi extendendum, quòd iura pœnalia in certo casu nõ debent extendi ad cásum nõ expressum, licet sit similis, c. facit, c. statutum. infra eodem. Secundò nota, quòd constitutio † concepta in casum negligentiæ non includit casum facti, licet nulliter, etiã si tale factum sit delictum, & sic etiam in pœnalibus non sunt paria aliquid non esse factum intra terminum, vel esse factum, tamen nulliter.

20

Vltimò nota, quòd statutum, & constitutio loquens de Ecclesijs Cathedralibus non includunt inferiores Ecclesias, secundum Dominicum, sic & è contra iura loquentia de inferioribus Ecclesijs non includunt Cathedrales. vt hic in glo. & in glo. finali, in glo. in versiculo Cathedrali, in fine.

Nota quòd licet aliqua † æquiparantur quo ad certum casum, tamen statutum in vno, non extenditur ad reliquum in alijs casibus. hæc omnia ille. Ex cuius verbis patet quantum aberret a via doctrinæ veræ impugnatio, seu obiectio supradicta. Nec Abbas citatus ab aduersario vnquã docuit contrarium, prout patuit per supra relata verba eiusdem Panormitani. Ad id vero, quod dicebatur, quòd in casu nostro locum habebat regula iuris de æquiparatis. Respondemus, quòd licet regula in se de æquiparatis sit veritima, tamen applicatio illius fuit non bene ponderata: cum illa locum habere de iure in casu nostro non possit, pro cuius rei intelligentia sciendum, quòd licet sit veritimum, quòd

21

22 in casibus æquiparatis † a iure antiquo noua constitutio de vno tantum loquens, extendatur ad omnes illos alios casus: non tamen indè sequitur illatio sperata ab aduersario, quia contrarium reperitur de iure cautum in casu nostro, in capitulo primo, de supplenda negligentia Prælatorum, in sexto, iuxta sententiam Doctorum citatam in probationem primæ conclusionis, & in responsionem ad textum, in capitulo vnico. Ne sede vacante, in sexto: videatur ergò ibi, & quòd in casu nostro locum non habeat dicta regula æquiparatorum, patet per se, eo quòd se-

Digitized by Google

ſecundum communem Doctorũ ſententiam citatam a Mattheo Matteſilano in ſuo eleganti tractatu de extenſione a nu. 14. vſq; ad 18. tunc huiuſmodi regula habet locũ, quando caſus a iure antiquo in omnibus, & per omnia reperiuntur æquiparati caſui expreſsè prouiſo in iure nouo, & ſic in materia, de qua agitur, ſeu ad effectum producendum circa materiam illam, de qua agitur in iure nouo: quoniam tunc ſolum ius pœnale nouum diſponens in vno æquiparatorum, etſi habeat locũ in alio caſu non expreſſo in ipſo iure nouo: ſecus tamen erit dicendum, quando duo caſus erunt æquiparati a iure antiquo ſolùm in aliquibus: non autem in omnibus, & p omnia, vt eſt caſus mortis Epiſcoporum contentus in iure nouo, ſcilicet in ſacro Cõcilio Tridentino in ſeſſ. 24. de reformatione c. 16. vbi dicitur ſedem Epiſcopalem vacare per mortem Epiſcopi, ac eiuſdem iuriſdictionem deuolutam eſſe ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ. Quæ igitur cõſtitutione ſtante, etſi quis poſſet forſan dubitare, an ſacri Concilij conſtitutio tacitè comprehẽdiſſet caſus alios a iure antiquo expreſsè æquiparatos ipſi morti naturali Epiſcopi: Nihilominus dicendum erit, quòd cũ dicta conſtitutio Cõcilij Triden. loquatur in materia prouiſa a iure antiquo ipſam fore extendendam ad dictos caſus extenſione nõ extenſiua, ſed comprehenſiua, & ſic illam habere locum in omnibus dictis expreſſis caſibus in iure antiquo. At cum nullo pacto caſus ſuſpenſionis, aut excommunicationis fuerit a iure antiquo, loquẽte de materia vacationis ſedis Epiſcopalis, æquiparatus morti naturali Epiſcopi in omnibus, & per omnia reperiatur. Neſcimus quomodo hoc ſine rubore aſſeuerare quis poſſit eo magis, quòd facilis erit recurſus ad Summum Pontificem, ad quem deuolutam eſſe poteſtatem huiuſmodi ſupra docuimus. Ex quibus omnib. patuit quoque reſponſio ad ea, quæ videbantur elicita ex ſententia Panormitani, vbi ſupra, vt apertiſſimè patuit ex hucuſque allatis verbis ipſiuſmet Panormitani. Nec locum habet quod aduerſarius obijciebat, interpretando ſententiam Panormitani in d. c. graue nimis, nu. 6. quia eo quòd appellatione officij non veniat iuriſdictio. ad quod (vltra ſupra allata) reſpondemus quod contrarium de directo docuit ipſemet Panormitanus in c. cum dilectus. col. 7. nu. 18. in verſ. prima. ext. de conſuetu. dicens, quòd ſuſpenſus ab officio non poſſit iuriſdictionalia exercere, nec eligere, nec beneficia conferre: & quòd hæc opinio ſit communiter recepta, & ab Innocẽtio, & Compoſt. quia appellatione ſuſpenſionis in genere intelligitur de maiori ſuſpẽſione. arg. in c. ſi quem. de ſententia excommunicationis.

Ad illud autem quod ipſe conſulens (neſcitur quo ſpiritu) dixit, quòd aliud nos dixerimus in diſputatione, & aliud in conſultatione. Reſpondemus. Hoc nobis

Digitized by Google

mirum videri : cum non deceat Doctorem vtriusque censuræ (vt aduersarius consulens esse dicitur) ignorare esse regulam verissimam, & conclusionem vniuersaliter ab omnibus Doctoribus approbatam, quòd leges tam Pōtificiæ, quàm Imperatorię sint intelligēdę loqui in materia de qua agitur in rubrica earum. Quapropter meritò non cessamus mirari dicta verba prolata fuisse a Doctore, cùm nos in titulo quæstionis disputatæ loquuti fuimus tali pacto, videlicet : An Episcopo Andrien. suspenso per qninquennium ab officio, iurisdictione, & residentia propter delicta, faciet vacare sedem Episcopalem : ita vt iurisdictio plenè in temporalibus, & spiritualibus sit translata ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, priuato pręsenti Vicario Diœcesano, sicut contingit per mortē ipsius Episcopi: cum ergo in hoc titulo ostenderimus nos loquuturos fore de præsenti Vicario, expressè patebit indè nos non loqui nisi de Vicario ipso, q̄ fuit deputatus a sacra Congregatione, etsi in dicta disputatione addiderimus, quòd simpliciter loquendo, suspenso quocunq; Episcopo, nō iccirco eius iurisdictio deuoluatur ad Capitulum eius Cathedralis Ecclesiæ, cùm in tali casu non dicatur Ecclesiam vacare : quapropter pro expediendis negotijs interim occurrentibus esset recurrendum ad sedem Apostolicam. Nunquam tamen in dicta disputatione asseruimus, q̄ Episcopo suspenso, nō sit suspensa iurisdictio Vicarij dependentis solum ab ipso : cùm de hoc casu nō fuerimus interrogati, nec occurrebat talis sermo in Diœcesi Andrien si, sed solum de præsenti Vicario. Quapropter obsecramus aduersarium consulentem, vt antequam in verbo, aut scriptis respondeat quæstioni, acuratissimè ponderet titulum quæstionis sibi propositæ ne videatur loqui extra materiam propositam in graue damnum sui honoris, & interesse clientulorum eius.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Officialis alicuius Prælati excommunicati, etsi non sit excommunicatus, tamen durante illius excommunicatione erit suspensa eius iurisdictio.*
2 *Beneficium Principis debet esse manifestum.*
3 *Partium iura cùm sunt obscura, potius reo fauendū erit, quàm actori.*
4 *Principis voluntas in dubio præsumenda erit talis, qualis de iure esse debet. & nu. 29.*
5 *Episcopo mortuo naturaliter, vel ciuiliter, in quibus solùm casibus in iure expressis iurisdictio deuoluitur ad Capitulū Cathedralis Ecclesiæ.*
6 *Rescriptum Principis erit interpre-*

Digitized by Google

tandum, rebus sic stantibus, vt reperiebantur tempore impetrationis rescripti, vel beneficij, et quare.

7 Rescripta contra ius elicita, sunt irrita & nulla.

8 Rescripti Pontificij forma est semper sequenda, si non sit contra ius commune, vel aliàs constet de voluntate Principis. & quare.

9 Rescriptum Principis contra ius cõmune concessum, nõ erit statim exequendum.

10 Rescripti verba conformanda sunt aequitati, etsi ipsa forsan hoc non paterentur, & quare.

11 Papam velle vnico verbo totam iuris obseruantiam tot laboribus, ac vigiliis excogitatã auferre, non est praesumendum, & quare.

12 Rescriptum erit reducendum ad ius commune, etiam si id facere oporteret per improprietatem verborum, vel transpositionem clausularum. & quare.

13 Ius commune interpretatur rescriptum.

14 Rescriptum mandans quem absolui praestita satisfactione (vt conformetur iuri communi) exponitur, vel praestita cautione de satisfaciendo.

15 Clausulae insertae in scriptis Apostolicis, quae sunt secundum ius commune, recipiunt omnes limitationes, & interpretationes, quas recipit ius commune, disponens de materia illa.

16 Verba debere aliquid operari, quomodo sit intelligendum, probatur, nè contra iuris communis dispositionem alicui praeiudicium generaretur, & explicatur.

17 Papa non intendit per suum rescriptum aliquid disponere contra ius, nisi expressè dixerit, Non obstante tali iure.

18 Papa quando dicatur rescribere contra ius, ex certa scientia, & quare.

19 Rescripta de sui natura & regulariter non sunt contra ius.

20 Rescripta in dubio accomodari debent iuri communi, cùm ad illud sint reducenda.

21 Concessio nona restringitur, vt ad ius commune redigatur, et ipsius generalia verba, et quare.

22 Verbum à Papa prolatum, in dubio, intelligitur secundum ius Canonicum, et non ciuile.

23 Testamentum factum in fauorem spurij quot testes habere debet, et quare.

24 Rescripta Principum quomodo sint intelligenda. et quare.

25 Casum quaestionis praesentis ponit Bal. in terminis.

26 Qualitas habẽs tractum successiuũ aliquid disponens, quantum durabit eius dispositio.

27 Priuilegio Principis non erit standum, quando ipsum incipit esse iniquum. et quare.

28 Is, cui fuit indultum liberum arbitrium disponendi, nihil poterit in casibus a iure communi decisis. sed solùm in non decisis.

30 Rescriptum Principis non praesumitur concessum in praeiudicium tertij, et quare.

31 Appellari poterit ab Episcopo delegato ad Metropolitanum in illo negotio, in quo ille procedit tanquam Episcopus, et non tanquam delegatus.

32 Prin-

Digitized by Google

32 Princeps in dubio, non præsumitur voluisse derogare conuentioni initę inter partes.

33 Beneficium nouum Ecclesiasticum obtinens non præuia manifestatione dignitatis, vel alterius beneficij iam obtẽti, tenetur ad illius resignationem. et quare.

34 Priuilegium concessum, quod post concessionem incipit esse iniustum, aliisq; nociuũ reuocatur. et quare.

35 Rescriptum fore interpretandum sine alterius prȩiudicio fuisse à Principe concessum in dubio. probatur quoque iure ciuili.

36 Iniuriarum occasio non debet oriri vnde iura nascuntur, nec iuri alterius detrahendum erit.

37 Papa per suum rescriptum, aut priuilegium non intendit iuri alicuius præiudicare saltem grauiter, et taliter ipsum erit interpretandum, et quare.

38 Priuilegium vergẽs in præiudicium aliorum restringitur etiam contra propriam significationem verborum, et quare: etiam si hoc contingat ex post facto, si indè enormiter lędat ius tertij: eò, quòd tunc illud statim erit reuocãdum. et quare. Et quòd ad hoc sufficiat sola iusta possessio illius, cui præiudicaret rescriptum, licèt proprietas non concurreret cum possessione.

39 Restitutio in integrum, et quælibet gratia Principis in dubio erit intelligenda sine alterius præiudicio, et quare.

40 Concessio simpliciter, vel generaliter facta cum præiudicio alterius, est nulla.

41 Rescripta lædentia alium in magno, sunt nulla, secus in parvo, vel indè amitteretur lucrum aliquod.

42 Clausula inserta in Principis rescripto (Appellatione remota) quid operetur.

43 Rescriptio forma non erit seruanda, quando ex hoc ius tertij (qui in rescripto non est nominatus) lædereture. & quare. & exemplificatur hæc regula.

44 Priuilegium respiciens solum ius illud concedentis, latè interpretabitur: si verò ius tertij, strictè, nè alteri præiudicet. et quare.

45 Concessio Principis cum clausula. Non obstante &c. quid operetur: cùm non possit sine causa tollere Dominium alicui acquisitum super aliqua re.

46 Principis intentio, in dubio, non præsumitur velle præiudicare iuri tertio acquisito, et exemplificatur in legitimatione filiorum naturalium: etiã si dicatur motu proprio, et ex plenitudine potestatis.

47 Beneficium Principis decet esse mansurum, et quod sibi semel placuit amplius displicere non poterit.

48 Clausula motu proprio, inserta in rescripto etsi operetur ammotionem ambiguitatis subreptionis: non tamen locum habet in casu, quo quis iniustè lederetur in iure sibi legitimè acquisito. & quare.

49 Præiudicialibus tacere quando sit consentire.

50 Inuitus aliquid facere quis sit dicendus.

51 Concessio facta à superiore intelligitur etiam in præiudicium tertij, si est præsens, tacet & non contradicit. & quare.

De

Abbatis D. Alphonſi Villagut De iuriſdictione Capituli ſede vacante exclusis delegatis.

THEMA:

Quidam Epiſcopus fuit ſuſpenſus a ſede Apoſtolica propter nonnulla eius delicta, & fuerũt ab ipſamet deſtinati Vicarius,& Enconomus, vt curam ipſius Diœceſis gererẽt,acurateq; munus ſibi iniunctum quiſque eorum exequi deberet, tranſactis aliquibus diebus mortuo dicto Epiſcopo Capitulum dictæ Cathedralis Eccleſiæ monuit dictos officiales, vt ad ſua remeantes relinquerent regimini eiuſdem Capituli ipſam Diœceſim. Illi reſponderunt ſe fuiſſe deſtinatos a ſede Apoſtolica,& non a dicto Epiſcopo : Quapropter etſi Epiſcopus mortuus eſſet, ſedes tamen Apoſtolica,cum non defecerit indè,& ipſi illam repræſentent, non intendunt huiuſmodi eorum inceptam iuriſdictionem ſibi delegatam a ſede Apoſtolica dicto Capitulo renunciare, donec aliud ſibi demandatum fuerit ab ipſa ſede Apoſtolica. è contra Capitulum dixit ſe nolle ſuo huic futuro præiudicio pacto aliquo conſentire.

Quæritur modò quid foret de iure ſentiendum.

DECISIO XXXXIII.

SANCTISSIMA, & indiuidua Trinitas, precor tuã immenſam clementiã, vt meritis Beatiſſimę Marię Virginis (in cuius interuentu plurimum confido)Beatiſſimiq́ue Patriarchæ noſtri Benedicti intercellione digneris ingeniolũ meũ tua gratia illuſtrare,vt veram deciſionem præſentis quæſtionis in mediũ proferre ad tui decus perenne, & ſalutem,& pacem dictæ Diœceſis poſſim.

Et vt luce meridiana clarius præſens noſtra ſentẽtia appareat veriſſima afferremus in primis, quæ videri poſſent deſeruire dicentibus ex huiuſmodi Epiſcopi morte non fuiſſe deuolutam omnimodam iuriſdictionem ad ipſum Capitulum Cathedralis Eccleſiæ, ſed adhuc perſeuerare in ſupradictis officialibus a ſede Apoſtolica deſtinatis.

Cùm primò videtur hoc elici ex text. in c. 1. de officio Vicarij, in ſexto,vbi dicitur, quòd illi officiales † dicendi erũt priuati ſua iuriſdictione, qui ipſam ſolũ obtinuiſſent ab eo, qui ipſa fuerat priuatus per incurſum excommunicationis, & non ij,qui à Superiore

Digitized by Google

riore illius obtinuissent ipsam iurisdictionē. At cùm dicti officiales suam iurisdictionem nō obtinuerint ab ipso Episcopo, hodie penitus priuato per mortem, sed a sede Apostolica, quę adhuc pseuerat in sua iurisdictione ordinaria. Indè videtur sequi, quòd dicta eorum iurisdictio dicenda nō foret deuoluta ad ipsum Capitulum.

Præterea, Regula est iuris veriſſima, & vulgatiſſima, quòd concessum Principis beneficiū oportea 2 teat esse mansurum † vt in regula decet concessum. de regu. iur. in sexto. At cum negari non videatur posse huiusmodi delegatam iurisdictionē illis officialibus attuliſſe beneficium. Indè videtur sequi, quòd in ipsis permanendum sit, & sic dicta iurisdictio nō sit deuoluta ad dictum Capitulum.

Ad hoc ipsum videtur facere regula Ila peroptima, in qua dicitur, quòd cum partium iura sunt 3 obscura, † Reo fauendum est potius, quàm actori, vt in regula. Cùm partium. de regul. iuris, in sexto.

His tamen, & similibus non obstantibus. Firmissimè asseueramus mortuo dicto Episcopo dictos officiales destinatos à Sancta sede Apostolica de iure (ipso facto) remansisse priuatos sua iurisdictione, & ipsam deuoluisse ad Capitulum Cathedralis Ecclesię tam in temporalibus, quàm spiritualibus donec vacauerit sedes Episcopalis. & hęc nostra sententia inniti probabitur infrascriptis verissimis vtriusque iuris fundamentis.

Primum ergo fundamentum sit. Cùm in dubio voluntas Prin-
4 cipis † præsumenda sit conformis iuri, seu talis qualis de iure esse debebit. Indè sequitur, quòd cùm etsi essemus in dubio (quod negatur) pro interpretanda intentione siue voluntate Papæ in delegatione huiusmodi iurisdictionum dictis officialibus, recurrendum erit ad ea, quæ de iure demandata fuerint. At cùm expressè, simpliciter, & absque aliqua conditione ius Pontificium anticquum & nouissimum decreuerit, quòd per mortem naturalem vere dicatur sedes Episcopalis vacare, & indè omnimodam iurisdictionem deuolutam, exceptis quibusdā pactis, ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, & in dicta delegatione dictorū officialium non constet sedem Apostolicam, voluisse dictis iuribus derogare. indè patentissimè & verissimè sequitur, quòd non obstante dicta Apostolica destinatione, per mortem dicti Episcopi deuoluta fuit omnimoda iurisdictio ad dictum Capitulum, denudatis ea dictis officialibus hoc nostrum fundamentum. Primò immittitur decisioni Pōtificiæ. Nam in c. cùm olim. ext. de maior. & obed. Gregorius Non⁹ rescripsit, q̄ vacāte Ecclesia Messanensi, recurrēdum esset pro electione confirmanda, vel infirmanda de iure ab Archiepiscopo Messañ. ad Capitulū dictæ Ecclesiæ. De eadē iurisdictione deuoluta ad ipsum Capitulum.

5 pitulum † ipſo iure per mortem Epiſcopi fit mentio in c. 1. de inſtitut. in ſexto, in c. 1. de maiorit. & obed. in ſexto, in c. ſi Epiſcopus. & in c. ſequenti de ſupplen. neglig. Prælat. in ſexto, & in c. 1. ne ſede vacante. in ſexto, ex quibus patuit, quòd cùm de iure iuriſdictio, ipſo facto, per mortem Epiſcopi deuoluta ſit ad Capitulum, nullo pacto ambigendum erit Summum Pontificem non intendiſſe præiudicare per huiuſmodi ſimplicem delegationem, ac neceſſariam prouiſionem non factam à iure, iuri acquirendo ipſa morte ſequuta Epiſcopi per Capitulum mediãte iuris diſpoſitione ac prouiſione. Idem fuit ſtatutum nouiſſimè per ſacrum Concilium Tridentinum in ſeſſ. 24. de reformatione c. 16. & quod hoc noſtrum fundamentum innitatur diſpoſitioni quoq; iuris ciuilis apertiſſimè probatur per ſingularem textum in l. ex facto. in principio. ff. de vulg. & pupillar. ſubſtitu. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Ex facto quęritur. Qui filium habebat mutum impuberem, impetrauit á Principe, vt muto ſubſtituere ei liceret, & ſubſtituit Titium: Mutus duxit vxorem poſt morté patris, & naſcitur ei filius: quæro an ruinpatur teſtamẽtum; Reſpondi be-
6 neficia † quidem principalia ipſi Principes ſolent interpretari. Verum voluntatem Principis inſpicientibus poteſt dici, eatenus id eum tribuere voluiſſe, quatenus filius eius in eadẽ valetudine per. ſeueraſſet: vt quemadmodum iure Ciuili pubertate finitur pupillare teſtamentum, ita Princeps imitatus ſit ius in eo, qui propter infirmitatem non poteſt teſtari. Nam etſi furioſo filio ſubſtituiſſet, diceremus deſinere valere teſtamentum cùm reſipuiſſet, quia iam poſſet ſibi teſtamentum facere: etenim iniquum incipit fieri beneficium Principis, ſi adhuc id valere dicamus: auferret enim teſtamenti factionem homini ſanæ mentis. Igitur etiam agnatione ſui heredis dicendum eſt rumpi ſubſtitutionem: quia nihil interęſt alium hæredem inſtituere ipſe filius poſtea, an iure habere cęperit ſuum hęredem. Nec enim aut patrem, aut Principẽ de hoc caſu cogitaſſe veriſimile eſt: vt eum, qui poſtea naſceretur, exhæredaret. Nec intereſt quemadmodum beneficium principale intercedat circa teſtamenti factionem, vtrum in perſona vnius, aut complurium.] hęc ibi. Ex quibus apertiſſimè elicitur veritas præſentis noſtri fundamenti: cùm non ſit veriſimile Summum Pontificem per huiuſmodi delegationem voluiſſe præiudicare iuri ſtatim (morte Epiſcopi ſubſequuta) acquirendo ipſi Capitulo, indultoque ab ipſomet iure Pontificio, ſed ſolùm illis conceſſiſſe Papam iuriſdictionem durante illius Epiſcopi ſuſpẽſione, per quã non deuoluebatur de iure iuriſdictio ad Capitulum: non autem, ſi ſuperueniſſet mors illius, per quã ipſum Capitulum diſponente ſic Pontificio iure, ſuccedebat in iuriſdictione, & ſic oportuit recedab

ab eo , quod diu æquum visum fuit,propter superueniens ius ipsi Capitulo ex morte Episcopi . Idem probatur per text.apertissimum in l. rescripta. C. de precib. Imperat.&c.vbi hęc habentur,videlicet.[Rescripta contra ius elicita, ab omnibus Iudicibus refu-
7 tari † præcipimus , nisi fortè sit aliquid, quod non lædat alium,& prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.] hæc ibi . Et ne quis putet idipsum non fuisse decisum à iure Pontificio, sciat, quòd idem nostrum,fundamentum probatur per text. in c. causam quæ inter . de rescriptis . ex quo eliciunt Doctores, & meri-
8 tò , quòd semper forma † rescripti Pontificij est sequenda, quando illa forma non esset contra ius commune . & quòd propter formam rescripti non esset recedendum à iure communi,nisi constaret Papam aliter voluisse . quod non est in casu nostro . Idem probatur per text. in c. cùm dilectus filius.§.cęterum.extra de consuetudine . ex quo probatur , quòd vbi aliquid à iure communi discrepare videtur , illud reducendum erit ad ius commune,si poterit fieri nè pereat.] & ratio est quoniam promptum est leges legibus concordare , vt in l. vnica. C.de inofficioso testaméto. Idem probatur per arg. in cap. Ecclesia vestra destituta.§.neque enim credendum. de elect. vbi Gregorius Nonus scribens Capitulo Cathalensi de nullitate cuiusdam electionis factæ pro eo , quòd facta fuerat contra statuta Concilij Lateranensis.his præcisis verbis vsus fuit,videlicet. [Neque enim credendum est Romanum Pontificem (qui iura tuetur) quod aliàs excogitatum est multis vigilijs,& inuentum , vno verbo subuertere voluisse.] hæc ibi.quibus conformia sunt verba , quibus vsus fuit Imperator in l. si quando.in principio.C. de inofficioso testamento, vbi hæc præcisa verba habentur , videlicet . [Si quando talis concessio imperialis processerit, per quam libera testaméti factio conceditur , nihil aliud videri Principem concedere, nisi,vt habeat legitimam & consuetam testamenti factionem. Neque enim credendum est Romanum Principem,qui iura tuetur, huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorum multis vigilijs excogitatam, atque inuentam velle euerti.]hæc ibi. Idem elicitur ex. l. qui peculij. ff. de peculio . & similibus.Idem docuit text.in c.licèt . extra de pręben. secundum Felinum & tex.in c.super eo.ext. de officio deleg. vbi dixit Alexã. Tertius Papa , quòd si quæstionem de iure præsentãdi Papa delegat,appellatione remota, & sub ea forma,vt delegatus ad p̃sentationem eius,ad quem viderit pertinere, ordinet Ecclesiã, per hoc non habet instituere,sed pronunnunciare: & is,ad quem pertinet, instituet, etsi iuri suo detrahitur, licitè appellat.& quòd non sit statim exequutioni mandandum rescriptum † contra ius concessum
9 à Principe expressè docuerunt infrascripta iura, videlicet . text.

in

in c.cùm teneamur.de præben.in c.ſi quando.extr.de reſcriptis. & in c.cùm apud Theſſalonicam.11. q.3. & in l.nulla iuris. ff. de legibus.& in l.ſi vindicari. C. de pœnis. & ibi per Doctores. & in l. reſcripta.C.de præcibus Imperator. &c.

Probatur & ſecundò hoc noſtrum fundamentum, Doctorum auctoritate. Nam ipſi ſe ſubſcripſerũt quo ad vnũ membrũ eius, ſcilicet quo ad illud, in quo diximus,quòd iuriſdictio per mortem naturalem Epiſcopi deuolnatur ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis auctoritate omniũ gloſarum dictarũ Canonum, & omnium Doctorum ibidem nemine diſcrepante.& quo ad membrum aliud in quo diximus,quòd in dubio voluntas Principis præſumenda ſit conformis iuri communi, ſeu talis qualis de iure communi eſſe debeat: probatur auctoritate infraſcriptorum Doctorum, & primo Canoniſtarum. Quapropter ſciendum, quòd Glo. in dicto c.paratus, 23. q. 1. in verſic. ſi verba. his præciſis verbis vſus
10 fuit,videlicet. Verba enim in reſcriptis poſita,vel in lege conformare debemus æquitati, & licèt verba hoc non patiantur, vt in c. cauſam, quę inter.ext.de reſcrip. & in c.cùm dilectus. ext.de conſuetu.idem docuit glo.in dicto c. cauſam. in verſic.fuerat inſerenda. dicens,quòd non ſit veriſimile Dominum Papam vnico verbo
11 tollere velle † totam iuris obſeruationem tot laboribus, ac vigilijs multis excogitatã. Quoniam qui tutorem præcipit confirmari, ſecundum ius intelligitur præcipere, vt in l.tutores.ff.de confirmat. tut. & eadem glo. in verſ. præcedat.dixit,quòd ex ipſo tex. eliciatur, quòd verba reſcriptorum ſecundum ius commune intelligenda ſint, vt in l. ſi quando. C. de inofficioſo teſtamento. Glo.verò in dicto c.cùm dilectus. in verſ.iuri communi.dixit,quòd vbi aliquid à iure communi diſcrepare videtur,reducendum eſt ad ius commune, ſi poteſt fieri nè pereat: quia promptum eſt leges legibus concordare cui conſonat glo.in c.1.verſ.noſcatur. de conſtitu.in ſexto, dicens, quod ſi reſcriptum concederet aliquid contra ius, iam in eo mutat nomen reſcripti, & dicendum eſt priuilegium, vt in c. priuilegia. diſt. 3. & in c. Abbate. extra de verb.ſignif.& ideo reſcripta data contra ius,non valent,niſi in ipſis fiat mentio de lege, & maximè cùm ibi cadit error facti, vt in c. nonnulli. de reſcriptis: & ratio eſt,quia maturius & deliberatius fit legis promulgatio, quàm reſcripti conceſſio. in reſcripto(inquit)etiam dicimus,quòd ſi conſtaret de certa ſcientia principis, valeret reſcriptum contra ius elicitum, ſed prima facie præſumitur per importunitatem obtentum: vnde expectari ſolet ſecunda iuſſio: vt in Authen. vt nulli iudicum.§. & hoc verò iubemus. col.9.& in Authen. de Iudicijs. §. omnes autem.col. 6. hæc glo. illa ſingularis.Idem docuit Innocentius in c.dudum.col.1.verſ.priuilegia

Digitized by Google

legia enim.ext.de priuilegijs.vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Priuilegia enim alijs præiudicialia strictè interpretanda sunt: & quantum potest ad iuris consonantiam reducenda, vt in l.ex facto. ff.de vulgari, & pupill. idem implicitè docuit glo.in dicta l. ex facto. in verfic. auferret. ff.de vulgar.& pupill. dicens fore modò recedendum ab eo, quod diu æquum visum est propter vtilitatem superuenientem. Idipsum colligitur ex glo.in d.l.si quando, in versic.Tuetur. dicens indè notandum fore, quòd in generali concessione ea videri cõcessa,quę verisimile est specialiter cõcessa. & hoc dictum firmatur regula in generali concessione. de regul. iur. in sexto. Idipsum docuit Innocentius in dicto cap. causam, quæ inter. dicens,quòd in rescriptis verba ambigua sint interpretanda secundum ius commune, vt in l.si quando. C. de inofficioso testamento. Idem & apertius docuit Panormitanus in dicto c. causam, quæ.col.2.vers. nota primò. his præcisis verbis vteus, videlicet.Rescriptum principis debet in dubio reduci ad ius commune,etiam si oporteat id facere per improprietatem verborum, seu trãspositionem clausularum: & ratio huius dicti est (inquit ibi Panormitanus) quia rescriptum
12 conceditur † ad iuris obseruantiam: nec aliquid debet continere contra ius: quia tunc esset priuilegium,vt notanter docuit glo. in c.1. in versic. noscatur. de constitu.in sexto, & per Cynum in l. rescripta.C.de præcib. Imper.offerend. ideo si rescriptum non operetur contra naturam suam, debet ita & taliter intelligi, vt non obuiet iuri communi. Quod intelligo (subdit Panormitanus) quãdo verba hoc patiuntur. Nam vbi nulla esset ambiguitas, cessat illa cõmunis interpretatio. hæc omnia Pan.vbi supra. Idem breuiter innuit Host. in summa,titu. de rescripris.§.de ipsius interpretatione.circa finem. in vers. item interpretatur: dicens, quòd ius interpretetur rescriptũ. Idem latissimè & elegantissimè docuit Felinus in dicto cap.causam quę. col.6.nu.30. versic.interpretatio.
13 dicens, quòd fiat rescripti † interpretatio secundum ius commune,sequens dictam gl. in dicto c.paratus. in versic. prodesse. dicentis, quòd verba rescripti debeant conformari æquitati,etiam si natura verborum hoc non patiatur.Idem docuit Decius in dicto c. causam quæ. in principio dicens, quòd rescriptum Principis debeat reduci ad ius commune, & sequitur dictę glo. in dicto c.paratus, addens, quòd hoc ipsum docuerit Oldradus in consil. 268. incip. quæstio est vtrum. & Calderinus in consil.2.tit. de rescript.& in consil.1. titu. de sent. excom. dixit, quòd rescriptum
14 † mandans quem absolui præstita satisfactione, exponitur, vel præstita cautione de satisfaciendo, vt sit conforme iuri communi: de quo in c. ex tenore. c. cùm desideres.& cap. sacro. cum concord.de sent.excom.idem docuit

Gemi-

Geminianus in c. licèt canon. §. fi. col. 2. de elect. in ſexto. colligens ex verbis Io. Mo. & Ioan. And. ibi.
15 quòd clauſulæ † inſertæ in reſcriptis apoſtolicis, quæ ſunt ſecundum ius, recipiunt omnes limitationes & interpretationes, quas recipit ius cõmune diſponens de materia illius clauſulæ: Vnde ſi in reſcripto beneficiali eſt clauſula de reſidentia facienda: tamen poterit Epiſcopus ſuper ea diſpenſare, ſicut poſſet ſi illa non eſſet in reſcripto, & ſubdidit ipſe Geminianus ibidem reſpondens ad illud Brocardicum, ſcilicet quòd
16 verba debeant aliquid † operari, dicens hoc eſſe verum ſi iuris ratio patiatur: ſecus ſi non patiretur, vt quia ineſt de neceſſitate & in quolibet contingente illius generis. Nã ſi Iudex dicit aſſigno tibi terminum ad petẽdum apoſtolos. iſte nõ erit terminus iudicis, ſed legis: refert enim legẽ, ſed nõ ſtatuit diem de nouo, & allegat Clem. 2. de appellat. & ſic iſta expreſſio relatiua ſimpliciter legis nihil operabitur ſecundum ius: ſed expreſſio diſpoſitiua bene operatur. Hanc eandem ſingularem regulam latè deducit Ludo. in conſil. 334. incip. Circa primum. Volens, quòd reſcriptum mandans quem non audiri, niſi priùs pareat iudicatis per certum Cardinalem: debet intelligi dum modo à ſententia non fuerit appellatum, & ibi etiam inducit ad hanc regulam glo. in c. ſuper eo. in verſic. ordinet. extra. de officio delega. dum exponit [ordinet] ideſt preſentatum à patrono inſtituat: quæ expoſitio nõ fit, niſi cauſa euitandi præiudicium tertij, & abſonum iuris intellectum. Quapropter meritò dixit Cardinalis in conſil. ſuo 94. incip. nobiles viri domini de Vinciguerra, quòd licèt in literis Papæ diceretur feudum quoddã eſſe deuolutum ad Eccleſiam propter non petitã inueſtituram. Tamen illa verba debent intelligi, quòd fuerit deuolutum eo modo, quo ius diſponit, ſcilicet quoad poteſtatem reuocandi: cùm iura puniendo nõ petentem inueſtiturã loquantur per verbum [amittat] quod eſt futuri temporis, ad quod probandum adduxit tex. in c. 1. in titu. quo tẽpore miles inueſti. verſ. damnentur ergo requiritur (inquit Card.) ſententia vt in c. ſi diligenti, cum glo. in verſ. perdant, extra. de foro compet. Ex cuius ſentẽtię relatione ipſe Felinus in c. cauſam quæ. col. 7. verſ. ſed ex iſta aurea, extra de reſcriptis, ſingulariter dicit, quòd ſi Papa diceret in ſuis literis Titium eſſe priuatum iure beneficiorum propter tale crimen, & ipſum beneficium alteri conferret: ſi tamen de iure non eſſet priuatus, ſed priuandus, dicta verba deberent reduci ad ſenſum iuris, ideſt, quòd eſſet priuandus, tum per iſtum textum, videlicet. in dicto c. Cauſam quæ, & prædicta, tum per hoc conſiliũ Cardin. optimè ſeruiens. & ſubdit ibidẽ Felinus, quòd licèt Pet. de Anch. in conſil. 288. velit, quòd Princeps diſponendo ſcienter cõtra ius tollat iuris obſtaculum, vt in l. idem Vulpianus, ff. de execu.

tut.

by Google

ent. Nihilominus ipſe non credit illud eſſe tenendum per prędicta, & per ea, quæ dixit in c. nonnulli. in 2. regula. circa reſcripta contra ius conceſſa. ex quibus ipſe Felinus ibidem arguit ſic. Habere illũ pro priuato beneficio, qui de iure priuatus nõ eſt, eſt diſpo
17 nere contra ius. At Papa † non intendit diſponere contra ius per ſuum reſcriptum, niſi dicat, non obſtante, vt docuit Glo. in capitulo primo, verſiculo noſcatur. de conſtitutionibus, in ſexto: ergo (inquit Felinus) ſcribendo, quòd quis ſit priuatus, nulliter ſcribitur, & contra mentẽ Papæ. Nõ dicas derogari iuri ex certa ſcientia, eò ipſo, quòd ſcribit cõtra ius: quia ſi ſic eſſet omne reſcriptum contra ius valeret indiſtinctè, quia præſumitur Papam ſcire iura, vt in capitulo primo, de conſtitutionibus, in ſexto, (& ſubdit ibidem Felinus.) Fateor quia poteſt derogare iuri, ſed illud verum, quando conſtat de certa ſcientia, quæ non percipitur ex hoc ſolo, quòd ſcribat contra ius: quia ſequeretur tunc neceſſariò dictum abſurdum, ſed percipitur, vbi dicit hoc verbum,
18 ex certa ſcientia: † vel ſi diceret Titium priuandum, volumus haberi pro priuato: tunc enim apparet, quòd ſciat ſe derogare iuri, & vult derogari, ſed reſcribendo ſimpliciter contra ius pręſumitur circunuentus, vt in argumento iam facto, ſuper quo ac curatè ipſe Felin⁹ inſtetit (inquit) in c. nonnulli in quarta fallentia, regulæ ſecundæ. in verſiculo ſecundò contra iſtam quartam fallentiam. Extra de reſcript. col. 18. in verſic. ſoluo dicèt argumentum ſtringat. vbi ſupradictã Theoricam ipſe deducens ad practicã dixit nos oportere conſiderare duos caſus. Aliquando enim narratur factũ, in quo requiritur diſpenſatio ſuper iure illi contrario, & tamẽ iſta narratio facti inducit certam ſcientiam circa neceſſariam diſpẽſationem iuris, & illa ſufficit. Aliquando non narratur aliquod factũ, ſed ſimpliciter ſcribitur contra ius: & tunc non ſufficit certa ſcientia ſubintellecta, quia aliàs ſemper valeret reſcriptum per prædicta, ſed debet exprimi, quòd fiat ex certa ſcientia, ſecundum Baldum in l. finali, in columna prima, verſiculo vel dic, quòd tria. C. de fruct. & lit. expen. pro quo benè facit glo. fin. in c. porrecta. extra de confirmat. vtil. vel inutili. quę vult, quòd non ſufficiat, quòd Papa ſimpliciter ſcribat in materia iuris, illi derogando, niſi conſtet de certa ſcientia: ſic etiam procedit glo. in c. ſtatutum. in principio, in verſic. litterarum. in fine. de reſcript. in ſexto. & intellige dummodo illud ſit contra ius in totum, ſecus ſi in parte. Ratio vero differentiæ inter iſtos duos caſus poteſt eſſe, quia vbi narratur factum, non præſumitur Papa malè informatus, nec per ſurreptionem inclinatus, quia vbi non eſt error, ibi eſt certa ſcientia: vt per Bartolum in l. finali, §. penultimo, ff. de condiction. indebiti. & in l. ſed & ſi quis. §. finali. ff. ſi quis

cau. cum simil. & ideo cùm constet non deceptum in facto, meritò sequitur super facto effectus iuris, & dicitur fieri dispositio ex certa scientia: sed vbi simpliciter disponit contra: non sequitur, habet ius inspectore, ergo nō decipitur: quia multitudo rescriptorum, quæ ipse concedit, inducit potius circumuentionē, quàm deliberatum animum, vt expressè dicit Dominicus in c. 1. de constitu. in sexto, attento, quòd re-
19 scripta † de sui natura non sunt regulariter contra ius, sed secundum ius: & ideo si aliquando cōtinet aliquid contra ius, potius præsumitur inductum ex importunitate, quàm ex certa scientia, vt docuit glo. in dicto c. 1. secus, vt dixi, vbi plena narratio facti infert non defecisse certam scientiam Papæ. & ista procedunt vbi conceditur rescriptum cōtra ius. Hęc omnia Felinus vbi supra, qui in dicto c. causam quæ. col. 13. nu. 42. versic. quinta declaratio, di-
20 xit, quòd licèt rescriptum † in dubio debeat accommodari iuri communi, vt hìc, tamen fallit vbi apertè cōstat de voluntate Papæ. & q̄ rescriptum Principis reducē dum sit ad ius cōe, docuit quoq; Dec. in d. c. causam quæ. in princ.

Et ex Legistis præsenti nostro fundamento, sē subscripserunt infrascripti. Glo. in dicta l. rescripta contra ius. dicens, puta, vt liceat peremptoriam opponere post sententiam, non autem potest intelligi in illis priuilegijs, quæ prohibita sunt à iure peti: Nam tunc non valent, etiam si alij non nocerent, & prodessent petenti. loquitur ergo ista lex (subdit glo.) de istis priuilegijs, vel rescriptis, de quibus non dicitur in legibus, quòd non debeant tribui, sed sunt contra id, quod dicit lex, siue quod dictat ius commune. Nam Bar. in dicta l. ex facto. col. 3. nu. 2. versic. dicitur hìc, quòd beneficium, dixit, quòd Principis beneficium non debeat intelligi, vt contineat iniquitatem, per quam aliquis damnificetur, vt in dicta l. ex facto. Atcùm si rescriptum seu commissio facta (de qua hìc est sermo) à Summo Pontifice dictis officialibus, ad corticem litteræ esset intelligenda, damnificaret Capitulum in iure sibi acquisito per mortem Episcopi, & per consequens contineret iniquitatem: idcircò erit hmōi Principis beneficiū interp̄tandū, iuxta dispōnem iuris coīs. Idem breuiter repetijt Bar. in d. l. si q̄n. dicens, q̄ priuilegium, q̄ conceditur contra ius commune strictè interpretatur, vt in ipsa l. si q̄n. Idē repetijt ipse Bar. in l. rescripta. C. si cōtra ius. sequens gl. ibi dicens, q̄ quędā sunt rescripta prohibita impetrare specialiter & expressè, & illa impetrata non valent, ēt si nemini noceant. quædā sunt rescripta non p̄hibita specialiter impetrari & expressè, & tunc loquit d. l. rescripta: vt si rescriptū cōtinet aliquid cōtra legē scriptā nō valet. fallit in duob⁹ casib⁹ positis in d. l. rescripta. exēpla. aliquis impetrauit, q̄ minori 14. annis liceat facere testm̄, vel q̄ liceat appellare post decē dies, & simil.

similil.certè ista non valent,qa contra ius . Idem docuit Bal.in d.c. super eo.extr. de officio deleg.in principio,dicens, quòd verba rescripti recipiant limitationem à iure cõi . Idem repetijt ipse Bal. in d.l.si quãdo.col.2.vers.pro hoc facit Theorica.dicens, qp(secundum Theoricã Iac.de Are.)quam ponit in l. 1.§. item nunciatio. ff. de noui oper.nunc. qñ est noua
21 concessio, † tunc rescriptum restringitur,vt ad ius commune redigat.& paulò antè. ibidẽ in not. 2.& 3.ipsemet Bal.dixerat,qp generalia verba,in rescripto tñ restringuntur ad ius commune: eo qp Princeps sub verbis generalib9 non intelligit velle concedere illud,qđ est iniquũ, vel absurdum. vnde licèt concedat alicui,quòd liberè possit testari , tamen nõ poterit filium præterire, vel exhęredare sine causa.qui Bald. ibidem in fine col. 2.in vers.& ex ista l.habebitis, his verbis vsus fuit, videlicet. si Papa concedat Monacho, quòd possit testari de bonis paternis (sicut plerumque facit) qualiter debeat intelligi ista cõcessio? Puto tamen,quòd verbum
22 prolatum à Papa † intelligat secundum ius Canonicum ; & non secundum ius ciuile , vt in c. cùm esses. & in c.relatum.extra de testamentis.item habes similiter,qp si Imperator cõcedit alicui, quòd possit instituere filium suum spuriũ : qualiter hoc intelligatur? qa intelligit seruata testamentorum solẽnitate : vndè requiruntur se-
3 ptem testes,† quia spurius loco prorsus extranei est: cùm sit omnino incognitus, imò ꝓhibitus à iure communi.vndè non habet in eo locum. l.fin.ff.famil.hercis.sed hẽt in eo locũ principũ huius legis:quod & memoriæ est cõmendandũ.hęc Bal. vbi sup.qui idem docuit in d.l.ex hoc.col.1.in vers. itẽ nota, qp rescripta. his præcisis verbis vtens, videlicet.Itẽ nota,qp
24 rescripta Principis † sic debẽt intelligi , qp nemini faciant iniuriã in iure publico,vel priuato. Et p hoc facit lex ista ad qõnem.Papa interdixit cuidam Epõ administrationem, † & misit duos admi-
25 nistratores , deinde mortuus est Eps:Capitulũ vult,qp isti duo administratores recedant,isti nolũt recedere, nisi Papa mandet eis. Certè per legem istam debẽt recedere,quia est verisimile , quòd Papa noluerit præiudicare Capitulo in casu futuro:& idem docuerunt (inquit ibidem Bal.) Iacob. & Cynus, & sic non obstat text.in l.quęsitum.ff.de tute.quia ibi non est præiudiciũ,sed fauor.hęc Bal. vbi sup. qui de eodem loquens in l.1.col.2.vers.itẽ nota,qp non præsumitur. ff.de constitu. princ. his præcisis verbis vs9 fuit,videlicet. Nota qp non ꝑsumitur aliquid placere Principi,nisi iustum,& verũ, & ideo clausula de veritate respõsioni Principis semper vr̃ inesse. vt in l.fin. C.si contra ius,vel vtil. publ. & si Princeps excederet iustitiã partis,nunq̃ ꝑsumitur velle excedere, nisi in modico . vt in l. quotiens. C.de precib.imper.offer.& Princeps vult oẽs actus suos regulari a iustitia poli , & fori: propter modicum verò excessum

nonvult vituperari, vt in dicta l. quotiens. Idipsum docuit elegantissimè Pau. de Castro in dicta l. ex facto. col. 2. a num. 4. & deinceps. in vers. in text. ibi, quatenus filius. dicẽs, quòd quando aliqua
26 qualitas † habens tractum successiuum, est tamen alicuius dispositionis, eatenus durat dispositio, quatenus durat illa qualitas, quãdo ipsa qualitas erat necessaria ad dispositionem, vt erat hic: & quando dispositio non fuerat adhuc effectum finalem sortita, vt ẽt erat hic, quia substitutio quousq; filius pendebat. Si autẽ erat merè voluntaria nõ necessaria, tunc licet deficiat, nõ deficit dispõ etiã, quę non fuerat effectum sortita, vt infra eadem l. §. Iulianus. Idem dicetur si erat necessaria, sed dispositio fuit effectum finalem sortita: pone exemplum in negligentia, quæ est causa præscriptionis inducendæ: nã si cessat antè finitã præscriptionem, præscriptio non finitur, sed interrumpitur: si autẽ post finitam, tunc non tollitur ꝑscriptio. Et nota, ꝙ quando priuilegium, vel beneficium Principis
27 † ex post facto incipit ethici iniquum, non est ei standũ, quia non censetur esse de voluntate Principis, ꝙ ei fletur cũ præiudicio alicuius, facit c. suggestum. de decimis. Item facit (inquit ipse Pau.) iste text. ad vnum, quod habuit ipse in facto, s. si statutum disponit, ꝙ mulier non possit facere testamentum sine consensu viri, quòd istud statutum tãquam iniquum, & auferens testamenti factionem non valeat, sic nec beneficiũ Principis, qđ ex interuallo auferret, vt hic. Nã text. in Authẽ. qui. mo. nat. effi. sui. §. illud. & §. generaliter, dicũt, ꝙ per rescriptũ Principis non legitimatur filius, nisi qñ deficiũt naturales, & legitimi, qñ intentio Principis nõ præsumitur esse, vt illis fiat aliqua iniuria, nisi appareat de ipsius contraria intentione, quia fuit facta expressa mẽtio, ꝙ hẽat legitimos, & naturales, & hoc nõ obstãte legitimauit. Si aũt nõ fieret expressa mẽtio, nõ pręsumit in dubio voluisse illis ꝑiudicare, si hoc est, qñ habebat legitimos tẽpore legitimationis, ꝙ legitimatio nõ valeret tanꝙ obreptitia in ꝑiudiciũ legitimorum. Idẽ debet esse, si ex post facto incipiat habere. arg. huius legis. hæc Pau. inter alia ibi. Idem ipsemet Pau. breuius docuit in d. l. si qñ. in princ. dicẽs, ꝙ si concederet libera testãdi facultas ei, ꝙ testari nõ põt. cẽsetur cõcessum, vt testetur. seruato ordine iuris, & sic cũ solẽnitate debita, & ꝙ filiũ instituat, vel exhęredet iustè, & sic exhęredatus habebit qrela cõtra testm, qa non est credendũ Principẽ voluisse alteri præiudicare, & inducit hęc lex ad qõnẽ, qñ datur libe-
28 rum † arbitrium potestati super aliquo, an possit aliquid facere cõtra dispositionẽ iuris, & vr, ꝙ nou per istum textum. Et sic cõcessio operetur in casibus a iure, nõ decisis, sed in decisis vr, ꝙ debeat obseruare iura. Idẽ expressissimè docuit Iason in d. l. ex facto, col. 2. nu. 5. vers. quartò nota. dicens dictum textum esse singularẽ ad probandũ, quòd in dubio voluntas

29 tas † Principis, aut Papæ præsumatur esse talis, qualis de iure esse debet, & citat ad hoc multa. Idipsum repetijt ipse Iason in d. l. si quando. in princ. dicens, quòd concessio liberè testandi facta a Principe intelligēda sit legitimè, & iuris solemnitate seruata, & sequens Bal. dicit, ꝙ concessio facta Monacho a Papa, ꝙ possit testari de bonis paternis, ꝙ ista cōcessio intelligatur, ꝙ possit testari ſm ius Canonicum, non autē ciuile.

Probatur & tertiò hac ratione præsens fundamentum, videlicet. Cum in generali concessione non veniant ea, quæ quis verisimiliter non esset cōcessurus, vt in regula. In generali. de regu. iur. in sexto, & verisimile non sit in dubio Principem, vel Papam concessisse per generale rescriptum aliquid contra iuris formam, & secundum illam iuris formam mortuo Episcopo iurisdictio ipso iure deuoluatur ad Capitulum. Indè sequitur præsumendū fore Papam per constitutionem officialium tempore suspensionis Episcopi, voluisse illos contra formam iuris communis perseuerare in huiusmodi administratione post mortem Epi illius, ac per consequens ipsos carere iurisdictione, stante iuris regula quòd indultum a iure beneficium non est alicui auferēdum, vt in c. indultū. de regu. iur. in 6.

Secundum fundamentum, qm̄
30 vnumquodq; Principis † rescriptum non pręsumitur concessū in præiudiciū iuris tertio acquisiti, nisi expressè hoc ibi dicatur, cū ipsum sit interpretandū fuisse concessum a Principe sine prejudicio & iniuria tertij. Hoc fundamentū probatur triplici medio. Primò enim per text. apertissimum in c. super eo. ext. de offic. deleg. Vbi Alex. Tertius Papa his p̄cisis verbis nūm approbauit fundamentum, videlicet. [super eo verò, ꝙ subiungere voluisti, si de p̄sentatione p̄sbiteri inter aliquos qōne suborta causā contigerit delegari alicui sub hac forma, vt si cōstiterit ius (de quo agitur) ad partē alterutrā pertinere ad p̄sentationem eiusdē de p̄sona idonea ordinet Ecclesiā, appellatione remota, an liceat delegato Iudici inscio Diœcesano Epo, vel Archidiacono, vel Archipresbitero reclamante p̄sentatum sibi clericū in possessionē Ecclesię mittere, & an si Archipresbiter, vel Archidiaconus, vel Eps (ad quē institutio pertinet) appellauerit, eorū sit appellationi deferendū. Hoc tuā volum⁹ discretionē tenere, ꝙ licet qōnē, (quæ de p̄sentatione vertit) appellatione remota cōmittamus alicui terminandā, non tn̄ est nr̄ę intentionis Diœcesano Epo, Archidiacono, vel Archipresbitero p̄iudiciū generare, ideoq; p̄sentandus est illi, qui instituēdus fuerit: & tenebit eorū appellatio, si vidētes iuri suo detrahi duxerint, appellandū, quia nō illis, sed partib. inter quas causa commissa est, appellationis remedium est sublatum.] hæc ibi. Idem habetur in c. licet. ex. de offic. ordin. vbi Innoc. III. scribēs Archiepo Seno. his p̄cisis verbis vs⁹ fuit, videlicet. [licet ī corrigēdis excessib. iuxta Cano-

nicas sanctiones appellationis sit diffugium intercluſum: & ideo Parisien. Episcopus a nobis receperit in mandatis, vt tam circa viros Religiosos, quàm Clericos seculares suæ iurisdictioni subiectos, qui multa, & grauia crimina committere proponunt, inquirant, & corrigãt appellatione remota, quę viderit corrigenda, statuens ad reformationem eorum, quod regulare fuerit, & honestũ. Quia tamẽ intentionis nostrę nec fuit, nec esse debuit iurisdictioni per mandatum huiusmodi dero-
31 gare, † præsentiũ auctoritate duximus declarãdũ, ꝙ si in inquisitionibus ab eodem Epo, nõ tanꝙ delegato, sed tanꝙ ordinario faciẽdis aliquis casus emerserit, in quo licitũ sit ad sedẽ Metropolitanam appellare prædicti occasione mandati, auctoritati tuæ, quo minus ad te, tanquam ad Metropolitanũ appellari valeat, nolumus aliquatenꝰ derogare.] hæc ibi. Idem habetur in c.ex multiplici, §. vnde. ext. de decimis, vbi Hadrianus Papa scribens Vigor. & Herforden. Episcopis his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Vnde quia non fuit nostrę inten-
32 tionis † per priuilegium nostrũ conuentioni derogare prædictæ. Mandamus quatenus Abbatem, & Monachos, vt eandem conuentionem (non obstante dicto priuilegio, nisi de ipsa contineatur in eo) inuiolabiliter teneant, & obseruent, vel exindè secum pacifitè conueniant appellatione postposita compellatis.] hæc ibi. Idẽ elicitur ex c. ex tuarũ. ext. de auctor. & vsu pallij, vbi Innocentius Tertius indulsit Archiepiscopo Compostellano, vt vti posset pallio ext. suam Prouinciam, in quibusdam casibus, præuio tamẽ consensu Diœcesani loci. Idem elicitur ex c. ad aures. extr. de rescriptis. vbi Lucius Tertius Papa his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Ad aures nostras peruenit, quòd plerũque Decani, Archidiaconi, præcentores, vel alij Ecclesiasticis præditi dignitatibus super minoribus beneficijs litteras impetrantes, nomen supprimunt dignitatis suæ, & simplici nomine se appellant, tanquam non habeant aliquem personatũ, & infra. Con-
33 sultationi † tuę taliter respondemus, quòd cum nõ sit intentionis nostræ, vt personæ pluribus redditibus abundantes per litteras nostras Clericos pauperes super minoribus beneficijs inquietent, litteras in quibus actor suę nomẽ dignitatis suprimit, vires nolumus obtinere.] hęc ibi. Idem probatur apertissimè per text. in c. de Ecclesiasticis, 25. q. 2. idem habetur in c. quanto. dist. 63. vbi idem docuit Gregorius Papa. idem in c. vnico. in fine, habetur dist. 85. ex Gregorio Papa ibi [vt ei debeat cessionem cõcedere, non tamen ex nostro mandato, vel dicto, ne contra suam voluntatem eum cedere videatur.] hæc ibi. Idem in c. cum olim. in fine. extr. de consuetu. ibi [sine præiudicio alieno poterit obtinere.] Idẽ colligitur ex c. dilecti filij, & c. sequẽti. ext. de decimis, vbi reuocatur
34 priuilegiũ, † quod incipit ex post

facto

facto esse nociuũ alijs reuocatur, & irritatur illud quod noscitur alios grauare præter intentionem priuilegiantis. Idem expressè habetur in c. quamuis. de rescript. in sexto, vbi Bonifacius Octauus his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Quamuis is, cuius gratia (per quam mandabatur in certa Ecclesia prouideri sibi de beneficio proximè vacaturo) per nos fuerat reuocata, restituatur a nobis denuo ad eandem, non tamen ei, cui post reuocationẽ, & ante restitutionem prædictas similis in eadem Ecclesia gratia facta fuit (nisi de hoc expressè dixerimus) anteferri debebit. Cùm talis restitutio, vbi aliud non exprimitur intelligatur fieri sine iuris præiudicio alieni.] hęc ibi. Idem habetur in c. si propter tua. de rescript. in sexto, vbi idẽ Bonifacius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Si propter tua debita persoluẽda fructus beneficiorũ primi anni, quæ in tua vacabunt Diœcesi, tibi (non obstantibus quibuslibet consuetudinibus priuilegijs, vel statutis per quæ nostra impediri posset concessio) vsque ad quinquenniũ de speciali gratia cõcedimus, intentionis nostræ nequaquam extitit, si fructꝰ huiusmodi Ecclesiæ tuę fabricę, vel alteri vsui, seu cuicunque singulari personæ de speciali consuetudine, priuilegio, vel statuto forsan debeãtur, quòd eis per concessionem ipsam (nisi hoc expressè caueatur in ea) prę-iudiciũ aliquod generetur.] hæc ibi. Idem habetur in c. in his, & cap. dudum. extra de priuilegijs. Idem probatur per argu. in c. fina. extr. de maior. & obed. vbi in fin. Honorius Papa Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Si verò consensum præstare noluerint, vos supersedentes publicationi prædictæ districtè præcipiatis eisdem, vt personaliter si Prælati fuerint, vel si alij per procuratores idoneos, nostro se conspectui representent, prosecuturi coram nobis ius, si quod habere contendunt, & satisfacturi parti alteri (si succubuerint) in expensis.] hęc ibi. Idem habetur in c. inter quatuor. §. iuris namque. extra de maior. & obed. vbi Innocẽtius III. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Iuris namque ratio postulat, vt in eorum prę-iudicium quibus eędem Ecclesię sunt subiectæ, nihil ordinemus de ipsis nunc, nec citati sint, nec conuicti, nec per contumaciam se absentent.] hæc ibi.

Idipsum probatur iure Ciuili. Nam in l. nec auus. C. de emancipa. liber. hæc habentur, videlicet. [Nec auus neptem suam liberare potestate cogitur, nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere moris est nostri.] hæc ibi. Idẽ habetur in l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne qd in loco publico. vbi hæc habentur [si quis à Principe simpliciter impetrauerit, † vt in publico loco ædificet: nõ est concedendum sic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat: neque si conceditur ædificare, nisi fortè quis hoc impetrauerit.] hęc ibi, quibus similia verba reperiuntur in eadem lege. paulò an-

tè in §. merito. Idem probatur per arg. in l. reſcripta. C. de precib. Imperat. &c. vbi hæc habentur ad verbum, videlicet. [Reſcripta contra ius elicita ab omnibus Iudicibus refutari pręcipimus, niſi fortè ſit aliquid, quod non lædat aliũ, & proſit petenti, vel crimẽ ſupplicãti indulgeat.] hęc ibi. Dixímus probari pręſens noſtrum fundamentum per argumentum in dicta l. quoniam, etſi expreſsè ad ſonitum verborum non probetur: cùm ibi de materia præſentis fundamenti ad corticem litteræ non fiat ſermo: tamen arguendo à contrario ſenſu ex dicta l. elicitur veritas noſtri fundamenti: eò quòd ibi dicatur, quòd ſit ſeruandum reſcriptum non lædens alium: ergo non erit ſeruandum ipſum reſcriptum lędens alium, vt patet ad ſenſum. Idem probatur per tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. cuius tenorem ſupra retulimus in probationem primi fundamenti. Idem elicitur ex l. quotiens. C. de precib. Imper. offer. vbi hæc habentur, videlicet. [Quoties reſcripto noſtro moratoria præſcriptio remittitur, aditus ſupplicandi pandatur. Quod autem totius negotij cognitionẽ tollit, & vires principalis negotij exhaurit, ſine graui partis alterius diſpendio conuelli non poteſt, nec præſcriptionis igitur peremptorię relaxatio peratur.] hæc ibi. Idem habetur in l. meminerint. C. vnde vi. vbi in principio Imperator his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Meminerint cuncti ſiue vulgato reſcripto manſuetudinis noſtræ, ſiue ſententia cuiuſlibet Iudicis vtantur: in cauſis conueniendos dños locorum eſſe: aut ſi forte defuerint, eorum actores ad inſinuandas ſententias, procuratoresque eſſe quærendos: ne inde
36 iniuriarum naſcatur occaſio, † vn de iura naſcuntur.] hæc ibi inter alia. Idem habetur in l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. (vbi dicitur ne cuique detrahendum fore ius ſuum.) Idem probatur per argu. in l. aſſiduis. §. exceptio. C. qui pot. in pig. hab. vbi dicitur, quòd nõ intelligatur priuilegium datum in præiudicium alterius. Idem probatur per arg. in l. impuberi. ff. de adminiſt. tut. vbi dicitur, quòd priuilegium conceſſum militibus circa teſtamentum, non intelligitur conceſſum niſi ad eorum bona, & non ſe extendit vltra. Probatur & ſecundò prędens noſtrum fundamẽtum Doctorum auctoritate. Nam ex Canoniſtis infraſcripti ſe expreſsè ſubſcripſerunt prędenti noſtro fundamento, videlicet Glo. in dicto c. ſuper eo. in verſ. intentionis. dicens indè elici, quòd Papa non intendat iuri alicuius derogare. Idem docuit glo. in c. fin. verſic. noluerint. ext. de maior. & obed. his verbis. arg. quòd nõ intendit Papa alicui præiudicare p litteras ſuas. Idem docuit Glo. ſi. in c. 1. diſt. 85. Idem docuit glo. in d. c. licet. in verſic. nec eſſe debuit. citans ad hoc ſupra allata a nobis iura. idem docuit glo. in d. c. ex multiplici. in verſ. intẽtionis. dicens, quòd ſecundum intentionem

Digitized by Google

nem Domini Papæ priuilegium erit intelligendum, sic etiam rescriptum, quo conceditur beneficium, quoniã Papa per suum priuilegium, vel rescriptum non intendit alicui facere præiudicium. idem docuit Glo. in c. ex tuarũ. in vers. permittat. dicens, q̃ licet Pa-
37 pa † alicui det priuilegium, non vult tamen, quòd vtatur eo in præiudiciũ alicuius. Idipsum docuit glo. in d. c. ad aures. in vers. intentionis. dicens. Hic patet dominũ Papam sic vni concedere beneficium, quòd alium non lędat, vel grauet, saltem grauiter. Idem docuit glo. in d. c. vnico. dist. 85. in vers. voluntatem. in fine. dicẽs, q̃ mandatum Papæ sic est interpretandum, vt nulli faciat præiudicium. Idem repetijt glo. in c. cùm olim. in vers. sine præiudicio alieno. ext. de consuetu. dicens, quòd priuilegij verba generaliter loquantur, non tamen sunt interpretanda in præiudicium aliorũ, & quòd in obscuris semper interpretatio ita debet fieri, vt nulli sit captiosa. vt in l. quotiens. ff. de regu. iur. idem docuit Innoc. in c. cùm dilecti. col. 1. super vers. beneficijs. ext. de rescriptis. dicẽs, quòd priuilegia, quæ tangunt iura concedentium, erunt latè interpretanda, quæ iura aliorum, strictè. vt in c. ex tuarum. ext. de auctor. & vsu pallij, cùm priuilegia nõ se extendunt ad ea, in quibus fieret enorme prejudicium tertio. Idem repetijt Innoc. in c. suggestum. in fi. de decimis, dicens, quòd vbi priuilegium ex post facto ad iniquum grauamen (etiam non iniquum) deuenit, temperandum est per superiorẽ, vt in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. qui in c. dudum, de priuilegijs, in princip. dixit, q̃ Papa non intendat per aliquod rescriptum auferre possessionem, quam alius tenet, immo quòd si tale rescriptũ impetretur, q̃ non valeat, vt in l. meminerint: C. vnde vi. & in l. 1. C. si per vim. & q̃ priuilegia alijs præiudicialia strictè interpretanda erunt, & quãtum potest ad iuris consonantiam reducẽda. vt in l. ex facto, ff. de vulg. & pup. Idem docuit Pan. in d. c. super eo. col. 1. not. 2. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Secundò nota, q̃ verba prolata inter aliquos quorum causa committitur per Principem debent strictè intelligi: ita vt euitetur præiudicium tertij, vnde non debent verba capere illũ intellectum, quem possunt capere ex lato verborum significato: & hoc ideo, quia Princeps non præsumitur velle prejudicare iuri tertij, de quo non facit mentionem, & q̃ ad hoc allegatur quotidie iste textus, & satis concordat l. 2. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publ. qui Panorm. ibidem in nu. 4. col. 2. vers. item nota, dixit, quòd clausula, appellatione remota, operatur vires suas respectu partium, non autem respectu tertij comparentis pro suo interesse, & ratio huius esse potest, quia Princeps in dubio non intendit prejudicare iuri alicuius, ex quo de eo non facit mentionem. hęc Panormitanus, qui idipsum confirmauit in c. dilecti filij. & in c. sequenti. ext. de decimis. Nã in d.

c. di-

Digitized by Google

c.dilecti filij . his precisis verbis vsus fuit, videlicet. Nota primò, quòd priuilegiũ simpliciter concessum non debet ita latè interpretari : vt alij infligat enorme præiudicium . ex quo infero (inquit) quòd quatenus priuilegium
39 † tangit ius tertij, debet strictè intelligi, vt not. Innocentius in cap. cùm dilecti. de donat. & est text. hìc apertus : nam fuerat hìc simpliciter concessum priuilegium super decimis non soluendis : & tamen restringitur contra propriam significationẽ verborum, vt non comprehendat prędia conducta, & hoc, vt tertio non inferatur graue præiudicium. hęc Panormitanus vbi supra, qui in dicto c. sequenti, scilicet sugestum. de decimis. col. 1. nu. 3. & 4. Nam ibi duo notatu digniſſima dixit. Primum quorum est, quòd priuilegium simpliciter à principè cõcessum ita debet interpretari, vt enorme præiudicium tertio non inferatur : & quòd est in hoc iste text. satis notabilis, facit l. quotiens, C. de precib. Imperat. offer. & in l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. & addit notandũ indè vnum casum, in quo priuilegium in principio validum ex post facto reuocatur ipso facto, quando scilicet enormiter ius tertij incipit lædere, & constat de ipsa causa reuocatoria huiusmodi priuilegij enormiter lædentis ius tertij : si tamen dubitaretur de ipsa causa reuocatoria, esset tunc recurrendum ad Principem priuilegiantem : & addit, quòd dictus text. in dicto c. suggestum, docuit, ꝙ quando priuilegium incipit lędere enormiter, non erit reducendum ad debitam moderationem: sed reuocandum in totum: & ratio est, quia non apparet, quare magis debeat consistere in vna parte, quàm in alia. & cõcludit satis excellẽter, quòd priuilegium, quod habuit perfectionem suam, nec continet actum successiuum non reuocatur, licèt postea cesset causa priuilegij, secus erit dicendum in priuilegio habente causam successiuam, vt in dicto cap. suggestum. hæc omnia Panormitanus vbi supra, qui in dicto c. extuarum. col. 1. nu. 5. dixit, quòd ex dicto tex. eliciatur, quòd priuilegium strictè intelligi, & interpretari debeat, quatenus tangat alterius præiudicium, & ideo talia priuilegia (de quibus loquitur littera, intelliguntur concessa absque præiudicio alterius. Idem repetijt idem Panorm. in dicto c. dudum. col. 2. versic. sed pro declaratione, & concludens dixit, quòd priuilegium debeat intelligi, vt non præiudicet enormiter iuri alterius. & addidit, quòd ad impediendum vires priuilegij sufficiat sola possessio iusta tantũ, licèt proprietas non concurrat cum possessione, vt communiter hìc Doct. volunt, & benè . & glo. in c. 2. de decimis. lib. 6. & circa finem dicti c. dudum. Pan. asserit, quòd Ioannes And. & communiter Doct. disputatiuè teneant, ꝙ priuilegium iuri alterius præiudiciale debet strictè intelligi, & in eo casu, vbi minus afferatur præiudiciũ, vt in c. cũ Capella. &

c. quan-

c.qñ intentionis.ext.de priuileg.

Idipſum docuit Felinus in dicto c.cauſam quę,col.9.verſ.interpretatio priuilegij. nu.44. multis allatis Doctorũ ſententijs,& exéplis. Idipſum repetijt in dicto c. ſuper eo.col. 2. ferè in principio. in verſ.tertio.eſt tex.in c.ex multiplici.idem repetijt in dicto c.ad aures,col.5.nu.25.verſ.tertius caſus, ſed in dicto c. ſuper eo. ferè per totum idipſum docens multipliciter exemplificat, vbi omnino videatur ipſe.

Idem docuit Philippus Franchus in dicto c.Quamuis. num.3. verſ. vltimo tenementi. dicens, quòd iſte text.allegetur ad probandum, quòd reſtitutio in integrum,& quælibet alia gratia Principis debet in dubio intelligi ſine alterius præiudicio,quia Princeps nunquam pręſumitur velle tollere ius alteri quæſitum, etiãſi reſcribat in materia,in qua per ſolam voluntatem poſſit ius alteri auferre, ſicut eſt hìc in materia beneficiali , & concludit ipſe in verſic. in glo.in verſ. expreſsè, ſequens finalem glo. in clem. per literas,in princip. de præben.quòd licèt motus proprius tollat ſubreptionem,tamen non ampliat gratiam ſecũdum vim verborum,qui Philippus ibidem col.2.num.7.in verſ.in ea.gl. in fi. dicens,quòd in dubio præſumẽdum ſit Papam nõ intendere pręiudicare alteri in iure ſibi acquiſito. Idem docuit Decius in dicto c. ſuper eo.col. 2.nu. 2.verſ. ſecundo nota. Idem repetijt in c.cùm dilecta,not.4. extra. de confirmat. vtil. vel inutil. vbi concludit, quòd renouatio priuilegij petita à Principe,impeditur a contradicente quando non conſtat de mente Principis, cùm in dubio non videtur velle tertio præiudicare.Idẽ ipſemet repetijt in c.quoniam,col.3.nu.9.verſ.prętera dato,extra de conſtitu. idẽ repetijt in c.quia diligẽtia, col.3. num.9.verſ.ſecunda concluſio extra de electio.

Et ex Legiſtis infraſcripti ſe ſubſcripſerunt prętenti noſtro fundamento, videlicet glo. in dicta l.2. in verſ. ſi conceditur, dicit, quòd
40 conceſſio † ſimpliciter vel generaliter facta cum præiudicio alterius nulla erit ; vt poſtea apertius innuit eadem glo.in verſ.impetrauerit, dicens non poſſe impetrari aliquid cum incõmodo alterius,ſi ſimpliciter fuiſſet petitũ,& conceſſum,vel cum magno incõmodo,ſi expreſsè fuiſſet petitum, & conceſſum,ſecus cum paruo: & ſic concordat iura , quæ videntur aduerſari ad inuicem : & hæc docuit gl.in dicto §.ſi quis a Principe. Idem docuit glo. in dicta l. reſcripta.in verſ.non lædet alium,
41 dicens reſcripta † eſſe nulla ſi lædãt aliũ in magno,ſecus in paruo.

Idem docuit Bart.in dicta l. ex facto,col.3.nu.2. verſ. dicitur hìc, dicens, quòd beneficium Principis taliter erit intelligendũ,quòd non contineat iniquitatem, per quam aliquis damnificetur; ſed ſi indè amitteretur lucrum aliquod non per hoc reſcriptum Principis reſtringeretur, vt in l. proſpexit. ff. qui & a quibus manumitti.qui Bart.in l.adigere.§.quamuis,ff.de

iure

iure patron. idipsum apertiùs volens nos docere dixit, quòd quando nisi lex per rationem restringeretur, quis puniretur contra mentem legis, & tunc restringitur vt hìc, & in l. 3. C. de noxal. quando quis non puniretur, sed amitteret lucrum: & tunc non restringitur, nisi per aliam legem, quandoque nisi legis restrictio fiat, quis lucraretur indebitè: & tunc restringitur, vt in l. vt gradatim, §. & si lege. ff. de muner. & honor. Idipsum docuit ipsemet Bart. alijs verbis vtens in dicta l. 2. §. si quis a principe: dicens quando Papa concedit quòd fiat aliqua ecclesia, intelligitur, quòd fiat sine alterius ecclesiæ iniuria. nisi aliud in rescripto exprimatur. Idipsum Bart. repetijt in infrascriptis locis. Nam in dicta l. quotiens. dixit, quòd beneficia Principis debent concedi sine graui iniuria alterius, qui idem repetit in l. rescripta in fin. C. si contra ius. &c. Idem Bar. innuit in dicta l. assiduis. §. exceptio dicens, quòd indè fieri nō debeat vt discooperiatur vnum altare, vt cooperiatur alterū: idem breuiter & expresse docuit ipse Bart. in dicta l. impuberi. dicens indè secundo notandum, quòd priuilegium debeat intelligi sine alterius iniuria, vt in l. nec auus, C. de eman. libe.

Idem docuit Bal. in dicta l. nec auus dicens, quòd non sit de mente principis tribuere beneficio in alterius iniuriam, vnde vbicunque rescriptum principis trahere tur ad iniuriam alterius, præsumitur obreptitium, nisi appareat de certa scientia principis. Idem docuit Bald. in dicta l. ex facto, vtens verbis per nos relatis in probatione precedentis primi fundaméti. Idem docuit in dicta l. rescripta. per totum ferè, dicens rescriptū contra ius tertij non valere. idem docuit ipsemet Bal. in dicto c. super eo. infra notatu dignissima: dixit enim primo quòd Papa non velit alicui ius suum detrahi, vt in l. 2. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, & nè iniquum fiat Principis rescriptum, vt in dicta l. ex facto. & nè iniuriarum occasio a viua lege nascatur, vt in dicta l. memine rint. Secundò, quòd licèt in litteris sit remota appellatio, † tamen possunt omnes appellare, quorū interest. 42

Tertiò dixit, quòd forma † rescripti non erit seruanda, quando ex hoc læderetur ius tertij, qui non est nominatus in rescripto, & quòd hoc sit menti tenendum, & notatu dignum. Addit & quartò secundum Innocentium, quòd si Papa de plenitudine potestatis, concedat aliquibus, quòd ordinent ecclesiam spectantem ad præsentationem patronorum, & ad installationem Archid. vel Archipresbyteri, quia ipse Papa facere videtur qui est solutus legibus, vt in l. Princeps. ff. de legibus, quādo scilicet cōstat quòd hęc est præcisa eius intentio, aliàs secus, vt in l. digna vox. C. de legibus. Idem Bal. repetijt breuius in dicto, cap. licèt, de officio ordinar. colum. 2. in vers. ibi necessè debuit, & in verficu. in glos. puta dixit, quòd si Papa mandet inquiri in genere, 43

tamen

tamen hõc debet limitari & intel ligi fama præcedente, & non alter: item requiritur citatio, & testes debent esse idonei, hæc Bald. quasi dixerit, quòd cùm in tali inquisitione agatur de præiudicio inquisiti, omnia debẽt insimul intelligi mandata, sine quorũ obseruatione iniustum præiudiciũ generaretur illi, contra quem facienda esset inquisitio. Idẽ repetijt ipse Bal. in dicto c. ex tuarũ. His pręcisis verbis vtẽs. Nota quòd Papa nõ intendit concedere priuilegiũ in derogatioũẽ alterius, simile. C. qui pot. in pig. hab. l. qui assiduis. §. exceptio. vnde dicimus prouerbium: non debemus vnum altare cooperire, & aliud discooperire: & nota hic, quòd priuilegiũ Principis reducitur ad iustitiam, non obst. ff. de constitu. princip. l. beneficia, quia illud intelligitur in
44 his, † quæ respiciunt solum ius concedentis sine præiudicio tertij: sed vbi transiret ad præiudicium tertij fit stricta interpretatio, vt hìc, quod est valde notandum, & in l. impuberi. ff. de administratio. tut. Idem breuius & clariùs repetijt idem Bal. in dicto c. ad aures, colum. 1. num. 2. vers. ibi intentionis nostræ, dicens inde notandum fore, quòd ad Principis intentionem sit recurrendum, quæ talis esse præsumitur, quòd alius non grauetur, nec iniuriam patiatur, sed quid si est clausula, motu proprio. respondeo (inquit ipse) istagratia similis est testamento, quod semper, vel saltem vt plurimum fit motu proprio, & tamen testator non præsumitur velle iniuriã facere, vt in l. impuberi. ff. de administ. tut. Idẽ repetijt ipse Bald. in d. c. cùm olim, col. 1. num. 3. & 4. dicens indè notandum, quòd Papa nõ concedit literas cùm præiudicio alieno: quia concessio, ex qua sequitur absurdum, dicitur concessio captiosa, vt in l. cùm aquiliana. ff. de transact. & quòd non debeat vnum altare cooperiri, & aliud discooperiri. hæc omnia vbi supra, Bal. ex quibus apertissimè patuit se libentissime subscripsisse pręsentis nri secũdi fundaméti veritati.

Idẽ docuit Paul. de Cast. in infrascriptis locis. Nã in d. l. quoties col. 1. nu. 1. vers. circa primã partẽ
45 dicens, quòd rescriptũ, † in quo cõtinetur clausula illa. Nõ obstante, & si Princeps tollat id, quod est de iure ciuili, vt actionẽ: & valet rescriptũ: si verò ꝙ est de iure gentiũ, vt dominiũ, & tunc non valet: quia nõ potest hoc auferre, nisi ex causa; & pro bono reipublicæ: & tũc ẽt debet prouidere illi de pretio, vt in l. Itẽ si verberatũ, §. 1. ff. de rei vend. & hoc vult gl. magna in vltima quęstione. qui Paul. idẽ repetijt in d. l. rescripta. Idẽ rursus docuit ipse Paul. in d. l. ex facto, in princip. nu. 7. vers. Bar. tenet. asserens quòd tex. in Auct. qui, mo. na. cõi sui. §. illud, & §. generaliter dicunt, quòd per rescriptũ Principis nõ legitimatur filius, nisi quando deficiunt naturales, & le-
46 gitimi, quoniam intẽtio † Principis nõ pręsumitur esse, vt illis fiat aliqua iniuria, nisi appareat de ipsius cõtraria intẽtione; ꝙa fuit facta expressa mẽtio, qđ habebat legiti-

by Google

legitimos & naturales, & hoc nō obſtante legitimauit: ſi autem nō fieret expreſſa mentio, non præſumitur in dubio voluiſſe illis præiudicare: quando habebat legitimos tēpore legitimationis, quòd legitimatio non valeret, tamquā obreptitia in prejudicium legitimorum. Idem debet eſſe ſi ex poſt facto incipiat habere, arg. huius legis, non ſic quando legitimatur per ſubſequens matrimonium, vel per dationem curiæ, quia tunc legitimatio fit ab ipſa lege, vnde latior eſt, vt patet in illis tex. quantum verò ad alios effectus legitimationis, vt admittatur ad honores publicos: quia hoc non tendit in præiudium legitimorū: fateor, quòd legitimatio non rumpitur. hæc Paul. vbi ſup. ex quibus patuit ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtro fundamento: ad hoc etiā ipſe citat Oldr. in conſi. 170. inci. Thema tale eſt, quidam tex.

Idipſum docuit Iaſon in dicta l. quotiens, colum. 1. num. 3. verſi. tertiò nota. quòd dicens, quòd ſecundum Bart. & Doctor. reſcripta & priuilegia Principum debent intelligi abſque graui præiudicio alterius partis, & in colum. 2. verſic. regulariter dixit, quòd regulariter nunquam preſumatur Principem velle præiudicare iuri alicuius, vt in dicta l. nec auus, & refert quoque ibi, quæ nos ſupra retulimus ex Bald. in dicto cap. ſuper eo. quibus & ipſe ſe ſubcripſit. Idipſum & apertius ipſe Iaſon docuit in dicta l. ex facto. colum. 2. num. 5. verſ. alibi dicit Bald. dicens, quòd etiam ſi Papa vel Princeps reſcribat cum clauſula, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis: tñ eius intentio per hoc non præſumitur, quòd alius per hoc grauetur, nec quòd aliàs iniuriam patiatur, hæc ille vbi ſupra.

Probatur & tertio, præſens fundamentum hac irrefragabili ratione: Cùm enim de vno quoque potius in dubio præſumendum ſit ipſum eſſe iuſtum, ac nolle facere quod de iure nō poteſt, iux. præceptum naturale, a quo iubemur amare proximus noſtros, ipſoſque non lædere, ſicut nollemus nos lædi iniuſtè. At cùm de iure regula ſit vulgatiſſima approbata magis communiter a Doctoribus recenſitis a Gabriele in tract. concluſio. lib. 3. titu. de iure quæſito non tollendo, conclu. prima per totū, quod ius tertio acquiſitum non ſit auferendum: & iux. alias iuris regulas in c. decet conceſſum, & in c. quod ſemel placuit, de regul. iur. in ſexto. Nā ibi hæc habentur, videlicet [decet cōceſ-
47 ſum a principe beneficium † eſſe manſurum] & [quod ſemel placuit, amplius diſplicere nō pōt.] Cùm ergo per conceſſionem priuilegiorum indultorum Capitulo Cathedralis Eccleſiæ fuerit conceſſum, quòd iuriſdictio reſidens in Epiſcopo, ipſo mortuo deuoluatur ad ipſum Capitulum, iccir cò per huiuſmodi ſimplicem delegationem factam per ſummū Pontificem ſtante ſuſpenſione Epiſcopi, nō poterit de iure præſumi ipſum voluiſſe præiudicare dicto iuri Capitulo ipſi acquiſito de iure, contingente mortis Epiſcopi caſu:

su : cùm dictus delegatus fuerit missus vt fungeretur iurisdictione Episcopi, durante illius suspensione, vt per se patet. Quapropter indè patentissimè sequitur, quòd secut sublata tali suspẽsione ipsius delegati iurisdictio expiraret, sic modò ipso Episcopo mortuo.

Amplia singulariter allatam in dicto fundamento rationem, dicendo ipsam quoque verificari si Summus Pontifex in dicto rescripto delegationis dixisset huiusmodi rescriptum concessisse illi delegato motu suo proprio, quo-
48 niam † etsi huiusmodi clausula adiuncta rescripto operetur (prout communiter per Doctores tenetur qui latissimè recẽsentur per Gabrielem vbi supra libro sexto, titulo de clausulis, conclusione secunda) sit tãtæ virtutis quòd tollat subreptionis ambiguitatem: Tamen hoc non habere locum in casu nostro, cum agatur de præiudicio generando tertio iniustè, nulla facta expressione voluntatis Principis se volentis per huiusmodi rescriptum taliter indultum cum dicta clausula præiudicare iuri tertio acquisito. Hæc ampliatio probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum, videlicet Ant. de Butrio in c. causam quæ. el secondo. & ibi Abbas. col. 1. in secunda quæst. de testibus. Ant. de Butr. iterum in c. per venerabilem. col. 16. versic. & hoc credo. ext. qui filij sint legit. Idem docuit Abbas in c. ad aures. nu. 5. de rescriptis. & in c. 1. col. 8. vers. argumentum optimum. extr. de Iudicijs. Dominicus in c. si propter. col. 6. vers. Ioannes de Lignano. de rescript. in sexto, & consil. 104. col. 1. & 2. vers. ita est in proposito. Cardin. in Clem. 1. §. cęterum. in 7. quæst. de concess. pręb. & consil. 136. col. fin. versic. item motus proprius. & in consil. 192. col. fina. versic. & præcipuè. Rotæ in Nouis Decisione. 112. & in antiquis decis. 445. Bellame. decis. 392. Bonifacius in Clem. si Romanus. nu. 28. de pręben. prob. in addit. ad Ioannem Monachum in dicto c. si motu proprio col. 1. & sequenti, de præben. in sexto, Aret. in c. causam quæ. el secondo. col. 2. & ibi Felinus col. 2. de testibus. Franchus in c. si pluribus. col. 1. & in c. si tibi absenti. in fin. versic. secundò prædicta procedere. de præben. in sexto. Felinus rursus in c. cęterum col. 6. vers. septima restrictio. de rescript. & in cap. in nostra, in qnto corrollario vers. & istis adde. de rescript. Barbat. in c. ad aures. nu. 38. eodem. tit. Glo. in regula Cancellariæ 16. Vitalinus in tract. clausularum. folio 4. col. 3. versic. clausula motu proprio. Alex. in consil. 215. vol. 6. Iason in consil. 119. col. fina. vol. 4. Socinus in consil. 215. col. 1. vol. 3. Curt. senior in consil. 35. nu. 36. & sequenti. Iason in Authẽ. quas actiones. col. 4. C. de sacrosanct. Eccle. & in l. si quis quemque. ff. si quis caution. & in l. 2. col. 1. C. vt lite pendẽ. Decius in l. si quis iniquum. nu. 9. ff. quod quisque iur. Cassador. decis. 4. de cõcess. pręb. Aeneas de Falcon. in tract. de reseruat. folio 26. Gigas in tractat. pensionum. quæst. 9. & nume. 5. & quæst.

quęſtio.29.nu.5.Decius in conſil. 407.col.fin.& in conſil.478. num. 20.& in conſil.410.nu.23.& conſ. 33.col.fin.& conſi.606. col.fin. & conſil.689.num.10.& conſil.544. num.35.Sarnen. in regula de impetr.benef.per obitum famil.Cardinalium,quæſt.1.& in regula de Annali,quæſt.1.num.5. Ruin. in conſil.226.nu.12.vol.1.& in conſil.116.col.fin.in conſil.228.col.1. & ſequenti.vol.1.& conſil.98.col. fin.vol.4.& conſil.109. vol.4. col. 5.& conſil.63.col.pen.vol.5. & in conſil.70.col.8.vol.5. Ripa in reſpon.28.col.10.vol.2. Maria. iunior in conſil.77.num.104. vol.1. Gozad.conſi.5 n.9.Staphil. de litteris gratiæ & iuſt. fol.89 Rebuf. ſuper concord. in titu. de forma mandati Apoſtolici.verſic. nonò non tollitur ius tertij. Pariſius in conſil.73.nu.83.vol.4.& conſ.79. nu.22.eodem.vol. & conſil. 1.nu. 75.vol.1.& conſi.82.nu.67.vol. 1. & in conſil.11.nu. 120. vol. 1. vbi ampliat.etiam, quòd eſſet annexa clauſula, qnòd non poſſit allegari de defectu intentionis. & licèt hæc noſtra ampliatio amplietur multis alijs modis recenſitis a Gabriele in d. tract. concluſ. in lib.ſexto. tit.de clauſulis. in concluſione ſecunda à nu. 9. & deinceps. Nihilominus ſuffecit nobis annuere lectori locum,in quo illas perlegere poſſet (quas quidem legere mirum in modum ſibi gratum fore promittimus) nè huic noſtræ deciſioni videantur appoſita non ita neceſſaria.

His ergo præmiſſis, quibus apertiſſimè fuit probata hæc noſtra deciſio : etſi ex ipſis pateat quoque reſponſio ad dictas tres oppoſitiones : Tamen pro maiori veritatis dilucidatione ſigillatim ad primam earum reſpondebimus.Ad primã ſolùm (inquam) cùm ad reliquas duas per ſe ex ſupradicto pateat reſponſio.

Ad primam ergo reſpondendo dicimus dictum tex.nihil contra noſtram deciſionem probare, cùm quæſitum ibi fuerit an iuriſdictio officialis excõmunicati prę lati ſtante tali eius excõmunicatione ſui principalis,ſit ſuſpenſa: & ſit reſponſum,quòd ſic,ſi ſolùm dependeret ab illo excõmunicato: ſecus ab alio ſuperiore, ſed non fuit quæſitum.

An officialis dependens a ſuperiore, & non ab eo, cuius erat officialis,eo ipſo,quòd mortuus fuiſſet is, cuius erat officialis,priuatus fuiſſet nec nè iuriſdictione taliter delegata, ſed ſolùm ipſo excommunicato viuẽte, cuius iuriſdictio deuoluta non fuerat ad Capitulum, vel aliam perſonam : ſic ipſo iure dicitur deuoluta ad ipſum Capitulum mortuo ſuo Epiſcopo; qua priuari non poſſit Capitulum ſine graui eius præiudicio. Et ſi nõ negemus potuiſſe Capitulum expreſsè,vel tacite renunciare iuri ſuo, permittendo tales officiales deſtinatos perſeuerare in eorum iuriſdictione poſt mortem dicti Epiſcopi, & in iuriſdictione ad ſe deuoluta ipſo iure. Diximus,tacitè ſcilicet,non contradicendo expreſsè,quoniã in tali caſu ipſa iuriſdictio pſeueraret in ipſis ex vi tacitę delegationis

illis

Illis facta à Capitulo iuxta verissimam iuris regulam, quòd in præiudicialibus tacere quando contrarium non est iure cautum, cùm possit quis contradicere, est
49 consentire: † sicut ergo Capitulum posset expressè consentiendo dictos officiales confirmare in eorum pristino officio, sic & tacitè iuxta aliam iuris regulam, taciti & expressi eadem est virtus, vt in l.cùm quid. ff. si certum pet. & q̃p in præiudicialibus tacere (quando in aliquo casu non est contrarium iure cautum) sic consentire & tacens præiudicat iuri suo, ac si expressè renunciasset iuri suo. Probatur duplici medio. Primò enim per apertissimũ textum in c. 2. de accusat. in sexto, vbi Bonifacius Octauus his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Si is, cui contra te commissa fuerat simpliciter inquisitio super certis criminibus facienda, processerit te præsente, & non reclamante, aut quicquam super hoc excipiente. (infamiæ inquisitione omnissa) ad veritatem eorumdem criminum inquirendum: processum huiusmodi ex eo, quòd non fuit de infamia primitùs inquisitum, vlterius impugnare nequibis.] hæc ibi, & in capitulo nonne. extra de præsumptione, vbi dicitur [Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & demonium habes. Respondit Iesus, ego demonium non habeo. Duo quippè ei illata fuerunt, vnum negauit, alterum tacendo concesit.] hæc ibi. Idem habetur in regula qui tacet. de regul. iur. in sexto, vbi dicitur [Qui tacet, consentire videtur.] hæc ibi, cum iuribus ibi allatis in glo. idem habetur in cap. super eo. extra de officio delegat. in versic. bis illis inibi contentis. [Quia tenet appellatio si videntes iuri suo detrahi duxerint appellandum.] quasi dicat si non appellauerint, cùm possint, contradicendo præiudicio sibi facto: tamen si non appellauerint videntur consensisse, & renunciasse iuri, quod poterant indè prætendere violari.] Nec huic nostræ veræ responsioni obstat textus in l. filius familias. §. inuitus. ff. de procurator.
50 vbi dicitur [Inuitum † accipere debemus non eum tantum, qui contradicit, verùm eum quoque qui cõsentisse non probatur.] hęc ibi. Nam ad hoc respondetur primò, quia receditur à proprietate verborum, ne tertio præiudicium inferat, & istud p̃iudicium benè consideratur, q̃n ille (de cuius prę iudicio tractat) contradicit & reclamat, vt in casu nostro contingit: secus si tacet, q̃a dispositio superioris impleri debet, vt verba sonant, non obstante taciturnitate. ex quo notanter infertur indè secũdum Decium in d.c. super eo. col. 4. nu. 8. versic. ex quo nota, q̃p
51 concessio † superioris intelligitur etiam in prę̃iudicium tertij, si tacet & non contradicit: quia prę̃sumitur consentire dispositioni superioris si non reclamet, vt est textus hic notabilis. hæc ille ibi. & huic veræ tesponsioni, vt diximus non obstat d. §. inuitus. cùm iuxta peroptimam doc. Bar.

Digitized by Google

in l.quæ dotis.col.5.nu.22. ff.soluto matrim. quando est actus, in quo geritur meum præiudicium, circa ius reale,tunc tacendo præsumor consentire. vt in l.si remunerandi.§.si passus, & in l.qui patitur. ff.mandati. Nam in d.§.si passus.hæc habentur,videlicet.[si passus sim pro me aliquem fideiubere, vel aliàs interuenire,mãdati teneor: & nisi pro inuito qs interceſſerit,aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio] hæc ibi. & clariùs & breuiùs idem habetur in l.qui patitur.ff.eodem,vbi hæc habentur, videlicet.[Qui patiť ab alio mandari, vt sibi credatur, mãdare intelligitur.]hæc ibi.Idem habetur in l.qui fide.in princip. ff.eodem. vbi hæc habentur,videlicet.[Qui fide alterius pro altero fideiuſlit, præsente,& non recusante, vtrosque obligatos habet iure mandati] hæc ibi. Idem habetur in l.si fideiussor.C.mandati. vbi hæc habentur,videlicet.[si fideiussor pro reo patiente fidem suam adstrinxerit, mandati cum eo post exolutam pecuniam, vel factam condemnationem, potest actionem exercere.] hęc ibi.ex quibus & similibus iuribus alijs elicitur, nos verum dixisse,sequentes Doctrinam Bart. vbi supra, & glosarum,ac reliquorum Doctorum in dictis iuribus: & inde patuit, qđ sicut si Capitulum non reclamasset & aduersatum fuisset dictis destinatis officialibus volentibus prosequi dictam Apostolicam delegatam iurisdictionem: verè in eis illa perseueraret vigore delegationis tacitè eis factæ a dicto Capitulo.eodẽ modo è contrario dicendum erit,quòd stãte Capituli legitima reclamatione, dicta prætensa ab eis officialibus iurisdictio (ex qua maximũ productum dicto Capitulo præiudicium fuisset in iure sibi acquisito per mortem Episcopi sui)annullata eorum iurisdictio comprobatur, & ad nihilum de iure redacta, ita vt iurisdictio Episcopalis deuoluta sit ad ipsum Capitulum ipso iure, stantibus tot,tantisque sacrorum Canonum oraculis, ac dispositionibus supra citatis loco suo.

Et hæc est mea sniã decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Lis contestatur per facti narrationẽ propositam, & contradictionem obiectam.*

2 *Aduocati quid proponere debeãt ante litis contestationẽ,et quid respondere,ne videãtur litem per huiusmodi responsionem voluisse contestari.*

3 *Litis contestatio vt facta dicatur, quæ requirantur.*

4 *Protestatio quando dicatur contraria actui protestantis.*

5 *Decretum, vt ad vlteriora procedatur,quando ante litis contestationẽ reus interrogatus a Iudice,an possideat,responderit se non possidere, iustum sit.*

6 *In causis expediẽdis sũmariè,simpliciter,*

by Google

citer, & c. vbi non requiritur libel lus, nec litis cõtestatio concessio ter mini ad probandum, qui est primus actus iudicij post litis contestationem in illis causis, in quibus lis con testatur, bẽt vim litis cõtestationis.

17 Exceptio peremptoria obiecta libello non producit litis contestationẽ.

18 Iudex quid facere possit de iure contra negantem se possidere rem, pro qua in ius ille fuerat vocatus.

19 Possidere qui se negat, (cum verè non possideat) non decipit actorem, nec videtur se obtulisse liti, qui discessit.

20 Possidens quocunque nomine, & denegans se possidere, convictus de mendacio, spoliatur a Iudice illa re denegata, & eius possessio traditur actori hoc probãti, & quare. & nu. 23. & quare privetur, nu. 24.

21 Litis contestationis, & eius peremptoriæ exceptionis quis sit effectus.

22 Litis contestatio per exceptionem peremptoriam non fit, & quare.

23 Exceptio quando dicatur exclusio intentionis, & quando actionis.

24 Rei vendicatio non habebit locum si ante iudicium, et in processu iudicij constiterit quẽ non possidere, et erit etiam absoluendus is, qui dixisset, nolo respondere, vel nolo defendere absentem.

25 Conuento ad possessionem restituendã sufficiet ante litis contestationem exhibere rei petitæ possessorem, ipsum nominando, & nu. 27.

26 Litis contestatio nõ fit per exceptionem declinatoriam, vel peremptoriam.

27 Excipiens non fatetur, neq; negat, cũ ponat factum separatum a libello.

28 Possessionis solus detentor nominãdo dominum possessionis, potest vitare iudicium, nec tenetur aliud probare: sed actor si voluerit, vt ad se trãsferatur possessio rei denegatę.

29 Pœne l. fin. ff. de rei vendic. in quib. locum habeat.

30 Possessio rei denegatæ, & non proprietas auferetur a mendace possessore, & traditur actori probanti illam possidere, & quando, et nu. 34.

31 Suscipiens libellum in rei vendicatione, & litem contestando, an videatur se liti obtulisse.

32 Exceptio dicentis se nõ possidere impedit litis contestationẽ, & quare.

33 Possidens nomine alieno quid respondebit se interroganti, an possideat.

34 Negans se possidere erit absoluẽdus si non constiterit eum possidere: res verò negata tradetur actori probanti ipsum possidere, & quare.

35 Reus conuentus reali actione, quãdo teneatur reficere expensas.

36 Negans se possidere statim officio Iudicis expelletur a corporali possessione, nec illam repetere poterit infra annum, & talis possessio tradetur actori denegata, si probauerit illum possidere.

37 Exceptionem peremptoriam præsumitur proponens litem non contestari, & quare, & quis sit effectus talis propositæ exceptionis.

38 Excipiens quando teneatur se non possidere.

39 Laicus conuentus coram Iudice secularis si nominat clericum possessorem debebit fieri remissio causæ ad Episcopum, etsi nominantem mendaciter pœniteat antequam conuinceretur de mendacio, & fateretur se possidere, non privaretur huiusmodi possessione, & huiusmodi nominatio

minatio erit facienda ante litis contestationem, cum per ipsam conuentus declinet iudicium.

33 *Exceptio negationis possessionis quare sit proponenda ante litis contestationem.*

35 *Excipiens non confitetur intentionem partis aduersæ, nec litis contestatio fit per propositã exceptionem. & quare.*

De validitate decreti emanati a Iudice contra negantem se possidere.

THEMA.

Quidam in ius vocauit quendam, asserens ipsum possidere quoddam prędium, quod sibi competebat: ille respondit se illud non possidere, sed talem: quapropter ad ipsum se conuertat. His non obstãtibus Iudex decreuit fore procedendum in causa huiusmodi agitata ad vlteriora contra illum respondentem se non possidere.

Quæritur modo, an huiusmodi decretum fuerit iustum.

DECISIO XXXXIIII.

SANCTISSIMA Trinitas, cuius cõsilio & auxilio semper fretus litteris commendare studui decisionem vniuscuiusq; quæstionis mihi propositę subnixè, & modo obsecro meritis Beatissimæ Deiparę Marię miraculorum, atque Sanctissimi nostri Patriarchæ Benedicti: vt illuminare digneris tenebras meas, vt possim iuxta scita sacrorum Canonum, ac Imperatoriarũ legum, & Doctorum sententias præsentem quæstionem decidere.

Et vt maiori dilucidationi tradatur veritas nostræ sanctæ operæpretium duximus aliqua prius afferre in fauorẽ dicti decreti. Nã primò vr̃ fore dicendum dictum decretum tanquã consonum iuri fuisse iustum, cũ in fauorem eius sint subsequentia media, & quidẽ id elici vr̃ ex l. 1. C. de litis cõtest. vbi in fine. Hęc habẽtur, videlicet. [lis. n. tunc contestari vr̃, cum Iudex per narrationem negotij causam audire cęperit.] hæc ibi. Ex quibus vr̃ elici fuisse factum litis contestationem per ipsos (de quibus est sermo) cum supponitur in quæstione ipsa ꝓpolita narrationem negotij propositi auditam a Iudice, & respõsionem factam ab ipso conuento: si ergo contestata fuit lis inter eos, meritò vr̃ Iudicem edidisse decretum de procedendo ad vlteriora in ipsa lite mora contra ipsum taliter respondentem, Idem vr̃ probari per text. in l. rem nõ nouam. §. patroni. C. de indi-

Digitized by Google

iudicijs. vbi hæc habentur, videlicet. [Patroni autem causarum, qui vtrique parti suum præstantes auxilium ingrediuntur,
1 cum lis † fuerit contestata post narrationem propositam, & contradictionem obiectam in qualicunque iudicio, maiore, vel minore, vel apud arbitros, siue ex cõpromisso, siue aliter datos, vel electos, Sacrosanctis Euangelijs tactis iuramentum præstent &c.] hæc ibi, inter alia. Ex quibus videtur elici, quòd ipsum decretum fuerit iustum, in quo fuit præceptum, vt ad vlteriora procederetur in ipsa causa: cùm ipsum præcesserit narratio facti propositi, & eiusdem contradictionem obiectam, per quos actus cùm fuisse litem contestatam inter eos appareat: meritò iudex videtur decreuisse, vt ad vlteriora ꝓcederetur, ac per consequens si fuisset appellatum per talem respondentem à tali decreto, Iudicem ad quem potuisse proferre sentẽtiam dicendo benè fuisse decretatum à Iudice à quo, & malè ab ipso fuisse appellatũ: & ideo fore per ipsum Iudicem à quo procedẽdum ad vlteriora contra ipsũ appellantem, stante dicta litis contestatione. Idem videtur probari per tex. in c. vnico. extra de litis contest. vbi Gregorius Papa Nonus docuit, quòd non fiat litis contestatio per positiones & responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem sequutam.

Idipsum videt & secundò probari Doctorũ auctoritate. Nam Glo. in dicta l. 1. in versic. cùm iudex. dixit cõtestatam esse litem quando narratur negotium principale puta, Titi⁹ dixit, Andreas debet mihi decem, & Andr. dixit, Nego, vel non est verum, vel simile, vt si opponat exceptionem pacti, vel iuramenti: secus si dicat, non teneor respondere ratione iudicis, vel actoris. Idem & apertiùs videtur docuisse Specul. in lib. secundo, tit. de litis contestat. §. nunc dicamus. nume. 12. & sequenti. in versic. ex his autem aduocati antiqui. & in versiculo cautus sit ergo nouus aduocatus. Vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Ex his autem aduocati antiqui studeñt supplantare nouos: proponunt enim coram Iudi-
2 ce. † Domine coram vobis comparet P. cõquerens de B. qui cùm deberet sibi solui centum in festo Paschatis, soluere noluit pluries requisitus, ficque & necesse habuit illa centum recipere sub vsuris, quare petit idem P. per vos cogi dictum B. sibi satisfacere de dictis centum: petit etiam damna, & interesse, & moderatas expensas: & si nouus aduocatus, vel ipse B. respondet, quòd ea, quæ sunt. coram Iudice proposita, non sunt vera, nec sibi debet aliquid: tunc statim aduocatus antiquus dicit, per narrationem factam & responsionem sequutam litis contestationem esse factam, & ad iurandum, & ad probationes & ad vlteriora debere procedi, vt in l. rem nõ nouam. §. patroni. C. de iudic. cautus ergo sit nouus, vt protestetur

ante omnia sic. Coram vobis domine Iudex protestor ego talis, quòd per ea, quę coram vobis pro P. dicam, & proponam, non intẽdo litem contestari, etsi qua dicerem per quæ ipsi P. aut iuri suo posset in aliquo præiudicium generari protestor pro eo, & ipse. P. protestatur, quòd de eius assensu illa non dicam, & faciat in actis, antè omnia redigi hanc protestationẽ. & post hoc audacter quod volet, proponat. Nam hęc protestatio tuetur clientulum in tantũ, quòd licet aduocatus neget narrata ex parte actoris, nõ ideo fiet litis † contestatio, tum quia libellus scriptus porrigi debet, tum quia animus in litis cõtestatione requiritur, tum quia fieri debet ad Iudicis requisitionem, vt in d. l. 1. hæc omnia Specul. vbi sup. ex quibus videtur fore concludendũ dictum decretum iustum probari, cum dictus conuentus responderit se non possidere, Iudici ipsum interroganti, non facta protestatione supradicta. Idem videtur docuisse Bartolum in dicta l. 1. col. 3. nu. 12. in vers. nunc ad propositum: dicens induci litis cõtestationem per oppositionẽ exceptionis peremptoriæ, qñ statim post narrationem factam ab actore sequitur responsio rei opponentis exceptionem peremptoriam. & quòd tali pacto sit intelligenda glo. in d. l. 1. & text. in d. l. rem nõ mouam. §. patroni. ibi post narrationem propositam, & contradictionem, secus si ex interuallo, quia non videretur exceptionem producere super meritis causæ, & quòd ita loquatur cap. 1. de litis contest. in sexto, & idem subdidit, quòd reus præmissa protestatione, quòd non animo litem contestandi respondeat negotio de quo agitur, prout etiam tenuit eadem glo. cuius sententiam veram esse asseuerat, respondẽs his, qui contradixerunt ei dicentes, quòd ipsa protestatio sit contraria actui protestãtis, qui celebratur, & ideo nullius virtutis. dixit ipse Bart. quòd huiusmodi protestatio † non sit cõtraria actui, qui 4
celebratur, nam tunc esset cõtraria, quando esset circa idem: verbi gratia, ego reus respondeo negando, & protestor, quòd non respondeo: Ista enim essent contraria, & verè repugnãtia. vt in l. vbi repugnãtia. ff. de regu. iur. Potest .n. animus per protestationẽ separari ab actu. Nam per litis contestationem inducitur quidã quasi contractus, per quem quis obligatur instantiæ. Vnde cum reus respondet negando protestatur, quòd non habet animum contestandi litem, hoc est inducendi illum quasi contractum. hæc Bart. vbi supra, cuius verbis consonat sententia Bal. in dicta l. 1. colum. 3. versic. octauo quæritur, sequentis Innocentium in cap. 1. ext. de litis contest. dicentem, quòd siue quis negat factum, puta, contractum, siue negat ius, idest obligationem, quia dicit se non teneri, quòd fiat litis contestatio.

His ergo præmissis in contrarium non obstantibus. Asseueramus, ac intrepidè dicimus (cum reuerentia Iudicis tamen) dictum de-

decretum esse, & fuisse iniustum, & contra scita sacrorum Canonũ, sacratumque Imperatoriarum legum: ac per consequens de iure nullum fore declarandum, prout declarantur sententiæ nullæ, quæ iuri, seu constitutioni alicui expresse aduersantur, vt apertissimus docuit textus in cap. 1. ext. de sentent. & re iudic. & ibi per omnes Doctores, inter quos i specie est Panormitanus. Idipsum quoque docuit textus in l. non dubium, C. de legibus. & ibi per Doctores communiter. Quapropter non negligemus asseuerare huiusmodi Iudicem debuisse animaduertere, quòd per illam simplicẽ propositam exceptionem peremptoriam, vel secũdum aliquos dilatoriam a respondente nullo pacto contestatam fuisse litem: prout docuit apertissimus textus in cap. 2. de litis contestat. in sexto, & infrascripti alij Doctores: at cùm ante litis cõtestationem emanare non possit de iure decretum,
5 † vt procedatur ad vlteriora in causa, vt patet ad sensum, eo quòd ante litis contestationem non dicatur causa incepta, sed nec iudicium: si ergo non fuit iudiciũ inceptum, quomodo posset decretari, quòd ad vlteriora procedatur in causa, quæ nondum est in rerum natura, non possumus animaduertere, meo quidem iudicio (iuxta paulò post afferendas
6 auctoritates Doctorũ) Iudex debuisset ab instantia iudicij absoluere huiusmodi reum excipientem, etsi actor in iudicio probasset reum verè possidere, & fuisse mentitum, tunc ipsum actorẽ mittere in possessionem dictæ prætensæ possessionis denegatæ in pœnam mendacij: non autem plenũ dominium sibi tradere dictę possessionis, quam si dictus mendax voluisset recuperare, ei opus fuisset fungi officio actoris contra taliter possidentem ciuiliter quodammodo, sed si ipse mendax verus possessor re integra voluisset corrigere suum mendacium, vtique audiendus esset. Diximus re integra, idest antequam actor in iudicio probasset illum possidere: & quòd hæc, quæ hic protulimus sint veritima, ꝓbabitur subsequẽtibus auctoritatibus, etiam si non essemus in Regno Neapolitano, vbi adest statutum, quòd in causis procedatur summariè, simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta: & per consequens Iudex necessariò libellum non exiget, nec litis contestationem postulabit, vt apertissimus docuit textus in Clemen. Sæpe contingit. de verborum significatione, vbi traditur norma Iudicibus procedendi in causis expediendis, in quib. præcipitur procedi simpliciter, summariè, & de plano absque strepitu, & figura iudicij. Quapropter meritò Doctores nostri regnicolę dicunt in huiusmodi causis non requiri litis contestationem, prout ius cõmune docuerat, sed loco eius sit subrogati actus, † scilicet iudiciales, qui fiunt a termino probatorio impartito partibus, vt docuerunt infrascripti, videlicet, Marantha in suo speculo 4. par. 9. dist. num.

20. fol. mihi 235. & 6. par. versic. litis contestatio, nu. 2. fol. mihi 326. in paruis. Carauit. Rit. mag. cur. 288. nu. 43. in fi. Afflictus in constit. Regni lib. 2. titu. de dilationibus, & exceptio. nu. 6. in fin. dicens, quòd hodie moderni Doct. in l. properandum, C. de iudic. tenẽt in causis summariè expediendis, in quibus nõ requiritur libelli datio termini ad probandum habet vim litis contestationis. Idem ipse Afflictus repetijt ibidem. titu. de exception. 1. not. nu. 5. tertia q. in vers. dic, dixit, q̃ in causis summarijs, vbi nõ datur libellus possunt opponi exceptiones dilatoriæ vsq; ad primũ actũ, q̃ solet fieri post litis contestationem, qui est terminus ad probandũ incumbentia. Nam iste actus habetur pro litis cõtestatione, vt dicit Abbas Siculus in cap. exceptionem extra de exceptio. & in 6. 1. in col. 2. ext. de ordin. cogn. Felinus in dicto c. exceptionem. col. 4. nu. 11. versic. tertiò intellige. dicens, quòd in causa, in qua non fit litis contestatio, tunc primus actus, qui solet fieri post litem contestatam excludit dilatorias, quod & docuit Glo. singul. in c. 1. in versic. absentia. de elect. in sexto, quam sequitur Franchus, & alij recensiti ab ipso, & a d. Felino, vbi sup. cõmuniter. in d. c. docet text. apertissimus. in l. nulla. C. de procurat. vbi per Docto. & per Bar. expressè in l. ab executore. §. fina. ff. de appell. & Bal. in dicta l. nulla. & latius in l. nihil. C. de procurat. & Bar. in dicta l. nulla. qui omnes dicunt, quòd vbi non fit litis contestatio, tunc cùm merita causæ incipiunt tractari, procurator efficitur dominꝰ litis, vt in d. l. nulla. vbi dr. [Nulla dubitatio est posit causã in iudicio agitatã, vtpote dñum litis procuratorẽ effectum.] hæc ibi. quod clariùs docuit Bal. in d. l. nihil. col. 1. vers. 4. ex hoc nota. his verbis vtens, videlicet. Nota, quòd actus, qui cõsueuit sequi litis contesta. habet vim litis contest. & indè sequitur quòd vbi non contestatur lis, iste actus habet pro litis contestatione. Idẽ docuit Iason in d. l. nulla. loquendo ergo in casu, si essemus ex regnum, dicimus per dictã responsionẽ, per q̃ fuit proposita exceptio peremptoria) vel secundum aliquos dilatoria non fuisse litem cõtestatã, q̃ & probamꝰ infrascriptis medijs. sciendũ ergo, q̃ iure Pontificio hoc confirmat in d. c. 2. de litis contest. in sexto. vbi Bonifacius Octauus his p̃cisis verbis vsus fuit, videlicet. [si oblato ab actore libello ex parte rei exceptio peremptoria† ꝓponat, nequa- 7
q̃ p hoc litis cõtestatio intelligit esse facta, imò ea nõ obstãte (nisi fit de illis exceptionibus, q̃ litis contestationẽ impediunt) fieri oportebit eãdẽ.] hæc ibi. & nõ fundamẽtalis huius decis. est: qm̃ is, q̃ excepit nõ respondet, vt docuit singularis text. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indebiti. & expressè docuit Philip. Franchus loco statĩ citãdo cuius dicto cõsonat doctr. Bar. in l. nam & postea. col. 2. n. 7. versic. dico etiam vltra. ff. de iureiur. his p̃cisis verbis cõtẽta, videlicet. Dico ẽt vltra

quòd

quòd omnis exceptio, per quam concluditur actionem non competere ipso iure, vt exceptio solutionis, acceptilationis & similiũ, impedit litem contestari: cum enim dicat lex sine actione nemo experitur, vt in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negotijs gest. appareret, quòd illa exceptio, Tu non habes actionem. habet impedire ne experiaris, & ne agas. vt hac lege & ex præcedentibus apparet, hæc omnia Bar. vbi supr. & quòd non habuerit actionem contra nõ possidentem actor (de quo est sermo) docuit apertissimus tex. in c. quoniam frequenter, §. In alijs verò casibus, vers. quod si super rebus immobilibus, extra vt lite non cõtestata, vbi Innocẽtius Tertius Papa his præcisis verbis vsus fuit, videlicet [quòd si super rebus immobilibus quisquam conueniatur: quis eas possidet nomine alieno debet statim in iudicio dominum nominare certo dierum spatio a iudice statuendo, eoque ad eius notitiam perducendo, vt vel ipse veniens, vel idoneum dirigẽs responsalem, actoris intentionem excipiat: Si verò post tempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere: tanquã lite (quę ingeritur) ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est ad interrumpendam præscriptionem longi temporis, contestata: dominũ possessionis iudex tribus edictis legitimis euocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente: negotium summatim examinans in possessionẽ ipsarum rerum actorẽ mittere non tardabit, omni allegatione absenti super principali quæstione reseruata.] hæc ibi. per quæ comprobata verissima nostra decisio arguendo sic, si Iudex non possit procedere contra possidentem nomine alieno, & ipsum compellere ad sistendum iudicio, sed illo absoluto (facto ei præcepto de denunciando hoc domino possessionis) sed solùm ipsum dominum possessionis, quanto minus poterit molestare eum, qui nullo pacto possidet nec nomine suo, nec alieno possessionem, pro qua eũ in ius vocauit actor? Idipsum docuit ad verbum tex. in l. 2. C. vbi in rem act. vtens dicti §. verbis. tex. in l. fi. ff. de rei vedi. vbi his præcisis verbis iurisconsultus vsus fuit videlicet [In rem actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere se non possidere: ita vt si possit aduersarius conuincere rem ab aduersario possideri, trãsferat ad se possessionem per iudicem, licèt suam esse non approbauerit] hæc ibi. Ex quibus tres præclarissimę cõclusiones eliciuntur, prima quarũ est, quòd actori nulla erit actio contra respondentẽ se non possidere quod ab ipso petitur, & per consequens iudex nõ poterat decernere, post talem responsiuam exceptionem peremptoria vt ad vlteriora procederetur in causa; cùm sine actione nemini liceat experiri contra aliquem, vt paulò ante dixerat Bartolus. Secunda conclusio quòd si voluerit actor audita tali responsione probare illum possidere, erit admittẽdus ad probandum, & conuincendum ipsum de

de mendatio. Tertia cõclusio est, quoniam si actor plenè probauerit illum possidere, in pœnã mendacij illius Iudex transfert eius possessionem in ipsum actorem. ex his ergo etiam patuit dictum decretum fuisse latum contra legem expressam, ac per cõsequens fuisse de iure nullum, prout supra probauimus. Idem enim probatur per arg. in l. qui petitorio. in principio. ff. de rei uendicat. vbi hæc habentur, videlicet. [Qui petitorio iudicio vtitur, nè frustra experiatur: requirere debet an is, cum quo instituit actionem, possessor sit, vel dolo desierit pos- 9 sidere.] hęc ibi. Diximus nostram sententiam probari per argu. in dicta l. qui petitorio, quoniam reuera ex ipso eliciatur, quòd nec 8 actor, nec iudex † debeat molestare ipsum denegantem possidere rem, pro qua in ius vocatur, nisi repererint illum mendacium protulisse: & sic ante litis contestationem: nec tunc ipsum poterit compellere ad litis contestandum, sed solùm ipsum priuabit possessione denegata, illã conferẽ do actori si ille interrogatus, an voluerit probare tale mẽdacium, in effectu ipsum probasset. ex his ergo patuit quoque iniustitia decreti, & illud latum contra legem fuisse expressã: ac per consequens fuisse de iure nullum. Idem probatur per tex. in Authen. itẽ possessor, C. qui potiores in pig. hab. vbi hæc habẽtur, videlicet. [Item possessor pignoris negans rem eius, cuius actor eam esse asseuerat: si probata ea intentione, nitatur rem retinere, dicens ex Hypotheca, vel alia causa in eandem personam delata, se propinquiorem esse, quàm qui mouet causam, priùs transferat possessionẽ, quàm ius suum proponat.] hæc ibi. Idem probatur, per arg. in l. is qui se obtulit. ff. de rei uendic. vbi hæc habentur, videlicet. [Is, qui se obtulit rei defensioni sine causa, cùm nõ posset: si actor ignoret, non est absoluendus, vt Marcellus ait: quæ sententia vera est: sed hoc post litem contestatam. Cęterum antè iudicium acceptum, nõ decipit actorem, qui 9 se negat † possidere, cùm verè nõ possideat, nec videtur se liti obtulisse, qui discessit. Hæc ibi. Diximus probari præsentẽ nostram decisionem per argu. in dicta l. is qui se obtulit. quoniam ex ipsa apertissimè eliciunt hæc quatuor notatu dignissima. Primum quorum est (arguendo, ex ipso textu, à contrario sensu) quòd qui non se obtulit defensioni rei, & non possidet (vt in casu nostro supponitur) erit absoluendus nõ solùm antè litem contestatam, verùm etiam post ipsam. Secundum, qp indè elicitur, est, quòd qui se obtulit, & non possidet, & actor scit ipsum non possidere, sit de iure omnino absoluendus. Tertium notatu dignissimum, quod ex ipsa lege elicitur est: quòd antè litem contestatam qui verè non possidet, & negauerit se possidere non decipiat actorem. Quartum memorię commendandum, quod indè elicitur, est, quòd qui discessit, scilicet pœnitẽdo de mendacio

dacio dicto, quando falsò dixisset se non possidere, si postea antè litem contestatam, acceptauerit se possidere, dicendus non erit se liti obtulisse, vt ibi docuit glo. in versic. qui discessit. Idem elicitur ex l. officium. ff. de re iudicat. cùm ibi in principio hæc habeantur, videlicet. [Officium autem Iudicis in hac actione hoc erit, vt Iudex inspiciat, An reus possideat, nec ad rem pertinebit, ex qua causa pertinebit.] hæc ibi: quasi diceret Iurisconsultus: si reus verè non possidet, non erit molestandus, sed recurrat actor ad possidentem. & hæc nostra huius legis interpretatio consonat sententiæ Glosę in eadem lege, in versic. exceptionem quæ dixit. videtur ergo ex hac littera, quòd primò actor suam fundet intentionem, post reus exceptionem suam opponat. Idem breuiùs & elegantius elicitur ex tex. in Authen. de triente, & semisse. &c. §. pen. incip. illud quoque vbi hæc habentur, videlicet. [si quis enim conuentus fuerit res habere alterius, ille verò dicat res non esse illius, vnde quo dicit actor, † & cogatur qui actionem infert, aut documentis, aut testibus, aut alijs vti laboribus, vt ostendat res illius esse: postea verò is, qui semper abnegauerat illius hoc non fuisse: vti voluerit illi⁹ iure, & dicere, qa ex hypotheca, vel alijs causis in illam personã relatis, propinquior est, quàm ille, qui causam mouet. aliæ quidem sentẽtiæ vacent, quæ prioribus nostris placuerunt: mediocris autem quæ dã & clemens: & ipsi causæ conueniens pęna abnegantibus inferatur: pro abnegatione nãque circa hoc, & actoris laboribus: dum adhùc causa dicitur, ad actorem transferatur rerum, de quibus facta est quæstio, possessio] hæc ibi: ex quibus apertissimè elicitur non fore molestandum in prosecutione intentatæ actionis non solùm eum, qui verè non possidet nomine suo, sed nec nomine alieno, antequã actor probauerit suam intentionem, & illum mendacium protulisse. His ergo præmissis audiamus obsecro quid de nostra quæstione Doctores senserint tã Canonistę, quàm Iuristæ: Sciendum igitur, quòd ex Canonistis nostræ sententiæ infra scripti se subscripserunt. Nam gl. in dicto c. 2. de litis contest. in sexto, in vers. facta, inter alia notatu dignissima hæc protulit verba, videlicet. Optimè probat lex, dicens, quòd qui vult exceptionem doli mali opponere, quæ competit ex transactione, ante litem cõtestatam facta, antè litem contestatam id facere debet, vt in l. eleganter, §. pen. ff. de condict. indebiti: & addẽs rationem subdidit.

11 Item per litis contestationẽ † ordinatur iudicium, & per peremptoriam destruitur: sed eadem res duos effectus contrarios non potest parere, & addit aliam rationem dicens eadem glo. si enim

12 peremptoriam exceptionem † nõ debet impedire, vel retardare litis contestatio: ergo per eam non fit: aliàs non processisset quæstio. & in fine eadem glo. dixit, quòd qui simpliciter excipit de pacto

de

de non petendo, præſcriptione, vel alia peremptoria: & tunc non intelligetur facta litis cõteſtatio, vt hìc. Idem ſi excipiendo proponeret ſe non teneri reſpondere libello, & quòd factum ſibi fuerat pactum de non petendo: & quòd in iſto caſu (inquit) ſolemus vocare exceptionem intentionis excluſionem, & quando proponitur poſt litis conteſtationem vocatur
13 actionis excluſio, † hæc omnia / glo. illa. Idipſum apertius & breuius docuit glo. in dicto c. qm̃ frequenter. §. in alijs, in verſ. immobilibus, & ſequentibus, Innocentius enim in cap. quoniam frequenter, col. 4. verſ. item quia multiplex eſt contumacia, extra vt lite non cõteſtata, vbi concludit his præciſis verbis, videlicet. Item multiplex eſt contumacia, ſcilicet tam domini, quàm eius, qui eius nomine poſſidet: comodatarius autem & depoſitarius, & alij, qui ſolã detentionem habent, conueniri poſſunt rei vendicatione, vt procedant ſecũdum tenorem iſtius decretalis, & vt ſimplicem tenutam dent ſolam ſine poſſeſſione quando ignoratur an in veritate poſſideant: quia ſi antè iudicium, vel in proceſſu iudicij conſtet, quòd non poſſideat, non habebit locum
14 rei † vendicatio, & ſic (inquit) intelligitur finis l. officium. ff. de rei vend. ſi enim prædicti nolint reſpondere, vel ſimpliciter dicãt, nolumus defendere abſentem, etiam ſecundum tenorẽ iſtius decretalis, abſoluendi ſunt ab inſtantia iudicij, niſi vellent actores probare, quòd poſſideant: vt ſic tranſferretur in eis poſſeſſio, vt in l. penul. & fi. ff. de rei vendi. hæc Innocen. vbi ſupra.

Idem breuiter docuit Hoſtien. in ſua ſumma titu. vt lite non conteſtata, in §. quid ſi ſuper rebus immobilibus, dicens, quòd qui cõuenitur nomine alieno: vt quia colonus &c. & ſi quis haberet ius in re, conueniretur nomine proprio, debet ſtatim, ideſt antè litis conteſtationem & poterit nominare dominũ, cuius nomine poſſidet; quo facto ſunt dandæ ei inducíæ: intelligo (inquit) ſi ipſas petierit a iudice, intra quas domino repræſentet: quod ſi non fecerit elapſa die, quæ domino ſignificanda eſt: ipſe dominus legitimis edictis citabitur: quod ſi adhuc contumaciter ſe abſentet, lis quaſi conteſtari videtur quoad interruptionem ab illa die, qua colonus vocatus fuit ad iudicium: & ideo ſummatim, ideſt ſemiplenè, puta, per ſacramentum quod exiget a petente examinabit negotium: & ſic petentem in poſſeſſionẽ ponet: ita quòd aduerſarius veniẽs nõ audietur, niſi ſuper proprietate poſt annum: & infra etiã ſuper poſſeſſione. hæc Hoſtienſ. vbi ſupra, ex quibus elicitur quoque iniuſtitia dicti decreti.

Idẽ apertiùs & breuiùs docuit Spec. in lib. 1. tit. de actore. §. expedito tractatu de Iudicibus. n. 65. in verſ. item excluditur, & in verſ. itẽ in reali actione. Nã in dicto verſ. item excluditur. his præciſis verbis vtitur, videlicet. Item excluditur agens rei vendicatione, vel noxali actione, ſi reus neget ſe

poſ-

possidere: vt in l. qui petitorio. ff. de rei vendic. nisi primò possessor de mendacio fuerit redargutus, & in dicto vers. Item in reali dixit, quòd in reali actione actoris in-
15 tentio deuiatur, † si reus antè litis contestationem exhibeat in iudicio rei per possessorem, vt in l. is, qui se obtulit, & l. sequen. & l. sin autem in princip. ff. de rei vendic. & in causa criminali si reus ostēdit criminosum, vt in l. si maiorē. C. ad l. Cornel. de falsis.

Idipsum expressius docuit Panormitanus, in c. vnico, col. 8. nu. 18. vers. nunc descendo ad materiam. extra de litis contes. vbi post multa hinc indè allata, recitata sententia Bart. dicentis, quòd per declinatoriam exceptionem in iudicio propositam litis contesta-
16 tio † non fieret, sed nec per exceptionem peremptoriam statim factam, sed solùm per factam ex interuallo, quia videretur tunc reus producere exceptiones super meritis causæ: & subdit ipse, quòd huiusmodi opinio sibi nō placeat, cùm text. in cap. 2. de litis contesta. in sexto supra per nos citato, loquatur indistinctè, & videatur etiam loqui quando in cōtinenti respondit, vt colligitur ex eius principio: dum dicit libello oblato &c. Nam hoc supplere (ex interuallo) est diuinatio & extorsio: & de facili dixisset ex interuallo si uoluisset. argum. in cap. ad audientiam, de decimis, & si intellexisset de opponente ad merita causæ, benè hoc expressisset, nec fecisset mentionem illam in principio etiam de libelli oblatione. Item quare non inducatur litis contestatio per obiectum exceptionis peremptoriæ, ita procedit si in continēti, sicut si ex interuallo in principali, vt patet ex not. per gl. in d.c. 2.
17 Nam ille, qui excipit, † neque fatetur, neq; negat: vt in c. cū venerabilis, de exceptio. adde tu, quòd ibi hæc regula sub his verbis traditur, videlicet [quia exceptionem obijciens de intentione partis aduersæ non intelligitur fuisse confessus.] vbi glos. dicit ipsam regulam sumptam ex l. non vtique ff. de exceptio. vbi hæc habentur. [Non vtique existimatur confiteri de intētione aduersarij, cū quo agitur, qui exceptione vtitur.] hæc ibi. quæ confirmantur ad verbum in c. exceptionem. de regul. iur. in sexto. sequitur modò Panormitan. vbi sup. sed ponit factum separatum a libello, non ergo inducitur contestatio, quæ inducitur per responsionē ad petitionē: si tamen responderet ad libellum, & submitteret exceptionē peremptoriam: tunc benè esset inducta litis contestatio, hæc Panormitan. vbi sup. qui in c. quoniã frequenter §. in alijs. col. 2. nu. 6. vers. nota in vers. quòd si extr. vt lite nō contes. dixit, qđ licèt cōtra simplicē detētorē det rei vendicatio, vt in l. officiū. ff. de rei vēd. & not. in c. examinata, cx. de Iudicijs. tñ detētor pōt vitare iudiciū dūm nominādo, vt hìc, & sic intellige Inno. in d.c. examinata, & in col. 20. n. 49. vers. quęro nūc circa. §. ꝙ si super, ext. vt lite non contesta. concludit idē Panormit. post Bart. in l. 2. C. vbi in

rem

rem actio. quòd conuentus in iudicio nominans alium possidere, non teneatur aliud probare: & sic per hoc absoluendus erit ab in-
28 stãtia iudicij, † nisi actor velit in se onus probandi eum suo nomine possidere: vt sic in eum transferatur possessio auctoritate l. fin. ff. de rei vendic. & ad hoc etiam allegat Innocentius hìc & sequitur Anton. Butr. & addidit ibi Panormitanus notandũ bene ex dictis Bar. dictam l. fin. & eius pœnam habere
19 locum † non solùm in eo, qui negat se ex toto possidere, vt si conueniatur, prinetur possessione, sed etiam habet locum in eo, qui dixit se alieno nomine possidere, cùm tamen possideret nomine proprio. Conclude ergo, ipse Panormitanus inquit, quòd stetur dicto suo, quòd aut dicit verum, & habemus intentum: aut falsum, & tunc idem dicendum; cùm possit nuda voluntate se constituere possidere nomine alieno, & desinere nomine suo possidere, vt in l. si quis vi. §. differentia. & l. quod meo. ff. de acquir. poss. si tamen dicit in fraudem, potest conuinci modo prædicto. hæc Panormitanus vbi supra ad verbũ: qui idipsum repetens in cap. cùm causam, col. 5. nu. 18. vers. secundò dicit glo. extra de iuramẽ. calum. addidit & hæc notatu dignissima, dicens, quòd si quis interrogatus an possideat, negat, cùm in veritate possideat: si actor probauerit ipsum possidere, res est auferenda illi, & danda actori, vt in l. fi. ff. de rei vendic. & subdit statim ipse Panormitanus aduerte tu canonista, nè decipiaris: Non enim intelligas, quòd proprietas ipsius rei detur actori: sed tantum in eum trãs-
20 fertur possessio: † & reus efficitur petitor. Vnde nõ auditur amplius nisi super proprietate, vt legitur & not. in dicta l. fina. pro hoc in Auctẽ. de trien. & semis. §. illud. & in Auctẽ. Item possessor. C. qui potior. in pigno. habea. & addit, quòd ad hoc vt transferatur possessio in actore, requiruntur multa, vt notatur in dicta l. fi. & quòd conuincatur reus de mendacio: non enim sufficit, quòd possideat, si ignorabat se possidere: puta, acquisierat possessionem per seruum vel filium: in pœnam enim mendacij fit illa translatio, quæ cessat, cessante mendacio. Item requiritur, quòd actor probauerit reum possidere: & sic quòd assumpserit in se onus probandi: secus si ante quam probauerit, constet reum possidere, arg. in l. eum qui. ff. de iureiur. Item requiritur, quòd agatur petitorio: & sic quòd circa rẽ petitam fuerit commissum delictum, secus si agebatur personali actione: quia tunc aliter proceditur, quapropter ipse reus etiam si incontinenti probare volens rem esse suam ad effectum impediendi possessionis translationem nõ erit admittendus, in pœnam mendacij prout communiter tenent Doctores. Hæc omnia Panormitanus vbi supra, qui rursum eadem alijs verbis repetijt in cap. examinata, col. 4. nu. 11. vers. vltimo induco, extr. de iudic. his præcisis verbis vtens, videlicet. Vltimo induco hunc textũ singulariter vltra omnes, quòd
21 suscipiens libellum † in rei vendicatione,

catione, & litem cõtestando non videtur se liti offerre, vt teneatur si non reperitur possidere: imò debet absolui, quandocunque cõstat eum non possidere: & illius actoris intentionem esse ineptã: quod singulariter nota pro limitatione illius l. qui se obtulit. ff. de rei vendicatio. vbi dicit tex. quòd is, qui se obtulit defensioni sine causa, cũ non possideret, si actor ignorat, non est absoluẽdus, &c. Debet (inquit Panormitanus) enim intelligi, quando interrogatus an possideret: respondet, quòd sic: secus si simpliciter recipit libellum, & lis contestata est, vt hìc, vbi fuit deuentum ad testium productionẽ: & concludebatur rem restitui, & nihilominus absoluitur reus, cùm constat eum non possidere: & sic est hic casus expressus.

Idẽ docuit Philippus Franchus in cap. 1. de litis contesta. in sexto colum. 6. nume. 19. vers. vigesimo limita. Vbi his precisis verbis vsus fuit, videlicet. Vigesimo limita in exceptione, quæ opponitur per reum conuentum actione reali, si ipse excipit, quòd non possideat:
22 Nam talis exceptio, † ego nõ possideo, impedit litis ingressum, secundum Bar. in §. donec. Idẽ Franchus in cap. 2. col. 1. num. 2. vers. in ea glo. ibi. de litis contesta. in sexto probat, quòd qui excipit cõtra actoris libellum, non contestatur litem: cùm litis contestatio inducatur solùm per narrationem & responsionẽ ad eam: sed excipiendo non videtur respõdere libello, ex quo non videtur negare vel cõfiteri, vt not. in regula exceptione, de regu. iur. in sexto, ergo (inquit) litis contestationem inducitur, & ita sequitur Bal. in l. exceptionem, C. de probatio. per l. eleganter, §. si quis post. ff. de condictio. indebiti. qui Philippus in dicta regula, exceptione, nu. 2. vers. in eadem glo. in fi. dixit, quòd sicut excipiens non intelligitur cõfiteri: ita non intelligitur se obligare, vel quasi contrahere secundum Bald. in l. 2. C. de no. cog. Idẽ docuit Felynus in cap. vnico, de litis contest. colum. 2. num. 6. vers. ad primam quæstionem Abbatis, se subscribens supradictæ sententiæ Panormitani: dummodo exceptio stet in meris finibus exceptionis, vt in casu nostro patuit: secus si vltra procedit, puta, nego id fieri debere, quia promisisti non petere, vt docuit Domic. post Pau. in capit. 2. de litis contestat. in sexto. Idem repetijt ipse Felynus in cap. cęterum, col. 5. num. 28. in versicu.
23 negans † rem esse feudalem, quæ erat, perdit feudum, & est tex. in l. fin. ff. de rei vendic. vbi negans se possidere si conuincatur, perdit possessionem, & quòd loquatur Felinus de negatione facta antè litis contestatione, eliciũtur ex subsequentibus verbis suis ibidem, in vers. limita etiam, dicens supradictam conclusionem fore limitandam, scilicet dummodo negatio duret vsque ad litis contestationem, secus si antè litis contestationẽ cõfitetur, prout docuit Ang. in l. si dubitetur, §. 1. ff. de fideiuss. per tex. in l. electio, §. nequè. ff. de noxa. & est gl. in l. Neratius. §. nec actio. ff. ad l. Aquil. & docuit Bal.

in

in l.1.col.7.C.de Fur. quod & repetijt breuiùs in c. exceptionem. col.11.nu.28.verſic. datur alia fallentia. dicens, quòd maxima fallentia ſit in omni peremptoria, q̃ excipiens offert ſe in continenti probaturum, & quòd talis audietur ante litis ingreſſum, & q̃ hoc docuerit Abbas poſt Butr. in cap.ſuper litteris.col.8.de reſcriptis.

Ex Legiſtis verò infraſcripti Doctores ſe ſubſcripſerunt præſenti noſtræ deciſioni. Nam glo. in dicta l.fina.dixit, quòd in pœ-
24 nam mendacij negans † ſe poſſidere interrogatus à Iudice debeat priuari poſſeſſione & actor mittetur in illius poſſeſſionem. Apertiùs hoc docuit glo. in dicta l.2.C.vbi in rem act. in verſ. quoliber modo.dicens, quòd ſufficiet
25 poſſidenti nomine † alieno (ſi interrogatur, vel in ius vocatur) nominare dominũ, contra quem lis fiet, vt in littera ipſius legis. Nec contra noſtram ſententiam eſt glo.in dicta Authen.de Triente & ſemiſſe.§.pen.in verſic.& legum.concludens, quòd agenti in rem, & quis reſpõdeat ſe nõ poſſidere, quòd lis conteſtabitur, & iurabunt de calumnia non ſuper iudicio in rem, ſed ſuper iudicio poſſeſſionis, vt in l. 1. C. de litis conteſta. cum contra ipſam inſurrexerit Iac. de Bel. (quẽ ſequitur Bar.ibidem.nu.6.verſic ſed quòd debeat)dicens, quòd non debeat ire per tot circunſtantias, ſed (ſtatim cognita veritate) procedere ad tranſlationem ſine litis conteſtatione. Nam & rurſus docuit Bar.ibidem, quòd ipſa gl. reprehendatur in eo, quòd dixit, quòd eo ipſo, quòd facta eſt interrogatio, an poſſideat, videatur eſſe facta litis, conteſtatio ſuper iudicio poſſeſſorio. Nam dixit Iacob.de Aret.quòd dicendo ſe non poſſidere, non eſt animus conteſtandi litem, ſed excludendi iudicium: quam rationem poſſit glo.proxima dum dicit, ne iudicio rei vendicat.non autem ſuper iudicio & nõ interuenit narratio, & reſponſio, quæ ad litem conteſta. eſt acceſſoria, vt in l.1.C.de litis cõteſt.

Idipſum Bart. libentiſſimè docuit in omnibus alijs locis infraſcriptis. Nam in l.ſi à te hereditatem.§.ſi quis fundum. nu.2. ff. de except. rei iudic. dixit, q̃ elicitur ex lectura dicti §. & l.is, qui ſe obtulit. ff. de rei vendic. q̃ reus accipiendo libellum, niſi appareat, q̃
26 ſit interrogatus, an poſſideat, † nõ tenebitur. Sed quid fiet in iſto iudicio. tex. eſt hic, quòd pronunciabit rem eſſe actoris, & reũ abſoluet, poſtquam non cõſtat eum poſſidere: & hoc ſi actor probat plenè de iure ſuo. hæc Bar. vbi ſupra, qui idipſum cõfirmauit in l. fin. ff. de rei vendic. dicens, quòd negans poſſidere priuatur poſſeſſione, quæ officio Iudicis propter eius mendacium transferetur ad actorem probantem illum poſſidere: & idcirco neceſſariò non requiritur litis cõteſtatio, cum negans poſſeſſionem in pœnã mendacij veniat priuandus huiuſmodi poſſeſſione, quæ erit conferenda actori probanti illum poſſediſſe tempore huiuſmodi interrogatio-

d by Google

rogationis. Qui Bart. in dicta l. qui petitorio. asserit, quòd ante litis contestationem reus erit interrogandus vtrum possideat, vel dolo desierit possidere. qui Bart. in dicta l.is, qui se obtulit. concludit, quòd quando contra aliquẽ lis cõtestatur, etsi fuerit probatum ab actore plenè de suo dominio, & nunquam cõuentus fuisset interrogatus an possideret, nec ipse probasset se possidere: tunc reus absolueretur, & rẽ pertinere ad actorem pronunciabitur. Qui Bar. in dicta l. officium. dicit, quòd conuentus rei vendicatione poterit nominare dominum, vt ibi dicit glo. per tex. in l. 2. C. vbi in rem actio. Vbi idem Bar. col. 3. nu. 15. versic. quęro secundò. dixit, quòd qui nominat
27 † dominum in iudiçio, nõ teneatur probare se noĩe alieno possidere, cũ sibi sufficiat, ꝙ nominet dominũ in iudicio, vt ꝑ hoc absoluatur ab instantia iudicij, nisi actor in se velit onus probãdi assumere, & probare eum suo nomine possidere, vt sic in eum transferatur possessio auctoritate l. vltimæ, ff. de rei vendicat. & illud videtur velle Innocentium in c. quoniam frequenter. ext. vt lite non contestata. Qui Bart. in dicta Authent. item possessor. probat idem, quòd scilicet in pœnã mendacij possessor negans se possidere, priuabitur possessione, etsi in alio iudicio audietur post traditam possessionem actori officio Iudicis per text. in §. illud. Auct. de triente, & semisse.

Idem docuit Bal. in rubrica, ext. de eo, qui mittit. in poss. causa rei seruandę, cùm ibi duo notatu dignissima doceat. Primum quorum est, quòd reus conuentus rea
28 li † actione non tenetur reficere expensas, nisi compareat, & velit rem defendere, & possessionem recuperare, vt in c. cum venissent. eod. titu. in prima glo. & est ratio, quia qui tenetur citra obligationis vinculũ ratione possessionis tantum, expulsus desinit teneri. vt in l. prętor. §. cum hoc edictum. ff. de damnis infect. & in l. cùm fructuarius. ff. de vsufr. immo plus, quia si etiam teneretur ex contractu a quo licet discedere desinit teneri derelicta possessione, vt in l. cùm fructuarius. ff. de vsufruct. Cùm ergo dominus aduocauerit possessionem, & reus beneficio iuris vsus nunquam cõparuit ad contradicendum, meritò non debet cogi ad refectionem expensarum, quia in nulla culpa deprehenditur, & dictum Archidiaconum debet intelligi, quando missio fit in actione personali, vbi mora præcedit. Secundum eius dictum notabile est, quòd si possessor dixerit se non
29 possidere, † statim officio Iudicis expellitur de corporali possessione, nec licebit ei intra annum recuperare, vt in Authent. de triente, & semiss. § penultimo, vbi est melior glo. quæ sit in toto corpore iuris: porrò negans intercipere videtur. textum habes (inquit) singul. in l. hæreditatum. §. vltimo. ff. ad l. Falcid. hæc Bald. vbi sup. cuius vltima dicta intelligas secundum mentem ipsius citantis

ad hoc dictum §.pen.vbi dicitur, q ꝛòd actor, negante reo possessionē, si probauerit ipsum possidere ꝑp mendacium ex officio iudicis tradetur actori eadē possessio denegata, ꝑut apertiùs ipsemet Bal. dixit in sequentib.locis. Nā in c. vnico.col 3.n.7. vers.sed nūquid. ext.de litis contest.his ꝑcisis verbis usus fuit,videlicet.Qui proponit exceptionē peremptoriā,ꝑsumit litē non contestari, cùm ꝑsumat excipere † animo non con-
30 testandi litē : cùm reorū sit fugere,vt in l eleganter.§.si quis. ff.de condict.indebiti.Vnde si non apparet alia litis contestatio, & testes essent recepti, processus esset nullus . & hoc verum, nisi in casibus,in quibus sufficit qualis qualis contradictio , vt in extraordinarijs, & summarijs , vt in l. nec quicquam.§. de plano. ff. de officio proconsulis. & ibidem in nu. 10. vers. item nota, quòd in reali dixit, quòd in reali iudicio nulla exceptio potest opponi antè litis contestationē : nisi hæc exceptio. possideat , vt not. in Authenti.de Triente & semisse.§.pen. etsi quidem obijcitur antè litem conte-
31 statam,nō habet excipiens † probare, secus si tempore litis contestatæ possidebat , vt probat illa lex not.in l. si rem meam. ff. de exception. rei iudicat. & paulò antè, scilicet in nume. 9. ibidem dixit,quòd ille qui negat non excipit:vnde negare licet antè litis contestationem. qui Bal. in dicto c.qūm frequenter.§.in alijs.versic. quod si super.ext. vt lite non contesta.nu.6.vers sed quid si laicus:
32 dicens,quòd si laicus † fuit conuentus corā Iudice seculari nominat Clericum tanq̃ Dñum suum, probato,ꝙ à clerico habeat causā fiat remissio processus ad Epm, etsi nominans mentiretur,debet statim ab ipso auferri possessio officio Iudicis ēt sine libello,vt solemniter notat in Authen. de Triente & semisse.§.pen. Illā ergo pęnam patitur propter mendacium, nisi antè litem contestatā pęnitеat:& hoc intellige si pęniteat antequā conuincatur de mendacio: sed si postq̃ fuerit conuictus non habebit locum penitentia. Idipsum & apertiùs docuit ipse Bal. in d. l.fi. ff.de rei vendic.his pręcisis verbis vtens,videlicet . Nota , quòd ille, qui negat se possidere,non cogitur contestari litem in rei vendic.vnde ista exceptio,non possideo , impedit processum : tn si actor vult probare contrarium officio Iudicis aufertur possessio reo cōuicto de mendacio,sine alia ꝓbatione dominij & implorabitur istud officium incidēter,vt not.in Auth.de Triente & semisse.§. pen. vbi est melior gl. quę reperiatur: per q̃ glosā ponitur Theorica & practica huius legis. hęc ibi Bal. qui in d.l.2 C.vbi in rē.col.3.vers. domum. quæro. dixit, quòd ista nominatio domini à vocato in ius fieri debet statim (scilicet secundum Doctores) ꝙ exponitur antè litis contestationē : quia per hoc ipse nominans declinat iudicium secundum Bar.post litis verò contestationem non habet locum nominatio ista declinatoria. arg.in l.fin.ff.de exceptio.

Idem

Idem docuit Angelus in dicta l.fin. ff. de rei uendic. asseuerans reum non teneri in casu nro ad litem cõtestandum, & sic cogi non poterit ad vlteriora in causa procedendum, & quòd reo negante se possidere præsumitur eius dictum verum: & ratio est, quia inde priuaretur possessione (si verè eam haberet) actore probante illum possidere.

Idem docuit Paul. de Castro in l.2.col.2.nu.6.vers.in tex.ibi[Debet statim]. C. vbi in rem actio.
33 dicens, quòd hæc exceptio, †non possideo scilicet est dilatoria, & ideo opponi debet antè litis contestationem, qm̃ postea eam opponere nõ posset ad declinãdum iudicium: etsi posset illam proponens pœnitere ante litem contestatam asserendo se possidere. qp si non faciet, secundum Bart. absoluetur ab instantia iudicij, nisi actor probet, quod possideat ille nomine suo, & tunc iuxta sententiam Innocentij in c.quoniam frequenter, vt lite non contestata: conuictum de mẽdacio iudex priuabit tali possessione illã transferendo ad actorem, iuxta l. fina. ff. de rei vendica. sed si conuentus non nominabit Dominum, sententia procedet contra eum, & actor mittetur in possessionem.

Idipsum docuit Iason in l. 2. col.24.nu.86.& 87.in versic.puto tamen.& in versic. trigesimo tertio quæro.C. de iure emphit. dicens, quòd dicta l.fi.ff.de rei vendic.non loquatur de ammissionis
34 proprietatis † incursu ex mendacio prolato à possidente verè, & denegãte se possidère: sed solùm de ammissione possessionis. quapropter emphiteota non priuabitur re emphiteotica, etsi ipse denegasset esse rem emphiteoticã, de qua tamen re latius agit Anto. Gabr. in suo eleganti tract. conclus.lib.5.titu.de acquir. vel ammitt. poss. conclusione 5. per totum vbi multa notatu dignissima protulit ex ibi recensitis Doctorum sententijs.

Ex quib⁹ omnibus hìc per nos allatis, & alijs similibus, quę afferri, poterãt, licèt pareat veritas p̃sentis nostræ decisionis, & illius decreti iniustitia ac nullitas: nec non & responsio ad contraria in principio allata: Tamen pro maiori veritatis dilucidatione, ipsis satisfaciemus veram intelligentiam eorum tradendo Deo Optimo Maximo duce.

Ad primam obiectionem factã ex l.1. C. de litis contest. respondemus per regulam illam vulgatissimam, & de iure verissimam. in c.exceptionem.de regu. iur. in sexto, in c.cùm venerabilis. extra de excep. & in l.nõ vtiq;. ff. de ex-
35 cept. vbi dr̃ quòd objciens † exceptionẽ de intentione partis aduersæ non fuisse confessum cũ nec fateatur, neq; neget factũ de quo agitur, & interrogatur, sed ponit factum separatum a libello: cum ergo lis contestetur per responsionẽ factã ad petitionem, indè sequitur non fieri litis contestationẽ per oppositionem exceptionis in iudicio propositæ, iuxta sn̄am supradictorũ Doctorũ. & idẽ respondetur ad l. rẽ non nouam. §.

zed by Google

patroni.C.de iudicijs. Nã per ſe patet, ꝙ qui excipit, non intendit litem conteſtari: & cùm hæc exceptio poſsit appellari declinatoria, eo ꝙ ad declinadũ iudicium fuit oppoſita, & peremptoria, cùm perimat intentum actoris, ꝙ quidẽ fuerat cum ipſo in iudicio litẽ conteſtati. eò ipſo, ꝙ illum in ius vocauit, dicẽdo ſibi cõpetere rẽ talẽ ab ipſo poſſeſsã, eò magis cõprobatur noſtra reſpõſio, ꝙ vtraque exceptio proponẽda ſit antè litis conteſtationẽ ſeu ingreſſum ad excludendum ipſum actorẽ a iudicio, vt per ſe patet. & per ſupra allata fuit probatum. Cum ergo huiuſmodi exceptionem propoſitã excluſus fuerat actor. Indè ſequit, ꝙ ſi dictũ decretũ, ꝙ ad vlteriora procedat, Iudex indulſit (vt fuit ſuppoſitum) antè probatio nẽ factam per actorem, quòd falsò reus negaſſet ſe poſſidere, illud fuiſſe iniuſtum, & nullum de iure patuit, cũ emanauerit cõtra ius conſtitutionis: ſed ſi illud indulſiſſet poſt probationẽ ſupradictã factã, fuit ex alio capite iniuſtũ: nã ſtatim debuerat Iudex aſſignare d. actori poſſeſsionẽ talis rei (de qua agebatur) & illa cõceſſa expectare debuerat, an illã aliqs in iudicio cõparẽdo petijſſet, & ſic petitoriũ intẽtaſſet, & aliud iudicium incœptum fuiſſet: & donec aliter probaretur ipſe poſſeſſor, ex decreto ipſius Iudicis fuerat manutenendus in poſſeſsione illa adepta virtute l. fina. ff. de rei vendicat. miniſterio tamen Iudicis, vt latisſimè colligi ex ſupra allatis poterit.

Ad gloſas allatas in contrariũ, & ad Bart. ex allatis patuit reſponſio, cùm & ipſos nobiſcum ſentijſſe iã innotuit apertiſsimis documentis, immo & eorundem verbis a nobis ſupra relatis idipſum comprobatur.

Ad Specul. reſpondendo dicimus, ꝙ ne compellamur aſſerere tantum Doctorẽ eſſe, & fuiſſe ſibi contrarium: opus eſt nobis animaduertere, ꝙ ipſe Specul. diuerſa docuit, & meritò, cũ caſus ſint & ipſi diuerſi, ſecundum ſuam intentionem, & ſubiectam materiã. Nam quãdo monuit nouum Adnocatum dicendo, ꝙ ſit cautus, vt proteſtetur, &c. loquebatur de eo, qui reſpondit in caſu principali, & in alio caſu, quàm in caſu noſtro priuilegiato a iure, & in quo expreſſum eſt in iure, ꝙ non poſſit moleſtari denegãs per litis ingreſſum, niſi in priuatione poſſeſſionis, quam ſuam eſſe quis denegaret: quapropter merito ipſemet Specul. cum de caſu noſtro ſpecialiter loqueretur tenuit nobiſcum, vt afferendo ipſamet preciſa verba ipſius ſupra patuit. Vnde patuit etiã ex hoc veritas præſentis noſtræ deciſionis.

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Caſſinenſis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius creditor legantis, quando nõ poterit exigere niſi legatum,*

vel

vel solum creditum ab hæredibus legantis.

2 Creditor quis sit dicendus.

3 Ecclesia legataria possit ne petere & quartam, vltra ipsum legatum.

4 Legatum factum creditori voluntario vnà cum ipso credito debetur, & quare. non autem creditori iuris, vel consuetudinis.

5 Legatarius acceptans legatum sibi factum a legante, & adiiciente se indè voluisse satisfac re debito secum contracto, an possit petere & debitum.

6 Legatũ speciei, quando cõpensabitur ad equivalentẽ quantitatẽ debiti.

7 Legatum quando in dubio non dicatur factum animo compensandi.

De legato, quando videatur factum animo compensandi.

THEMA.

Fuit summoperè dubitatum, an acceptans legatum videatur tacitè cedere actionem, quam legatarius habebat aduersus legantem ratione debiti contracti cum dicto legatante, ratione mutui, vel cuiuscunq; alterius tituli legitimi.

DECISIO XXXXV.

SANCTISSIMA, & indiuidua Trinitas, cuius ope fretus quamplurima difficilia supaui, intercedẽtib⁹ pro me innumeris meritis Beatissimæ Virginis Mariæ, atque suffragijs Beatissimi Patriarchæ nostri Benedicti. Præcor subnixè, vt illumi nare digneris tenebras meas, vt in tui decus, & solamen exoptan tis verã decisionem propositę qõnis litteris eã cõmendare possim.

Et vt facilius & perspicatius cognosci possit veritas nostrę sententię, operępretium duximus vti nonnullis cõclusionibus deciden tibus quæstionem ipsam.

Prima ergo conclusio sit hæc. Qñ apertissimè constat de voluntate testatoris legãtis aliquid creditori, q̃ſ. relinquendo † aliquid in suo testõ suo creditori, hoc fecerit aĩo illud cõpensandi cũ debito, q̃ habebat cũ suo creditore: tunc hmõi creditor alterũ ex his recipiet tm̃modo, ſ. aut debitum nudum, aut legatum nudũ, seu solum, & nullo pacto exiget vtrũq; etiam si legatum sit minus valoris, q̃ debitum. Hæc conclusio p̃bat verissima triplici medio. Nã primò per arg. in c. officij, secũdò q̃sisti. ext. de testis. Vbi Innoc. III. inter alia his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Scđò quęsisti cum quis in testamento relinquit Epo p̃priã portionẽ, & alia multa Monasterijs, vel Ecclesijs. Vtrum Eps

Digitized by Google

ex illis legitimam posset petere portionem, & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si portionem illam, cũ conditione legauit Episcopo, vt esset ea sola contentus, & Episcopus acceptauit, quia per hoc alijs renunciasse videtur, de cęteris non poterit exigere portionẽ.] hæc ibi. Diximus probari per arg. in d.c. officij, quoniam etsi ibi directè non agatur de creditore ipsius testatoris, benè tamen indirectè: cũ testator legando Ecclesiæ, vel Monasterio, videtur tacitè id voluisse, quod & lex ipsa, scilicet vt & ipsa Ecclesia, vel Monasteriũ det portionem dicti legati de iure cõpetentem ipsi Episcopo. Quapropter etsi ipse testator directè non potuisset ipsum Episcopum priuare dicta Canonica portione, tamen consulens Ecclesiæ, vel Monasterio legatario conuenit tacitè cum Episcopo eo ipso quòd voluerit dictum legatum compensari cum dicta portione sibi de iure competente.

Idem probatur eodem modo per arg. in l. si compensandi. C. de hæred. institu. vbi hæc habentur, videlicet. [Si compensandi debiti gratia vxor maritum fecit heredem: desiderio tuo prętet portionem hæreditatis debitum quoq; restitui postulantis, non tantum iuris seueritas, verũ etiam defunctæ voluntas refragatur.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. creditorem. ff. de legat. 2. vbi hæc habentur, videlicet. [Creditorem, cui res pignoris iure obligata a debitore legata esset, non prohiberi pecuniam creditam petere, si voluntas testatoris compensare volentis euidenter non ostenderetur.] hæc ibi. Idem habetur in l. mulier. ff. de condict. instituto. in princ. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Mulier quæ viro suo ex dote promissam pecuniam debebat, virum hæredem ita instituerat, si eam pecuniam, quam doti promisisset, neque petijsset, neque exegisset. Puto si vir denunciasset cęteris hæredibus per se non stare, quo minus acceptũ faceret id, quod ex dote sibi deberetur, statim eum hæredem futurum.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. si vxor. C. de bonis auct. iudic. poss. vbi hæc habentur, videlicet. [Si vxor tua pro triente patruo suo hæres extitit, nec ab eo quicquam exigere prohibita est debitum a cohæredibus probesse petere non prohibetur, cùm vltra eam portionem, qua successit actio non confundatur, sit autem cohæredes soluendo nõ sint: separatione postulata nullum ei damnum patiatur.] hæc ibi. Idẽ probatur per argum. in l. quoties. lex. ff. de actio. & obligat. vbi hęc habentur, videlicet. [Quoties lex obligationem introducit, nisi si nominatim cauerit, vt sola ea actione vtamur: etiam veteres eo nomine actiones cõpetere, si ex eodem facto duæ competant actiones: postea ludicis partes esse, vt quod plus sit in reliqua actione id actor ferat, si tantumdẽ, aut minus id consequatur.] hæc ibi. Idem habetur per textum in l. is cui, ff. de actio. & obligat. vbi

hæc

hæc habentur, videlicet. [is, cui sub conditione legatum est, pendente conditione non est creditor, sed tunc cùm extiterit conditio, quamuis eum, qui stipulatus est sub conditione placuerit etiam pendente conditione creditorem esse. Creditores † eos accipere debemus, qui aliquam actionem vel ciuilem habent: sic, tamen ne exceptione submoueantur.] hæc ibi.

Idem probatur per tex. in l. Imperator Ant. §. enim vero. ff. de legat. secundò, vbi hęc habentur, videlicet. Enimuerò si pecunia accepta rogatus sit rem propriam, quamquam maioris pretij est, restituere: non est audiendus legatarius legato percepto, si velit computare. Non enim ęquitas probare patitur, si quod legatorum nomine perceperit, legatarius offerat.] hæc ibi. Idem habetur in l. pen. §. cui fratris. ff. de alim. & cibar. legatis.

Probatur & secundò præsens cõclusio auctoritate Doctorum, & primò Canonistarum. Nam ipsi se subscripsit Glo. in dicto c. officij. in versic. vendicare. Idem docuit Cardin. Zabar. in dicto c. officij. col. 1. vers. tertio oppono, dicens, quòd quando quis legasset animo non compensandi, & hoc constat, & tunc creditor alterum tantum petit. arg. in l. si compensandi. C. de hæred. instit. Idem repetijt ipsemet Cardinalis in c. certificari, quæst. 22. incip. quæro an relictum. extra de sepulturis. & rursus in Clem. dudum. §. verùm. col. 6. in fin. versic. vigesimoseptimò quæro. de sepul. dicens, quòd si testator legauerit certã quanti-
3 tatẽ Ecclesiæ † Parochiali, addẽs, ꝙ esset contẽta legato: & non peteret quartam: in hoc casu, si Ecclesia non acceptasset relictum, posset petere quartam: secus si acceptasset, sciens conditionẽ adiectam, vt in c. officij. extra de testamentis. & addidit Card. quòd hoc ipsum docuerit Paul. ibidẽ. Idem docuit Petr. de Anch. in dicta Ciarnen. dudum. §. huiusmodi col. 3. vers. vndecimò quęro post Oldrad. Idem docuit Ioannes de Imo. in dicto c. officij. col. 1. vers. nota, quòd legatum factum Episcopo. Idem docuit Panormitan. in dicto c. officij col. 2. versic. sed contra hoc. in fine. Idem docuit Baptista Villalob. in suo tractat. commun. opinio. in versic. legatum. nu. 42. dicens, quòd legatum
4 factum † creditori voluntario ei debetur, & etiam creditum: secus tamen in creditore iuris, vel consuetudinis, quia præsumitur factum animo compensandi, prout docuit Ioannes Cotta. in lib. Miscell. cap. 1. n. 9. hanc esse communem opinionem asserẽs. Idem docuit Michael Grassus in suo tractat. commun. opinio. in versic. legatum quæst. 16. nu. 14. versic. notandum ad supradicta. dicens, quòd si legatum cõpensandi animo expressè relictum sit, & adiectum, vt illud sit pro satisfactione debiti, vel nè quid amplius petere possit: tunc creditorem, si acceptauerit legatum, amplius petere non posse, pateat: etiam si legatum minoris sit valoris, quàm

Digitized by Google

debitum, quod extinguitur. & quòd hanc opinionem communiter receptam docuerit Alexan. in l.si compensandi. C. de hered. instit.& in cons.132 n.2 lib.2.& Matth.de Afflict.in Decis. Neap. 44.nu.34.& Couarruu.in dicto c. officij nu.11.vers.ad intellectum. vers.si verò. dicit fore prænotandam rem legatam creditori a debitore: hoc adiecto moderamine: vt ea sit pro satisfactione debitæ quantitatis contentus etiam si sit minoris valoris, debitum ipsum extinguere, si per legatarium legatum ipsum acceptum sit, vt in l.creditorem.iuncta glo.ibi.ff.de legat.secundo. Quod si quantitas legetur creditori, cui species debetur à testatore, eadem satisfaciendi voluntate, idem erit. & hos omnes sequutus fuit Emanuel Soarez, in tractat. suo communium opinio. versic. legatum, quod in illum confertur. nume.36.

Et ex Legistis præsenti nostræ conclusioni se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet.Gl. in dicta l.in versic.refragatur.Gl. in dicta l. si vxor. in versicu. prohibita est. Bartolus in dicta l. si compensandi. & in l.1. colum. 2. numero 10. C. de rei vxor. actio. & idem Bartolus in l. si cum dotem. §. si pater. nume. 2. versicu. solue. hìc pater expressit. & glos. in dicta l. Imperator. in versicu. offerat. & idem rursus Bartol. in dicta l. Imperator Anton. §. cùm quidam.num.4. Tu tamen distingue. & in l.pen.§.cui fratris. ff.de alim. & cibar.legat. Idem docuit Bal.in d. l. si compensandi. Idem docuit Paulus de Castro in dicta l.si compensandi. & in dicta l. si vxor tua. & expressiùs in l. si cùm dotem.§.si pater filias.nume.2.ff. solu.matrimo. Idem docuit Iason in dicta l.si compensandi.dicens, quòd institutio facta de parte hereditatis animo compẽsandi cum toto debito, totum debitum extinguit, quando testator ita expressit: quando autem essemus in dubio secus esset, per l.si ab eo. C. de negot. gest. sed si debitum esset maius, se remittit ad nota. per Paul.& Alex.

Probatur & tertiò præsens conclusio hac ratione, videlicet. Cùm quisq; possit renunciare iuri suo: & taciti & expressi eadem est virtus, vt in l.cùm quid.ff.si cer.pet. indè sequitur, quòd qui scienter acceptauerit legatum debitoris sui cùm conditione supra recensita conuincatur renunciasse iuri petendi, quòd sibi debebatur.

Amplia allata in prima conclusione, dicendo, illa habere etiam locum quando debitor legasset quantitatem suo creditori, quamuis ei debuisset speciem aliquam: si affuisset eadem satisfaciendi voluntas tali debito. & de illa constat. Hæc ampliatio probatur Doctorum auctoritate. Nam hoc docuit Couarruuias vbi supra nume. 11. versiculo quòd si quantitas, Idem docuit Cardinal.Zabarella in dicto capitulo officij col.4. versic. tertiò oppono.

Limita singulariter allata in dicta

gitized by Google

&a prima conclusione, & eiusdem ampliatione dicendo illa locũ non obtinere: quãdo debitor
5 †legasset certã quantitatẽ solũ creditori, & addidisset in suo legato se velle debitæ quãtitati ex hoc satisfactũ censeri: Cõpensatio tantum admittetur cõcurrentis quantitatis, ita vt residuum, quod excesserit, a creditore peti poterit, & ei tenebuntur hæredes soluere. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per textum in l. Imperator Antonius, §. si centum. ff. de legatis secundo. Vbi hæc habentur, videlicet. [si centum legatis duplum restituere rogatus sit: ad summam legati videbitur constituisse] hæc ibi. vbi in immediato §. præcedenti: hæc habentur, videlicet. [sed etsi legatum percepit, non amplius ex causa fideicommissi cogendus erit soluere, quam receperit.] hæc ibi. Idem probatur per textum in l. pen. §. qui fratris. ff. de aliment. & cibar. legatis. Idem probatur Doctorum auctoritate. glos. enim hoc ipsum docuit in dicta l. Imperator. verbo. non amplius. Idem docuit Bartolus in dicta l. Imperator. §. cùm quidam, columna secunda, nume. 4. verbo. Primo casu, aut grauatur. Vbi reducens hanc quæstionis præsentis materiam procedens per modum epilogi his singularibus verbis vsus fuit, videlicet. Aut relinquitur quantitas, aut species certa, aut quota. Primo casu. Aut grauatur in quantitate, & non potest in plus grauari, quam sit illa quantitas, & commodum vsurarum, vt hic. & in §. si centum. Aut grauatur in specie: & tunc aut in specie propria, & potest in plus grauari: & sibi imputetur, si agnouit, vt hic. Aut in specie aliena redimenda, & tunc non tenetur expendere vltra quam sit legatum: & etiam si agnouit, vt in l. sed si non seruus, in principio, ff. ad l. falcid. si verò legatur species, & tunc, Aut legatur simpliciter, aut alternatiue. Primo casu, non potest plus grauari, quam sit pretium illius speciei cum fructibus, vt in l. Ciuitatibus, §. finali, ff. de legatis primo. Secundo casu quando alternatiuè: tunc potest grauari quantum valet illa res, quæ pluris est, etiam si minorem agnouerit, vt in l. planè, la seconda. §. si cui. ff. de legatis primo, hæc Bartolus, vbi supra. Couarruuias verò vbi supra, numẽ. 11. in verbo. quod si quantitas, & in verbo. ex quibus. idipsum docuit addens, quòd ex supradicta doctrina poterunt deduci aliquot assertiones, quæ huic capitulo officij. de testamentis necessariæ & vtiles sunt. Prima quarum est, quòd legatum, †
6 speciei relictum Episcopo a testatore pro quarta portione Episcopali compensari ad æquiualentem quantitatem cum ipsa quarta portione. Et idem erit si legetur Episcopo quantitas certa pro quarta portione, quæ in specie consistat. Quòd si dictum a testatore fuerit vtroque casu se legatum Episcopo relinquere, vt nihil petat

ratione

ratione quartæ Episcopalis, etiam si dispar sit legatum a quarta portione, fit omnino integra compensatio & computatio. Nec potest Episcopus excessum æstimationis exigere. Secunda conclusio legatum certæ quantitatis pro quarta canonica portione Episcopo relictum, vtcumque conceptis verbis: ad concurrentem vsque quantitatem imputatur: ita vt excedens æstimatio ab Episcopo peti iure possit. hæc vbi supra Couarruuias.

Secunda conclusio si testator legauerit aliquid alicui, cuius est debitor ex sua dispositione, & sic ex dispositione hominis, seu contractu, in dubio non videtur factum legatum † animo compensandi. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per tex. in l. creditorem, ff. de legat. 2. cuius verborum tenor fuit relatus supra in probationem primæ conclusionis. Idem probatur per argumen. in cap. officij. extra de testamentis, cuius verba supra retulimus. Idem probatur per textum, in l. 1. §. sciendum. C. de rei vxo. actio. vbi hæc habentur, videlicet. [sciẽdum itaque est edictum prętoris, quod de alterutro introductum est, in ex stipulatu actione cessare, ita vt vxor & a marito recipiat, & dotem consequatur: nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cùm manifestissimum sit testatorem, qui non hoc addidit, voluisse vtrũque consequi.] hæc ibi. Idem habetur in l. si ab eo. C. de nego. gest. vbi hęc habentur, videlicet. [Si ab eo, qui negotia tua gessit hęres ex duabus institutus es: etiam si adeas hæreditatem, in reliquis decem vncijs aduersus cohæredem competit tibi petitio, si quam aduersus defunctum habuisti actionem.] hæc ibi. Idem habetur in l. si vxor. C. de bonis. auctor. iudic. poss. vbi hæc habentur, videlicet. [si vxor sua pro triente patruo suo hæres extitit, nec ab eo quicquam exigere prohibita est: debitum a cohæredibus pro besse petere non prohibetur: cùm vltra eam portionẽ, qua successit, actio non confundatur: sin autem cohæredes soluendo non sint, separatione postulata, nullum ei damnum fieri patiatur: Hæc ibi. Idem probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam huic conclusioni se subscripserunt ex Canonistis glos. in dicto cap. officij, in versicu. vendicare. Idem docuit Cardinal. Zabarel. in dicto capitu. officij. colum. 1. nume. 2. versicu. tertiò oppono, citans ad hoc dictam l. creditorem, quod & repetijt in capitu. certificari, quæstio. 22. in fine, extra de sepultur. Idem docuit Imola in d. c. officij. colum. 3. versicu. solue quòd interdum constat, dicens. Conclude, aut testator erat debitor voluntarius, & sic ex contractu, non ex dispositione iuris: & tunc non videtur in dubium relinquere animo recompensandi, si animo reliquit suo creditori, vt est casus in l. creditorem. ff. de legatis secundò, & probatur in d. l. 1. §. sciendum. C. de rei vxor. act. vbi patet, quòd si maritus obligatus vxori

7

ad

ized by Google

ad restitutionem dotis facit legatum aliquod ipsi vxori, poterit post mortem petere dotem, & legatum. Idem docuit Panormitanus in dicto c. officij, col. 2. nu. 4. versic. secundo casu. Idem docuit Couarruuias vbi supra nu. 2. §. est igitur necessarium. in vers. in primo equidem non est admittenda compensatio: quod probatur in dicta l. creditorem. & in dicto §. sciendum. adiuncta professorum omnium vtriusq; iuris interpretatione. Idem docuit Michael Grassus in suo tractat. communopin. quæst. 16. nu. 4. vers. sed quęro circa hoc. dicens hanc esse cõmunem Doctorum sententiam. prout docuit Couarruuias vbi supra, & Gomes. cap. 22. nu. 27.

Idipsum docuerunt ex Legistis infrascripti, videlicet Glo. in dicta l. creditorem. in versic. prohiberi. Glo. in dicta l. 1. §. sciendum. in versic. addidit. & Glo. in dicta l. si ab eo. in vers. competit.

Idem Bart. in l. si cum dotem. §. si pater, nu. 3. vers. vel dic, vt ibi. ff. solut. matrim. qui Bart. in l. huiusmodi. §. cùm pater. col. 5. nu. 5. ff. de legat. 1. dixit, quòd si pater non legauit filiæ, sed ipsi genero, cui promiserat filiam, etsi nomine dotis legasset, legatũ esset nullum: quia legaret creditori suo, nisi contineret aliquod commodum, vt in l. creditori. & l. sequenti. ff. de legat. 1. si verò non legasset nomine dotis, sed simpliciter, tunc gener & deberet habere vtrumque, cùm non videatur relictum animo compensandi, vt in d. l. creditorem. & in d. §. sciendũ. Idem repetijt in dicta l. 1. col. 2. nu. 10. dicens: Nota, quòd si debitor legat creditori in dubio, nõ intelligitur animo compensandi, nisi exprimatur. Idẽ docuit Bal. in dicta l. si vxor tua. col. 2. versic. conclude ergo, his singularibus præcisisque verbis vtens. Aut ex necessitate contractus, dicens, ꝙ quando debitum est ex necessitate contractus, & non legis: in dubio legatum creditori non dicetur factum animo compensandi cum debito. Idem docuit Pau. de Cast. in l. si compensandi. in fine. C. de hæred. instit. Idem repetijt in dicto §. si pater. col. 1. nu. 2. versic. & ad hoc allegatur. dicens, quòd quando quis est debitor ex causa non necessaria, sed voluntaria, vt ex cõtractu, vel quasi, quæ à principio sunt voluntatis, vt in l. sicut. C. de actio. & obligat. Nã tunc in dubio nõ videtur illud testatorem relinquere animo compensandi cum tali debito, nisi dicat expresè: vt in dicta l. creditorem. & in dicto §. sciendum. Idem docuit Iason in dicta l. compensandi.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Malefici non sunt relinquendi viui.*
2 *Homicida quod fecit semper expellet.*
3 *Baro non admittens ad cõpositionem adole-*

adoleſcentulum homicidam prouocatum & bonæ ac quietæ conuerſationis, & pœnitentem, peccat peccato iniuſtitiæ.

4 Pœnitentibus eſt danda venia.

5 Epiſcopus peccat nõ diſpenſando vbi adeſt ratio diſpenſandi.

6 Diſpenſatio & admiſſio ad compoſitionem dicitur gratia cum iuſtitia admixta, ad quas ſi quis ſine cauſa non admitteretur, iniuria afficeretur.

7 Iudex in iudicando debet magis ſequi miſericordiam, quàm rigorem.

8 Superior poterit compelli ad diſpenſandum, vbi ſubeſt iuſta cauſa: et ſic Baro non admittens reũ ad compoſitionem vbi adeſſet iuſta cauſa.

9 Cauſæ, quibus mouendi ſunt Principes ad admittendos reos ad compoſitionem.

10 Iudex non poterit ſine offenſa iuſtitiæ denegare reo pœnitenti compoſitionem.

11 Iudex à lege habet poteſtatem commutandi pœnam ex cauſa, quæ ſumitur ex aliquibus circunſtantijs.

12 Iuſtum non eſſet non admittere reum ad compoſitionem vbi adeſt cauſa, & quare.

13 Perſona alicuius in iudicijs decernendis non erit accipienda.

14 Iniuſtum aliquid facere ex ſuo genere eſt peccatum mortale.

15 Scandala actiua uitare præcipiuntur omnes iure Diuino, & quando ſit mortale.

16 Domini temporales, ac Iudices in decernendis iudicijs debent ſequi iudicium Diuinum, ſeu modum, quo Deus ipſe in nos puniendo obſeruat, præterquàm in delictis occultis.

17 Veritas quæ ommitti poterit pro ſcandalo vitando.

18 Adoleſcentiores quibus de cauſis mitiùs ſint puniendi regulariter.

19 Pœna quo fine erit infligenda criminoſis.

20 Pœna ordinaria quoties aliqua de cauſa erit commutanda, tunc nunquam erit imponenda pœna corporis afflictiua, ſed pecuniaria.

21 Deum dicitur quodammodo pœnitere ſententiæ, ſi pœnitentiam egerimus de peccatis noſtris.

De delinquentibus ad compoſitionem admittendis, & quando.

THEMA.

Quidam adoleſcens annorum 18. filiusfamilias, qui ſemper vixit cũ omnib. pacificè in patria ſua, die quadam occidit (prouocatus, vt præſumitur ſtante peſſima vita occiſi, & nulla probatione in actis hucuſq; facta in contrarium) quendam hominem peſſimæ vitæ, & quamplurimos prouocantem ad iurgia: citatus ad informandum a Curia timore iuuenili perterritus non comparuit, nec comparere intendit, niſi admiſſus primò fuerit ad compoſitionem oblatam ab eius patre Domino

Digitized by Google

no Baroni suæ Ciuitatis, stante remissione sibi facta a consanguineis eius, scilicet a sorore ipsius solum superstite, & ab eius vxore, cui a patre homicidæ fuit promissa in casu sequutæ compositionis, dos constãs in sexaginta ducatis. Hic miserrimus pater non minima familia grauatus ferè per annum tam nomine proprio, quàm dicti homicidæ præces importunas cum lachrimis porrigere non cessauit dicto Domino Baroni, qui nolens ponderare merita dicti patris, ac eius filij, antè hoc primum delictum, & eiusdem patientiam exilij, seu fugæ peractæ per annum sine alicuius offensa, & teneram ætatem pronam ad omne malum, & demerita occisi, qui omnibus ciuib. erat infestissimus eos prouocans ad rixas. Nolens cooperari tanto bono, quod ex dicta compositione sequeretur, scilicet dotationi dictæ miserrimæ, ac pauperrimæ adolescentulæ viduæ, quæ nisi tali pacto suæ fuerit consultum necessitati, opus ei esset infelici comercio lupanaris se tradere, vt vitam agere sic saltem posset. Nec dictus Baro animaduertit scandalo actiuo quamplurimorũ occurrere, qui hoc non zelo iustitiæ, sed auaritiæ, adscribere non cessarent scientes paucis transactis mensibus, & post tale homicidiũ, & humiliter petitam dictam compositionem, indultum fuisse ab ipso cuidam vili personæ, quæ latrocinij crimen in strata publica peractum iudicialiter confessus fuerat, & inde per quinquennium ad triremes condemnatus fuerat.

Quæritur modò, Num dictus Baro non acceptando dictum adolescentem ad dictam compositionem, peccet peccato iniustitiæ. Nec nè.

DECISIO XXXXVI.

SANCTISSIMA, & indiuidua Trinitas, cuius ope fretus, multa ardua superaui, intercedentibus meritis Beatissimę Marię Virginis, ac Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti: te obsecro, vt tenebras meas illuminare digneris, vt sic ad tui Sãctissimi nominis decus, salutem Baronis supradicti, ac solamen dicti homicidæ pœnitentis litteris commendare veram propositæ qõnis decisionem possim.

Et vt omnis ambiguitatis fomes amoueatur a cordibus præsentem nostram decisionem per legentium, operæpretium duximus aliqua in medium afferre in fauorem partis negatiuę. Cũ primò videatur dicendum, quòd dictus Baro non admittendo dictum adolescentulum ad compositionem nihil iniustum agat, sed debeat ipsum punire pœna ordinaria, quod & probari videtur duplici medio.

Primo

gitized by Google

Primo, cùm videatur hoc ipſum ſibi præcipi a iure diuino. Nam in lib. Exodi, c.22. dicitur
1 [Maleficos † non ſinas viuere] & in lib.Deuter.capitulo 13. [Non parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim interficies eum] & in eodem lib.Deuter.c.19.loquens de homicida dixit Deus [morietur, nec miſereberis eius.] & in ſacrò Euãgelio: apud Mattheum. cap.26. dicitur. [omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.] Hæc omnia ex lege Diuina.

Secundò idipſum probari videtur iure ciuili. Nam in l. 3. C.de Epiſcopali audien. dicitur, quòd
2 homicida † quod fecit, ſemper expectet, quapropter communiter a Doctoribus tenetur, quòd merito & ipſe occidatur: prout docuit vltimo loco Iulius Clarus in ſua praxi crimin.§. homicidium, in verſic.ſed quærò quæ ſit pœna homicidij: fundantes ipſi Doctores ſe ſuper text.in l.1.ff.ad l.Cornel. de ſicar. vbi Hyppolitus de Marſilijs, hoc ipſum docuit multipliciter.

His tamen, & ſimilibus auctoritatibus non obſtantibus. Dicimus & firmiſſimè aſſeueramus in caſu propoſito dictum homicidam de iure fore admittendum ad cõpoſitionem. Quod ſi
3 non faciat ipſe Baro, † peccabit peccato iniuſtitiæ. Hæc noſtra deciſio probatur triplici medio. Primò enim per argumen.in cap.do mino Sancto.in verſic.ergo ita eſt determinanda diſtin.50. vbi hæc habentur, videlicet. [Ergo ita eſt determinanda ſententia, vt neceſſe ſit illos reſtaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam recepiſſe merentur reconciliationem diuinæ pietatis. Hi enim nõ immeritò cõſequuntur adeptæ dignitatis ſtatum, qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitæ.] hæc ibi. Idẽ & apertius probatur per argumen. in cap. quanto, in fine. 2.q.5. vbi Gregor. Papa, his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. [Quia ſicut perſiſtentibus in contumacia ſeueros nos eſſe conuenit: ſic iterum humiliatis, & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus.] hæc ibi. Diximus probari noſtram ſententiam per argumẽtum in dictis iuribus, quoniam licèt inibi non decidatur præſens noſtra quæſtio ad verbũ, benè tamen ex ipſis elicitur veritas ipſius noſtræ deciſionis, cum inibi dicatur veniam elargiendã, & non negandam fore, necnõ &
4 neceſſe eſſe reconciliationem † pœnitentibus dare, & reſtituendum eis fore priſtinum ſtatum: ac per conſequens admittendã fore cõpoſitiõnem, tanquam ſignum expreſſum pœnitentiæ ipſorum pœnitentium: & ſic adoleſcentis (de quo & ſermo) idem probatur & ſecundo Doctorum ſententia, præſens noſtra deciſio. Nam gloſa ſingularis in dicto capit. domino ſancto.in verſic.neceſſe, dixit, quòd ex dicto text. pateat, quòd
5 Epiſcopus † peccet, ſi non diſpenſet, vbi patet ratio diſpenſandi. Vbi idipſum docuerunt & Doctores. Arguendo ergo nunc ex verbis

bis glo. supradictę ab identitate rationis (vt peroptimè fecit Lucas de Penna loco in *fra* citando) Indè sequitur, quòd sic ut dicitur peccare Episcopum non dispensando, vbi adest ratio dispensandi: sic & Baronem peccare nõ admittẽdo ad compositionem reũ, vbi adest ratio illum admittendi ad ipsam : cùm tam dispensatio,
6 † quàm admissio, huiusmodi sit quædam gratia cùm iustitia mixta, vt patet ad sensum , & docuit ipse Lucas in l. 1. colum. 14. versi. fieret enim ei. C. de desertoribus lib. 12. dicens, quòd licèt gratia dicatur admissio alicuius ad postulationem eorum, ad quos spectat postulare : tamen si non admitteretur, sed repelleretur, fieret exindè iniuria postulantibus & postulato, vt in cap. bonæ memoriæ, el primo. extra de postula. prælat. Addens hoc verificari quã do subesset causa compositionis, vt patet in casu nostro, & quòd gratia sit debita quando subest causa illam faciendi probatur infrascriptis aliis Doctorum auctoritatibus. Nam hoc ipsum docuit glo. in dicto cap. bonæ memorię, el primo in vers. gratia, dicens, quòd si quis iusta causa exigit gratiam: tunc is, a quo petitur, debet compelli per Superiorem ad illam faciendam. Idipsum docuit glo. singularis in c. exigunt. 1. q. 7. in vers. causæ. His præcisis verbis vtens, videlicet. Cùm ergo hìc sit rigor, & ibi misericordia, po-
7 tius debet Iudex † sequi misericordiam, quàm rigorem, vt in c. 2. extra de sortileg. & in l. placuit C. de iudicijs. & sic iam videtur, quòd dispensatio sit debita: quia præceptum misericordiæ omnibus est commune, vt in c. nõ satis. 86. distinct. & sententia quę misericordiam vetat, fugienda est : vt in cap. ponderet. in fin. distin. 50. quod concedo, quòd quandoque sit debita: & iudex peccaret si nõ dispensaret : non tamen est proditum ius, per quod petatur dispensatio: sicut ad elęemosinam tenemur pauperi : tamen eam nullo iure petit : tamen ad petendã dispẽsationem potest implorari officium Iudicis: & si nollet Episcopus dispensare, petet hoc a Superiore. hæc omnia docuit ad verbum glo. illa. Idem docuit glo. in cap. cupientes. §. pęn. in veri. gratia de elect. in sexto, dicens, quòd si superior admiserit postulationẽ factam de aliquo a duabus partibus, dicetur gratiam facere: & si non admiserit, facere iniuriam dicetur, vt in l. 1. §. pen. ff. de aqua quotid. & estiua. Idem repetijt gl. in cap. fin. in versic. atque priuilegia. distinct. 100. Idipsum docuit Panormitanus in dicto cap. bonæ memoriæ, colum. 7. nu. 13. & 14. qui sequens supra citatam glo. in versic. gratia, qui hæc singularia verba protulit, videlicet. Nota glo. in eo quòd dicit iniuriam fieri postulato & postulatoribus, si postulatio nõ admittitur sine causa. Nam gratia quandoque est debita: vt quando subest causa illam faciendi: & nota istam glosam dicentem quòd debeat tunc cõpelli per superiorem: & tenè eam menti: cùm ex ipsa colligatur, quòd

vbi

vbi ſubeſt iuſta cauſa poteſt ſupe-
8 rior † compelli ad diſpenſandum,
& gratiam faciendũ, hæc ille. Et
quòd Baro peccet nõ admittendo
ipſum adoleſcentẽ, ſtantibus cau-
ſis ſupra recenſitis, docuit apertiſ
ſimis verbis ipſe Lucas de Penna
(cuius ſententiam citantes inter-
pretati fuerunt in caſu homicidij
domini ſtatim referendi) in d.l.1.
colum.11. & ſequentibus, cuius
ſententiam nos hic referemus per
modum epilogi (vtendo tamen
ijſdem pręciſis verbis ipſius Lucę)
nam ipſe in verſ. cùm enim, dixit
quòd cum probationes nõ haben-
tur (vt in caſu noſtro) facilius cõ-
9 poſitiones † admittentur tã antè,
quàm poſt litis conteſtationem.
Secundò, quòd quando de crimi-
ne reus ab aliquo non poſtulatur,
ſibi facilius indulgetur: & ideo
non erit arguenda compoſitio, ſi
debito modo fiat iuxta perſona-
rum, & criminum qualitates. Nã
per ablationes pecuniarũ, atque
bonorum criminoſi deterrentur,
& cohercentur, vt in cap. ſi vos.
23. quæſtio. 5. dicitur enim quo-
dammodo vitam auferre, qui bo
na tollit, vt in capitu. ſi quis obie-
cerit. 1. quæſtio. 3. Tertiò, quod
quinimo vbi eſt cauſa, & iuſta ra-
tio componendi, peccat Iudex ſi
reum ad compoſitionem admit-
tere denegat, vt in capitu. Fra-
ternitatis, diſtinctio. 34. & not.
in cap. domino ſancto, in glo. in
verſic. neceſſe. Quartò in col. 12.
in verſic. item cum vel perſonæ.
dixit, quòd cauſa rationabilis ad
faciendam compoſitionem eſt,
cum vel perſonæ conditio, vel
temporis, aut locorum qualitas
rigorem iuris exigit relaxari, vt
in cap. ſuper eo, cum concordatis
extra de ſentent. excommunicat.
Nam propter varietatem tempo
rum & locorum iura varia ſta-
tuuntur. Quintò in colum. 14.
verſicu. quis igitur. dixit, quòd
qui admitti exoptat ad compo-
ſitionem, debeat Medico (ideſt)
Iudici ſe curandum offerre: ip-
ſiusque in hoc debitum ſuppli-
citer poſtulare, non requirere iu
dicium, ſed miſericordiam im-
plorare, ſignaq; doloris oſtẽdere.
Tunc enim ceſſare poterit virga
rigoris, & ſuccedet ſpiritus leni-
tatis. vt in c. Importuna. in fi. de
pęnit. diſt. 1. nec poſſet tunc Iu-
10 dex † abſque offenſa iuſtitię (ſi
eum pęnitentem, humiliatũque
videt, ipſiusq; vita probabilis hoc
meretur, compoſitionis gratiã de
negare. vt in cap. quantò. in fine,
2.q.5. vbi etiam habetur, quòd Pa
pa dicitur reddere gratiã delin-
quenti. Fieret enim ei tunc potius
iniuria, quàm iuſtitia: ſicut in po-
ſtulatione prælatorum dicitur:
quã licet gratiã ſit admittere: ta-
men ſi non admittitur, ſed repelli
tur, fit exindè iniuria poſtulanti-
bus, & poſtulato, vt in c. bonę me
morię, el 1. extra de poſtula. prę-
lat. & hoc verum intellige ſi ſu-
beſt cauſa cõpoſitionis, & aliud
in contrarium non obſiſtit. Sex-
tò, admonet ipſe Lucas in ea-
dem colum. Iudicem admitten-
tem ad compoſitionem non debe
re ſubtiliter inquirere de crimi-
ne. Hęc omnia memorię comen-
dãda tradidit nobis Lucas noſter

compa-

Compatriota, vbi sup. cuius singularem doctrinam ipsum noiando fuit sequutus Mattheus de Afflicto in sua pręclara decis. 87. incip. Illustrissimus D. Alphōsus referés, ꝙ cùm ipse, & oēs officiales tā Magnę Curię, q̄ summariæ, & Consilij (& essent n. 30. Doctores officiales) fuissent vocati a d. Don Alphonso Duce tunc Calabriæ, & primogenito Ferdinandi Primi Regis Neapolis fuit ab ipso Duce propositū, ꝙ nō videretur de iure posse Iudices admittere compositionem in homicidio, & sic cōmutare pęnam mortis in pęnā pecuniariā sine cōsultatione Regia, & ꝙ ideo miratus fuerit admissum fuisse per Magnā Curiā quēdam homicidā, ꝑuia remissione partis offensę, ad cōpositionē pęnę pecuniarię. Rn̄derunt dicti Doctores,
11 ꝙ Iudex † habet hanc potestatem a iure cōmutandi pęnā ex causa, q̄ sumitur ex persona, ętate, tēpore, loco rei, conditione criminū, vniuersalitate, & ex peccatorum qualitate. vt colligit ex l. si qs aliquid. §. instrumenta, & l. absentē. §. fi. & l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis. eo magis, ꝙ cōstet notorię cōsuetū esse in Magna Curia facere cōpositionē ex causa super homicidijs. & post multa alia ibi allata, dixit, ꝙ dict⁹ homicida humiliauerat se pętendo admitti ad cōpositionem, stāte concordia cū oīb. & alijs de causis ibi enumeratis: fuit visum dictę Magnæ Curiæ, ꝙ
12 nō fuisset iustū † non admittere eum ad d. compositionē per text. in c. quanto. in fi. 2. q. 4. ibi dū dr. [Quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit: sic humiliatis, & pęnitentibus locū venię negare non debem⁹.] & subdidit ibi Afflictus, ꝙ fuerit cōclusum, ꝙ d. compositio fuerit licitè facta. & ꝙ remanserit quietus dict⁹ Dux. Ex his ergo omnibus Deo Optimo Maximo dante habuimus, quòd etsi compositio, sicut confirmatio postulati, & dispēsatio possit dici gratia: tamen sicut si causa rationabili existēte postulatum confirmandi, Episcopus non confirmat postulatum, ipsum dicetur iniuriā inferre postulato & postulantibus: etsi non dispensat qn̄ adest causa dispensandi, dicetur peccare. eò ꝙ iniuriam faciat denegando dispensationē: eodem modo erit dicēdū, ꝙ denegando cōpositionē Iudex, seu Baro peccat peccato iniustię, cū hoc debitū, ac iustum esse dicatur stante causa legitima, vt supra fuit abūde satis probatum, & patet ad sensum.

Probat & tertiò infrascriptis rōnib. pręsens nr̄a decisio, quarū prima est. Qm̄ regula Diuina est, ꝙ ī
13 iudicijs † decernendis nō debeam⁹ accipere personas hoīum, sed indiscriminatim eadē statera iudicij ponderare quoscunq; reos: & hoc sub pęna peccati mortalis in re alicuius momenti (vt in casu nr̄o) nisi aliud suaserit specialis meritorū ꝓrogatiua cuiusq; rei, vt apertissimè elicit ex lib. Leuit. c. 19. Dicente ipso Dn̄o Deo [Nō facies ꝙ iniquum est, nec iniustè iudicabis, nō consideres pſonam pauperis, nec honores vultū potē-tis, sed iudica ꝓximo tuo.] Qua-

propter meritò Diuꝰ Thomas in 2.2.q.63.art.fin. dixit,qꝑ per acceptionem personarum iudiciũ corrumpatur. & in art.1.eiusdẽ quęstionis dixit,accipere personam in iudicio esse contra legem Diuinam, vt in lib.Deuter. capitulo 1. vbi dicitur [Non accipietis cuiusquam personam]ex quo precepto Diuus Thomas concludit esse peccatum. Qui Sanctus rursum in 2.2.q.59.articulo fina.concludit, quòd facere aliquid in-
14 iustum † ex suo genere sit peccatum mortale. indè patentissimum consequens fiet, quòd Baro, qui sine causa absoluit à pœna triremium vilem ac deperditum hominem latronem confessum iudicialiter se tale delictum fecisse in plateis publicis, etiam post sententiam huiusmodi condemnationis per quinquennium. si modò nolit supradictis causis rationabilibus(propter quas probauimus illum teneri ad dictum adolescentem admittendum ad compositionem)moueri (non dicimus ad ei ignoscendum)sed ad admittendum ad dictam compositionem: Quomodo excusari poterit à viro Christiano,& in lege Diuina erudito, à pessimo peccato mortali acceptionis personarum in iudicio perpetrato, & perpetrando donec ipsum ad dictam debitam compositionẽ admittat? Et quidem qui hanc verissimam rationem euertere niteretur,fucatis, & non veris fundamentis.An fuerit dignus vocari Christianus me fugit.

Secunda ratio. Scandalis actiuis † obuiare sub pęna peccati
15 mortalis præcipimur iure Diuino,iuxta Domini Iesu sententiam apud Mattheum c.18.quicunque scandalizauerit &c. & iuxta sentẽtiam Diui Thomæ in 2.2.q.43. art.4.dicentis, quòd scandalum tunc est mortale,quando quis cõmittit actum peccati mortalis,siue quia contemnit salutem proximi,vt pro ea conseruanda non prætermittat ea, quæ sibi libuerit facere. Et quis mentis compos non animaduertit scandalum actiuum proximè futurum ex tali cõpositione non admissa post tot prẽces per multos menses emissas apud ipsum Baronẽ: cùm & in ꝑsentiarum ferè palam cõciues obloquantur contra ipsum Baronẽ, hmõi denegationẽ non zelo iustitię, sed auaritię eius adscribẽtes, sprета ab ipso Barone fmã Diui Augustꝰ dicentis (prout habẽ in c.nolo.12.q.1.) [Propter nos conscientia nra sufficit nobis, ꝑ vos fama nra non pollui: sed polleret in vobis. Duę res sunt cõscientia,& fama.Cõscientia necessaria est tibi,fama ꝓximo tuo.Qui ergo fidens cõscientię suæ, negligit famam suã crudelis est. Hic ergo Baro nolens admittere talem reũ ad cõpositionem,in quo statu reperiatur relinquo ponderandum cultoribus ęquitatis.

Tertia rõ. Quis poterit negare, quin ex tali iusta petitione denegata d.adolescẽti,eidẽ non detur potissima occasio pessimũ consortium latronũ, & homicidarũ recipiendi, tanq̃ desperanti de salute propria, cuius vtiq; peccata

non

non minus (forsan) ligabunt animam Baronis, quàm illius, cum hoc illi continget ex iniusta denegatione compositionis petitę, iuxta illud. Qui causam dãni dat, damnum dedisse videtur. vt in c. fin. ext. de iniurijs.

Quarta ratio. Quoniam ex tali iniusta denegatione compositionis meritò omnes viri prudentes animaduertent vxorem dicti occisi tanquam viduam pauperrimam, & adolescentulam futuram meretricem, vt saltem sic infęlicĩ, & turpi comercio vitã ipsius miserrimam agat, cui tãto malo obuiaretur ex dicta cõpositione admissa a d. Barone, qua sequuta a patre dicti adolescentis illa obtinebit pro matrimonio contrahendo in dotem sexaginta ducatos.

Quinta ratio est. Quoniam secundum Diuum Thomam in 2.2. q. 108. articulo 4. in resp. ad secun
16 dum. Domini temporales, † ac Iudices in omnibus iudicijs decernendis debent sequi iudicium Diuinum, seu modum, quo Deus ipse in nos puniendo obseruat, præterquam in delictis occultis. At cùm ipse Dominus grauiter puniat impęnitẽtem, & quàm libentissimè ignoscat pęnitenti, nec nõ grauius puniat peccantem ex malitia, q̃ ex fragilitate, insuper mediante pęnitentia commutat pęnam æternam debitam nobis pro quolibet peccato mortali in temporalem explẽdam hic, vel in purgatorio. Eodẽ ergo & modo Dñi temporales, & sic Baro ipse, & officialis eius in infligendis pœnis temporalibus debent & ipsas pęnas minorare, stante pœnitentia reorũ prævia satisfactione facta parti læsæ: cùm ad ipsas (accedente rationabili causa) minorandas teneantur de iure, prout fuit sup. latissimè probatum.

Ad quod vltimo loco accedit, qm̃ etsi veritas iustitiæ naturalis, quæ in lege Diuina, & Euangelio continetur, non sit omittenda pro scandalo vitando, tñ veritas iusti
17 tiæ † iuris positiui, & veritas disciplinæ poterit ommitti pro scãdalo pusillorum vitãdo, prout docuit Ioan. de Imo. in Clem. vnica. col. 1. vers. an autem veritas iustitię. De immunit. Eccles.

Animaduertant insuper Dñi consultores dicti Dñi Baronis, q̃ tribus de causis regulariter mitiꝰ pu
18 niendi sint adolescentiores † peccantes. Primo qm̃ adolescẽtia ipsa est prona ad malũ: Quapp eorum peccatum magis adscribendum erit ętatis vitio, q̃ pertinaci malitię. Secundò quia tali ætati non est plenũ iudicium rationis, atq; consilium, teste Aristot. in lib. Politic. c. vlt. vt ẽt docuit text. in l. 1. ff. de minor. Tertium qm̃ spes est (vt experientia semper docuit) eos futuros emẽdatiores, vitiaq; vna cum adolescentia deposituros. Cum ergo pęna ob id inter cę
19 tera † delinquentibus imponenda veniat, vt tam rei emendatiores fiant, quàm ceteri, hoc cõsiderantes, & ex tali istius iam peracta pœna exilij à patria per fugã perpessa ęquo animo per annum sine alicuius personæ offensa, hunc emendatiorem effectum esse patuit. Restat ergo vt cessan-

te causa, cesset effectus, vt in cap. cùm cessante.ext.de appellat.cessante (inquam)causa procurandæ emendationis istius adolescentis (cùm supponatur verè emẽdatus, cessare debeat effectus,s.punitio, sm pęnã ordinariã à iure ipso regulariter impositam: ac per consequens sit à Dño Barone admittẽda compositio pęnę pecuniariæ oblata à patre dicti adolescẽtis, concurrentibus tamen omnibus illis circunstantijs recensitis in quęstione proposita.

Vltimo loco animaduertat, ac recolat Dominus Baro & eius officialis regulam illam à Doctoribus communiter amplexatam: in qua habetur, quòd quotiescunq; 20 pœna † ordinaria, quæ venerat de iure imponẽda, erat pęna mortis, vel corporis afflictiua(vt in casu nro) aliqua rationabili causa erit commutanda in aliam mitiorem pœnam, tunc de iure non veniet imponenda minor pœna corporis afflictiua, sed pœna pecuniaria. Quæ quidem regula probatur duplici medio. Primò enim per tex.in l.qui ędes.& in l. si fortuito.ff.de incendio,ruina,nauf. &c.idẽ probat Doct. auctoritate per nos citatorũ in nra decis.32. q.7.cõclus.vnica per totũ, & ideo hic nobis sufficiet citare Hypp.de Marsil.in sua pract.crimin.§. qm: n.94.& 95. quapropter memor sit Dns Baro, quòd si misericordem se ostenderit (vt dece: Nobilem Christianum) erga nrum pęnitentem(qui absq; dubio minus ipsum offendit ex tali homicidio,quàm ipse Baro si aliquod mortale in vita sua perpetrauit, cõsiderata dignitate offensi: ipse in psenti & in futura vita reperiet ipsum Dnum omnium misericordẽ: sin aliàs ipse viderit. Ex tali enim crimine (nõdum in iudicio probato, nisi per quędã inditia, cùm præsumi non possit de iure cõsiderata persona occisi)nõ sine causa rõnabili perpetrato. Qui verò dici possint offensi, alios non animaduertimus, nisi Deum Optimũ Maximũ,consanguineos occisi iustitiã, seu forũ iudicialẽ, & ipsum interfectũ. Hic miser adolescens per annum pfecerauit in luctu,priuatus propria patria,propriaq; domo, neminẽ offendens,imò & ponderantibus eius opera ostendit signa veræ pęnitentiæ. Quapp supponendum erit ipsi fuisse hmõi crimen indultum à Deo. Cõsanguinei occisi remiserunt & ipsi. De mortuo quid dicemus,vtiq; qp si posset loq, & ipse remitteret,cũ & ipse tã & hunc adolescentulum,q̃ qpiurimos cõcines suos ad iram, & vindictã sumendã cõtra se sępius impulerit. Forus quoq; seu iustitia indè offensa quare se placabilẽ ostẽdere nolit post tot lachrimas,& oblationẽ factã penitus oẽs prudentes religiosos,ac zelo Dei accensos latet,sicut & me fugit.

Ad auctoritates modò iuris dĩnini allatas in fauorẽ partis negatiuę,etsi aptissima pateat respõsio ex sup.allatis,eo qp ex illis eliciãt fore illas intelligẽdas regulariter, & nõ in casu nro: cùm apud Deũ(cui⁹ illas sũt pceptæ) hic nr adolescens nõ poterit nõ dici maleficꝰ, vel homicida, tãte ei⁹ verã pœni-

pœnitentia, cuius respectu idipsum in casu nostro docuit Sãctus Hieronymus super Amos Prophe ta c.9. & habetur in c.si agamus. de pœniten.dist.1.his pręcisis ver bis vtens loquendo de Deo, vide-
21 licet.[si agamus pęnitentiam † ip sum quoque pęnitębit sententiæ] & rursus Diuus Hieronymus in Epistola ad Damasũ, & habetur in c.importuna.de pęnit.dist.1.in fi.dicens[Vbi verò peccator dete gens vulnus suum, tradidit medico se curandum, ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis] vbi glo.in vers.lenitatis.dixit indè elici Iudicem potius debere sequi misericordiam, quàm rigorem. Idipsum & apertius nos docuit S.Cyprianus in lib.4.Epistolarum, Epistola secunda, Ad Anto nianum.his præcisis verbis vtens, & habetur in c.miror. de pœnit. dist.1.videlicet.[Miror quosdam sic obstinatos esse, vt dandam nõ putent lapsis pęnitentiam, aut pę nitẽtibus existiment veniam denegandam, cũ scriptum sit Apocal.c.2. [Memento vnde cecideris, & fac pœnitentiã, & fac priora opera, quod vtique ei dicitur, quem constat cecidisse. & quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere.] hæc ibi, per quę patuit Dominum Deum in allatis auctoritatibus loquutũ fuisse de his, qui obstinati sunt in suis prauis operibus.

Ad auctoritates verò iuris positiui q̃ facillima erit responsio, dicẽdo illa iura loqui regulariter, s. in homicida puniendo, qui ab ipsa ordinaria homicidij pęna nulla rationabili causa poterit excusari, non autem in casu nostro, ꝓut supra probauimus abũdè satis.

Et hęc pauca de multis dicta sufficiãt nobis, cum presto simus freti ope Diuina respondere omnibus obiectionib.(si quæ fient) contra pręsentẽ nr̃am veram decisionem, factam solum intuitu pietatis aĩarum salutis, ac zeli iustitiæ.

Et hæc est mea sm̃a decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus a Papa est maior Diœcesano.*

2 *Excommunicatus propter participationem cum excommunicato in crimine criminoso a quo sit absoluendus. & quare.*

3 *Interrogatus a legitimo Iudice, et nõ dicens veritatem, quos offendat.*

4 *Excõmunicatus regulariter erit absoluẽdus a suo excõicatore, licet ipsa absolutio nõ fuerit sibi reseruata.*

5 *Absoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine per sententiam generalem poterit æquè is qui ab excommunicatione lata a iure poterit.*

6 *Absolutionem ab excõmunicatione lata ab homine per modum sententiæ, non concedit regulariter, nisi lator eiusdem.*

7 *Testis non poterit indicialiter compelli ad deponendum de occultis, de quibus non præcesserant contra aliquem in iudicio aliqua inditia sufficientia, vel semiplena probatio, vel infamia. Quapropter*

ſi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ delegatus præcepiſſet teſti huiuſmodi teſtificationem, non incideret in excommunicationem ſupradictam non deponendo.

8 *Depoſitio teſtium ſuper occultis eſt nulla, cum ſuper illis non iuretur.*

9 *Teſtis ſciens aliquod occultum crimen, non ſolum non tenebitur de illo deponere, ſed nec legitimè interrogari.*

10 *Teſtis moleſtatus a Iudice vt deponat ſuper occultis poterit vti verbis amphibologicis, & non incidet in excommunicationem non reſpondendo ſecundum mentem Iudicis. Et poterit omnino ad cautelam abſolui a ſuo ordinario. nu. 11.*

Teſtis an & in quibus cogi poſſit ad teſtificandum ſub pœna excommunicationis.

THEMA.

Quidam Iudex Delegatus Apoſtolicus præcepit per edictum generale omnibus citandis in teſtes in quadam cauſa ſibi delegata, vt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ (ſibi reſeruando abſolutionem a tali incurſa excommunicatione) ipſi teſtes citandi reſpondere tenerentur veritatem ſuper interrogatorijs ſibi faciendis. At cum primus teſtis citatus interrogatus de quodam actu, quem ipſe viderat, quem tamen factū fuiſſe non poterat probare, in caſu, in quo forſan fuiſſet ille negatus iudicialiter a reo.

Quæritur modò. Num inciderit hic talis teſtis in excommunicationem, & huiuſmodi excommunicatus, an poſſit abſolui ab ordinario Diœceſano.

DECISIO XXXXVII.

IT primò videbatur dicendum; ꝙ hic teſtis inciderit in excommunicationem, a qua nō poſſit abſolui, niſi ab ipſo latore. quod & probari videtur duplici medio. Primò .n. per text. in c. paſtoralis. §. præterea in verſ ad quod dicimus. ext. de offic. ordin. vbi hęc ad verbum habentur, videlicet. [Ad quod dicimus, ꝙ cum Delegatus † (quātum ad illud) ſit maior Ordinario, ſine mandato Sūmi Pontificis excōicatus ab hmōi delegato, non pōt per alium (præterquam in mortis articulo) abſolutionis gratiam obtinere, niſi forſan Delegat⁹ talis extiterit, cui alius ſuccedat in onere, & honore.] hęc ibi. Idem videt elici arguēdo ab identitate ratio-

Digitized by Google

rationis, ex text. in c. nup. §. in primo quidem articulo. ext. de sent. excommunicationis, vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit, videlicet. [In primo quidem articulo, cùm talis communicet crimini, & participet criminoso: ac per hoc ratione damnati criminis; videatur in eum delinquere, qui damnauit, ab eo, vel eius superiore, † meritò delicti, tunc erit absolutio requirēda: cùm facientem, & consentientem par pœna constringat.] hæc ibi. Diximus probari per arg. in d.c. nuper. cū reuera rō, qua mouit conditorem Canonis huius ad dicendū, q̄ absolutio hmōi participantis reseruetur excōmunicatori, fuit apertissima: nēpè, qm̄ ipsum excōmunicatorē offendit: sic ergo vī dicendum & in casu nr̄o, cùm d. testis non deponendo secundum interrogata à Iudice legitimo, † ipsum offenderit, vt docuit tex. in c. 1. ext. de crimine falsi. Ad q̄ summopere facere videtur, quod docuit Alex. Tertius in c. cùm ab Ecclesiarū. ext. de offic. ord. vbi infrascriptis vtiī verbis, videlicet. [Quapropter mandamus quatenus si quando Plebanus Sancti P. in clericos vel Parochianos Laicos suos interdicti, vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam falsas inuiolabiliter obseruari, & eā sine congrua satisfactione, & absq; eiusdem Plebani conscientia non relaxes.] hæc ibi. idem habetur per text. in c. 1. §. si quis autem. extra de treuga, & pace. vbi Alex. Tertius in Concilio Lateranensi his præcisis verbis, videlicet. [Si q̄s autem treugas frangere præsumpserit, post tertiam admonitionem si non satisfecerit, suus Episcopus sententiam excommunicationis dictet in eum, & scriptā vicinis Epis annūciet, quorum nullus excōmunicatū recipiat. imò scriptam sniam quisq; confirmet. si quis autem hæc violare pręsumpserit, ordinis sui periculo subiaceat.] hæc ibi. Idipsum probari videt Doctorū auctoritate. Nam Glo. in c. si inimicus, 11. q. 3. dicit, quòd si quis est excommunicatus semper a suo excommunicatore † erit absoluendus. Idem docuit Panormitan. in dicto c. graue. col. 3. versic. & ex hoc infero. extr. de præben. quod rursus repetijt ipse Panorm. in dicto §. pręterea. Not. primò. His præcisis verbis vtens videlicet. Nota primò vnam regulam notabilem, ad quam quotidie soleo allegare istum textum, quòd Ab excommunicatione lata ab homine, ille duntaxat, qui excommunicauit, vel successor, seu superior potest absoluere, licèt absolutio specificè non sit reseruata ipsi excommunicatori. Vides enim hìc, quòd si Delegatus Papæ aliquem excommunicet, non potest Ordinarius illum absoluere, etiam si vult satisfacere, sed debet recurri ad Superiorem, aut successorem. hęc Pan. vbi sup.

Idem docuit Felinus in d. §. pręterea. col. 1. n. 4. vers. Fortiꝰ voluit Imola, his præcisis verbis vtens, videlicet. Fortiùs voluit Imo. in d. c. graue. vers. aduerte tn̄. Quod ab excommunicatione lata ab

homine per ſententiam generalem † ita poſſit alius abſoluere ſicut ſi eſſet lata per ſtatutum: & ꝙ regula prædicta procedat in excommunicatione ſpeciali, & mouetur per text. in c. ex frequentibus. extra de inſtitu. vbi fuit lata ſententia generalis non per viam ſtatuti ſecundum eum. Non legi hoc alibi. & obſtat dictum capit. nuper. diſponens ſpecialiter de ſententia lata per viam Canonis: & ideo (inquit ipſe Felinus) cùm textus hic & in alijs iuribus dicat ſecus de excommunicatione lata per ſententiam, non videntur iſta iura reſtringenda: ex quo iure non cauetur: Neq; obſtat dictum cap. ex frequentibus: quia reuera omnes Docto. ibi, excepto Imo. intelligunt, quòd Archiepiſcopus tulerit ſententiam per viam ſtatuti, quòd veriſimilius eſt, cùm fuerit generalis pro futuris culpis, quæ regulariter ferenda non eſt per viam ſentẽtię, c. Romana. §. caueant. de ſent. excom. in ſexto, licèt poſſit ferri per ſtatutum, vt in cap. 2. de conſtitutio. in ſexto, & vtrobique per glo. & Doctor. eſt verum, quòd in cap. ex frequentibus. præceſſit culpa & mora illorum intruſorum. quo caſu poteſt ferri ſententia generalis. dicto §. caueant. ſed ex quo fuit lata ſententia excommunicationis etiam in eos, qui de cętero occupabunt, procedit veriſimilitudo, quam dixi, quòd fuerit per viam ſtatuti: & poſito, quòd aliàs ferreretur vna generalis excommunicatio per viã ſententię, qñ prędcedit culpa, mora, vel offenſa, adhùc crederem (inquit) habere locũ iſtum text. c. nuper. per prędicta: quia regula iſta non eſt limitata per c. nuper. niſi in excõmunicatione lata per conſtitutioné: ergo extra illũ caſum ſtabit firma iſta regula: ſcilicet (vt antea dixerat in principio d. §. ꝓtetea.) ꝙ ab excommunicatione lata ab hoíe, alius homo non abſoluit. ‡ Hęc oía Felinus vbi ſup.

Idem breuiter docuit Dec. in d. c. prudẽtiã. §. ſexta. n. 4. col. 2. verſ. ſecundo ex dictis Abbatis, dicẽs, ꝙ regulariter ab excõicatione hominis alius non poteſt abſoluere.

His tñ nõ obſtantibus, duabus concluſionib. ſatisfaciemus propoſitæ quæſtioni, prima concluſ. ſit. Dicimus & firmiſſimè aſſeueram⁹ ꝙ d. teſtis (de quo eſt ſermo) nõ inciderit † in hmõi excõmunicationem cũ non potuerit aliquo pacto cõpelli ad ipſum deponendũ, ſtante facti occultatione. Hæc cõcluſ. probãr triplici medio. Primò ꝓ tex. in c. qualiter & qñ. el primò. §. formã verò. ext. de accuſat. vbi Innoc. Terti⁹ his ꝓcipuis verbis vſus fuit, videlicet. [Formã verò iuramenti q̃ à clericis Nauarien. ſup inq̃ſitione faciẽda in hoc negotio recepiſtis, in ſimilib⁹ volumus obſeruari, vt videlicet iurẽt clerici, ꝙ ſup his q̃ ſciunt, vel credũt eſſe in Eccleſia ſua reformãda tam in capite, quàm in membris, (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicãt inq̃ſitoribus veritatẽ.] hæc ibi. cùm iudicandum ſit dictum Iudicem noluiſſe interrogare de occultis, cũ circa illa non ſe extendere poſſit

ſua

sua intrisdictio: indè sequitur ipsũ intendisse in edicto generali roborato sententia excommunicationis præcipere depositionẽ manifestorum criminum, & non occultorum, prout sibi specialius præceptum fuit ab eodẽ Innocentio. Tertio, in c. cùm oporteat. §. discretioni uestræ mandamus, & in cap. inquisitioni. §. tertiæ dubitationi, vers. ad hęc respondemus. extra de accus. nã in d. §. discretioni hæc habentur, videlicet. [Discretioni uestrę mandamus, quòd nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem illorum non subito procedatis.] hæc ibi. & in dicto. vers. ad hæc. Hæc habentur, videlicet. [ad hæc respondemus nullum esse pro crimine, super quo aliqua nõ laborat infamia, seu clamosa insinuatio non pręcesserit, propter dicta huiusmodi puniendum, quinimo super hoc depositiones contra eum recipi nõ debere: cùm inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserũt.] hæc ibi. & quòd
8 si deposuerit testes † super occultis, cùm de iure ad id nõ videantur producti refragantibus dictis iuribus, dicatur eorum depositio nulla tanquam facta a testibus nõ iuratis, docuit apertissimus text. in c. de testibus. extra de testibus. vbi Innocẽtius Tertius, his verbis docuit, videlicet. [Consultationi tuę taliter respõdemus, quòd si testes sint inducti ad exceptionẽ dilatoriã solùmodo probandã; cum super eam tantũ iurauerint dicere veritatẽ: super principali uec debent audiri, nec cogi testimoniũ perhibere: vt potè super quo deponerent non iurati.] hæc ibi. Idem probatur per argumen. in l. si duo patroni. §. Item Iulianus. ff. de iure iuran.

Idipsum apertius docuerũt infrascripti Doctores. Nã gl. in d. c. qualiter, & quãdo, el 1. in vers. exceptis occultis, his pręcisis verbis vtitur, videlicet. Quia super his inquisitio fieri nõ debet: sed super illis tantũ, de quibus infamia præcesserit, infra eo. c. inquisitionis. §. & d. c. qualiter, & quando, el 1. & addidit, quòd si testes de occultis dicant, rei nõ puniantur. vt in d. c. inquisitionis; quia super his nõ iurauerunt. Idem docuit glo. in d. c. cùm oporteat, in vers. famã ipsius. his pręcisis verbis. Hoc ideo dicit quia non est procedendũ ad inquisitionem contra aliquẽ, nisi cõtra infamatũ, vt in d. c. inquisitionis, vbi de hac materia apertius explicatur. Idẽ docuit glo. in d. c. inquisitionis. in vers. solummodo super illis. his pręcisis verbis, videlicet: Ex hoc habes, quòd de occultis non est inquirendũ, nec super illis iuratur. Vnde si dicant testes super his, non valeant talia dicta, vt potè non iurati: vt supra de testibus, capitu. de testibus, simile. ff. de iure iurando. l. si duo. §. item Iulianus. Fama ergo alicuius illæsa debet esse, vt in dicto capitulo cùm oporteat. & infra eodem capitulo, qualiter, & quando, el secondo. Idipsum docuit glosa in dicto capitulo de testibus, in versiculo non iurati.

Idem

sed eorum superior & hoc tenet Io.And.hic,& in dicto c.graue. & Archid.17.dist.supra summa. secus dic in sententia lata ab homine, idest, non per viam statuti: quia ab illa non absolvit, nisi qui eam tulit, vel superior.

Idem ferè ad verbum docuit idem Abbas Panorm. in dicto c. graue.col.3.versic.& ex hoc infero. num.14. Cuius doctrinam secundum mẽtem eius conformem verbis ipsius cap.ex frequentibus intelligẽdo patet expresse ipsum Panorm. se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni. idem Felinus in c. prudentiam.§. si verò. nu. 11 versic.fallit primò. extra de offício deleg.his pręcisis verbis vtẽs, videlicet.Fallit primò ab excommunicatione lata ab homine per viam statuti:quia illam potest tollere etiam alius. Tex.est in c. ex frequentibus. extra de institu. de quo exclamat ibi Dominus Abbas in vlti. not. & probat in vers. nisi satisfactione præmissa à contrario sensu: ergo satisfactione p̃missa absoluere potest: & in vers. de cętero, quod verbum denotat sententiam illam fuisse per viam statuti: quia sententia sola non fertur pro futuris culpis, vt in cap. Romana.§.caueant.de sent.excõ. in sexto, sed bene statutum, vt ĩ c. de constitut. in 6. & ratio est, quia non debet esse maioris potẽtiæ ista,quam lata a lege Papæ, quia si Papa per legem vnum excommunicat,alius absoluere potest, vt in c.nuper.de sent.excom. hæc ille.ex cuius verbis patuit ipsum se subscripsisse prędicti sententiæ conclusioni. idipsum docuit ex professo Nauarrus in suo Manuali cap.27.§.9.nu.42.vers.addo etiam, quòd qui potest.

Probatur & tertiò hac irrefragabili ratione. Cùm duplex sit excommunicationis ab homine latæ species: seu cùm dupliciter contingat fulminari sentẽtia excommunicationis lata ab homine,scilicet specialiter, & generaliter. Specialiter quidem quando respicit certas personas & certum negotium, vt quis præmissis monitionis specialiter & nominatim non comparens fuit excommunicatus. Secundò dicetur generaliter excommunicatus à Iudice ignorante quis nam tale quid fecerit, & tunc dicetur, ab homine lata,quia ipsa respicit vel certum negotium, vel certum tempus, non tamen certam nominatam personã,vt omnes docuerũt. Ratio verò rationis quare ab excommunicatione lata ab homine specialiter contra aliquas nominatas personas propter earũ contumacia: Ordinarius non poterit absoluere sibi alias subditum,est, quia cum effectus sit reus fori dicti excõmunicatoris, & persistat in contumacia non sine graui iniuria ipsius excõmunicatoris, & censuræ Ecclesiasticæ contemptu absolueretur: quòd quidem cessat in incursu in excommunicationem huiusmodi generalẽ:cùm cum non cognoscat Iudex, & sic forus eius non contemneretur indè,eò magis, quòd si teneretur ad ipsum excõmunicatorem.pro absolutione accedere, peccaret

contra

by Google

contra præceptum charitatis, detegẽdo peccatum suum occultũ. Quapropter patuit, q̃ verissima fuerit præsens nostra conclusio.

Ad iura modò, & Doctorum auctoritates in contrarium allatas, quàm facillima erit responsio dicẽdo illa iura loqui in absolutione ab excõicatione lata ab homine, specialiter propter eius contumaciam, vt apertissimè ex illis elicitur non in casu nostro, & idem dicitur auctoritatibus Doctorum cum & ipsi idem expressè docuerint vbi supra.

Et hæc est mea sñia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus semel semper habendus erit pro excõmunicato, nisi se absolutum probauerit.*
2 *Testis vnius depositio plenè probat, quando illa non vergit in damnum alicuius, & alteri prodest.*
3 *Testi vnico deponenti de absolutione ab excommunicatione obtenta, plenè probat.*
4 *Virtute cõmunionis communiter præstitæ excommunicato respectu communicantium secum, habebitur ipse excommunicatus pro absoluto, sed respectu ipsiusmet excommunicati relinquitur arbitrio Iudicis, qui aliqua considerabit antequam proferat sententiam suam.*

Excommunicatus obtenta absolutione, sed non in actis redacta, an possit sacra administrare.

THEMA.

Quidam Sacerdos regularis grauiter percussit rixando alium Sacerdotem post cuius percussionem fuit ille inquisitus, & tandem conuictus humiliter accedens ad suum Superiorem precibus absolutionem a tali incursa excommunicatione obtinuit, de qua nihilominus in actis nulla reperitur mentio: ipse tamen Sacerdos obtẽta dicta absolutione per annos vndecim in circa celebrauit, & alia sacramenta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ministrauit, & ab omnibus communiter habitus fuit pro absoluto. Tandem Visitator dictę Religionis inter alios processus reperiẽs dictum Sacerdotem inquisitum, & conuictum de incursa tali excommunicatione, & non inueniens sequutam absolutionem, ipsum publicare excommunicatum an debeat? ambiguit.

Quæritur

Digitized by Google

propter meritò Diuꝰ Thomas in 2.2.q.63.art.fin. dixit, qꝑ per acceptionem personarum iudiciũ corrumpatur. & in art.1.eiusdẽ quęstionis dixit, accipere personam in iudicio esse contra legem Diuinam, vt in lib.Deuter. capitulo 1. vbi dicitur [Non accipietis cuiusquam personam] ex quo precepto Diuus Thomas concludit esse peccatum. Qui Sanctus rursum in 2.2.q.59.articulo fina.concludit, quòd facere aliquid in-
14 iustum † ex suo genere sit peccatum mortale. indè patentissimum consequens fiet, quòd Baro, qui sine causa absoluit à pœna triremium vilem ac deperditum hominem latronem confessum iudicialiter se tale delictum fecisse in plateis publicis, etiam post sententiam huiusmodi condemnationis per quinquennium. si modò nolit supradictis causis rationabilibus (propter quas probauimus illum teneri ad dictum adolescentem admittendum ad compositionem) moueri (non dicimus ad ei ignoscendum) sed ad admittendum ad dictam compositionem: Quomodo excusari poterit à viro Christiano, & in lege Diuina erudito, à pessimo peccato mortali acceptionis personarum in iudicio perpetrato, & perpetrando donec ipsum ad dictam debitam compositionẽ admittat? Et quidem qui hanc verissimam rationem euertere niteretur, fucatis, & non veris fundamentis. An fuerit dignus vocari Christianus me fugit.

Secunda ratio. Scandalis actiuis † obuiare sub pœna peccati
15 mortalis præcipimur iure Diuino, iuxta Domini Iesu sententiam apud Mattheum c.18.quicunque scandalizauerit &c. & iuxta sentẽtiam Diui Thomæ in 2.2.q.43.art.4. dicentis, quòd scandalum tunc est mortale, quando quis cõmittit actum peccati mortalis, siue quia contemnit salutem proximi, vt pro ea conseruanda non prætermittat ea, quæ sibi libuerit facere. Et quis mentis compos non animaduertit scandalum actiuum proximè futurum ex tali cõpositione non admissa post tot prẽces per multos menses emissas apud ipsum Baronẽ: cùm & in ꝑsentiarum ferè palam cõciues obloquantur contra ipsum Baronẽ, hmõi denegationẽ non zelo iustiꝛ tię, sed auaritię eius adscribẽtes, spreta ab ipso Barone fnia Diui Augustini dicentis (prout habẽ in c.nolo.12.q.1.) [Propter nos conscientia nra sufficit nobis, ꝓꝓ vos fama nra non pollui: sed pollere dẽt in vobis. Duę res sunt cõscientia & fama. Cõscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui ergo fidens cõscientię suæ, negligit famam suã crudelis est. Ihic ergo Baro nolens admittere talem reũ ad cõpositionem, in quo statu reperiatur relinquo ponderandum cultoribus ęquitatis.

Tertia rõ. Quis poterit negare, quin ex tali iusta petitione denegata d.adolescẽti, eidẽ non detur potissima occasio pessimũ consortium latronũ, & homicidarũ recipiendi, tanꝙ desperanti de sãlute propria, cuius vtiq; peccata

non

non minus (forsan) ligabunt animam Baronis, quàm illius, cum hoc illi continget ex iniusta denegatione compositionis petitę, iuxta illud. Qui causam dãni dat, damnum dedisse videtur. vt in c. fin. ext. de iniurijs.

Quarta ratio. Quoniam ex tali iniusta denegatione compositionis meritò omnes viri prudentes animaduertent vxorem dicti occisi tanquam viduam pauperrimam, & adolescentulam futuram meretricem, vt saltem sic infęlici, & turpi comercio vitã ipsius miserrimam agat, cui tãto malo obuiaretur ex dicta cõpositione admissa a d. Barone, qua sequuta a patre dicti adolescentis illa obtinebit pro matrimonio contrahendo in dotem sexaginta ducatos.

Quinta ratio est. Quoniam secundum Diuum Thomam in 2.2. q. 108. articulo 4. in resp. ad secun
16 dum. Domini temporales, † ac Iudices in omnibus iudicijs decernendis debent sequi iudicium Diuinum, seu modum, quo Deus ipse in nos puniendo obseruat, præterquam in delictis occultis. At cum ipse Dominus grauiter puniat impęnitẽtem, & quàm libentissimè ignoscat pęnitenti, nec nõ grauius puniat peccantem ex malitia, q̃ ex fragilitate, insuper mediante pęnitentia commutat pęnam æternam debitam nobis pro quolibet peccato mortali in temporalem explẽdam hic, vel in purgatorio. Eodẽ ergo & modo Dñi temporales, & sic Baro ipse, & officialis eius in infligendis pœnis temporalibus debent & ipsas pęnas minorare, stante pœnitentia reorũ præuia satisfactione facta parti læsæ: cùm ad ipsas (accedente rationabili causa) minorandas teneantur de iure, prout fuit sup. latissimè probatum.

Ad quod vltimo loco accedit, qm̃ etsi veritas iustitiæ naturalis, quæ in lege Diuina, & Euangelio continetur, non sit omittenda pro scandalo vitando, tñ veritas iusti
17 tiæ † iuris positiui, & veritas disciplinæ poterit ommitti pro scãdalo pusillorum vitãdo, prout docuit Ioan. de Imo. in Clem. vnica. col. 1. vers. an autem veritas iustitię. De immunit. Eccles.

Animaduertant insuper Dñi consultores dicti Dñi Baronis, q̃ tribus de causis regulariter mitiꝰ pu
18 niendi sint adolescentiores † peccantes. Primo qm̃ adolescẽtia ipsa est prona ad malũ: Quapp eorum peccatum magis adscribendum erit ętatis vitio, q̃ pertinaci malitię. Secundò quia tali ætati non est plenũ iudicium rationis, atq; consilium, teste Arist. in lib. Politic. c. vlt. vt ẽt docuit text. in l. 1. ff. de minor. Tertium qm̃ spes est (vt experientia semper docuit) eos futuros emẽdatiores, vitiaq; vna cum adolescentia deposituros. Cum ergo pęna ob id inter cę
19 tera † delinquentibus imponenda veniat, vt tam rei emendatiores fiant, quàm ceteri, hoc cõsiderantes, & ex tali istius iam peracta pœna exilij a patria per fugã perpessa ęquo animo per annum sine alicuius personæ offensa, hunc emendatiorem effectum esse patuit. Restat ergo vt cessan-

te causa, cesset effectus, vt in cap. cùm cessante.ext.de appellat.cessante (inquam)causa procurandæ emendationis istius adolescentis (cùm supponatur verè emẽdatus, cessare debeat effectus,s.punitio, ẽm pęnã ordinariã à iure ipso regulariter impositam: ac per consequens sit à Dño Barone admittẽda compositio pęnę pecuniariæ oblata à patre dicti adolescẽtis, concurrentibus tamen omnibus illis circunstantijs recensitis in quęstione proposita.

Vltimo loco animaduertat, ac recolat Dominus Baro & eius officialis regulam illam à Doctoribus communiter amplexatam: in qua habetur, quòd quotiescunq; 20 pœna † ordinaria, quæ venerat de iure imponẽda, erat pęna mortis, vel corporis afflictiua(vt in casu nro) aliqua rationabili causa erit commutanda in aliam mitiorem pœnam, tunc de iure non veniet imponenda minor pœna corporis afflictiua, sed pœna pecuniaria. Quæ quidem regula probatur duplici medio. Primò enim per tex.in l.qui ędes.& in l. si fortuito.ff.de incendio,ruina,naufr. &c.idẽ probat Doct. auctoritate per nos citatorũ in nra decis.32. q.7.cõclus.vnica per totũ, & ideo hic nobis sufficiet citare Hypp.de Marsil.in sua pract.crimin.§. qm: n.94.& 95. quapropter memor sit Dñs Baro, quòd si misericordem se offenderit (vt dece: Nobilem Christianum) erga nrum pęnitentem(qui absq; dubio minus ipsum offendit ex tali homicidio,quàm ipse Baro si aliquod mortale in vita sua perpetrauit, cõsiderata dignitate offensi: ipse in psenti & in futura vita reperiet ipsum Dñum oium misericordẽ: sin aliàs ipse viderit. Ex tali enim crimine (nõdum in iudicio probato, nisi per quędã inditia, cùm præsumi non possit de iure cõsiderata persona occisi)nõ sine causa rõnabili perpetrato. Qui verò dici possint offensi, alios non animaduertimus, nisi Deum Optimũ Maximũ,consanguineos occisi iustitiã, seu forũ iudicialẽ, & ipsum interfectũ. Hic miser adolescens per annum pęnituerauit in luctu, priuatus propria patria, propriaq; domo, neminẽ offendens, imò & ponderantibus eius opera ostendit signa veræ pęnitentiæ. Quapp supponendum erit ipsi fuisse hmõi crimen indultum à Deo. Cõsanguinei occisi remiserunt & ipsi. De mortuo quid dicemus, vtiq; q̃ si posset loq, & ipse remitteret, cũ & ipse tã & hunc adolescentulum, q̃ q̃plurimos cõcines suos ad iram, & vindictã sumendã cõtra se sępius impulerit. Forus quoq; seu iustitia in dẽ offensa quare se placabilẽ ostẽdere nolit post tot lachrimas, & oblationẽ factã penitus oẽs prudentes religiosos, ac zelo Dei accensos latet, sicut & me fugit.

Ad auctoritates modò iuris dĩnini allatas in fauorẽ partis negatiuę, etsi aptissima pateat respõsio ex sup.allatis, eo q̃ ex illis eliciãt fore illas intelligẽdas regulariter, & nõ in casu nro: cùm apud Deũ (cui⁹ illas sũt p̃cepta) hic nr adolescens nõ poterit mõ dici malefic⁹, vel homicida, tãte ei⁹ verã

pœni-

pœnitentia, cuius respectu idipsum in casu nostro docuit Sãctus Hieronymus super Amos Prophe ta c.9. & habetur in c.si agamus. de pœniten.dist.1.his pręcisis ver bis vtens loquendo de Deo, vide-
21 licet.[si agamus pęnitentiam † ip sum quoque pęnitębit sententiæ] & rursus Diuus Hieronymus in Epistola ad Damasũ, & habetur in c.importuna.de pęnit.dist.1.in fi.dicens[Vbi verò peccator dete gens vulnus suum, trãdidit medico se curandum, ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis] vbi glo.in vers.lenitatis.dixit indè elici Iudicem potius debere sequi misericordiam, quàm rigorem. Idipsum & apertius nos docuit S.Cyprianus in lib.4.Epistolarum, Epistola secunda, Ad Anto nianum.his præcisis verbis vtens, & habetur in c.miror. de pœnit. dist.1.videlicet.[Miror quosdam sic obstinatos esse, vt dandam nõ putent lapsis pœnitentiam, aut pœ nitẽtibus existiment veniam denegandam, cũ scriptum sit Apocal.c.2. [Memento vnde cecideris, & fac pœnitentiã, & fac priora opera, quod vtique ei dicitur, quem constat cecidisse. & quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere.] hæc ibi, per quę patuit Dominum Deum in allatis auctoritatibus loquutũ fuisse de his, qui obstinati sunt in suis prauis operibus.

Ad auctoritates verò suris positiui q̃ facillima erit responsio, dicẽdo illa iura loqui regulariter, s. in homicida puniendo, qui ab ipsa ordinaria homicidij pęna nulla rationabili causa poterit excusari, non autem in casu nostro, put supra probauimus abũdè satis.

Et hęc pauca de multis dicta sufficiãt nobis, cum presto simus freti ope Diuina respondere omnibus obiectionib.(si quæ fient) contra pręsentẽ nr̃am veram decisionem, factam solum intuitu pietatis aĩarum salutis, ac zeli iustitiæ.

Et hæc est mea sm̃a decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus a Papa est maior Diœcesano.*

2 *Excommunicatus propter participationem cum excommunicato in crimine criminoso a quo sit absoluendus. & quare.*

3 *Interrogatus a legitimo Iudice, et nõ dicens veritatem, quos offendat.*

4 *Excõmunicatus regulariter erit absoluẽdus a suo excõicatore, licet ipsa absolutio nõ fuerit sibi reseruata.*

5 *Absoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine per sententiam generalem poterit æquè is qui ab excommunicatione lata a iure poterit.*

6 *Absolutionem ab excõmunicatione lata ab homine per modum sententiæ, non concedit regulariter, nisi lator eiusdem.*

7 *Testis non poterit indicialiter compelli ad deponendum de occultis, de quibus non præcesserant contra aliquem in iudicio aliqua inditia sufficientia, vel semiplena probatio, vel infamia. Quapropter*

Digitized by Google

ſi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ delegatus præcepiſſet teſti huiuſmodi teſtificationem, non incideret in excommunicationem ſupradictam non deponendo.

8 *Depoſitio teſtium ſuper occultis eſt nulla, cum ſuper illis non iuretur.*

9 *Teſtis ſciens aliquod occultum crimen, non ſolum non tenebitur de illo deponere, ſed nec legitimè interrogari.*

10 *Teſtis moleſtatus a Iudice vt deponat ſuper occultis poterit vti verbis amphibologicis, & non incidet in excommunicationem non reſpondendo ſecundum mentem Iudicis. Et poterit omnino ad cautelam abſolui a ſuo ordinario. nn. 11.*

Teſtis an & in quibus cogi poſſit ad teſtificandum ſub pœna excommunicationis.

THEMA.

Quidam Iudex Delegatus Apoſtolicus præcepit per edictum generale omnibus citandis in teſtes in quadam cauſa ſibi delegata, vt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ (ſibi reſeruando abſolutionem a tali incurſa excommunicatione) ipſi teſtes citandi reſpondere tenerentur veritatem ſuper interrogatorijs ſibi faciendis. At cum primus teſtis citatus interrogatus de quodam actu, quem ipſe viderat, quem tamen factū fuiſſe non poterat probare, in caſu, in quo forſan fuiſſet ille negatus iudicialiter a reo.

Quæritur modò. Num inciderit hic talis teſtis in excommunicationem, & huiuſmodi excommunicatus, an poſſit abſolui ab ordinario Diœceſano.

DECISIO XXXXVII.

IT primò videbatur dicendum, ꝙ hic teſtis inciderit in excommunicationem, a qua nō poſſit abſolui, niſi ab ipſo latore. quod & probari videtur duplici medio. Primò .n. per text. in c. paſtoralis. §. præterea in verſ. ad quod dicimus. ext. de offic. ordin. vbi hęc ad verbum habentur, videlicet. [Ad quod dicimus, ꝙ cum Delegatus † (quātum ad illud) ſit maior Ordinario, ſine mandato Sūmi Pontificis excōicatus ab hmōi delegato, non pōt per alium (præterquam in mortis articulo) abſolutionis gratiam obtinere, niſi forſan Delegat⁹ talis extiterit, cui alius ſuccedat in onere, & honore.] hęc ibi. Idem videt elici arguēdo ab identitate ratio-

Digitized by Google

rationis, ex text. in c. nup. §. in primo quidem articulo. ext. de sent. excommunicationis, vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit, videlicet. [In primo quidem articulo, cùm talis communicet crimini, & participet criminoso: ac per hoc ratione damnati criminis; videatur in eum delinquere, qui damnauit, ab eo, vel eius superiore, † meritò delicti, tunc erit absolutio requirēda: cùm facientem, & consentientem par pœna constringat.] hæc ibi. Diximus probari per arg. in d.c. nuper. cū reuera rō, qua mouit conditorem Canonis huius ad dicendū, ꝙ absolutio hmōi participantis reseruetur excōmunicatori, fuit apertissima: nēpè, qm̄ ipsum excōmunicatorē offendit: sic ergo vī dicendum & in casu nr̄o, cùm d. testis non deponendo secundum interrogata à Iudice legitimo, † ipsum offenderit, vt docuit tex. in c. 1. ext. de crimine falsi. Ad ꝙ summopere facere videtur, quod docuit Alex. Tertius in c. cùm ab Ecclesiarū. ext. de offic. ord. vbi infrascriptis vtiī verbis, videlicet. [Quapropter mandamus quatenus si quando Plebanus Sancti P. in clericos vel Parochianos Laicos suos interdicti, vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, ipsam falsas inuiolabiliter obseruari, & eā sine congrua satisfactione, & absq; eiusdem Plebani conscientia non relaxes.] hæc ibi. idem habetur per text. in c. 1. §. si quis autem. extra de treuga, & pace. vbi Alex. Tertius in Concilio Lateranensi his

2

3

præcisis verbis, videlicet. [Si qs autem treugas frangere præsumpserit, post tertiam admonitionem si non satisfecerit, suus Episcopus sententiam excommunicationis dictet in eum, & scriptā vicinis Epīs annūciet, quorum nullus excōmunicatū recipiat. imò scriptam snīam quisq; confirmet. si quis autem hæc violare prę̄sumpserit, ordinis sui periculo subiaceat.] hæc ibi. Idipsum probari videt Doctorū auctoritate. Nam Glo. in c. si inimicus, 11. q. 3. dicit, quòd si quis est excommunicatus semper a suo excommunicatore

4

† erit absoluendus. Idem docuit Panormitan. in dicto c. graue. col. 3. versic. & ex hoc infero. extr. de præben. quod rursus repetijt ipse Panorm. in dicto §. pręterea. Not. primò. His præcisis verbis vtens videlicet. Nota primò vnam regulam notabilem, ad quam quotidie soleo allegare istum textum, quòd Ab excommunicatione lata ab homine, ille duntaxat, qui excommunicauit, vel successor, seu superior potest absoluere, licèt absolutio specificè non sit reseruata ipsi excommunicatori. Vides enim hìc, quòd si Delegatus Papæ aliquem excommunicet, non potest Ordinarius illum absoluere, etiam si vult satisfacere, sed debet recurri ad Superiorem, aut successorem. hęc Pan. vbi sup.

Idem docuit Felinus in d. §. pręterea. col. 1. n. 4. vers. Fortiꝰ voluit Imola, his præcisis verbis vtens, videlicet. Fortiùs voluit Imo. in d. c. graue. vers. aduerte tñ. Quod ab excommunicatione lata ab

homine per sententiam generalem ꝛ ita posſit alius absoluere sicut si esset lata per statutum: & ꝙ regula prædicta procedat in excommunicatione speciali, & mouetur per text. in c. ex frequentibus. extra de institu. vbi fuit lata sententia generalis non per viam statuti secundum eum. Non legi hoc alibi. & obstat dictum capit. nuper. disponens specialiter de sententia lata per viam Canonis: & ideo (inquit ipse Felinus) cùm textus hic & in alijs iuribus dicat secus de excommunicatione lata per sententiam, non videntur ista iura restringenda: ex quo iure non cauetur: Neq; obstat dictum cap. ex frequentibus: quia reuera omnes Docto. ibi, excepto Imo. intelligunt, quòd Archiepiscopus tulerit sententiam per viam statuti, quòd verisimilius est, cùm fuerit generalis pro futuris culpis, quæ regulariter ferenda non est per viam sentẽtię, c. Romana. §. caueant. de sent. excom. in sexto, licèt posſit ferri per statutum, vt in cap. 2. de constitutio. in sexto, & vtrobique per glo. & Doctor. est verum, quòd in cap. ex frequentibus. præcessit culpa & mora illorum intrusorum. quo casu potest ferri sententia generalis. dicto §. caueant. sed ex quo fuit lata sententia excommunicationis etiam in eos, qui de cętero occupabunt, procedit verisimilitudo, quam dixi, quòd fuerit per viam statuti: & posito, quòd aliàs ferreretur vna generalis excommunicatio per viã sententię, qñ prędedit culpa, mora, vel offensa, adhùc crederem (inquit) habere locũ illum text. c. nuper. per prędicta: quia regula ista non est limitata per c. nuper. nisi in excõmunicatione lata per constitutioné: ergo extrà illũ casum stabit firma ista regula: scilicet (vt antea dixerat in principio d. §. pterea.) ꝙ ab excommunicatione lata ab hoĩe, alius homo non absoluit. ‡ Hęc oĩa Felinus vbi sup.

5 6

Idem breuiter docuit Dec. in d. c. prudẽtiã. §. sexta. n. 4. col. 2. vers. secundo ex dictis Abbatis, dicẽs, ꝙ regulariter ab excõicatione hominis alius non potest absoluere.

His tñ nõ obstantibus, duabus conclusionib. satisfaciemus propositæ quæstioni, prima concluſ. sit. Dicimus & firmissimè asseueram⁹ ꝙ d. testis (de quo est sermo) nõ inciderit ꝛ in hmõi excõmunicationem cũ non potuerit aliquo pacto cõpelli ad ipsum deponendũ, stante facti occultatione. Hæc cõcluſ. probat triplici medio. Primò p tex. in c. qualiter & qñ. el primò. §. formã verò. ext. de accusat. vbi Innoc. Tertiꝰ his ꝑcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Formã verò iuramenti q̃ à clericis Nauarien. sup inq̃sitione faciẽda in hoc negotio recepistis, in similibꝰ volumus obseruari, vt videlicet iurẽt clerici, ꝙ sup his q̃ sciunt, vel credũt esse in Ecclesia sua reformãda tam in capite, quàm in membris, (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicãt inq̃sitoribus veritatẽ.] hæc ibi. cùm iudicandum sit dictum Iudicem noluisse interrogare de occultis, cũ circa illa non se extendere posſit

7

sua

Digitized by Google

sua iurisdictione: inde sequitur ipsũ intendisse in edicto generali roborato sententia excommunicationis præcipere depositionẽ manifestorum criminum, & non occultorum, prout sibi specialius præceptum fuit ab eodẽ Innocentio Tertio, in c. cùm oporteat. §. discretioni uestræ mandamus, & in cap. inquisitioni. §. tertiæ dubitationi, vers. ad hęc respondemus. extra de accus. nã in d. §. discretioni. hæc habentur, videlicet. [Discretioni vestrę mandamus, quòd nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noveritis, vos ad inquisitionem illorum non subito procedatis.] hæc ibi. & in dicto. vers. ad hæc. Hæc habentur, videlicet. [ad hæc respondemus nullum esse pro crimine, super quo aliqua nõ laboret infamia, seu clamosa insinuatio non pręcesserit, propter dicta huiusmodi puniendum, quinimo super hoc depositiones contra eum recipi nõ debere: cùm inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserũt.] hæc ibi. & quòd
8 si deposuerit testes † super occultis, cùm de iure ad id nõ videantur producti refragantibus dictis iuribus, dicatur eorum depositio nulla tanquam facta a testibus nõ iuratis, docuit apertissimus text. in c. de testibus. extra de testibus. vbi Innocẽtius Tertius, his verbis docuit, videlicet. [Consultationi tuę taliter respõdemus, quòd si testes sint inducti ad exceptionẽ dilatoriã solùmodo probandã; cum super eam tantũ iurauerint dicere veritatẽ: super principali uec debent audiri, nec cogi testimoniũ perhibere: vt potè super quo deponerent non iurati.] hæc ibi. Idem probatur per argumen. in l. si duo patroni. §. Item Iulianus. ff. de iure iuran.

Idipsum apertius docuerũt infrascripti Doctores. Nã gl. in d. c. qualiter, & quãdo, el 1. in vers. exceptis occultis, his pręcisis verbis vtitur, videlicet. Quia super his inquisitio fieri nõ debet: sed super illis tantũ, de quibus infamia præcessit, infra eo. c. inquisitionis. §. & d. c. qualiter, & quando, el 1. & addidit, quòd si testes de occultis dicant, rei nõ puniantur. vt in d. c. inquisitionis: quia super his nõ iurauerunt. Idem docuit glo. in d. c. cùm oporteat, in vers. famã ipsius. his pręcisis verbis. Hoc ideo dicit quia non est procedendũ ad inquisitionem contra aliquẽ, nisi cõtra infamatũ, vt in d. c. inquisitionis, vbi de hac materia apertius explicatur. Idẽ docuit glo. in d. c. inquisitionis. in vers. solummodo super illis. his pręcisis verbis, videlicet: Ex hoc habes, quòd de occultis non est inquirendũ, nec super illis iuratur. Vnde si dicant testes super his, non valeant talia dicta, vt potè non iurati: vt supra de testibus, capitu. de testibus, simile. ff. de iure iurando. l. si duo. §. item Iulianus. Fama ergo alicuius illæsa debet esse, vt in dicto capitulo cùm oporteat. & infra eodem capitulo qualiter, & quando, el secondo. Idipsum docuit glosa in dicto capitulo de testibus, in versiculo non iurati.

Idem

Idem docuit Innocentius in d. cap. qualiter & quãdo, el 1.col.1. verſ.& ita apparet hìc intelligendo ipſum textum quando fit inquiſitio de ſtatu Eccleſiæ.vel etiã vbi generalis fit inquiſitio de aliquo clerico,licet de iure fieri non debeat,niſi de ſpeciali crimine: niſi cùm perſona eſt multum aliàs grauiter diffamata:cùm capitula, de quibus inquiritur exprimẽda ſunt vt in cap.qualiter & quando,el 2. eod. titu. quando enim de ſpeciali crimine inquiritur:quare diceret exceptis occultis,cùm ante quã iurent teſtes, vel aliàs procedatur; debet inquiri an ſit occultũ,nec ne:Poteſt (tamẽ) dici hoc etiã habere locũ,vbi de certo crimine fit inquiſitio. Nã & tunc ſi
9 teſtis †aliud occultè nouit de illo crimine,nõ debet de illo dicere, vt in c. inquiſitioni.§.2.eod.titu. vel dic,vt ibi not. [occultis] ſi enim de occultis, & de quibus infamia non præceſſit,aliquid dixerunt teſtes, nõ valebit dictũ eorum.vt in d.c. inquiſitionis: Nec enim iurati ſunt,vt in c. de teſtibus,extra de teſtibus. & hæc vera ſunt,quando fit generalis inquiſitio. Quando autem fit ſuper certis capitulis: tunc non apponetur in iuramento hæc clauſula: cùm enim infamia præceſſerit: teſtes ſuper omnibus,quæ ſciunt de eo, quod inquiritur, veritatẽ dicent, etiam ſi illud, quod ſciunt,vel credunt, ſit occultum;vt ſi de fornicatione agitur & reuocetur, aliquis teſtis,qui ſecum iuit ad peccatum perpetrandum,de eo teſtificari debet, qui debet dicere ſecretas circunſtantias, & ea, quæ ſecreto nouit, dummodo ſit infamatus de crimine ſuper quo fit inquiſitio: puta, qui cum tali muliere fornicationem cõmiſit: ſed ſi tantum de fornicatione eſſet infamatus, non expreſſa aliqua muliere: tunc non credimus, inquit ibidem Innocen. ipſe,quòd debet teſtis reuelare fornicationem occultam, hæc Innocentius, vbi ſupra.

Idem docuit Panormitanus,in d.c. qualiter & quando,el primo, in fi.ſequens ad verbum Innocen. vbi ſupra,qui & in dicto cap. cùm oporteat, colum.2. not.1. docuit quòd etſi ad denunciationem alicuius probę vitæ poſſit ſuperior cõmittere inquiſitionem, vel ipſe inquirere,tamen non debet inquirere ſuper veritate criminis denunciati: ſed prius inquirere, an ſit infamatus de tali crimine: cũ ex ſola huiuſmodi denunciatione non oriatur infamia ſufficiens ad inquirẽdum de veritate criminis, & in not.2. dixit, quòd ſimpliciter commiſſa inquiſitione, ſuper crimine: tacitè intelligitur commiſſum,vt fiat prius inquiſitio ſuper fama, cùm illud ſit quoddam præambulum ad inquiſitionem de veritate.

Idem docuit Diuus Thom. in 2.2.quæſtio.70.artic.1.His præciſis verbis vtens, videlicet. Si requiritur teſtimoniũ alicuius ſubditi auctoritate Superioris, cui in his, quæ ad iuſtitiam pertinent, obedire tenetur: non eſt dubium quin teneatur teſtimonium ferre in his, de quibus infamia

fama præcessit. si autem exigatur † ab eo testimoniũ in alijs, puta, in occultis, & de quibus infamia non præcellit, non tenetur ad testificandũ. hęc Sanctus Thomas, quem oẽs Theologi & summularij cæteruatim sequuntur, in vers. testis, in tantum hoc illi affirmant, quòd Nauarrus in suo Manuali c. 25. §. 5. tit. de testibus. nu. 41. vers. si deprehendit aliquod peccatum alicuius secretum, dicat peccare mortaliter. qũ si molestaretur à Iudice, posset asserere se nihil scire, intelligẽdo intra se de tali, vt dicat sibi. Qui Nauarrus in dicto suo Manuali cap. 27. §. 5. nu. 15. versic. nec etiam quando Episcopus dixit, quòd quando Episcopus iubet sub pœna excommunicationis, vt qui scit tale furtũ, vel aliud, teneatur reuelare, non comprehenduntur, nisi qui sciunt taliter, quod id probare possint, si iussit, vt tanquam denunciatores patefacerent, vt in c. placuit, etsi tamen. 6. q. 1. etsi iuberet, vt patefacerent, etsi probare non possint, vtiq; contineret errorem intollerabilem: nisi quando iuberet, vt sibi exponerent veluti patri ad prouidendum secreto: & Prælatus esset is, qui debet: sed quia Prælati communiter inquirunt ad procedendum indicialiter: non tenẽtur dicere, nisi quod probare possunt.

Ex his ergo omnibus patuit dictum testem non incidisse in periurium (si vsus fuisset verbis amphibologicis, nec in excommunicationem additam periurio.

Secunda conclusio. Dato (sed non concesso, nec cõcedendo de iure) quòd hic talis testis † incidisset in dictam excommunicationem generaliter latam ab ipso Iudice per modum statuti: cùm non pro præterita culpa, sed futura fuerit fulminata. Dicimus, & firmissimè asseueramus à d. excõmunicatione posse huiusmodi testem absolui à suo ordinario, ac si esset excommunicatio iuris, & non hominis. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim in c. ex frequentibus. extra de institut. fuit lata excommunicatio, tam ratione peccatorũ præteritorum, quàm futurorum, probatur & secundo Doctorum infrascriptorũ auctoritate, videlicet Ioannis And. & Card. in c. graue. de præben. & in c. ex frequẽtibus. ext. de institu. per illum tex. Imola d. c. graue. quos retulit & sequutus fuit Nauarrus in suo Manuali. cap. 27. §. 9. nu. 42. idipsum elicitur ex sententia Pan. in dicto c. ex frequentibus. col. 2. nume. 6. in vers. vltimo nota. dicens, quòd ab excommunicatione Archiepiscopi, vel Episcopi lata per statutum potest proprius Episcopus excõmunicatum absoluere priùs satisfactione præmissa: vnde non est necesse pro absolutione ire ad illum, qui statutum edidit. Hoc probat hæc littera sic inducendo. Nam solus Archiepiscopus solus hic excommunicationem protulit, & tamen Papa mandat omnibus Suffraganeis, vt illam non relaxent, nisi satisfactione præmissa: ergo possunt absoluere, licèt ipsi non excommunicauerint.

sed

sed eorum superior & hoc tenet Io.And.hic,& in dicto c.graue. & Archid.17.dist.supra summa. secus dic in sententia lata ab homine, idest, non per viam statuti: quia ab illa non absolvit, nisi qui eam tulit, vel superior.

Idem ferè ad verbum docuit idem Abbas Panorm. in dicto c. graue.col.3.versic.& ex hoc infero. num.14. Cuius doctrinam secundum mẽtem eius conformem verbis ipsius cap.ex frequentibus intelligẽdo patet expresse ipsum Panorm. se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni. idem Felinus in c. prudentiam.§. si verò. nu. 11 versic.fallit primò. extra de offic'o deleg.his precisis verbis vtẽs, videlicet.Fallit primò ab excommunicatione lata ab homine per viam statuti:quia illam potest tollere etiam alius. Tex.est in c. ex frequentibus, extra de institu. de quo exclamat ibi Dominus Abbas in vlti. not. & probat in vers. nisi satisfactione præmissa à contrario sensu: ergo satisfactione p̃missa absoluere potest: & in vers. de cętero, quod verbum denotat sententiam illam fuisse per viam statuti: quia sententia sola non fertur pro futuris culpis, vt in cap. Romana.§.caueant.de sent.excõ. in sexto, sed bene statutum, vt in c. de constitut. in 6. & ratio est, quia non debet esse maioris potẽtiæ ista, quam lata a lege Papæ, quia si Papa per legem vnum excommunicat, alius absoluere potest, vt in c.nuper.de sent.excom. hæc ille.ex cuius verbis patuit ipsum se subscripsisse prędicti nostræ conclusioni. idipsum docuit ex professo Nauarrus in suo Manuali cap.27.§.9.nu.42.vers.addo etiam, quòd qui potest.

Probatur & tertiò hac irrefragabili ratione. Cùm duplex sit excommunicationis ab homine latæ species: seu cùm dupliciter contingat fulminari sentẽtia excommunicationis lata ab homine,scilicet specialiter, & generaliter. Specialiter quidem quando respicit certas personas & certum negotium, vt quis præmissis monitionis specialiter & nominatim non comparens fuit excommunicatus. Secundò dicetur generaliter excommunicatus à Iudice ignorante quis nam tale quid fecerit, & tunc dicetur, ab homine lata,quia ipsa respicit vel certum negotium, vel certum tempus, non tamen certam nominatam personã,vt omnes docuerũt. Ratio verò rationis quare ab excommunicatione lata ab homine specialiter contra aliquas nominatas personas propter earũ contumacia:Ordinarius non poterit absoluere sibi alias subditum,est, quia cùm effectus sit reus fori dicti excõmunicatoris, & persistat in contumacia non sine graui iniuria ipsius excõmunicatoris, & censuræ Ecclesiasticæ contemptu absolueretur: quòd quidem cessat in incursu in excommunicationem huiusmodi generalẽ:cùm cum non cognoscat Iudex, & sic forus eius nõn contemneretur indè,eò magis, quòd si teneretur ad ipsum excõmunicatorem.pro absolutione accedere, peccaret

contra

contra præceptum charitatis, detegẽdo peccatum suum occultũ. Quapropter patuit, q̃ verissima fuerit præsens nostra conclusio.

Ad iura modò, & Doctorum auctoritates in contrarium allatas, quàm facillima erit responsio dicẽdo illa iura loqui in absolutione ab excõicatione lata ab homine, specialiter propter eius contumaciam, vt apertissimè ex illis elicitur non in casu nostro, & idem dicitur auctoritatibus Doctorum cum & ipsi idem expressè docuerint vbi supra.

Et hæc est mea sñia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus semel semper habendus erit pro excõmunicato, nisi se absolutum probauerit.*
2 *Testis vnius depositio plenè probat, quando illa non vergit in damnum alicuius, & alteri prodest.*
3 *Testi vnico deponenti de absolutione ab excommunicatione obtenta, plenè probat.*
4 *Virtute cõmunionis communiter prę stitæ excommunicato respectu communicantium secum, habebitur ipse excommunicatus pro absoluto, sed respectu ipsiusmet excommunicati relinquitur arbitrio Iudicis, qui aliqua considerabit antequam proferat sententiam suam.*

Excommunicatus obtenta absolutione, sed non in actis redacta, an possit sacra administrare.

THEMA.

Quidam Sacerdos regularis grauiter percussit rixando alium Sacerdotem post cuius percussionem fuit ille inquisitus, & tandem conuictus humiliter accedens ad suum Superiorem precibus absolutionem a tali incursa excommunicatione obtinuit, de qua nihilominus in actis nulla reperitur mentio: ipse tamen Sacerdos obtẽta dicta absolutione per annos vndecim in circa celebrauit, & alia sacramenta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ministrauit, & ab omnibus communiter habitus fuit pro absoluto. Tandem Visitator dictę Religionis inter alios processus reperiẽs dictum Sacerdotem inquisitum, & conuictum de incursa tali excommunicatione, & non inueniens sequutam absolutionem, ipsum publicare excommunicatum an debeat? ambiguit.

Quæritur

Digitized by Google

Queritur modò quid dicendum?

DECISIO XXXXVIII.

RESPONSVRI breuiter ꝓpoſitę quęſtioni, dicimus, & firmiſſime aſſeueramus, quòd etſi regula veriſſima ſit iuris, quod ſemel excommunicatus, † ſemper ſit habendus pro excommunicato, niſi ſe abſolutum probauerit, vt docet textus aperti ſſimus in c. ſicut nobis, extra de ſententia excommunicationis, & ibi per gloſam, & Doctor. & multos alios Doctor. recenſitos ab Antonio Gabriele in tractat. concluſionum lib. 1. titu. de teſtibus concluſ. 19. nu. 6. verſ. quarto amplia. Nihilominus in caſu propoſito dicimus ipſum omnino iudicandum fore abſolutum a dicta excommunicatione incurſa in iudicio & extra, eo quòd ipſe Sacerdos probauerit in actis ſemiplenè de poſitione, ſcilicet vnius teſtis Sacerdotis eiuſdem Religionis, deponentis cum iuramento † ſe vidiſſe illum abſolui a dicta excommunicatione incurſa, a ſuo Superiore tũc temporis, cuius virtute dictus abſolutus adminiſtrauit Sacramenta, & deinceps, & hoc aſſertum probamus duplici regula iuris. Prima quarum eſt, quòd quando depoſitio vnius teſtis nemini noceret, & alteri prodeſſet, probat: vt quã plures Doctor. recenſiti a dicto Gabriele in dicto tractatu, tit. de teſt. bus, cõcluſione prima. nu. 16. verſ. primo limita hanc regulam. At cum depoſitio dicti teſtis (de quo eſt ſermo) nulli noceat & proſit ipſi Sacerdoti, cum ex ipſa depoſitione veniat ipſe Sacerdos abſoluendus ab onere probandi ſe fuiſſe abſolutum a tali excommunicatione, & nemo veniat inde condemnandus, per ſe patet dictam regulam in caſu noſtro locum habere. Secunda regula eſt, quod in probanda abſolutione ab excommunica tione creditur † vni teſti, prout dicit Calderinus in concil. primo, tit. de teſtibus Felinus in cap. veniens col. pen. num. 23. verſ. ſcd in quantum. extra de teſtibus. Hipp. in l. 1. §. ſi ex vltro. col. fina. ff. de quæſtionibus, quos Docto. ſequitur & refert Gabriel. vbi ſupra, nume. 17. verſ. ſecũdo limita. ad hoc ipſum probãdum accedit probatio facta de fama, ſeu de auditu per duos teſtes Sacerdotes eiuſdẽ Religionis, deponentes de auditu, vltra innumeros teſtes qui poſſunt hoc ipſum deponere, prout a parte dicitur & offertur. Inſuper ad hoc ipſum dicendum mouemur doctrina preclariſſima Panormitani, in cap. propoſuit. col. 2. not. 5. in verſ. in glo. fina. extra de ſentent. excommunicationis, qui dum examinat, an vigore cõmunionis † preſtitæ excommunicato communiter ab omnibus, de præterito præſumendum ſit, præceſſiſſe

1 2 3 4

fisse absolutionē, & quod habeatur pro absoluto refert vltimo loco suam opinionem dicendo; quod respectu ipsius excommunicati huiusmodi communio an faciat, vt habeatur pro absoluto? relinquitur arbitrio Iudicis, prout etiā docuit Hostien. nam ipse cōsiderabit an factum sit antiquum, & temporis cursu potuerit verisimiliter perire probatio absolutionis, de facili enim moriuntur testes. hæc ille. ex cuius singulari doctrina elicitur veritas nostræ decisionis, & hac alia ratione. Nā vnicuique prudenti uiro considerāti diuturnitatem tēporis istius casus, conditionem ipsius Sacerdotis regularis, prudentiam, & zelū obseruantiæ tum regularis, cum præceptorum Ecclesiasticorum, & diuinorum, qui præsumitur adfuisse in tot prælatis, visitatoribus, & guardianis, ac alijs patribus Deum timentibus, nec nō & facilitatem adipiscendi huiusmodi absolutionem a tali incursa excommunicatione, perspicuum erit ipsum Sacerdotem excōmunicatum noluisse insordescere in tam pessimo statu excommunicationis, & tam infideliter & temerariè in ipsa perseuerantē administrare sacrosancta Sacraméta Ecclesiæ, eo magis, quòd nisi fuisset omnino insanæ mentis, timere debuerat pœnas tēporales in dies inflictas perseuerantibus in excommunicationibus.

Ex his ergo omnibus in mediū allatis denuo asseueramus ipsum regularem Sacerdotem olim excommunicatum, fuisse & esse iudicialiter, & extraiudicialiter habendum pro absoluto, ac nullam incurrisse irregularitatis maculā, ex administratione cuiuscunque Sacramenti hucusque ab ipso per vndecim ferè annis administrati: ac per consequens nulla ipsum indigere absolutione a tali excommunicatione omnino asseueramus, nec aliquo pacto fore de iure ac de causa solum molestandū, aut aliqua alia pœna plectendum, stantibus dictis probationibus, & Doctorum authoritatibus.

Nec pius Iudex ac prudens ad dictum Sacerdotem vexandū poterit de iure moueri vecordia compilatoris processus, qui forsan grauioribus impeditus negotijs, non studuit in actis redigere absolutionem sequutam dicti Sacerdotis, stāte iuris regula, in qua habetur quod nemo debeat alterius odio grauari, vt in c. non debet. de regul. iur. in 6.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V. I. P.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota ignorans rem esse emphyteoticam, & ideo non soluens canonem an sit priuatus inde iure suo.*

2 *Emphyteota voluntariè cessans a solutione canonis, an sit priuatus iure suo.*

3 *Emphyteota non soluens propter ignorantiam non excusabitur, si dominus*

Digitized by Google

dominus directus probabit ipsum scisse possessionem esse emphyteoticam, & non soluisse.

4 Legans rem emphyteoticam, an dicatur, alienare ita vt priuetur iure suo.

5 Legare rem emphyteoticam. Quæ requirantur vt quis possit.

6 Possessio emphyteotica non poterit alienari in potentiorem, nec in æquè potentiorem.

7 Ecclesia compelli nõ poterit ad alienandum bona acquisita sibi, nec aliæ personæ ecclesiasticæ, nec pro illis retentis soluere collectas, vel gabellas.

8 Emphyteota an possit donare vel legare rem emphiteoticam domino directo irrequisito, vel hæredẽ (etiam Ecclesiam) instituere in re emphyteotica Ecclesiastica.

9 Emphyteotis quare fuit prohibitum legare bona ecclesiastica emphyteotica ecclesiis.

10 Legatum huiusmodi ad quid valeat in fauorem Ecclesiæ legatariæ.

11 Alienatio possessionis emphyteoticæ facta in fauorẽ Ecclesiæ ab emphyteota, irrequisito domino directo, quando sit prohibita.

12 Legans rem empyteoticam Ecclesiæ irrequisito domino directo, dicetur deterioraſſe rem emphyteoticam, & ideo illa priuabitur, & quare.

13 Cadens scienter in commissum proprio defectu a die talis casus, tenebitur restituere tales fructus indè sumptos mala fide, domino directo.

14 V'sufructuarius tenebitur restituere fructus perceptos a die finiti vsusfructus.

15 Emphyteosis ecclesiastica de sui natura non transit ad extraneos.

16 Emphyteota alienãs & inducens emptorem in talem possessionem irrequisito domino directo, cadet a iure suo.

17 Alienans rem emphyteoticam irrequisito domino, præuia tamen protestatione, scilicet saluo iure &c. quando cadat a iure suo tam in Regno Siciliæ, quàm alibi.

De materia emphyteotica

THEMA.

Monasterium Ecclesiæ cathedralis Montis regalis habens dominium directum super quibusdam domibus, seu territorio, super quo ædificatæ fuerant ipsæ domus, tradidit ipsum territorium in emphyteosim cuidam ciui Panormitano, sub pactis, & conditionibus emphyteoticis; qui emphyteota post aliquod tempus moriens, ipsam possessionem emphyteoticam, seu ipsas domos emphyteoticas legauit cuidam Hospitali vnà cum cæteris suis bonis; ipsum verò Hospitale nunquam obtinuit assensum a dicto Monasterio, quapropter post viginti quinque annos ad dicti Monasterij notitiam deuenit, dictas domos fuisse

legatas

Ogatas dicto Hospitali, a quo ipsum Monasterium requisitum fuit, vt assensum præstaret ipsi Hospitali.

Quæruntur modò infrascripta.

Et primò, an dictum Hospitale ceciderit in commmissum, & priuandum sit dictis domibus sibi legatis a dicto testatore olim emphyteota dicti Monasterij ob non solutum Canonem, & alienationē factam sine assensu dicti Monasterij.

Secundò an dictum Monasterium teneatur de iure assensum præstare dictæ alienationi factæ in fauorem dicti Hospitalis dato, quòd forsan dictum Hospitale foret excusandum de iure a dicta caducitate.

DECISIO XXXXIX.

INVOCATO Sanctissimę Trinitatis nu mine, ac Beatissimæ Deiparæ, (sub cuius titulo, ac no mine nūcupatum reperitur dictum Monasteriū nostrum) Beatissimiq̃ Patriarchę Benedicti potentissimo suffragio, literis commendare studebimus quicquid ex Sacrorū Canonum, & legum Imperialium decretis, Doctorūq̃ votis excerpere pro decidendis propositis quæstionibus desuper indultum fuerit.

Circa primam propositā quæstionē videbatur primò dicendū, quòd dictum Hospitale nullatenus fuerit priuandum dictis bonis emphyteoticis, cū non præsumendum sit ipsum Hospitale dolo defijsse quærere assensum à dicto Monasterio, tam ante, quàm post possessionem apprehensam dictarum domorum emphyteoticarum, eò q' de quolibet potiùs præsumenda sit bonafides, quàm mala; & ideò ipsum Hospitale nō præsumitur dolo cessasse à solutione Canonis debiti in recognitionem directi Dominij, quapropter dicendum erit, quòd etsi de rigore iuris dicitur, quòd emphyteota † ignorans rem esse emphyteoticam, puta, quia successisset in ius alterius, & non soluens sit priuandus suo iure, non tamen de æquitate, & sic huic Hospitali legatario ex capite probabilis ignorantię indulgēda videtur restitutio in integrum aduersus Canonem non solutā ex clausula generali, scilicet si qua mihi iusta, &cęt. prout docuit Glos. in l. 2. in versic. legem. C. de iure emphyteotico, quam sequuntur communiter Doctores, vt ait Decius cons. 58. in fin. & quòd ita cōmuniter teneatur docuit Imol. in c. potuit, nu. 56. ext. de locato, & cōducto. Salic. in d. l. 2. nu. 25. C. de iure emphyt. Corn. in cōs. 165.

† emphyteota

Digitized by Google

in littera Q. & R. lib. 2. Iaſ. in d. l. 2. nu. 184. & in l. cũ filiusfamilias. §. In hac ſtipulatione, numero ſeptimo. ff. de verbor. obliga. Socin. conſil. 70. numero 23. lib. 1. Iulius Clarus in §. emphyteoſis, quæſtione octaua, verſiculo proſequendo materiam, dicés, quòd ſuper hoc in practica non ſoleat vlla fieri difficultas. Ac per conſequens dicendum fore videtur ipſum Hoſpitale non cecidiſſe in commiſſum ob dictam ſolutionem canonis prætermiſſam, nec per conſequens propter aſſenſum a dicto Monaſterio non petitum, & non obtentum, ſtante dicta ignorantia facti, quæ de ſui natura ea laborantem excuſat.

His tamen de iure non obſtantibus, reſpondendo dicimus, ipſum Hoſpitale omninò priuandum fore de iure dictis domibus emphyteoticis ſibi legatis; Nam aut ipſum Hoſpitale ceſ-
2 ſauit voluntariè a ſolutione † canonis, aut inuoluntariè; ſi voluntariè, vtique ſecundum communem Doctorum opinionem adhærentem veræ doctrinæ expreſſæ in capitu. potuit, extra de locato, & conducto, & in l. 2. C. de iure emphyteo. vbi communiter hoc affirmatur per Doctores, cum a die adepti legati vſque ad preſens tempus multi percurrerint anni; Si vero dicerentur ab aduerſarijs, quod propter ignorantiam rei emphyteoticæ non ſoluerit ipſum Hoſpitale canonem, nec aſſenſum petierit, & idcircò dictum Hoſpitale excuſandum eſſet a dicta caducitate ſtantibus ſupra recenſitis Doctorum ſententijs: quæ vtique (prout peroptimè ſubdidit vbi ſupra ipſe Iulius Clarus.) Doctorum ſententia locum non habet in caſu noſtro, cùm ipſemet ſubdiderit dicens, quòd
3 tunc haberet locum, † quando Dominus directus non poſſet probare ſcientiã: nam ſi hoc ab ipſo probaretur, vtique ceſſaret cauſa reſtitutionis in integrum, & ſic priuandum eſſet in caſu noſtro ipſum Hoſpitale; cùm Monaſterium prædictum hoc probare poterit contra ipſum Hoſpitale verbis, quibus dicitur vſum fuiſſe emphyteotam legantem, cum ille expreſſerit qualitatem dictarum poſſeſſionum emphyteoticarum, de quibus eſt ſermo, prout feciſſe præſumitur ipſum legantem hoc exprimendo: ſed dato, quòd dictus teſtator in legando non expreſſerit conditionem dictarum domorum, alia etiam de cauſa ipſum Hoſpitale de iure priuandum erit dictis bonis; nempè, eo ipſo, quòd legauit ipſe emphyteota ipſi Hoſpitali, cecideritipſe legator a iure ſuo, eò quod huiuſmodi alienatio de iure erat prohibita, vt latius in reſponſione ad ſecundam quæſtionem probabitur. Nec obſtat, quòd communis opinio ſit, * quòd in legando, vel donando rem emphyteoticam ſine prę-uio aſſenſu Domini directi emphyteota

phyteota non cadat a iure suo
4 † sine traditione dominij, prout latissime docuit Iulius Clarus in dicto §. emphyteosis, quæstione decima quinta, asserens hanc esse communem Doctorum opinionem. Non obstat (diximus) in casu nostro, cum ipsemet Iulius Clarus ibidem in verbo arbitror, subdiderit dicens,
5 arbitror tamen † quinque requiri ad hoc, vt huiusmodi legatum, vel donatio valeat, ne emphyteota cadat a iure suo, primo quòd non fiat in personam, in quam de iure communi, vel ex pacto sit prohibitum alienari, prout sunt ecclesiæ, loca pia, clerici, curiales, & personæ aliæ potentiores ipsis emphyteotis, cùm vulgaris sit, & notissima regula, quòd non possit
6 emphyteosis † alienari in potentiorem, prout docuerunt communiter Doctores, & ipsi communi opinioni se subscripserunt Iason in l. finali, nume. 90. & 97. C. de iure emphyteotico, & alij Doctores ibidem: & Corbulus in tractatu de emphyteosi. titulo de causa priuationis ob non solutum canonem, limitatione vigesima, vbi multos alios recensuit Doctores, addens modũ probandi emphyteotam sciuisse conditionem rei emphyteoticæ alienatæ: Idipsum docuit latissimè idem Corbolus ibidem titu. de causa priuat. ob alienat. ampliatione duodecima, per totum, cõcludens, quòd non possit alienari personæ æquè potentiori ipso directo domino, nec non docuit ipse Iulius Clarus in dicto §. emphyteosis, quæstione vigesima secunda. Cum ergo legando, & tradendo dominium Hospitali alienauerit potentiori ipso legante, inde sequitur ipsum taliter legantem cecidisse in commissum, & ipso iure fuisse priuatum omni iure suo: prout latissime Amęd. docuit, & alij in locis infra citandis (in responsione ad secundam quæstionem) quòd si erat priuatus iure suo, indè sequitur legatum in Hospitale, non transtulisse aliquod ius, cùm ipse legans iam omni suo iure fuerat priuatus, stante iuris regula in capitulo is qui, de regulis iuris in sexto. vbi dicitur [Is, qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.]

Ex his ergo patuit ad dictum Hospitale nullum ius deuolutum fuisse virtute dicti legati sibi facti, etiam si qualitatem ipsius rei legatæ ignorasset; sed omne ius, quod ipse emphyteota habebat in dictis domibus, deuolutum fuit ad ipsum Monasterium, apud quod reperitur directum dominium dictarum domorum.

Circa secundam propositam quæstionem videbatur primo dicendum, quòd stante tali legato dicto Hospitali facto, & possessione ab ipso pacificè apprehensa, (in qua adhuc perseuerat) quòd etsi teneretur soluere pensiones hucusque non solutas, quæ aliàs soluendæ fuissent ab

Digitized by Google

emphyteota legaute, non tamen de iure poſſe priuari dicta poſſeſſione emphyteotica per ipſum poſſeſſa, cùm in eius fauorem videatur protuliſſe ſententiam Alexandri Papæ Quarti (prout habetur in capitulo primo, de immunitate Eccleſiarum, ſexto, §. finali) his præciſis verbis vtens, videlicet. [Nec etiam liceat illis
7 ipſas eccleſias, † vel perſonas ad diſtrahendum, vel alienandum, aut extra manum ſuam: aliquo modo ponendum, acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent aliquatenus coarctare] ex quibus prima fronte videtur elici nullo pacto de iure poſſe Monaſterium ſupradictum Mon
9 tis Regalis priuare de dictis domibus emphyteoticis dicto Hoſpitali legatis, ipſummet Hoſpitale, ne videatur ipſum priuare poſſeſſione iam antea acquiſita contra dictum canonem.

His tamen non obſtantibus, vera concluſio, & ſententia tenenda eſt, quæ ab infraſcriptis Doctoribus expreſsè docetur in caſu noſtro: Bartolus enim in l. prima, §. penultimo, ff. de ſuperficiebus, numero primo, dixit, quòd emphyteota non poſſit donare, vel locare domino irrequiſito. qui Bartolus apertius loquens in caſu noſtro in l. ſi domus. §. finali, dixit (poſt aliqualem diſputationem) quòd em
8 phyteota † eccleſiæ non poteſt alienare aliquo modo, nec donando, nec vendendo, cum emphyteoticus fundus non poſſit donari, vel legari; & Speculator etiam in libro quarto, titulo de emphyteoſi, numero centeſimo-quadrageſimo ſecundo, verbo 116. quæritur quid ſi emphyteota donet, vel leget quomodocumque alicui Eccleſiæ, vel eam hæredem inſtituat, nunquid eccleſia ipſa ſibi poterit retinere? Ipſe reſpondet quòd non, quia Eccleſiæ intelliguntur prohibitæ, & omnes aliæ perſonæ, quæ non ſunt idoneæ facilitate conueniendi, vnde hodie prouinciales in inſtrumentis modernis apponunt, vt emphyteota poſſit transferre in alium, exceptis eccleſiis, ſiue Sanctis Clericis, &
10 militibus: ſi enim res † peruenirет ad manum mortuam (prout loquuntur Gallici) dominus fraudaretur iure ſuo, quia cum Eccleſia non poſſit alienare, nec conditionem ſuam deteriorare, non poſſet amodo habere laudemium, nec res ita de facili incideret in commiſſum. hæc ibi Speculator. qui in ſequenti queſtione centeſima decimaſeptima dixit, quòd etſi valeat † legatum, vel donatio, vel inſtitutio, ſi quis donet, vel leget Eccleſiæ, vel inſtituat hæredem, ſcilicet quantum ad hoc, quòd Eccleſia rei æſtimationem recipiat, & de conſuetudine (quæ eſt optima legum interpres) & communiter ab omnibus ſeruatur; quòd teneatur Eccleſia vendere infrà annum; Idipſum elegantiſſimè docuit Henricus Boic. in ca-

Digitized by Google

in capitulo potuit, columna tertia, numero decimoquinto, versiculo & idem Ioannes Andreas, dicens, quòd etiam Ioannes Andreas dixit, quòd si legat, vel donat emphyteota ius suum ecclesiæ, valet quo ad hoc, quòd æstimationem recipiat, & de consuetudine seruatur, quòd ecclesia vendere tenetur infra annum: & quòd idem docuerint Petr. & Hostiens. in dicto cap. potuit. Idē docuit Panormitanus in dicto c. potuit, nume. 10. dicens, quòd si res emphyteoticaria priuati donatur, vel legatur ecclesiæ, solum debet inde recipere pretium, & non tenere cum præiudicio domini. Idem docuit Angelus Aretinus in §. adeo autem, nume. 7. versicu. quæro quando emphyteota. sequens sententiam Bartoli in dicta l. si domus, dicentis, quòd vendere non possit, aut donare, aut legare emphyteota irrequisita Ecclesia, aliàs cadet a iure suo; cum videatur vendere in fraudem vt rem propriam, volendo priuare Ecclesiam iure suo. Idipsum docuit Augustinus Berous in dicto capitu. potuit, numero 125. versicu. quid iuris autem in emphyteota Ecclesiæ, vtrum possit hæredem instituere, & concludit, quòd non potest: alioquin esset aperta via transferendi per vltimas voluntates res emphyteoticas in personas extraneas; & ibidem in numero 127. concludens, dicit, quòd dictus textus in dicto capitulo potuit. dicens, quòd ius emphyteoticum non possit transferri in personas prohibitas, vt est Ecclesia, quia illud verum est, quando fieret translatio titulo particulari, vel hæreditario repræsentatiuo, non autem si titulo vniuersali non repræsentatiuo; qui Berous melius declarans semetipsum in capitulo in præsentia, numero 421. exponens iura illa decentia, quòd non possit
11 † transferri emphyteosis Ecclesiæ in duriorem personam, dixit, quòd habeant locum, quando titulo particulari, vel vniuersali voluntario, & facto hominis: secus si facto legis necessario. Et cum per se pateat, quòd quando quis legat alicui Ecclesiæ, huiusmodi legatum dicendum omnino foret fuisse factum hominis voluntarium; Inde sequitur ipsum Berous se subscripsisse præsenti nostræ decisioni; Ad hoc etiam accedit, quoniam si dictus testator (vt præsumitur) simpliciter legasset dictas domos emphyteoticas, ipse emphyteota priuaretur iure suo, secundum supradictam sententiam Bartoli in dicta l. si domus. §. finali. cuius opinionem asserit ibidem Alexander esse communem; & Corneus in consilio octuagesimoquarto, incipiente videtur. columna prima, volumine secundo; & Iason consilio 109. incipiente spectabilis. volumine secundo: & ratio istius sententiæ videtur etiam alia hæc: Nam testator
12 † videtur legando male vti re sibi in emphyteosim data, ac inde ipsam deteriorare, cum ex

eo paretur legatario causa contra dominum præscribendi: qua propter per consequens ipse effecit eam deteriorem: meritò igitur veniet priuandus, vt in authentica Qui rem. C. de sacrosanctis Ecclesijs, cùm agat contra naturam contractus deteriorando rẽ, quam meliorare tenebatur. Insuper firmissimè asseueramus, quòd ipsum Hospitale condemnandum foret ad restituendum omnes, & singulos fructus, seu redditus hucusque perceptos, a die assequuti legati: cùm stante tali alienatione indebita, ipse emphyteota legans de iure, erat priuatus dicto iure emphyteotico iam deuoluto ad ipsum Monasterium directum dominũ, stante veritissima conclusione Doctorum dicentium, quòd quando emphyteota cecidit in commissum, & si adhùc perseueret in possessione, tenebitur restituere possessionem, vnà cum fructibus receptis
13 a die, quo scienter † cecidit in commissum, nolendo soluere canonem, nec assensum obtinere: cum ignorare quod omnes sciunt ac scire possunt, dicatur ignorantia voluntaria; sicut & vsufru-
14 ctuarius † tenetur restituere fructus perceptos a tempore vsusfructus finiti, vt in l. si pater. C. de vsufruct. prout etiam expressè sen serunt Speculat. in titulo de emphyteot. versicu. decimo quæritur, nume. 19. quem citat, ac sequitur Iason in l. 2. columna 28. C. de iure emphyteo. & Ripa in repetitio. l. si vnquam. C. de donation. & gra. reuoc. §. quadragesimo, in versic. circa secundum, nume. 100. & sequen. & hoc propter malam fidem, quæ præsumitur contra ipsum Hospitale, cùm probari possit scientia qualitatis dictarum domorum, prout docuit textus apertissimus in l. certum. C. de rei vendicatione, vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Certum est malæ fidei possessores omnes fructus soiere cum ipsa re præstare: Bonæ fidei verò extantes, post autem litis contestationem, vniuersos] hæc ibi. vbi communiter per Doctores, & latissimè per Corbulum in dicto tractatu. vbi supra, ampliatione quadragesimaquinta, per totum, & ratio rationum est, quoniam emphyteosis ecclesiastica (prout est de qua fit ser-
15 mo) simpliciter concessa † de sui natura non transit ad extraneos & sic ad Hospitale, sed solùm ad descendentes illorum, qui pro se, & descendentibus ex se obtinuerunt huiusmodi possessiones spectantes ad emphyteosim ecclesiasticam, prout latissimè docuit Iul. Clar. in §. emphyteosim quæst. 28. in versic. tertius est casus, recensendo innumerorum Doctorum sententias hoc ipsum expressè sentientium.

Ad hoc ipsum probandum accedit, quòd etsi fuisset indulta facultas dicto leganti à dicto Monasterio alienãdi dicta bona emphyteotica, non inde sequeretur ipsum potuisse alienare Ecclesiæ, tanquam potentiori: nam etiam stante tali facultate indulta, alienãs Ecclesiæ cadit à iure suo, cùm

alie-

alienauerit in potentiorem, sine speciali mandato ipsius Monasterij directi Domini (prout quàplurimis auctoritatibus probauit Corbol. in tract. de emphy. tit. de causa priuat. ob alienationē, &c. ampliat. 12. per totum, & Iulius Clar. ante ipsum in §. emphyteosim quæst. 22. etsi ibi non dixerit priuari dictis bonis alienatis ipsum emphyteotam, nec quòd non sit priuandus, cùm de hoc iam dixerat in alijs locis, de quibus supra fecimus mentionem.

Ad hoc ipsum etiam facit com
* munis sententia Doctorum, di-
16 centium, quòd si alienans † inducat nouum emphyteotam irrequisito Domino, ea ratione cadit à iure suo, tùm is, qui alienauit, quàm acquisitor, vt in l. fi. C. de iure emphit. & ibi per Doctores, & per Amęd. in tract. de laudem. quæst. 19.

Ad hoc accedit, quòd cum legans alienasse dicendus sit, inde dicetur fore ipsum priuādum dictis bonis, etiam si in alienatione
17 protestatus fuisset, † quòd ipsam alienatīonem faciat saluo, & reseruato consensu Domini, vel saluo iure directi Domini. cùm talis protestatio contraria sit facto, & ideò ipsum non releuet, prout latius docuit Iul. Clar. in §. emphyteosis. quæst. 13. versic. item quæro. etsi non negemus, quòd si protestatus fuisset se alienare saluo, & reseruato consensu Domini, & non aliter, nec alio modo, talis protestatio verbis geminatis concepta operata fuisset, q dictus emphyteota ,ppter alienationem ipsam non cecidisset à iure suo, etiā si sequuta fuisset actualis, & vera traditio, prout ipsemet Iulius Clar. ibidem probat auctoritate etiam aliorum. Quòd tamen non habet locum in regno Siciliæ propter constitutionē specialem in contrarium editam à Carolo Imperatore, vt infra dicemus.

His ergo præhabitis, quàm facillima erit responsio ad dictum tex in dicto c. primo, ex quo prima fronte videbat contrariū fuisse sentiendum: nam dictus text. nullā penitus mentionem facit de casu nostro, cùm tātummodò intenderit Alexander Quartus impedire, ac prohibere temeritatē nōnullorum laicorum volentium inuictè cogere Ecclesias ad soluendas collectas', & taleas ipsis laicis pro bonis per Ecclesias acquisitis, vel ipsis compellere ad dicta sua bona vendenda (vt ibi iacet in litera) cùm ad talium solutionem nullo pacto ipsæ Ecclesiæ teneantur. Quapropter meritò inibi agitur solùm de iniusto præiudicio Ecclesijs non inferendo, non autem de lucro captando per ipsas, in præiudicium iuris tertio acquisiti, & sic per consequens in casu nostro nihil decreuit ipse Summus Pontifex per dictum textum. quapropter per se patet nihil eliciendum fore contra supra recensitam nostram sententiam ex dicto textu, ītantibus tot Doctorum sententijs, & rationibus ab ipsis allatis: sciendum tamen, quòd dicta protestatio locum non habet in Regno Si-

cilix: cùm in capitulo 116.regni, folio 449.contrarium decreuerit Carolus Imperator, vt obuiaret fraudibus venditorum vtentium dicta clausula, sine assensu subsequuto post sex menses.

Hæc ergo pauca de multis in medium producta sufficiant.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas Congregationis Cassinensis. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans de aliquo opere, quòd sit peccatum mortale, et illud tale perficiens, quando peccat mortaliter.*

2 *Foro pœnitentiali in dubio asserendum erit esse mortale, & quare:*

3 *Foro fori, vbi agitur de pœna imponenda pro irregularitate incursa, in dubio dicendum erit nullam irregularitatem incursam.*

4 *Irregularitas nõ incurritur, nisi pro casu expresso in iure.*

5 *Foro pœnitentiali, vel quasi, dubius de incursu excommunicationis, vel alterius pœnæ: & aliquando in foro fori, debebit reputari incursus.*

6 *Via in dubijs tutior est eligenda, & quod certius est.*

7 *Interpretatio benignior in iudicijs, sed seuerior in foro animæ capienda est. & quare.*

8 *Excommunicatus quis erit vitandus.*

9 *Excommunicatum cui non constat nisi per famam fuisse abstinere is debebit à celebratione Missarum, & alijs, a quibus cæteri excommunicati abstinere tenentur.*

10 *Excommunicatus post appellationẽ factam, celebrare, & alia facere non prohibetur: sed communicantes ei non erunt tuti, donec docti fuerint de nullitate excommunicationis, & vitabuntur etiam in iudicialibus.*

11 *Actibus ab extraiudicialibus quis non repelletur, & legitimis pendente probationis articulo de nullitate sententiæ.*

12 *Denunciatio publicè facta quando dicatur probare aliquem excommunicatum.*

13 *Excommunicatio erit probanda argumentis apertissimis ad conuincẽdum quem excommunicatum. & quare.*

Interpretatio actus qualiter facienda sit, tam in foro poli, quàm fori in dubio.

THEMA.

Cum essemus interrogati, an in dubijs esset iudicandum quem incidisse in pœnam, aut culpam eo quòd semper tutior via esset eligenda: & hæc quæstio visa esset quotidiana, & scitu necessaria, operæpretium duxi-

duximus ipsam absoluere nonnullis conclusionibus statim afferendis, cùm ipsa multos amplectatur casus.

DECISIO L.

PRIMA conclusio sit. Quicunq; tam in ommittendo, quàm committendo de aliquo dubitat, † an illud faciendo, vel ommittendo mortaliter peccet, necne, & perdurãs in tali ambiguitate illud tale ommittit, vel facit, vtique hunc mortaliter peccasse dicendũ erit, cum simus in foro pœnitentiali, & agitur de imponẽda pœnitentia, vbi in fauorem animæ tutior (etsi durior) via eligenda erit: Immo & hoc idem erit dicendum etiam si antè huiusmodi actum commissionis, vel omissionis dubitasset, an esset mortale, de quo modò dubitat, an mortale fuerit nec ne. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò per iura afferenda infra in conclusione tertia. Secundò Doctorum auctoritate. Nam Pan. in c. ad audientiã. col. 2. vers. aut agit in foro pœnitẽtiali, † ext. de homic. vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Aut agit in foro pœnitentiali ad imponendã pœnitentiã, & in dubio potius debet reputari peccasse mortaliter: & ratio est, quoniam in foro pœnitentiæ semper tutior via erit eligenda, quia in hac parte nullum subest periculum. Nam bonarum mentium est ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur: idem repetijt in locis citandis in conclusione tertia infrascripta. Idem docuit Felinus in d. c. ad audientiam. col. 1. versic. facit quod not. Pet. dicens, quòd Pet. de Anch. in cons. 185. incip. Prima facie. in fine loquens de confirmatione facta per moriẽtem, quia posset importare magnum, & paruum delictum, interpretatur magnum in fauorem animæ. Idem docuit Syluester in sua summa. in versic. dubium. §. 4. sequens Pan. ad verbũ. Idem docuit Nauarrus in suo Manuali c. 14. §. 6. num. 20. versic. si in periculum. His præcisis verbis vtens, videlicet, si in periculum peccati mortalis se exposuit: veluti si cũ dubius esset, an aliquid sit peccatum mortale, vel non, illud fecit, mortaliter peccauit: qđ & ipsemet Nauarrus repetijt in c. si quis autem, a nu. 57. vsque ad nu. 81. de pœnit. dist. 7. Idem docuit Diuus Bonauent. in 4. sent. dist. 17. quem citauit Nauarrus in Manuali, vbi supra. idem docuit Armilla in vers. periculum. Idem docuit auctoritate multorũ, Marsil. in suo singulari 151. incip. Semper in dubijs.

Probatur & tertiò hac ratione, cum is, qui facit, vel omittit id, de quo dubitat, an sit mortale illud facere, aut ommittere præelegit potius se periculum mortaliter peccandi incurrere, quàm illud tale non facere, vel omittere. Indè sequitur ipsum tacitè voluisse mortale committere. Quapropter in foro pœnitentiali erit iudi-

iudicādum ipsum incidisse in peccatum mortale, & hoc idem dicetur in fauorem animæ (attendendo viam tutiorem, etsi sensualitati nostræ videatur sententia ipsa durior) de actu iam facto, de quo dubitatur, an sit mortale peccatum, necnè, & addi poterit, & hęc alia ratio, quoniā bonarum mentium est ibi timere culpam, vbi non est. vt in cap. consilium. extra de ieiunio.

Secunda conclusio in foro fori
3 † vbi agitur purè de pœna imponenda pro irregularitate incursa aliqua de causa, scilicet quando alicui hoc opponatur in iudicio in dubio non debet quis reputari irregularis. Hæc conclusio probatur duplici medio. Primò enim per argum. in c. is, qui. de sentent. excommun. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet. [Is qui in Ecclesia sanguinis, vel seminis effusione polluta, vel qui præsentib. maiori excommunicatione notatis scienter celebrare præsumit. licèt in hoc temerariè agat (cùm id nō sit expressum in iure) irregulari-
4 tatis † tamen non incurrit.] ‖hæc ibi. in principio. Diximus probari nostram conclusionem per arg. in dicto c. is. Quoniam indè patentissimè elicitur veritas eius. Nam tunc dicetur casus dubius, quando in iure non reperitur expressus, vt patet ad sensum. idem & apertiùs probatur in c. fin. dist. 33. vbi Gregorius Papa docuit, quòd in rebus dubijs non debeat fieri absolutum iudicium, sed remittendum conscientiæ eius, contra quem actum fuerat. facit etiā ad hoc text. in c. fin. ext. de iureiur. vbi dicitur, quòd actore non probante, reus absoluitur. facit textus in regula in obscuris. de regu. iur. in sexto, vbi dicitur, ℣ in obscuris minimum est sequendum. Facit etiam ad hoc & alia regula in c. cum sunt partium. de regu. iur. in sexto, vbi dicitur. [Cùm sunt partium iura obscura reo fauendum est potius, quàm actori.] & ratio est in promptu, quoniam iura magis inclinantur ad absoluendum, quàm ad ligandum. Idem habetur in c. in obscuris. de regu. iur. in sexto, & in l. semper in obscuris. ff. de regu. iuris, vbi dicitur. [In obscuris semper quod minimū est sequendū.] Idem habetur in l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & similibus latè relatis per Hyppol. de Marsil. in suo singul. 151. incip. Semper in dubijs. & scias, quòd ipse Hyppolitus multos casus decidit in eadē materia notatu dignissimos in repet. C. de probat. a num. 406. & deinceps. Idem probatur per tex. in c. significasti. §. quod si discerni. de homic. Probatur & Doctorum auctoritate præsens cōclusio. Nam hoc ipsum docuit Innocentius in c. ad audientiam. in fi. ext. de homic. qui in c. cum tu. ext de testibus dixit, quòd in iudicijs fit benignior interpretatio: securior autem in foro animæ. vt in c. per tuas. de sent. excommun. Idē docuit Panormitanus in dicto c. ad audientiam, col. 2. in princ. vers. vnde sic distinguerem. Idem docuit Felinus in d. c. ad audientiā, in principio. Idem docuit Syl-

ues.

uest. in versic. dubium. §. 4. Idem docuit Philippus Franchus in d. c. is, qui. dicens indè elici, q; qui dicit aliquem irregularem ex alí quo facto, habet necesse hoc probare, quia nõ præsumitur, nec inducitur irregularitas, nisi solum in casibus a iure expressis. Idem docuit rursus Panormitanus in dicto c. significasti, col. 2. num. 4. cuius præcisa verba referremus in probationem tertiæ cõclusionis.

Tertia conclusio in foro pœnitentiali, † vel quasi dubius de irregularitate incursa, vel de excõmunicatione, vel de alio impedimento debebit reputari irregularis & excommunicatus & impeditus, imò etiam aliquando in foro iudiciali, vt infra probabitur, quoniam in dubijs tutior (etsi durior) via est semper eligenda. Hæc conclusio probatur duplici medio. Primò per arg. in c. iuuenis. extra de sponsal. & matr. vbi Eugenius Papa his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Iuuenis, qui puellam nondum septẽnem duxit, quamuis ętas repugnaret: ex humana tamen fragilitate, forsan, tentauit quod complere non potuit. Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius extimamus, tenere debemus: tum propter honestatem Ecclesiæ: quia ipsa coniux ipsius fuisse dicitur: tum propter prædictam dubitationem. Mandamus quatenus cõsobrinã ipsius puellæ, quam postmodum duxit, diuidas ab eodem.] hæc ibi. Diximus probari præsentem conclusionem per argum. in d. c. iuuenis. Nam licet ad verbum ibi nulla fiat mentio de irregularitate, sed solum de matrimonio separando propter dubietatem affinitatis contractæ: sic arguendo modo ab identitate rationis erit dicendum in casu nostro, vt latius fuit dictum in prima conclusione. Idem probatur in cap. significasti nobis. §. quòd si discerni. extr. de homic. vbi ferè ad verbum præsens conclusio fuit confirmata ab Innocẽtio Tertio, his præcisis verbis, videlicet. [Qd si discerni non possit ex cuius ictu percussus interijt: in hoc dubio tanquam homicida debet haberi Sacerdos, etsi fortè homicida nõ sit a Sacerdotali officio abstinere debet: cùm in hoc casu cessare sit tutius, quàm temerè celebrare, ꝓ eo quòd in altero nullum in reliquo verò magnum periculum timeatur.] hæc ibi. Idem habetur in c. pen. ext. de homicid. Vbi Honorius Tertius his prȩcisis vsus fuit verbis, videlicet. [Petitio tua nobis exhibita continebat, quòd cùm inimici Dominicæ Crucis, ac blasphemi nominis Christiani castrum quoddam, in quo morabaris grauiter inuasissent: exeuntibus inde habitatoribus, tam clericis, quàm laicis contra eos, ac inuicem confligentibus, hinc indè occisi quamplurimi extiterũt: Vnde cùm pro eo, quòd aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse. Mandamus quatenꝰ si de interfectione cuiusquã in illo conflictu tua conscientia te remordet a ministerio Altaris abstineas reuerenter, cùm sit consultius in huiusmodi dubio abstinere,

5

nere, quàm temere celebrare.] hęc ibi. Idem habetur in c. illud. §. licet autem. ext. de cleric. excõmun. ministr. vbi hæc habentur, videlicet. [Licet autem in hoc non videatur omnino culpabilis extitisse, quia tamẽ in dubijs via
6 † est tutior eligenda, etsi de lata in eum sententia dubitaret, debuerat tamẽ se potius abstinere, quàm sacramenta Ecclesiastica pertractare.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in Clemen. exiui. §. nos itaque. De verb. signific. vbi Clemens Papa Quintus his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [nos itaque qui in sinceris horum conscientijs delectamur, attendentes, quòd in his, quę animæ salutis respiciunt, ad vitandos graues remorsus cõscientię pars seuerior est tenenda.] hæc ibi.

Probatur & secundò presens nostra conclusio Doctorum auctoritate. Nam glo. in dicto c. iuuenis. in vers. dubia. dixit, ꝙ in dubijs semper certius est tenẽdum. & glo. in dicto cap. significasti. in versic. in hoc dubio. dixit, quòd in dubijs viam debemus eligere tutiorem. Idem docuit Innocentius in c. cùm tu. ext. de testibus.
7 asserens, quòd benignior † interpretatio fit in iudicijs, securior autem in foro animæ. Idem docuit Panormitanus in c. iuuenis. col. 1. not. 1. vers. nota primò, ext. de sponsal. his pcisis verbis vtens, videlicet. Nota primo, quòd in concernẽtibus periculum animæ debemus in dubijs semper tenere quod certiùs est, & quod sine periculo animę explicari potest: vude in istis illa pars est mitior, quę est tutior: vt in Clemen. exiui. de verb. signific. hæc ibi Panormitanus, qui apertiùs loquens de nostra conclusione, in c. ad audientiam. col. 2. in principio. extra de homic. dixit, quòd quando agitur in foro pœnitentiali ad imponendam pœnitẽtiam, & in dubio debet potius reputari irregularis, quia in foro pęnitentiæ semper tutior pars est eligenda, licèt videatur durior: quia in illa parte nullum subest periculũ. & idem est vbi agitur in foro quasi pœnitentiali, vt puta, quia non agitur ad pœnam propriè, sed, vt ab Altaris ministerio abstineat, vel, vt abstineat à contractu matrimonij, vel ab alio actu exercendo, in quo subesset peccatũ: tunc enim (inquit ibi Panormitanus) debemus interpretari in partem securiorem, licèt illa sit durior. & addit hoc fore notandum, & probari per c. significasti. & c. ad audientiam. extra de homicid. & in c. iuuenis. extra de sponsal. idem docuit ipse Panorm. in dicto c. significasti. col. 2. nu. 4. versic. item nota, quòd in dubio. his præcisis verbis vtens. In dubio, vbi non agitur ad pœnam imponendam: sed tantum, vt quis cesset à diuinis, debet quis iudicari irregularis: secus si ageretur ad pœnam imponendam: quia tunc potius non debet iudicari irregularis, vt in dicto c. audientiam. & pro vtroq; (inquit) adduco istam literam. Nam hic dicitur, quòd ideo in dubio debeat censeri irregularis: quia in cessatione nullum

lum subest periculum, sed si agetetur ad pœnam ibi subest periculum, quia innocens non debet puniri, vt alius nocens relinquatur impunitus. vt not. in l. absentem, ff. de pœnis. hæc Panor. vbi supra, qui idem breuius docuit in d.c. pen. Qui Panormitanus in c. cum dilectus, col. 13. in fin. vers. & hoc tenet Ioannes. ext. de ordin. cognit. sequens Fran. & Host. docuit quòd excommunicatus sit vitandus qualitercunque cõstet de excommunicatione propter periculum communionis, per cap. exceptionem. ext. de except. ita tamẽ, quòd occultus occultè, publicus
8 publicè vitetur. † hæc ille. cuius sententia in hoc erit limitãda vera secũdum mentem eius, & Concilium Lateranẽse secundum sub Leone X. Papa sess 15. de eo, qui notoriè incidit in excõmunicationem, qui Panormitanus ibidẽ col. 14. nu. 39. vers. in spiritualibus tamẽ dicit. quòd in spiritualibus non erit ita ciuiliter procedendum, sed est animarum periculis occurrendum: & ideo cauendum erit, quòd vbi opponitur exceptio talis, qua probata is, qui repellitur, non solum quoad se, sed etiam quoad alios inficitur, debeat ab omnibus, & vbique repelli, siue ipse cõfiteatur, siue neget, & conuincatur per probationes, etiam si nulla detur super hoc sententia, quia talis probatio, siue confessio reddit exceptionem notoriam. vt in c. fi. ext. de cohabit. cler. & mul. Qualitercũque enim constat, quòd aliquis sit excommunicatus in vna Ecclesia: est excommunicat⁹ apud omnes. & ab omnibus est vitandus, in c. nullus. & in omnes. 11. q. 4. addens, quòd idem docuerit Pau. de Leaza. in commento c. si celebrat. ext. de cler. excom. ministr. vbi vtitur eadem distinctione, quãdo dubitatur de periurio. Idẽ docuit Glo. fin. in c cõsulti. ext. de regular. dicens, quòd semper in obscuris, sicut cum dubitatur, an aliquis sit excommunicatus, præsumitur ipsum excommunicatum, vt absolnatur saltem ad cautelam, & tunc postea debet abstinere ratione dubij, vt in c. illud. extr. de cler. excom. ministr. & in c. per tuas. de sent. excõmunicationis. Idem docuit Glo. in d.c. illud. in versic. in hoc, dicens, quòd etsi non constitisset ei, qui fuerat excommunicatus, quòd excommunicatus
9 fuisset, † nisi per famam, debuisset abstinere a celebratione Missarũ propter famam, vt in c. cùm desideres. §. 1. de sent. excommunicationis, etiã non fuerit in tantum culpabilis: quãtum si hoc pro certo sciuisset, & quòd ideo dixerit ibi textus. [licèt in hoc nõ videatur omnino culpabilis extitisse.] quia dicta paucorum ad hoc non sufficerent, quia non faciunt famam, nec tenebatur credere, licèt diceretur ei ab aliquibus. vt in c. non solum. 11. q. 3. nisi fama super hoc peruenisset ad eum: prout in textu sequitur. Idem docuit Glo. in d.c. cum desideres. in versic. si publica fama. Vbi dixit, q̃ notandum foret, quòd si publica esset fama aliquem esse excõmunicatum vitandus erit. Idipsum elegan-

eleganter docuit gl. in c.licet excommunicationis ſententia . de ſentent.excom. in ſexto. Nam in verſ. licet quòd propter negligentiam non proſequẽtis debito tempore appellationem, excommunicatio poſt eam lata non conualeſcit, ſed poterit tunc denunciari,& debebit vitari donec de ſententię nullitate docuerit.hęc glo. illa. Ex cuius ſententia videtur ipſum Doctorem hìc voluiſſe annuere,quod docuerat textus in c. ad præſentiam noſtram . extr.de appellat. vbi Alexander Tertius Papa ſcribens Archiepiſcopo Eboracenſi,his præciſis verbis vſus fuit,videlicet.[Ad pręſentiam noſtrã Romano Præsbytero veniẽte Epo Tuſculano , & P. S.Suſannæ Cardinalituã,& ipſius causã commiſſimus audiendã.Qui ab obiectionem tuam , licèt R. non eſſet excõmunicatus de iure: de facto tamẽ eum fecerunt abſolui. ideoque mandamus quatenus prædictum Presbyterum pro eo, quòd poſt excommunicationem contra appellationem factam † diuina cantauit, nullatenus inquietes, ſed ad eum ſtatum reducas omnia, in quo erant tempore appellationis emiſſæ.] hæc ibi . Ex quibus patet excõmunicationem eſſe nullã ipſo iure, ſi feratur poſt appellationem, vt etiam habetur expreſsè in cap.per tuas. extra de ſent. excommunicationis : & ibi communiter per Doctores, elicitur quoque ex dicto c.ad pręſentiam . ipſum taliter excommunicatum non teneri alios vitare indiuinis,prout cęteri legitimè excommunicati,vt communiter tenetur à Doctoribus. Diximus dictam glo.in dicto verſic.licèt. voluiſſe idipſum annuere, quod docuerat dictus text. c. ad noſtram. Quoniam re vera etſi ipſe ſic excommunicatum publicè ſit tutus in conſcientia , cùm illa excommunicatio fuerit nulla ipſo iure : tamen reliqui nõ poterunt ſecum communicare, donec ille docuerit de nullitate : cùm in dubijs tutior via ſit eligẽda, & ſecũdum glo.ibidem in verſ.legitima.quoniam: etſi ſententia excommunicationis ſit nulla,tamen niſi priùs appareat de eius veritate,non poterit denunciari nulla . licèt tunc poſſet fieri abſolutio ad cautelam Gl.verò eadem in verſic. excommunicationis extendit quod dicitur in dicto c. licèt. de excommunicatione ad ſuſpenſionem, & interdictum, & ad quamlibet ſententiam , quæ eſt nulla ipſo iure cùm militet eadem ratio . & rurſus eadem glo.in verſic.nunciari. & in verſic.docuerit . Nam in dicto verſ.nunciari.his præciſis verbis vſus fuit , videlicet . Sed nunquid ad repellẽdum actorem ſufficiat probari denũciationem excommunicationis , videtur enim quòd non: Hoſt. tamen not. contrarium , vt dixi ibi, inquit ipſe Ioannes Andr. in c. pia . in verſic. nomen. de ſent. excommunicationis in ſexto , vbi retulit Hoſt. in c. prudentiam. extra de officio deleg. dicentem ſe credere ſufficere ad excommunicationẽ probandam,denunciationem probari,& quidem hoc eſt veriſſimum,

prout

pront docuit tex. apertissimus in c. sicut nobis. ext. de sent. excommunicationis (sequitur modò dicta glo. in dicto verf. nunciari. dicens) Nam hìc per talem denunciationem vitatur in iudicialibus & extraiudicialibus & legitimis actibus, vt sequitur: licèt fortè excommunicatus non sit. sic dicam quòd ex quo de denunciatione non dubitatur, vitatur & repellitur ab agendo, donec ostendat se absolutum, & sententiam nullam: & quidem eadem glo. in verf. docuerit. dicit, quòd pendente probationis articulo de nullitate sententiæ non repelletur quis ab extraiudicialibus & legitimis actibus. † hæc omnia notatu dignissima docuit Glosa illa. Idipsum docuit Panormitanus in cap. prudentiam. §. sexta. col. 4. nume. 11. versic. extra glo. quæro. extra de officio deleg. vbi quærit de duabus quæstionibus hìc implicitè tactis, scilicet primò. Nunquid per denunciationem publicè factam quis probetur excommunicatus, & secundò. Nunquid sufficiet probare per famam aliquem esse excommunicatum? & de prima quęstione cõcludit, quòd vbi agitur de modico prędudicio, vt in casu dicti c. prudentiam, (scilicet ad repellendum actorem à limine iudicij) sufficeret probatio denunciationis: quia præsumitur pro his, quæ notoriè acta sunt, & pro Iudice exercente officium suum, vt in c. in præsentia. de renunciat. & in cap. ad audientiam. de præscript. & optimè facit text. in dicto c. licèt, sed vbi ageretur de graui prędudicio. fortè hęc denunciatio † non sufficeret: quia necessariò non concludit excommunicationem, quia qui denunciat, nihil de nouo agit, vt in l. Hæredes palam. ff. de testamen. & possibile est, quòd nulla excommunicatio præcesserit, saltem quæ tenuerit: ergo denunciatio necessariò non probat excommunicationem. Nam & quandoque denunciatur ille excommunicatus, qui in veritate excommunicatus non est. Exemplum in cap. licet. de sentẽtia excommunicationis, in sexto. Probatio autem debet concludere necessario, vt in cap. in præsentia, de probationib. Ad idem optimè facit c. Pia. de exception. libro sexto, vbi dicitur, quòd excommunicatio † debet probari apertissimis documentis, seu lucidis probationibus. & regulariter verba enunciatiua non probant, maximè prolata in absentia partis: facit quod notat glo. in l. optimam. ff. de cõtrahen. & committ. stipul. & c. si Papa. de priuileg. in sexto, & cap. illud. de præsumption. & huic sententiæ se subscripsit sententię Panormitani supra immediatè relatæ illã veram probans, & alijs infrascriptis medijs post relationem contrariæ sententiæ ipse Felinus in d. c. prudentiam. §. sexta, nu. 3. verf. istis not. dicens, quòd vbi agitur de repellendo excommunicatum a iudicio, sufficit probare excommunicationem per denunciationem, & quòd ita teneat Archidiaconus in c. nemo contemnat, 11. q. 3. & ibi allegat Host. hìc. Præterea

rea dicit Dominicus in dicto c. pia, quòd hoc probat tex. ibi, quia loquitur de excommunicatione, per quam quis repellitur ab agẽdo: & hæc pauca de multis dicta sufficiant.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas in Congregatione Cassinensi. V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiasticæ minimi valoris facta à beneficiato cum consensu Episcopi, est legitima & valida, nec melioramenta per consequens facta cedent solo.*
2 *Aedificium quando cedat solo.*
3 *Necessitas appellatione quæ veniãt.*
4 *Possessiones steriles, & ad culturam redactæ an possint alienari sine cõsensu Papæ, vel alterius, & idem quæritur de domo ruinosa.*
5 *Possessio Ecclesiastica quando possit tradi in emphiteosim perpetuam.*
6 *Episcopus non poterit facere Ecclesiam deteriorem. & quare.*
7 *Ecclesia enormiter læsa poterit petere restitutionem in integrum.*
8 *Locator recipiet suas pecunias expensas in melioramentis, et non valorem meliorationum.*

De rebus Ecclesiasticis, an & quando alienari, & emphyteoticari possint sine consensu Superioris.

THEMA.

Quidam Presbyter beneficiatus habens quandam domunculam pleno iure spectantem ad Ecclesiam sui beneficij; quæ vndique minabatur ruinam, volens consulere suæ Ecclesiæ, preuio assensu Reuerendissimi Episcopi Diecesani, ipsam tradidit im emphyteosim cuidam Ciui, cum pacto expresso, vt ipsam reparet, & adderet de suo alia melioramenta, & sibi & suis successoribus in tali beneficio pro Canone teneretur soluere quattuor tarenos in quolibet mense Augusti in perpetnum, & in casu non soluti Canonis per triennium, tam ipse emphyteota, quàm sui heredes eo ipso cecidisse dicantur a iure suo vna cum suis melioramentis factis, & possit ipse beneficiatus propria auctoritate ipsam domum ingredi, & eius vtile dominium acquirere.

Quæritur modò, an fuerit legitima huiusmodi alienatio, vel melioramenta cedant solo in vtilitatem beneficiati præsentis.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO LI.

REVITER respõdebimus dicentes ipsam fuisse legitimã ac per consequens de iure nõ fore molestandum dictum emphyteotam, tã de iure Pontificio, q̃ Ciuili non obstante regula
1 generali, q̃ alienatio † rei mobilis Ecclesię facta sine solẽnitate, ſ. sine præuio tractatu in Capitulo, & maiori parte Capituli consentiente, & assensu Summi Pontificis sit nulla, cùm in casu nostro ipsa regula fallat. Nec erunt audiendi, qui gratis, & sine fundamento alicuius iuris dicunt huiusmodi facta hucusque melioramenta cedere solo, uam tunc ædificium cę
2 dit † solo, qñ irrequisito, & ignorante Dño soli, quis in alieno solo ędificat, prout cõiter clamitãt constitutiones vtriusq; iuris, & Doctores: quod nõ est in casu nostro. Probatur ergo dictã alienationẽ fuisse de iure legitimã. Primò de iure Canonico. Nam hoc expresse ad verbum habetur in c. terrulas, 12.q.2. vbi hęc ad verbũ habẽtur, videlicet. [Terrulas, aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minus vtiles, aut longè positas paruas, Eps sine consilio fratrum, si necessitas fuerit distrahendi habeat potestatem. hęc ibi. Vbi per Doctores, & quòd verbum illud
3 necessitas † denotet vtilitatẽ Ecclesiæ, infrascriptis alijs iurib. Doctoribusque probabitur. Nã in c. ad aures. ext. de reb. Eccl. alienã. vel non. Alex. III. his verbis vsus fuit, videlicet. In casu grauioris considerationis, & minoris vtilitatis Ecclesiæ, quę sit vtilitas, quæ obuenit ipsi Ecclesiæ ex suprad-cta alienatione facta) videlicet. [Illas terras, quæ de siluis extirpatę sunt arabiles factę, eis hereditario iure poteris cõcedere sub annuo censu tenendas a quibus suo, vel parentũ labore constiterit extirpatas: Nisi forte tunc alijs possint ad maiorem Ecclesię vtilitatem cum eodem labore, & onere conferri.] hęc ibi. Idẽ habetur in c. vt sup. §. possessiones eo. tit. vbi Cęlestinus Tertius his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Possessiones verò, † quę Ecclesię tunc
4 minus vtiles pro alijs vtilioribus de fratrum tuorũ, & maioris partis consilio alienaudi, seu cõmutandi liberam concedimus facultatem.] hęc ibi. vbi glo. in vers. assensu, dixit, q̃ in d. §. possessiones, fit sermo de minus vtilib. possessionibus, comparatione magis vtilium, sed in d. c. terrulas. sermo habeatur de possessionibus minus vtilibus absolutè, & simpliciter: & ideo in illis non est necessarius assensus Capituli. Idẽ docuit glo. in 12 q. 2. in summa. in vers. nunc quæritur, dicens, quòd alienationis licitę causa sit, qñ fieret pro vtilitate, vel necessitate Ecclesię. Idem docuit Pan. in c. nulli. col. 1. nu. 5. vers. quartus casus est. ext. de rebus eccle. alien. &c. Citãs ad hoc dictum c. terrulas. ex quo elicitur arguendi locus ab idẽtitate rationis, cum eadem militet ratio, ergo & idem ius, vt in l. cum quid. ff. si cer. pet. Idipsum proba-

tur de iure Ciuili apertiùs. Nam in Authen. si quas Ruinas . C. de sacrosanct. Ecclesijs hæc præcisa verba habentur, videlicet. si quas ruinas habeant memoratæ diuinæ domus, quas ræedificare non valeant : & hæc in emphiteosim dẽtur perpetuã: emphiteota vsuro materia depositæ domus, vel habitationis : & pensio denominatur in tertiam partẽ ab ea; quæ flantibus adhuc ædificijs colligebatur, aut primitus eo reędificãte, ex adiectis illis per extimationem pensionibus medietas detur religiosę domui: Nam priore casu ab initio Emphiteosis prę standa est pensio] hæc ibi . Vbi idem docuit glo. in versi. dentur, & in versic. tertiam partem. idem in dicta Authen. si quas. in principio docuit Bal. dicens, quòd regulariter res Ecclesię non possunt concedi in emphiteosim, nisi in tertiam generationem : hoc tamen fallit in domo ruinosa propter vtilitatem, quam ex refectione consequitur Ecclesia: idipsum apertiùs & elegãtiùs docuit Paulus de Castro in dicta Authentica si quas . colum. 1. numero secundo, versic. pro declaratione . his singularibus verbis vtens, videlicet . [Aut expedit : & quando res erat ruinosa , & non poterat refici ab Ecclesia, vel eius reditus erant diminuti ob eadem, vel aliam causam : & tunc potest concedi etiam in perpetuam emphiteosim, † vt in istis Authen. sed ſ quæritur . pro quanta pensione: distinguitur. Aut res erat ruinosa , in cuius refectionem magna imminet impensa : & tunc si vult , quòd statim incipiat currere , potest dari pro tertia parte pensionis solitæ , vt si solebat dari antequàm esset ruinosa per duodecim, detur per quatuor, & octo remittantur, secundum intellectum glosæ : vel dentur per octo , & remittant quatuor secundum alium intellectum . Specul. in titu. de locat. §. tunc verò aliqua. versiculo 7. sed si non vult quòd incipiat currere pensio, nisi post reedificationem : tunc debet dari pro pensione, quæ reperitur tempore quo datur , & pro dimidia eius , quod reperitur plus postquam erat reiecta, vt si tempore quo datur , repereiebatur pro sex, & postea augeantur alia , sed detur pro nouem : & addit ipse Paulus, quòd hęc doceat nos ipsa Authentica si quas . Ex hac ergo Theorica poterit colligi , an pensio fuerit iusta nec ne . & indè ipsum emphiteotam fore molestandum ad reintegrandam ipsam Ecclesiam verbis tantum ; nunquam tamen in iudicio , nisi excessus esset maximus : Vnde palam fieret in magno fuisse lęsam Ecclesiam in tali locatione licita ex suo genere : prout communiter docent Doctores in capitulo primo . extra de in integrum restitutio. vbi ad verbum hæc ibi docuit Alexander Papa Tertius, dicens , videlicet . [Requisiuit tua fraternitas , quid agendum sit de possessionibus laicis sub modico censu concessis . Noueris itaque , quòd si

Eccle-

Ecclesia læsa est, & manifestè apparet detrimẽtum ipsius, cũ Epo
6 † eiusdem Ecclesiæ conditionem facere deteriorem non liceat: & Ecclesia iure minoris debeat semper illęsa seruari, quæ in damnum eius data cõstiterit ad ipsius conuenit ius, proprietatemque redire. Prouidendum est tamen ne si fortè coloni possessiones illas, expẽsis ac labore suo reddiderit meliores sumptibus, quos bona fide fecerunt debeãt defraudari.] hęc ibi. vbi glo. in versic. redire dixit. quòd huiusmodi alienatio fuerit valida. vnde auxilium restitutionis necessarium fuit. idipsum docuit Panorm. in d.c.1.col.2. nu.5. vers.sed dic, tradens hanc generalem regulam, quòd vbicunque
7 Ecclesia enormiter † læderet, posset nihilominus petere restitutionem, quia restitutio est fundata super enormi lęsione, qualitercunque hoc contingat illa læsio ex contractu semper potest peti restitutio, vt optimus docuit textus in c.1. de restitut. in integr. libro 6. vbi textus generaliter dicit, quòd aduersus quẽlibet contractum potest petere Ecclesia restitutionem, si prætendit enormem læsionem. hæc ibi. Panor. qui ibidem, col.1. num.4. versic. sed circa istos sumptus, dixit, quòd si locator
8 † in huiusmodi re expendisset centum, & melioramenta ascenderent ad ducenta, tunc Ecclesia non teneretur, nisi ad centum, vt elicitur ex verbis eiusdem c.1. in eo, quòd ibi dicatur, quòd debeat restituere sumptus, non autem valorem meliorationis: ad quod optimè facit textus in l.in fundo, ff. de rei vendic. & quod ibi not. vbi idem disponitur in possessore bonæ fidei, & cum hęc allata sint per se aperta, & rationi consentanea ipsa sufficiant.

Et hæc est mea sententia decisiua.

Ego D. Alphonsus Villagut à Neapoli Abbas in Congregatione Cassinensi. V.I.P.

De rebus ecclesiæ alienatis non seruata forma, ac omnimoda iuris solemnitate.

SVMMARIVM.

1 *Auctoritas superueniens, ac consensus superioris alienantis auctorizat, ac validam reddit alienationẽ quæ a principio fuerat nulla de iure, ex defectu huiusmodi consensus, dummodo interueniant alia essentialia, si huiusmodi alienatio cessisset in vtilitatem rius, qui non poterat aliàs alienare, sine tali consensu, vt patet in alienatione rerum Ecclesiæ, & pupilli.*

2 *Contractus de iure nullus accedente*

Digitized by Google

consensu eius, in cuius vtilitatẽ uev git, poterit ab ipso ratificari.

3 Sententia contra aliquem lata, si esset nulla propter aliquam conditionem deficientem, valida efficietur si vergeret in vtilitatem alicuius, & illam ratã haberet. & hoc multipliciter exemplificatur.

4 Prælatus an possit dare consanguineis suis de bonis Ecclesiæ, si tantundem de proprio patrimonio daret ipsi Ecclesiæ.

5 Titulus vbi est verus quamuis defecerint solemnitates iuris positiui, seu de positino iure requisitę, in foro animæ, sufficit contractum tenere secundum limites iuris naturalis, seu gentium, ad quod sufficiet consensus qui requirebatur, et quare. & an hoc sit simpliciter in casu nostro.

6 Electio facta nõ seruatur forma tradita a iure, dummodo affuerit consensus eligentium, valida erit. & An hæc propositio sit semper vera, nume. 8,

9 Beneficiarius iusta de causa alienans bona Ecclesiæ inconsulto Papa, an peccet, secundum Nauarrum.

10 Ecclesia an possit ratificare contractum nullum de iure propter solemnitates a iure requisitas, ommissas: si ille cederet in vtilitatem ipsius.

11 Alienationis sub nomine comprehẽditur omnis actus translatiuus cuiuscunque dominij.

12 Alienatio rei immmobilis Ecclesiæ ipso iure erit nulla, celebrata non habito assensu Apostolicæ Sedis, etiam si vtilis esset Ecclesiæ.

F actæ lege prohibente, nullum de iure producunt effectum, cum pro infectis habeantur in fauorem agentis.

14 Alienatio rerum immobilium Ecclesiæ est prohibita de iure Diuino, et quomodo. indè cõcluditur, quòd si fiat a Papa sine iusta causa, erit nulla ipso iure. & nu. 84.

15 Alienationem rerum immobilium Ecclesiæ prohibitã esse de iure Pontificio multipliciter probatur. & 25.26.58.

16 Alienantis indebitè res Ecclesię quæ sit pœna.

17 Res immobiles Ecclesię indebite alienatæ repetuntur cum fructibus. et quare, nu. 18.19.20.21.

22 Laici prohibentur disponere de bonis Ecclesiasticis.

23 Recipientes alienata vel laicis supposita bona Ecclesiastica sine assensu Apostolico, & consentientes huiusmodi alienationi quam pœnam de iure incurrant.

24 Alienatione bonorum immobilium Ecclesiasticorum ad probandum, quod inter alias de iure, requisitas solemnitates requiratur assensus Apostolicus, & maximè in bonis Monasterij exempti, & immediatè subiecti sedi Apostolicæ, citatur textus in capitulo secundo. de Rebus Eccle. non alienan. in sexto, & verus intellectus ipsius traditur.

25 Alienatio bonorum immobilium Ecclesiæ sit valida de iure, duo copulatiuè necessariò requiruntur nẽpè iusta causa, et solemnitas iuris scilicet tractatus et assensus Ecclesiasticorum, & Summi Pontificis, si illi sunt immediate subiecti Papæ,

Digitized by Google

Papæ, & hoc de iure communi. sed hoc ipsum habet hodie locum in omnibus generaliter etiam immediatè non subiectis sedi Apostolicæ per extrauag. Ambitiosæ, & nu. 26.

27 Confirmationẽ dictę extrauag. Ambitiosę. fuisse factã per Iulium Tertium, Paulum Quartum, et Pium Quintum probatur.

28 Iuris solemnitatem requiri de essentia alienationis in ipso contractu alienationis, docuit text. in c. constitutus. §. quo circa. extra de in integr. restitu. & nu. 39. 40. 45. 47, 48. 50. 54. 58. & quare. 59. 62. 64. 65. 68.

29 Alienationem bonorum Ecclesiasticorum factam omissis solemnitatibus à iure requisitis esse prohibitam & declaratam nullam probatur iure ciuili & Doctorum auctoritate. n. 37. & sequent. numeris.

31 Ecclesia recuperans bona immobilia sua malè alienata de iure Ciuili, non tenebitur restituere eorum emptori pretium inde solutum venditori & quare & nu. 34. 42.

36 Alienatio vtilis Dominij rei Ecclesiasticæ prohibita extendetur ad alienationem directi dominij rei Ecclesiasticæ, & quare.

37 Actionem Ecclesia, quam habet cõtra malè alienantem bona sua immobilia.

41 Consuetudo non posset tollere solemnitates introductas a iure in alienatione bonorum Ecclesiasticorum facienda. & quare.

43 Ex contractu contra ius inito nunquam quis lucratur fructus.

44 Ecclesia an possit ratificare contractum ipso iure nullum secũ factum, & per consequens illum validum reddere. & quomodo hæc propositio sit interpretanda. nu. 142. 144. & quare. nu. 145. 150. 167.

46 Alienatio bonorum Monasterij facta contra prohibitionẽ Papæ, quare sit nulla de iure.

49 Alienatio rei immobilis Ecclesię facta sine solemnitate, etiam in eius euidentem vtilitatem, non valet, neque tenet. & quare.

52 Rebus nostris duplex ius habemus.

53 Alienatione rei immobilis Ecclesiasticæ quid transferatur, docetur.

53 Prohibitionis alienationis bonorum Ecclesiasticorum in materia alia loca pia æquiparantur Ecclesię: sicut ĩ omni alia materia fauorabili.

56 Locationes factæ de bonis Ecclesiasticis de triennio in triennium cum promissione continuãdi locationem ipsam in fine ipsius triennij quare sit illicita.

57 Contractus alienationis bonorũ Ecclesiasticorum immobilium sicut non valet sine præuia iuris solemnitate, sic nec poterit postea ratus haberi non præuia solemnitate.

60 Dictio (omnino) quid denotet.

63 Alienatione rerũ Ecclesiasticarum immobiliũ cedente in Ecclesię vtilitatem requiritur etiam assensus apostolicus, & solemnitas iuris.

66 Cautela optima traditur obseruanda ab alienantibus bona immobilia Ecclesiarum, et ipsa ementibus, vt sine dispendio temporali & spirituali ipsi celebrent huiusmodi contractus. & quare. nu. 71.

70 Alienandi bona Ecclesiastica hodie facultas requiritur a Sũmo Pontifice, sed nõ in casu c. terrulas. 12. q. 2.

lemnitatibus à iure requisitis facta, etiam in vtilitatem Ecclesiæ. erit nulla.

113 Lex aut statutum aliquod quando inducit aliquid de nouo cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, reputatur pro forma substantiali.

114 Præscriptio non procedit nec ius transfertur ex alienatione facta nõ seruatis solemnitatibus à iure in dictis. & quare. 121. 124.

115 Forma tradita à lege in dubio debet censeri substantialis, & de essentia actus, vnde eius omissio ipso iure vitiat ipsum actum.

116 Temporis diuturnitas quare de iure non faciat præsumere, quòd interuenerint solemnitates iuris in aliquo actu.

119 Patientia & scientia alicuius quãdo nõ operatur consensum, nec prę sumptionem tituli. & 126.

120 Forma & essentialis solemnitas quando & quare non presumatur.

123 Alienationis cõcessio facta sine auctoritate superioris dicitur nullum conferre titulum.

125 Præsumptio & ius commune regulariter est contra præscribẽtem.

128 Taciturnitas præsentis in aliquo actu quãdo pro illius consensu non habeatur.

131 Titulus non presumitur vbi agitur de graui præiudicio.

133 Præsumptio non sumitur ex temporis diuturnitate in præiudicium tertij.

134 Præsumptio non sumitur ex diuturnitate temporis quando agitur contra pupillum, aut Ecclesiam.

135 Temporis ex diuturnitate non presumitur de actu requirẽte scripturam.

136 Ius quando exigit in aliquo actu legitimo scripturam, tunc illam interfuisse tenetur probare, qui stat pro solemnitate.

137 Solemnitas extrinseca non præsumetur si non appareat in scriptura.

139 Tex. in c. peruenit. extra de empt. & vendit. vera interpretatio traditur.

143 Consensus partium nihil valet vbi agitur de præiudicio faciendo bono publico, cùm ipse illi renunciare non possint.

146 Consensus quandocũque aliquid est nullum ex defectu, validum efficietur ex superueniente huiusmodi consensu taliter requisito.

152 Titulus quando dicatur reduci ad non titulum. & quare.

153 Rei Ecclesiasticæ immobilis alienatæ sine solemnitate iuris facta an conferat aliquem titulum emptori illius, ita, vt possit illas detinendo esse tutus in foro conscientiæ nullo assequuto assensu eius, à quo de iure expetendus fuerat, & quare.

155 Animæ quo ad periculum nihil differt iniustè detinere, aut inuadere alienum.

156 Lex quælibet aliquid fieri prohibens quomodo ponderanda, vt verus eius sensus possit percipi.

157 Excommunicari nemo poterit excõmunicatione maiori nisi pro mortali peccato.

158 Reconciliari hæ duæ opiniones cõtrariæ adinuicem quomodo poterunt Innocentij dicentis mortaliter peccare detinentem bona Ecclesia-

Digitized by Google

ſtica immobilia ſibi alienata ſine iuris Pontificij ſolemnitate. & Antonij de Butr. Panormitani, Felini, & ſequacium dicentium huiuſmodi detentores eſſe tutos in conſcientia, dummodo huiuſmodi alienatio ceſſerit in utilitatem Eccleſiæ alienantis & 166.

159 *Leges & iura diuinitùs per ora Principum dicuntur promulgata.*

160 *Lex ciuilis & Canonica, et ſic lex poſitiua in foro animæ ſeruanda erit, & quare.*

161 *Formæ eſſentialis ſeruandę in ſolemnitate iuris adhibenda in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum omniſſio, conſtituit emptorẽ in mala fide.*

162 *Alienationis contractus rei Eccleſiaſticæ immobilis factus præuia nõ ſolemnitate iuris an poſſit dici validus de iure naturali, & gentium.*

163 *Dependentia à motu diuino quomodo dicantur abſque ſolemnitate iuris poſitiui quo ad forum animę nõ valere, vel valere.*

194 *Intellectus verus Innocentij ſententiæ in c. quia propter. de electione, dicentis, quòd electus eſt tutus in foro animæ, ſi electio ſua tenuit de iure gentium, licèt non fuiſſet ſeruata forma tradita à iure poſitiuo, cùm huiuſmodi forma fuerit introducta propter ſcandala et deceptiones euitandas traditur.*

165 *Verum ſit indiſtinctè quod dicitur, quòd maius ſit perſonam, quàm bona alienare.*

166 *Ignorantia quando excuſet.*

167 *Contractus inualidus quando reintegretur.*

168 *Rem Eccleſiæ habens quo caſu non ſit tutus in foro conſcientię.*

169 *Modica, vel parua non curantur a iure.*

170 *Neceſſitas quo caſu excuſet.*

171 *Authoritas & præceptum an poſſit aliquem obligare ad impoſſibile.*

172 *Præſcriptio quadraginta annorum quo caſu non currat*

173 *Dominium rei emphyteoticæ directum reuertitur ad Dominum ob lineam emphiteotæ finitam.*

174 *Ius accreſcendi non habet locum in bonis emphiteoticis, declaratur nu. 176. 177.*

175 *Clauſula (vnicuiq; eorum, vel cuilibet eorum) quid operetur in emphiteoſi duobus conceſſa. 184.*

178 *Coemphiteota quo caſu iure ſuo priuetur. cum declaratione, num. 179. 180. 183. 185.*

181 *Renunciatio nõ omnis excludit renunciantem a iure accreſcendi.*

182 *Coemphiteota quando non cenſeatur renunciare iuri accreſcendi.*

186 *Deſcendentes per rectam lineam ab eo qui renunciauit emphiteoſi an poſſint illam renocare. 187.*

188 *Bona emphiteotica a quo vendi poſſint, & non.*

THEMA.

Thomas Iuſtinianus Murchius ciuis Ianuenſis in anno 1529. in emphyteoſim recepit quandam villam, cum ſua domo ſolitam emphyteoticari a Monaſterio Sancti Benigni Congregationis Caſſinẽſis domino

pleno

pleno iure illius pro se, suisque descendentib. filijs legitimis, & naturalib. masculis tantum, & hic Thomas habuit duos filios legitimos, & naturales, s. Ioannem Baptistam, & Augustinum, qui fratres post mortem dicti Thomæ primi emphyteotæ diuiserunt inter se bona paterna, & dicta bona emphyteotica fuerunt assignata dicto Ioanni Baptistæ, & alia allodialia dicto Augustino. Hic Augustinus habuit vnicum filium nomine Laurentium, qui adhuc viuit. Ioannes verò Baptista habuit & ipse filium legitimum, & naturalem nuncupatum Franciscũ, & filias, sed mortuo dicto Francisco non superstite eius aliquo filio legitimo, & naturali, extincta remansit linea masculina dicti Ioannis Baptistæ, ac per consequens dicti Thomæ ex parte dicti Ioannis Baptistæ, & superuiuente solum dicto Laurentio dicta linea dicti Thomæ in ipso resedisse patet. At dictus Ioãnes Baptista mortuo patre, & adepta possessione pacifica dictorum bonorum emphyteoticorum in anno 1558. emit dictũ dominium directum, quod dictum Monasterium habebat super dicta domo, & possessione, soluta sibi quadam condecenti pecuniæ quãtitate annuatim recipienda super quibusdam cẽsibus a dicto Monasterio, interueniente non solum consensu Abbatis, & Monachorum dicti Monasterij, verum etiam Reuerendorum Capituli Generalis dictæ Cõgregationis Cassinensis, quæ immediatè est subiecta Sedi Apostolicæ (ac per consequens, & ipsum Monasterium.) Nullo tamen assensu Apostolico interueniente. Rebus sic stantibus, mortuus est dictus Ioãnes Baptista, relicto d. Ioanne Francisco vnico filio, & deniq; ipse mortuus fuit nullo filio legitimo, & naturali relicto, qui ante eius mortem constituit super bona ipsa emphyteotica alienanda fideicommissarios, dans eis facultatem illa alienandi, qui fideicommissarij tandem illa vendiderunt Bartholomeo Garello nullo assensu alio dicti Monasterij Summi Pontificis, qui per tres annos ipsa pacificè possedit.

Quæruntur modo infrascripta pro decisione præsentis quæstionis.

Primum, An dicta alienatio dictorum bonorum facta a Monasterio supradicto dicto Ioanni Baptistæ nullo interueniente Apostolico assensu, de iure fuerit valida.

Secundum, An dictum directum dominium ex dicta alienatione de iure nulla fuerit translatum ad dictum Ioannem Baptistam emptorẽ, & ad Franciscum eius filium, saltem ratione pacificę possessionis dictorũ bonorum sibi alienatorum spatio quadraginta ann. vel aliquod ius prę-scribendi contra dictũ Monasterium S. Benigni ad ipsum emptorẽ, atq; ad eius filium legitimũ, & naturalem, ita vt indè de iure potuisset de dictis bonis disponere, sicut de alijs proprijs pleno iure ad se spectantibus, inconsulto ipso Monasterio, non obstante, ꝙ dicta bona fuerant per contractum emphyteoticum concessa dicto Thomæ eius patri.

Tertium,

Tertium, An stante defectu descendentis ex linea masculina legitima, & naturali Ioannis Baptistæ emptoris dicti directi dominij a dicto Monasterio, ipsamet bona dicantur deuoluta ad ipsum Monasterium stante diuisione facta inter dictos Ioannem Baptistam, & Augustinum fratres, & filios, ac hæredes Thomę supradicto primo emphyteotæ de communi cõsensu vtriusque, vel ad dictum Laurentium filium superstitem dicti Augustini, & nepotem dicti Thomæ primi emphyteotæ per lineam rectam.

Quartum, An fideicommissarij a dicto Francisco filio dicti Ioannis Baptistæ (mortuo sine filijs) creati, potuerint dicta bona emphyteotica vendere dicto Bartholomeo Carello, non præuio assensu, tam dicti Monasterij, quàm dicti Laurentij superstitis ex linea masculina dicti Thomæ primi emphyteotæ.

Quintum, An dictus Bartholomeus Carellus tuta conscientia, & sine incursu excommunicationis possit detinere dicta bona emphyteotica, sine assensu Monasterij supradicti, dictique Laurẽtij veri hodie emphyteotæ ignorantis huiusmodi ius ad se deuolutum, & absque assensu expresso Summi Pontificis.

DECISIO LII.

SANCTISSIMA Trinitas, in cuius potentissima ope semper superspe-raui subnixè obsecro tuam benignitatem ne me deseras in dilucidatione propositę difficillimę quęstionis: sed pijssimo interuentu, ac innumeris meritis Beatissimę Deiparę Marię Virginis, atq; patrocinio Sãctissimi Michaelis Archangeli, & gloriosissimi Patriarchæ nostri Benedicti illuminare digneris tenebras meî intellectꝰ, vt veram promere possim ipsius quæstionis decisionem in tui honorem, Congregationis meę Cassinensis decus, ac salutem animarum Iudicũ, & aduocatorũ, personarum alienantium bona Ecclesiastica immobilia inconsulto Summo Pontifice, ac in tutelam ipsorum bonorum emptorum.

Et vt magis, ac magis percipi queat veritas presentis decisionis procedemus per nonnullas cõclusiones, ampliationes, & limitationes illis præmittendo nonnulla impugnando ipsius veritatem mox subnectendam, ad maiorem dilucidationem dictæ veritatis.

Circa primum quæstionis dubium prõ parte affirmantium dictam alienationem fuisse legitimam faciunt subsequentia.

Videbatur ergo primò dicendum, quod dicta alienatio sit ipso iure valida, cum ipsam præcesserit tractatus in Capitulo Monachorum in dicto Monasterio existentium, necnon & consensus tãipsorum, quàm Abbatis eorũ: insuper & consensus Reuerendi Capituli

Digitized by Google

pituli generalis superioris dicti Abbatis, approbantis & auctorizantis dictam alienationem tanquam factam in euidentem vtilitatē dicti Monasterij, præuia inquisitione facta per Commissarios ad idipsum destinatos: prout de solemnitate dictæ alienationis de iure Pontificio & imperiali requirebatur: & quòd hoc ipsum sit verum, probatur infrascriptis auctoritatibus. Sciēdum igitur, quòd in cap. Abbatibus. 12. quæstio. 2. refertur decretū Concilij Aurelianensis his verbis cōtenti, videlicet. [Abbatibus presbyteris; ceterisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare vel obligare absque permissu & subscriptione Episcopi sui nihil liceat. Quod qui præsumpserit, degradetur cōmunione concessa: & quod temerè præsumptum, aut alienatū est, ordinatione Episcopi reuocetur.] hæc ibi. ex quibus sumendo argumentum a contrario sensu in de apertissimè elici videtur dictā alienationem factam cum interuentu & auctoritate Capituli generalis Superioris dicti Abbatis, exempti a iurisdictione Episcopi; fuisse validam. Idipsum videtur probari per argumen. in c. placuit. 12. q. 2. in quo refertur idipsum fuisse statutum: Idem videtur elici ex epistola Leonis Papę scribentis vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis, & habetur in cap. sine exceptione, 12. q. 2. his verbis contenta, videlicet. [Sine exceptione decernimus nè quis Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ quicquam donare, vel commutare, aut vendere audeat: Nisi fortè aliquid horum faciat, vt melio ra prospiciat, & cum totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod nō sit dubium prosituruṁ Ecclesiæ. Episcopus rebus Ecclesiæ tanquam comendatis nō tanquā proprijs vtatur. Irrita enim Episcoporum venditio, & cōmutatio rei ecclesiasticæ erit absque conniuentia, & subscriptione clericorum.] hæc ibi. ex quibus idē elicimus quod supra ex dicto c. Abbatibus. Idem probari videtur per tex. in clem. 1. de rebus Eccle. non alienan. vbi hæc pręcisa verba habentur, videlicet. [Monasteriorum, & aliarum administrationum regulariū dispendijs occurrere cupientes, perpetuo prohibemus edicto: ne quis Religiosus Monasterio, prioratui, Ecclesię, seu administrationi cuiuis pręsidens, iura, redditus, aut possessiones eiusdem, alicui ad vitam eius, seu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta quouis modo concedat: nisi necessitas, aut vtilitas Monasterij, prioratus, Ecclesię, aut administrationis huiusmodi hoc exposcat, consensus sui conuentus, aut si conuentum non habet, prælati proprij assensu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contra hoc fecerit, pœnam suspensionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur] hęc ibi. ex quibus arguitur idem, quod ex dicto cap. Abbatibus. Idem habetur per argumen. in cap. fin. extra

de

de reb.eccle.non alien.vbi Innocentius Tertius Papa, declarauit fuisse inualidam alienationem rerum ecclesiarum facta sine legitimo personarum ecclesiasticarum assensu. Arguendo ergo a contrario sensu, sequitur, quòd alienatio (de qua est sermo) fuerit valida, cùm ipsam præcesserit supradicta solemnitas. Idem probari videtur ex c.1.de reb,eccle.non alien. in sexto.vbi Innocentius Quartus reuocauit huiusmodi alienationem factam non precedenti tractatu diligenti,& sine euidenti vtilitate Ecclesiæ: inde sequitur dictam alienationem fuisse validam cum dicta solemnitas de iure requisita præcesserit ipsam. Idem videtur probari per argumen. in cap. quæ in Ecclesiarum, extra de constitu.vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit,videlicet. [Quę in ecclesiarum, & infra.Sanè peruenit ad audientiam nostram, quòd Ciues Taruisini constituerunt,vt si quis se ad inopiã pergere probabiliter allegauerit, alienandi feudum,quod ab Ecclesia, vel alijs tenet, liberam habeat facultatem. Volentes igitur ecclesiarum indemnitati consulere, constitutionem huiusmodi & venditiónes feudorum ecclesiasticorum factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, vires decernimus non habere.] hæc ibi. ex quibus apertissimè elicitur, quòd alienatio (de qua agitur,valida fuerit, stante supradicto assensu: & quoniam hoc ipsum apertissimè in dictis iuribus dicitur a Doctoribus simpliciter & generaliter loquendo,nos transferremus ad recensenda iura ciuilia,quæ idipsum statuisse videntur prima fronte. Idipsum ergo videtur docuisse text. in Auctẽ.Hoc ius porrectum.C.de sacrosan.eccl.vbi hæc habentur,videlicet. [Hoc ius porrectum est ad omnem venerabilem locum, omnemque collegiũ, quod actio pia constituit: vt nec res eorum pignorentur, & hoc perpetuò seruetur in his rebus immobilibus, quæ ab imperiali domo prædictis locis applicantur. In cęteris eatenus excipitur,si debitum vrget:quòd si ex mobilibus solui nõ possit. Primò res immobiles specialiter dentur pignori: quarum fructus creditor sibi reputet tam in sortem, quàm in vsuras vsque ad quartam centesimę: quòd si nolit creditor ita accipere, tunc ordinator domus apud eum, a quo ordinatur habitis absque dispendio gestis, iure (maiore parte ibidem seruientium, consentiente) & debitum existere, nec ex mobilibus solui posse; quo obsequuto per viginti dies rem Ecclesiæ venalẽ esse publicè notum, sit vt plus offerendi detur: pretio modis omnibus pro debito dando : aliter enim res emptori non conceditur: & hoc inscribatur nihil esse factũ in ea re ad damnum diuinæ domus: emptore verò nõ inuento, res estimata districtè creditori detur insolutum: addita in pretio vniuersæ extimationis decima parte, & accedente consensu ordinatoris, & maioris partis ibidem seruientium, & is cre-

creditor hic intelligat qui, quod credidit, probat in utilitatem diuinæ domus processisse.] hæc ibi. Idem videtur concessum in Auct. de alienat. & emphyteosi. §. licentiam. Vbi conceditur facultas tradendi bona ecclesiarum in emphyteosim perpetuum, accedente consensu prælati, & clericorum ecclesiarum, quarũ bona illa sunt tradenda in emphyteosim, & interueniente iuramẽto eorũ, quod huiusmodi alienatio fiat in vtilitatem ecclesiæ. Ad hoc ipsum probandũ videtur deseruire id, quod docuit Nauarrus in consil. 5. sub titu. de reb. eccl. non alien. incip. Abbas quidam. his præcisis verbis vtens, videlicet. [Abbas quidam cum suo conuentu exemptus a iurisdictione ordinaria Episcopi alienauit in casu a iure permisso, quasdam res immobiles existentes extra Episcopatum illum, vbi erat Abbatia sita; sine vllius superioris auctoritate: quæritur an valeat alienatio? Resoluẽdo autem dico, multa super hac quæstione posse adduci pro vtraque parte: sed consulendum esse præfato cõsulenti, vt procuret præfatam alienationẽ ratificari per superiorem immediatũ præfati Abbatis, qui facile id faciet, rogante & informante præfato Abbate & conuentu, qui alienationem præfatam fecerunt: & quòd etiam faciat eam ratificari per Episcopũ, in cuius Episcopatu sunt sita præfata, ad informationem prædictorum, argumento eorũ, quæ determinantur a Panormitano & alijs, & a Card. poterit enim impetrare dominus consulens suo nomine confirmationem a sede apostolica, quę si fuerit in forma communi parum proderit: si autem per cõmissionem cum causę conditione non nihil tedij, & sumptus afferret. Hęc omnia Nauarrus vbi supra. ex quibus apertissimè elicitur ipsum docuisse nos assensum apostolicum in huiusmodi alienatione non esse necessarium, in exemptis cùm sufficeret eis solùm confirmationem superioris dicti Abbatis impetrare, & sic Capituli generalis: at cum hanc confirmationem (suppositum fuerit) præcessisse dictam alienationem: Indè sequitur dicendum fore ipsam validam de iure. Nec huic decisioni obstare videtur Extrauag. Ambitiosę, sub titu. de reb. eccle. non alien. quę est Pauli Secundi, cum ibi irrita declaratur alienatio facta in casu nõ concesso a iure communi sine speciali assensu apostolico, cùm per supra allata cõprobetur, quòd ipsa alienatio fuerit facta iuxta formam iuris expressi in dicta Clem. 1. cuius tenor recensitus fuit supra ad verbũ. Hoc ipsum videtur probari per eundem Nauarrum in suo manuali, cap. 27. titu. de censur. eccles. nu. 149. vers. quinquagesima secũda, in extrauag. Pauli Secundi, vbi ũpra in declaratione prima, dicẽs, quòd ipsa Extrauagans non vetet alienationem in casibus permissis a iure. Idipsum & apertius videtur docuisse Nauarrum eundẽ iterũ in consilio suo secundo (sub eodem titulo) incip. ad priorem quęstionem: vbi volens reconci-

liare

liare dicta ſua, quæ videbantur cõtraria ad inuicem, his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. Ad priorem quæſtionem, qua quæritur concordia inter concluſionem poſitam in manuali noſtro, cap. 27. num. 149. ſcilicet extrauag. Pauli Secundi excommunicantem rem Eccleſiæ alienantem, non includere alienantem rem eccleſiæ, in caſibus a iure permiſſis, & inter concluſionem poſitam in cõmentarijs de alienatione rerum Eccleſiæ, vbi dicitur, quòd eſt neceſſarius conſenſus, vel licentia Papæ. Reſpondetur primo, ſubdidit ipſe Nauarrus, quòd in prafato, cap. 27. de alienante rem eccleſię quam non iurauit non alienare, ſaltem iuſſu ſuperioris ſupremi, ſcilicet Papæ facto ei in ipſamet collatione, quam ei fecit, vel fieri mandauit, ad hoc vt cautius & conſultius illud gubernaret modificando ſuam collationem, & addendo expreſsè, vel virtualiter decretum irritationis alienationis contrariæ. In prędicto autem comentario (inquit) loquimur de alienante contra iuramentum dicto modo factum. Secundo, quòd in præfato cap. 27. loquimur de alienante in caſibus a iure permiſſis; in dicto autem comentario de alienante in caſu prohibito non ſolum a canone, ſed etiam ab homine: & non ſolum ſimpliciter, ſed etiam exacto iuramento: & addito decreto irritante alienationem: & illę concluſiones ponuntur de diuerſis alienantibus, quorum alter pluribus modis prohibetur alienare, quã alter.

Videtur & ſecundo probari dicta alienationem validam, cùm propter diuturnitatem temporis præſumantur omnes extrinſecæ ſolemnitates de iure requiſitę interfuiſſe in dicto cõtractu alienationis, & ſic aſſenſum apoſtolicũ, cùm iam elapſi ſint quadraginta duo anni a die celebrationis contractus huiuſmodi alienationis, & quòd huiuſmodi extrinſecam ſolemnitatem interueniſſe præſumatur propter diuturnitatem tẽporis, probatur infraſcriptis medijs; propter diuturnitatem temporis regulariter præſumendum omnem ſolemnitatem extrinſecam interueniſſe, ſed in caſu (de quo agitur) concurrit curſus quadraginta annorum: quapropter præſumitur aſſenſus ſummi Pontificis, ſicut & quodlibet Iudicis decretum, prout docuerũt infraſcripta iura & Doctores. Nã hoc probari videtur per text. in l. ſi filius familias. C. de petit. hæredit. vbi hæc habentur, videlicet. [Si filius familias delatam ſibi hæreditatem per longum tempus detinuit: eo ipſo, vtpotè agnita hæreditate patri ſuo, eius comodum acquiſiuiſſe videtur.] hæc ibi. Idẽ probari videtur, per tex. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. hęredit. vbi hæc habentur, videlicet [ſed etſi non adierit filius, diu tamen poſſedit hæreditatem: credendus eſt vterque adiuiſſe hęreditatem, vt Diuus Pius & Imperator noſter reſcripſerunt.] hęc ibi. Idem probari videtur per tex. in l. ſciendum, ff. de verbor. obligatio. vbi hæc habentur, videlicet. [ſciendum

by Google

dum eſt generaliter quòd ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe, videri omnia ſolemniter acta.] hæc ibi. Idē videtur probari per tex. in c. peruenit. extra de emptio. & vendit. vbi habetur, quòd ſi vir habeat alia bona, vnde vxor poſſit ſibi cōſulere, & conſentiente vxore rem propter nuptias donatam vxori vendiderit: emptorem, qui ſpatio triginta annorum rem poſſederit non poteſt vxor inquietare ſuper ea ſi pretium fuit conuerſum in communem vſum vxoris, & viri.

Probatur & Doctorum auctoritate. Nam hoc docuerunt Angel. & Bald. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. Anton. Butr. in cap. peruenit extra de emptio. & venditio. Ioan. Andr. in c. Albericus de teſtibus, Alex. in cōſi. 79. col. 4. volum. 1. quos retulit compatriota noſter Mattheus de Afflict. in ſua deciſio. 145. nu. 5. verſ. tamen ſolet dici. Felinus in cap. ſicut, nu. 34. verſ. fallit tertio, propter temporis diuturnitatem, extra de ſent. & re iudic. vbi quam plurimos Doctores recēſet hoc ipſum docuiſſe. Idem docuit Gabriel. in ſuo elegantitracta. concluſ. lib. 1. ſub titu. de præſumpt. num. 3. verſ. ſecūdò infertur, aſſerens preſumi conſenſum Capituli in alienatione rerum eccleſiaſticarum, cum alijs ſolemnitàribus. & hoc probat afferēdo quamplures Doctorum ſententias. Idem videtur docuiſſe Caſſiodorū in ſua deciſione vltima, num. 7. ſub titu. de procurat. ſequentem Felinum vbi ſupra dicentem hoc eſſe ſubſtentabilius, ſcilicet quòd licèt inſtrumentum nihil dicat de conſenſu capituli, nihilominus præſumatur ſi tranſactio fuit diuturno tēpore ſeruata, prout docuerat Ancharanus in conſil. 135 & Alexan. in conſil. 79. & addit rationē Caſſiadorus vbi ſupra ex Felino dicens, hoc eſſe ſubſtētabilius, quia ſi a principio actus fuiſſet nullus, non eſſet veriſimile quòd eſſet toleratus, ſed impugnatus. Idē docuit glo. in dicta l. ſi filius familias in verſicu. detinuit. dicens, quòd vel verè mandatum patris quòd filius detineret hæreditatem, præceſſerit, ſed non conſtabat filium mandato paruiſſe, vel voluiſſe. Præſumitur tamen quòd voluit propter temporis interuallū, quo res ipſas detinuit: & idē ſi pater detinuiſſet. Idem videtur docuiſſe glo. in dicta l. qui in aliena. in verſ. pater dicens, quòd ex tēpore præſumatur ſolemnitas obſeruata. Idem videtur docuiſſe, Bar. in dicta l. ſi filius familias, nu. 4. dicens, quòd ex detentione, & curſu longi temporis præſumantur omnia ſolēniter acta, & quòd hoc ſit notandum. Idē docuiſſe latiſſimè videntur Alexan. & Iaſonem in l. ſciendum. ff. de verbor. obligat. ex quibus videbatur concludendum fuiſſe alienationem validam propter diuturnitatem temporis: eo quòd præſumatur præceſſiſſe illi omnes ſolemnitates de iure requiſitas.

Videtur & tertiò probari dictū Monaſterium nullum ius prætendere poſſe contra dictum emptorem: cùm dicta alienatio fuerit facta in euidentem Eccleſiæ vtilitatem;

by Google

tatem; quæ principaliter intenditur per iura prohibẽtia alienationem rei Eccleſiæ, non ſeruatis ſolemnitatibus a ſummis Pontificibus, & ab Imperatoribus introductis, & quòd huiuſmodi alienatio fuerit dictæ Eccleſiæ vtilis per ſe patet ex reddituum copia indè perceptorum, & percipiendorum, & quòd alienatio facta in vtilitatem Eccleſiæ non ſeruatis ſolemnitatibus a iure requiſitis, non veniat annullanda, ſed de iure declaranda valida in foro iudiciali, probabitur infraſcriptis auctoritatibus. Nam huic ſententię ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores: ex Legiſtis enim glo. in l. cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de tranſactio. & ibi Iacob. de Sán cto Georgio, Alber. de Roſate, in Auctẽ. hoc ius porrectum, in fin. col. C. de ſacroſanct. eccleſ. Bal. in l. quæcunque, C. de bon. quę liber. & ibi Alexan. in apoſtil. C. de contrahen. & commit. ſtipul. in l. contra iuris, in fin. pri. ff. de pact. in l. ita conſtante, ff. de iure dot. Rom. in conſil. 453. & in conſ. 316. Barbat. in conſi. 39. col. 7. vol. 3. & in conſil. 35. col. pen. volum. 2. & in conſil. 61. col. 3. & in conſi. 86. col. 3. in fi. volum. 3. & in conſi. 91. col. 4. volum. 3. & in conſi. 58. in fi. volum. 2. & in conſi. 5. colum. penult. volum. 3. Idem docuit Arerinus in §. ſui. in fi. inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. vbi dixit, quòd nõ obſtante ſtatuto pupillus ſine ſolemnitate iuris requirente auctoritatem tutorum in adeunda hæreditate extrancorum, poterit ipſam adire in ſui vtilitatem. Idem docuiſſe videtur Antonius Corſetus in ſuis ſingularibus, verſic. pupillus, qui citat & ſequitur Bald. in l. contra iuris, in principio. ff. de pactis, vbi voluit, quòd ſi alienatio fiat in vtilitatem eccleſiæ; poſito quòd non interueniat ſolẽnitas, valet & tenet, quod & repetijt idem Bald. in dicta l. cùm hi. §. eam vbi idem docuit Guliel. de Cune. & rurſus idem repetijt ipſemet Bald. in dicta l. quæcumque dicens, quòd licèt auctoritas
1 ſuperioris † in alienanda re Eccleſiæ debeat interuenire in ipſo actu, vel incontinenti poſt, vt in cap. 1. de rebus eccleſ. non alien. lib. 6. tamen poteſt interuenire ex interuallo, quando illa alienatio emanauit in vtilitatem Eccleſiæ, & addidit vbi ſupra Corſetus, hoc notandum fore pro limitatione dicti cap. 1. & c. ſine exceptione, 12. q. 2. & cap. tua. de his quæ fi. a prælat. Idipſum docuit rurſus Bald. in l. cùm inter. C. arbitr. tutel. vbi dixit, quòd contractum
2 † nullum in fauorẽ alicuius, ille poteſt approbare. & allegat tex. in l. Iulianus. §. ſi quis colludente. ff. de actio. emptio. ad hoc ipſum facit Docto. in c. cauſam quæ. extra de iudicijs, inter quos eſt Panormitanus in fine. dicentes, quòd ſi ſententia fuiſſet lata contra monachos litem conteſtantes ſine auctoritate ſuperioris, ſine ipſius aſſenſu, poſſet ſuperior cauſam ſuſcitare: quòd ſi ſententia emanaſſet in fauorem eorum, tunc eſſet valida, & idem habetur in l. non eo minus. C. de procurat. vbi dicitur, quòd ſententia † lata in fa-
3 uorem

uorem minoris tenet: sed si esset lata contra minorem nó teneret, quia constituerat procuratorem, sine curatore. vt in l. si tutor. C. in quib. cau. restit. in integr. idem elicitur ex l. nõ eo minus. C. de procurat. vbi hęc ad verbum habentur, videlicet. [Non eo minus sententia aduersus te lata iuris ratione subsistit, qp aduersaria tua minor viginti quinque ann. cõstituta causam suam marito, sine curatore agendam mandauit. Minoribus enim ætas indemnis subuenire, non in reb. prosperè gestis obesse consueuit.] hæc ibi. Ex quibus elicitur ratio arguendi ab identitate rationis, cum Ecclesia fruatur priuilegio minoris iuribus vulgaribus, interque est textus apertissimus in capitulo primo, & capitulo auditis. extra de in integrum restit. & ibi per Doctores. Nam idipsum probatur de sentẽtia lata contra pupillum, qñ tutor comparuisset, sine præuia cautione administrationis tutelæ, cũ tunc esset nulla, vt docuit textus, & glo. in l. si tutor. & ibi latissimè Bartolus, & alij Doctores. C. in quibus causis restitut. in integr. non est necess. vbi hęc ad verbum habẽtur, videlicet. [Si tutor tuus, qui pro tutelari officio non cauerat iudicio expertus est: contra eum lata sententia iuri tuo officere non potuit, nec ea, quæ ab eo gesta sunt vllam firmitatẽ obtinent. Frustra igitur restitutionis auxilium desideras, quando ea, quę ab eo gesta sunt, qui legitimi administratoris personam sustinere nõ potuit ipso iure irrita sunt.] hęc ibi. Idem videtur elici ex text. in cap. si qua de rebus, duodecima quæstione secunda, vbi hæc habentur ex synodo Ancirana, videlicet. [si qua de rebus Ecclesiæ, cũ Episcopus non est, Presbyteri vendiderint placuit rescisso contractu ad ius Ecclesiasticũ reuocari. In iudicio autem erit Episcopi constitutum, si pretium debeat recipi, nec nè: propterea quòd sępè contingit distractarum rerum redditus ampliorem summam pro accepto pretio reddere.] hęc ibi. Ex quibus elicitur, quòd licet contractus gestus de rebus Ecclesiæ ea vacante sit nullus, tamen si in fauorem Ecclesiæ est receptũ: cedatque huiusmodi contractus in vtilitatem Ecclesiæ poterit postea Episcopus creatus talem contractum in veritate nullum ex defectu potestatis alienantium habere ratũ: multa alia exẽpla similia subintulit Antonius Corsetus in additione, in versiculo pupillus. in suis singularibus, quæ meritò sunt memoriæ commendanda licet, vt dicemus loco suo non concludunt in casu nostro rationibus afferendis. Idipsum videtur elici ex dictis Felini in capitulo dilectus, el secondo, in conclusione octaua, versiculo similiter Ludouicus in consilio 453. incipien. Visa principali constitutione, & in consilio 316. incipien. Circa præpositam. Nam ibi sequens sententiam Ludouici vbi supra, dixit, quòd iura irritantia contractum minoris non solemnem, ita demum procedere si ad eius di-

ſpendium tendat contractus aliàs non: & quòd ad hoc probandum induxerit textus, in dicta l. non eo minus. Idipſum apertius docuit ipſemet Felinus in conſil. 42. incip. Dirige domine verba mea. per totum aſſerens alienationem rei Eccleſiæ factam non ſeruata ſolemnitatis c. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. validam eſſe ſi fuiſſet factam in ipſius Eccleſiæ vtilitatem, & mouetur tam auctoritate Petri de Anchar. in conſil. 193. incipien. ſubtiliter & ad plenum. & Paul. de Caſtro in conſil. 16. incip. & Chriſti nomine dubitatur numquid Hoſpitale. Nec non ſententiam Abbatis Panormitani in conſi. 41. incip. Saluatoris, eiusq; qui re vera, num. 3. verſ. quinimo
4 allego. dicit, quòd prælatus † poteſt alienare & dare ſuis bona Eccleſiæ, ſi tantundem confert Eccleſiæ de ſuo patrimonio: ita quòd non eſt neceſſe quòd Eccleſia melioretur, ſed ſatis eſt quòd non deterioretur, vt' valde notabiliter probatur per dictum cap. ſi quis qualibet. 12. q. 2. vbi refertur decretum concilij Agathenſis c. 49. his præciſis verbis contentum, videlicet. [ſi quis qualibet conditione de rebus Eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit, ſi de ſuo proprio tantum Eccleſiæ contulerit quantum viſus eſt abſtuliſſe, tum demum illud ſtare licebit.] hæc ibi. & idem videtur haberi in præced. §. Item ſi rectores. 12. quæſtio. 2. vbi hæc habentur, videlicet. [Item ſi rectores Eccleſiæ de rebus proprijs tantundem Eccleſiæ reſtituere voluerit, Eccleſiaſticas facultates liberè dare poſſunt, & conſtabunt his, quibus datæ fuerint, perpetua firmitate.] Idē videtur elici ex. cap. ſi Epiſcopus. 12. quæſt. 5. vbi ex conſilio Agathenſi hæc habentur, videlicet. [Si Epiſcopus condito teſtamento aliquid de eccleſiaſtici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, niſi tantundem de iuris proprij facultate ſuppleuerit.] hæc ibi. ergo, alienatio facta tenebit, ſi non deterioretur inde eccleſiæ ſtatus, ſecundū Pan. in d. conſil. & Fel. in d. conſil. ſuo.

Idipſum videtur docuiſſe Pet. Rebuffum in ſuo eleganti cōpendio alienat. rerum. eccle. §. nonus caſus eſt, num. 34. his præciſis verbis vtens, videlicet. Quando alienatio eſt facta in vtilitatem Eccleſiæ, tunc etiā ſi non interuenerit ſolemnitas canonica, valebit. argum. pupilli ad eccleſiam, vbi liberatio facta pupillo ſine auctoritate tutoris valet, vt docuit glo. in l. 2. ff. de acceptila. facit. l. nō eo minus. C. de procur. vbi ſententia lata ad vtilitatē minoris valet; ſic & alienatio rei Eccleſiæ ſine ſolemnitate: & ita in proprijs terminis tenet Bald. in l. contra iuris, in princip. ff. de pactis. & in l. cum hi. §. eā primo. ff. de tranſact. & in l. quīcunq; C. de bon. quę lib. vbi dicit, quòd valet auctoritas ſuperioris ēt data ex interuallo, quādo illa alienatio tēderet ad vtilitatē eccleſię. & ſequit Corſetus in ſingul. incip. pupillus, & latè idē conſuluit Barbat. in cōſ. 61. incipa Ioue. 3. vol. & ratio ſecundū eos eſt, quoniā. vbi in aliquo actu debet

bet interuenire aliqua ſolemnitas habito reſpectu ad certũ finẽ: tũc attento fine, & effectu per quem introducitur ſolẽnitas, licèt nõ interuenerit, tamẽ actus valebit, & ſufficit quòd ſolẽnitas poſtea interueniat c. ſi qua. de reb. 12. q. 3. & c. cũ vos. de his quę ſi. a prelat. quia iura nolunt niſi effectũ ad finem, vt in l. 1. §. inde. ff. de ope. no. nunc. & Corſetus in additi. in d. verſ. pupillus. hæc Rebuf. Idẽ docuit Zerulus Epiſcopus Minorenſis in ſua praxi Epiſcopali, verſ. alienatio. §. ad tertiũ. verſ. quarta cõcluſio. qui idẽ repetijt ibidẽ. in §. ad ſeptimũ concluſ. 2. in primo not. dicens, quòd ſi aliqua locatio ſit facta contra canonicas ſanctiones, & ſit vtilis eccleſiæ, erit valida: & ratio eſt ſecundũ eum ibi, quia Cõcil. Trid. in Seſſ. 25. de reformatione c. 11. requirit (vult vt ſit nulla) vt ſit in damnũ eccleſię, & cõtra canones, & ſic copulatiuè.

Videtur & quarto, quòd Prę-
latus & Monachi dicti Monaſterij iniuſtè agat, moleſtãtes dictum emptorẽ: cùm dicta alienatio facta a dicto Monaſterio nõ pręuio aſſenſu apoſtolico valida ſit, ſaltẽ in foro conſcientiæ, ſtante ſimplicitate contrahentium, & eccleſiæ vtilitate exorta ex tali alienatione facta etiam inconſulto Summo Pontifice: & ratio eſt, quoniã ipſa alienatio facta fuit in caſu licito, ſcilicet pro vtilitate eccleſię, cui proſpicere iura intẽdunt, licèt de fuerit ſolemnitas iuris, cũ ſupponatur in ipſa alienatione nullam interfuiſſe fraudem, & conſenſum eorum, qui habebant conſentire de iure gẽtium, vt rector eccleſię ſi ſit ſolus; vel caput cum membris ſi ſit cum collegio: vt in caſu propoſito: cũ fuerit ſuppoſitũ alie nationi (de qua quęritur) aſſenſum præſtitiſſe non ſolũ Abbatem dicti Monaſterij Sancti Benigni, & Monachos in capitulo collectos, verùm etiã Reuerendos diffinitores Capituli generalis Congregationis Caſſinenſis Superiorum dictorum Abbatis & Monachorum dicti Monaſterij, prout expreſsè, & ad verbum docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet Dominus Antonius de Butrio, in c. quia plerique, extra de immun. eccle. vbi vltra ſupra allatã rationem addidit & hanc dicẽs, quòd huiuſmodi emptor ſit tutus in foro animę, licèt emerit illa bona eccleſię ſine ſolẽnitate requiſita de iure: & ratio ſecundũ ipſum eſt, quia quantum ad metas iuris naturalis, vbi eſt verus titulus, † quã- 5
uis deficiant ſolemnitates poſitiuę, quia (inquit) in foro animæ ſufficit contractũ tenere ſecundũ limites iuris naturalis, ſeu gentium, ad quod ſufficit conſenſus. Idipſum docuit Panormitanus in d. c. quia plerique. nu. 31. poſtquã retuliſſet ſententiam ipſius Antonij his præciſis verbis vtens, videlicet. Et nota benè hoc dictum, quia ſæpe occurrit in practica, & adduco ad huius dicti confirmationem notabile dictum Innocentij in c. quòd ſicut. extra de elect. vbi dicit, quòd ſi † electio tenet 6
de iure naturali, ſcilicet ratione conſenſus eligentium: licèt ſit nulla propter ſolẽnitates iuris poſi-

tiui non ſeruatas, nõ tenetur electus in foro cõſcientiæ renunciare, quia habuit fundamentum naturale: Ius enim poſitiuum adinuenit ſolemnitates propter periculum animarum,& deceptiones euitandas:ſed cum omnia ceſſent in cauſa occurrenti, non eſt in foro conſcientiæ de illarum defectu curandum.& addit ibi ipſe Panormitanus hoc fore ſingulariter notandum,cùm faciat ad multa.hęc Panormitanus vbi ſupra, qui idipſum docuit in capitulo primo, numero decim onono, verſiculo vltimo hìc quæro, extra de in integr. reſtitutio. his præciſis verbis vtens, videlicet. Pone, quòd in alienatione non fuit ſeruata forma debita;tamen fuit facta in caſu licito,& interuenit conſenſu illorum,qui habent conſentire:nũquid in foro animæ ſit tutus iſte, qui habet rem ſine debita ſolemnitate; de hac quæſtione vide per Innocentium in cap. quia plerique de immunita.eccleſ.vbi concludit, quòd non: quia ex quo contractus eſt nullus propter defectum formæ, non poteſt iſte tenere rem cum bona conſcientia, ſine iuſto titulo. Dominus Antonius tenet ibi contrarium : dicit enim ſufficere quoad forum conſcientiæ: vt contractus teneat ſecundum limites iuris naturalis, ſeu gentium. Nam de iure naturali,ſeu gentium ſufficit ſolus conſenſus:& hæc opinio mihi placet: & refert ipſe Panormitanus dictã ſententiam Innocentij in dicto c. quod ſicut.ferè per totum,& ſubdidit ipſe Panormitanus vnde ex quo omnia iſta ceſſarunt, & interuenit verus conſenſus: ſatis eſt is tutus quoad Deum, & tenebis ſemper menti illud dictum: quia valet in omni actu, in quo eſt prętermiſſa ſolemnitas iuris poſitiui: vt in foro animę non teneatur quis ſibi de hoc facere conſcientiam : ex quo non interuenit ibi aliqua deceptio,& affuit conſenſus habentium actum explicare de iure naturali,ex quo infertur, quòd in foro conſcientiæ ęquitas iuris naturalis præfertur rigori iuris poſitiui, quod nota.] hæc omnia præciſa verba ſunt ipſius Panormitani vbi ſupra.Idipſum docuit Felinus breuiter in capitulo primo, columna 14. verſ. & confirmatur hæc ex dictis Calderin. in ſua diſputatione incip. vſurarius emit. in pœn. & vltima columna. His præciſis verbis vtens Felinus ibi, videlicet. Cùm quo tranſeo præterquam in eo, quòd dicit emptorem rei eccleſiaſticæ non eſſe tutum in conſcientia, quando alienatio fuit facta ommiſſa forma Canonum in caſu tamen licito, quia contrarium tenet Dominus Antonius, in dicto capitulo plerique: & Dominus Abbas in capitulo primo in fine. de in integrum reſtitutione. Pro quibus facit, quia canon requirens ſolemnitatem, fundatur in præſumpta fraude: & ideo ceſſante præſumptione, ceſſat quoad Deum: & ſic intellige (inquit) allegata in principio huius fallentiæ: Vbi his præciſis verbis vſus fuit ipſe Felinus in dicta regula,

quòd

quòd canon obliget ad sui obseruantiam omnes, vt non procedat in foro conscientiæ, vbi agitur solùm de salute animæ, vt videntur probare verba Innocentij in capitulo quia propter, de electio.
7 vbi dixit, quòd quamuis † in electione non fuerit seruata forma data a canonibus, dummodo interuenerit purus consensus eligentium, tenet in foro conscientię, de quo dicto facit festum Dominus Abbas in dicto capitulo primo, in fine. de restitutio. in integrum dicens, quòd valet in omni casu, in quo est prætermissa solemnitas iuris positiui: vt in foro animæ non teneatur quis sibi de hoc facere conscientiam; ex quo non interuenit aliqua deceptio, & affuit consensus habentium actum explicare, de iure naturali, & idem de electo repetit Innocentius in capitulo si celebrat, extra de clerico. excommu. & sequitur Dominicus, in capitulo primo, in principio, de spons. in sexto. per illum textum probantem, quòd actus potest esse nullus de iure positiuo, sed non de iure naturali: & idem eleganter de electo notat Petrus de Ancharano. in regul. beneficium, quæstione septima, de regulis iuris in sexto. hæc Felinus qui ibidem subdidit in versiculó hanc fallentiam intellige proce-
8 dere non vniuersaliter, sed solùm in quibusdam casibus, licèt inter ipsos casus retulerit dictam sentẽtiam Calderinus, & ipsi aduersetur afferens sententiam Antonij, & Abbatis supra per me relatam. Quapropter patet ipsum se subscripsisse dictæ sententiæ vtriusque. Idipsum docuit Syluester in sua summa, versicu. alienatio. §. 13. & 14. per totum sequens sententiam dictorum Antonij, Panormitani, & Felini vbi supra. Idipsum docuit Nauarrus in suo tractatu seu commentario Extrauag. Pauli Secundi, Incipiente Ambitiosæ, vbi postquam retulisset dictam Extrauag. & dictam sententiam Antonij, Panormitani, & Felini, ei se subscripsit, ex illis eliciens tria notabilia. Primum quorum est, quòd alienatio rei Ecclesiæ facta ex causa vera necessitatis, vtilitatis, vel pietatis a beneficiario non seruata forma inducta a iure positiuo, valet in foro conscientiæ: modò sine deceptione consentiant beneficiarij alienantes, & alienare potentes. Secundum, quòd † beneficiarius, qui alienat iusta de causa rem ecclesiæ, inconsulto Papa, etiã cum consiliũ eius requiritur quoad forum exterius, bona fide faciens conditionem Ecclesiæ meliorem, non peccat quoad Deum mortaliter, nec incidit in pœnas præfatæ Extrauag. Tum quia non frangit legem per præsumptionem: Tum quòd alienat in casu permisso a iure. Tum quia non seruet formam alienandi iuris humani: seruat tamen formam iure naturali, & diuino necessaria, quæ est magna consolatio multorum, qui per simplicitatem, vel ignorantiæ alienant res Ecclesiæ in-
9

Digitized by Googl

consulto Papa: etiam cùm consilium eius requiritur quoad forum exterius. Idem addidit fore dicendum de iurantibus non alienare huiusmodi bona inconsulto Pontifice, licèt inde periurium incurrerint. Tertium, quòd qui alienat domum bona fide, tanta pensione perpetua: quanta colligitur singulo quoque anno, nõ seruata solemnitate iuris, non videtur peccare mortiferè quoad Deum: nam facit conditionem Ecclesiæ meliorem, quia exonerat eam ab onere reficiendi rem locatam, & etiam soluendi illius onera, quæ tenebatur soluere locando eam in singulos annos, per not. in l. 1. & 2. C. de petitio. & commod. rei vedicatio. & Iason in l. 1. nota. vltimo, nume. 13. & sequenti, C. de iure emphyt. & ratio rationis, huius vltimi fundamenti allati in fauorem partis affirmatiuæ, videtur quòd dicta alienatio videtur elici ex vnanimi Doctorum
10 assertione, dicentium, quòd † ecclesia possi: contractum (quàmuis nullum) propter eius vtilitatem ratificare: inter quos est Innocentius in capitulo primo, extra de his, quæ fiunt a prælat. cuius sententiæ astipulatur textus in capitulo si quæ de rebus, 12. quæstio. 2. glosa in capitulo primo. extra. ne sede vacante. Abbas in capitulo cum causa. in fine, de re iudicata, Antonius de Butr. in capitulo si quis præsbyterorum, columna prima, de rebus eccles. non alienand. Fulgos. & Iason. in l. cùm hi. §. eam transfactionem, ff. de transactio. Decius in capitulo, quæ in Ecclesiarum, columna secunda, in fine. extra de constitutio. Corsetus in singulari, in versiculo pupillus. Socinus in consilio 8. columna secunda, volumine quarto; Brunus in tractatu de forma, in titulo de potentia, & effectu formæ, in ampliatione nona. Petrus Rebuff. in concordat. in titulo de collatio. §. si quis vendit. in versicu. ipso iure. Ruinus in consilio 40. columna finali, volumine primo, & Antonius Gabriel. in suo eleganti tractatu conclusion. lib. 3. titulo de rerum alienatione addens, quòd ad hoc ipsum probandum faciat quod notauit Baldus in l. cùm interdictæ. C. arbitrio tutelæ, vbi quis potest ratificare contractũ etiam nullum, factum in propriam vtilitatem.

His auctoritatibus & oppositionibus hucusque allatis, & quæ in medium proferri possent, non obstantibus, vnica conclusione negatiua absoluemus propositam quæstionem quotidianam, & difficilem, etsi scitu dignissimam, præmittendo ei, quòd sub
11 alienationis † nomine continetur omnis actus translatiuus dominij tam directi, quàm vtilis cuiuscunque iuris, quod quis habet in aliqua re, quam vult alienare: vt inter alios docuit Baldus in l. sancimus. C. de rebus non alienan. & Panormitanus in cap. nulli. in verf. nota quòd verbum. extra de reb. eccl. non alien. quos citat & sequitur Rodoh. in tract.

Digitized by Google

tract. de reb. Eccle. non alie. quę-
stio. 1. cap. 44. in principio.

Vnica ergo conclusio sit hæc. Alienatio (de qua est sermo) est
12 ipso iure † nulla. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim infrascriptis iuribus, quibus fuit huiusmodi alienatio prohibita cum decreto irritante: qua prohibitione stante, contractus huiusmodi alienationis corruit ipso iure, & nullum vnquam poterit producere legitimum aliquem effectum, iuxt. decisionem l. non dubium. C. de legibus. vbi hæc habentur, videlicet [Nõ dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prerogatiua verborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum cõtractum inter eos videri volumus subsequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteras, quàm nouellas trahi generaliter imperamus: vt Legislatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuisse sufficiat: cęteraque quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere. hoc est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur. licèt Legislator fieri prohibuerit tantùm: nec specialiter dixerit inutile esse debere quod factum est, sed etsi quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est: illud quoque cassum, atque inutile esse precipimus, secundum prædictam itaque regulam: qua vbicunque enim seruari, factum lege prohibente censuimus: certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec sacramentum admitti.] hæc ibi. Idem habetur in regula. Quæ contra ius. de regul. iur. in sexto, vbi hęc habentur, videlicet. [Quę cõtra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.] hæc ibi. His ergo iuris generalibus, regulis præmissis scien-
14 dum, quòd alienatio † rerum Ecclesiasticarum est generaliter, ac regulariter à iure prohibita etiã Diuino, in testamento veteri, in lib. Leuit. nu. 23. c. 25. vbi hæc habentur, videlicet. [Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenę & coloni mei estis.] hæc ibi. Nam subsequentia iura hoc docuerunt. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2 hęc habentur, statuta à Symmaco Papa,
15 videlicet. [Non liceat † Papę prędiũ Ecclesiæ alienare aliquo modò prò aliqua necessitate, nec in vsumfructum rura dare, nisi tantummodo domos, quæ in quibuslibet vrbibus non modica impensa sustentantur. Qua lege omnes adstringantur, vt donator, ac-
16 censator, venditor honorem perdat: & qui subscripserit, Anathema sit cum eo, qui dedit, vel qui recepit, nisi restituatur. Liceat etiam quibuslibet Ecclesiasticis personis contradicere, &
17 † cũ fructibus alienata reposcere.

Quod non modo in Apostolica seruandum est Ecclesia: Verum etiam vniuersis Ecclesijs per Prouincias quidem elicitur conuenire.] hæc ibi. Idem habetur statutum in Concilio Agathensi, & habetur in capitulo Diaconi. duodecima quęstione secunda. Idem habetur in capitulo quidquid, duodecima quęstione secunda, vbi ex eodem Concilio habentur hęc, videlicet. [Quidquid Parochiarum Presbyter de Ecclesiasticis iuris possessione distraxerit inanè habeatur, & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis.] hęc ibi. Idem prohibitum fuit a Leone Quarto in Concilio generali, & habetur in capitulo monemus. duodecima quæstione secunda, in his præcisis verbis vtens, videlicet. [Monemus, & irrefragabiliter affirmamus, vt nullus Episcoporum, vel Sacerdotum rem tituli sui vsurpare præsumat: sed neque salarium a Christianis sanctis locis oblatum causa amicitiæ, vel timoris, aut muneris pertentet auferre: nè Ecclesia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præsumpserit Episcopus, vel Sacerdos Canonicam sine dubio subeat vltionem, & quod Ecclesiæ iniustè ablatum est, reddere compellatur: ita vt deinceps nullas vires pro his ad litigandum, vel possidendum habere possit.] hæc ibi. Idem fuit decretum in capitulo quisquis Episcopus, duodecima quæstione secunda, his præcisis verbis vtens, videlicet. [Quisquis Episcopus, vel Abbas inuentus fuerit de salarijs Episcopij, vel Monasterij transferre quidquam in Principum manus, vel etiam alij personæ conferre irritum sit, quod datum esse constiterit, secundum Canonem Sanctorum Apostolorum, qui dicit [omnium Ecclesiasticarum rerum Episcopus habeat solicitudinem, & dispenset eas tanquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare quidquam ex illis, vel cognatis proprijs donare, quæ Dei sunt. Quod si excusationem prætenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrum existere, nec sic Principibus, qui per loca illa sunt tribuatur ager, vel locus, sed clericis, vel agricultoribus. Quod si calliditate vsus fuerit, & a colono, vel a clerico emerit Princeps agrum, irrita fit venditio, & restituatur Episcopio, vel Monasterio, & Episcopus, vel Abbas hoc faciens abijciatur: Episcopus quidem a Episcopio, Abbas autem a Monasterio, tanquam qui dispergit, quæ non collegit.] hæc ibi. Idem habetur in capitulo nulli, capitulo si quis Præsbyterorum, & capitulo finali, extra de rebus eccles. alienan. vel non. Nam in dicto capitulo nulli. hæc habentur, videlicet. [Nulli liceat alienare rem immobilem ecclesię suę, siue agrum, siue rusticum mancipium, neque specialis hypothecę titulo

Digitized by Google

lo obligare . Alienationis autem verbum continet conditionem, permutationem, & emphyteosis perpetuum contractum . Vnde omnes Sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant, pœnas timentes, quas Leonina constitutio comminatur .] hæc ibi. hæc Leonina constitutio fuit supra relata in relatione dicti capituli monemus, duodecima quęstione secunda. Vide ibi . Idipsum docuit Symmachus Papa, & habetur in dicto capitulo si quis Presbyterorum : his præcisis verbis vteus, videlicet. [si quis Presbyterorum, Diaconorum, seu defensorum, alienanti prædium Ecclesiæ subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur : nisi fortè & alienator, & qui acceperit celeri restitutione sibi ,pspexerint. Quòd si minore animæ suæ cura remedium oblatum neglexerint, præter pœnam super hoc adscriptam, confectum exinde documentum viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) vacuetur, sed etiam licet quibuscunque Ecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre, & vt cum fructibus possint alienata reposcere, & Ecclesiastica auctoritate fulci-
21 ri.] hęc ibi. Idipsum statuit Innocentius Tertius, & habetur in capitulo finali, eodem titulo, his pręcisis verbis, videlicet. [Cum laicis quamuis Religiosis disponendi de rebus Ecclesię nulla sit
22 attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi ; dolemus in quibusdam ex illis sic refrigescere charitatem, quòd immunitatem Ecclesiasticę libertatis : quam non tantum Sancti patres, sed etiam Principes seculares privilegijs multis munierunt, non formidant suis constitutionibus, vel potius destitutionibus impugnare non solum de alienatione feudorum, ac aliarum possessionum Ecclesiarum, & vsurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuarijs, nec non & alijs, quę iuri spirituali annexa videntur, illicitè pręsumendo . Volentes igitur, super his indemnitatibus consulere Ecclesiarum, ac tantis grauaminibus prouidere constitutiones, & venditiones huiusmodi feudorum, seu aliorum bonorum Ecclesiasticorum : sine legitimo personarum Ecclesiasticarum assensu pręsumptas occasione constitutionis laicę potestatis, (cùm non constitutio, sed destitutio, vel destructio dici possit, nec non vsurpatio iurisdictionum) sacri approbatione Concilij decernimus non tenere, pręsumptoribus per censuram Ecclesiasticam compellendis.] hæc ibi . & notanda sunt illa verba videlicet. [sine legitimo personarum Ecclesiasticarum assensu pręsumptas.] equidem non solum intelligenda erunt de assensu Abbatis ; & Monachorum, verum etiam aliarum personarum Ecclesiasticarum, quarum Caput est ipse Summus Pontifex,

Digitized by Google

Pontifex, implicitè ergo ibi comprehenditur necessarius assensus Summi Pontificis. Idipsum elicitur ex text. in c. quòd sicut. §. fin. iuncta glo. in vers. præterire. ext. de elect. vbi his precisis verbis vtitur Innocentius Tertius, videlicet. [Quod autem tabulam argentam dicitur vendidisse, dummodo Ecclesiam Armachanam reddet indemnem, æquanimiter poteris præterire, cum id de cleri, & populi processerit voluntate.] hæc ibi. Vbi dicta glo. dixit ibi fuisse quandam dispensationē Papæ, & quòd ideo ibi dixerit æquanimiter poteris tollerare.] & quòd fuerit solum modo quædam tollerantia, tacite innuens ipse Papa, quòd aliàs de iure dicta alienatio fuisset nulla, nisi subsequuta fuisset dicta dispensatio, seu illius confirmatio, quamuis illam præcessisset assensus cleri, & populi. Quapropter ibidem dixit Panormitanus, nu. 5. vers. vltimo nota, quòd consensus cleri, & populi non sufficit, vt bona Ecclesiæ sine iusta, & Canonica causa alienentur, prout in d. c. sine exceptione: sed melius in c. aduersus, versic. propter imprudētiam. de immu. eccle. vbi refertur Innocentium Tertium statuisse, quòd propter imprudentiam tamen quorundā Romanus Pontifex prius consulatur, cuius interest communibus vtilitatib. prouidere, scilicet antequam a clero subueniatur necessitatibus, seu vtilitatibus Ciuitatum: si ergo, vbi adest publica vtilitas non licebit clero alienare sine Apostolico assensu, quāto minus, quando huiusmodi alienatio non proderit ei, vt in casu nostro. Idipsum docuit textus in Clem. 1. de reb. eccle. non alien. Vbi Clemens Papa Quintus his præcisis verbis confirmauit nostram conclusionem, videlicet. [Monasteriorum, & aliarum administrationum regularium dispendijs occurrere cupiētes, perpetuo prohibem⁹ edicto, ne quis Religiosus Monasterio prioratui, Ecclesię, seu administrationi cuiuis Præsidens iura redditus, aut possessiones eiusdem alicui ad vitam eius, seu aliud certum tempus, pecunia etiam indè recepta, quouis modo cōcedat: nisi necessitas, aut vtilitas Monasterij, Prioratus, Ecclesię, aut administrationis huiusmodi hoc exposcat: conuentus sui, aut si conuentum non habeat, Prælati proprij assensu ad hoc nihilominus accedēte: si quis autem contra hoc fecerit, penam suspensionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur. Verum præmissa ad locationes, vel etiam reddituum, aut fructuum venditiones ad tēpus modicum faciendas declaramus vlatenus non extendi.] hęc ibi. vbi glo. & Doctores dicunt, quòd appellatione proprij Prælati ibi in textu quo ad regulares exemptos & immediatè sedi Apostolicæ subiectos veniat ipse Sūmus Pontifex, vt infra latissimè constabit ex relatione sententiarum Doctorum infra recensendarum de cuius assensus necessitate apertius nos docuit Gregorius Papa Decimus

cimus in Cõcilio generali Lugdunenſi, & habetur in c. 2. de rebus eccleſ. non alien. in ſexto, his præciſis verbis vtens, videlicet. [Hoc cõſultiſſimo prohibemus edicto, vniuerſos, & ſingulos Prælatos Eccleſias ſibi commiſſas bona immobilia, ſeu iura ipſarum laicis ſubmittere, ſeu ſupponere abſque Capituli ſui conſenſu, & Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali. Non concedẽdo bona ipſa, vel iura in emphyteoſim, ſeu aliàs alienãdo in forma, & caſib. a iure permiſſis: ſed conſtituẽdo, vel recognoſcendo, ſeu profitendo ab illis eatanquã a Superioribus ſe tenere: ſeu ab ipſis eadem aduocando, prout in quibuſdam partibus vulgariter dicitur Auoet. vel ipſos patronos vel aduocatos Eccleſiarum, ſeu bonorum ipſarum perpetuò, aut ad tempus non modicum ſtatuendo. Contractus autem omnes etiã iuramenti pœnę, vel alterius cuiuſlibet firmitatis adiectione valatos (quos de talibus alienationibus ſine huiuſmodi licentia, & conſenſu contigerit celebrari,) & quidquid ex eis ſequutum fuerit decernimus, adeo viribus omnibus carere, vt nec ius aliquod tribuant, nec præſcribendi etiã cauſam parent. Et nihilominus Prælatos, qui ſecus fecerint, ipſo facto ab officio, & adminiſtratione clericos etiam, qui ſcientes contra inhibitionem prędictam aliquid eſſe præſumptum id Superiori denũciare neglexerint a perceptione beneficiorum, quæ in Eccleſia obtinent, ſic grauata triennio ſtatuimus eſse ſuſpenſos. Qui verò ſecus egerint (niſi legitimè moni-
23 ti, ab huiuſmodi vſurpatione deſtiterint, reſtituẽdo etiam ea, quę taliter vſurparunt, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant, & ex tunc ad ſupponendum terrã ipſorũ (ſi opus fuerit) Eccleſiaſtico interdicto liberè ꝓcedatur.] hęc ibi. Ex quib. aptiſſimè elicitur facultas arguendi à minori ad maius affirmatiuè tali pacto, videlicet. ſi dictus Summus Pontifex annullat omnem ſuppoſitionem bonorum Eccleſiaſticorum
24 laicis, vt ſic ab illis defenderentur, quanto magis eorundem alienationem transferendo aliquod eorum Dominium: ac per conſequens ſi huiuſmodi bonorum ſuppoſitio prohibita fuit cum decreto irritante, ſine ſpeciali licentia Papæ, quantò magis eorum omnimoda alienatio incõſulto Romano Pontifice? & quòd hæc noſtra interpretatio, ac argumentatio ſit conſona menti legiſlatoris dicti Canonis, aperti⁹ adhùc probabitur auctoritate infraſcriptorum Doctorum, qui ad hoc ipſum probandũ citauerunt ipſummet Canonum, inter quos fuit Auguſtinus Berous in c. 1. nu. 161. verſic. non obſtat. extr. de integr. reſtitut. qui rurſus idipſum apertiùs confirmauit in c. nulli. nu. 4. verſic. quod demonſtratur. ext. de reb. Eccle. non alien. dicẽs, quòd alienans rem Eccle. indebitè & iniuſtè excommunicatur, vt in c. 2. & ſequenti. & expreſſiùs in eodem c. nulli. nu. 57. verſ. tertium dicens, quòd ex ipſo probetur ibi [in forma, & in caſibus a iure per-

permiſſis] quòd in alienatione rei Eccleſiæ requiritur iuſta cauſa & ſolemnitas, & quòd nec alterum per ſe ſufficeret: alioquin alienatio eſſet ipſo iure nulla[.] idem apertius fatetur Caſſaneus in commentarijs ſuper conſuetudinibus Burgund. Rubric. nona, titu. *Deins mais mortes : l'homme de main morte.*§.19. folio 1217. in quo propoſuit de validitate manumillionis cuiuſdam ſerui cuiuſdam Monaſterij facta ab Abbate cum conſenſu Capituli Monachorum, qui poſt multa notabilia ibidem.nume.26. verſ.item etiam non interuenit auctoritas Superioris.fol.1222.volens probare, quòd dicta manumiſſio ſit nulla,cùm fuerit alienatio, quæ fieri non poterat ſine aſſenſu Summi Pontificis eo quòd dictum Monaſterium (de quo agebatur) erat exemptum. Quapropter d. alienatio fuiſſet facienda cum auctoritate ſuperioris, & ſic Papæ, vt in terminis præſentis quæſtionis tenuerat Alexan. in conſil.ſuo 43. vol. 4. incip. viſo inſtrumento & Bald.in conſil.ſuo 378.vol.3. ibidem nu.27.verſic.& credo. Nam ipſe Caſſaneus ibi his precisis verbis vſus fuit, videlicet. & credo, quòd de hoc in terminis, maximè, quòd de alienatione fienda per Abbatem exemptum, requiratur auctoritas Summi Pontificis, eſt text.non poteſt cauillari in c.2.de reb.Eccle.non aliena.in ſexto, vbi text. ponit ſolemnitates, quæ de iure requiruntur in alienatione rei Eccleſiaſticæ. & ibidem rurſus nu.28.verſic.quare cùm prædictæ ſolemnitates: hoc ipſum probat multis medijs, & ſpecialiter per tex.in dicto cap.2. dictam alienationem nullam. idipſum docuit Compatriota noſter Mattheus de Afflictis in deciſione 386. nu.6.verſic. hodie, vt plurimum. his præciſis verbis vtens, videlicet. Hodie, vt plurimum cum decreto commiſſariorũ Apoſtolicę ſedis Eccleſię Neapolitanę concedunt, habito reſpectu ad valorem rei, & ſubdidit: Nam poteſt in totum res Eccleſię alienari ob neceſſitatem, vel ob euidentem vtilitatem cum decreto Summi Pontificis, vt in c. hoc conſultiſſimo. de reb. Eccle. non alie.in ſexto, hæc ille.ex cuius Canonis ad hoc probãdum citationis apertiſſimè comprobatur ipſum nos docuiſſe Sanctam Eccleſiam per ipſum textum præcepiſſe alienationem bonorum immobilium non faciendam fore ſine aſſenſu Apoſtolico, etſi ibi ſolùm habeatur ſermo de ſummiſſione bonorum Eccleſiæ non fore faciendã inconſulto Summo Pontifice. Idem docuit Grammaticus noſter in deciſione 79.nu.13. ibi citans ad hoc ipſum probandum dictum tex.in c.hoc conſultiſſimo. qui doctor ibidem paulò antè nu. primo verſic. & ſucceſſiuè deficiente. dicit dictam alienationem fore de iure nullam deficiente auctoritate Summi Pontificis,iuxta conſtitutionem Paulinæ extrauagantis, & ad hoc ipſum probandum multas Doctorum auctoritates ſubintulit: præſens inſuper noſtra cõcluſio probatur

batur quoque per extrauag. Ambitiosæ Pauli Secundi sub titul. de reb. Eccle. non aliena. æditam in anno salutis 1463. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Ambitiosæ cupiditati illorum præcipuè, qui diuinis & humanis affectat, damnatione postposita immobilia & prætiosa mobilia Deo dicata (ex quibus Ecclesiæ, Monasterij, & pia loca reguntur, illustrãturq; & eorum ministri sibi alimoniam vendicant) profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum, ac diuini cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare præsumunt, occurrere cupientes; omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneq; pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteoticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus ac bonis in emphyteosim ab antiquo concedi solitis: & tunc pro Ecclesiarum euidenti vtilitate ac de fructibus & bonis, quæ seruando seruari non possint pro instantis temporis exigentia: hac perpetuò valitura contestatione præsenti fieri prohibemus, prædecessorum nostrorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis alijs super hoc æditis: Quæ tenore præsentium innouamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis & rebus eisdem alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, cõcessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius sint omnino roboris vel momenti: & tam qui alienat, quàm is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, sententiam excommunicationis incurrant: alienanti verò bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet incõsulto Romano Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus Ecclesiæ sit penitus interdictus, etsi per sex mẽses immediatè sequentes sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerit indurato, lapsis mensibus eisdem à regimine & administratione suæ Ecclesiæ vel Monasterij, cui prẽsidet in spiritualib. & temporalib. sit eo ipso suspensus. inferiores Prẽlati cõmendatarij, & aliarum Ecclesiarum rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præpositatibus, dignitatibus personatibus, administrationibus, officijs, Canonicatibus, præbendis, alijsq; Ecclesiasticis beneficijs cum cura & sine cura secularibus, & regularibus, quorum res & bona alienarunt dumtaxat, ipso facto priuati existant: illaque absq; declaratione aliqua censeantur, possintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet personis idoneis (illis exceptis) quæ propterea priuatę fuerint, liberè de iure conferri. Nisi aliàs dispositioni apostolicę sedis

sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata. Nihilominus alienata res huiusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia, ad quæ antè alienationē huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur.]hęc ibi ad verbum .quæ omnia fuerunt postea confirmata per infrascriptos Summos Pontifices, videlicet, per Iuliū Papā Tertium, die 23. Maij 1551. per specialem constitutionem incip. Cùm sicut accepimus. qui Iulius deputauit duos officiales ad declarandum contractus aliter factos esse nullos, & vt cum effectu restituerent bona sic alienata Ecclesijs pręcepit eisdem. Idipsum pręcepit Paulus Quartus in anno 1555. pridie idus Iulij confirmans dictam extrauag. Pauli Secundi, incip. ambitiosæ. præcepitque ipsam obseruari: & licèt Pius Quartus postea in anno 1560. tertio idus Septēbris, dictam constitutionem renocauerit ad terminos iuris communis, vt in sua constitutione incip. Prouida Romani. nihilominus indè nihil concludi poterit contra præsentem conclusionem duplici ex capite: nempè, tum quia iam per supra allata apertissimè probatum fuit de iure communi Pontificio ipsam alienationem fuisse de iure communi nullam: cùm quia post dictam Pij Papæ Quarti constitutionem emanauit constitutio Pij Papæ Quinti incip. Etsi de singulis. & est inter ipsiusmet constitutiones in ordine, constitutio Nonagesimanona, in qua expressè confirmauit statuta per fęl. record. Paulum Secundum in dicta constitutione incip. Ambitioseę cupiditati. Ex his ergo omnibus iuribus emicuit veritas præsentis nostræ cōclusionis, cum huiusmodi alienatio directi dominij fuerit facta omissa dicta solemnitate ea quòd non affuerit assensus Apostolicus, & dicta constitutio emanauerit, cum decreto irritante ipsam alienationē. Quapropter sine dubio post ipsam Pauli Secundi constitutionem, de solemnitate, & forma alienationis bonorum, & iurium pertinentium ad Ecclesias, Monasteria, & alia loca pia, necessariò requiritur assensus Apostolicæ sedis, qui defuit in dicta alienatione (de qua agitur) & q hoc sit verissimum, probatur iuris regula nobis tradita a Gregorio Nono Papa, & habetur in c. constitutus. §. quo circa. ext. de in integr. restitu. his pręcisis verbis, videlicet. [Quo circa mandamus quatenus si præmissa inueneritis veritate subnixa, vel vēditionem prædictam, quo ad partem ex successione materna ipsos contingen-
28 tem, nullam nunciare curetis, si in ea debita iuris solemnitas est omissa.]hæc ibi inter alia.

Et nè quis putet huiusmodi alienationem factam (de quâ est sermo) non fuisse expressè prohibitam etiam de iure ciuili, & declaratam ipso iure nullam, ideo operæpretium duximus hìc referre ad verbum ipsamet præcisa verba ipsius Imperatorij iuris. Sciāt ergo omnes, quòd idipsum Leo Imperator hoc prohibuit, & habetur in l. iubemus. la seconda. C. de

C. de ſacroſan. Eccle. vbi apertiſſimè non ſolum prohibuit alienationem rerum immobilium Ecclesiarum, Monaſteriorum, ac locorum piorum, declarãdo ipſam nullam: verũ etiam præcepit emptorem illarum ipſo iure priuari
30 non ſolum dominio, & fructibus ipſorum bonorum, ſed & pretio pro ipſis emendis ſoluto, & quod nullo pacto Eccleſia, Monaſte-
31 rium, vel loca pia ad ipſum reſtituendum compelli poſſit. Nec de iure obſtare poterit, quòd text. in dicta l. iubemus, la ſeconda, lo-quutus fuerit explicitè ſolùm de bonis ſpectantibus ad Eccleſiam maiorem, & alias ſitas in ciuitate Conſtantinopolitana. Cùm huic obiectioni quàm facillima ſit reſponſio, dicendo quòd dicta Leonina conſtitutio fuit expreſsè extenſa ad omnes alias Eccleſias, Monaſteria, & loca pia totius orbis, vt expreſsè habetur in Authen. de non alien. aut permut. rebus Eccle. §. nos igitur. verſ. alienationis autem nomen. Vbi hæc habentur, videlicet. [Alienatio-
32 nis autem nomẽ generaliùs ideo poſuimus, vt prohibeamus & venditionem, & donationem, & cõmutationem, & in perpetuum extenſam emphyteoſim, quæ non procul ab alienatione conſiſtit: ſed omnes vbique Sacerdotes ab huiuſmodi alienatione prohibemus, ſubditos pœnis, quibus Leonis piæ memoriæ vſa eſt conſtitutio. Illam namq; per omnia valere & ratam eſſe ſancimus.] hęc ibi. quod & repetijt in eadẽ Auctẽ. §. quia verò Leonis. his præciſis verbis vtens, videlicet. [Quia verò Leonis piæ memorię cõſtitutio pœnas penè ſolũmodo in venditione decreuit. Nos autem in-
33 terdicimus, & perpetuas emphyteoſes, & pignotum dationes in rebus immobilibus, &c. (& ſubditur) ſi quis igitur emere preſumpſerit rem Eccleſiaſticã, aut ptochicam cadat quidem mox pretio: exigatur autem res, quam accepit, cum omni medij temporis incremento, & contra ſanctiſ-
34 ſimam quidem Eccleſiam, aut venerabilem domũ nullam omnino habeat actionem, ſed contra enconomos, &c.] & ſubditur ibidẽ in verſic. ſi quis. [ſi quis autem per donationem accipere præſumpſerit rem Eccleſiaſticam, aut ptochicam, & ipſo (quod datum eſt) omnino cadat: & aliud tantumdem de ſua ſubſtantia repenſet Sanctiſſimę Eccleſię, aut venerabili domui, ex qua hoc ſuſcepit, vt quã viſus eſt agere contra eam nouitatem: hanc ſibimet in proprijs exhibens, ſuam ſentiat malignitatem.] hęc ibi. & in ſubſequenti §. ſi verò in ppetuam. hæc habentur, videlicet. [ſi verò in perpetuam quiſpiam emphiteoſim accipere præſumpſerit (q̃ non licet) aut temporalem quidem, non tamen ſecundum huius noſtræ legis obſeruationẽ: etiam ſi cadat quidem de emphyteoſi: & quod datum eſt, maneat apud venerabilem domum. Debet autem continuò & poſt caſum emphyteumatis, quantum futurus erat, ſoluere, ſi ſecundum legem ſubijſſet emphyteoſim. nihil apud eum

Digitized by Google

eum remanente ex rebus pauperum, quæ frustra per emphiteosim datę sunt. Hęc igitur omnia custodiantur prędictis subiecta pœnis.] hęc ibi. Ex quibus apertissimè elicitur veritas nostrę cõclusionis, arguendo a minori ad maius negatiuè tali pacto procedendo si a iure non conceditur emptio vtilis dominij rerum Ecclesiasticarum non seruata solemnitate indicta à iure cum decreto irritante illam, multo minus ibi intelligetur concessa cum eodem decreto emptio dominij di-
36 recti ipsius rei Ecclesiasticæ non seruata huiusmodi solemnitate iuris: cùm indè maius detrimentum generetur & præiudicium Ecclesijs & pijs locis: eò quòd ex eius venditione ipsa Ecclesia & loca pia priuantur multis bonis & lucris ferè quotidianis nempè, & omni spe rursus tale dominium acquirendi per mortem emptoris, vel per lineam extinctam hæredum: quod non contingit in locatione emphyteotica, quę cõmuniter per Doctores dicit alienatio largo modò, (etsi procul dubio & ipsa per supra allata iura fuerint prohibita.) priuatur etiam ecclesia spe sępius recipiendi non paruum lucrum ex alienatione talium bonorum facta per emphyteotas, cum eius consensu: cùm de iure non possit ei denegari laudemium toties quoties res illa alienaretur: insuper priuaretur iure prælationis, si Ecclesia ipsa vellet talia bona emere & pro se retinere: nec non annali censu, qui sibi debetur pro recognitione directi dominij soluendo ab emphyteota: Nec non priuaretur iure acquirendi ipsamet bona emphiteotica insolutum etiam cum omni illorum melioramento multis alijs medijs, vt puta per alienationem ipsorum factam sine consensu ipsius Ecclesiæ per cessationem à solutione Canonis cõuenta, per biennium, per deteriorationem factam in ipsis bonis per emphiteotam, & alijs de causis, quas enarrare longum esset, quæ tamen perlegi poterũt apud Corbulum, & alios in tractatibus de emphiteotico contractu: si ergo sub tot pœnis prohibetur alienatio locationis emphiteoticæ, quanto magis implicitè fuit prohibita cum eodem decreto irritante alienatio directi dominij: ex quo tot bona in dies Ecclesijs & alijs locis pijs producuntur.

Probatur & secundò præsens nostra conclusio auctoritate Canonistarum. Nam infrascripti Doctores infrascripta ad verbum docuerunt. Glos. enim in dicto c. si quis presbyterorum in vers. ab initio nullas. dicens, quòd ex hoc manifestè pateat, quòd alienatio quæ fit contra formam iuris, nulla sit ipso iure, & in vers. alienata. addit dicens, dicatur alienata de facto, quia ipso iure non tenet: licèt Ecclesia habeat actionem personalem contra malum alienatorem si est soluendo: vel in rem actionem contra possessorem, vt in c. apostolicos. 12. quæstio. 2. & est expressum in l. 3. & vltima. C. si tuto. vel curato. idem docuit glo.

in

in dicto c. nulli vers. alienare. dicens neminem posse alienare, nisi pro vtilitate Ecclesiæ, & iuris solemnitate seruata. & sic copulatiuè. idem docuit glo. prima, in dicto c. 2. dicens, quòd Canon ille prohibeat sumillionem bonorum immobilium, & iurium Ecclesiarum fieri laicis sine consensu Capituli, & licentia Papæ; & quòd cassent omnes contractus ini tos contra illam prohibitionem, & punit Prælatos, clericos, & laicos contrafacientes. & hęc eadem glo. in versic. non concedendo. ibidem ait, quòd non prohibuerit ibi Papa alienari bona Ecclesiastica forma, & in casib⁹ aliàs de iure permissis. idem docuit Glo. prima in dicta Clem. prima, dicens, quòd Religiosus concedens alicui ad vitam, vel certum tempus iura, redditus, vel possessiones administrationis (cui præest) suspensus est ab officio, nisi duo concurrant: nec valeat talis concessio. & rursus eadem glo. in vers. non habeat. dixit, quòd tex. innuat, quòd si rector Ecclesię habeat conuentum, non requireretur cõsensus sui Prælati: quod tamen (intelligendum fore subintulit) verum quo ad euadendam illius constitutionis pœnam: sed quòd aliàs ad validandum contractum perpetuum requiratur omnis solemnitas in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisita de iure, vt in dicto capitulo dudum. de rebus Eccle. alienan. in sexto. idem docuit glo. in dicto capitulo quæ in Ecclesiarum. in versicu. personarum assensu. dicens, quòd alienatio facta de cõsensu omnium citra formam debitam, nulla est, vt in c. fine exceptione. 12. q. 2. & in c. hoc ius porrectum. 10. quęst. 2. & in l. iubemus. la seconda, in fine. C. de sacrosan. Eccle. & in capitulo dudum. de rebus Eccle. alienan. in sexto, Ioannes Andreas ibidem dicit huius glosæ sententiam veram, quando ageretur de transferẽdo directo dominio (Adde tù, prout in casu nostro.) in emptorem: Non autem si ageretur de feudo Eccle. vendito ab eo, qui ab Ecclesia tenebat: nam tunc teneret venditio facta cùm consensu Ecclesię, nõ seruata forma alia, prout docuit tex. apertissimus in c. 2. extra de feudis. & in cap. per tuas. extra de donat. cuius Ioannis And. sententia erit intelligenda iuxta terminos dictorum Canonum, vbi agitur de alienatione feudi soliti alienari, vt expressè ex litera habetur. Idipsum docuit Gl. in c. 1. vers. redire. extr. de in integr. restit. dicens, quòd alienatio quando facta non fuisset in casu non licito: tunc contractus eius erit nullus ipso iure.

Idem docuit Pan. in c. 1. n. 12. vers. sed alij Doctores communiter. ext. de in integr. restitu. dicẽs. ꝙ alij Doctores tam antiq, q̃ moderni cõiter sequuntur glos. pen. in fi. d. c. 1. & ꝙ ad hoc ipsum probãdum adduxerit Ioan. Cald. tex. exp̃ssũ in Clem. 1. de reb. eccle. nõ alie. vbi apertè deciditur, ꝙ non valeat alienatio, nisi fiat in casu licito & seruetur forma, quòd sit memoriæ cõmendandus ille tex.

cùm hoc benè probet. Ad idem probandum facit text. in d.c.ſine exceptione. Vbi dicitur, ꝙ Pręlatus debeat eligere id, quod eſt profuturum ipſi Eccleſię: & quòd ad hoc ipſum faciat textus in d. c.quæ in Eccleſiarum. & in c.fin. de rebus eccleſ.alien.vbi dicitur, quòd in alienatione rerum Eccleſiaſticarum debeat interuenire legitimus conſenſus Eccleſiaſticarum perſonarum: non enim dicitur legitimus, niſi interponat in caſu licito.& addit ibi ipſe Pan.ꝙ hæc opinio ſit tenenda.Idem docuit Innoc.in c.Raynaldus. in verſic.teneret pactũ.ext.de teſtamentis,qui in d.verſ.nu.5.his præciſis verbis vſus fuit,videlicet,Vbi autem lex inhibet alienationem, ſi contra factum ſit,non tenet, nec transfertur dominium, vt ff. & C. de fundo dot. per totum. & in c. ſine exceptione. 12. q.2. & c.hoc ius,10.q.2.in Auctẽ.de nõ alien. & emphy.§.ſanctiſſimas, & in Auctẽ, vt li.ma. primo reſpouſo. & ibidẽ nu.6.verſ.itẽ ẽt dico, dixit ipſe Innoc.ꝙ ſi Prælatus prohiberetur alienare ẽt in caſib.cõceſſis a iure,quia nõ tenet alienatio, vt in c.fi. de accuſat.& in c.veritatis. de ord.cognit.in fi.Idipsũ docuit idẽ Pan.in d.c.nulli,nu.7. addens hanc rationem pro ſuã confirmanda ſnſa,dicens. Concludo, ꝙ niſi alienatio fiat ſeruata illa forma, & in caſu a iure cõceſſo, eſt nulla. de defectu formæ eſt clarum,nam
40 † illa ſemper inducit nullitatem actus,quia forma dat eſſe rei, & ad hoc probãdum citauit textum in c.tua.ext.de his, quæ fi.a Prælat. & dictum c. ſine exceptione. & addidit, ꝙ defectu caſus liciti probetur in d.c.nulli, cùm ibi ꝓhibeatur alienatio rei Eccleſiæ a iure: ergo (ſubintulit ibidẽ Pan.) alienatio eſt nulla, ſi nõ ſit in caſu conceſſo. vt in l.non dubium, C. de legib.& in regula.Ea,quę contra ius.de regu. iur.in ſexto,quod & expreſsè probatur in Clem.1. eo.titu. & in c.quæ in Eccleſiarũ. ext.de conſtitu. Idipſum repetijt idem Panor.in d.c.quæ in Eccleſiarum, nu.4. qui rurſus idem repetijt in d.c.ſi quis Præsbyterorum. Idem repetijt ipſe Panor. in c.quod ſicut. §.fin. nu.14.ſequens doctrinam gloſę fin.ibidem. ext. de elect. citans ad hoc, & text. in l.non prodeſt. ff. de vi bonorũ rapt.addens, quòd dictam gloſæ ſententiam ſequuti fuerint Hoſt. Ioan.And.& cõiter Doctores Moderni.Idem repetijt ipſe Panor.in conſ.ſuo 41.num.1.vol.1.citans ad hoc ipſum probandum text.in dicta Clem.1.eo.titu. dicensque,ꝙ ex ipſa Clem.1. habeatur, quòd alienatio facta de reb.Monaſterij in caſu nõ conceſſo eſt nulla,quãcumcunque forma fuerit ſeruata, prout ſenſerunt quoq; glo.& Calder.in c.1. de in integr. reſtit. & Archid. & Ioannes And.in d.c.1. de reb.Eccleſ. non alien.lib.6. & Bal. in Auctẽ. Qui res iã dictas. C.de ſacroſan.Eccle.quod & rurſus confirmauit ipſemet Pan.in c. Abbas.num.10.ext.de his quæ vi, met.&c.in verſ.tertius caſus, dicens,ꝙ nõn ſufficiat,ꝙ ſolemnitas ſeruetur, niſi ſit facta in caſu licito, & a iure approbato. Duo.n.

ſunt

sunt necessaria, vt valeat alienatio facta de re Ecclesiastica. Primò, quòd fiat in casu licito: secundò, quòd seruetur forma à iure statuta, siue tradita: vt est textus in dicta Clemen. 1. quod & repetijt ipse Panormitanus in capitulo cùm causa. nu. 15. versic. & nota diligenter dicta Bart. extra de re iudicat. addens, quòd ex dictis Barto. in Authentica de alienat. & emphyt. §. quęcunque verò. nu. 11. & eius ratione inferatur, quòd solemnitates iuridicè introductæ ab habente potestatẽ in alienatione rerum Ecclesiasticarum non possint consuetudine tolli. Item quòd non sit necessaria consuetudo ad tollendam solemnitatẽ illius Authen. hoc ius porrectum. sed satis sit, quòd Ecclesia illam non acceptauerit prosequ: & addidit Pan. ibidem. nu. 17. in vers. ad vnum tñ. dicens non esse veram sententiam glo. in dicto c. cùm causa, quòd valeat venditio à solo Prelato facta, si pretiũ probatum versum in vtilitatẽ Ecclesię, saltem si hoc haberet consuetudo: & reddens rõnem suæ sniæ subintulit, primò, quia non sufficiat alienare rẽ in casu licito, nisi etiam seruetur solemnitas à iure introducta, vt apertè probatur in d. c. sine exceptione, 12. q. 2. & in c. 1. de rebus Eccle. non alien. in sexto. Nec consuetudo potest detrahere solẽnitati: & addidit ibidem, q̃ audeat dicere, q̃ emptor hoc casu non possit etiam repetere pretium, sed illud amittit, quia cõtra ius emit: & quòd etiam teneat restituere fructus perceptos, vt probatur in l. iubemus. la secõda. C. de sacrosan. Eccclẽ. quia ex contractu cõtra ius nunquã quis lucratur fructus, vt in l. 1. & quod ibi not. Barto. C. de re. decu. sine decre. non alien. lib. 10. licèt ipsemet Pan. subdiderit se fateri Ecclesiam posse talem. contractum alienationis approbare si caderet in fauorẽ suũ aliquo respectu per tex. singularẽ in c. si qua. de rebus. 12. q. 2. qui Pan. idipsum repetijt in c. tua nuper. n. 8. vers. sed tu tene. ext. de his quę fi. à maio. par. c. dicens, q̃ ad hoc, vt teneat alienatio rei Ecclesię necessariò requiruntur duo. primum, vt seruetur solemnitas, de qua hìc, & in d. c. sine exceptione. nec est opus seruare solemnitatẽ introductam à iure ciuili: quæ habetur in Authẽ. hoc ius porrectũ. C. de sacrosanc. Eccle. Canonizata in cap. hoc ius porrectum. 10. q. 21. sufficit, ergo solẽnitas requisita à Canonibus. etsi hæc solemnitas non obseruatur, corruit ipso facto alienatio, vt est tex. hic, idest, in dicto c. tua nuper. & in c. 1. de rebus Eccle. non alien. in sexto, & in dicto c. sine exceptione. Secundò requiritur, vt fiat in casu licito: alias non teneret. tex. est bonus in dicta Clemen. 1. prout etiam docuit Calderinus in cap. 1. de in integr. restitu. & sequuntur communiter Doctores. & probatur in iuribus præallatis. Qui Panormitanus in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. el primo, num. 14. versic. vltimò. extra glosam, vt lite pendente. sequens Hostien. dixit, quòd alienatio facta per Monasterium contra Pa-

pæ prohibitionem non teneat: & ratio ſecundum eundem eſt, quoniam ſicut alienatio contra legẽ mortuam non valet, vt in l.nõ dubiũ, C.de legib.& in c.vides.diſt. 10.ita & contra legem viuam, & animatam, vt eſt Princeps: prout docuit Innoc. in c.fin.de accuſat. etſi ſecus erit dicendum de alienatione facta contra præceptum Iudicis, vel contra cõuentionem partiũ, de quo plenè per Innocentium in c.Raynaldus.de teſtamẽtis, & in c.fin.de rebus eccleſ.non alien.qui Pan.idipſum ferè ad verbum dixit in c.veritatis, nu.16.in verſ.Nota & tene mẽti, q̃ alienatio.ext.de dolo, & contu. idẽ repetijt ipſemet Pan.in c.ad noſtrã. nu.8.& 9.ext.de reb.eccle. non alien. vbi ſequens glo.ibidem, in verſ.ex quo conſenſus, dixit, q̃ ad
47 validitatem alienationis nõ ſufficiat, quòd ſolemnitas fuerit ſeruata, ſed oportet, quòd in caſu licito fuerit facta.

Idipſum docuit Dñs Felinus in infraſcriptis locis. Nã in d.c.quæ in Eccleſiarum, not.2.dixit, q̃ ad hoc, vt valeat alienatio rerũ Eccleſiaſticarũ, oportet, q̃ cõſenſus perſonarum ſit legitimus, i.ſm leges, & Canones informatus, ex quo infertur, q̃ nõ valeat alienа-
48 tio, niſi ſeruata forma tradita a iure, & ĩ caſu a iure cõceſſo, aliàs aũt conſenſus non poſſet dici legitimus, prout docuit Cald. in c.1. de in integr.reſtit.& addidit hoc ipsũ docuiſſe Pan.Ant. de Butr.& Imo.in d.c.1.col.pen.& vlt.& rurſus Imo.in d.c.quę in Eccleſiarũ. col.6. Dñicum poſt Ioan.And. & oẽs in c.2.in princ.col.2. de reb. eccle.non alien.in ſexto, & Hoſt. in ſumma, eo.titu.§.in quib.danda eſt.verſ.item in contractib.dicẽs, q̃ reſtituitur Eccleſia, qñ contractus alienationis tenuit, eoq̃ fuerat celebratus in caſu licito, & ſeruata ſolẽnitate: aliàs ipſis non ſeruatis, cõtractus cũ ſit ipſo iure nullus, ideo nõ erit neceſſaria reſtitutio hmõi ipſi Eccleſiæ; cũ ipſo iure ſeruet illęſa: pro cõcordia vero contrarię ſnĩæ glo.in ſũma, 12 q.2. & in d.c.ſine exceptione, quæ voluerant, q̃ pro validitate alienationis ſufficiat formam eſſe ſeruatam, licet alienatio non fuiſſet facta in caſu licito. Addit ipſe Felinus dictas gloſas voluiſſe loqui de caſu conceſſo apparenter, adhibita etiam iuris ſolemnitate, vt quia alienantes credebant alienationem ipſam fuiſſe vtilem Eccleſiæ, licet exiſtenter, & verè fuerit in damnum, quia ſecundum glo. contractus tenuiſſet, licet Eccleſiæ læſæ daretur reſtitutio in integrum, prout docuerat Ant. de Butr.in c.cum Apoſtolica, col.6.ext.de his, quæ fi.a Prælat.& ſequitur ibi Imo. Qui Imo. rurſus idem docuit ſequenſ Ioãnem And. in capitulo 1. de in integrum reſtitut. & ſubdidit ibidem Felinus, quòd ideo ceſſabit reſtitutio in integrum, vbi etiam apparenter eſſet facta alienatio in caſu non licito, quia erit nulla: ſed competet dicta reſtitutio, vbi huiuſmodi contractus fuiſſet licitus apparenter. Idipſum repetijt quoque Felinus in dicto cap. cauſam, num.11.verſ.contra hæc

tamen

tamen. ext. de iudicijs, vbi dixit, quòd alienatio rei Ecclesiasticæ facta sine solemnitate etiam in euidentem vtilitatẽ Ecclesię, non
49 valet, neque tenet, cum solemnitas fuerit introducta a iure ꝓ forma actus alienationis, & non merè in fauorem prohibiti, subdens, quòd ideo Bal. in l. fin. §. necessitatem. col. 7. C. de bonisq; liber. dixerit alienationẽ rei Ecclesiasticæ fore nullã non interueniente solemnitate in casu etiam vtili. Idipsum elegantius, & apertius in casu nostro docuit Felinus in c. sicut, colum. 16. nu. 42. versic. septimò, & vltimo declara prædicta. ext. de sent. & re iudic. inter alia notatu digniſſima attinentia ad probationem præsentis nostræ conclusionis est in vers. circa primum, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Circa primum de quo quæritur volens, quòd solemnitas tractatus, & consensus Capituli præsumatur etiam si in inuestitura nihil de hoc dicatur, quando transiuit longum tempus, inducit aliqua Petrus de Anch. in consi. suo 130. & textus in c. ea noscitur. ext. de his quæ fi. a Prelat. secundum vnũ intellectum, & glo. & Imo. in c. peruenit. ext. de empt. & vendit. & idem firmat Alex. in consi. mihi 409. incip. Visa facti narratione. in fin. & hoc puto (inquit Felinus) subsistentabilius, quia non videtur absurdum, ꝙ hoc operentur diuturna obseruantia, & scientia, & patientia eorum, cum quibus res est gesta faciat presumi, ꝙ si a primordio actus fuisset minus solemnis, non fuisset tolleratus, sed impugnatus ab habentibus notitiam defectus solemnitatis. Bene fateor, ꝙ si consensus habuisset reqri a principio. (Adde tu, vt in casu nostro) a tali persona, cum qua nõ fuit sequuta diuturna obseruantia actus, neq; aliqua continuata eius notitia, non esset inducta presumptio, ꝙ illa persona consensisset, quia cessat dicta ratio, & ita elegãtissimè decidit Alex. in consi. 372. incip. Viso themate suprascripto. ad finẽ. Dicens, ꝙ si Eps iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, & reperiatur facta alienatio, q̃ de licentia Papæ nihil exprimit, certè (inquit) ex diuturnitate temporis non præsumitur dicta solemnitas, cùm non constet verè, vel presumptiuè Papã habuisse scientiam dicti contractus secundum ipsum. & hac decisione nunquam obliuiscaris (subdidit ibidem Felinus) prębuit enim mihi opera in consulendo Luce contra quãdam alienationem factam a Capitulo Lucẽsi, subiecto immediatè Sedi Apostolicæ. Nam in ipsa nihil dicebatur de cõsensu Superioris: & licèt multi dicerent ipsam præsumi pp temporis diuturnitatem tñ contrariũ respondi, quia cum eorũ Superior sit Papa, nõ presumitur de eius licẽtia, ex quo notitiã nõ habuit dicto tẽpore per quam presumi possit eũ a principio requisitum tollerasse alienationem per dictum consil. Alex. cui non reperi contestẽ, pro cuius confirmatione vide Alex. cons. 6. incip. Viso instrumento locationis, col. 3. vbi ẽt ponit ꝙ qñ nõ interuenit

scientia, vel patientia illius, cuius auctoritas requirebatur, tunc diuturnitas tẽporis non facit præsumi actum solemnẽ, allegat Bal. in l. 2. C. de legit. hęredi. & Lud. in l. sciendum. Attamen q̃ hęc diuturnitas nihil iuris præstet vltra eum, vide quæ nos in decisione nostra de valore locationis emphyteoticæ, sine solemnitate de iure requisita prætensa solum ex temporis solemnitate in responsione ad secũdam obiectionem factam circa tertiam quæst. propositam ibi. Vbi inter alios citauimus Antonium Gabr. in suo elegantissimo tract. conclusionum. lib. 1. tit. de pręsumptionibus conclusione prima, nu. 53. 57. & 60. qui ad hoc ipsum probandũ quamplures Doctores retulit. Nam inter alia in dicto nu. 60. vers. octauò limita. probat, quòd quando actus requirerit scripturam (vt in casu nostro, scilicet assensum apostolicum in scriptis redactum) tunc non pręsumitur solemnitas ex antiquitate temporis, prout docuerat Cassaneus in consuetu. Burgund. fol. 325. col. 3. Felinus in c. sicut. num. 17. de sent. & re iudic. Ruin. in consil. 59. col. 6. versic. secundò respondetur. volum. 1. & in consil. 49. col. 5. vol. 4. Felinum in dicto c. sicut. sequutus fuit Vrsillus in addit. Decis. Afflicti, decis. 305. nu. 13. vbi inter alia his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Felinus in cap. sicut. dat septem fallentias, & ideo ad eum me remitto: similiter notat Alexan. in consil. 9. circa finem. in tertio volumine, quatenus vult hanc solemnitatem non pręsumi quando ille, de cuius assensu tractaretur, tempore aliquo non potuit habere notitiam de contractu venditionis rei Ecclesiasticę in longinquis partibus celebrato per aliquod fortè. Capitulum. Nam tũc illa solemnitas nunquam præsumeretur non probata hac scientia: vt puta Pontificis, quod dictũ valde exclamat Felinus in d. c. sicut, & ait dedisse materiam consulẽdi in Ciuitate Lucæ, licet corruptè citet dictum consilium Alex. nu. 284. ego autem dictũ consiliũ Alex. in pluribus causis adduxi. & ipsum Felinum sequutus fuit Capicius in decis. 4. nu. 29. in eo quòd dixit in dicto c. sicut, colum. 21. vbi dicit, quòd pręsumatur solemnitatẽ interfuisse, quando factus esset contractus in eodẽ loco, vbi morabatur Superior, cuius consensus erat necessarius si pręsumi posset ipsius celebrationem sciuisse. Idipsum docuit Augustinus Berous in dicto c. quę in Ecclesiarum, num. 29. versic. in vltimo notabili, & sequens Panormitanum dicit colligi, quòd ad esse alienationis rei Ecclesiæ deo requirantur per hunc textum. ibi legitimo assensu, hoc est iusta causa, & solemnitas à Canone requisita, quorum altero deficiente, alienatio ipso iure non valeret: cum enim hic textus legitimum assensum exposcat, legitimus autem dici non posset in alienatione rei Ecclesiæ, nisi etiam iusta causa concurrat, vt in dicto cap. tua nuper. ext. de his quę fi. a Prælatis, & hoc Panormitani dictum

in

in se verum esse, ipse Augustinus putat, quia duo sunt pro forma necessaria, vt optimè probat textus in cap. nullus, cum c. sequenti, decimaseptima quęst. quarta, ibi [Hęc forma seruetur.] Qui Augustinus in cap. 1. num. 161. versic. non obstat. extra de in integr. restitut. dixit, quòd de forma alienationis rei Ecclesiasticę requiratur non solum, quòd auctoritas Episcopi, & consensus clericorum interueniat, sed etiam quòd fiat in casu licito, & ideo si hęc forma seruata non erit, ipso iure nõ valebit. Quod autem hęc sit forma probatur eo, quòd si aliter fiat alienatio a Canone irritatur, vt in dicto cap. tua nuper. & in cap. 2. de rebus eccles. non alienan. in sexto, & in Clement. 1. eodem titu. ergo ex hoc arguitur forma, & solemnitas, vt per Alexan. & alios communiter in l. 1. ff. de liberis, & posthumis. Qui Augustinus in cap. 1. num. 41. versic. tamen alia opinio. extra de rebus eccles. non alienan. dixit, quòd quando Episcopus alienando, vel donando etiam ex causa iusta excederet modum a iure taxatum necessariò requiritur Papę auctoritas, & quòd hoc probetur per textum. in cap. pastoralis. extra de his quę fiunt a Prælat. & in c. Apostolicę, extra de donat. Qui Berous loquens in materia prędictis conclusionis in capit. Episcopi. extra de rebus eccles. non alienan. nu. 6. versic. in quarto notabili, sequens ibidem Panormitanum, dicit, quòd licet per alienationem rei Ecclesię indebitè, & absque iniusta causa factam dominium rei non transferatur, quia illud rémanet penes Ecclesiam, vt in dicta l. iubemus, la seconda, C. de sacrosan. Eccle. & in §. 1. Authen. de non alienan. aut permuta. tamen possessio & illius qualequale ius transfertur. & hoc elicitur ex dicto c. Episcopi. cùm detur potestas successori reuocandi rem ad Ecclesiam: diciturque huiusmodi res alienata reuocari ad ius Ecclesiæ, quod & repetitur in c. si illi. 12. q 2. quod intelligi non poterit quo ad ius dominij: quia illud semper Ecclesia habuit, atque detinuit: ergo (inquit) necessario intelligetur quo ad ius possessionis: cùm in rebus nostris duplex ius habeamus, proprietatis vel dominij, vt in c. sępe. de restitu. spoliat. l. supra iter. cum glo. in versic. vnius. ff. de aqua pluuia. arcen. quod & probatur verbis dictæ l. iubemus. la seconda. §. sanè. vbi text. dicit, quòd ad reuocandam rem Ecclesiæ possit agi rei uendicatione contra illum, qui emit, vel aliter rem ipsam Ecclesię alienatam habuit: cùm rei uẽdicatio supponat possessionem ex parte rei, & conuenti: & dominium ex parte agentis, ita ita notat per glo. in l. ita, vt si fur. ff. commodati, quam sequitur Bar. in l. si alienam. ff. solut. matrim. subdit ipse Augustinus ibidem, tamen, quòd ex huiusmodi simplici traditione facta ob simplicem alienationem rei Ecclesiæ indebitè factam non transferatur possessio rei, prout possessio quid iuris, nisi quid aliud vltra sequa-

Digitized by Google

tur, vel violentia, aut inuaſio, & occupatio rei clandeſtina, vel violenta. & ita intelligendus erit tex. in dicto c. monemus. 12. q. 2. quod & probatur in c. 2. extra de reb. Eccle. non alie. in ſexto. Nam qui contra iura & legis, ac Canonis prohibitionem mercatur, nullam inde poſſeſſionem acquirere poteſt, vt probatur in l. quemadmodum. C. de agri. & cēſi. lib. 11. Quapropter dicetur transferri ſola detentatio, & occupatio: cuius occaſione poteſt rei uendicationem competere, vt in dicta l. iubemus. la ſeconda, & in dicta l. quemadmodum. vbi text. denegat poſſeſſionem acquiri: & tñ præſupponit poſſe agi rei uendicatione. hæc dictas Auguſtinus, vbi ſupra qui eadem ſubſequenter probat multipliciter, qui Auguſtinus in c. nulli. de reb. Eccle. non aliena. de materia præſentis concluſionis loquens infraſcripta notabilia protulit. Nam primò in nu. ſecundo dicit, q̄ materia alienationis rei Eccleſiæ eſt prohibitiua, & negatiua: regulariter enim res immobiles, & quæ inter immobiles connumerantur, alienari prohibentur, vt hìc. vbi traditur regula negatiua per verba vniuerſalia, iuxta not. in cap. 1. de regu. iur. in ſexto, & ſecundò. in nu. 4. dixit, quòd alienans rem Eccleſiæ, indebitè & iniuſtè excommunicatur, vt in c. 2. eodem titu. tertiò. in num. 5. verſic. & ideo inferri poteſt. dixit, quòd licèt Papa non ligetur diſpoſitione dicti c. nulli. quæ emanauit à Cōcilio, quod eſt inferius Papa, vt in c. nemo, & capit. cuncta per mundum. & per totam diſt. 17. tamen ligabitur dictamine rationis huius c. nulli. quæ fundata eſt ſuper anima, ac peccatum reſpicit. & Papa rem Eccleſię alienando peccare dicitur, vt inquit Archidiaconus in capitulo non liceat Papæ, 12. quęſtione ſecunda, quartò, in numero 57. dixit, quòd in alienatione rei Eccleſię requiritur iuſta cauſa & ſolemnitas, nec alterum per ſe ſufficeret: alioquin alienatio eſſet ipſo iure nulla, prout eſt textus in capitulo 2. de reb. Eccle. non alienan. in ſexto, & addidit ibidem in verſic. ſed pro diſcuſſione. dicens, quòd ſolus defectus ſolemnitatis reddat alienationem rei Eccleſię ipſo iure nullam vt in c. ſine exceptione. 12. quęſtio. 2. & addit, quòd ſolemnitas dicti capit. ſine exceptione eſt de forma, vt in capitulo 2. de reb. Eccle. non alien. in ſexto. quintò, in nu. 86. dicit, quòd ex verbis Abbatis poſt Host. colligatur, quòd quo ad ſolemnitatem obſeruandam in alienatione ęquiparantur Eccleſię, & alia loca pia, veluti hoſpitalia: & ita ſcribentes communiter ſcribuntur: vt hìc per Antonium & Imo. & alios, quæ concluſio probatur ex dicto tex. in dicto capitulo nulli. intelligendo, quòd ſe referat ad conſtitutionem Leonis Imperatoris. de qua in l. iubemus. la ſeconda, C. de ſacroſanct. Eccleſi. & ad omnem eius extenſionem. Nam lex illa extenditur à Iuſtiniano ad omnia loca pia, vt in Authen.

de

Digitized by Google

de non alienandis, aut permutandis rebus. §. 1. omnia igitur in dictis iuribus dicta censentur posita, & expressa in dicto. cap. nulli. argumen. in l. omnes. C. de præscriptio. triginta annorum. insuper idipsum probatur per eundem Augustinum videm dicentem, quod regulariter disposita super ecclesijs & ad earum fauorem, locum habent etiam in hospitalibus, pijsque locis, vt in capitulo requisistis. de testamentis, capitu. de xenodochijs, cum sequenti. extra de religiosis domibus. & faciunt notata per Ioannem Andream, in capitulo primo, de in integrum restitutione, quod & ipse Berous probat subsequenter & alijs medijs. vide ibi. Idipsum innuit ipsemet Berous in capitulo primo, extra de Precarijs, num. 10. versiculo item sciendum. vbi dixit, quòd locatio facta de triénio in triennium, vel de quinquennio in quinquennium si fieret ab eo, qui non esset prohibitus locare, siue concedere ad longum tempus: vel ab eo, qui sic locando non præsumeretur facere in fraudem alterius personæ, vel alicuius constitutionis: quod in dubio præsumitur: & ideo prælatus bona ecclesiæ ita concedere, & locare non potest, vt pulchrè voluit Baldus in capitulo primo, §. 1. in fine, in primo titulo de feudis: & ita consuluerunt Aretinus & Barbat. sicuti refert, atque consuluit Alexander in consilio 165. volumine secundo, ita etiam tenet Andreas Barbat. in rubrica de rebus eccles. nõ alienand. columna decima, quod est summè notandum ad locationes, & conductiones, quæ a rectoribus & prelatis ecclesiarũ quotidie fiũt: q, vt euitẽt prohibitionẽ,
56 ac pœnas Extrana. Pauli Veneti, faciunt locationes pro triénio, & finito pro alio triénio: vel promittunt in fi. illius per aliud triennium locare: Nã tales locationes nõ valebunt: quoniã censentur factę in fraudẽ d. constitutionis, & in præiudiciũ ecclesiarũ: & pro hoc est bonus tex. in §. neq; iuncto §. emphyteosim, in Auth. de nõ alie. vel permut. secundũ q̃ inducit Alex. in d. cõs. 165. q̃ & latissimè docuit Didac. Couarru. in loco infra citãdo per multa, cum reuera sit vera alienatio & palliata locatio temporalis.

Idẽ docuit Laur. de Rodulfis in repe. c. sine exceptione. 12. q. 2. qui num. 24. sequens Laurent. de Rodulfis post multam discussionem de questione, an alienatio rei Ecclesiæ nõ seruata solemnitate iuris si ratificetur ab Ecclesia, cuius res alienata est, cõsolidetur per ratihabitionẽ effectualẽ, idest, p cõsensum qui præstabitur præmissis debitis tractatibus, & alijs necessarijs solemnitatibus obseruatis, quæ eo quòd non fuerant seruatæ a principio: ideo talis alienatio nõ valuit; vt sic iste sit nouus contractus, non autem antiquus inualidus resarcitus, stante sententia Innocentij, Host. & Ioannis And. in cap. cùm dilectus, extra de emptio. & venditi. dicentium, quòd sicut non valet contractus sine solẽnitate: sic nec poterit ratus haberi

Digitized by Google

beri ſine ſolemnitate. Qui Lauren
57 tius vbi ſuprà num. 46. verſic. ſed quintò quæro, retulit ſententiam Ioannis And. in additio. ad Spec. lib. 4. tit. de locato. §. ſequitur videre de conceſſione in verſ. videtur, dicentis quòd in monachis nigris ſeruentur conſtitutiones Benedicti, quæ volunt tractatu duorum dierum interpollatorum: & certo caſu Papæ licentiã, & quòd alienatio facta contra iuris formam ipſemet Laurentius vbi ſupra repetijt. num. 170. verſi. ſed vlterius; & 57.

Idipſum docuit Philippus Frãchus in cap. 2. nu. 2. de reb. eccleſ. non alienan. citatus ad hoc ipſum probandum quamplurimos Doctores.

Idipſum docuit Alexander Stiacus Bononienſis in repetitione dictæ Extrauag. Pauli Secundi, incip. Ambitioſæ, ſub titu. de reb. eccleſ. non alien. nam in num. 65. verſ. tertiodecimo noto, dicens noto litteram tex. ibi. [Si quis autem contra huius noſtræ prohibi-
58 tionis ſeriem.] quòd contra præſumentes de bonis & rebus eccleſiæ quicquam alienare contra ipſam cõſtitutionem, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi, nullius omnino ſint roboris, vel momenti: ponitur enim hìc decretum irritans ipſo iure quicquid fuerit factum ſuper rebus, & bonis eccleſiæ per contractus, de quibus hìc fit mẽtio, & ſubdit num. 66. quòd huiuſmodi decre-
59 tum irritans eſt adeo malignę naturæ: vt quicquid in eo inuenit factum, vel attentatum irritat, & deſtruit: ita vt tali facto fomentum iuris non aſſiſtat: ſed illud penitus deſtruat, vt ſcribit Gomeſius ſuper regulam Cãcellarię. in regula de Triennali poſſeſſore, quæſt. 49. num. 3. & ſubdit fore conſiderandam illam dictionem [omnino] quæ ponitur in dicto decreto irritantę: dũ ibi dicitur. [Nullius ſint roboris vel momẽti.] Nã videbatur ſatis eſſe dicere, nullius ſint roboris vel momenti: ſed illa dictio appoſita fuit ad magis exagerandum rem contra inobedientes, & contrafacientes diſpoſitioni ipſius Pontificis. Nam il-
60 la dictio [omnino] eſt valde præciſa, & facit quòd diſpoſitio habeat executionem paratã, & quidẽ pręciſam, & ſine vlla exceptione, & ſine vllo remedio ad vngẽ indiſtinctè, & ſine conditione, & vt excludat omnem gratiam, & diſpenſationem, & moræ purgationem non admittat vt egregiè docuit in l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. Tiraquel. ſuper verſic. reuertatur. pag. 316. nu. 68. verſic. & in hanc ſententiam. Qui Alexander ibidem conſequenter. in nu. 73. verſic. & vlterius diſponit. nos docendo quid vltra dicta Paulina conſtitutio diſpoſuerit, his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. quòd nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi ad Eccleſias, Monaſteria, & loca pia; ad quæ, antè alienationem huiuſmodi pertinebant, liberè reſeruẽtur.
61 & quòd ex iſta declaratione ſic facta, patet, quòd benè procedit Sũmus Pontifex imponendo alias pœnas

pœnas diuerſas ab excommunicatione alienanti. & adidit ibidem, ſed puto diligenter animaduertendum ad verba ſupradicta maximè propter illa verba in dicta Paulina extranagante contenta, videlicet. [Inconſulto Romano Pontifice] quia vidi & audiui nonnullos propter verba huiuſmodi tenentes: quòd hæc conſtitutio in illis verbis importet, q̃ in quolibet contractu, ſiue alienationis veræ, ſiue conceſſionis emphiteoticæ cuiuſcunq; rei Eccleſiaſticæ etiam cuiuſuis valoris & importantiæ requiratur licentia Summi Pontificis: aliàs contractus ſit nullus, & bona alienata ſint auferenda à poſſeſſoribus eorundem quantumcunque antiquis. & hanc interpretationem potiſſimum vidi & audiui fieri à nonnullis Commiſſarijs deputatis per Illuſtriſſimos & Reuerendiſſimos Dominos Collegij Fabricæ Principis Apoſtolorum Vrbis. & licèt ipſe Alexander ibidem nu.75. nitatur probare dictam extrauag. ambitioſæ, habere ſolùmmodo locum in alienatione bonorum Epiſcopaliũ, cùm rectores Eccleſiarum Parochialium non iurent ſe abſtinere ab alienatione rerũ ſuæ Eccleſiæ, prout Epiſcopi. Nihilomin⁹ (ſubdidit) Commiſſarios dictæ fabricæ confugere ad litteras & motus proprios emanatos per plures Summos Pontifices ſuper recuperatione bonorum Eccleſiaſticorum malè alienatorum. & præſertim per Iulium Tertium, Paulum Quartum, Pium Quartum & Plum Quintum. aſſerendo, quòd ferè in omnibus dictis literis apoſtolicis adſunt illa verba [ſine ſedis apoſtolicæ licentia.] quibus verbis (inquit) ipſi adherent tenaciter, & indicant indiſtinctè & generaliter, quòd omnis contractus alienationum ſimplicium & factarum, per viam emphiteoſis perpetuæ, vel ad certam generationem, vel aliàs vltra triennium ſint nullius roboris, vel momenti, vt diſponitur in dictis literis, & ſub hoc pro textu moleſtant conductores & poſſeſſores dictarum poſſeſſionum. hæc ex illo Doctore.

Idipſum docuit ex noſtratibus R. P. D. Benedictus Canophilus Sangrinus Monachus Congregationis noſtræ Caſſinenſis in ſua elegantiſſima repetitione dictæ extrauagan. Pauli Secundi incip. ambitioſæ. Nam in nu.38. verſic. noto principaliter. ponderans verba illa dictę extrauag. [preterquàm in caſibus à iure permiſſis] dixit, quòd circa hanc alienationem per prius fiebat maxima prouiſio, quia res eccleſię erant tenues, ſed hodie quia ſunt augumẽtatę per Vulg. capit. vaſa alias. prædia. de conſecrat. diſt. 3. ideo multi non curant, & malè obſeruant hanc Extrauag. caueant tamen, quia ineſt excommunicatio qui D. Benedictus ibidem nume. 85. verſi. fallit 40. nam poſtquam docuiſſet, quòd alienatio rerum eccleſiæ facta & in vtilitatẽ eccleſię cederet, ſit valida per tex. in c. ſine exceptione. 12. q. 2. ſtatim ſubintulit hæc pręciſa verba,

Digitized by Google

ba, videlicet. Sed aduertendum, quia etiam tunc videtur requiri licentia Summi Pontificis, prout quotidie practicatur Neapoli: vbi
63 ſolent extimare terram Eccleſiæ, & quòd reddit anno quolibet, puta ſex, incenſatur: ſiue concedunt pro ſeptem, cum poteſtate aſſumendi in ſimili, vel meliori loco, & tamen quandoque etiam cum argumento, reſeruato aſſenſu Papali impetrando infra duos menſes: puta, poſtea in minuta & ſupplicatione narratur tota ſeries facti, & committitur, ſi ita eſt. &c. vel quandoque ſtante dicta vtilitate, a principio permutant, reſeruato dicto aſſenſu: & multis alijs modis, de quibus etiam ſentit Decius in dicto conſilio 129. col. 3. & 4. & videtur ſentire text. noſter in verſic. euidenti.

Idipſum docuit Didacus Couarruuias in lib. 2. variar. reſolut. cap. 16. num. 4. verſ. cæterum ex noua Pauli Secundi. dicens, quòd locatio rerum eccleſiaſticarum vltra triennium eſt prohibita per dictam Extrauag. Pauli Secundi, & ſi in num. 6. verſ. quintò ſunt, in fine, dixerit, quòd non deſint, qui hanc conſtitutionem non fuiſſe receptam aſſeuerauerint: ipſe verò ſimpliciter refert in Hiſpaniæ partibus ab aliquibus in iudicio decernendo ipſam fuiſſe admiſſam, & aliquibus non: ideo ipſe ſe remittit examinationi iudicis: & hoc dixit, quoniam non perlegerat alias extrauagantes aliorum Summorum Pontificum idipſum confirmantium, licèt vbi ſupra per totum confirmauerit, quòd a-
64 lienatio rerum eccleſiaſticarum immobilium non ſeruata ſolemnitate iuris ſit nulla.

Idipſum continuè docuit Nauarrus in ſuo commentario de alienatione rerum eccleſiaſticarum. num. 14. verſic. ſecundo reſpondeo, de noſtræ concluſionis veritate loquens, his præciſis verbis vſus fuit, videlicet. quòd licèt alienatio facta contra iuramentũ valeat, ita quòd ob ſolam iuramẽti tranſgreſſionem non deſinet eſſe valida, niſi per legem ipſam inualidetur, ſecũdum Iaſonem in l. ea lege. num. 13. ff. de verb. oblig. at in caſu noſtro propoſito, lex ipſa Papæ in dicta Extrauag. reſiſtit valori præfatæ alienationis: dum ait [Alienationem rei eccleſiæ non valere; quando fit contra illius extrauagãtis diſpoſitionẽ; vel cum fit incõſulto Papa] quod nec Iaſon, nec Calderinus, quem ipſe citat, ſatis animaduerterunt, neque alij, qui ſequuntur eos, qui præfatam extrauagantem non vi-
65 derunt, vel non ſatis perpenderunt, quod debuerunt perpendere, etiam illa ſola conſideratione, quòd maiori curæ fuit præfato Paulo Secundo Pontifici; & eſt omnibus ſummis Põtificibus cõſeruatio bonorum eccleſiarum, ne per alienationes pereant, eis, quàm caſtigatio periurorum: & ita firmiter credimus reſolutionẽ præfatam Iaſonis, & eorum qui ſequuti ſunt illum, vtcumque defendi poſſe ab argumentis contra eum factis per antiqua iura, ſed non ex argumento ſumpto ex præfata extrauagante, & conſideratione

tione prædicta; & quòd nullius, vel parui momenti eſſet clauſula illa, quæ in omnibus prouiſionibus ponitur: per quam omnes prælati prouiſi tenentur iurare, & iurant, vel præſumuntur iurare, de non alienando bona eccleſiarum inconſulto Summo Pontifice. Hęc Nauarrus vbi ſupra. qui in ſuo conſil. 1. ſub titu. de rebus eccleſ. alien. vel non, dixit quòd qui ſolũ facit contractum venditionis, vel permutationis, reſerua to beneplacito Papæ, ſi non proce dat ad executionem contractus, nec ad traditionẽ rei venditæ, vel permutatę antè beneplacitum Papæ non videtur incurrere cenſuras: quia videtur conditionalis facta, ſcilicet ſub conditione [Si Papæ placuerit] argumento ſtili Curię in pactis beneficialibus ob ſeruati, hæc ille. ex cuius verbis arguitur, quòd ſi tradidiſſent alienantes, bona ipſa alienata emptoribus incurrerent pœnas & alienatio eſſet nulla, quapropter noſtra tempeſtate alienantes aſſerunt ſe donec aſſenſus apoſtolicus impetretur infra annum locaſſe talem poſſeſſionem emẽti illam ſub cenſu ad rationem quinque pro cen-
66 tenario, vel quid ſimile: vt euitẽt pœnas, & ſic nullo pacto fiet tranſlatio dominij in emptorem cùm ipſe emptor ſit effectus locator verè, etſi ſit ſibi pollicita venditio dictę poſſeſſionis.

Idipſum expreſſius & luculentiùs docuit Bartholomeus Caſſaneus in conſue. Burgundię. in rub. 9. folio 1222. numero 26. 27. & 28. qui loquens in materia præſentis quæſtionis de quodam Abbate exempto, qui manumiſerat quendam ſeruum ſui Monaſterij cum conſenſu Capituli ſui conuentus ſine tamen aſſenſu apoſtolico, aſſeuerat huiuſmodi alienationem de iure nullam fuiſſe: & ad hoc ipſum citauit Alexandrũ in conſilio ſuo 43. incipiente viſo inſtrumento, volumine quarto, & Bald. in conſilio ſuo 378. volum. 3. qui Caſſaneus ad ipſius
67 ſententiæ confirmationem in dicto nume. 27. addidit hæc præciſa verba, videlicet. Et credo, quòd de hoc in terminis maximè, quòd de alienatione fienda per Abbatem exemptum requiritur auctoritas Summi Pontificis: eſt textus, non poteſt cauillari, in cap. 2. de rebus eccleſiæ non alienandis, vbi textus ponit ſolemnitates, quæ de iure requiruntur in alienatione rei eccleſiaſticæ. Idipſum docuit Rodohanus in tractat. de rebus eccleſiæ non alienandis, quæſtione 76. numero 28. & 29. & quæſtione 77. numero 3. verſi. nolo dicens hodie eſſe vanum laborare in probando nullitatem contractus alienationis factę de
68 rebus immobilibus Eccleſię ſine aſſenſu apoſtolico, quod & latiſſimè in ſubſequentibus numeris probat. Idem docuit Petrus Rebuffus in ſuo compendio de alienatione rerum Eccleſiaſticarum, nume. 115. §. duodecima, dicens duodecimam pœnam quę incurritur ob alienationẽ rei Eccleſię cõtra Pauli Secũdi conſtitutionẽ, incipien. Ambitioſę, eſſe, quoniam ipſa non obſtante res alienatæ,

reuertun-

reuertuntur ad ecclesiam : nullo dato pretio, argumen. in cap. 1. de scismaticis, & ibi Ancharanus. & Archiepiscopus Flo. in 3. par. summæ titu. 24. cap. 9.

Idipsum docuit Thomas Zerulus Episcopus Minorensis in sua praxi Episcopali sub titulo de alienatione rerum ecclesiasticarũ, in principio, concludens his præ-
69 cisis verbis vsus fuit. Tamẽ quicquid sit de iure communi, de stilo non venduntur, vel alienantur etiam in istis casibus immobilia Ecclesiæ, vel mobilia prætiosa, absque Summi Pontificis concessione: & ad hoc probandum citat Nouell. de iure prothomis. §. quartus, numero 78. Afflictus decisio. 586. num. 6. Gomesius in tract. de Breuibus, numero 22. & Staphil. in tract. de lit. gra. folio 352. numero primo, vbi dicunt prout ipse Zerulus subdidit ibidẽ, quòd hoc concedatur per breue etiam in dispositione. cap. terrulas. 12. quæstio. 2. & in Authentica. item
70 prædium. C. de sacrosanct. eccle. & glo. in versicu. onere, in l. si fundus. ff. de red. cor. & sic cessant hodie, quæ dicuntur in dicta glo. in summa 12. quæstio. 2. & in capit. nulli, de reb. eccle. non alien. & in l. iubemus, la seconda. §. Encono mus. C. de sacrosanct. eccles. qui Zerulus ibidem in §. ad quartum inter alia his præcisis vtitur verbis, videlicet. Quinto consensus Episcopi vel Abbatis, vel aliorum prælatorum habentium ecclesias pleno iure, Abbas. in Clem. 1. nume. 7. de reb. eccle. non alienand. & ibi glo. in versicu. proprij, in res est parui momenti, nec vltra triennium. Capicius decisio. 105. vel consensus Papæ, si est de non solitis, & vltra triennium, & de rebus non paruis, vt dicam in §. quinto, vbi ipse Zerulus repetijt tacitè idipsum dicens, quòd in alienatione rerum ecclesiasticarũ, in casu capituli Terrulas, omnis solemnitas requiratur præter assensum apostolicum. Qui Zerulus in secunda parte dictæ praxis Episcopalis in versicu. alienatio, in responsione ad primum articulum, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Si alienatio est de permissis, vt dicto capitulo terrulas, & in solitis alienari in vtilitatem ecclesiæ euidentem : non est opus illa clausula, si & quatenus opus est, nisi assensus Ordinarij: si verò alienatio est de rebus, in quibus opus est beneplacito apostolico, non potest mandari execu-
71 tioni, nec fieri traditio rei alienatæ, vel permutatæ, nisi prius veniat assensus apostolicus, aliàs incurreretur pœna, prout in Extrauagans Ambitiosæ, prout docuit Nauarrus in consilio primo, de rebus ecclesiæ non alienandis. & ratio est, quia quousque veniat assensus apostolicus, contractus est conditionalis, ita etiam Nauarrus in consilio nono de emptione & venditione, & hodie in Regno dicta Extra-
72 uagans est vsu recepta, quoad omnia : & ita in practica communiter seruatur. Qui Zerulus ibidem in §. 13. in versiculo secundo si est de rebus non solitis dixit, quòd alienatio fieret de re-

bus

Digitized by Google

bus non solitis alienari: impetratur breue a sede Apostolica (quod vocatur, si in euidentem) soletq; cõmitti Ordinario, qui capta informatione, & viso prout supra, interponit decretum, & nomine Sedis Apostolicæ tanquam delegatus ab illa, præstat assensum: ista praxis sumitur ex communi stilo curiarum. Hæc omnia dictus Reuerendissimus Zerulus in dicta eius praxi.

Idipsum docuit noster Compatriota Matthæus de Afflictis in sua decisione 107. incip. In causa Domini Motiæ. §. nec obstat quòd dicatur, & §. sequenti, vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Nec obstat, quòd dicatur, quòd ex antiquitate secundæ cõcessionis præsumuntur omnia solemniter acta, & solemnitates extrinsecæ præsumuntur si earum defectus nunquam fuit allegatus, vt dicit Compostellanus, & Ioannes And. in c. cum dilectus. de cons. p tex. in c. ea noscitur. ext. de his, q̃ fiunt a Prælat. & notant Moder. in l. sciendum. & in concor. ff. de verbor. obligat. quia respondetur, q̃ illud est verum, nisi producatur instrumentum, in quo apparet, q̃ non interuenerunt solemnitates: tunc ex cursu longissimi temporis non præsumuntur solemnitates interuenisse. ita dicit Paul. de Castr. in consilio 48. incip. In causa, quæ vertitur inter Reuerendum Patrẽ, post medium. dicens,
73 quòd si ex facie instrumenti apparet, quòd non interuenit citatio ad sententiam, non statur dictæ præsumptioni propter antiquitatem, quia sublata est per euidentiam facti, cùm nulla sit maior probatio, quàm rei euidẽtia, vt notat Innoc. in c. proposuisti. de probat. facit l. emptorem. in princ. ff. de act. empt. & illud consilium Pauli allegauit Alexan. in consi. 1. col. 6. vol. 4. sed ista secunda concessio est producta taliter, quòd per eam apparet, quòd non interuenerunt solemnia requisita de iure in perpetuis concessionibus rerum Ecclesiæ, ex quo simpliciter apparet facta: ergo vbi habemus veritatem non cadit præsumptionis allegatio ex cursu tẽporis, quia plus demonstratur per facti præsentiam, quàm per vocis efficaciam, secundum Bal. in l. 1. col. 2. C. de ædi. act. tollitur ergo dicta præsumptio per id, quod in contrarium apparet. vt in l. cum multæ. C. de donat. ante nupt. Præterea ista secunda concessio in p-
74 petuũ, quę dicitur alienatio, non potuit fieri sine decreto Summi Pontificis, cui est subiectum Monasterium, vt in c. dudum. de rebus eccles. non alien. in sexto, & habetur in Clem. 1. eod. titu. & in c. vt super. eo. titu. in antiquis. per Innocentium, & alios. & Bal. in Auten. Hoc ius porrectum, C. de sacrosan. eccles. & cum non sit probatum, quòd Papa scierit, quòd talis concessio secunda facta fuit sine eius voluntate: ideo non potest præsumi decretum prędictum ex antiquitate temporis, vt dicit Bal. in l. 2. C. de legit. hæred. & in l. si aliena, vers. sed si non adierit. ff. de acquir. hæredit. & in l. si filius. C. de petit. hæred. vbi exantiqui-

tiqu

tiquitate præsumitur solemnitas, quia interuenit scientia & patientia illius, cuius auctoritas vel cõsensus præsumitur: igitur cùm non sit probata scientia Papæ, qui habebat consentire, non oritur dicta præsumptio. & ita reperio tenuisse Alex. in consil. 17. col. 2. vol. 4. & in consil. 9. col. 3. vol. 2. item pro parte Motię fuit negatum, quòd in dicta secunda concessione interuenerunt solemnitates requisitæ. & ideo non possunt præsumi ex antiquitate temporis 30. annorum, vt not. in c. 1. & 2. de his, quæ fi. à prę. & hoc firmat Abbas Siculus in c. ea noscitur, eodem titul. & voluit Alex. in dicto nono consilio, & sic fuit iudicatum in fauorem Motię prędictę: Hoc ipsum breuius docuit Cacheranus in decis. Pedemon. 173. nu. 5. vers. vel potest responderi. dicens huiusmodi præsumptionem non vrgere, nisi probata patientia & scientia eius, de cuius præiudicio agitur, prout docuit Rol. à Valle. in consil. 2. num. 127. post Bal. Barbat. Iasonem, & alios per eum allegatos, & Decium in consil. suo 409. nu. 13. incipien. ex aduerso adducto. Vide infra in decisione 386. vbi idem Afflictus ipsum docens in nu. 6. versic. hodie. dixit, quòd hodie, vt plurimum cum decreto Commissariorũ apostolicę sedis Ecclesiæ Neapolitanę concedunt (scilicet perpetuas locationes, de quibus ibi habetur sermo.) habito respectu ad valorem rei. & post nonnulla ipse Afflictus subdidit dicens. Nã si. potest in totum res Ecclesiæ alienari ob necessitatem, vel euidentem vtilitatem cum decreto Summi Pontificis, vt in c. hoc cõsultissimo: de reb. Eccle. non alie. lib. 6. ex his ergo omnibus patuit ipsum Mattheum de Afflictis se subscripsisse præsenti nostrę conclusioni, & q̃ interpretatus fuerit ipsum tex. in dicto c. 2. incip. hoc consultissimo. prout nos supra fecimus, asserendo per dictum tex. probari ipsam conclusionem.

Idipsum docuit Sylvester in sua summa, in versi. alienatio. nu. 5. §. 4. versic. similiter nec Abbas, dicens, quòd Abbas non possit alienare res sui Monasterij, sine consensu sui conuentus & etiam Episcopi: quod tamen intelligendum fore (addidit) in non exemptis: quia in exemptis secundum Zabar. post Innocẽtium in Clem. Monasterium, eodem tit. requiritur consensus Papæ, vel Prędati immediati, cui subsit Ecclesia pleno iure, etiam si prędatus alienare volens † habeat conuẽtum 76
sicut multi Priores habent suos Abbates: quamuis dicta Cleme. videatur loqui de non habente conuentum: de quo dic secũdum gl. q̃ si alienans alienat cum consensu conuentus, sine consensu tamen superioris Prędati euadit quidem pœnam illius Clem. scilicet suspensionẽ, sed tamen contractus non valet.

Idem docuit Rebuffus in suo elegantissimo compendio de alienatione rerum Eccle. nume. 102. vers. irrita. dicens alienationem rei Ecclesiasticę facta non seruata iuris solemnitate esse ipso iure

re

re nullam. ex quo infertur, quòd emptor rei Ecclesiasticæ, vel alius, qui possiderit rem Ecclesię ex hoc contractu nullo, tenebitur etiam fructus restituere. c. si quis Presbyterorum. de reb. Eccle. non alien. & c. grauis. de restitu. spoliat. sed expressius loquens in casu nostro in eodem tractat, loquens de exemptis. nu. 86. §. si tamen his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet. si tamen Abbas sit exẽptus, requiritur auctoritas Papę, prout docuit glo. in Clemen. 1. in vers. proprij. & illa auctoritas debet esse specialis & expressa, vt in l. negotium. C. de negotijs gestis. vnde oportet, ꝙ Papa sciat quare & de quibus rebus sit licentia
77 † concedenda, prout docuerunt Io. And. & Perusinus in c. fi. in fin. principi pij. de reb. Eccle. non alien. in sexto.

Idipsum elicitur ex priuilegio nostrę Congregationi Callin. indulto à Fęlici record. Eugenio Quarto sub datum Bononię anno 1436. Nonis Iulij. in quo specialiter fuit concessum posse alienare bona immobilia, & iura Monasteriorum nr̃ę Congregationis immediatè subiectorum Sedi Apostolicę, dummodo illa non excedant iustum valorem ducẽtorum florenorũ aureorum. At qm̃ hmõi dominium directum patet excedere dictam summam, inde sequitur illam alienationẽ de iure nullam per regulam iuris: exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptuatis cũ hmõi alienatio regulariter sit prohibita, & ipso iure nulla per supradicta.

Et ne quis putet prędicti nostrę conclus. non se subscripsisse Legistas: sciẽdũ igitur, ꝙ infrascripti Doct. dixerũt alienationẽ rerum Ecclesiasticarũ nullã esse, si facta fuisset nõ seruatis solẽnitatib⁹ de iure req̃sitis, ẽt si non fuisset conditio rei Ecclesię per hmõi alienationẽ facta deterior, videlicet Bar. in l. cùm hi. §. eam transactio
78 nem. n. 3. vers. istud inducit. ff. de transact. sequens gl. in l. si fundus. ff. de re. eo. qui sub tut. idem docuerunt in d. l. cùm hi. Iac. But. Alber. Paul. de Cast. & Iason in d. l. cùm hi. Bal. in l. fina. §. necessitate. col. 5. ff. de bo. quæ libe. & in c. 1. de transact. Alexan. in consi. 187. colmu. 1. versiculo quartò per id, quod habetur. & hanc eandẽ sententiam esse communem Doctorum opinionem docuit Iason in l. contra iuris. in princip. ff. de pactis. rursus Bal. in l. pupillorum. in fi. in principio. ff. de rebus eorum &c. & in consil. 198. vol. 5. Brunus in tractat. de forma, in titu. de potentia, & effectu formę, in ampliat. 9. Socinus in consil. 29. col. 3. & 6. Decis. Neap. 113. in nou.

Idẽ rursus in proprijs terminis p̃sentis cõclusionis docuit Bal. in l. cùm de in rem verso. col. 1. ff. de vsur. & in l. cùm non solùm. §. non aũt licentia. C. de bo. quę liber. asseuerans ex illo textu elici arg. quòd in alienatione rerum Ecclesiasticarum, & dotalium necessaria sit solemnitas, vt in l. si fundus sit sterilis. ff. de rebus eorum. idipsum docuerunt quamplures Legistæ infra citandi in responsione ad impugnationes

ſupra præmiſſas . Videatur ergo ibi. & rurſus Bald. in Auctẽ. hoc ius. col. 3. C. de ſacroſan. eccle. di-
79 xit, ꝙ Abbas † exemptus in alienatione rerum Eccleſiarum ſibi ſubiectarum interponet ipſe auctoritatem: quia ipſe habet in eis quaſi ius ſpirituale, ſed res Monaſterij proprij nõ alienat Papa inconſulto, per glo. in c. dudum, de reb. eccle. non alien. in 6. & Clem. Monaſteriorum. eo. titu.

Idem ad verbum docuit Rodohanus in tract. de reb. eccleſ. non alien. f. 172. c. incip. In rebus autẽ Monaſteriorum, num. 18. ſequens Bal. in Auctẽ. Hoc ius. col. 3. C.
80 de ſacroſan. eccle. aſſerens, ꝙ Abbas exemptus in alienatione rerum Eccleſiæ, ſeu Monaſterij ſui indiget conſenſu Papæ. Idipſum repetijt ibidem in rubr. de auctoritate Prẹlati in alienatione interponẽnda, nu. 71. f. 209. citatq; ad hoc ipſum probãdum Pau. de Caſt. in dicta Auctẽ. hoc ius, vbi hoc ipſum expreſsè docuit . Qui Rodohanus vbi ſupra, num. 74. ſequens Rebuffum vbi ſupra. his ꝑciſis verbis vtitur, videlicet, ſi Abbas ſit exemptus in alienatione, quã, ipſe facit de rebus Abbatiẹ, requiritur Papẹ auctoritas per gl. Clem. 1. verſ. proprij . de reb. eccleſ. non alien. & quòd illa auctoritas debeat eſſe ſpecialis, & ex-
81 preſſa, vt in l. negotium. C. de nego. geſt. Vnde oportet quòd Papa ſciat quare, & de quibus rebus ſit licentia concedẽda, prout docuerunt Io. And. & Peruſi. in c. fin. de reb. eccleſ. non alien. in ſexto, qui Rodohanus rurſus in dicto tract. ſub rubr. de caſib. in quib. fit alienatio rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitatib. in Capitulo incip. Videt etiam , ꝙ res Eccleſiæ. f. 250. nu. 20. verſic. & ſic reſpectu vtilitatis Eccleſiæ, his verbis vtens , videlicet, & reſpectu vtilitatis Eccleſiæ dictus cõtractus poteſt claudicare de iure communi , & ordinario : ſecus autem ex diſpoſitione extrauag. Pauli Secundi, Ambitioſæ, quia licet alienatio aliàs ſit licita , & vtilis Eccleſiæ, contractus tamen claudicare nõ poteſt per infraſcripta dicenda . Nã per dictam extrauagantem conſtitutionem prohibetur alienatio , cũ
82 clauſula, incõſulto Romano Pontifice, & addidit ibi, quòd huiuſmodi verba importare videãtur, quòd hodie contractus alienationis rerum Eccleſię nullo modo valere poſſunt' Romano Põtifice inconſulto, idipſum ad verbum ipſe protulerat in rub. de his, qui conſentiunt. c. incip. ſed licet de iure cõmuni, per totum. vbi alios Doctores citauit. idipsũ docuit multis iuribus & Doctorum ſentẽtijs relatis ipſemet Rodoh. in d. tract. ſub rubr. de pẹnis malẹ factẹ alienationis ferè ꝑ omnia capitula, & ꝑcipuè in Capitulo incip. habetur pariter in textu in c. Apoſtolicos. vbi in nu. 28. verſic. vnde dicit , quòd alienatio rei Eccleſiæ non adhibitis requiſitis ſolemnitatibus, eſt ipſo iure nulla: & emptor vel alius, qui poſſederit rem Eccleſiæ ex hoc contractu nullo tenetur fructus reſtituere, & rector Eccleſiæ ſubſequens non tenebitur ſtare tali alienationi, vel

contra

contractui facto per prædecessorem, & sic prima pęna malæ alienationis est, quòd ipsa alienatio sit nulla, & annullatio actus dicitur pęna, per gl. in c. cognoscentes. Vbi Doct. de constitu. & addit, quòd Felinus in c. ad audientiam. de præscript. dixerit, qp constitutio Canonica irritans alie-
84 nationes nõ solemniter factas de rebus Ecclesię, procedit etiam in alienationibus factis per Papam, per Aegid. in consi. 12. incip. Primò quęritur si castra, 3. col. vbi in decima col. vers. dubitatur, firmat, qp successor Papæ possit reuocare alienationes malè factas a prędecessore, non obstante, quòd præcessor voluerit derogare Canoni c. non liceat. 12. q. 2. Idipsum repetijt ipsemet Rodohanus ibidem in quæst. 22. sub rubr. an contractus malè factæ alienationis sit nullus ipso iure. Nam in num. 3. vers. tamẽ nolo his pręcisis ver-
85 bis vtens, videlicet. Tamen nolo, quòd in tali disputatione insistamus, quia esset inanis labor: veritas enim immo est in cõtrarium, si rectè inspiciamus iura omnia, tam ciuilia, quàm Põtificia, quia contractus, seu alienatio facta de rebus Ecclesiæ sine causa legitima, & sine solemnitatibus a iure requisitis est omnino nullà ipso iure, & ipso facto, quia cum in casu isto sit lex, quæ inhibet alienationem, quotiens sit facta alienatio non tenet, nec valet, & est nulla, nec transfertur modo aliquo dñium, vt per omnes leges totius tituli. ff. & C. de fundo dorali, & p text. in c. sine exceptione. 12. q. 2. & in c. hoc ius, 10. q. 2. & in Auct. de alien. & emphyt. §. sãctissimus. & in Auct. vt liceat mat. primo responso, & per Innoc. in c. Raynaldus, in vers. pactum. ext. de testamentis, qui ibi his præcisis verbis vtitur in nu. 5. in versic. vbi autem, videlicet, vbi autẽ lex inhibet alienationẽ, si contra factum sit non tenet, nec transfertur dominium, vt in citatis iuribus. Hoc ipsum docuit apertè text. in l. iubemus, la prima, §. prædia. C. de sacrosan. eccle. vbi prædia Ecclesiarum alienata prętер formã, & modum in d. l. traditum vẽdi-
87 cantur, & cum fructib. pensionibus, & accessionibus totius medij temporis Ecclesiæ, vti tanquam penitus a nullo empta, vel vendita teneantur: quia ea, quæ contra leges fiunt, haberi debent pro infectis: & ad hæc omnia probanda ipse Rodohanus ibidem citat infrascripta iura, referendo præcisa verba ipsorum per modum epilogi, videlicet c. quis, c. quicquid. 12. q. 2. si quis Prębyterorum. de reb. eccle. non alien. & in c. 2. de reb. eccle. non alien. in sexto, & addit, quòd hodie hoc est specificatis, & formalibus verbis expressum in extrauagan. Ambitiosæ Pauli Secundi, vbi habetur, qp si contra formam ibi traditam, alienare quis de rebus ecclesiæ, quis præsumpserit, alienatio, hypotheca, cõcessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sit roboris, & momenti, & tam alienans, quàm qui alienatum recipit sit excommunicatus. Idem habetur in consti-

Digitized by Google

tutione Pauli Quarti, ædita super
reſciſſione alienationis bonorum
Eccleſiaſticorum, &c. in illis ver-
bis, videlicet [Contractus huiuſ-
88 modi auctoritate Apoſtolica te-
nore præſentiũ reſcindimus, caſ-
ſamus, & annullamus, ac viribus
omnino euacuam⁹, ac pro reſciſ-
ſis, caſſis, irritis, nullis, ac penitus
infectis haberi volumus. & addit
ibi Rodohanus, ꝙ Alex. in conſi.
4. vol. 3. col. 3. verſ. quod autẽ di-
xit, ꝙ contractus huiuſmodi cele
bratus non valuit. & ꝙ huiuſmo-
di alienatio ſit ipſo iure nulla ip-
ſe Rodohanus ibidem, nu. 11. ver
ſic. facit vlterius infraſcriptis alijs
89 medijs probat, dicens, quòd ſi
bene inſpiciãtur text. in d. l. iube-
mus. la prima. C. de ſacroſan. ec-
cle. quæ eſt, & appellatur leonina
conſtitutio, quæ lex primò facta
ſuper prohibitione alienationis
bonorum immobilium Eccleſia-
rum, vt per Pau. de Caſt. ibidẽ in
princ. ſiue ex diſpoſitione text. in
Auctẽ. de non alien. aut ꝑmut. &
in Auctẽ. de eccle. rerum immo-
bil. & in Auctẽ. de alien. & em-
phyt. in quib. hęc materia tracta-
tur, ſiue ex diſpoſitione Canonũ,
vt ex multitudine textuũ, & capi
tulorũ ſup. recenſitorum prohibi-
tio (dico inquit) eſt facta cũ cõmi
natione diuerſarũ pęnarum, & cũ
pęnis diuerſis adiectis, & infli-
ctis, tam alienãtib. q̃ alienata re-
cipientib. notarijs, & iudicib. di-
uerſimodè mulctatis: vnde talis
pęnę adiectio annullat actũ: quia
ex eo, ꝙ pęna imponitur, & vr̃ de-
negari alienatio, & ne alienetur
actus annullari dẽt: hoc ideo, ꝙa
ipſa pęna eſt annullatio actus, per
ea, quæ dicit Bar. in l. prætor ait,
in princ. ff. de noui oper. nunc. vbi
reprobando quandam regulã cer
torum Doctorũ dicentium, ꝙ qñ
lex prohibet de iure ſpeciali, &
procedit vltra pęnã imponendo,
actus remaneat validus, qd̃, inqt,
non vr̃ verum, quia inquit de iure
ſpeciali prohibẽt alienari res Ec-
cleſiaſtica, & pęna imponitur, &
tñ annullatur actus. vt in d. l. iube
mus. & notat Bal. in l. nemo mar-
tires. C. de ſacroſan. eccleſ. Item
alienare res Eccleſiæ eſt contra
91 prohibitionẽ iuris tam ciuilis, q̃
Canonici, ſup. ſæpe citati. & alie-
nare res Eccleſiæ, eſt celebrare
cõtractũ contra prohitionẽ: ergo
cõtractus huiuſmodi erit nullus,
quia ſemper cõtractus eſt nullus,
qñ eſt cõtra iuris prohibitionem.
vt in l. libertus minorẽ. ff. de iure
patronat. & c. 1. de reb. eccle. non
alien. in ſexto. Itẽ contractus ſem
per erit ipſo iure nullus, quando
illi lex remouet potentiam, vt in
l. a diuo. ff. de ritu nupt. & in l. nõ
dubium. C. de legibus. Idipſum
repetijt idem Rodohanus in ru-
bric. de his qui conſentiunt. in
cap. incipien. Senſus dictæ extra-
uagantis. folio 188. per totum,
& ſpecialius in num. ſecundo,
verſiculo hoc videtur continere
dicta extrauagans. Vbi ſubdidit,
quòd hodie alienatio de rebus
Eccleſiæ, vel diſpoſitio habe-
tur fieri, vel ex forma illius, vel
de conſenſu, ſeu licentia Papæ,
aliter contractus eſt nullus, &
incurritur in pœnas: & reſpon-
dens cuidam Doctori Antonio

in

in numero tertio, addidit, quòd dicta extrauagans Ambitioſę dicat, quòd alienanti bona Eccleſiarum, Monaſteriorũ, locorumque piorum quorumlibet inconſulto Romano Pontifice, aut contra dictæ conſtitutionis tenorem, ſit ingreſſus Eccleſiæ interdictus. Vnde ſi fit alienatio ſeruata forma conſtitutionis, ideſt ſi ſit alienatum in caſibus permiſſis, & cũ Eccleſiæ vtilitate non eſt neceſſaria alia auctoritas, aut ſolemnitas: ſed ſi non ſit facta alienatio ſeruata forma, eſt nulla: ſi non
92 fuerit facta conſulto Papa: vnde quando non eſt ex forma conſtitutionis Ambitioſæ. ſemper eſt nulla, ſi non ſit cõſulto Papa: quia verba extrauagantis ſunt prolata clarè, & ſpecificatè ſine aliqua dubietate, & cum dictione, aut, quę dictio regulariter ſumitur non copulatiuè, ſed alternatiuè, & diſiunctiuè. vt in l. ſi ex toto. §. primo, ff. de legat. primo, Clementina prima, verſiculo quem etiam,
93 & ibi glo. de conceſſ. præben. vnde cùm clauſula [inconſulto Romano Pontifice] ſit poſita, & prolata alternatiuè, non videtur quòd copulatiuè modo ſit intelligendum prolata. Ex his ergo omnibus verbis relatis ipſius Rodohani vbi ſupra, colligitur ipſum ſe quamlibentiſſimè ſubſcripſiſſe preſenti noſtrę veriſſimę cõcluſioni.

Probatur & tertiò præſens concluſio. hac ratione. Cùm bona cuiuſque legata Eccleſiæ, vel donata, aut empta ex pecunijs Eccleſiæ tam noua, quàm antiqua ſint reuera ipſius Eccleſiæ, & appellãda non ſint bona, & patrimonialia Monachorum, vel clericorum & Prelati deſeruientium dictę Eccleſię, cum ipſi ſint ſolum vſuarij, verum potius de iure, & rei veritate dicenda erunt patrimonialia Domini noſtri Ieſu Chriſti. vt sẽper docuit Sancta Eccleſia, & aptiſſimè habetur in c. cum ſecundum. ext. de præben. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & ideo ad ipſum Dominum Ieſum dominium pertinet, prout docuit Innoc. in c. cũ ſuper. ext. de cauſa poſſ. At quoniã ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti legitimꝰ Vicarius in terris eſt Sũmus Pontifex, ipſius vices gerens vulgaribus iuribus meritò dicendum erit nemini licere diſponere de patrimonio ipſius Domini Ieſu, & ſic de bonis Eccleſiæ, ſine aſſenſu ipſius Summi Pontifi-
94 cis, cuius prudentiæ diſtribuẽda, & diſponenda fuerunt commiſſa ab ipſorum bonorũ legitimo domino Ieſu Chriſto. Quapropter ſicut ſi quis diſponeret de bonis alicuius Domini temporalis, ſine eius aſſenſu, vel miniſtri ſpecialiter delegati ad huiuſmodi diſpoſitionẽ, omnino dicẽdus eſſet fur & latro non ſolum, qui ſic diſpenſat, quàm is, qui diſpenſata huiuſmodi aliena recipit, cũ huiuſmodi alienatio proceſſerit a non Domino eorum, vel illius voluntate: eò ꝙ furtum ſit contrectatio rei
95 alienæ inuito Dño. Quapropter talis alienatio erit nulla de iure, arguẽdo igitur ab identitate rõnis erit dicẽdum alienatio hmõi dicẽda erit facta de bonis eccleſię

Digitized by Google

contra prohibitionem Ecclesię S. & ipsorum legitimi dispẽsatoris, scilicet Summi Pontificis, vt per se patuit, cùm non præcesserit ipsius Summi Pontificis consensus, & quòd allata in præsenti ratione sint veritima, ac per consequẽs quòd dominium rerum Ecclesiæ sit apud Deũ, vt in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. ibi de Christi patrimonio sublimatis, & ibi. glo. in verſ. Christi, ad quod facit textus in c. qui Christi. & c. qui abstulerit. 12. q. 2. prout inter alios docuit Panormit. in c. cum esses. nu. 29. & 30. ext. de testamentis, & ratio istorum est, quoniam homines offerentes Ecclesiæ intuitu Dei offerunt, vt in c. nulli liceat. 12. q. 2. & in c. res Ecclesię. 12. q. 1. ibi. [Domino oblatis, &c.] & in c. municipia. & c. iniustum. ext. de rerum permut. quod & multipliciter, & elegantes probat Rodohanus in tract. de rebus eccles. non alien. Capitulo incip. His sic paucis præmissis. fol. 47. & deinceps per totum Capitulum. sed præcipuè in fol. 49. nu. 30. & sequentibus, vide ergo ibi latissimè. Ex his ergo concluditur bona Ecclesiæ esse Christi, ac per consequens non posse alienari sine consensu Christi, vel eius Vicario, qui est Papa.

His ergo auctoritatibus in medium allatis patuit veritas præsentis nostræ conclusionis, quæ vt luce meridiana clarius elucescat, visum fuit operæpretium respondere obiectionum singularũ fundatorensis pro parte eorũ ablatis, qui asserierant dictam alienationem validam fuisse, & esse. & vt apertius & facilius veritas responsionum capi possint, sigillatim cuilibet ipsorum respondebimus ipso Domino annuente, qui dixit, Sine me nihil potestis facere.

Ad primam ergo obiectionem, & insimul ad iura, & Doctores inibi citatos sigillatim respondendo.

Ad text. in c. Abbatibus. 12. q. 2. dicimus ipsum nihil probare contra nostram conclusionem, cũ simus in diuerso casu vulgaribus iuribus, cum a diuersis non debeat illatio fieri nostram (vt omnes Doctores asseruerunt, immo vt ex ipsorum cõtextu verborum ipsius c. Abbatibus elicitur) loquitur textus in Abbate non exẽpto a iurisdictione Episcopi, vt olim erant ferè omnes. Nos in exempto, & immediatè subiecto Summo Pontifici, vt ore proprio declarauit ipsemet inter alios Summos Põtifices, Eugenius Papa Quartus in priuilegio nostræ Congregationis Catinensi concesso in Anno salutis 1436. Nonis Julij, Pontificatus vero eius anno sexto. sub Datum Bononiæ.

Etsi hodie dictus textus nõ haberet locum propter tot extrauagantes constitutiones, quibus inconsulto Summo Pontifice prohibetur alienatio immobiliũ rerum Ecclesiarum. Vt latius supra, quibus stantibus assensus Monachorum, & Capituli generalis nõ legitimam reddit alienationem factam inconsulto Summo Pontifice.

Ad

Ad tex. in cap. placuit. 12. q. 2. idem prorsus respondetur: cùm eadem sit ratio ad tex. in cap. sine exceptione. 12. q. 2. idipsum respondetur: imò retorquendo argumentum dicimus ex ipso elici apertissimè veritatem nostræ conclusionis stantibus supra recensitis extrauagantibus, in quibus vltra assensum Episcoporum, seu Abbatum (in casu nostro) & Monachorum requiritur assensus apostolicus: sicut ergo ibi declaratur alienatio irrita & nulla facta sine assensu Episcopi & clericorum, qui solum tunc requirebatur, sic nunc erit nulla dicenda alienatio facta sine apostolico assensu, cùm vltra Abbatis & Monachorum assensum, requiratur apostolicus assensus ad validandam alienationem huiusmodi.

Ad tex. in Clemen. 1. de rebus alie. facilior erit responsio in casu nostro. cùm ibi requiratur assensus superioris vltra assensum Monachorum & Abbatis: & huiusmodi Superior non est alius quàm Súmus Pontifex in exemptis immediatè subiectis Sedi Apostolicæ, vt sunt omnes nostri Abbates & Monasteria omnia nostræ Congregationis, prout constitit per allatam declarationem Eugenij Quarti, & quòd huiusmodi superior sit Papa, docuit ibidem glo. in versiculo proprij. & Panormitanus ibidem numero 9. & quàm plures Doctores per nos citati in corroborationem veri intellectus capituli secundi, de rebus Eccles. non alienand. in sexto. Cùm vnica voce ipsum text. Doctores citauerint ad probandum alienationem nullam esse, quæ fuit facta ab Abbate & Monachis, seu Monasterijs exemptis & immediatè Summo Pontifici subiectis: quamuis ibi fiat sermo quo ad corticem litteræ de submissionibus bonorum immobilium Ecclesiæ non faciendis alicui sine speciale assensu Summi Pontificis, vt latiùs ibi diximus & probauimus. Nam in nostra materia dici non poterit superior Capitulum generale, (loquendo generaliter & regulariter nullo alio supposito priuilegio Summi Pontificis) prout Reuerendi Patres nostræ Congregationis annuerunt in declaratorio regulæ Sanctissimi Patris Benedicti in capitulo 64. de ordinando Abbate, numero 14. his præcisis verbis vsi fuerunt, videlicet. [Hodie ex indulto apostolico tota nostra Congregatio & Monasteria exempta sunt ab ordinariorum iurisdictione: & immediatè apostolicæ Sedi subiecta, & inde declaratio super capitulo tertio de adhibendis ad consilium fratribus. numero tertio, his præcisis verbis, videlicet. [Firmiter statuentes, quòd nullam omnino alienationem facere possint de possessionibus, vel rebus immobilibus, vel mobilibus pretiosis Monasteriorum nostrorum, nisi priùs obtenta licentia à Capitulo generali, etiam si petentes iam obtinuissent à Sede Apostolica Prælatus & conuentus, quòd talia facere possent. Has enim penitus & de cetero prohi-

bemus, niſi priùs obtenta fuerit licentia ordine quo ſupra ab ipſo Capitulo generali immediatè præcedenti, vel à regimine: quibus fideliter exponi debebit, quo in ſtatu res ſe ſe habeant, & poſtea à ſede Apoſtolica.] hęc ibi. Ex quibus patuit veritas noſtræ reſponſionis, ex quibus emicuit ſingula Monaſteria noſtræ Congregationis eſſe immediatè ſubiecta Summo Pontifici: quapropter indè comprobatur in hac materia dici non poſſe Capitulum generale eſſe huiuſmodi Superiorem: cùm ſtatuerit fore petendum aſſenſum apoſtolicum, vltra aſſenſum ipſius Capituli.

Ad tex. in capitulo fina. extra de rebus Eccle. non alienandis, vbi declararur nulla alienatio facta de rebus Eccleſiæ immobilibus ſine legitimo perſonarum Eccleſiaſticarum aſſenſu. retorquendo igitur argumentum, dicemus ex ipſo quoque elici veritatem præſentis noſtrę concluſionis, cùm inter perſonas Eccleſiaſticas, quarum aſſenſus requiritur de iure eſt ipſe Summus Pontifex: quapropter patuit, quòd in dicta alienatione facta (de qua eſt fermo) nullo pacto dicendum erit affuiſſe aſſenſum legitimum perſonarum Eccleſiaſticarum. & ideo dicendo erit omnino, ipſum textum probari noſtram concluſionem.

Ad text. in capitulo primo de rebus Eccle. non alienan. in ſexto. Reſpondemus non valere conſequentiam, ſeu illationem illam indè factam: dicendo, Innocentius Quartus ibi declaranit nullam alienationem bonorum Eccleſiaſticorum factam ſine neceſſitate & euidenti vtilitate Eccleſiæ. ergo videtur eum ſtatuiſſe per conſequens, quòd eſſet valida, ſi adſit neceſſitas vel euidens vtilitas Eccleſiæ. Nam ſuffecit ſibi in caſu propoſito reſpondere, & non vltra progredi ad caſum ſibi non propoſitum, vt moris eſt apud Principes requiſitos, vt decernant quid foret ſentiendum de caſibus propoſitis. Non ergo negauit inter alia de iure requiſita in huiuſmodi alienatione eſſe aſſenſum apoſtolicum in caſu noſtræ quæſtionis, vt patet ad ſenſum.

Ad textum in capitulo quæ in Eccleſiarum. extra de conſtitu. idem prorſus reſpondemus, quòd diximus in reſponſionem ſupra allatam ad textum in capitulo fina. extra de rebus Eccleſię non alien.

Ad textum in Authentica hoc ius porrectum. C. de ſacroſanctis Eccleſijs facillima erit reſponſio, ſtante communi Doctorum vtriuſque iuris cenſuræ ſententiæ dicentium ipſam hodie non habere locum, prout ſupra latiùs relatione Doctorum ſententiarum retulimus.

Ad text. in Authen. de alien. & emphiteoſi. §. licentiam. dicimus, quòd in materia Canonica ſtandum erit conſtitutionibus Summorum Pontificum, quæ prę-

ualent

Digitized by Google

uálent in foro Pontificio. vulgaribus iuribus, & communiter docetur per Doctores.

Ad sententias Nauarri, quæ videntur aduersari præsenti nostræ veriſſimæ conclusioni gradatim & sigillatim respondebimus, vt appareat veritas nostræ responsionis. & primo.

Ad id, quod ipse dixit (in suo consilio quinto, incip. Abbas quidam) quòd Abbas exemptus alienationem factam cum consensu sui conuentus procuret confirmari à suo superiori, & sic dicebatur quòd sufficeret, quòd fuisset confirmata à Capitulo generali Congregationis Cassinensis quod superioris personam gerit refertur, prout diximus in responsione ad textum in dicta Clementina prima. vide ibi. sed ad ea, quæ subdidit ibidem Nauarrus, quòd confirmatio huiusmodi alienationis facta à Papa in forma communi parum valeret, sed si fieret per commissionem cum causæ cognitione non nihil tedij, & sumptus afferret. acsi apertè dixerit huiusmodi confirmationem fore inutilem, & superfluam. Nescimus quippe quorum huiusmodi verba protulerit, cùm hoc nullo iuris fundamento firmauerit, & contrarium expressè docuerit in commentario extrauagante Ambitiosæ. numero decimoquarto; versiculo secundò respondeo. vbi insurgens contra Iasonem in l. ea lege. numero vigesimotertio, ff. de verborum obligatione, dicentem alienationem rei Ecclesiasticæ factam inconsulto Summo Pontifice, valere, licet Prælatus, qui iurasset ipso inconsulto non alienare sit periurus. ipse (inquam) Nauarrus his præcisis verbis vsus fuit in confutationem sententiæ Iasonis, videlicet. Secundò respondeo, quòd licet hæc opino posset, vtcunque defendi, qua tenet alienantem fieri periurum: non tamen potest sustentari quo ad illam, qua tenet alienationem valere saltem quo ad forum exterius: quia præfatus §. primus extrauagan. primę de rebus Eccle. non alienan. expressè continet nullam alienationem talem valere; & ad omnia argumenta in contrarium respondetur, concedendo, quòd alienatio facta contra iuramentum valeat quidem: ita, quòd ob solam iuramenti transgressionem non desinet esse valida, nisi per legem ipsam inualidetur: quod etiam Iason in dicto numero vigesimotertio sentit: quatenus argumentum sextum, dicit, quòd regulariter tenet actus factus contra iuramentum, si lex aliter non resistit. At in casu nostro proposito lex ipsa Papæ in dicta extrauagante resistit valori prę fatæ alienationis: dum ait, alienationem rei Ecclesiæ non valere, quando fit contra illius extrauagant. dispositionem: vel cùm fit inconsulto Papa: quòd nec Iason, nec Calderinus (quem ipse citat) satis animaduerterunt, neque alij, qui sequuntur eos; qui præfatam extrauagantem,

non

Digitized by Google

non viderunt, vel non satis perpenderunt, quod debuerunt perpendere, etiam illa sola consideratione, quòd maiori curę fuit prędicto Papę Paulo, & fuit & est omnibus Summis Pontificibus cō seruatio bonorum ecclesiarum, ne per alienationem pereant eis, quàm castigatio periurorum: & ita firmiter credimus resolutionē prędictam Iasonis, & eorum, qui sequuti sunt illum vtcumque defendi posse ab argumentis contra eum factis per antiqua iura: sed non argumento sumpto ex prędicta Extrauag. prima, scilicet Ambitioſę, & consideratione prędicta; & quòd nullius, vel parui momenti esset clausula illa, quę in omnibus prouisionibus ponitur: per quam omnes prędati prouisi, tenentur iurare & iurant, vel prę-sumuntur iurare de non alienando bona ecclesiarum, inconsulto Summo Pontifice. hæc omnia vbi supra Nauarrus. & quòd huiusmodi alienatio facta incōsulto Summo Pontifice, sit nulla, si facta fuerit etiam simplex locatio bonorū ecclesiasticorum vltra triennium, cōtra dictam Extrauag. Ambitioſæ, ipsemet Nauarrus docuit in suo manuali, cap. 27. tit. de censuris ecclesiasticis, num. 150. versi. quarta, his præcisis verbis vtens, videlicet. Iam pridem nos Salmāticæ tulimus sententiam, qua iudicauimus ex probatis coram nobis irritam & nullam fuisse quandam locationem in plures, quàm in tres annos factam: clericum autem, qui eam fecit non debuisse iudicari excommunicatum: & sic credimus in paucis locis esse receptam ipsam extrauagantē quoad pęnas extrinsecas, quanquam in multis est recepta, quoad dispositionem principalem & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis & locationis factę in plures, quam in tres annos. hæc omnia ipse Nauarrus. ex quibus procul dubio patuit ipsum in dictis locis docuisse alienationem nullam esse bonorum ecclesiasticorū immobilium inconsulto Summo Pontifice virtute dictæ Extrauag. Ambitioſæ, quapropter mirū est quomodo in dicto consilio quinto aliter senserit. Attamen pro re
103 uerentia tanti doctoris, forsan, eius sententia ibi interpetrari poterit, quòd appellatione superioris ipsius Abbatis exempti ipse intellexerit ipsum superiorē, qui est supra ipsum Abbatem, & habet speciale priuilegium præsūdi huiusmodi alienationibus assensum vices gerens Summi Pontificis in hoc: & ideo esset superflua confirmatio ipsius Summi Pontificis, quę non obtinetur sine labore, & expensis, & quòd per illud, quòd addidit [& quòd etiā faciat eam ratificari per Episcopum, in cuius Episcopatu sunt sita præfata bona ad informationem prædictorum.] intenderit posse ipsum Episcopum prodesse quasi testificādo dictam alienationem fore in vtilitatem ecclesiæ. Si verò ipse Nauarrus aliter voluisset intelligi suam sententiam, debebat apertioribus verbis suam exprimere sententiam. Nam reuera negari ab ipso nec ab alio sine ma

ximo

ximo rubore nunquam poterit, necessario requiri assensum Summi Pontificis, vt valida sit alienatio rerum immobilium alicuius momenti facta a prælatis regularibus exemptis a iurisdictione ordinariorum, & immediate subiectis vnà cum suis Monasterijs Sedi Apostolicę, vt est Monasteriũ Sancti Benigni, de quo est sermo prout docuimus supra, referendo sententias Doctorum citantium ad hoc cap. 2. de rebus eccles. non alien. & Clem. 1. eod. titu. inter quos est glos. in dicta Clem. 1. ver sicu. proprij, & ibi Panormitanus nume. 9. qui dixerunt proprium prælatum regularium exemptorũ esse Papam: & ideo ipsius assensus erit necessarius. idem Cassaneus, Felinus, Alexander, & alij loco suo supra recensiti docuerũt & vltra illos tot Summorum Pontificum constitutiones extrauagãtes, quæ Deo dante sunt in viridi obseruãtia in hac ciuitate Ianuæ, in qua est situatum dictum Monasterium Sancti Benigni.

Ad aliam Nauarri sententiam in suo manuali super Extrauagãs Pauli Secundi dicentis, quòd dicta extrauagans non prohibuerit alienationẽ in casibus a iure concessis. Respondemus, quòd nihil contra nostram conclusionem inde fuerit probatum: cum probauerimus dictam alienationem fuisse prohibitam tam per tex. in dicto cap. 2. de rebus eccles. non alien. in sexto. quàm in dicta Clem. 1. stante eius exemptione vt patuit ad id, quod ipsemet Nauarrus in suo consilio secundo eod. titu. incipien. Ad priorem quæstionem, vbi volens reconciliare sententiã suam, in hac quæstione diuersimo dè traditam multa congerit, quæ cùm ex se percipiantur non euacuare contradictionem apertissimam suorum dictorum, quæ ex paulò antè allatis claruit ne grauem lectorem sygillatim non alia adderat in responsionẽ ad ipsa, ne videamur eadem frustra repetere.

Ex his ergo omnibus hucusque allatis, credimus fuisse satisfactum obiectionis prædictæ, & eius fundamentis apparentibus, & non veris.

Ad secundam obiectionem factam contra nostram veram conclusionem, fundatam super diuturnitatem tẽporis dicti contractus alienationis ipsius celebrati: cùm effluxerint iam anni quadraginta duo. Quapropter opponebatur, quòd propter temporis diuturnitatem præsumendum fuerit interfuisse omnes solemnitates extrinsecas de iure requisitas, ac
104 per cõsequens Summi Pontificis assensum: & vt veritas responsionis nostræ apertius percipiatur, fudebimus Deo optimo maximo annuente ad singula iura, & Doctores citatos contra ipsam nostram conclusionem, & primo ad tex. in l. si filius familias. C. de petitio. hæredit. & in l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. hęre. & in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & in c. peruenit extra de emptio. & venditi. dicimus illa iura nihil probare, contra nostram conclusionẽ; quoniam ex ipsis elicitur præsumptio consensus

consensus taciti eius, qui est pręsens actui, qui geritur in suum
105 præiudicium, nos autē in pręiudicium etiam eius, scilicet Papæ qui longe est a dicto Monasterio alienante, & cùm non probetur scientia eius omnino de iure elicitur ipsum ignorasse, ac per consequens non cōsentijsse dictę alienationi: in casu verò proposito in dicta l. si filius familias. contrarium innuitur, cum meritò imputandum sit parti præsenti & non contradicenti cùm posset, (cùm quisque suo iuri possit præiudicare) de quo est textus apertissimus in cap. 2. de accusat. in sexto. his præcisis verbis contentus, videlicet. [Si is, qui contra te commissa fuerat inquisitio super certis
106 criminibus facienda, processerit te præsente, nec reclamante: aut quicquam super hoc excipiente (infamiæ inquisitione omissa) ad veritatem eorundem criminum inquirendam, processum huiusmodi ex eo, quòd non fuit de infamia primitus inquisitum, vlterius impugnare nequibis.] hæc ibi. vbi communiter per glo. & Doctores, & per regulam iuris, & ibi per Doctores & glosam in regu. qui tacet. & in cap. is qui tacet, de regul. iur. in sexto, vbi dicitur [qui tacet, consentire videtur] & in dicto c. is, qui. hæc habentur, videlicet. [Is, qui tacet, non fatetur, sed nec vtique negare videtur, vbi latissimè per glo. & Doctor. quapropter meritò in casu simili, sequens infrascriptos Doctores. idem docuit Octauianus Cacheranus in decis. Pedam. 132. incip. in dubium vertitur. nume. 9. & 10. vers. quarto imputandum est. His pręcisis verbis vtens, videlicet. Quartò imputandū est marito, qui dum viueret tacuit, & alimenta præstita ab vxore cōsequi, & ex quo protestatus non fuit ea alimenta exhibuisse animo repetendi, vt not. Socinus in consil. 114. num. 45. volum. 3. post Bal. in consil. 474. incip. post biennii volum. 3. Abbas Panormitanus, in consil. 85. incip. Omnipotentis Dei, num. 3. & 4. vbi hoc probat multipliciter, cùm non fuerit protestatus maritus se nolle donare alimenta vxori. Alciatus in allegat. tracta. præsumpt. regula prima, præsumptio. 32. num. 7. & nouissimè Cæphalus in consilio 85. nu. 13. concludens, quòd vbi per totum tempus matrimonij, maritus non petijt vsuras dotis, eas remisisse præsumitur: taciturnitas enim etiam inducit in ijs, quæ præiudicium aliquod afferre possunt, vbicunque aliquis extrinsecus actus interuenit corā eo præiudicium generatur, vt docuerūt Doctores in l. quæ dotis. ff. solu. matrim. Grauet. in tract. de antiquit. tempor. par. 1. pagina 41. nunum. 20. & in consil. 111. nume. 5. nam ex quo maritus durante eius vita continuò aliměta præstabat: concurrēte eius taciturnitate, & morte subsequuta videtur consensisse, vt ea alimenta titulo quodā tacitę donationis essent apud vxorem: sic ergo in proposito si coram Summo Pontifice fuisset facta dicta alienatio: tunc diceretur ipsum tacitè consensisse illi.

At quoniam longè distabat Papa a dicto Monasterio, nisi probetur eius scientia, nullo pacto presume retur de iure alienationem illam factam cum consensu Papæ: cùm remotissimo in loco moretur; nisi cõtrarium aliquo pacto probaretur, ad l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. hæredit. ad l. sciendum. ff.
107 de verb. oblig. & ad cap. peruenit. extra de emptio. & venditio. cùm eadem videantur elici ex ipsis, sicut diximus elici ex dicta l. si filius familias, & eadem allata in responsionem ibi ad dictam l. hìc habeantur pro repetitis: & vltra ea dicimus dictas leges loqui, quando solemnitas, quæ præsumi
108 tur ex diuturnitate respicit cõmodum, seu lucrum eius, qui patitur, vel paruum damnum, secus si magnum damnum, puta, domi nij ammissionem (vt in casu nostro) quia tunc ex tẽporis diuturnitate nõ presumitur solemnitas, prout expressè docuit Bart. in l. 1. §. fi. nume. 7. vers. solue. ff. de aqua plu. arcen. & in l. pen. num. 2. versi. quæro quid volo. C. communi diuid. vbi expressè dixit dicta iura non habere locum vbi agitur de magno prejudicio, quia tunc nõ præsumetur titulus: quod & rursus cõfirmauit in l. cùm de in rem verso. num. 5. ff. de vsur. sequens glo. in dicta l. penult. dicentem, quòd diuisio presumatur ex patientia longi temporis, quia est modici præiudicij. sed venditio, seu concessio simplex proprietatis, non presumitur, quia est magni præiudicij: quod & repetijt in l. seruitutes, colum. 1. ff. de seruitu. & rursus in in quæstio. incip. mulier habens amplum patrimonium in principio, col. fina. quem refert & sequitur Alex. consil. 12. num. 7. volum. 4. & in consil. 218. num. 5. & sequen. volum. 6. latè de materia præsumptæ solemnitatis ex diuturnitate tẽporis tractans, & in consil. 94. num. 6. & sequen. volum. 7. vbi loquitur de quodam instrumento vẽditionis confecto annis quinquaginta duobus tunc elapsis: concludens ex eo tempore non præsumi solemnitatem: quod & repetijt in dicto consilio 218. nu. 10. & sequenti. Iason in l. 1. col. 5. versic. quarto limita. C. qui admitti. post Alex. & Fulgos. per eundem citatos, & rursus Iason in consil. 148. num. 7. & sequ. volum. 1. Socinus iunior in consi. 56. nu. 11. & 12. volum. 1. clarius in consil. 56. nume. 12. volum. 2. Afflictus in decisio. 107. colum. fi. & in decisio. 345. num. 5. & 6. post Alex. Abbatem, & Barbat. dicens, huiusmodi præsumptionem non procedere, vbi pars negat, vel vbi agitur de præiudicio tertij, vt in casu nostro, scilicet Summi Pontificis, apud quem est verum & legitimum dominium directum omnium bonorum ecclesiasticorum tanquam Vicarium Dei, & illorum dispensatorem, quæ fuerunt donata non Monachis, aut clericis, sed Deo Optimo Maximo, pro redemptione peccatorũ suorũ, vt infra loco suo latissimè probabitur multipliciter. Nam in tali casu procul dubio non sufficiet præsumptio diuturni temporis, sed omnino requiri plenam probationem

bationem dictę neceſſariæ ſolemnitatis: vt habeat ipſa diuturnitas locum: prout docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet, Natta in conſilio 162. numero 29. vbi numero 24. poſt Alexandr. in dicta l. qui in aliena. dicit prædictam præſumptionem militare in ſolemnitate formali extrinſeca: ſecus in ſolemnitate ſubſtantiali, quæ reſpicit iuſtitiã tituli (prout in caſu noſtro, cũ ex tali emptione emptor non poſſit prætendere titulum emptionis, cum illa de iure fuerit nulla) quoniam tunc non præſumetur ex diuturnitate temporis, prout docuerunt permulta Alex. in conſil. 179. nume. 5. & ſequen. volum. 6. Thomas Gramaticus noſter compatriota, in deciſio. 79. num. 14. Crauet. in tracta. de antiquit. tempor. par. 3. in principio, num. 22. & ſequen. poſt Alexan. Decium, & alios, in locis per eum relatis, quibus addimus Brunum in tracta. de forma & ſolen. artic. de probat. & præſumpt. form. & ſol. col. 9. verſ. vndecimo, eſt aduertendũ vbi dicit formam ſeu ſolemnitatem eſſentialem (vt
109 eſt, de qua agitur, cùm in dictis citatis iuribus antiquis & modernis adſit decretum irritans alienationem aliter factam) nunquã præſumi: quia ſic eſſet præſumere ipſum factum, non ſolemnitatem facti. Nam regula eſt approbatiſſima a Doctoribus, quòd quando lex, aut ſtatutum requirit in aliquo actu aliquas ſolemnitates, & qualitates interuenire, is, qui ſe fundat in lege, vel ſtatuto, non ſolùm debet probare actum, ſed etiam ſolemnitates & qualitates, quod pariter firmat Alex. in conſ. 77. num. 5. volum. 7. ſequitur Curtius in conſilio 60. colum. 2. verſ.
110 tum quia, vbi dicit, quòd quando aliquid requiritur a lege limitatiuè, vel qualificatiuè, debet prius conſtare de dicta qualitate, ſeu limitatione, aliàs non verificatur diſpoſitio, & ad hoc etiam plura cumulat Pariſius. conſil. 34. num. 8. & 10. & conſil. 66. nu. 112. & ſequen. volum. 3. & in conſi. 53. num. 44. & ſeq. & in conſil. 65. nume. 4. & ſeq. & in conſil. 62. nu. 42. & 43. & in conſi. 158. num. 24. volum. 4. Gozad. in conſil. 35. num. 16. & 17. Bonus tex. in l. Fulcinius. §. 1. ff. quibus ex cau. in poſſ. eat. latiſſimè more ſuo Tiraquel. in tract. de retractu lignagier §. 8. in verſi. le traant. glo. 7. nu. 1. & 2. vbi innumeris auctoritatibus cumulatis per vnã columnã concludit fundantem ſe in lege, ſtatuto, & diſpoſitione præſertim exorbitãte debere obſeruare & probare omnes qualitates contentas in lege, vel ſtatuto: quod etiam firmat Socinus in conſi. 220. nu. 8. & 9. Natta in conſi. 254. num. 2. & in conſi. 474. nu. 38. Pariſius in conſ. 17. nu. 28. col. 1. & Socinus iunior in conſil. 3. vol. 1. & in conſi. 4. nu. 30. vol. 2. Gratus reſpon. 43. n. 31. & pluribus ſequen. lib. 2. prętera prout docuit Bar. in l. ſi ita. §. ea lege. col. 2. ff. de verb. oblig. quando lex vel ſtatutum (prout in caſu
111 noſtro tam ius Pontificium antiquum, quàm modernum in citatis extrauagantibus requirentibus aſſenſum Apoſtolicũ in alie-

natio-

nationibus bonorũ immobilium Eccleſiaſticorum cum decreto irritante ſi aliter fieret) prȩcipit aliquid fieri tempore contractus : tunc proculdubio ſi non obſeruaretur forma, contractus erit ipſo iure nullus ? prout voluerunt infraſcripti Doctores. Nam hoc expreſsè docuit Bal. in l. 2. colum. 2. verſic. quȩdam enim ſolemnitas. C. quando prouocare non eſt neceſſe, quẽ refert & ſequitur Cõpatriota noſter Afflictus in deciſ. 378. nu. 4. Abbas in c. 2. num. 5. de teſtibus, & ibi Aretinus in ſexto not. addens hoc etiam procedere ſi nõ ſit hoc verbũ annullatiuum. Iaſon latè in l. vniuerſa. nu. 7. & 8. C. de precib. imp. offeren. dicens poſt Barto. in rubr. C. de reſcind. vendit. ſolemnitatem requiſitam tempore contractus dici ſubſtantialem, prout etiam docuit Benedic. in repet. c. Raynutius. verſ. in eodem teſtamento, num. 24. & ſequen. extra de teſtamentis. Brunus latiſſimè in tract. de forma, & ſolemnitate. verſ. quando aliquid cenſetur tradi pro forma, col. 1. & 2. Guliel. à Perno in conſi. 4. num. 12. & ſequen. poſt Bal. in l. eos. §. apoſtolos. & in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appellat. vbi ponit differentiam inter formam, quæ ſtatuitur actui faciendo, quod & maximè procedit quando qualitas & ſolemnitas eſt data à iure pro forma actus ad cõſeruandum iuris rigorem (prout in caſu noſtro) docuit Felinus in c. cauſam. num. 11. verſ. contra hæc. ext. de iudicijs. Nam reſpondens Dominico in c. 1. poſt princ. de pactis in ſexto, dicenti, quòd licèt clericus non poſſit facere pactum ſine licentia Prælati : tamen ſi facit, & vtiliter, valet. his præciſis verbis vtitur, videlicet. Contra tamen hæc fortiter arguitur : Nam alienatio rei Eccleſiaſticę ſine ſolemnitate etiam in euidentem vtili-
112 tatem Eccleſię, non valet, neque tenet. Solue. prędicta procedunt vbi ſolemnitas nõ eſt introducta pro forma, ſed merè in fauorem prohibiti : ſecus vbi verò pro forma, vt eſt in alienatione rei Eccleſiaſticę : ita colligitur ex his, quę ſcribit Bal. in l. fin. §. neceſſitatem. colum. 7. C. de bonis quę liber. vbi dicit alienationem rei Eccleſiaſticę fore nullam, non interueniente ſolemnitate in caſu etiam vtili : & Abbas in cap. tua. col. 2. extra de his, quę fi. à prȩlat. quicquid dixerit Bald. in l. quicunque. C. de bon. quę. lib. & in l. ... C. contra iuris. ff. de pactis. Secundò intellige prædicta, niſi ſolemnitas eſſet introducta ad cõſeruandum rigorem iuris, ſecundum Bart. in l. ea quidem. C. quomodo & quãdo iud. & quòd quæ introducta fuerunt a ſupra citatis iuribus [antiquis & recẽtioribus in fauorẽ dictæ noſtræ vnicæ concluſionis ſint de ſubſtantiali forma requiſita in alienationibus bonorum immobilium eccleſiaſticorum, elicitur ex verbis ipſis dictorum pontificiorum iurium, ſtantibus veriſſimis iuris regulis traditis a Doctoribus pro ipſius formæ ſubſtãtialibus legitimo intellectu. Sciendum ergo primo, quòd quando lex, aut ſtatutum aliquod

aliquod de nouo aliquid inducit cũ certis modificationibus quic-
113 quid ibi exprimitur, reputatur pro forma ſubſtantiali, prout concluſerunt ſubſequẽtes Doctores, videlicet. Decius in conſilio ſuo 434.num.1.& 2. & in conſil.455. num.7.& in conſi.528.in fin. & in conſi.532.num.2. poſt Anchara. in ſuo conſil.242. in fi. Crauet. in conſil.182. num.10. poſt Anchar. & Socin.in conſil.92. volum.4. & præſertim procedunt quæ diximus in caſu noſtro, cùm in dictis iuribus prohibentibus fieri alienationem, fuerint appoſitæ qualitates conditionaliter, vt in illo ablatiuo [ſine aſſenſu apoſtolico] vt in l.ab emptione.ff.de pactis & in l. a teſtatore, ff.de condict.& demonſtrat.Decius in conſil.466. num.18. & ſeq.& in conſi. 532.num.4. & in terminis noſtris quando lex, vel ſtatutũ prohibeat quod irrita ſit & inanis huiuſmodi alienatio, vt in dicto cap. ſine exceptione, 12.q.2. & in c.2. de rebus eccle.non alien.ibi. [Contractus autem omnes etiam iuramento pœnę, vel alterius cuiuſlibet firmitatis adiectione vallatos (quos de talibus alienationibus ſine huiuſmodi licentia & cõſenſu cõtigerit celebrari) & quicquid ex eis ſecutum fuerit, decernimus adeo viribus omnino carere, vt nec ius aliquod tribuant,
114 nec preſcribendi etiam cauſam parent.] & in Clem.1. eod.titu. hęc habentur, videlicet. [Si quis autem contra hoc fecerit, pęnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat : Nec ex conceſſione ipſius recipienti ius aliquod acquiratur.] & in Extrauag. Ambitioſę, eod.titu.& eſt Pauli Secundi, quę poſtea fuit cõfirmata a Iulio Tertio, Paulo Quarto, & Pio Quinto, vt ſupra retulimus, hęc habentur verba conditionaliter poſita, videlicet. [Si quis autem contra huius noſtrę prohibitionis ſeriem de bonis & rebus eiſdem quicquã alienare preſumpſerit, alienatio, hypotheca, cõceſſio, locatio, cõductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, vel momenti ſine aſſenſu apoſtolico] vbi notanda erunt illa verba [Si quis autem contra huius noſtrę prohibitionis, &c.] cùm proculdubio cõditionem importent: vt docuit Bart.in l.1. colum.1. ff. de condit.& demon. & formam ſubſtantialem, ac preciſam: vt etiam docuit Bald. in Authent.matri,& auię. C. quando mulier.tute.officio fungi poteſt. quem refert, & ſequitur Felinus in cap. quod ad conſultationem, num.21. verſicu. & vltra eum adduci.extra de ſententent.& re iudicata, vbi ſequitur & aliud dictum Bald.in l.comparationes, in 3.oppoſ. C.de fide inſt. vbi dicit, q̃ omnis forma tradi-
115 ta a lege debet in dubio cenſeri ſubſtantialis,& de eſſentia actus, & eius omiſſio vitiat ipſo iure. cùm ergo ex prædictis eliciatur ipſam alienationem nullam propter defectum aſſenſus apoſtolici de iure requiſiti ad illius firmitatem, inde apertiſſimè ſequitur di-
116 ctam alienationem non firmari e diuturnitate tẽporis, iuxta iuris regulam. Non firmitatur, de

regul.

regul. iur. in sexto. vbi dicitur, nõ firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non subsistit] nec præsumi de iure poterit quòd interuenerint solemnitates a iure requisitæ in alienatione bonorũ ecclesiasticorum propter diuturnitatem temporis, cùm (vt supra probatum fuit) ex euidentia facti contrarium appareat, scilicet ex inspectione ipsius instrumẽti, nullam mentionem facientis de assensu Apostolico præcedente, eo quòd huiusmodi præsumptio procedens ex diuturnitate longissimi temporis sit præsumptio iuris tantum, & non iuris, & de iure, ac per consequens recipiet probationem in contrarium, & hoc vel per inspectionem instrumenti dictæ alienationis, vt diximus, si modo debito non fuerint expressę (solemnitate de iure requisitę, prout docuit Octauianus Cacheranus per multa in decisio. Pedamontana 133. incipiente. Dubitandi materiam, & Alexander in consilio primo, numero 19. versiculo præterea, volumine quarto, & Felinus in capitulo sicut. numero 42. versiculo septimo, & vltimo. extra de sentent. & re iudicata. vbi dicit, quòd in facto antiquo bene præsumatur solemnitas extrinseca: sed si instrumenta; vel acta producta sunt, & ex eorum inspectione apparet defectus solemnitatis, (vt in casu nostro) non præsumetur pro ipsa etiam in facto antiquo propter euidentiam facti non solemnis, prout egregiè docuit Paul. de Castro in consilio 48. incipiente. in causa quæ vertitur, subdit tamen ibidem Felinus, quod sibi videatur substentabilius quod dixerunt Petrus de Ancharano, in consilio 130. & Alexander in consilio 79. incipiente, Circa primum de quo quæritur, columna sexta. Volens quòd solemnitas tractatus & consensus Capituli præsumatur, etiam si in inuestitura nihil de hoc dicatur, quando transiuit longum tempus: & subdens rationem ipse Felinus ostendit quando hoc verificetur, dicẽs quia nõ videtur absurdum, quòd diuturna obseruantia & scientia & patientia eorum cum quibus res est gesta, faciat præsumi, quòd si à primordio actus fuisset minus solemnis, nõ fuisset toleratus, sed impugnatus ab habẽtibus notitiam defectus solẽnitatis, & vt ipse Felinus patefaceret se nõ loqui in casu à nobis proposito, in quo assensus apostolicus requirit secundũ iura antiqua & nouissima (vt fuit probatũ) quod & expressius nobis id innotuit se subscribẽs pſenti nr̃æ cõclusioni, subsequẽter his p̃cisis 117 verbis vtẽs, videlicet. Benè fateor q̃ si cõsensus habuisset requiri a principio a tali pſona, cũ qua non fuit sequuta diuturna obseruãtia actus, neq; aliqua cõtinuata eius notitia nõ esset inducta p̃sumptio q̃ illa pſona cõsensisset, q̃a cessat d. ratio & ita elegãtissimè decidit Alex. in suo consi. 372. incip. viso themate suprascripto, ad finẽ. dicẽs, quòd si Episcopus iurauit nõ alienare inconsulto Romano Pontifice; & reperiatur facta alienatio, quæ de licentia Papæ nihil

Digitized by Google

exprimit: certè ex diuturnitate temporis non præſumitur dicta ſolemnitas, cùm non conſtet verè, vel præſumptiuè Papam habuiſſe ſcientiam dicti contractus, & de hac deciſione nunquam obliuiſcaris: præbuit enim mihi (inquit) opem in conſulendo Lucæ, contra quandam alienationem factam a capitulo Lucenſi ſubiecto immediatè Sedi Apoſtolicæ: Nam in ipſa nihil dicebatur de conſenſu ſuperioris: & licèt multi dicerent ipſam preſumi propter temporis diuturnitatem; tamen contrarium reſpondi: quia cum eorum ſuperior ſit Papa non preſumitur de eius licentia, ex quo notitiam non habuit dicto tempore, per quam præſumi poſſe eum a principio requiſitum toleraſſe alienationem per dictum conſilium Alexand. cui non reperi (ſubdit) conteſtem, & addit ipſe Felinus ibidem, quòd Alexander idem ſentiens in conſilio ſibi ſexto, incipien. viſo inſtrumento locationis, columna tertia docuerit, quòd quando non interuenit ſcientia vel patientia illius, cuius auctoritas requirebatur, tunc diuturnitas temporum non facit præſumi actum ſolemnem: & ad hoc allegat Bal. in l. a. C. de legitim. hæredib, & Ludouic. in l. ſciendum. ff. de verborum obligatione, & eſt de mente Raphael. in dicta l. qui in aliena. in principio. hæc omnia ad verbum docuit Felinus, cuius ſententię ad verbum ſe ſubſcripſit Vrſillus in addition. Deciſionis, 305. Affliđi. cuius preciſa verba retulimus in probationem noſtrę concluſionis poſt relationem ſentētię Felini. vide ergo ibi. quapropter Cacheranus in d. deciſio. 173. incip. dubitandi materiā. in nu. 5. verſ. vel poteſt reſponderi. his preciſis verbis vſus fuit, videlicet, Vel pōtreſpōderi preſumptionē non vrgere, niſi probata ſcien-
118 tia & patientia eius, de cuius preiudicio agitur, prout docuit Rol. a Valle in cōſi. 2. nu. 127. poſt Bald. Alex. Barbat. Iaſonē & alios per eum allegatos, & Decium in conſil. 409. nu. 13. incipien. ex aduerſo adducto: ex cuius dictis colligitur alia, & quidem vera reſponſio, videlicet preſumptionem prędictam tunc locum habere quando is, in cuius odium inducta eſt huiuſmodi preſumptio, potuiſſet actum impugnare, & poſtquam ſciuit, diu tacuit, & paſſus eſt: ergo non habebit locum preſumptio in caſu præſentis noſtræ queſtionis, cū alienatio facta fuerit, illā ignorāte ſummo Pōtifice cuius præſentia in loco cōtractus defuit, nec probatur fuiſſe certioratum de illa, ac per conſequens nec poterit probari patientia eius, cuius intereſt: cùm bonorum eccleſiaſticorum, quæ Deo Optimo Maximo fuerunt oblata, ipſe tanquam Dei legitimus Vicarius ſolus eſt adminiſtrator, reliqui verò eccleſiarū ſingulariū prelati coadiutores in miniſterio huiuſmodi: q nihil penitus poſſint diſponere de ipſis bonis, niſi pūio aſſenſu ipſius Sūmi Pōtificis (vt latius probabimus in reſponſionē ad vltimā obiectionē.) Idipſum docuit

docuit Bal. in l. pen. nu. 3. & 4. C. commu. diuid. amplectendo dictam sententiam Bar. ibidem (relatam à nobis in principio præsentis responsionis ad secundam obiectionem, vide ibi) etsi limitauerit id, quòd dictus Bar. addiderit ibi, de duobus fratribus, qui per decem, vel viginti ánnos diuisim aliqua bona paterna possederant, si diuisio facta nõ possit probari per aliquem contractum solemnem: tamen solemnitas diuisionis præsumitur secundum Bar. ibi: si quisque eorum diuisim soluisset onera pro sua portione. Hoc ergo Bar. dictum, Bal. limitauit, dicens hoc esse verum, si partes huiusmodi taliter diuisim à dictis fratribus sint æquales, secus si fuerint inęquales. idipsum Paul. de Castro in dicta l. pen. nu. 3. in fortiori termino idem nos docuit asserens, quòd Doctores hoc ipsum docuerint. Vnde ipse concludit, quòd si quis possedit longo tempore rem meam me sciente, & patiente: & ego vellem modò agere rei vendicatione; si ille dixerit illam à me emisse, nec inferat aliã probationem: non ideo talis venditio probaretur: cũ inde mihi oriret maximũ præiudiciũ si taliter perderẽ dominiũ. Vnde patientia, & scientia mea nec opabit consensũ nec prę sumptionẽ tituli. hęc ibi Paul. qui idipsũ docuit ad verbũ in d. l. si filius familias. C. de pet. hęredit. & in d. l. q in alie. n. 4. ff. de acqr. hęred. idẽ docuit Alex. in d. l. qui in alie. n. 11. vers. vel responde, prout sequitur Bar. in d. q. incip. mulier ha bẽs. & rursus Alex. in infrascriptis locis, videlicet in cons. 11. col. fin. vol. 4. cõs. 1. col. 11. vol. 5. cõs. 179. n. 5. & seq. vol. 6. cons. 12. n. 7. vol. 4. cons. 218. n. 5. & 10. & seq. vol. 6. vbi latè de hac materia p tractat. cons. 94. n. 6. & seq. vol. 7. vbi loqẽ de quodam instrumẽto vẽditionis cõfecto anni quinquaginta duobus tũc elapsis, concludens ex eo tẽpore nõ præsumi solẽnitatẽ: qp & repetijt in d. cons. 9. vol. 3. quẽ sequutus fuit Aff. dec. in decis. 345. nu. 5. 6. & 8. dicẽs solemnitatem, qñ altera pars illã negat. Idẽ docuit Ias. in l. 1. col. 5. C. qui admitti. post Alex. & Fulgos. ibi per eũ citatos, & in d. l. q in aliena. col. 7. nu. 46. & 47. sequẽs Bar. & Pau. de Cast. vbi sup. etsi re vera tã obscurè ibi ipse Ias. procedat, qp vix queat percipi, quę sit ipsius sñia licet subdiderit ibi hãc Bar. sñiam amplexatum fuisse Chrisostomũ de Castello in d. l. qui in aliena. Non negamus tñ ipsum Iasonem ad litterã idipsum docuisse in l. 1. nu. 66. vers. item practicatur. C. de iure emphyt. Idem rursus repetijt in suo cons. 148. & seq. vol. 4. in cons. 176. col. pen. vol. 2. & in consi. 140. col. pen. vol. 4. idem docuit Socin. iun. in cons. 56. nu. 11. & 12. vol. 1. clarius in cons. 16. nu. 12. vol. 2. Natta in consi. 162. nu. 29. vbi num. 24. post Alex. in d. l. qui in aliena. dicit prædictam præsumptionem militare in solemnitate formali extrinseca, secus in solemnitate substantiali. quæ respicit iustitiam tituli, quia tunc præsumitur ex diuturnitate. Idem docuit Grauet. de antiquit.

tiquit.temp.par.tertia, in principio, num.22. & sequenti post Alexan. & Decium vbi supra, & alios per eos allegatos. Idem docuit Brunus in tract. de forma, & solemnitate artis. sub titu. de probationibus, & præsumptionibus formæ, & solemnitatis, columna 9. versic. vndecimo est aduertendum: Vbi dixit formam, seu solemnitatem essentialem nũquam præsumi, quia sic esset præsumere ipsum factum, & non solemnitatem facti. Quòd autem huiusmodi solemnitates requisitæ ante alienationes rerum Ecclesiasticarum sint de substantia actus, seu contractus, latissimè docuimus in nostro tract. extensionis cuiuscunque dispositionis iuris, & hominis. Idem Grammaticus in decisione 79. per totum. Fulgos. in l. prima, colum. penult. C. qui admitt. Socinus in consil. 254, columna secũda, Curtius senior in consilio 77. columna secunda, Bal. in tract. præscript. 3. par. 5. decimò quæritur, numero 7. versic. aut verò, & tertio casu. his præcisis verbis vtens, videlicet. Aut tractatur de magno præiudicio, vt de præsumendo titulum translatiuum dominij, siue habilem ad translationem dominij, puta emptionis, donationis, & alium similem. Et tunc non præsumitur ex solo cursu longi têporis: sed requiritur titulus verus, vel putatiuus iusto errore causatus: aliàs præscriptio non procedit, nec quæritur dominiũ, vel præscribendi conditio. textus est in l. Celsus. ff. de vsucapionibus, & in l. nullo, C. de rei vendicat. per quæ iura ita concludit Bartolus in dicta l. cum de in rem verso, & in l. prima, §. finali, columna penultima, versiculo contra hoc tamen dictum, ff. de aqua pluuia arcen. & in sua quæstione incipien. Mulier habens amplũ patrimonium, columna vltima, & in dicta l. seruitutes. dicens, quòd in his, quæ sunt magni præiudicij, non habet locum text. in l. cum de in rem verso. sicut est in acquisitione dominij, vel partis eius. Ex quo infertur, quòd si possiderem rem tuam tanquam meam per longum tẽpus te sciente, & patiente, vel etiam vsumfructum eius, qui est pars dominij, vt in l. quarta. ff. de vsufruct. & postea dicerem te eam mihi vendidisse, vel concessisse: non probaretur per hoc venditio, vel concessio: secus erit in rebus parui præiudicij. hæc omnia Bald. vbi supra. Idem docuit Florianus in l. seruitutes. col. fin. ff. de seruitu. Idem docuit Aretin. in §. æquè si agat. nu. 14. vers. cautela. circa finem. instit. de actionib. dicens, quòd ex longa patientia præsumatur titulus allegatus, quando agitur de paruo præiudicio: secus si de magno, vt est glo. singul. in l. penult. & ibi Bar. & Doct. C. commu. diuid. Nam tunc ex præscriptione non præsumetur titulus. hęc ille.

Et quòd ex sacris canonibus & canonistis, vltra supra recensitos Doctores vtriusque censurę, idem eliciatur statim patebit. Nam (vt supra retulimus) inter alia

verba

verba notatu digniſſima contenta in dicta Clemen. 1. de rebus eccleſiæ non alienand. hæc habentur, videlicet. [Si quis autem cõtra hoc fecerit, pœnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat: nec ex cõceſſione ipſius recipienti ius aliquid acquiratur.] & in cap. 2. de rebus eccleſ. non alien. hæc inter alia habentur, videli-
121 cet. [Contractus autem omnes etiam iuramenti pœnæ, vel alterius cuiuſlibet firmitatis adiectione vallatus. (quas de talibus alienationibus ſine huiuſmodi licentia, & conſenſu contigerit celebrari) & quicquid ex eis ſequutũ decernimus adeo viribus omnino carere, vt nec ius aliquod tri buatur, nec præſcribendi etiam cauſam parent.] in quibus locis glo. in dicta Clem. verſic. proprij. dixit conſenſum Papæ in exem-
122 ptis alienantibus requiri. & ibi communiter Doctores. & glo. in dicta Clem. verſic. acquiratur, dicit, quòd contractus erit nullus, & nihilominus contrahentes punientur. Idem docuit gloſ. in dicto cap. 2. verſicu. præſcribendi, dicens hoc eſſe ſpeciale: cũ aliàs ex inutili contractu transferatur dominiũ, & minus iuſtus titulus det cauſam prę̃ſcribẽdi, ꝓut not. in c. ſi diligẽti. in gl. fi. de prę̃ſcr. Si ergo huiuſmodi cõtractus a iure reprobat̃ & declaratur nullus, nullũq; ius p̃ſcribẽdi prę̃ſtare cõtrahentibus. Inde luce meridiana clarius patebit diuturnitatẽ tẽporis, nullo pacto poſſe de iure conferre aliquod ius, ſeu validitatẽ, aut firmitatẽ: tũ quia huiuſmodi pę̃na eſt perpetua, prout docuit gl. in d. Clem. in verſ. pę̃na, eo ꝙ ibi non fuerit adiectũ tẽpus determinatũ. cũ ſit & regula iuris in c. nõ firmatur. de regu. iur. in ſexto. vbi dicit̃ [nõ firmatur tractu tẽporis, ꝙ de iure ab initio nõ ſubſiſtit. quapropter in ſimili caſu merito Cardi. Zabarel. in d. Clem. 1. col. 11. verſ. vndecimo quæro. ſequens Zenz. & Matth. ibidẽ dixit, ꝙ ex conceſſione ſeu locatione rei eccleſiaſticę̃ factæ ad vitã alicuius, vel in ꝑpetuũ ſine cõſenſu expreſſo capituli, nõ prę̃ſtet cauſa prę̃ſcribẽdi extra li titulo, ſtãte tali ꝓhibitione: ẽt ſi cõtrahẽs cũ prę̃lato credidiſſet affuiſſe cõſenſum Capituli in tali cõceſſione: cũ dictus tex. dicat nõ acquiri ius aliquod. Quapropter
123 huiuſmodi cõceſſionis titulus habẽdus meritò erit ꝓ nõ titulo, vt aliàs & clariùs probat̃ in l. nec vllã. §. 1. ff. de pet. hę̃re. & clariùs adhuc. in c. 2. §. cõtractus. de reb. eccle. nõ alie. in ſexto, cuius præciſa verba ſup. retulimus. vbi gl. ĩ verſ. p̃ſcribendi, dicit hoc eſſe ſpeciale in alienatione rerũ eccleſiaſticarũ ꝓhibita, cũ alias ex inutili cõtractu trãſferat̃ dominiũ, & minus iuſtus titulus det cauſã p̃ſcribẽdi. Idẽ in ſimili tradit gl. fi. in c. ſi diligẽti, ext. de præſcr. tradens hãc ꝓptimã regulã dixit, ꝙ quãdo aliqua de iure cõi nõ poſſunt poſſideri ab eo, q̃ objicit p̃ſcriptionẽ: quãtuncũq; habeat bonã fidẽ, nõ p̃ſcribit, q̃a p̃ſcriptio ius creatũ auocat, nouũ aũt ius nõ creat. vt in c. cõtra morem. diſt. 100. ſic ius decimarũ nõ cadit in laicũ: & ideo nulla valet ibi præſcriptio

vt in cap. vltimo, 16.q.1. & ratio aſſignata a dicta glo. in princip. eſt, quia ex ſolo curſu tẽporis ius non cõſtituitur, ſicut nõ tollitur, vt in l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & oblig. & ibi Bar. & gl. ſingul. Cùm ergo alienatio rerum immobilium non ſeruata ſolemnitate ibi requiſita, fuerit prohibita ab vtroq; iure, prout latius per allata in probationem præſentis noſtræ vnicæ cõcluſionis fuit probatum cum additione decreti irritantis ipſam alienationẽ, inde conſequens erit, quòd ipſa alienatio non poſſit tueri, vel legitimari per diuturnitatem, ſeu præ-
124 ſcriptionem cuiuſcunque temporis, cum ipſa de iure nulla, nullã poſſit cauſam pręſcribendi tradere ementi talia bona, nec aliquem titulum; cum tex. in c. ſi diligenti. & cap. fina. extra de præſcriptio. ſtatuerint nullum ius tribui poſſidenti aliquid præſcriptio cuiuſcunque longiſſimi tẽporis, niſi in toto præſcriptionis tempore in ipſo pręſcribente duo inſimul concurrerint, videlicet titulus, & bona fides: ita quòd vno deficiente aliud de per ſe non ſufficiat ad ius nouum acquirendum præſcribenti per diuturnitatem temporis: vt communiter ibi docuerunt Doctores. Cùm igitur in emptore dictorũ bonorum deſit iuſtus titulus approbatus a iure: nihil prodeſſe patet ſibi in nouo iure acquirendo ſolus aſſenſus Pręlati & Monachorum dicti Monaſterij Sancti Benigni, immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicæ, ſine aſſenſu ſedis ipſius. Et quòd in caſu noſtro ſola diuturnitas temporis alienationis factæ non ſuffecerit ad concedendum dicto emptori iuſtum titulum ipſa bona eccleſiaſtica, ſibi taliter alienata poſſidendi, & legitimum acquirẽdi dominium vltra ſupra citatos Doctores innumeros. Audiamus (obſecro) quid docuerit Ioannes Andr. in dicto capitulo 2. columna ſecunda, verſiculo cauſam, de rebus eccleſiæ non alienand. in ſexto, cùm & ipſe ibi dixerit, quòd in huiuſmo-
125 di præſcriptionibus requiratur titulus: cùm nedum præſumptio, verùm etiam ius commune, ſit contra præſcribentem. quoniam eccleſiæ, & earum res dẽbeant eſſe liberæ. vt in capitulo nouerint. 10. quæſtio. 1. qui poſtea in regu. is, qui tacet. quæſtio. 3. de reg. iur. in ſexto. probat, quòd in alienatione rerũ immobilium eccleſiæ non ſufficiat patientia & tæ-
126 citurnitas eius, cuius conſenſus requiritur, cùm lapſu temporis, nõ mutet ſtatum eccleſiæ. Idẽ ad verbũ docuit Geminianus ibidẽ in §. cõtractus, verſ. ſed quare iſto caſu requiritur titulus: quãuis ibi dẽ in fi. dicti §. cõtractus. in verſi. gl. in verſ. pręſcribendi, ad cõcordiã reuocãdo ſententiã Tãgr. quã ponit Bar. in quęſt. veneral. n. 59. dicẽtis, quòd qui emit a ſolo prętato, ſi habuerit bonã fidẽ & ſentẽtiã Hugo. & Damaſ. dicentiũ nõ præſcribere: ipſe Geminianus vbi ſupra ſequens Io. And. ibidẽ in fi. dixit, quòd volẽs pręſcribere, ſi erraret ſolũ in iure, vt quia putabat ſolùm prælatũ ſine capitulo poſſe alienare,

alienare, quòd tunc non præscribit, & quòd ita procedat dictum Hugo. aut errat in facto, quia putabat Prælatum habere Capitu li consensum, & non habebat, & tunc prę scribit: & ita procedit dictum Bernardi. quam solutionem in simili ponit glo. in c. Apostolicæ. de donat. & in c. 2. ext. de his quæ fi. a Prælat. Idē docuit Pan. in c. Apostolicæ. super glo. in versic. præscriptionem afferens, quòd titulus putatiuus, & coloratus non prosit ad præscriptionem cōplendam, vbi ius resistit, licet præscribens erret in iure, vt latius infra dicemus loco sub in quæst. Idipsum docuit Dinus in dicta regu. is qui tacet. in vers. & ideo solent aliqui dicere, asserens, q vbi tractatur de aliquo obligando, taciturnitas nō operatur consensum, vt in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procurat. & ratio rationū est, prout docuit Cacheranus in d. decis. 173. Pedemon. incip. Dubitandi materiam, nu. 5. vers. vel potest responderi. Nam prę sumptio ex tēporis diuturnitate nulla erit,
127 nisi probata scientia, & patientia eius de cuius præiudicio agitur, prout ante etiā docuerat Rolan. a Valle in cons. 2. nu. 127. post Bal. Alex. Barba. Iasonem, & alios ibi citatos ab eodem, necnon & Decium in consi. 409. nu. 13. vers. ex aduerso, eo magis, q Iason (citatus a Cacherano, vbi sup. nu. 8. vers. concludens) doceat antiquitatem secūdum communem opinionem esse centum annorum: si ergo centum annorum cursus requiritur, vt factum dicatur antiquū, inde sequitur alienationem (de qua agitur) non fore dicendā antiquam, vt patet ex die celebrationis instrumenti alienationis eiusdē. hoc ipsum perpulchrè docuit Ant. Corsetus in suis singularibus. in vers. taciturnitas. Ad hoc ipsū facit regula iuris elicita ex l. inuitum. ff. de seruit. vrb. præd. & in l. in eo. §. pen. ff. de ritu nupt. vbi habetur secundum Socinū in regul. 391. quòd taciturnitas quoad alicuius iuris diminutionem, seu actionis sibi cōpetentis sublationem, pro cōsensu nō habetur: si ergo taciturnitas, scilicet præsentis non habebitur pro consen-
128 su, quomodo absentis, vt est p-sona Summi Pontificis, cum dicta solemnitas nō præsumatur solum ex diutirnitate tēporis, nisi alia
129 præsumptio comitet, prout expresse docuit Pan. in c. Albericus. col. pen. vers. item solemnitas. ext. de testibus, & Ant. de Butr. in c. peruenit, col. 22. de censibus, & Imo. in c. si diligenti. col. pen. in fi. & col. seq. ext. de præscript. & in l. 1. §. fi. col. 2. in fi. ff. de aqua pluu. arcen. Idem docuit Felinus in c. sicut. de sentent. & re iudic. cuius præcisa verba supra retulimus, q Felinus idipsum repetijt in c. illud. de præsumpt. & in dicto c. Albericus. dicens præsumi solem-
130 nitatem ex diuturnitate temporis, quando agitur de modico præiudicio, & quòd in alienatione rei modicæ nō requiratur consensus expressus. vt in c. 1. nu. 13. De his qui feud. dare poss. idem docuit Prępositus Alexandrinus, seu Cardinalis Alexandrinus in

dicto c.1. ad hoc ipſum facit regula, quam attulit Aret. in conſil. ſuo incip. in præmiſſa conſultatione, quod retulit Decius in c.1. extra de fide inſtrum. nu.46. verſ. non obſtat ratio Abbatis. dixit ergo Præpoſitus, quòd vbi agitur de graui præiudicio ex diuturnitate temporis non pręſumitur titulus. idipſum docuit ipſemet Decius vbi ſupra, citans adhoc ipſum probandum Bar. in dicta diſputatione incip. mulier habens amplum patrimonium: idipſum expreſsè in caſu noſtro, docuit Ant. Gabr. in ſuo eleganti tractatu concl. lib. primò nu.4. verſ. limita, vt ex diuturnitate, dicens, q̃ foret limitanda ſententia Doctorum, dicẽtium ſolemnitatem neceſſariam præſumi ex diuturnitate temporis. Nam ex diuturnitate temporis non præſumetur conſenſus Papę requiſitus in alienatione rei Eccleſiaſticæ, prout docuit Alexander in conſi. 9. col. fina. volum. tertio. Felinus in cap. ſicut. colum. 19. de ſent. & re iudic. Ruinus in conſil. 35. numero 6. verſic. & minus. volum. primo. qui Gabriel probat vbi ſupra nu. 53. verſic. primò limita. referens quamplures Doctores dicentes, quòd quando agitur de graui pręiudicio non pręſumetur ſolemnitatem requiſitam de iure interueniſſe ex diuturnitate temporis. Hoc ipſum rurſus probatur per regulam à Doctoribus acceptatam, in qua habetur, quòd quando ex facie ſcripturæ conſtaret ſolemnitatem requiſitam de iure non interueniſſe, tunc ex diuturnitate temporis non præſumeretur interueniſſe. cùm ergo nec ex inſtrumento dictæ alienationis factæ à dicto Monaſterio Sancti Benigni, nec ex eiuſdem confirmatione facta per Reuerendos Patres Reuerendi Capituli generalis noſtræ Congregationis Caſſinenſis elici poterit dictam alienationem factam fuiſſe præuio aſſenſũ Apoſtolico de iure requiſito, cùm dictum Monaſterium ſit ſubiectum immediatè Summo Pontifici, prout ſępius ſupra fuit probatũ, inde ſequitur, q̃ huiuſmodi aſſenſus ſeu ſolemnitas de iure requiſita non ſit præſumẽda interueniſſe propter diuturnitatẽ temporis dictorum contractuum celebratorum. & q̃ d. regula ſit veriſſima, probatur auctoritate infraſcriptorum Doctorum. Nam hoc docuerunt Paul. de Caſt. in conſ. 48. incip. in cauſa quæ vertitur inter Reuerendum. col. 1. ſm antiquam impreſſionem & ſecundum modernam impreſſionem in conſil. 81. col. 3. vol. 2. Alex. in conſ. 1. col. pen. vol. 4. Iaſon in l. 1. col. 5. C. qui admitti. & in conſ. 140. col. pen. vol. 4. Decius in conſ. 13. col. 1. & in conſ. 627. in fi. & in l. 1. col. 8. in 3. lect. C. qui admitti. qui nu. 6. in fi. & in princ. n. 7. dicit, quòd quando lex firmat præſumptionem ex curſu temporis non vī illam facere in pręiudicium tertij, cui ius quęſitum eſt: & q̃ hoc confirmetur, quia ab iſta p̃ſumptione, quę inſurgit ex curſu temporis receditur, qũ conſtat de veritate in contrarium, vt tradit Paul. de Caſt. in d. conſ. 48. Socinus

cinus in conſ. 2. vol. 3. & in conſil. 46. col. 8. & 9. vol. 4. Deciſ. Neap. 107. nu. 5. in antiquis, Cur. iunior in conſ. 130. col. 2. Goz. in cõſ. 75. col. 1. & 5. in fi. Felinus in d. c. ſicut. col. 18. & ſeq. de re iudic. Brunus in tract. de forma fol. 80. col. 4. Aymo in conſ. 134. col. 9. Ruin. in conſi. 28. col. fi. vol. 4. & in conſ. 49. col. 4. in fine. vol. 4. & in conſi. 41. col. 7. vol. 1. & in conſil. 63. colum. 5. in fi. & ſeq. & in conſil. 69. col. 9. vol. 1. & in conſi. 154. col. fi. vol. 5. Marianus iunior in conſ. 56. col. 1. vol. 2. & hos Doctores citat quoq; ac ſequitur Gabr. in tracta. conclu. lib. primo. tit. de prẽſumptionibus conclu. prima. num. 57. verſic. quartò limita. addens ibidem in verſic. amplia, vt hoc procedat. quòd hoc procedit etiam in antiquitate tanti temporis, cuius memoria in contrarium non exiſtit: prout docuit Aymo de antiquit. temp. in 3. par. limita. 7. num. 15. & in 4. part. nume. 154. & pluribus ſeq. qui Gabr. ibidem. n. 58. verſ. ſextò limita. dixit d. regulam contentã in d. concluſ. in qua dixerat, q̃ ex diuturnitate temporis prẽſumatur ſolẽnitatem extrin ſecã præceſſiſſe, nõ habere locum cõtra pupillum, vt notauit Corn. in conſ. 93. col. fi. vol. 1. Alexan. in conſ. 94. col. 2. vol. 7. & q̃ idẽ ſit in prẽiudicium minorũ, vt notauit Socinus in conſ. 258. col. 2. ex cuius doctrina elicitur idem dicendum in caſu noſtro, cum Eccleſia fruatur priuilegio minorũ, vt docuit text. in c. 1. ext. de in integr. reſtitut.

Ad hoc ipſum probandũ accedit, q̃ cũ in alienatione rerũ immobilium Eccleſiæ de iure requiratur aſſenſus Summi Pontificis, qui longe diſtabat à dicto Monaſterio Sancti Benigni Ianuẽſis Ciuitatis, neceſſarium fuiſſet dictũ aſſenſum dicto Monaſterio, vel dicto emptori prẽſtari in ſcriptis, & ipſum prẽſentari notario ſtipulanti hmõi contractum alienationis. aliàs ipsũ non interueniſſe ex inſpectione inſtrumenti elicereẽ: at cũ regula iuris ſit ex diuturnitate temporis non fore præſumendũ de aliquo actu requirente ſcripturam: indè ſequit̃ q̃ etiam ex hoc capite ſolemnitatẽ requiſitam in d. alienatione non poſſe præſumi, ac per conſequens aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe: & quod in hoc caſu non prẽſumatur elegantiſſimè docuit Innocentius in c. ſuper his. col. 2. nu. 10. verſic. ſed quid dices. ext. de accuſ. citans ad hoc. cap. legum. 2. quæſt. prima. & per omnes Canones. cõtentos ſub titu. de clerico percuſ-
136 ſore. & diſt. 72. Qui Innocentius hanc regulam tradidit apertius in c. innotuit. col. 2. in verſ. & hæc vera ſunt. extra de eo qui furtiuè ord. ſuſcepit. dicens, quòd vbi ius exigit ſcripturam, debet ſolemnitas probari, per eum qui ſtat pro ſolemnitate & nõ per excipientem. quem citat ac ſequitur Panormitanus in capitulo primo. extra de litis conteſtat nume ro tertio, notabile tertio, his præciſis verbis vtens, videlicet, nota & tene menti, quòd per inſpectionem actorum probatur ſolemnitatem iudicialem non

inter-

Digitized by Google

iuterueniſſe: ex quo ergo debet confici ſcriptura, etſi non apparent ſcriptæ, præſumitur non interueniſſe. Non enim præſumitur pro proceſſu Iudicis, niſi quatenus cõſtet legitimis documentis, vt in c. quoniam contra. de probat. facit quod in ſimili docuit Innocentius in dicto cap. ſuper his. prout ſupra retulimus. idipsũ adhuc apertius ipſemet Panormitanus docuit in c. quoniam contra. nu. 20. verſic. vide in ſimili not. dictum Innocentij in dicto c. innotuit. referens præciſa verba ſupra relata Innocentij, quibus ipſe Panormitanus addidit ibidem dicens, quòd ratio iſtius ſententiæ eſt, quia eſt præſumptio fraudis ſi ſcriptura non exhibetur: & hos Doctores retulit & ſequutus fuit Felinus in c. vnico. extra de litis conteſta. idem docuit Caſſaneus in conſuetud. Burgun. nona. folio 1211. dicens, q̃ ſolemnitas extrinſeca. non præſumetur, ſi non
137 apparuerit expreſsè de ea in ſcriptura. ſicut in ſimili videmus, quòd ſi reperiatur inſtrumentum tranſactionis, & in eo non contineatur, quod datum eſt, vel retentum ex cauſa tranſactionis, non valet: quia eſt ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur. C. de tranſactionibus, & addit Caſſaneus ibidem fore aduertendum adſupradicta, quia ex quo aliqua qualitas, vel ſolemnitas requiritur in aliquo actu: ad validitatem illius non ſufficit, quòd pars illam in contractu apponat: nec illi ſtandum ſit, quia videtur eſſe appoſita in modum confeſſionis per verba enunciatiua, quæ non probant qualitatẽ, ſine qua aliàs actus eſſet inualidus: & addit, q̃ hanc regulam tradiderit Iaſon in l. ſi donatione. in penult. col. C. de collat. & quòd illa debeat apponi per notarium aliàs facientem actum. qui Caſſaneus ibidem fol. 1212. nu. 6. & 7. poſt relationem ſententię Socini in ſuo conſi. 254. col. 2. & in conſi. 370. dicentis, q̃ profeſſio ſeu licentia tranſeundi de vno Monaſterio ad aliud non præſumitur ex diuturnitate temporis: & addidit ſe vidiſſe in curia parlamenti Burgundiæ, quòd non fuerit adhibita præſumptio pro Religioſo etiam poſt annos quadraginta, quòd fuiſſet profeſſus: imò ſuccubuit, quia non probauit ſe profeſſum fuiſſe, & addidit, quòd ipſe credat, quòd hoc fuerit eo quòd in profeſſione requiratur ſcriptura, vt in c. vidua. 20. q. 1. & in c. omnes. 27. quæſt. 1. & Specul. in titu. de regula. quoniam in his, in quibus requiritur ſcriptura non probatur ſolemnitatem interueniſſe ex diuturnitate temporis: niſi probetur illa per ſcripturam prout docuit quoque Felinus in c. 1. de litis conteſt. & apoſtilla ibi ad Panormitanum, qui allegat Paul. de Caſt. in conſi. 51. in ſuis conſilijs primò impreſſis, idem docuit in caſu noſtro. Felinus in c. ſicut de re iudic. cuius præciſa verba ſupra retulimus. & ratio ſupra allatorum eſt, quoniam præſumptio orta ex diuturnitate temporis recipit probationem in contrarium, cùm dicatur præſumptio iuris tantùm,

ſcili-

ſcilicet per viſionē, ſeu per lectionem inſtrumenti dictæ alienationis: cùm ex ipſo apparere poſſit defectus ſolemnitatis de iure requiſitæ, vel ꝙ ibi obſeruatę fuiſſent, vt docuerunt quamplurimi ex citatis ſupra, Doctoribus, inter quos ſpecialiter ſunt infraſcripti, videlicet Alex. in conſil. 1. nu. 19. verſic. præterea, vol. 4. Felinus in c. ſicut, nu. 42. verſ. ſeptimo, & vltimo declara per totum. extra de ſent. & re iudic. Curtius iunior in conſi. 130. nu. 4. Afflictus in deciſ. 107. incip. In cauſa Domini Motiæ. nu. 5. verſ. quia reſpondetur, dicens, quòd tunc habet locum quod dicitur, quòd ex antiquitate præſumūtur omnia ſolemniter
138 acta, quando non oſtenderetur inſtrumentum, in quo apparet, ꝙ non interuenerunt ſolemnitates: nam tunc etiam ex curſu longiſſimi temporis non præſumerētur huiuſmodi neceſſariæ ſolemnitates interueniſſe: prout docuerat Pau. de Caſt. in conſi. 48. incip. In cauſa, quæ vertitur inter Reuerendum Patrem, poſt mediū: dicens, quòd ſi ex facie inſtrumenti appareret, quòd nō interuenerit citatio ad ſententiam, non ſtatur dictæ præſumptioni propter antiquitatem, quia ſublata eſt per euidentiam facti: qua nulla maior fit ꝓbatio. vt docuit Innoc. in c. propoſuiſti. de probat. pro quo facit textus in l. emptorem. in princ. ff. de act. empti. cuius ſententia idē docuit Ruin. in conſi. 63. nu. 16. & 19. volum. 1. Grauet. de antiquit. tēp. par. 3. in princ. nu. 17. vbi multos allegat concordantes, quibus addimus Brunum in tractat. de forma, & ſolem. articulo de probat & præſumpt. formæ, col. 12. verſ. eſt tamen aduertendum, dicens, quòd in factis de antiquo nō prę ſumitur ſolemnitas, vbi cōſtat de ſcriptura continente actū, in qua deficiunt ſolemnitates: quia tunc dicitur per rei euidentiam conſtare de defectu, prout etiam docuit Natta in conſi. 162. nu. 29. & Rol. a Valle in conſi. 2. num. 130. & in conſi. 90. nu. 44. & ſeq. Decius in conſi. 142. nu. 5. verſ. & dato, quòd eſſet præſumendum. Neui. in conſil. 85. nu. 8. & ſequen. Pau. de Caſtro in conſi. 82. col. 3. vol. 2. Socinus in conſi. 46. nu. 37. & 41. vol. 4. Iaſon in conſi. 148. num. 7. & 8. vol. 4. Octauianus autem Cacheranus poſtquam in deciſ. Pedem. 173. dictos recenſitos Doctores citaſſet, ſubdidit ſe huic limitationi ex euidentia ſcripturæ ortæ non herere ſimpliciter, tum quia ſi de ſolemnitatibus in inſtrumento appareret, fruſtra de præſumptione ageremus: cum ei aduerſarentur adducta a Rol. a Valle in conſi. 59. nu. 33. & ſeq. niſi diſtinguendo diceremus dictam limitationem debere intelligi de ſolemnitate reſpiciente iuſtitiā tituli, & ſic eſſentiali: in cōtrarium verò adducta loqui de ſolemnitate formali: ſi ergo ex inſtrumento alienationis apparet non fuiſſe ſeruatas ſolemnitates eſſentiales in decretis requiſitas, easq; fuiſſe non debito modo deſcriptas prę ſumptio, quæ ex antiquitate ſumi poſſet dicetur eſſe ſublata: hęc omnia Cacheranus, vbi ſupra.

Ex

Ex his ergo omnibus credimus fuiſſe ſatisfactum allatis per Doctores, ac leges, quibus videbatur dicendum, quòd propter diuturnitatem temporis videbatur prę-ſumendũ fore in dicta alienatione facta a Monaſterio ſpatio quadraginta duorum annorũ interueniſſe omnia ſolemnia, quæ de iure in alienatione rei immobilis Eccleſiaſticæ requirebantur, cum ibi adducta intelligenda eſſent locum habere, quando defeciſſet formalis ſolemnitas, & non quando defuiſſet ſolemnitas ſubſtantialis, quę in caſu noſtro requirebatur de iure pro iuſtitia tituli, cum vt latiſſimè ſupra fuit probatũ ad pręſumendũ ex diuturnitate tẽporis in re magni momenti (vt in caſu noſtro,) cùm agatur de alienationis directi dominij poſſeſſionis, & domus maximi pretij: & quoniam ferè omnes Doctores citati in dicta impugnatione fuerunt, & citati in reſponſionem ipſius, cùm vtrunqne docuerint, in diuerſis tamẽ caſibus, iccircò ſigillatim ad ſingulas eorum opiniones non dabimus reſpõſum: ne pluries eadem fruſtra repetamus, cùm ex allatis veritas noſtræ reſponſionis eluceat.

Et quamuis ex ſupra adductis patuerit reſponſio etiam ad text. in c. peruenit. de empt. & vend.
139 tamen addemus & hoc dicendo, ꝙ dicti textus diſpoſitio nequaquã vrgeat in caſu noſtro alia de cauſa, cum multa in dicto cap. peruenit, requirantur ad inducendam dictam præſumptionem, ſcilicet iuſtus titul⁹, bona fides emptoris pretium conuerſum in vtilitatem cõem exiſtentia aliorum bonorum tempore venditionis, in quibus poterat eſſe conſultum mulieri conſentienti per lapſum annorum triginta: quæ omnia neceſſariò requiruntur, vt probatur ibi per illa verba [ſi vera ſint, quæ præmiſimus.] ergo ſi non ſunt vera, non militabit diſpoſitio dicti c. peruenit. At in caſu noſtro ſcilicet alienationis dicti dominij directi, quod habebat dictum Monaſteriũ Sancti Benigni ſuper domum, & poſſeſſionem ita pretioſam, in qua non apparet fuiſſe ſeruatas ſolemnitates iuris. iniuſtus erit titulus, non ſeruatis ſeruandis: ex quibus inducitur mala fides, vt latè per Brunum in tract. de forma articulo de potent. & effect. formæ, col. 11. verſ. ſeptim⁹ effectus. inde ſequitur, quòd prętenſa præſumptio non habeat locum in caſu noſtro: quare ergo illa ceſſante, concludendum omnino erit alienationem huiuſmodi veluti factam non ſeruata diſpoſitione tot iurium irritantium illã, eſſe ipſo iure nullã, & taliter omnino fore de iure declarandam. Idipſum docuit Rodohanus in tract. de reb. eccleſ. non alien. fol. 228. in cap. incip. ſed an in alienatione rei, num. 14. & ſeq. Nam poſtquam probauerat, quòd præſumatur contractus ſolemniter celebratus, & omnia ſolemnia in eo interueniſſe, quãdo in inſtrumento fiat mentio de ſolemnitate, cũ interuentu decreti, iuxta Specul. ſententiam in titu. de empt. & vendit. §. nunc dicendum. verſ. &

breui-

breuiter scias. & addidit, quòd ex diuturnitate temporis in alie
140 nationerum Ecclesiæ præsumitur interuenisse authoritas Sedis Apostolicæ ad tradita, per Doct in l.si certis annis. C. de pactis, & in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæreditat. statim subintulit hæc præcisa verba, videlicet, sed id procedit, quando vna cum tẽporis diuturnitate cõcurrit scientia, & patientia eius, cuius requirebatur consensus, prout docuit Alex. in consi. 9. nu. 8. lib. 3. & in consi. 17. num 8. lib. 4. Afflictus in decis. 107. nu. 7. versic. præterea. Et Aymon in 3. par. de antiq. tempor. §. 1. nu. 18. vers. secundò limita. & postquam retulisset aliquos aliter subintulit, sed vide, & distingue, vt distinguo supra in rubr. de consensu propè finem. Vbi in Capitulo fin. dictæ rubricę incip. Et an pręsumatur a nu. 25. vsq; in finem post multas Doctorum sententias citat sententiam Iasonis in cons. 176. col. fin. vol. 2. vbi dixit, ꝙ quando ex inspectione alie
141 nationis feudalis non apparet consensum Domini interuenisse, tunc non statur pręsumptioni resultanti ex antiquitate temporis, quia tollitur per euidentiam facti, qua nulla est melior probatio per Innocentium in c. proposuisti. de probationib. constat enim quòd negatiua scilicet aliquid factum non esse, probatur per inspectionem scripturæ, l. finali, & ibi Bart. C. de rebus. & subintulit alias quamplurimas Doctorũ sententias idipsum docentium: etsi videatur postea sequi Crauet. in consi. 134. nu. 44. qui videtur voluisse cõcludere dictam regulam verificari, quando ex ipso instrumento, vel actu appareat, quòd partes voluerint ipsas solemnitates adhibere, sed illas minus perfectè, aut ineptè adhibuerunt, nõ autem quando penitus apparent, quòd sunt omnissę: & subdit ipse Rodohanus ibidem, nu. 29. in fine. attamen post alias Doctorum sententias recensitas citauit Felinum in dicto c. sicut, versiculo fallit tertio, & in colum. 18. versiculo dicta autem supra, extra de sententia, & re iudic. & Afflict. in decisione 368. columna secunda. At cum dictus Felinus ibi nõ loquatur in casu nostro, & paulò ante in eadem columna 18. versic. bene fateor, loquens expressè in casu nostro, in quo requiritur assensus Apostolic⁹ docuit, quòd si non probetur pręsentiam, ac scientiam Papæ affuisse in dicta alienatione, ipsam de iure esse nullam, & subdidit se de dicto Aretini dubitare, qui dixerat in consil. 36. in princ. ꝙ si apparet testamentum antiquum Cardinalis vnius præsumatur testatus de licentia Papæ, & addidit. Nisi dicas, quòd si testamentum fuit confectum in Curia, & sit notorium, pręsumitur scientia Papæ, & per consequens præambula licentia. hæc ille, ex cuius dictis elicitur Rodohanum ipsum citantem non intelligere supra allata contra nostram conclusionem, ꝙ adhuc apertius elicit ex fnia Afflicti sup. ab ipsomet citata: cũ ipse Afflictus loquat in p̃sumptione resul-

ed by Google

resultante ex appretio cuiusdam possessionis possessæ ab aliquo p centum annos, præsente aduersario, & eius hæredibus, & nõ contradicentibus: de qua possessione erat fama, quòd fuerat cuiusdam Thomæ, & eius hæredes omnes sciebant, & tanto tempore tacuerunt. ex quibus verbis elucet apertissimè illum non loquutum fuisse in terminis præsentis nostræ conclusionis: cùm in casu nostro meritò negetur scientia, ac patiẽtia Papæ, cuius persona longè distabat, ac distat a dictis bonis alienatis, ac per consequens, quòd nihil voluerit contra nostram conclusionem indè concludere Rodohan⁹ per allata vbi supra: quoniam aliàs nõ citasset dictos Doctores, qui contrarium expressè docuerunt in dictis locis ab ipsomet citatis, eo magis, quòd ipse Rodohan⁹ expressissimè se subscripserat supra allatæ nostræ conclusioni, vt patuit ex relatione p̃ci forum verborum eiusdem Rodohani. Vide ergo ibi.

Ad tertiam obiectionẽ respondendo dicimus, quòd licet maxima controuersia olim fuerit apud Doctores fundantes se super Canones antiquos: cùm aliqui eorũ docuerint alienationem rerũ immobilium Ecclesiarum factã non seruatis solemnitatibus seruari præceptis per Summos Põtifices, sit valida, si illa fuisset facta in vtilitatem Ecclesię, & ipsos Doctores nos retulimus in fauorem partis affirmatiuæ, quæ videbatur aduersari prædictæ nostræ verissimę conclusioni supra recensitæ; contra verò ipsam non defuerunt Doctorẽs hoc ipsum negantes: quos statim referemus pro maiori dilucidatione veritatis nostræ conclusionis. Sciendum igitur, q̃ Doctores, qui docuerunt alienationẽ huiusmodi esse de iure nullam, sunt infrascripti, videlicet Iacob. Butr. Bart. Albericus, Pau. de Cast. & Iason, qui hanc dicit communem in l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transact. Bal. in l. fin. §. necessitate. colum. 5. ff. de bonis, quę lib. & in c. 1. de transactio. Felinus in c. causam, col. 5. de judicijs. Alex. in cons. 187. col. 1. versic. quartò per id, quod habetur, quam sentẽtiam esse communem repetijt Iason in l. contra iuris. in princ. ff. de pactis, idẽ docuit expressè Panorm. in c. cum causa. in fi. ext. de sentent. & re iudic. his præcisis verbis vtens, videlicet. Ad vnum tamen aduerte in eo, quòd ista glo. sentit, quòd valet venditio a solo Prælato facta, si pretiũ probatur versum in vtilitatem Ecclesię saltem, si hoc habet consuetudo: quod ego, inquit Panormitanus non puto verum primo, quia non sufficit rem alienare in casu licito, nisi etiam seruetur solemnitas a iure introducta, vt apertè probatur in c. si
142 ne exceptione, 12, q. 2. & in d. c. 1. de reb. eccl. non alien. in sexto. Nec consuetudo poterit detrahere solemnitati: Fateor tamen, q̃ Ecclesia posset talem contractum alienationis approbare, si caderet in fauorem suum aliquo respectu, per text. singularem in cap. si qua, de rebus, 12, q. 2. hęc Panormitanus

mitanus, cuius ſententia, ne ſibimet videatur contrarius ipſe) erit interpretanda, vt etiam elicitur ex mente eius: quòd voluerit Eccleſiam poſſe contractum approbare, prout ex nunc adhibendo ſolemnitates de iure requiſitas: vt patet ad ſenſum: idem repetijt ipſe Panorm. in c. nulli. nu. 7. verſic. & concludo extr. de reb. Eccleſ. non alien. vbi his præciſis verbis vſus fuit, videlicet, & concludo, quòd niſi alienatio fiat ſeruata illa forma, & in caſu à iure cõceſſo, eſt nulla. De defectu formę eſt clarum: nam illa forma dat eſſe rei. probatur in c. tua. de his quæ fi. à prelat. & in c. ſine exceptione. 12. q. 2. de defectu caſus liciti probatur hic. Nam prohibet alienatio rei Eccleſię à iure, ergo alienatio eſt nulla, ſi non fit in caſu conceſſo. l. non dubium. C. de legibus. & in c. ea quæ contra ius. de regul. iur. in ſexto, ex his ergo omnibus patuit implicitè Panorm. ſe ſubſcripſiſſe preſenti noſtræ reſponſioni. & apertiùs idem repetijt in dicto c. tua. nu. 8. verſ. ſed tu tene. his præciſis verbis vtens, videlicet. ſed tu tene, quòd ad hoc, vt teneat alienatio rei Eccleſiæ, neceſſariò requiruntur duo. Primò, vt ſeruetur ſolemnitas. de qua hic, & in dicto c. ſine exceptione. Secundò requiritur, vt fiat in caſu licito, alias nõ tenet. tex. eſt bonus in Clem. 1. de reb. Eccle. non alie. hæc Panor. ex cuius ſententia elicitur, quòd ſola vtilitas Eccleſiæ, ſeu caſus licitus non facit validam alienationem rei Eccleſię, niſi etiam interueniat ſolemnitas, prout apertiſſimè in dicta Clem. 1. ſtatuitur, cuius tenor præciſis fuit relatus ſupra in probationem præſentię noſtræ cõcluſionis vide ibi. idem docuit Bal. in l. ſi pupillorum. in princ. fin. ff. de rebus eorũ. & in conſi. 198. vol. 5. Brunus in tract. de forma in titu. de potentia, & effectu formæ. in 9. ampliat. Socinus in conſi. 29. col. 3. & 6. Decij. Neap. 13. in nouis. Glo. in l. ſi fundus. ff. de re. eo. idipſum multipliciter docuit Auguſt. Berous in c. quæ in Eccleſiarum. a nu. 35. vſq; ad 43. qui ſigillatim & elegantiſſimè reſpondet ad omnia fundamenta oppoſitionis elicita ex ibi citatis auctoritatibus iurium, ac Doctorum. videatur ergo omnino ibi apud ipſum. & quidem aſſignando rationem differentię (in caſu noſtro) inter pupillum & Eccleſiam dicimus primò, quòd in alienatione rerum pupilli lex vltra proceſſit declarando, quòd deficiente decreto Iudicis, vel tutoris auctoritate, alienatio in caſu euidentis vtilitatis ſuſtineri poſſit de æquitate, ſed non de rigore: cui ęquitas, quæ ſcripta in dictis iuribus reperitur, eſt præferenda. l. 1. cum gl. C. de legibus. At in alienatione rerum Eccleſiæ Canon vlterius non proceſſit approbando, neque hanc ęquitatem conſiderauit: igitur cum dicta ęquitas ſcripta non fuerit, iuris rigori ſtandum fore quis dubitabit? & ſic dicendum erit q̃ alienatio ſit ipſo iure nulla ob defectũ ſolemnitatis, etiam ſi aliàs fuiſſet facta in vtilitatem Eccleſiæ: eõ magis,

magis, quòd ibi irrita alienatio declaratur & nulla facta, ſine ſolemnitatibus requiſitis de iure, prout latiſſimè fuit ſupra proba tum, dum tenores ad verbũ multorum iurium fuerunt recenſiti ſupra in probationem dictæ noſtræ concluſionis. Secunda ratio diuerſitatis eſt, quoniam in alienatione rerum Eccleſię agitur de maiori præiudicio, nempè de prę iudicio publicæ vtilitatis, quę militat ac reſultat ex conſeruatione rerum immobilium ipſarum Eccleſiarum: cùm aliàs non reperirentur, qui cultui diuino, & adminiſtrationi Sacramentorũ deſeruirét: cùm qui altari ſeruit, de altari viuere debeat: At cùm agitur de validitate contractus alienationis rerum pupilli, non agitur de præiudicio boni communis, ſed priuati: & ſic de vtilitate priuata, cui quiſque poterit renunciare: non autem quando agetur de vtilitate publica. Nec obſtare poterit pſenti noſtræ legitimę reſponſioni, quòd ſolemnitas de iure requiſita in alienatione rerum immobilium Eccleſiarum introducta fuerit propter earundem vtilitatẽ, ac fauorem: Quapropter videretur poſſe concludi, quòd in caſu, quo de vtilitate clarè conſtaret: de obſeruatione huiuſmodi ſolemniratis, ſeu formę ſubſtãtialis curare non deberemus, arguendo à ceſſante cauſa, per tex. in c. ceſſante. de appellat. quoniam hęc conſequentia non militat in caſu noſtro, cùm ſolemnitas ibi requiſita principaliter fuerit introducta ob publicam vtilitatẽ, vt diximus, cui
143 de conſenſu partium renunciari de iure non poterit, vt apertiſſimus docuit nos text. in l. fina. §. ſed quia. C. de iuram. calum. vbi per Doctores & glo. & Doctores communiter in cap. de cauſis. de officio deleg. attamen ſciendum, quòd in fauorem preſentis veræ reſponſionis ſummopere deſeruit ſententia Doctorum dicentium, quòd huiuſmodi alienationis contractum nullum propter eius vtilitatem poſſe Eccleſiam ratificare, adhibitis ſcilicet ſolemnitatibus, quę debuerant obſeruari ſecundum iura, prout retulit Gabr. in dicto tracta. concl. lib. 3. titul. de rerum alienatione. concluſione prima. num. 2. verſ. amplia primam opinionem. dicens vnanimiter omnes Doctores hoc admittere: etſi reuera nõ addiderit expreſsè id, quod nos diximus, [Adhibitis tamen, etcętera.] cùm id rationi conſonum eſſe videtur pro concordia Doctorum: cò magis, quòd alij hoc expreſsè docuerunt, vt infra probauimus: Doctores vero relati à d. Gabriele vbi ſupra, ſunt infraſcripti, videlicet. Innocentius in c. 1. de his, quę ſi. à prælat. Glo. in c. 1. ne ſede vacante. in verſic. ſede vacante. dicens, quòd contractus nullus per ratificationem factam per Epiſcopum, erit inualid⁹ per tex. ſi qua de rebus. 12. q. 2. idem docuit Ant. Butr. in cap. ſi quis Presbyterorum. col. 1. de reb. Eccle. non alien. Fulgo. in dicta l. cùm hi. §. eam tranſactionem, Decius in c. quę in Eccleſiarum.

rum. col. 2. in fi. de constitu. Corsetus in suis singularibus. in vers. pupillus. Socinus in cons. 80. col. 2. vol. 4. Brun. in tract. de forma, in tit. de poten. & effectu formæ, in ampliat. 9. Præpositus in cap. 1. qui feud. dare poss. Petr. Rebuff. in concordat. in titu. de collat. §. si quis vend. versic. ipso iure. Ruin. consi. 40. col. fi. volum. 1. ad quod etiã facit id, quod docuit Bal. in l. cùm interdictæ. C. arbitr. tutel. dicens, quòd quilibet potest ratificare cõtractum etiam nullum factum in propriam vtilitatem. hæc Anton. Gabr. quæ omnia meritò erunt de iure intelligenda si postea fuerint obseruatæ omnes solemnitates requisitæ de iure in alienatione rerum Ecclesiæ, quã uis à principio non fuissent seruatæ propter repentinam alienãdi necessitatem: tunc trãsacta tali repentina necessitate huiusmodi alienationis taliter facta, erit petenda, & obtinenda ratificatio ab eo, à quo de iure requirebatur assensus, & alia solemnia, quę p̃cedere debebant. iuxta Doctrinam infrascriptorum Doctorũ. Nam Rodohanus in tract. de rebus Eccle. non alie. in cap. de alienatione facta causa necessitatis in fine. num. 128. fol. 118. his prę-cisis verbis vtitur, videlicet. & nota, quòd in casu alienationis factæ sine solemnitate ob vrgentem necessitatem Bald. in capitulo primo, columna quarta, qui feud. dare poss. putat, quòd ex post de necessitate sit facienda ratificatio solemniter, iuxta nota. in l. Pomponius. ff. de negotijs gestis. refert, & approbat Iason ibidem. columna octaua, versiculo tertiò limita. Hoc ipsum expressiùs & elegantius docuit Corsetus in suis singularibus, in versiculo pupillus. his præcisis singularibus verbis vsus fuit, videlicet. Ex quibus omnibus sume singularem theoricam: quòd vbi in aliquo actu, seu dispositione debet interuenire aliqua solemnitas habito respectu ad certum finem: quòd habito fine & effectu, per quem introducitur solemnitas illa, licèt in actu non interueniat illa solemnitas, nihilominus actus valebit & sufficit, quòd solemnitas ex post facto interueniat per cap. si qua de rebus. 12. quæstio. 2. & c. cùm vos. de his quæ fi. à prælat. & per id, quod docuit Bald. in l. quæcunque. C. de bonis quę liber. scilicet quòd licèt auctoritas Superioris in alienanda re Ecclesiæ debeat interuenire in ipso actu, vel in continenti post, vt in cap. primo. de reb. Eccle. non aliena. in sexto. Tamen potest interuenire ex interuallo, quando illa alienatio emanauit ad vtilitatem Ecclesiæ: quod erit notandum pro limitatione dicti capituli primi, & capitulo sine exceptione. duodecima quæstione secunda. Et ratio secundum Corsetum vbi supra est, quoniam iura ex huiusmodi decretis intendunt effectum ad finem rei. Nec rationi huic obstat, q̃ forma det esse rei, & perficiat eam. cùm seruetur solemnitas requisita: licèt interuenerit ex post facto, ex quo est

Digitized by Google

ſatisfactum menti Legiſlatoris propter finem, & effectum ſequutum eo magis, quòd vbi aliquid eſt nullum ex defectu conſenſus:
149 tunc quandocunque ille interuenerit, ſufficiet. vt in l. ratum. ff. rem ra. ha. & addit ipſe Corſetus ibidem, quòd hoc ipſum voluerit Bart. in l. ſi mater. §. hoc iure vtimur. ff. de excep. rei iud. & quòd ſic ſit intelligendus textus in c. cùm vos. ext. de his quæ fi. & in c. ſi qua de rebus. duodecima quęſtione ſecundæ, & dicto cap. ſine exceptione, 12. q. 2. Sciendum eſt inſuper, quòd hodie omnino dicendum erit alienationē eſſe mullam ipſo iure de bonis immobilibus Eccleſiæ factam inconſulto Summo Pontifice, prout docuit
147 Antonius de Pretis in ſuo tract. de iuriſdictione Epiſc. cap. 5. columna prima, per cōſtitutionem extrauagant. Ambitioſæ. de reb. eccleſ. non alienan. quia licet alienatio ſit Eccleſiæ vtilis, & aliàs licita: tamen non poterit contractus valere inconſulto Sūmo Pontifice, cùm ſit illa prohibita per dictam extrauagan. Ambitioſæ, cum clauſula inconſulto Romano Pontifice: cùm hoc ipſum importet huiuſmodi clauſula. Idipſum ſentijt Gondiſ. Villadieg. in tract. de leg. quęſtione vndecima. Idem docuit Rodohanus, qui in dicto tract. de rebus eccleſ. non alienan. in capit. de cauſa vtilitatis. fol. 134. numero 205. poſt relationem ſententiæ dicti Antonij, & Gondiſ. ibidem. numero 198. & nonnulla in fauorem contrariæ opinionis in dicto numero 205. poſt relationem Felini in repertorio, verſiculo alienatio. dicentis, quòd rerum Eccleſiaſticarum alienatio non valeat, niſi ſeruata forma tradita a iure, & in caſu conceſſo, ſubdendo, quòd quamuis in puncto iſto variæ fuerint opiniones: tamen talis alienatio non valet, niſi ſeruata forma in caſu licito ipſe Rodohanus ſubdidit dicens. Adduco pro iſta opinione, quæ vera eſt, vnum ſimile: Pone quòd ſit facta alienatio rerum Eccleſiaſticarum, ſine auctoritate Superioris, quæ tamen ſit vtilis ipſi Eccleſiæ, dico quòd talis alienatio eſt nulla: & poſtquam citaſſet authoritates Doctorum hoc affirmantium ſuā ipſius ſententiā, ſubdens, his preciſis verbiś vſus fuit ibidem, numero 209. verſic. ſed ego, videlicet, Sed ego, vt in dictis quæſtionibus, iudico, qnòd ſit bonum, & tutius adhibere in huiuſmodi cō
148 tractu auctoritatem, & conſenſum Papæ: & iſta facere ab eo obtento reſcripto, vel conceſſionis, vel confirmationis, cùm non ſit reperire hodie, niſi cum difficultate manifeſtam vtilitatem Eccleſiæ, & qui procurant habere rem ab Eccleſia, vt plurimum faciunt pro ſuo, & non pro Eccleſiæ commodo. Vnde in omnem euentum adhibeant talia cupientes auctoritatem. hæc Rodohanus vbi ſupra, qui rurſus ibidem in capitulo de ſolemnitatibus, quæ interue. in alienan. eccleſ. folio 159. numero 65. ſequens Panormitan. in dicto capitulo cum cauſa. de ſentent. & re iudic. in fine.

fine. dixit, quòd non valeat venditio rei Ecclesiæ facta a solo Prę lato, etiam si probetur pretium versum in vtilitatem Ecclesiæ, etiam si hoc habeat consuetudo, quia non sufficit rem alienari in casu licito, nisi etiam seruetur solemnitas a iure introducta dicto capitulo fine exceptione, duodecima quæstione secunda. Idipsum apertius Rodohanus ibidem repetijt in rubr. de his, qui consentiunt, in cap. incip. Item solum. folio 186. num. 4. & 5. retulit Glo. in l. si fundus sterilis. ff. de reb. eo. Iacob. Butr. Alberic. de Rosa. Barto. Bal. Ang. Fulgos. & Pau. de Cast. in l. cum mihi. §. eam transact. ff. de transact. & Bal. in c. 1. de transact. & in l. fin. §. necessitate. col. 5. in fine, C. de bon. quæ lib. tenere, quòd non valeat alienatio facta sine debitis solemnitatibus,
149 etiam si alienando fieret conditio Ecclesiæ melior, & quòd hoc ipsum limitet Iason ibidem, nisi Ecclesia ratificet contractum ad-
150 hibendo debitas solemnitates: cùm illud facere possit, non aduersarius per singularem doctrinam Innocentij, & omnium in c. 1. de his quæ fiunt a Prælat. & refert alios Doctores idem tenẽtes quo ad potestatem ratificandi huiusmodi alienationem. Qui Rodohanus ibidem in sequenti Capitulo incip. Sed licet de iure communi, & ordinario f. 186. de eodẽ his præcisis verbis vsus fuit, videlicet, Sed licet de iure communi, & ordinario contractus factus in fauorem Ecclesiæ potest claudicare: secus tamen est hodie de iure nouissimo ex dispositione extrauagan. Ambitiosæ. de rebus Eccles. non alienan. Quia licet alienatio aliàs sit licita, & vtilis Ecclesiæ. Contractus tamen claudicare non potest: nam per dictam constitutionem extrauagantem prohibetur alienatio, cũ clausula incõsulto Romano Pontifice ibi. [alienandi verò inconsulto Romano Pontifice: huiusmodi verba importare videntur, quòd hodie cõtractus alienationis rerum Ecclesiæ nullo modo valere possit, nisi Romano Pontifice consulto, & sic ipsa alienatio modo, de quo in ipsa extrauagante videtur reseruata Romano Pontifici] tam licita, quàm illicita, & hoc ne detur occasio alienandi inconsulto res Ecclesiæ, quod & probatur per textum in capitulo aduersus. de immunitate eccles. ibi propter imprudentiam quorundam, Romanus Pontifex primò consulatur, & quòd hodie alienatio etiam vtilis Ecclesiæ facta inconsulto Summo Pontifice sit ipso iure nulla propter dictam
151 extrauagãtem Ambitiosæ. ibidem multipliciter probat ipse Rodohanus, vide ergo ibi latius per eum.

Ad quartam obiectionem respondsurus operępretium duxi monere solertem, ac eruditũ lectorem, quòd in casu nostro, scilicet in alienatione bonorum immobilium Monasterij Sancti Benigni a Ianua Ordinis Sancti Benedicti de obseruantia Congregationis Cassinensis immediatè subiecti Sedi Apostolicæ per supra allata nihil

Digitized by Google

nihil prorsus probatur contra no ſtram iam propoſitam concluſio-nem, multipliciter probatam per hucuſque in medium prolata, cũ Doctores citati in probationé op poſitionis loquantur generaliter, & nõ in caſu noſtro, imò ex ipſo-rum dictis elicitur veritas noſtrę interpretationis, eorumq; ſenten tiarũ, cùm ſemper ipſi fundauc-rint ſe in vtilitate dictę alienatio-nis, & conſenſu legitimo eorum, qui habebant conſentire de iure gentium : & exemplificant in re-ctore Eccleſiæ, ſi ſit ſolus : vel ſi habeat Collegium, conſenſerit ca put cum membris. ex quorũ ver-bis apertiſſimè elicitur eos non loquutos fuiſſe in caſu noſtro, in quo vltra aſſenſum Monachorum & Abbatis dicti Monaſterij exem pti, & immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicę, requiritur de eſſentia contractus, vt verè, ac iuridicè di-ci poſſit in huiuſmodi alienatio-ne affuiſſe aſſenſum de iure gen-tium requiſitum: requirebatur e-nim aſſenſus Apoſtolicus, iuxta quamplurima allata in probatio-nem ſupra recenſitæ noſtræ vnicæ concluſionis : Quapropter me-rito tali pacto intelligenda erit ſententia tot celebrrimorũ Do-ctorum, qui prima fronte vide-bantur aduerſari præſenti noſtræ concluſioni : quod non ſolum eli-citur ex dicta ponderatione, ve-rum etiam ex ipſorum præciſis verbis, quibus vſi fuerunt, quãdo loquuti ſpecialiter fuerunt de ma teria præſentis noſtræ quæſtio-nis. Nam (vt in probationem con cluſionis noſtrę ſupra relatæ ad verbum retulimus) ipſe Panor-mitanus loquens de alienatione facienda de rebus Monaſterij exẽ pti, & immediatè ſubiecti Sedi Apoſtolicę in Clementina prima, numero nono, volens declarare quis dicatur proprius Prelatus exemptorum, vt ſciremus cuius aſſenſus eſſet neceſſarius in alie-natione rerum immobilium Mo-naſterij exempti (de qua agitur, in dicta Clementina prima. in verſic. proprij Prælati) ſequens glo. ibidem dicentis in verſic. pro-prij dixit, & ipſe, quòd proprius Prelatus exemptorum ſit Papa: ipſe quoque Panormitanus in di-cto numero nono, his præciſis ver bis vſus fuit, videlicet. Item no-ta, quòd proprius Prelatus exem ptorum eſt Papa : & intellige de exemptis immediatè Papę ſubie-ctis : ex quibus patuit verus ſen-ſus ſententię Panormitani in d.c. quia pleriq; nu.31. de immun.ec cle. ſequentis ſententiam Antonij de Butr. ibidem, quod & repetijt Pan. in c.quod ſicut. de elect. & in c.1.nu.19. ext. de in integr. reſtitu. & eodem modo reſpondemus ad Felinum in c.1.col.14.verſ.& con firmatur hęc. ext. de conſtitu. cum ibi ipſe ſequatur ſniam Antonij, & Panormitani vbi ſupra, fundãs ſe ſuper fundamentis ipſorum ſu-pra relatis, & loquens poſtea prę ciſè in caſu noſtro, in c.ſicut, n.42. verſic. ſeptimò. & vlt. declara. in fi. in verſ. bene fateor. de ſent. & re iudic. dixit ſe conſuluiſſe, & obti-nuiſſe Lucę in fauorẽ Capituli Ec cleſiæ Lucẽſis exẽptę, & immedia tè ſubiectę Sedi Apoſtolicę, q̃ q̃-

dam

Digitized by Google

dam alienatio rei immobilis dictæ Ecclesiæ factę ab ipso Capitulo sine assensu Apostolico esset declarata illegitimè facta, & nulla tanquam sine consensu persone, cuius assensus de iure requirebatur. Idem respondemus ad sententiam Syluestri citantis, & sequentis simpliciter dictas sententias, qui vt nos doceret, quòd ibi nō fuerit loquutus in casu nostro, sed generaliter paulò ante, dum ipse in eodem vers. alienatio. num. 5. vers. similiter. nec Abbas vsus fuit his præcisis verbis, videlicet. Similiter nec Abbas res Monasterij sine consensu sui conuentus, & etiam Episcopi: qđ tamen intelligitur in non exemptis, quia in exemptis secundum Zabar. post Innocentiū in Clem. Monasteriorum. eo. titu. requiritur cōsensus Papę, vel Prelati immediati, cui subsit Ecclesia pleno iure. Ex quibus patuit verus intellectus dictæ sententię Syluestri, in verbis illis in quib. sequutus fuerat sententiā Antonij Panormitani, & Felini, cùm debeamus pro virib. interpretari mentes Doctorum, qui prima fronte videntur variasse in sua doctrina, ne grauentur per malam, & insulsam expositionem eorum sententiarum. ex quibus omnibus, Deo ipso Optimo Maximo annuente, patuit veritas nostrę assertionis, & dictam impugnationem nullū habere locum in casu nostro. Ad Zerulum verò quamfacillima erit responsio, cùm ipsemet postea loquendo de materia quęstionis nostrę in suis terminis, & de modo procedēdi in huiusmodi alienatione in secunda parte suę praxis fol. 8. vers. alienatio. & præcipuè in verfic. decimo tertio quęritur inter alia in responsionem propositę quęstionis his præcisis verbis vtitur, videlicet. Secundo si est de rebus non solitis alienari: & impetratur a Sede Apostolica breue, quod vocatur [si in euidentē] solet committi Ordinario, qui capta informatione, & viso, prout supra, interponit decretum, & nomine Sedis Apostolicæ, tanquam delegatus ab illa præstat assensū. & addit, qꝑ hæc praxis sumatur ex communi stilo Curiarum: ex quibus patuit ipsum Doctorem non aduersatū fuisse nostrę decisioni.

Secundò respondetur, & aliter propositæ obiectioni, & eius fundamentis, dicendo, quòd non sit tutus in foro conscientię detinens rem Ecclesiæ immobilē sibi alienatam sine solemnitate iuris: quod & probatur infrascriptis medijs. Primò auctoritate Innocentij in c. quia pleriq; nu. 3. vers. sed quid dices. ext. de immu. eccles. vbi præcisis verbis vsus fuit, videlicet, sed quid dices in eo, a quo aliquid auocari potest petita restitutione, nūquid si non petatur, restituere tenetur: non credimus, nisi malitia contrahentis lęsus esset: si autē ex donatione minoris, vel ex contractu inito, qui non tenet ipso iure, aliquid hēt, vt si in alienatione minoris absit auctoritas tutoris, vel decreti Prędidis, restituere tenet. Ad hoc. n. vt restituere non cogatur oportet, qꝑ adsint bona fides, & iustus titulus, qꝑ

hìc non fuit, cùm talis titulus pro non titulo habeatur.hæc ſunt prę ciſa verba Innocentij, ex quibus Panorm. & reliqui paulò ante citati,& Auguſt.Berous in c.quę in Eccleſiarum,nu.45. verſ.ſed contrariam ſententiam.ext.de conſti tu.eliciunt ipſum Innocentiũ docuiſſe,ꝙ non dicatur tutus in con ſcientia, qui retinet rem ex alienatione rei Eccleſiæ facta ſine ſolemnitate iuris poſitiui. Primò
152 quia titulus ſine ſolẽnitate reducitur ad non titulum, vt in c. tua nuper.ext.de his,quæ fi.a Prælat.vbi dicit irrita alienatio facta non ſeruata iuris ſolemnitate. & ibidem latius per Doctores.Inde ſequitur, quòd huiuſmodi detentor rei Eccleſiæ ex tali alienatione dicendus ſit illam habere ſine titulo,ac per conſequens mala fi-
153 de, vt in l.quemadmodum.C.de agric. & cenſit.lib.11.& in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſan.eccleſ. Quapropter comprobatur huiuſmodi titulum nihil quo ad forum conſcientiæ detẽtori huiuſmodi prodeſſe poſſe. arg.in l.1.cum gl. magna. & ibi Bart. C.de inoffic. teſtamento, vbi quamuis petitio hæreditatis hæredi contra titulo poſſidentem non detur.vt in l.regulariter. cum l.ſequen. ff.de petit.hæredit. tamen quãdo titulus per querelã inofficioſi teſtamenti ad non titulum reducitur: tunc petitio hęreditatis contra titulo poſſidentem datur: & vt apertius procedamus, dicimus, ꝙ ex quo ꝓp defectum formæ, & ſolemnitatis contractus alienationis eſt ipſo iure nullus, vt in c.1.& 2. de reb.eccleſ.non alien. & in Clem. 1.eo.titu.& in l.iubemus,la ſecõda. §.ſanè. C.de ſacroſan. eccleſ. Inde ſequitur, quòd qui talẽ rem ex tali contractu alienationis habuit,illam abſq; aliquo titulo habere,& detinere dicetur, quia titulus ad nõ titulum redactus eſt, & conſequenter illam detinet cũ mala fide (ſaltem poſtquam hoc ad ſui cognitionem deuenerit) a qua peccatum cauſatur. vt in c.fi. de præſcript. & ideo ſalua conſcientia in foro animæ eam tenere non poterit: quoniam omne quod non eſt ex fide,peccatũ eſt, d.c.fi.iuncta glo.c.litteras. de reſtitu. ſpol.& de pęnit.diſt.3. §.illud.& 18.q.1.§.ex his.& ſecundò pro hac Innocentij opinione facit.Nam ex quo quis emit rem eccleſiæ contra prohibitionem Canonis ſine ſolemnitate,non poterit indè ius præſcribendi (maximè in caſu noſtro)conſequi,vt latius infra, vt in d.l. quemadmodum. quamuis dici poſſet illum eſſe aliqualiter in bona fide propter ignorantiam ſtatuti in contrarium,tamen illa ſibi non prodeſſet, cùm contra iura mercatus fuiſſet, vt in l.vbi lex. in princ.ff. de vſucap. Tertiò principaliter pro dicta Innocẽtij opinione confiderari poterit, quòd habẽs rem etiam ex iuſta cauſa ſine ſolemnitate, dicatur illam habere contra Canonis prohibitiones, vt in inribus ſupra citatis in probationem noſtrę concluſionis:ergo indè ſequitur, ꝙ cenſetur hmõi detentor rerũ Eccleſię cõſtitutus in peccato mortali, cũ non obedierit

rit Deo per restitutionē rei alienæ sub pręcepto iussam vulgarib. iuribus, nec Papæ, & Canoni hāc detentionem prohibentibus sub pęna excōmunicationis latæ sententiæ: vt in supra citatis iuribus patuit, cum eis obedire quisque fidelis teneatur, vt in c. 2. de maior. & obed. & c. qui resistit. 11. q. 3. eo quòd qui non pareat Principi legem iustam condenti, sit dignus morte ęterna, cùm scriptum sit 1. Reg. c. 13. & in lib. Deuter. c. 17. [Qui non obedierit Principi morte moriatur.] ergo hic talis non poterit dici tutus in conscientia, & apud Deū ratione peccati indè perpetrati, nisi pęnitentiam agat, & restituat huiusmodi bona sibi sic alienata, quod apertissimè probatur per text. in c. si quis Prębyterorum. ext. de reb. eccles. non alien. vbi hæc habentur, videlicet [si quis Presbyterorū, Diaconorū, seu defensorum alienanti prędiū Ecclesiæ subscripserit, quo iratus Deus animas pcutit, anathemate feriatur: nisi forte & alienator, & qui acceperit, celeri restitutione sibi prospexerint. Quod si minus aīæ suę remedium oblatum neglexerint, pter pęnam super hoc adscriptam, confectum exindè documentum, viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) vacuetur.] hęc ibi, ex quib. probatur hoc esse pręceptū sub pęna peccati mortalis, cū nemo possit excōicari, nisi pro peccato mortali contumacię, prout oēs cōiter Doctores semper docuerūt, & ratio istius sniæ est; qm non multum interest quoad peri-

155 culum aīę, iniustè detinere, ac inuadere alienū. vt ad verbum docuit text. in c. sępe contingit. de restitut. spoliat. & ibi cōiter per Doctores. Quod & ad verbum in casu nostro docuit August. Berous vbi sup. nu. 47. in vers. tertio principaliter. & Bart. in l. si quis pro eo. nu. 9. vers. aduerte tn. ff. de fideiuss. & man. qui his pręcisis verbis vtitur, videlicet. Aduerte tn, qp prędicta sunt vera, qn lex prohibet contractum, vel alienationē tm, vt in l. Iul. ff. de fundo dotali,
156 & sic nullum pręceptum dirigitur ad personam. sed si lex pręciperet persone, & diceret, qp mulier non alienet, vel qp aliquis nō emat: tunc talis contractus non posset iuramento cōfirmari. Probo, inquit, hoc. Qui facit contra pręceptum legis factę ab habēte auctoritatē, peccat mortaliter, qm scriptum est. Qui non obedierit Principi morte moriatur, vt in c. 2. de maior. & obed. siue igit alienando, siue ille recipiēdo peccauit mortaliter: Quarto pro hac Innocentij opinione poterit induci text. in d. c. si quis Prębyterorū. & melius tex. in c. nō liceat. §. 1. 12. q. 2. quę iura loquūtur, qn ex causa necessaria bona Ecclesię essēt alienata, & tn volunt excōicandum fore illū, qui sine solēnitate Canonis illa bona alienata detineret, & tn, vt diximus nemo debet excommunicari, nisi rōne
157 peccati mortalis. vt in c. nemo Episcoporū. 11. q. 3. Quapropter inde sequitur talē detinente alienata, sine iuris solemnitate nō fore dicendum tutum in cōscientię

foro cùm inde huiusmodi detentor rei Ecclesiæ ét ex iusta causa, sed sine iuris solemnitate contra prohibitionem Canonis dicitur facere contra ius Diuinum. Cùm mortaliter peccet,(prout ex citatis iuribus apertissimè elicitur) & per consequens non esse tutum in foro conscientiæ. & his omnibus rationibus se subscripsit Augustinus Berous vbi supra,& per subsequentia, quæ postea confirmauit in c.1. extra de in integr. restitu. à nu. 163. vsque in finem. vbi respõdit omnibus fundamentis,quibus sententia Antonij de Butr.& Abbatis videbatur inniti. & inter alia in nu.567.versic. cogitabam tamen . & sequentibus numeris his præcisis verbis vsus fuit,videlicet. Cogitabam tamen si opinio Innocentij, quæ semper mihi vera,magisq; tuta visa fuit , posse subsistineri ista ratione,quæ satis concludens & colorata mihi vr̃,& primò sic. Nã omnibus clarum est,q̃ tam lex ciuilis , quàm Canonica dr̃ prohibere alienationem fieri de rebus Ecclesię absque solẽnitate ét à iure positiuo inuenta: de qua in d.c.fine exceptione.12.q.2.& in c.1.& 2. eodẽ titu.in 6.& in Clem.1.eodem tit. & in d.l. iubemus . Quapp comprobatur alienationem hmõi nõ solùm à Canone prohiberi absq; iusta causa,sed ét absq; formali solemnitate,vt in d.iuribus,quibus addenda est extrauagans Ambitiosę. eodẽ titu. quæ est Pauli Secũdi , q̃ emanauit post d. iura & alię sup. recensitæ cõfirmantes d. extrauag.imò illis casibus,quibus alienatio fieri põt , vltra consensum personarũ Ecclesiasticarum iura ipsa Ciuilia & Canonica mãdant,vt alienationes fiant solẽnitate formali ibi cõtenta,ac aliter fieri prohibẽt . sed ille qui contra prohibitionẽ legis & Canonis,& contra eius præceptũ facit,peccat mortaliter in re graui , vt est de qua agit̃,nec in foro conscientię tutus est,iuxta tot sententias supra relatas. cum leges & iura per ora Principum diuinitùs promulgata dicãtur,in c.fi. 16.q.3.c. quo iure. dist. 8. c. duę. 19. q.2. & faciũt, quæ habentur per Bar.in d.l. si quis pro eo,vt sup.retulimus: p quam rõnem Canonistæ cõiter post Inn.& Io.And in c. 1.ext. de constitut. dicunt,q̃ lex Ciuilis & Canonica, & sic lex positiua in foro animæ seruanda est: & illi contraueniens peccat mortaliter , & tenens & habens rem contra prohibitionem iuris positiui , illam restituere tenetur : alioquin sibi peccatum remitti non potest: & hoc multipliciter exemplificant, præsertim quando lex positiua pœnam ipso iure propter delictum imponeret: Nam qui commisit delictum , tenetur in foro conscientiæ ad satisfactionem , & solutionem pœnæ . ergo indè necessario sequitur , quòd qui recipit , & dat rem Ecclesiæ,non seruata solemnitate iuris positiui , & sic contra prohibitionem legis & Canonis mortaliter peccare dicetur: ac per consequens in foro conscientiæ tutus non erit ; quamuis alia concurrerent,quæ sunt de iure

gentium

gentium neceſſaria. hæc Auguſt. vbi ſupra, quibus addimus omnia quæ ſupra attulimus in probationem rationis, qua fulcitur dicta noſtra vnica concluſio, ſcilicet cùm neceſſariò ſolemnitas aſſenſus Pontificis in caſu noſtro ſit p neçeſſariùs eo, quòd ad ipſum principaliter & per ſe (poſt Deũ, cui bona ipſa Eccleſiaſtica principaliter fuerunt oblata & acquiſita) tanquam Vicarium Dei interris diſpenſatio, ac diſpoſitio bonorum Eccleſiaſticorum ſpectet.

Ad hoc accedit & quintò, ꝙ ipſemet Berous vbi ſupra nu. 169. eleganter docuit, reſpondens obiectioni, quæ noſtræ aſſertioni fieri poſſet: his præciſis verbis vtens, videlicet. Nec placet quod dicitur, quòd defectus formę non eſt tam magnus, quàm caſus liciti: quia dico (inquit) ſiue quis mercetur contra legis prohibitionem reſpectu caſus permiſſi, ſiue reſpectu ſolemnitatis neceſſariæ dicitur eſſe in mala fide iuris naturalis & diuini, vt in dicta l. iubemus. & dicto c. non liceat. 12. q. 2. & hoc non ex alio, niſi quia non obtemperãdo legis ſeu Canonis præcepto, & contra illius prohibitionem veniẽdo, peccare dicitur, vt in dicto cap. 2. de maior. & obed. iuncto c. qui reſiſtit. & conſequenter par eſt defectus.

Ad hoc ipſum probãdum ſummoperè & ſextò deſeruiunt quæ rurſus attulit idem Berous vbi ſupra nu. 169. verſ. non obſtant adducta. Nam ibi eleganter reſpondens fundamentis ſuiæ Ant. & Pa norm. & ſequacium vbi ſup. dum dicebant, ꝙ ad hoc, vt cõtractus alienationis rei Eccleſiæ quo ad forum animę valeat, ſufficit, ꝙ teneat ſm limites iuris gentiũ. quia reſpõdetur ſm ipſum, primò hoc verum non eſſe pp Canonis prohibitionem, & præceptum, ꝙ facit peccatum incurrere, ſi contra fiat, ſed Canon prohibet res Eccleſiæ abſq; ſolemnitate (cum decreto irritante ipsã ſi contra fiat) & mandat formam iuris obſeruari, vt in citatis iuribus. ergo &c. Prętęrea & ſecundò dicimus quàmuis ſolùm conſiderando limites & terminos iuris gentium, & naturalis alienatio de iure naturali & gentium pp conſenſum valere deberet. c. r. de pactis. cùm ibi not. tñ primò reſpondeẽt ipsũ nõ affuiſſe (vt ſup. ꝓbauimus multipliciter) legitimũ conſenſũ, qui neceſſarius erat: cũ ſuppoſuiſſemus nõ fuiſſe obtẽtũ aſſenſũ Apoſtolicũ) & ſecũdo dicimus, quòd q̃uis ſolũ conſiderãdo limites, & terminos iuris naturalis, & iuris gẽtium: alienatio de iure ipſo naturali & gẽtium pp cõſenſũ Monachorũ alienantiũ poſſet aliquo pacto huiuſmodi alienationi affuiſſe quo ad corticẽ literę, tñ conſiderãdo ẽt prohibitionẽ iuris poſitiui, eiuſq; præceptum; quę prohibitio & pceptũ cõtumacẽ & cõtraueniẽtẽ ad peccatum obligat: Cõtractus alienationis in caſu permiſſo pp hmõi peccatũ (ꝙ indè incurrit) in foro cõſciẽtię valid⁹ & firm⁹ dici nõ debet; nec eo mediãte poſſet qs ſalua cõſcientia rẽ ſic ſibi

sibi alienatam tenere: vt ex dictis patuit.

Insuper & septimò asseueramus nostræ legitimæ responsioni de iure non posse obstare illud, quod dictum fuit ab Anto. de Butr. Panormitano, & alijs supradictis dicentibus, quòd illa, quæ motu Dei fiunt, & ab eo dependẽt absque solemnitate iuris positiui,
163 quo ad forum animæ valent, vt patet in sententia excommunicationis. Ad quod respondendo dicimus, quod verum hoc erit, quando dicentur illa fieri ex potestate Dei; & sic dicentur actus, qui à Deo fiunt, & à Deo dependent: & ideo sicut in actibus Principis secularis omissio solemnitatis iuris positiui non vitiat, vt in l. penult. cum ibi notatis. C. de donat. inter vir. & vxor. & in c. institutionis. dist. 25. & not. in c. fin. de re iudic. in sexto. Multò minus in actibus Principis Cęlestis, sed quam facillima & veritima erit responsio, quòd huiusmodi ratio in casu nostro non habet locum, cùm expressè Deus docuerit per supra allata fore obediendum statutis Summorũ Pontificum, qui sunt eius Vicarij pro tempore; & vltra iam citatas auctoritates, nõ nè docere hoc voluit Deus, cùm dixit, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Farisei, quæ dicũt facite. & alibi, qui vos audit, me audit, q vos spernit, me spernit: & qui spernit me, spernit eũ, qui me misit. Quapp cùm agatur de modo gubernandi patrimonium Dei commissum dispensationi & regimini Summi Pontificis, non poterunt dici agi spiritu Dei, sed diaboli qui sine Papæ consensu, cuius dispositioni huiusmodi bona fuerunt cõmissa: qui ergo illa alienant ipsius patrimonij bona sine assensu & voluntate Summi Pontificis dant peccabunt, cùm huiusmodi alienationes quampluribus statutis ipse Papa prohibuerit addendo decretum alienationes illas irritans. Quapropter apertissimè cõuincent ipsos non spiritu Dei, sed diaboli ad ipsa bona alienanda, & postea ad emptoribus retinenda fuisse actos atque impulsos.

Nec poterit refragari nostræ legitimæ responsioni factæ sententijs Antonij, Panormitani, & Felini, & reliquis supra citatis, & eius fundamentis, sententia Innocentij qui in c. quia propter. de elect. (prout referunt ipsi Doctores, dixit, quòd electus est tutus in foro animę, si electio sua tenuit de iure gentium, licet non fuerat seruata forma tradita à iure positiuo, quia illa forma est in-
164 troducta propter scandala, & deceptiones euitandas: vnde ex quo omnia ista cessarunt, & interuenit verus consensus: satis est is tutus quo ad Deum. cuius sententiam Panormitanus in c. 1. in fi. de in integr. restit. refert subinferendo; & tenebis menti semper illud dictũ, quia valet in omni actu, in quo est prætermissa solemnitas iuris positiui, vt in foro animę non teneatur quis sibi de hoc facere conscientiam: ex quo non interuenit ibi aliqua decep-

tio,

ptio, & affuit consensus habentium actum explicare de iure naturali. ex quo infertur, quòd in foro conscientiæ æquitas iuris naturalis prefertur rigori iuris positiui. Ad hęc omnia tripliciter respondemus: & primò, quòd ex verbis dicti Innocentij in dicto c. quia propter. Nunquam hoc elicere aut perlegere potuimus, mirãtes quomodo Doctores ex verbis eius dicant supradicta elici. Secundò respondemus, quòd dato, quòd ipse Innocentius alibi hoc docuerit: eius sententiæ respõdemus (cum reuerẽtia tamen tanti viri eruditissimi) primò ipsum sine fundamento iuris, aut rationis hoc asseruisse, suppositis tot iuribus supra citatis prohibẽtibus huiusmodi alienationes, & excommunicantibus talia bona sibi taliter alienata retinentes. secundò respondetur quòd dicta sententia de dicta electione facta erit intelligenda sano modo secundum presumptam mentem ipsius Innocentij & non secundum corticem literæ, scilicet quando electio fuisset facta absq; solemnitate iuris positiui cũ consensu eligentium per inspirationem Dei, seu Spiritussancti, prout etiã tex. ille probare videtur, & tunc si de hoc essemus certi, nihil mirum si tunc electus huiusmodi in foro conscientiæ tutus dicatur: cùm expressè in dicto c. quia propter hoc ipsum videatur dici in verbis illis, videlicet. [Aliter electio facta non valeat, nisi fortè communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata.] Nec obstat tex. in c. licèt. de regularibus, & c. duæ. 1. q. 2. cùm glo. in dicto c. duæ. dixerit, quòd etsi sit maius personam, quàm bona alienare, 165 † tamen etsi personam suam clericus possit subducere ab Episcopi seruitute ingrediendo Religionem, non tamen bona Ecclesiæ sue alienare. quapropter inde colligitur, quòd huiusmodi prohibitio alienationis rerum Ecclesiæ in vtroque foro locum obtineat. Respondemus & tertiò pro concordia harum opinionum, quæ prima fronte videntur sibi inuicem aduersari, dicendo. Aut ille, qui in rem Ecclesię sine solemnitate, ex iusta tamen causa euidenter vera habuit ex quadã simplicitate & ignorantia, 166 † & tunc dicetur tutus in foro conscientię: donec quæsierit quamprimũ poterit adhibere solemnitates de iure requisitas: quibus postmodum superuenientibus reintegrabitur 167 etiã in foro fori contractus † emptionis suæ. & hoc modo poterit, & meritò, sententia dicti Ant. Panormitani, & sequacium intelligi & recipi. cùm error & simplicitas illum excusauerit, donec edoctus fuisset erroré suum. Aut verò detinens rem alienatam sibi non præuijs iuris solemnitatibus scienter recepisset. & tunc dicendus erit constitutus in peccato mortali pro eo, q̃ scienter transgressus fuerit præceptum Ecclesiæ prohibentis alienare & detinere rem immobilem Ecclesiæ non seruatis solemnitatibus à iure statutis in huiusmodi alienationi-

tionibus. & consequenter hic talis detentor dicetur possessor malæ fidei : Nec hæc nostra responsio aduersatur decisioni supradictæ, quæ adscribitur Innocentio in cap.quia propter,extra de electio. quia respõdetur, quòd vltra alias solẽnitates requisitas in electione Episcopi, ibi approbauit textus (vt paulò antè annuimus) electionem, quæ fieri contingeret per se inspiratione Spiritussancti . quoniam quæ spiritu Dei aguntur , nõ sunt sub lege,& Innocentius ibi non dixit dictam electionem dicto modo factam validam non esse in foro fori: imò de eius mente est, illam in vtroque foro validam esse per illum textum. At in casu alienationis bonorum immobilium ecclesiæ , & sic in casu nostro cautum in iure nõ reperitur posse fieri ipsam alienationem non seruatis solemnitatibus a iure indictis : imò expressè totum oppositũ, nempé, quòd ipsa sit ipso iure nulla,vt supra ex relatione præcisorum verborum, quamplurimorum iuriũ patuit . Quãpropter cõsequens erit,quòd quoties aliquis contra Canonis prohibitionem aliqua bona ecclesiæ immobilia habere dicetur,nõ erit tutus in foro conscientiæ, 168 † cum incurrerit indè & perseueret in peccato mortali detinendo rem alienam inuito domino, vt latissimè supra fuit probatum : nec non & perseuerando in transgressione præcepti Ecclesiæ de talibus bonis restituendis,vt (vltra alia iura supra citata) in cap. si quis presbyterorum,extra de rebus eccles, non alien. Ex his ergo omnibus, Deo Optimo Maximo annuẽte , satisfecimus omnibus oppositionibus, quę videbantur prima facie posse obijci contra supra allatam nostram conclusionem tot,tantisque oraculis,& medijs probatam. Nouissimè accedunt ad hoc ipsum probandũ, quæ attulit Rodohanus in tract. de rebus eccle.non alien.f.223.& sequenti,in capitulo incip. Istè quidem sunt solemnitates. qui se rè per totum examinat hanc nostram conclusionem,quam approbat multis medijs,docens , quòd huiusmodi detentor bonorum Ecclesiarum , qui illas acquisiuit in casu licito,non tamen seruatis solemnitatibus iuris nõ sit tutus in conscientia: & respondet ad fundamenta Antonij de Butrio, & Panormitani, dicens, Innocentij sententiam sequutũ fuisse D.Prouincialem omnium Ecclesiarum. fol.35.& ratio secũdum eum est, quia huiusmodi emptor emendo sine solemnitate non fuerit effectus dominus rerum taliter emptarum:Quapropter sic detinendo cõtra voluntatem Superioris , est continuo in peccato mortali. vt not.in c.1.de constitu.& glo.in c.fin.eo.titu.in sexto, & addit, q̃ D.Antonius,& Panormitanus nõ videntur intellexisse dictum Innocentij,quia ipse loquitur,quando non affuit bona fides in eo, qui emit,sed dolus,vel fraus: quoniam vt ipse etiam fatetur,non habetur tunc effectus formæ inductæ, videlicet, vt euitẽtur,deceptiones, quæ hìc non euitantur : & titulus habẽ-

Digitized by Google

habetur pro non titulo, quia omne, quod non eſt ex fide, peccatũ eſt. vt in c. fin. de præſcript. Iccircò illud cum bona cõſcientia retineri non poteſt: quia ad hoc vt cum bona conſcientia poſſit retineri, requiritur iuſtus titulus, & bona fides, ſecundum eum. & ita etiam fuit loquutus Innocentius in c. quia propter. de elect. dum dixit, quòd ſine culpa non perdit electus ius ſibi quęſitum, quando eſt ommiſſa ſolẽnitas: quia ſi culpa eius eſſet, ius perderet. & ſine dictis ſolemnitatibus non poteſt explicari actus licitæ alienationis, nec etiam conſtitui procurator ad alienandum res Eccleſiæ, quod & multipliciter ipſe Rodohanus ibidem ſucceſſiuè probat. Idẽ expreſsè docuit Ioannes Calderinus (relatus a Domino Felino in c. 1. col. 4. verſ. & confirmatur hęc ex dictis Cald.) in ſua diſputatione incip. Vſurarius emit. in pen. & vltima col. qui expreſsè docuit emptorem rei Eccleſiaſticæ non eſſe tutum in foro cõſcientiæ, quando alienatio fuit facta ommiſſa forma Canonum in caſu tamen licito, hęc ibi. Idem rurſus repetijt Rodohanus in eo. tract. Capitulo incip. Poſſunt & in alio caſu. f. 257. nu. 16. verſ. & quando ſolemnitates non ſunt ſeruatę, an in foro conſcientiæ ſit tutus, qui emit ſimpliciter, ſe ſubſcripſit noſtrę ſententiæ his præciſis verbis vtens, videlicet & quòd non ſit tutus tenet Prouincialis omnium Eccleſiarum fol. 35. cum non ſit Dominus rerum emptarum ſine ſolemnitate, & ſic detinendo contra voluntatem Superioris eſt cõtinuo in peccato mortali per not. in c. 1. de conſtitut. & glo. in cap. fin. de conſtitutionibus in ſexto.

Limita ſingulariter dicendo, ꝙ illa Extrauagans Ambitioſæ non habeat locum in rebus modicis & parui valoris: quia iſta poterũt alienari incõſulto Papa, prout docuit Gondiſſal. Villadieg. in tractat. de legibus, quæſtio. 11. in fin. per text. in cap. Terrulas. 12. q. 2. quem ſequitur Rodoh. in tractat. de rebus eccle. non alien. quæſt. 9. num. 51. & 52. dicens, quòd hoc non ſit mirum, ſi de rebus eccleſ. modicis modicè, & moderatè clericus prælatus poſſit donare, vel
169 diſponere: quandoquidẽ † quæ modica ſunt, vel parua; iura non curãt, vel habent in conſideratione: quia de modicis non curatur. l. ſi oleum. ff. de in integr. reſtitu. vbi pro modica læſione, non datur reſtitutio in integrum, & etiã per l. ſi oleum. ff. de dolo. vbi pro modica re non datur actio de dolo, nec dolus præſumitur in modica ſumma, prout eſt text. in c. cùm te. de re iudic. vbi glo. in verſ. minima: ad quod probandum multa exempla ſubintulit, vbi ſupra Rodohanus, & ferè omnes Doctores citati in probationem dictæ concluſionis vnicæ, dũmodo pretium conuertatur in emptionem reddituum annuorum in perpetuam vtilitatem Eccleſię.

Limita & ſecũdo allata in dicta vnica cõcluſione, dicendo illã nõ habere locũ, qñ eſt tanta, & tã vr-
170 gens neceſſitas, †ꝙ nõ poſſit expectari auctoritas Papę: nã tũc d. alie-

alienatio poſſet fieri inconſulto Papa, prout docuerunt infraſcripti Doctores. Nam hoc ad verbum docuit Gõdiſſal. Villadieg. vbi ſupra, dicens, quòd vbi ſumma eſſet neceſſitas, quę tantam celeritatem deſideraret: ꝙ commodè non poſſet Papæ auctoritas expectari: non obſtante dicta extrauagan. Ambitioſæ poſſet fieri alienatio. citans ad hoc glo. not. in c. placuit. 12. q. 2. quæ dixit, ꝙ in neceſſitate poteſt alienari bona Eccleſiaſtica inconſultis, ideſt clericis. & ratio ipſius credimus fuiſſe, quia ibi pro forma fuerat aſſignatum, vt non fieret venditio bonorum Eccleſiaſticorum inconſultis Epiſcopis, vel clero, aut Concilio Clericorum, ſine vlla neceſſitate. ergo ſi adfuerit neceſſitas alienãdi, alienatio nõ erit illicita, ſi facta fuiſſet inconſultis ſupra nominatis. idipſum videtur elici ex l. Diuus. ff. de pe.it. hęred. & in l. tutor. §. 1. ff. adminiſtr. tut. idipſum docuit Hugo & Archidiaconus in c. Abbatibus. 12. q. 2. & taliter diſputando tenuit Paul. de Eleaz. in q. incip. condemnatus. vltimo mẽbro. & Cardin. in Clem. 1. de rebus Eccle. non alien. ad quod facit tex. in c. fi. extra de rebus Eccle. ædif. vel repara. & hos omnes Doctores retulit, ac ſequutus fuit Rodohanus in dicto tract. quæſt. 9. num. 50. qui in num. 51. dixit ex ſupradictis inferri limitationem ad iura, quæ exigunt ſolemnitatem in rebus Eccleſię alienãdis: vt intelligantur, niſi tanta, & tam vrgens neceſſitas eſſet, quòd non poſſet obſeruantia ſolemnitatis prędictæ ſeruari, vt in dicto cap. placuit, & quòd hoc modo limitãda ſit extrauagan. Ambitioſę ſupradicta. hęc Rodohanus, qui eadem repetijt ibidem in quæſt. 19. nu. 30. & ſequen. qui ibidem. nu. 47. ſequens Pan. in c. paſtoralis. nu. 5. verſic. & ex hoc colligę. extra de his quæ fiunt à prælat. ſine cõſenſu Capituli, dixit, quòd vbi immineat alienatio ex neceſſitate iuris, non eſt ſeruanda ſolemnitas: ſecus vbi eſt voluntaria, licet immineat propter neceſſitatem hominum. idipſum & ipſe approbat multipliciter, & in multis locis, cuius verba hìc referre ſuperfluum viſum fuit. Attamen ſciendum ꝙ illa alienatio dicẽda erit fieri ex iuris neceſſitate &c. Vide Amæd. f. 116. nu. 10. dicens illam alienationem ex iuris neceſſitate fieri dicetur: quando lex in ſubſidium. &c. vbi dicitur, ꝙ [Nemo poſſit ad impoſſibile obligari.]

Limitanda vtique erit dicta limitatio ſecunda, dicendo, quòd etſi ipſa videatur vera: cùm ſit fulta auctoritate tot Doctorum, qui tacitè ſe fundarũt ſuper illud axioma vulgatiſſimum: Neceſſitas non habet legem: quòd ſub alijs verbis æquipollentibus continetur in Regula Nemo poteſt. de regu. iur. in ſexto, vbi dixit Dynus inter alia, quòd nec auctori-
171 tas, † nec præceptum poteſt aliquem obligare ad impoſſibile, vt in l. vltima, tertio reſponſo. ff. quę ſent. ſine appella. reſcin.

Idipſum docuit ipſe Rodoh. in dicto

dicto tract. in c. de cauſa neceſſitatis, fol. 114. nu. 29. & ſequentibus : Vbi dixit poſſe fieri huiuſmodi alienationem, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, prout docuit Hoſt. in c. 1. de his, quę fiunt à Prelat. excipiens caſum neceſſariæ alienationis, quæ tantam requirat celeritatem, quòd expectari non poſſit ſuperioris auctoritas, vel quæ Superiorem conſuli non pateretur: poterit tunc alienatio fieri, etiam nõ obſtante iuramento de non alienando præſtito per ea. idem docuit Ioãnes de Fan. in Clem. 1. de reb. Eccle. non alien. dicens, quòd in caſu illius text. poſſet fieri alienationem impunè, illa ſolemnitate nõ ſeruata, ſi neceſſitas non capit tantam dilationem. vbi etiã Cardin. in verſ. quintò nota dixit, q̃ hę duæ cauſæ, vtilitatis ſcilicet, & neceſſitatis frequẽter permittunt recedi à iure communi. & in verſic. 29. dixit, q̃ ſi neceſſitas ſummam celeritatem requirit, & licentia vel conſenſus peti non poteſt, vel petitus obtineri, & exẽplificat in l. Diuus. ibi adducta & in cibaria familiæ : vel finge, inquit, quòd non facilè poterat obſeruari ſolemnitas, quod accidere poteſt multis ex cauſis : tunc poterit abſque metu pœnæ celebrari cõtractus alienationis: quia quod dicitur, ſi ſubeſt neceſſitas, fit alienatio ſeruatis ſolemnitatibus, intelligitur de neceſſitate, quæ non exigit tantam celeritatem : cuius ſententiam ſequutus fuit Gondiſ. Viladeg. in ſuo tract. de legib. quæſt. 11. in fine, vbi allegat multos ; ex quibus (ſubintulit) infertur limitatio ad iura quæ exigunt ſolemnitatem in rebus Eccleſiæ alienandis: vt intelligantur, niſi tanta neceſſitas, & tam vrgens interueniret, quòd non poſſet obſeruantia ſolemnitatis prædictæ obſeruari, vt elicitur ex tex. & glo. c. placuit. 12. q. 9. idipſum repetijt ipſe Rodohanus vbi ſupra nu. 55. qui denique ibidem nu. 128. his præciſis verbis vſus fuit. & nota, q̃ in caſu alienationis factę ſine ſolemnitate ob vrgentem neceſſitatem. Bal. in cap. 1. col. 4. qui feud. dare poſſ. putat, quòd ex poſt de neceſſitate ſit facienda ratificatio ſolemniter, iuxta not. in l. Pomponius. ff. de negot. geſt. quam ſententiam retulit, & approbauit Iaſon ibidem col. 8. verſic. tertio limita. idem Rodohanus ibidem in fol. 172. in cap. incip. etſi ſit facta alienatio de rebus Monaſterij, nu. 17 refert Lapum cõſuluiſſe in vacatione Hoſpitalis de Alto paſſo potuiſſe ſe obligari pro quadam pecuniæ quantitate ſuſcepta ſine auctoritate Superioris, propter imminentem eiuſdem neceſſitatem, cuius ſententiam limitat Ioannes de Imola ſolùm verificari poſſe, ſubdens quando copia ſuperioris de facili haberi non poſſit; & magna immineret neceſſitas, aliàs ſecus, quòd etiam placuit Dominico : quia illud Hoſpitale erat ſubiectum immediatè Papæ : vnde difficile erat habere recurſum ad Papam pro licentia, quod & rurſus ipſemet Rodohanus in cap. incip. quando

autem

autem vrget neceſſitas. folio 271. per totum Capitulum, qui idipſum multipliciter probat eadem quæ nos ſupra retulimus, repetens. idipſum docuit expreſsè Panorm. in c. fin. nu. 8. verſic. omnia prædicta. extra de Eccleſijs ædifican. his pręciſis verbis vtens, videlicet. Omnia prędicta arbitror vera ceſſante ſumma neceſſitate: ſi autem immineret ſumma neceſſitas alienandi; & tantam celeritatem requireret, quòd Superiori conſuli non patiatur: tunc puto alienationem poſſe fieri cõſenſu Papæ vel vlterius Superioris, cui fuit iuramentum taliter præſtitum, minimè requiſito. arg. optimum in l. tutor, qui repertorium. ff. de adm. tuto. vbi in cauſa neceſſitatis poteſt tutor inuentario non cõfecto adminiſtrare bona pupilli: quod aliàs ceſſante neceſſitate facere non poſſet. Ad Idem probãdum facit quod not. Ioannes. 11. q. 2. c. ſine exceptione. & c. placuit. 12. q. 2. & Hugo & Archidiac. in c. Abbatibus. 12. q. 2. Ioannes de Fan. in Clem. 1. de reb. Eccle. non alienan. vbi dixit, quòd in caſu illius Clemen. poſſe fieri alienationem impunè illa ſolemnitate non ſeruata, ſi neceſſitas non capit tãtam dilationem: ad quod citatur bonus text. in c. nullus res Eccleſiæ. 17. q. 4. & addit ibi ipſemet Panormitanus, & hæc nota, quia faciunt ad multa, maximè pro exemptis habentibus Superiorem in remotiſſimis locis, & facit ad idem c. nihil. de electione, & c. fin. de ſepultur. in ſexto. Poſſumus tamẽ meritò dicere, q̃ in caſu neceſſitatis etiam poterit & cautiùs procedi in alienandis huiuſmodi bonis, vt hodie introductus mos paſſim nos docet, ſcilicet vendere huiuſmodi bona reſeruato aſſenſu Apoſtolico cum expreſſa proteſtatione, quòd non intelligatur venditio facta. niſi aſſequuto Apoſtolico aſſenſu, infra triennium, & iſto interim emptori locat dicta bona vendenda fructifera ad rationem alicuius rationabilis penſionis, vel cenſus inde percipiendi, donec ſuperueniat dictus aſſenſus, quòd ſi nec tali pacto poterit obuiari tali neceſsitati, tunc ſimpliciter vendat, vt fuit probatum. dummodo tranſacto talis neceſſitatis articulo, petatur ratificatio à Papa, aut ab alio, qui virtute alicuius priuilegij poterat aſſenſum præſtare dictæ alienationi à principio.

Circa ſecundum dubium concluſio vnica ſit hæc. Præſcriptio
172 † nulla legitima cucurrit contra dictum Monaſteriũ propter alienationem dictorum bonorũ per ipſum factam dicto Ioanni Baptiſtę, neque tranſlatum aliquod ius ex temporis quadraginta annorum ſpatio, quo fuit ſibi venditum à Monaſterio dictum dominium directum, in cuius pacifica poſſeſsione videtur ipſum perſeueraſſe: quamuis error iuris interceſſerit eò, quòd tam ipſe emptor, quàm Monaſterium ignoraſſent neceſſariò requiri pro validitate contractus huiuſmodi alienationis. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim

per

itized by Google

per textum apertissimum in c. si quis Presbiterorum, ibi [Præter pęnam super hoc ascriptã, confectum exinde documentum viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) euacuetur.] si ergo ab initio huiusmodi contractus nullus fuerit, per se patet, quòd virtute ipsius præscribẽdi ius non fuerit translatum ad emptorem, cùm ille nullum titulum acquisierit, vt latissimè supra fuit probatũ, stante peroptima iuris regula in c. nõ firmatur. de regu. iur. in sexto, vbi dicitur [Non firmatur tractu temporis, quod ab initio de iure non subsistit.] Idẽ apertius probatur per text. in c. 2. de reb. eccle. non alien. ibi. [Contractus autem omnes etiam iuramenti pęnę, vel alterius cuiusuis firmitatis adiectione vallatos, sine huiusmodi licentia, & consensu contigerit celebrari, & quicquid ex eis secutum fuerit decernimus adeo viribus omnibus carere, vt nec ius aliquod tribuant, nec præscribendi etiam causam parent.] Idem habetur in Clem. 1. de reb. eccles. non alien. ibi. [si quis autem contra hoc fecerit pęnam suspẽsionis ab officio eo ipso incurrat, nec ex concessione ipsius recipienti ius aliquod acquiratur.] hæc ibi. Si ergo ex tali alienatione facta nullum ius acquiretur emptori, inde consequens erit, quòd non currat præscriptio cõtra Ecclesiam alienantem, non seruatis iuris solemnitatibus, cum in præscribendo requiratur iustus titulus, & bona fides: & iustum titulum adesse in emptore nõ poterit, si nullum ius in tali re empta, & sic sibi alienata non fuerit ad ipsum inde trãslatum. Idipsum docuit Paulus Papa Secundus in sua extrauag. Ambitiosæ, sub eodem tit. in qua inter alia hæc habentur, videlicet. [Si quis autem alienare præsumpserit, alienatio, hipotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sint roboris, vel momenti.] Idem fuit cõfirmatum per extrauagãtem Iulij Tertij, Pauli Quarti, & Pij Quinti, quas supra retulimus in probationẽ cõclusionis vnicæ supra allatæ in decisionem primæ quęstionis propositę. Probatur & secundò auctoritate iuris ciuilis per text. apertissimum in l. iubemus. la seconda, §. sanè. C. de sacrosan. Eccles. & in Authen. de non alien. aut permut. §. 1. quarũ tenor fuit ad verbum relatus sup. in probationem conclusionis vnicæ primę q̃stionis. Vide ergo ibi. Probatur & secundo auctoritate ferè oĩum, qui fuerunt citati in p̃batione dictæ vnicæ conclusionis decidẽtis primã q̃onem, & in respõsionẽ secundę obiectioni p̃positæ contra p̃dictam vnicã conclusionem allatã supra in decisionem primę propositę q̃onis: cùm indè implicitè idem probetur, vt patet ad sensum: Nam dum probatur, quòd propter diuturnitatem temporis factæ alienationis non probatur interfuisse requisitas solemnitates de iure. Inde sequitur præscriptio, quæ resultat ex possessione empta sine solemnitate, nullum conferat ius præscribendi, ac assequendi le-

Digitized by Google

legitimum dominium ipſius rei alienatæ, eo magis, q̃ ibi citati Doctores loquant̃ ſæpe de poſſeſſionib. huiuſmodi pacificè poſſeſſis ſic alienatis: & vltra illa, idẽ expreſsè docuerunt Doctores in citatis iuribus, & nouiſſimus omnium Auguſtinus Berous in c. Epiſcopi. col. 3. nu. 6. ext. de reb. eccleſ. non alien.

Probatur & tertio hac ratione. Cum in caſu noſtro affuerit error iuris, & non facti: inde ſequitur nullum ius huiuſmodi alienationem cõtuliſſe dicto empto-ri, cum ipſe credendo, quòd pro validitate dicti contractus alienationis ſuffeciſſet aſſenſus Abbatis, & Monachorum dicti Monaſterij, & confirmationis Capituli generalis Congregationis Caſſinenſis, nec neceſſariò eſſet de iure requiſitus aſſenſus Sedis Apoſtolicæ, vt latiſſimè fuit probatũ per allata in probationem dictę vnicę cõcluſionis conuincitur erraſſe in iure, ac per conſequens non pſcripſit iuxta infraſcriptorũ Doctorum ſententiam, inter quos eſt glo. in dicta Clem. 1. verſ. proprij. & ibi communiter per Doctores, inter quos eſt ipſe Panormitanus qui ibidem nu. 9. his præciſis verbis vtitur, videlicet proprius Prę-latus exẽptorũ immediatè ſubiectorum eſt Summus Pontifex. Id-ipſum docuit Caſſaneus in conſuetu. Burgun. in rubr. 9. f. 12 22. num. 26. 27. & 28. qui loquẽs in caſu noſtro citat text. in dicto c. 2. ſupra citato dicens ipſum non poſſe canillari: cum apertiſſimè hoc probet, & citauit alios Doctores, qui per nos fuerunt citati in probationem dictæ vnicę concluſionis, eundem text. in d. c. 2. ad idipſum probandum citauit Auguſt. Berous in c. 1. nu. 161. verſ. non obſtat. ext. de in integr. reſtitu. qui apertius idem repetijt in c. nulli, nu. 4. verſ. quod demonſtratur. & rurſus ibidem, numero 57. verſiculo tertium. extra de rebus eccleſ. non alienan. ex his ergo omnibus elicitur apertiſſimè primò, quòd neceſſarius fuerat aſſenſus Apoſtolicus etiam de iure communi in caſu noſtro, vltra extrauag. Ambitioſæ. ſub eo. titu. & extrauagan. Iulij Papæ Tertij i auli Quarti, & Pij Quinti relatas in probationem dictæ concluſionis Vnicæ quæſtionis primæ. Secũdò, quòd etſi Doctores in dicto c. 2. de reb. eccleſ. non alien. in ſexto, vbi expreſsè dicitur (prout ſupra ad verbum retulimus) nulla præſcriptione poſſe iuuari emptorẽ talium bonorum ſic alienatorũ, vt apertius quiſque poſſet deuenire ad cognitionẽ veritatis contentæ in præſenti noſtra concluſione, ſubdiderũt infraſcripti Doctores expreſsè, & ad verbum, q̃ aut emptor bonorum Eccleſiaſticorum non ſeruata ſolemnitate indicta ab Eccleſia laborauerit ignorantia facti, aut iuris, & q̃ tunc quis dicatur emptor laborans ignorantia facti in caſu noſtro, quãdo ab Epiſcopo, vel alio Prælato ſibi vendenti propria auctoritate bona ipſa Eccleſiaſtica fuiſſet dictum emptori non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, quòd iã fuiſſent ipſe ſolemnitates obſer-

uatæ

uatæ, licet reuera ille non præceſſiſſent. Nam ſtante ignorantia huiuſmodi facti ſi emptor cõtra Eccleſiam prẽſcripſiſſet ſpatio quadraginta annorum, & huiuſmodi ſic ſibi alienata bona pacificè poſſediſſet: tunc virtute huiuſmodi prẽſcriptionis verè fuiſſet aſſequutus plenum ius ſibi taliter aſſignatum: ſed ſi emptor talium bonorum non ſeruata iuris ſolemnitate laboraſſet ignorãtia iuris, credendo, quòd ſufficeret ad validitatem dictæ alienationis conſenſus Epiſcopi ſolius, vel huiuſmodi, tunc dicta præſcriptio non cucurriſſet, cùm de iure ſolemnitates illæ neceſsario requirebantur pro validitate dictę alienationis, & multa alia vt per ſupra allata patuit, cum ignorantia facti, & non iuris det ius præſcribẽdi, prout in caſu noſtro expreſsè infraſcripti Doctores docuerũt, videlicet Philippus Franchus in d.c. §. contractus. num. 2. verſicul tertiò nota, dicens indè notandum, quòd cõtractus factus contra legis prohibitionem non tribuat cauſam præſcribendi, licet ipſemet Philippus ibidem, nume. 4. verſ. in glo. in verſ. præſcribendi. his præciſis verbis vſus fuerit, poſt Ioãnem And. videlicet, ſi præſcribens errat in iure, vt quia credit alienationem valere, vbi non valet, non præſcribit: ſecus ſi errat in facto, vt quia credidit Prælatum vendidiſſe de conſenſu Capituli, qui tamen conſenſus non interuenit: & tũc præſcribit: quod & Pan. apertius docuit in c. cum non liceat. nu. 9. verſ. quandoque res. ext. de præſcript. his præciſis verbis vtens, videlicet Quandoq; res nõ prohibetur ſimpliciter alienari, ſed ſine certa ſolemnitate, vt in reb. minorum, & Eccleſiæ, & tunc data bona fide, & excluſo iuris errore procedit prẽſcriptio, ſi habet concomitantiam ſuã, vt in contrarijs allegata ſuperius, vt puta, emi rem Eccleſiæ a Prælato, ſed putabam Capituli conſenſum interceſſiſſe, qui tñ non interceſſerat: ſecus ſi errabam in iure: vt quia putabã Prẽlatum ſine conſenſu Capituli poſſe vendere. hęc ibi Pan. qui rurſus eadẽ repetens in c. 2. ext. de his, q̃ fi. a maior. par. cap. his p̃ciſis verbis vtitur in fine gloſę. Nota, q̃ titulus habitus a ſolo Prẽlato non prẽſtat cauſam p̃ſcribendi, & intellige, q̃ñ ſolus Prẽlatus vẽdidit, ſeu alienauit: ſed gloſam contrariam habes in c. de quarta. de p̃ſcript. ſed intellige iſtam glo. q̃ñ recipiens errauit in iure, puta credidit ſolum Prẽlatũ poſſe alienare. Nã error iuris impedit vſucapionẽ. vt not. in c. Apoſtolicę. de donat. & in l. nũquã. ff. de vſ. cap. illam glo. intellige, q̃ñ errauit in facto, quia credidit Capitulũ conſenſiſſe, & alias ſolemnitates debitas interueniſſe. & addidit ibi Panor. memorię cõmendandas illas duas gl. Qui Pan. idipſum ſentiẽs in d.c de quarta, nu. 12. verſic. ſed contra hanc ſolutionem cõcludit his prẽciſis verbis vtendo in deciſionem eiuſdẽ quẽſtionis, videlicet. Aut habens ſolius Epi cõceſſionẽ, errauit in facto, vt quia credidit conſenſum Capituli interueniſſe. & uenĩ-

igitized by Google

ueniſſe, & procedit glo. iſta.ſ.dicti c.de quarta,dicens valere preſcriptionem:ſed ſi credidiſſet cõcetlionem Epiſcopi ſufficere , erranit in iure,& per conſequens nõ potuit preſcribere,quia error iuris nocet in vſucapione,& preſcriptione.vt in l.nunquam,ff.de vſucap.& in c.dudum,de decimis.& in c.Apoſtolicæ . de donat. Nam in d.c.dudum fuit nulla declarata donatio facta a Regina de decimis , cùm erraſſet in iure, eo q̃ credidiſſet ad ſe ſpectare earũ diſpoſitio, quæ reuera ad Papã ſpectabat.& in d.c.Apoſtolicę. dicitur potuiſſe preſcribi illam donationem,cùm facti, & nõ iuris intercelliſſet error , prout ibidẽ dicitur à Doctoribus communiter: Felinus verò in c.de quarta,col.7. nu.26.& 27. verſ.prima doctrina, col.8.verſ.ſecũda doctrina, n.29. ext. de preſcript. & poſt ibidem, col.11. nu.42. verſ. limita tertiò, & col.12.nu.43. verſ.limita quartò. quamplurima notatu digniſſima attulit in fauorẽ præſentis rationis noſtrę cõcluſionis, cuius dicta per modum epilogi, & ſpecialiũ notabiliũ hic recenſere ſtudebim⁹.Sciendũ ergo,q̃ iuſta credulitas iuridici tituli, qui reuera non ſuberat , & ſic error facti tm̃ prodeſt,quantũ verus titulus habitus a Dño, quoad p̃ſcribẽdum, vel vſu capiendũ,quod & ipſe Felinus ibi nu.26.plurib.Doctorum auctoritatibus , & exemplis probat,ſubdens in nu.27. verſic.& ab iſta doctrina , & ſequenti excipe caſus, in quibus lex expreſsè diceret,quòd iniuſtus titulus non det cauſam præſcribendi , prout eſt in caſu c.2. §.contractus,de rebus Eccleſiæ non alien.in ſexto , vbi glo.dicit illum eſſe caſum ſpecialem , in quo titulus minus iuſtus non dat cauſam præſcribendi:hic titulus tamen excuſat a reſtitutione fructuum, tali pacto procedet opinio particularis quorundam,qui dicunt emptorem bonę fidei rei Eccleſiaſticæ malè alienatæ non teneri ad reſtitutionem fructuum . quos ſequitur Imo. in capitulo ad noſtram. in fine . de rebus Eccleſ. non alienan. Nam intelligerem (ſubintulit ibidem Felinus)eorum opinionem, quando eſſet bona fides cauſata ex errore facti : & ſi emens putabat eum eſſe Prælatum , qui non erat : ſed ſi errabat in iure procedet opinio communis, dicens eum teneri ad fructus , de quo latius ipſemet Felinus loquutus fuerat in capitulo cùm cauſa . ad fin. verſiculo reſpectu autem fructuum . extra de re iudic. & rurſus in dicto capitulo de quarta. numero 32. & ſequen. verſiculo limita ſecundò . & denique in dicta columna 8. verſiculo ſecunda doctrina . numero 29. ipſe Felinus dixit , quòd credulitas cum errore iuris non facti ſuadens , quòd titulus non iuridicus ſit iuridicus non proſit ad prę ſcribendum , vt in l. nunquam . ff.de vſucapionibus,quod & confirmauit Imola poſt Cardinalem in capitulo cùm dilectus.columna ſexta , de conſuetud. dicens quòd titulus iniuſtus propter errorẽ facti iuuat preſcriptionem,

ſecus

Digitized by Google

secus si cum errore iuris: idipsum punctualiter docuerunt Cardin. in Clem.1.de reb.Eccle. non alie. & ibi Imo.post Io.de Ligu. idem docuit Io.And.in c.cura.de iurepatro.idem docuit Butr.in cap.si diligenti.col.6.versic. quærit glo. de præscript.& in c. dudum. col. 4.de Decimis.per illum text.meliorem de iure. idem Imo. rursus in c.fin.4.& 5.colum. de prescrip. Roma.in consi.166.col.5. Geminianus in c. 2. §. contractus.ante finem,de reb.eccle. non aliena.in sexto, Paul.de Castro in cons.72. col.pen. idem docuit ipse Felinus vbi supra nu.42. vers. contrarium tenuit. Pau.de Castro sequens Doctores sentientes idem,& hoc dixit postquam recensuisset sententiam Imo. dicentis , quòd error iuris nõ noceat prescriptioni longissimi temporis . vbi supra subdidit , quòd contrarium simpliciter docuerit Paul. de Castro in consi.72.incipien.quia frustra disputaretur. ad fi.vers. secunda ratio : quia error iuris non inducit bonam fidem in præscriptione,& allegat Cyn. in l.si quis , emptionis.§. 1.C.de præscript.30. ann. ꝙ & notauit vltra eum Bar. in l. sed etsi lege.§.scire.nu.4.versic. quædam sunt iura interdictoria.ff. de petit.hæredit. his præcisis verbis vtens , videlicet . Quędam sunt iura interdictoria, seu prohibentia aliquos actus,tunc qui facit cõtra illa iura, dicitur habere malam fidem, vt in d.l. quemadmodum. ibi[Qui enim contra interdicta legis. Quędam sunt iura quę non prohibent,sed actui non assistunt : vt puta testamentum non solemne nõ valet , quia leges non assistunt sibi.& addit Felinus vbi supra,sed hodie non prescribitur, nisi cum bona fide, & non sufficit malam fidem abesse,vt idem Bar. in d.§.scire, subintulit.& pro hac opinione ipse Felinus induxit vltra alios tex.in c.dudum. de Decimis. Vbi error iuris non proficit in præscriptione longissima . Nam de alia nõ videtur loqui ille tex. dum repellit præscriptionem contra Ecclesiã,quę si fuisset minor,quàm quadragenaria non oportebat respicere defectum tituli , sed solùm allegare imperfectionem temporis: & licèt ibi vltra bonam fidem requireretur titulus,quia illi prescribebant contra ius commune , vt ibi declarat Abbas super glo.3. tamen considero(subintulit ibi Felinus)quòd si illa præscriptio fuisset minor q̃ quadraginta annorum, satis fuisset dicere eam non esse sufficientem , absque impugnatione ex defectu tituli . Cùm igitur insistat ille tex. in impugnatione tituli, & presupponat præscriptionem quadragenariã , & non prodesse iuris errorem:profecto(subintulit ibidẽ Felinus)probat aptè iuris errorem non prodesse ét in p̃scriptione lõgissima, & ad text. in d. c.peruenit.patuit responsio ex verbis Butrij. in c. si diligenti. col.pen.vers.in quãtũ dixi.de empt.& vẽdit.ꝙ ibi erat iuris iustus. qui non impedit præscriptionem & subintulit adhùc Felinus,quòd hanc partem sentiunt omnes Doctor . per ipsum citati paulò antè.

in verſ.ſecunda doctrina, dum loquuntur in materia, in qua requiritur præſcriptio longiſſima, videlicet. contra Eccleſiam, & tamen faciunt differentiam inter errorem iuris & facti: vt primus noceat ad preſcriptionem, ſecundus non. & illas deciſiones ita ponderat Alex. & ibidem nu.43. circa finem referendo ſentẽtiam Ino.in c.Apoſtolicæ.col.3. extra de donat.dicentis, quòd ille, qui habet titulum ex contractu inito cum minore, vel Eccleſia. & ſcit, quòd aduerſus illum titulum poterit peti reſtõ in integr. non dicitur habere titulum aptũ ad preſcribendum: nec eſt in bona fide allegat tex.in l.in cauſæ la prima. §.interdum. cum l.ſequenti.ff. de minor.vbi aperte hoc videtur probari.& quòd error facti(prout ſupra in principio fuit exemplificatum)det cauſam præſcriptioni,& non error iuris: habetur deciſio Rotæ in nouis.ſub titu.de preſcriptionibus,deciſione tertia incip. ſi apparet conceſſio Epiſcopi. ex his ergo omnibus patuit nullum ius contuliſſe dicto Ioanni Baptiſtę dicta præſcriptio preſũpta ſtante deciſione facta ab Eccleſia in dicto cap.2. de reb. Eccle. non alien.in ſexto, & in Clem. 1. eodem titu.vbi expreſsè decernitur nullum ius transferri ex alienatione rei Eccleſiaſticæ facta non ſeruatis ſolemnitatibus iuris, inter quas in caſu noſtro eſt aſſenſus Apoſtolici interuentio, vt apertiſſimè per hucuſq; allata patuit apertisſimè:quibus addimus quæ nouisſimè docuit ipſe Rodohanus in tractat.de reb. Eccle. non alie.in Capitulo incip.ſed an in alienatione rei Eccleſiæ num. 25. verſ. ſed an emens à ſolo Prælato.fol.228. ſequens Bernardum Brix.in quæſt.59.& Io.Andr.in c. 2.de reb.eccle.non alie. in ſexto, & in c. cura. de Iurepatro. dixit, quòd aut ipſe præſcribens errauit in iure, vt quia credebat valere contractum, qui non valebat, & tunc non præſcribit, ſecus ſi errabat in facto,quia credebat Prælatum vendidiſſe de conſenſu Capituli, qui tamen conſenſus non interuenerat: & tunc præſcribit. Quibus omnibus addimus & hoc quòd dato & non conceſſo,quòd eſſemus in ignorantia facti, & non iuris: adhùc dicimus dictam alienationẽ ſic factam ſpatio quadraginta annorũ nullum ius tranſtuliſſe ad dictum Ioannem Baptiſtam emptorem dicti directi Dominij, cùm contra dictum Monaſterium taliter alienans dictus Ioannes Baptiſta nullum ius præſcriptionis acquiſierit ex pacifica poſſeſsione dictorum alienatorum bonorum dicto ſpatio quadraginta annorum: ſtante priuilegio Eugenij Quarti indulto Congregationi noſtræ Caſinenſi ſub datum Florentię in anno ſalutis 1434.ſeptimo Kal. Martij Pontificatus verò eius anno quarto. vbi ad verbum hæc præciſa verba habẽtur, videlicet. [Inſuper cùm plerunque contingat in Curia,ac neglectu Prælatorum, qui hactenus bona Monaſteriorum dictæ Congregationis antequam præfatę Cõgregationi vnirentur,guberna

betnarunt: aut postmodum ex ignorantia, seu alia quauis causa à plerisque Monasteriorum ipsorum bona in præiudicium animarum suarum indebitè detineri & occupari: præsertim sub colore præscriptionis, aut alio quocunque modo; ex quo non modica iactura consueuit prefatis Monasterijs euenire. Nos volentes de remedio oportuno prouidere in fauorem obseruantię regularis, ex certa scientia, motu proprio, ac de plenitudine potestatis Apostolicæ volumus, statuimus, & decernimus, quòd contra præfatæ Congregationis Monasteria, loca, personas, & bona aliqua non currat præscriptio, nisi post lapsum sexaginta annorum. Quod quidem iudicium tam in casibus, bonis, & rebus præteritis, quàm futuris, potestate & scientia similibus extendi, & locum habere omnino volumus: non obstantibus, quibuscunque in cõtrarium facientibus. &c.

Circa tertiũ dubium. Respondurus propositæ quæstioni eo breuiori stilo, quo vti desuper datũ fuerit, duab. cõclusionib. vtendũ erit nobis, quarum prima erit.

Prima cõclusio. Regulariter ad Ecclesiam, seu alium dñm directũ ob ipsius empniteoticæ lineam finitam deuoluitur vtile dñium: nam inuestitus de huiusmodi bonis, p se, filijs, & nepotibus, si decedat
173 † absque filijs legitimis, & naturalibus, & nepotibus legitimis, & naturalib. ex filijs eius descendentibus, vel si moriatur relictis filijs huiusmodi, vel nepotibus: & demum defecerint ipsi propter lineam finitam ex conuentione partium, & natura contractus: dictorum bonorum emphyteoticorum vtile dominium, quod erat apud emphyteotam ad dominum directum deuoluitur. Hæc conclusio probatur primò per tex. in Auth. de non alien. vel permutan. &c. §. emphyteosim autem. & per arg. in c. 2. ext. de feudis. vbi etsi text. non loquatur de emphyteosi, sed de feudo Ecclesiæ, tamen idẽ decretum ibi fuisse elicitur, stante communi Doctorum sententia, quòd argui pollit de feudo ad emphyteosim: & è contra, vt inter alios permulta docuit Euerardus in sua centuria, & expressius probatur per textum apertissimũ in c. 1. de succes. fratrum, vel gradibus succedentium. vbi hæc habentur, videlicet. [Per successionem, sicut per inuestituram beneficiũ ad nos pertinet. Mortuo. n. qui beneficiũ tenebat prima causa liberorũ est. filijs. n. existentib. masculis, vel ex filio nepotib. vel deinceps per masculinũ sexum descendentib. cęteri remouent agnati. His verò deficientibus vocantur primo fratres, cùm fratrum præmortuorum filijs: deinde agnati vlteriores. Quòd ita intelligendũ est, si feudum sit paternum: hoc est si fuit illius parentis, qui eius fuit cognationis communis: si in. Titij auus de nouo beneficio fuerit inuestitus Titio sine legitimo hærede masculo defuncto, eius feudi successio non pertinet ad eiusdem Titij patruum magnum, nec ad prolem ex eo descenden-

Digitized by Google

tem, immo reuertitur ad dominum. Ad cognatos enim eius beneficium non pertinet, neque beneficij succeſſio:] hęc ibi inter alia, ex quibus apertiſſimè emicuit veritas præſentis noſtrę conclusionis.

Probatur & ſecundò Doctorũ auctoritate. Nam hoc expreſsè docuit Pau. de Caſt. in conſi. 68. incip. In caſu preſenti, puto ſub numero 1. volum. 2. Corneus in conſil. 76. nu. 9. vol. 2. Ioannes Maria Riminaldus in conſi. 124. nu. 18. vol. 1. Bal. & Cynus in Auctẽ. quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. Berous in conſ. 102. nu. 24. vol. 1. Corneus in conſi. 219. nu. 11. vol. 2. Cęphal. in conſi. 345. nu. 12. vol. 3. Simon de Pretis. in conſ. 88. Iul. Clar. in §. emphyteoſis. q. 42. dicẽs de hoc non eſſe dubitandum, & ratio eſt patẽtiſſima. Nam nemo dubitare poterit, quòd cõceſſum ad tempus poſt illud intelligatur prohibitum, & quoniam hoc ipſum probat multipliciter Corbulus in tract. de emphyteoſi ſub titulo. de cauſa priuat. ob lineã finitam in Capitulo. Duodecima ex cauſa, folio 61. in principio, & per multas ampliationes, ideo ad ipſum remittimus Lectorem, ne egredi videamur rem aggreſſam.

Amplia ſingulariter dicendo, quòd allata in dicta concluſione prima verificantur etiam, & ha-
374 bent locum † in bonis emphyteoticis ſimpliciter cõceſſis duobus fratribus præſentibus. Nam ſi alter eorum moritur ſine legitimis, & naturalibus filijs, portio ipſorum bonorum reuertetur ad dominum directum, & non ad alium fratrem ſuperſtitem, nec ad filios ipſius fratris ſuperſtitis, cũ nec in contractibus, vt in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbor. obligat. cum ſimilibus, non eſt locus iurì accreſcendi, cùm poſt emolumentum iam alteri quęſitum non habet locum ius accreſcendi, & huiuſmodi conceſſio intelligẽda ſit facta vnicuique ex ſtipulatoribus pro virili parte ipſius emphyteoſis: niſi aliud diceretur in conceſſione, quoniam illud eſſet obſeruãdum. Hæc ampliatio probatur duplici medio. Primo enim per arg. in c. vnico. in principio. de fratribus de nouo beneficio ĩueſtitis. Vbĩ hęc habentur, videlicet [ſi duo fratres de nouo beneficio, & non de paterno ſimul inueſtiti fuerint: vno ſine hærede defuncto, ad alterum non pertinet eius beneficij portio, niſi facta fuerit eo pacto inueſtitura.] hęc ibi. Diximus probari hanc ampliationem per argum. in d. c. 1. quoniam licet ibi non habeatur ſermo de emphyteoſi, ſed de feudo: tamen idẽ implicite deciſum ſubauditur, cùm valeat argumentum a feudo ad emphiteoſim, & è contra, vulgaribus iuribus, & cõmuni Doct. ſententia recenſita a Verardo inter alios in ſua centuria quodam. idem probatur per argum. in c. 1. de duobus fratribus a Capitaneo inueſtitis, vbi hęc habentur, videlicet [Duo fratres, videlicet Titius, & Seius a Capitaneo de nouo beneficio ſimul inueſtiti ſunt, eo videlicet tenore,

tenore, vt quãdiu ipſi, vel eorum hæredes maſculi viuerent, & maſculis deficientibus, fœminæ ſi ſupereſſent, feudum haberent. ex fratribus his vnus vna filia relicta altero adhuc viuente deceſſit. Quęritur cui portio defuncti deferatur vtrum filiæ, an fratri? Reſpondetur filiæ. Vnuſquiſq; quæ enim ſibi ſuiſq; hęredibus videtur proſpexiſſe, ſi tamen is, qui filiam reliquit, ſine hęrede deceſſiſſet, propter tenorem inueſtiturę inſertũ, eius pars fratri, & non Domino eſt quæſita.] hæc ibi. Diximus ꝓbari per argumentum in dicto iure, quoniam ex ipſo elicitur veritas noſtræ ampliationis, arguẽdo a contrario ſenſu, tali pacto. Si fratri, & non Domino accreſcet pars defuncti propter tenorem expreſſum inueſtiturę: Inde ſequitur arguendo a contrario ſenſu, quòd ſi ſimpliciter fuiſſet feudum, vel emphiteoſis duobus fratribus pręſentibus conceſſa, pars præmorientis ſine hærede rediret ipſo iure ad Eccleſiam dominam, vel aliũ dominum directum. Idem apertiſſimè probatur per text. in l. fin. §. filium, & filiam. ff. de legat. 2. & in l. Lucius Titius. §. Caio. ff. ad Senat. Conſul. Trebel. & ibi per glo. & Doctores. Idem ad verbum docuit text. in c. 1. § quod etſi communiter acceperint. De ijs, qui feu. dare poſſ. cuius præciſa verba in probationem ſecundæ concluſionis referentur.

Probatur & ſecundo Doctorũ ſententia vltra glo. in dictis iuribus. Idipſum expreſsè docuit Bartolus in l. ſi mihi, & Titio, nu. 4. ff. de verb. obligat. in verſ. breuiter. his præciſis verbis vtitur, videlicet. Veritas eſt iſta, quando conceditur emphiteoſis fratribus duobus præſentibus, & tunc altero decedente nõ eſt locus iuri accreſcendi: quia nec in contractibus, vt hic, & ſimil. & quia poſt emolumentum iam alteri quæſitum non habet locum ius accreſcendi. vt in l. 1. circa fi. ff. de vſufru. accreſc. per text. in cap. 1. de duobus fratribus de nouo beneficio inueſt. & in c. 1. de ſucceſſionum gradib. in feud. & ſic reuertetur ad eccleſiam, vel ad dominum, vt in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebell. & in l. fin. §. filium. ff. de legat. 2. quod intellige, niſi fuerit emphyteoſis paterna, vt ſtatim dicam. & hæc Bar. ſentẽtia communiter a Doctoribus fuit recepta, vt atteſtatur Alex. ibidem in apoſtilla ad Bar. ipſum in verſ. ius accreſcendi. Idem docuerunt infraſcripti alij Doctores, videlicet Socinus in conſi. 50. in princ. vol. 1. Rayn. conſi. 47. nu. 4. vol. 1. per l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. vbi etiam Ronca. hoc tradit nu. 40. & in l. eadem. nu. 128. & nu. 131. in princ. ff. eo. titu. Alciatus in conſi. 30. incip. Subtiliter, & copiosè. in princ. Idem docuit eleganter, & breuiter Iul. Clarus in §. emphyteoſis, quæſt. 39. verſic. è contrario. his præciſis verbis, videlicet, è contrario pone, ꝙ eccleſia conceſſerit emphyteoſim duobus fratribus, ita vt poſt mortem eorum, & filiorum, ac nepotum ſuorum reuertatur ad Eccleſiam. Certè ſi vnus eorũ decedat nullis

nullis relictis filijs, emphyteosis non accrescet fratri superstiti, sed reuertetur ad Ecclesiam, ita vide tur tenere Bar. in d.l.si mihi, & Ti tio: cuius opinionem dicit esse communem Alex. in consi. 167. nu.4.lib.7. vide in hoc proposito, quæ dixi infra hoc eodem libro, §.feudum, quæst.77. vbi in versic. scias, tñ refert infrascriptos Doct. idem tenere, de feudis, nempè Bal. in l.vnica.nu.15.C.de caduc. toll. Iason hanc dicit communem opinionem esse in l.si mihi & Titio.nu.6.ff.de verb.obligat. & in consi.117.col.6. vers. & tenendo. lib.4. & consil.136.nume.4.vol.4. Curtꝰ iunior de feudis in 2. par. principali circa finem, in tertia dubitatione. Gratus in consil. 4. nu. 14. lib. primo. Socinus iunior in consi.73.nu.22.& sequenti.lib. primò, etsi Cynus in l.vnica.circa finem.C.quando non peten.part. quem multi sequuntur, quos refert Molin. in apostilla ad Alex. consil.30.num.8. lib.primo. Addẽs, qꝑ hęc sit crebrior opinio. idẽ docuit Iulius Clarus rursus vbi supra in vers. sed certe. dicens primam opinionem esse veriorem: addiditque cautelam optimam pro remouendâ omni difficultate dictæ controuersiæ. Idem rursus docuit Bal. in consi.116. incip. Columbinus dedit.num. 1.vol.1. Corneus in consil. 285. nu 6. vol. 3. & in consi.185.nu 2.vol.2.Imo. in c.potuit.nu.55.extr.de locato. Decius in consil.58.nu. 1. vbi loquitur in emphyteosi à marito pro se, & vxore sua, & rursus idẽ Decius in consil. 329. incip. pro defensione, num. 1. Bar. rursus idipsum: sentijsse elicitur ex verbis eius in l.fraudati vectigalis. in fi. ff.de publi.& vectig. Nam ibi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Si ponerem, quòd duo acciperent rem in emphyteosim, & promitterent vectigal simpliciter quilibet tenetur pro parte, vt in l.reos.§.cum tabulis.ff.de duobus reis: & ideo vno cessante, eius portio reuertetur ad Dominum, vt hic. hæc Bar. idem docuerunt & alij infrascripti, videlicet. Decius rursus in consil. 236. paulò post principium, & Alciatus in consi. 16. incip. suprascripti domini. num. 3. Hier. Gabriel in consi. 87. nu. 1. Petrus de Anch in consi. 245. incip. duo prima dubia. nu. 1. qui attestatur in hoc omnes Doctores esse concordes, vt etiam post ipsum tradidit Dec. in consil. 263. nu. 1. & 2. Bal. rursus in l.1. C. quando non peten. part. versic. sed restat tertius casus. & iterum, in l.1.§.in primis. versic. extra glo. C. de caduc. toll. Alex. in consi. 13. lib. 5. & in consi. 203. vol. 2. idem permulta docuit Corbulus in tract. de emphyteosi titu. de causa priuat. ob lineam finitam. nu. 83. vers. quintò extenditur, vbi alias ampliationes & limitationes recensuit: quę cũ non videantur deseruire decisioni præsentis quæstionis, sufficit mihi illa hìc tetigisse. idem expressè docuit Panormitanus in c. ex parte. num. 8. versic. iure accrescendi. extra de feudis. sequens Bar. vbi supra.

Limita singulariter allata in dicta ampliatione, dicendo illa non habe-

habere locum ſi in inueſtitura tã feudi, quàm emphyteoticæ poſſeſſionis apponerentur hæc verba, videlicet. & cuilibet eorum inſolidum. Nam vbicunq; in in-
175 ueſtitura † conceſſa duobus, & vnicuique eorum, vel cuilibet eorum, tunc proculdubio vno deficiente, alter habebit totum. hæc limitatio probatur Doctorum au ctoritate. Nam hoc expreſsè docuit Bal. in c. 1. §. fin. nu. 4. de ſucceſſ. feudi. & eſt communis concluſio, quæ non habet contradicentem, vt docuit Curtius ſenior in conſi. 49. nume. 54. quem refert Belui. conſi. 20. num. 3. & dixit Sigiſmund. conſi. feud. 15. nume. 4. quòd ita præcedens concluſio ab omnibus limitatur: idem docuit Iul. Clarus vbi ſupra in dicto verſic. ſed certè credo. & ſequenti. dicens idem fore dicendum de feudis non conceſſis ab Imperatore, ſed ab alio Principe non recognoſcente Superiorem: & licèt dicti Doctores expreſsè loquantur in materia feudalis poſſeſſionis, tamẽ implicitè idem dicunt in materia emphyteotica: & ratio rationum eſt, quoniam ferè in omnibus quo ad ſubiectam materiam loquendo, æquiparantur feudum & emphyteoſis, & ita cõmuniter Doctores docuerunt, inter quos Iulius Clarus in §. emphyteoſis. quæſt. 39. verſ. ſcias tamen: quòd poſtquàm tradidiſſet nobis pro regula, quòd ius accreſcendi regulariter in contractibus locum non habeat, ſtatim ſubdidit, ſcias tamen quòd hęc concluſio intelligenda eſt, vt procedat ſi à principio concedatur emphyteoſis pluribus perſonis ſimul, tunc enim vno mortuo, alteri non accreſcit, & in hoc omnes concordant, vt dicit Ancharanus in conſ. 246. nu. 2. quem refert ac ſequitur Decius in conſilio 263. nu. 2.

Secunda concluſio emphyteo-
176 ſis cõceſſa † ab Eccleſia, vel alio Domino directo alicui (vt in caſu noſtro) recipienti illam pro ſe & filijs maſculis, qui poſtea deceſſit relictis duobus filijs, quorum demum alter deceſſit ſine filijs; portio dictæ poſſeſſionis emphyteoticę, quæ competebat dicto mortuo non reuertitur ad Eccleſiam, aut aliam perſonam habentem directum dominium ſuper dictis bonis emphyteoticis: ſed illa eo ipſo intelliguntur iure accreſcendi deuoluta ad ſuperſtitem fratrem, & filios eius in perpetuum, niſi contrarium fuiſſet cõuentum inter dominum directum & emphiteotam: quoniam tunc vtique huiuſmodi conuentioni ſtãdum eſſet. de qua latiſſimè tradit Corbulus in tract. de emphyteoſi: tit. de cauſa priuat. ob lineã finitam in capit. incip. Duodecima cauſa nu. 99. verſ. prædicta tamen limitantur. vbi multos refert Doctores ita ſentientes. Vide ibi. Hæc concluſio probatur per argu. in c. vnico. §. & quia vidimus. De his, qui feudum dare poſſ. vbi hęc ad verbum habentur, videlicet. Antiquiſſimo enim tempore, ſic erat in Dominorum poteſtate connexum, vt quando vellent, poſſent auferre rẽ in feudum à ſe datam
poſtea

Digitized by Google

postea verò eò ventum est, vt per annum tantùm firmitatem haberent: deinde statutum est, vt vsque ad vitam fidelis produceretur: sed cùm hoc iure successionis ad filios non pertineret: sic progressum est, vt ad filios deueniret, in quem scilicet, dominus hoc vellet beneficium confirmare: q; hodie ita stabilitum est, vt ad omnes ęqualiter filios pertineat. Cũ verò Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in eius erant seruitio, vt lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere digna retur: & vt frater fratri sine legitimo hærede defuncto, vel filius in beneficio, quod eorum patris fuit, succedat. Sin autem vnus ex fratribus a Domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo hærede, frater eius in feudum nõ succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet vt vno defuncto, sine legitimo hærede, alter succedat: hærede verò relicto alter frater remouebitur. Hoc quoq; scien dum est, quòd beneficium hoc ad veniẽtes ex latere vltra fratres patrueles nõ progreditur successione, secundum vsum ab antiquis sapientibus constitutum, licet moderno tempore vsque ad septimũ gradum sit vsurpatum: quod in masculis descendentibus hodie nouo iure vsque in infinitum extenditur.] hęc ibi. Idem probatur per iura citata supra in probationem ampliationis vnicæ primæ conclusionis.

Probatur & secundo præsens conclusio Doctorum auctoritate vltra glosas in præcitatis iuribus, videlicet Bart. qui in l. si mihi, & Titio, nu. 5. vers. quæro si emphyteosis, & in l qui Rome. §. duo tres, nu. 24. vers. decimò q̃ro, duo fratres habebãt fundum emphyteoticum communem. ff. de verb. obligat. Nam ibi Bar ad verbum se subscripsit prędicti conclusioni verissimæ, & infrascripti Doctores, videlicet Iason in d. l. si mihi & Titio, nu. 12. ibidem Alexan. nu. 15. Pau. de Castro ibidem, nu. 3. & ibidem alij omnes. Imo. in c. potuit, nu. 55. ext. de locato. Bal. in consi. 281. vol. 3. Berous in q. 70. nu. 1. asserens hanc esse communem opinionem. Ruin. in consil. 48. nu. 7. vol. 1. Pau. de Cast. in cons. 86. nu. 9. vol. 1. Bar. in consi. 58. incip. ex themate prædicto. in primo dubio, vol. 1. Roncag. in l. eandem. in princ. num. 136. ff. de duobus reis, multos alios Doctores hoc ipsum docentes citauit.

Amplia singulariter allata in dicta conclusione secunda, dicendo illa habere locum ius accre-
177 scendi etiam si post mortẽ primi emphyteotæ stipulãtis pro se, suis filijs, & alijs descendentibus ex sua linea, filij eius comprehẽsi in dicta inuestitura ex natura rei contẽtæ in huiusmodi facto contractu de nouo impetrassent aliã inuestituram in personam ipsorum, licet cùm necessaria esset propter finitam lineam, & locationem in persona patris eorum: & ratio est, quoniam secunda inuestitura intelligitur facta secundum naturã primæ, & primi contractus initi inter dominum directum,

Digitized by Google

ctum, & patrem ipsorum, & dominum directum dictæ possessionis emphiteoticæ, prout infrascripti Doctores expressè asserue runt, videlicet Bar. in l. si mihi & Titio. nu. 7. vers. sed si quid si Abbas. ff. de verb. oblig. dicẽs, quòd si Abbas de nouo concesserit emphyteosim paternam duobus fratribus, licèt illa in persona patris fuisset finita, & gratia esset filijs concedere: tamen eis non concedere fuisset iniuria, vt in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. vnde tunc crederem (inquit) verba contractus, vt super toto quilibet sibi, suisque filijs videatur stipulatus esse, & recepisse, vt omnia in hoc repetita videãtur. arg. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. de locato. & est casus expressus in c. 1. de succes. fratrum. vel gradib. succeden. in feudo. cuius tenorem retulimus ad verbum supra in probationem conclusionis primæ, quæstioni præsentis: vide ergo ibi. & addit ipse Bart. ibidem in fine. vers. sed quid si vnus frater. Quòd si vnus frater decedit relictis duob. filijs, erit inter eos locus iuri accrescendi ex vigore stipulationis seu cõcessionis sibi factæ si auita fuisset emphyteosis, sed si paterna tantùm: tunc idem dicendum erit in portione patris eorum contingente ratione prędicta. hęc oĩa sunt Bar. verba. Idem docuerunt infrascripti alij Doctores, nempè Alex. in dicta l. si mihi & tibi. num. 17. Iason ibidem sub n. 12. vers. tertio quęrit. Paul. de Cast. ibidem. n. 3. Decius in consi. 53. num. 1. & rursus magis latè in consi. 263. nume. 2. Berous in consi. 109. nu. 24. vol. 1. Bal. in l. vnica. nu. 31. versic. sed quid si dominus emphyteosim. C. quando non peten. par. Imo. in c. ex parte. sub nu. 15. ext. de feudis. & ibidem Pan. in nu. 8. vers. iure crescendi. Alciatus in consil. 16. incip. suprascripti domini. nu. 4. Ioannes Baptista Ferrettus in cõsil. 356. nume. 1. vol. 2. vbi multos alios in hanc sententiam citat. & testatur hanc esse communẽ opinionem, vt etiam affirmauit Iason in dicta l. si mihi & Titio. nu. 12. Berous in consi. 69. in fi. vol. 1. Idem docuit Iul. Clar. in §. emphiteosis. q. 39. in versic. scias tamen & sequenti. postquam probasset, qꝙ regulariter in emphyteosi non detur ius accrescendi. dixit, quòd hmõi conclusio erit intelligẽda, vt procedat si à principio concedatur pluribus personis simul, sed qñ concessa est vni tm̃ pro se & filijs, vel pro se & descendentibus suis: vtiq; inter ipsos descendentes à primo inuestito habet locũ ius accrescẽdi: prout docuit Bar. in dicta l. si mihi. & Titio. quam opinionem vocat cõem Corn. in consil. 131. in litera A. lib. 2. saltem post ius quęsitum vni ex filijs ipsius stipulationis: & ita tenent cõiter oẽs, vt docet Idẽ Corn. in cõs. 285. litera M. lib. 3. quã sm̃am esse cõem attestat Alex. in consi. 21. n. 5. lib. 5. quẽ refert quoq; Decius in consi. 273. col. 2. & rursus Corn. in cõs. 122. in litera V. lib. 3. etsi nõ possit negari qꝙ in hoc casu improprie dicat habere locũ ius accrescẽdi: cũ reuera isti descendentes

Digitized by Google

dentes & primò emphiteota, seu primò acquirente ipsam emphiteosim non veniant ex iure accrescendi, sed ex iure primæ inuestituræ. Nam si pater acquisierit emphiteosim pro se,& filijs,deinde decesserit relictis duobus filijs, quorum vnus sine liberis decedat: certè emphiteosis non reuertetur ad concedentem, sed accrescet alteri fratri, prout cõmuniter docuerunt Doctores,teste Beroo in quæst.70. num. 2. & Iason in dicta l. si mihi & Titio. numero 2.

Tertia conclusio iure suo priuatur conemphiteota si renunciaueritius suum iure emphiteotica alteri conemphiteotæ: ita
178 quòd si is, cui facta † fuit huiusmodi renunciatio decederet sine filijs, vel nepotibus vocatis implicitè in inuestitura dictæ locationis emphiteoticę:ipsa res emphiteotica non ad ipsum renunciantem, vel ad eius filios,& nepotes transibit, seu deuoluetur, sed ad Ecclesiam, vel alium directum Dominum; quando huiusmodi renunciatio fuisset realis & non personalis, & tunc huiusmodi renunciatio dicetur realis quãdo fuisset facta,seu pactum factum fuisset non solùm pro se,& hæredibus & descendentibus:sed etiam pro omnibus,& quibuscunque successoribus, & pro omnibus habentibus causam ab ipso recipiente renunciationem & pactum. & hæc realis renunciatio comprehendit omnem casum, & perpetuò durat, & deficientibus alijs in inuestitura comprehensis, aut ex iure accrescendi vocatis non reddet ad ipsum renunciantem, sed ad Ecclesiam siue ad alium habentem dominium directum non ratione pacti, vt ex eo acquiratur actio, vel exceptio, quia non interest sua alteri acquiri, vt in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. sed ratione abdicationis factæ a se: vt exempli gratia, si quis haberet vsumfructũ in fundo Titij,& ipsum vsumfructum renunciaret mihi, licèt non interfit sua acquiri domino: tamen quia eundem à se abdicauit, ille reuertetur ad dominum de sui natura, vt consolidetur huiusmodi vsusfructus cum proprietate. & hæc conclusio habebit locum solùm quando renunciatio huiusmodi fuisset facta præsente ipso Domino directo, vel coram notario stipulanti pro omnibus, quorum interest, & iuris habent in emphyteosi: cùm emphyteota non possit Domino inuito emphyteosi renunciare, vt docuerũt Doctores citati à Corbulo loco infra citando. hæc conclusio probatur duplici medio. Primò enim per argu. in §. finitur. versic. item finitur vsusfructus. instit. de vsufru. vbi hæc habentur, videlicet: [Item finitur vsusfructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur; Nam cedendo. extraneo nihil agitur.] hæc ibi, ex quibus elicitur argumentum ab identitate rationis, taliter dicẽdo: sicut cessio vsusfructus facta in fauorem extranei est nulla: ad effectum, vt priuetur Dominus proprietatis, sic & renunciatio realis

realis facta ab vno ex conemphiteotis, vt priuetur Dominus directus renunciata, & redeat ad renunciantem. idem & apertius probatur per tex. in c. vnico. De eo, qui finem fecit agnato de feudo paterno, vbi hæc habentur, videlicet, [Tres erant agnati, vel plures: vnus eorum habebat feudum, quod erat paternum: sed alter eorum finem, & refutationem ei, suisque hæredibus, & cui ipse dederit, fecit: decessit iste sine filio masculo: Alter, qui non refutauit, vendicat sibi totum. Alter verò, qui refutationem fecit, vult ad successionē venire, pacto non obstante. Sapientes quidam Mediolanenses interrogati, responderunt, non obstare illud pactum, nisi feudum omnino refutauerit, vel nisi adhoc refutauerit, vt Dominus eum quasi de nouo beneficio inuestiret: tūc enim secuta inuestitura noua, quasi nouum sit feudum, non succedit.] hæc ibi.

Probatur & secundò præsens conclusio Doctorum auctoritate infrascriptorum, videlicet Glos. in dicto c. vnico. Paul. de Cast. in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 4. ff. de verb. oblig. vbi addidit hoc ipsum probari (si bene inspiciatur) in dicto c. vnico. & hanc sententiam sequutus fuit Ruinus in consil. 166. n. 11. vol. primo. idem expressè docuit Ioannes Grottus in dicto §. qui Romę. nu. 150. vers. secundus casus est. idem multipliciter probauit Corbulus in tract. de emphyteosi. titu. de causa priuat. ob renunciat. in cap. incip. octaua ex causa. à nu. 1. vsque ad nu. 10. & in fi. nu. 30. idem docuit latissimè Hieronym. Gabr. in consi. 89. nu. 8.

Quarta conclusio iure suo non priuatur conemphyteota, quando renunciatio iuris sui fuisset personalis, vtputa, quando quis renunciasset huiusmodi iuri suo cō templatione alicuius certæ personæ: & exempli gratia. si vnus
179 † ex comprehensis in inuestitura emphyteoticæ locationis factę renunciat ipsi emphyteosi ad fauorem alterius comprehensi recipientis renunciationem pro se & hæredibus suis. Nam tunc ex tali renunciatione acquiritur solùm huiusmodi ius illis, ad quorum fauorem facta est renunciatio, vnde huiusmodi remissio nihil prodest Domino, nec respectu ipsius domini nocebit ipsi renuncianti: quo minus mortuis comprehensis, quorum contemplatione renunciauit, portio emphyteosis vacans remaneat penes ipsum remittentem. Hæc conclusio probat̄ duplici medio, scilicet Doctorum auctoritate, & ratione fundata in iure: inf scripti enim Doctores ipsi expressè se subscripserūt, videlicet. Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. quęstio. 10. nu. 24. ff. de verb. obligat. & Doct. sequentes, & ibidem Aretinus nu. 29. Alex. sub nu. 60. col. fi. Ripa. nu. 88. & sequen. & communiter ibidem Doctores, vt ibidem testatur Crottus. nume. 146. versic tertia & vltima sit conclusio. & ibidem Iason nu. 80. Federic. de Senis in consil. 228. incip.

duo

duo fratres. & in consil.77.incip. Factum sic se habet. Bal.in consi. 281. incip. Ad euidentiam præmittenda sunt.vol.3.Alex.in consil.15.in fi.& in consil.21.num.4. vol.5.Ruin.in cons.47. n.2.vol.1. vbi & ipse hanc communem testatur; & post ipsum Hier. Gabr. consi.88.n.11.& hæc quidem sententia ac conclusio probatur & secundò infrascriptis rationibus: quarum prima est. Quia pactum non porrigitur, nisi ad eum, ad quem paciscentis interest, vt porrigatur, vt docuit tex.in l.& hæredi. §.fina.ff.de pactis. Secunda est: quoniam ius, quod non acquiritur illi, cui fit remissio remanet apud ipsum remittentem, vt in l.nec vtilem. ff. quibus ex cau. maior.& in l.cum quis.§.debitorem. ff. de solut. Tertia est, quia exceptio acquisita illi, cui facta fuit remissio, non debet prodesse auctori suo, vt in l.si a te.§.fi.ff.de except.rei iudic. Quarta est, quoniam generalis remissio est de iure intelligenda, rebus sic stantibus, non autem noua causa superueniente. argu. in l. Paulo Callimacho.§.1.ff.de legat.tertio Cùm ergo portio deficiens extinctis alijs comprehensis pertineat per ius accrescendi ad ipsum, qui renunciauit, & est superstes. ex hac noua causa & nouo iure debet admitti non obstante renunciatione per eum facta: tum quia res inter alios acta, alteri non acquirit, vt in c.veniens.de iureiuran. & in l.si vnus.§.pactus ne peteret. ff.de pact. Quinta ratio est, quia ipsa renunciatio fuit personalis, & facta contemplatione personæ quæ extinguitur cum ipsa persona, ad cuius fauorem facta fuit, vt not. Afflictus in dicto c.1.nu.6. nota. 3.de eo qui fi. fe. agnat. per ipsummet textum, quem dicit ad hoc semper allegari secundũ glo. ibidem. & in l.idem in duobus, & in l.si vnus.§.antè omnia.ff. de pactis.& probatur ex eo quòd tradit Salycet. in l. si pactum. C. de pact.vbi vult, quòd filia dotata à patre, quæ renunciauit fratribus possit postea succedere non obstante renunciatione, si fratres ad hùc viuo patre moriantur: quia cessante causa, & fauore illorum propter quos renunciatum est, filia admittitur ad successionem, vt ex communi Doctorum sententia scriptum reliquit Decius in consi.568.nu.5. post Bal.in l. pactum, quod dotali.quæst.4.C. de collat.& ibidem Salycet.col.3. & Dominicus de Sancto Gemin. in c.quamuis. de pactis.in sexto, & Alexan. in l.stipulatio hoc modo concepta. vers. aliàs limitatio in dicta l.qui superstitis.col.3. in limit.3.& in consil. 39. col. 3. vol. 3.ff.de verb.obligat. & in consil. 19.vol.3.quos ipse Decius vbi supra citat,& sequitur.Imo.in l.qui superstitis.col.1.ff. de acquir. hęredit.& ibi Rom. col.1. & rursus Rom. in dicta l. pactum. Gregor. Natta in dicto c.quamuis.col.10. limita.8. Paul.de Castr. in dicta l. pactum.col.2.vers.Item queritur. Ioannes Crot.in l. stipulatio hoc modo concepta.col.13.in fallentia 7.ff.de verb. oblig. Socinus in regula 150. in fallentia secunda.

Decius

Decius in d.l.pactum.col.4. in limit.5. & ibi Corn.col.2. in limit. 7. & in consil.291. col.2. vol. 4. & hanc sniam esse veram , & cõem dixit Bertr. in consil.60.vol.1.

Amplia primò singulariter alla ta in d.conclus.4. dicendo illa ẽt locũ habere,qñ fratres in quorum fauorem facta est hmõi renuncia-
tio fuissent exhęredati , & extra-
180 nei instituti, † prout docuerunt infrascripti Doctores , videlicet Angelus in l.au⁹.in fi.ff.de pactis. Soc. in regula 150. fallẽtia 29. Ro ta in antiquis decis.850. Dec.in consil.31.col.1. Alex.in consi.149. col.2.vol.7.Aret.in cõs.17. col.8. Ang.in consil.52. col.fin.Bert.cõsi. 74.col.4.vol.2. Rom.in l.pactum. col.5. in 3.limit. C.de collat. Pa-rif.consil.26.col.3. & sequenti.vol. 3.Ruin.consil.204.col.2.vol.1. vbi ampliat Glo.consuetu. Biturig.f. 74.col.2. Ant.Gabr. in tract.con-clu.lib.3.titu.de iure dot.& dotis promissæ.conclusione prima, nu-me.35. vers.nonò limita.

Amplia secũdò singulariter alla ta in d.quinta conclusione dicẽdo non oẽm renunciationẽ realẽ ex-cludere renunciantẽ a iure accre scendi,seu succedẽdi ex pacto,qd in emphyteosi habet. Nã si quis ꝓp
181 se,& suis hęredib.† ad fauorẽ al terius cõprehensi renunciat oĩ iu ri,qd habet, & habere põt in em phyteosi,quæ post mortẽ alterius decedentis sine filijs ad ipsum p-uenire debebat ex clausula iuris. accrescẽdi. Hæc ampliatio proba tur infrascriptis medijs. Bar.n.in l.qui Romæ.§.duo fratres. q.10.ff. de verb.oblig.& in cõs.58. incip. Ex themate prędicto.nu.5. vol.1. & ratio est,qa illa verba[Remit-tens oẽ ius,quod habet,& habere posset] intelliguntur ex causa de p̃senti, & non se extendunt , neq; cõprehendunt ius post mortẽ , & renunciationem acquisitũ,vt in l. Paulo Callimaco. §.1. ff.de leg.3. & reb.sic stantib.& iure ex noua causa non superueniente, vt dixi-mus,& hãc Bar.snĩam sequuti fuẽ rũt cõiter Doct.ĩ d.§.duo fratres, prout attestat ibidem Ias. in nu. 80.Crotus ibidẽ.nu.146. Soc.iun. in consil.119. nu.17.vol.3. Alex.in consil.107.nu.15. vol.4.Rain.in cõs. 47.nu.2.vol.1.Hier.Gabr. in consil. 88.nu.11.Feder.de Sen.in cõs.77. & in consil.228. Alex.in consil.21.n. 4.vol.5.Dec.in cõs.411.n.3. Corn. in consil.42.nu.9.vol.4.& Bar.rur-sus in l.post emancipationẽ. ff.de liber.legat. & in l.quod seruius.ff. de cõdict.cau.dat.Pau.de Cast.in consil.300. incip. Viso quodã pro-cessu,vol.2. propè finẽ illius consi lij. & Decius rursus in l.1. nu.32. C.de pact.& ibidẽ Ripa.n.26.vbi hanc cõclusionẽ ampliat quatuor modis,& inter cętera dicit, qp nõ intelligatur renũciatũ iuri ex no-ua causa superuenienti,ẽt si renun ciatio sit cũ iuramento , de iure quod renuncians habet, vel habe re sperat, allegatq; c. inter.de re-nunc.idem docuit Ioseph Ludou. in decis.Lucan.dęcis.29.num.68. addens, qp hoc ẽt verificabitur, si cũ iuramento fuisset remissum oẽ ius,quod habet , & habere sperat qũocunq; , & qualitercunq; qua-uis ẽt causa cogitata, & excogita ta,& ratio est,qm̃ regula iuris est,

Digitized by Google

quòd iuramentum in cõtractu ap poſitum recipit eas qualitates,& conditiones,exceptiones,ſubauditiones,& limitationes, quas recipit contractus ſuper quo interponitur, & ad plus non extendit̃ iuramentũ,q̃ extendatur actus,vt in c.quemadmodum.ext.de iureiur.& in l.fin. C.de non numer.pecu.vbi cõiter Doct. idipſum ſenſerunt.Idẽ latè Tiraq.de cõſtitu. poſſ.par.3.limit.7.nu.35. & in repet.l.ſi vnq̃. in prẽfat. nu.165. C. de reuoc.donat. Nam ſicut ibi iuramentum non operatur, quominus poſſit opponi exceptio nõ numeratæ pecuniæ,& qn habeat locum d.l.ſi vnq̃, ita in caſu noſtro efficere non poterit,q̃ non cõpetat ei remedium, & ius ſuccedendi,prout latiſſimè probauit Corbulus in tract.de emphyteoſi, tit. de cau. priuat. ob renunciationẽ ferè per totum, incipiendo a numero 11.& deinceps.

Amplia & tertiò allata in dicta concluſione quarta, dicendo illa habere locũ ẽt in eo,qui per ſimplicem diuiſionem emphyteoſis, quam habebat cũ alio cõem,non
182 dicatur renunciaſſe iuri † accreſcendi,ſeu iuri ſuccedendi ex pacto inueſtiturę, etiã ſi in diuiſione dictum ſit, q̃ vnus remittit alteri oẽ ius,quod habet, & habere ſperat, vt puta ſi diuiſio ſit facta inter fratres (deſcendentes a primo inueſtito de re emphyteotica pro ſe filijs ſuis, & deſcendentib. ex linea ſua)ita vt vni ex diuidentibus tota res emphyteotica obueniſſet,& alteri res allodialis,quia is,cui ſolum res allodialis obuenit, ad emphyteoſim ex iure accreſcendi ſibi ſuperueniente poſt diuiſionem̃ admittitur, etiam q̃ nullam portionem emphyteoſis habeat: quia non dicitur propriè ius accreſcendi, ſed ius ſuccedendi ex pacto inueſtituræ, & ius ſucceſſorium quo ad alterum deuolnitur, altero deficiẽte, cui ſuperſtes ſuccedit defuncto,& hõc non contingit ex tacita, ſed expreſſa diſpoſitione,& pacto, & ideo diximus,q̃ etiam admittatur is,qui nullam portionẽ habet ad ipſam emphiteoſim.

Hęc ampliatio probatur auctoritate infraſcriptorum Doctorum vltra rationem̃ ſupra allatam, videlicet Bal.in c.1. de his qui feu. dare poſſ. §.& quia vidimus. col. 6.nu.4.& in c.1.feu. March.nu.5. in vlt.not.Alex.in l.ſi mihi,& Titio.nu.15.ff.de verb.oblig. Ruin. in conſ.154.col.1.nu.2.vol.1. Corneus in conſi.13. in fine, volum. 3.& rurſus Ruin.in conſi.169.colum.1.vol.1.Hieron. Gabr.in conſil.88.nu.22.& magis latè in conſil.89. nu.7. Gratus in conſil.22. nu.20.vol.1.Alex.rurſus in conſil. 21.num.4.vol.5.Ruin.in conſi.7. nu.10.vol.1.

Limita ſingulariter allata in dicta quarta concluſione, & tribus eiuſdem ampliationibus nõ habere locum, quando vltrà ſupra citata verba ipſe renuncians
183 † conſtituit procuratorem in rem ſuam, eum cui fit remiſſio, ita vt poſſit pro dictis rebus agere, & ſe tueri: & omnia facere, quæ ipſe dominus conſtituens facere poſſet, vel dat ei licentiam

a li e-

alienandi, & disponendi, prout de re propria facere posset. Nam tunc sequuta alienatione per eũ facta, renuncians dicetur excluſus ab emphyteosi, & illo iure accrescendi, seu succedendi: cum insimul ista duo esse simul non possint, scilicet quòd ius succedẽdi ex pacto duret, & competat facultas alienandi irreuocabiliter. Hęc limitatio probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum, videlicet Alexan. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. vlt. sub num. 60. in fin. vers. intelligo tamen istam conclusionem. ff. de verbor. oblig. & magis latè in consi. 189. sub nu. 9. versic. sed prædictis non obstantibus, cum sequentibus numeris, vol. 2. & per not. per Bart. & Aretin. in dicto §. duo fratres. in octaua quęstione, & ibidem per Ioannem Crottum nu. 133. quem Alexan. in terminis nostris sequitur Ruin. in consi. 166. nu. 11. vol. 1. Capr. consi. 82. num. 10. & seq. Berous. in consi. 97. ante nu. 7. vers. nec. obstat. & nu. 8. vol. 1. & in consil. 93. nu. 33. & sequen. vol. eod. & in consi. 130. nu. 77. versic. præterea & tertiò, vol. 2. & rursus ex not. per Bart. in dicto §. duo fratres. in 4. & 8. quæst. Quæ omnia præsertim obtinent locum si interueniat iuramentum, & adiectę sint etiam aliæ clausulæ prægnantes, de quibus per eum ibidem. nu. 32. & per Port. in consi. 142. & Bursatus in consil. 66. num. vlt. Rolan. a Valle in consi. 34. nu. 86. volum. 4.

Sublimita primò singulariter allata in dicta vnica limitatione conclusionis quartæ, dicendo, quòd licet per clausulas ibi recensitas
184 intelligatur renunciatum † iuri accrescendi post mortem eius, in cuius fauorem renunciatum fuerat sit verum quo ad effectum, vt alijs in inuestitura comprehẽsis, quorum fauore fuit facta remissio huiusmodi, emphiteosis acquiratur, & non possit renuncians ad emphiteosim redire, donec supersunt de comprehensis in prima inuestitura, non autem quo ad effectum, vt post eorum mortem emphiteosis ad dominũ reuertatur, excluso renunciante, vel exclusis eius hæredibus, qui essent in inuestitura comprehensi. Hæc sublimitatio probatur auctoritate infrascriptorum Doctorũ, videlicet Berous in consi. 97. a nume. 5. vsque ad 10. vol. 1. Feder. de Senis in consi. 77. & 228. Bursat. consi. 63. num. 30. volum. 1. Hieron. Gabr. in consi. 89. num. 10. vbi quamplures in hanc sententiam citat.

Sublimita & secundò allata in dicta limitatione vnica conclusionis quartæ, dicendo, quòd li-
185 cet huiusmodi renũciatio † (de qua agitur in dicta limitatione) obsit renuncianti, & eius hæredibus extraneis, non autem proprijs filijs, & nepotibus dicti renunciantibus ex ipsa inuestitura vocatis, qui non tanquam hæredes renunciantis, sed ex propria eorundem persona, & iure proprio propter ius accrescendi sibi contingens ex virtute inuestituræ primi emphiteoti eorum progenitoris peterent ad ipsa bona

emphiteotica renunciata admitti, si huiusmodi emphiteosis (cui fuerat renunciatum) sit non hæreditaria, sed ex pacto primi emphyteotę, cum domino directo fuisse recepta pro se, filijs, & nepotibus: & ratio est patentissima, quoniam nemo potest renunciare iuri tertio acquisito, ac per cõsequens nec præiudicare. Hæc sublimitatio probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum, videlicet Dyni, Alber. Angel. Pau. de Cast. nu. 3. Ias. nu. 17. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. Alexan. in consi. 8. num. 16. volum. 3. & ibidem Moderni Parisienses in addit. Alciat. in tract. de præsumpt. regula prima, præsumpt. 31. nu. 3. Bal. in l. in personam. in fine, C. de fideicommiss. & est communis Doctorum sententia, vt testatur Gratus in cons. 22. num. 21. vers. præterea. vol. 1. Corbulus dictos Doctores sequẽs in dicto tractat. & capitulo 11. numero 31.

Amplia contenta in dicta sublimitatione secunda, dicendo ipsa adeo esse vera, quòd si renunciãs promiserit per se, & suos hæredes emphyteosim, cùm renunciauit nõ petere dictam emphyteosim: 186 † nihilominus poterunt de iure renunciantis filij, & nepotes, & eorum descendentes ex recta linea primi emphyteotæ repetere rem emphyteoticã, cũ ex ipsa prima inuestitura vocati sint iure proprio, & ex eorum propria persona ipsam emphyteosim renunciatam vendicare, etiam si acceptassent hæreditatem ipsius renunciantis: quia de iure nõ dicendi erunt contrauenire renunciationi illius, cuius filij, & nepotes sunt. Nam non ex persona (vt diximus) renunciantis, nec vti eius hęredes petunt: sed vti descendentes ex primo emphiteota, cuius inuestitura ad eos se extendit secundum eius propriam naturam. Hæc ampliatio probatur auctoritate infrascriptorũ Doctorum, videlicet Bal. in l. qui se patris. versic. item quæritur si vasallus. nu. 9. C. vnde liberi. Alex. in consi. 13. nu. 11. & in consi. 18. num. 12. vol. 5. Ruin. in consi. 138. nu. 10. vol. 2. & magis latè in consil. 220. præsertim sub nu. 3. vers. non obstat, quòd Bernardinus. volum. 1. per not. per Bart. in l. iusiurandum. §. si liberi. ff. de oper. libert. dum dixit, quòd filia, quæ fuit hæres instituta in re certa, & prohibita plus petere, & quòd nõ potlit contrauenire, potest petere emphiteosim concessam pro se, & filijs, quamuis simpliciter agnouerit iudicium patris: quia illam non petit, vt hæres patris, sed tanquam filia ex iure proprio, id est tanquam descendens ex primo inuestito re ipsa emphiteotica: & ratio est, quia quamuis filij ad quos tanquam filios post mortem pattis, qui renũciauit emphiteosis, spectabat: fuerint hæredes patris renunciantis: tamen per hoc non videntur ratificasse, aut consensisse, quòd ipsi tanquam filij non petent, cùm pater nomine ipsorum filiorum nihil promiserit, sed nomine hæredum (vt supponitur) & docuerunt hoc expresse

presse infrascripti Doctores, videlicet Alex. in cons. 18. nu. 12. vol. 5. Ruin. in consi. 220. sub nu. 4. vers. nec obstat. vol. 1. post Bal. in l. rem alienam. vers extra glo. oppono. ff. de pignorat. act.

Limita singulariter allata in d. ampliatione, dicēdo illa nō habere locū si renuncians emphyteosi
187 † ꝓmisisset per se, & hęredes, & filios ius, qđ remittit, non petere, quia tunc filij, qui essent hæredes patris renunciantis ēt iure proprio, & ex eius propria ꝑsona nō posset emphyteosim petere: nam adeundo hęreditatē patris renunciationem ēt noīe ipsius filij factam ratam habuit, vt declararūt omnes pariter Doctores citati in probationē dictæ ampliationis: & hoc modo dicetur patrē posse pręiudicare filijs in renunciatione emphyteosis paternæ. & hæc ampliatio probatur quoq; auctoritate Corbuli, vbi sup. nu. 32.

His præmissis quam facillima erit responsio d. propositæ qōni, dicēdo, ꝙ cum hmōi remissio, seu renunciatio iuris bonorum emphyteoticorum fuerit personalis, & sine clausula expressa in limitatione vnicę conclusionis quartę, & trium ampliationum, & nō realis. inde cōsequens fit, ꝙ dicta bona emphyteotica, quæ ꝓp diuisionem factā inter ipsum Ioannē Baptistā, & Augustinū fratres, & descendētes ex linea legitima, & naturali, & directa d. Thomæ Iustiniani, aliàs Murchij, cōtigerūt ipsi Ioanni Baptistæ post mortem Francisci filij eiusdē Ioannis Baptistę nullo legitimo, & naturali filio superstite deuoluta ipso iure & facto dicenda fore ad Laurentium nepotē d. Ioannis Baptistæ, & filiū legitimū, & naturalem d. Augustini fratris d. Ioannis Baptistæ, & filij legitimi, & naturalis d. Thomæ primo emphyteotę, & nō ad Monasteriū S. Benigni qđ habebat directū dñium d. emphyteoticę possessionis, ꝓut fuit ꝓbatum per allata in probationem quartę conclusionis, & eiusdē ampliationum. Videatur ergo in dictis locis citatis, stantibus oībus allatis in quęstione prima, in qua probauimus de iure nullam fuisse alienationē factam a dicto Monasterio de dicto directo dominio incōsulto Romano Pōtifice.

Ad quartum dubium. Cū ex hucusq; deductis eliciat decisio præsentis qōnis, cū ex illis habeatur alienationē nullā fuisse, ac nullū ius potuisse trāsferri ex d. alienatione ad dictū Bartholomeū: indè sequitur, ꝙ fideicōmissarij, cū non fuerint veri dñi dictoru bonorum, nec aliqđ ius ex hmōi fi-
188 deicommissione ad ipsos peruenerit, sine consensu d. Monasterij dñi directi, & d. Laurentij dñi vtilis nō potuerint vēdere hmōi bona d. Bartholomeo. iuxta iuris regulam vulgatissimā. in c. nemo potest, vbi hæc habentur, videlicet. [Nemo potest plus iuris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscatur.]

Ad quintam quęstionem. An. s. dictus Garellus tuta conscientia, & sine incursu excōicationis possit detinere dicta bona emphyteotica, sine assensu Monasterij

Digitized by Google

ſupradicti domini directi, & dicti Laurẽtij veri emphyteotę ignorantis huiuſmodi ius ad ſe deuolutum, & abſque aſſenſu Summi Pontificis.

Reſponſurus breuiter remittendo Lectorem ad quamplurima allata in probationem vnicæ cõclusionis decidentis primã propoſitam quæſtionem, & in reſpontionem ad obiectionem quartam factam in eadẽ quæſtione. Vbi fuit probatum huiuſmodi Garellum detentorẽ eſſe in peccato mortali, & incurriſſe ſententiam excõmunicationis, & non poſſe abſolui, niſi præuia reſtitutione.

Et hæc eſt mea ſnĩa deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut a Neapoli Abbas, & Monachus Congregationis Caſſinenſis V.I.P.

SVMMARIVM.

1 *Cõceſſione in generali quæ veniant.*
2 *Perſonas eximptas ſimpliciter, in aliquo ſubijci alicui non eſt inconguum, in reliquis permanente eorum exemptione illibata.*
3 *Exemptio facta in vno non extendit ſuos effectus ad alia. cùm inclusio vnius ſit excluſio alterius.*
4 *Priuilegium perſonale generaliter conceſſum ſequitur perſonam quocunque vadat.*
5 *Priuilegia ſunt reſtringenda, vt minus, quàm poſſint, noceant iuriſdictioni ordinariæ. & quare.*
6 *Priuilegium vergens in præiudiciũ alterius erit ſtrictiſſimè interpretandum.*
7 *Propoſitio indefinita poſita in aliquo reſcripto, qũo ſit intelligenda.*
8 *Verba præcedentia limitant, ſeu declarant ſequẽtia verba obſcura adeo quòd ipſa videantur repetita.*
9 *Verborum clauſula poſita in medio diſpoſitionis alicuius ad quæ referatur.*
10 *Voluntas Principis erit præſumenda conformis iurĩ, ſeu talis qualis de iure eſſe debeat, & ſine præiudicio tertij.*
11 *Beneficium Principis decet eſſe manſurum.*
12 *Regularis exemptus quando poterit puniri à Diœceſano.*
13 *Reſcripti Pontificij forma quando ſit ſeruanda.*
14 *Reſcripti verba erunt conformanda æquitati, etſi ipſa verba forſan hoc nõ paterentur. & quare & quãdo.*
15 *Princeps vtens clauſula, ex certa ſciẽtia, an pſumatur voluiſſe præiudicare iuri tertio acquiſito.*
16 *Verba in reſcripto vel lege poſita cõformare debemus æquitati, licet hoc non patiantur: & quare.*
17 *Diſcrepantibus à iure cõmuni, quid ſit faciendum.*
18 *Priuilegia alij præiudicialia ſtrictè erunt interpretanda, & quantum poterit ad iuris conſonantiam reducenda: & quare.*
19 *Reſcriptorum verba ambigua, erunt interpretanda ſecundum ius commune, & quare & quando.*
20 *Reſcripti verba debent conformari æquitati, etſi natura verborũ hoc non patiatur. & exemplificatur.*
21 *Reſcripti clauſulæ, quæ ſunt ſecũdũ cõe ius, recipiũt interpretationes et limitationes, quas recipit ius cõe diſponẽs de materia illius clauſulę, & exemplificatur.*
22 *Verba p aliquid debeant vpari. qũo*

ſit

Digitized by Google

sit intelligendum exemplificatur.

23 *Papa poterit derogare iuri cõi, sed quando hoc voluisse intelligatur.*

24 *Rescriptum Principis reducendum erit ad ius commune.*

25 *Priuilegio vel beneficio Principis quando non sit standum. & quare.*

26 *Motu proprio, hęc clausula quid operetur.*

27 *Personas Congregationis Cassin. esse exemptas ab omnibus Ordinarijs decreuit Eugenius Papa Quartus. & eorum exemptio adhùc perseuerat illibata.*

28 *Priuilegiorũ Congregationis Cassin. derogatio non fiet, nisi ad verbũ de ipsa fieret mentio in aliquo rescripto, et de simili est Rotæ decisio.*

29 *Basilij Sancti Monachi prius subiecti cõmẽdatarijs suorũ Monasteriorũ a Papa Gregorio Tertiodecimo fuerunt facti exempti ab omnimoda illorum iurisdictione.*

30 *Actus factus de facto non pręiudicat in iure acquisito.*

31 *Actus plures exerciti à psonis Congregationis Cassinen. contra ipsius Congregationis priuilegia non pręiudicãt ipsi Cõgregationi: et quare.*

32 *Multipliciter probatur Monachos posse constituere cõseruatorẽ, licèt hucusq; tali priuilegio nõ vsi fuissent. & traditur optima doctrina ad hoc probandum, & an per non usum priuilegij, perdatur illud, optimaque traditur distinctio.*

De Monachis Montis Regalis Congregationis Cassinensis, an sint subiecti Archiepiscopo, in quo rescriptorum, & priuilegiorum materia exacte tractatur

THEMA.

Illustrissimus Cardinalis Farnesius Archiepiscopus Montis Regalis obtinuit pro se, & successoribus rescriptum a Papa Paulo Tertio fęlicis recordationis, in quo indulta fuit sibi facultas Monachos Montis Regalis compellendi ad quædam specialia ibi expressa obsequia præstãda ab eis in Ecclesia Cathedrali Montis Regalis: & cum ipse Summus Pontifex subintulisset ibi hęc præcisa verba. [Et qp Archiepiscopus est caput ipsorum Monachorum, illorumque exemptionem a visitatione, & correptione Archiepiscopi quo ad regularia instituta tantum, & non quo ad supradicta, vel excessus perpetratos, vel perpetrãdos, in quibus correptioni, & visitationi Archiepiscopi, seu eius Vicarij prædictorũ, prout sunt subiecti, sint & esse censeantur] Illustrissimus Ludouicus Torres ad pręsens Archiepiscopus, & eius Vicarius generalis (fortè non animaduertentes generalem exemptionem indultã ab innumeris Summis Pontificib. personis Monachorum Congregationis Cassinensis) credunt virtute supradicti tenoris ipsius simplicis rescripti se obtinuisse, & obtinere plenam, & meram iurisdictionem in foro fori, dictorum Mona-

Digitized by Google

chorum perſonas puniendi pro quibuſcunque excellibus, & criminib. perpetratis, & perpetrandis tam intra, quàm extra Monaſterium Montis Regalis, etiam non ſpectantibus ad materiam obſequiorum pręſtandorum per ipſos, & in dicta Eccleſia Cathedrali, vt puta, ſi peccarent peccato adulterij, ſtupri, furti, & his ſimilibus peccatis, vel maioribus, ac ſi verè eſſet ipſe Archiepiſcopus, vel eius Vicarius Prælatus, & perſona Congregationis Caſſinenſis, vt ſunt reliqui Prælati, & Priores perſonę merè Monaſticę, habentes plenam, & meram iuriſdictionem ſuper perſonas Monachorum ſibi indultam, tam a Beatiſſimo Patriarcha Benedicto, & a iure communi, quàm a quamplurimis Summis Pontificibus per eorum ſpecialia reſcripta, & priuilegia.

Quæritur modò an dictus Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, vel eius Vicarius pro tempore exiſtentes de iure poſſint punire dictos Monachos virtute dicti reſcripti pro excellib. ſuis, & criminib. perpetratis, & perpetrandis intra, vel extra clauſtra dicti Monaſterij ſpectantibus ſolū ad vitā, mores, & honeſtatē Monachorum, & non ad obſequia præſtanda ab eis in dicta Eccleſia. Nec non, an poſſit inde prohibere Archiepiſcopus vſum priuilegij de eligēdo conſeruatore indulti a Sede Apoſtolica.

DECISIO LIII.

INVOCATO Sanctiſſimæ, ac indiuiduę Trinitatis numine, atque Beatiſſimæ Deiparę Virginis Mariæ, ſub cuius felicitſſimo nomine reperitur nūcupatū Monaſterium, cui (etſi immeriti) præſumus tamen, ac noſtri Sanctiſſimi Patriarchę Benedicti ſuffragijs humillimè implo ratis litteris cōmendare ſtudebimus quicquid ex vtriuſque iuris apicibus, necnon ex vtrius iuris profeſſoribus excerpere deſuper datum fuerit pro decidenda hac difficili propoſita quęſtione.

Dicimus ac pro eiuſdem quęſtionis deciſione firmiſſimè aſſeueramus dictum Illuſtriſſimū Archiepiſcopum, vel eius Vicarium nullam obtinuiſſe, vel obtinere iuriſdictionem in perſonas dictorū Monachorum pro tempore deſeruientium in d. Eccleſia virtute d. reſcripti pro excellib. criminib⁹ ab illis perpetratis, vel ꝑpetrādis tam intra, q̄ extra dictum Monaſterium: ſed ſolum obtinere poteſtatem ipſos viſitandi, & puniendi pro excellibus perpetratis, vel perpetrandis in denegatione obſequiorum per ipſos pręſtandorū iuxta normam traditam ipſis in dicto reſcripto a felici recordatione Papæ Pauli Tertii ſub ſupraccenſito tenore verborū inibi expreſſo, quod & probamus infraſcriptis veriſſimis rationib. & fundamentis.

Primum quorum eſt. Cū in generali conceſſione † non veniant

1 ea,

Digitized by Google

ea, quę veriſimiliter non eſſent quis conceſſarus: vt in regu.in generali de regu.iur. in ſexto. Inde ſequitur, ꝙ cùm hmõi verba contenta in dicta clauſula reſcripti ꝑ ſe pateant fuiſſe generaliter prolata, & veriſimile ſit ipſum Papã Paulum Tertiũ non intendiſſe per illa generalia verba præiudicare tot priuilegijs, & exemptionibus indultis a ſuis prædeceſſorib.omnibus ꝑſonis Cõgregationis Caſſinenſis, nulla ibi adiecta ratione talis derogationis priuilegiorum ſibi conceſſorum, ꝙ inde eliciatur hmõi intellectũ talis reſcripti tanquã odioſum, & a mẽte reſcribentis lõgè alienũ eſſe de iure nullũ, & voluntariũ. & ſic dicendũ forè ipſum Pontificẽ Summũ vtentem ſupracitatis verbis noluiſſe ſubijcere ꝑſonas Monachorũ viſitationi, & cohertioni Illuſtriſſimi Archiepi, vel eius Vicarij, niſi ꝑ excetſib.ab illis perpetratis, vel perpetrandis circa obſequia ꝓſtanda a' eis in Eccleſia Cathedrali eorum, iuxta præſcriptã eiuſdẽ Summi Pontificis normã traditam in d.reſcripto. Nec hoc eſt incongruũ; cùm ẽt perſonæ exẽptę ſimpliciter a iuriſdictione Eꝑorũ ꝑ accidens, & in aliquo caſu erunt
2 Eꝑis ſubiectæ, † ſcilicet quo ad aliquod miniſterium eis cõmiſsũ, & ab illis de iure exigendũ. Quapropter, etſi in reddendo tali obſequio, vel miniſterio, tales perſonæ deliquerint, poterunt puniri à tali Archiepiſcopo, vel eius Vicario. non autem ſi in alijs non ſpectantibus ad obſequiũ vel miniſterium ſibi delegatũ à talibus Prẹlatis, eò ꝙ circa talia remaneant adhuc exempti ipſi Monachi ab illorum iuriſdictione, prout in caſu ſimili apertiſſimis verbis docuit Innocẽtius Tertius, & habetur in c.cũ in capella.ext.de priuilegijs, vbi hęc ad verbũ habentur, videlicet. [Cùm Capella Ducis Burgundiæ gaudere dicat hmõi priuilegio, ꝙ nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus in perſonas Canonicorum ijſdẽ Capellæ, ſuſpenſionis, vel excõmunicationis, aut interdicti ſententias audeat promulgare: quidam Capellę ſupradictę Canonici, qui Parochiales Eccleſias à te tenent, occaſione priuilegij prẹlibati, in his ẽt, quarum iuriſdictio ad te pertinet, ita ſe dicunt exemptos; vt quantum cuiq; grauiter interdum excedant, tuæ correctioni recuſant, & ſnĩæ ſubiacere. Quo circa mãdamus quatenus in quãtum exempti ſunt eiuſdem rõne Capellę, Apoſtolicis priuilegijs deferas reuerenter: ſed in quantum rõne Parochialium Eccleſiarum, vel aliàs iuriſdictionẽ tuam reſpicere dignoſcuntur, officij tui debitum in eoſdẽ liberè proſequaris] hæc ibi. Idem prorſus elicitur ex text.in c.qm̃. extra de priuilegijs, vbi hęc habentur, videlicet. [Qm̃ per confeſſionem conſtat partis aduerſę, quòd Nepeſinus Eꝑs ius Eꝑale percipit in Eccleſia Sãcti Blaſij de Flagen. credimus, ꝙ non obſtante illo Capitulo priuilegij, quod Monaſterio eſt indultũ, vt nullus Eꝑs Eccleſias, vtroque iure illi ſubiectas interdicto ſupponere, vel Monachum,

chũ, ſeu Clericũ eiuſdẽ Monaſterij ſynodare, vel excõicare pręſumat, Præfatus Eps poſſit interdicere à Eccleſiã,& excõicare Monachum , ſeu Clericum veſtrum ad eius regimen deputatum cùm alterutrum de iure fuerit faciẽdum:qm illud Capitulum intelligendum eſſe vr de Monachis, aut Clericis in ipſo Monaſterio permanentibus , vel ad Eccleſias deſtinatis , vtroque iure ſibi ſubiectis]hæc ibi. Idem prorſus probatur in c.1. de priuilegijs in ſexto', §.in eos.vbi hęc habentur, videlicet . [In eos aũt quibus ne interdici,ſuſpẽdi,vel excõicari à quoq; valeãt à Sede Apoſtolica eſt indultũ, ſicut ſunt Religioſi qplures in quorũ priuilegijs continẽt , ne quisq; Eps,vel Archieps Monaſteriorũ ſuorum Monachos pro vlla cauſa, vllovè loco interdicere, ſuſpendere,vel excõicare præſumat ijdẽ Ordinarij iuriſdictionẽ ſuã, quantũ ad iſta vbicũq; illi fuerint penitus exercere nõ poſſunt. Niſi forte ipſi Monachi ad Monaſteriorũ ſuorũ Prioratus Ordinarijs eiſdẽ ſubiectos(vt vel gerant eorũ regimen,vel in eis tanq; proprij locorũ ipſorum Monachi reſideãt) fuerint deſtinati: tũc.n.etſi liberè poſſint ad eadẽ Monaſteria reuocari,ac tã illorum , q ipſorũ prioratuũ Monachi reputentur(cũ nõ ſit inconueniens aliquẽ vbique locũ habere Monachũ vnũ alteri ſubeſſe Monaſterio, vel ab ipſo noſcitur depẽdere, rõne tñ eorundẽ Prioratuũ dicti Ordinarij ſua iuriſdictione in ipſis,ẽt quoad pmiſſa,quandiu morãtur in illis, licitè vti pñt]hęc ibi.Idẽ prorſus habẽt in c.p exemptionẽ.de priuilegijs in ſexto . Ex quib.oĩb.luce meridiana clarius patet, qp non eſt inconueniẽs,imò rõni conſentaneũ id,quod ſupra attulimus dicẽdo, qp dicti Monachi Cõgregationis Caſſinẽſis)etſi ſint ſubiecti ipſi Archiepo in eius viſitatione,ac punitione , ſi neglexerint obſequia ſibi impoſita per dictũ reſcriptũ à ſupradicto Pontifice exhibẽda in d.Eccleſia Cathedrali,nõ iccirco ſequit,qp eorum perſonæ in reliqs actionib.ſuis non remãſerint exẽptæ a iuriſdictione d.Archiepi: cũ alias inde fuiſsẽt oĩmoda exẽptione priuati, abſq; redditione cauſę, eo qp non tm loca,& Monaſteria eorũ dicanr , & ſint exẽpta ab oĩmoda iuriſdictione Eporũ per priuilegia ſibi indulta,verum ẽt(quod maius eſt)& pſonæ ipſorum , prout peroptimè docuit in caſu ſimili Marian.Soc.in c.recepimus.nu.70. verſ.ſecundus caſus principalis eſt.ext.de priuileg dicens , qp qñ perſona principaliter eſſet exẽpta,tunc regulariter non põt cõueniri,iudicari,aut puniri a Dieceſano Epo ẽtratione delicti cõmiſſi,vel contractus geſti in Dięceſi,vel loco non exẽpto,quia aliàs eorũ priuilegium eſſet inutile,ex quo ſunt exẽptæ pſonaliter. Idipsũ rurſum docuit ipſemet Socinus in d.c.cũ Capella. nu.5.& ſequentib.dicens: quartò nota qp eo ipſo, qp conceditur priuilegiũ pſonis,cũ adiectione certi loci, vt Canonicis talis loci,priuilegiũ exẽptionis nõ eſt merè perſonale,nec merè reale : ſed eſt perſonale

nale restrictũ ad locum. Et ideo si isti Canonici,quib.concessũ est priuilegium exẽptionis respectu Capellę,delinquãt in Capella,nó possunt excõicari, vel ĩterdici ab Epo,aut suspẽdi,sed bene possent alia pœna puniri:qa nó sunt simpliciter exẽpti: sed quo ad quid, hoc est, vt non possint excõicari,
3 vel ĩterdici. Vnde exẽptio † facta in vno,non extendit effectus suos quo ad alia. Imò cõtrarium,quia inclusio vnius exclusio est alterius. de quo dixi(inquit ipsemet)in c. recepim⁹.sup.eo.in 8.art.principali. sed si isti delinquerẽt ext.Capellã possẽt ẽt excõicari,& interdici,vt dixi in d.c. recepimus. in 6.art.principali sec⁹ si priuilegiũ esset merè psonale;qa tunc nó possent,vt ibi dixi.Idẽ Pan.& reliqui Doctores in citatis iuribus, qbus summopere astipulatur Henricus Boich ibidẽ. & Philipp⁹ Frãchus in d.c.1.§.in eos. nu.2. dicens, qp
4 priuilegiũ † psonale generaliter cõcessum sequitur psonã quocunq; vadat,vt in c.priuilegiũ.de regu. iur.in 6. q Philip.Frãchus in c. ne aliqbus.nu.1.de priuileg.in 6.dixit:qp sint priuilegia restringẽda, vt minus,q̃ pót, noceant iurisdi-
5 ctioni ordinarię,.† cũ iurisdictio Ordinarij nõ sit cõtẽnenda; imò potius tanq̃ fauorabilis sit extendenda,,put docuit ẽt Glo.in Clẽ. 2.in verbo nolumus.de officio Ordinarij,dicens,qp collatio ordinariorũ,vt naturalis in regula in generali.de reg.iur.in 6.col.2.n.30. dicens,qp generalis cõcessio constringat,seu arctet nè cõphendat potestatẽ priuilegialiter cõcessã. argumento in l.1. primo respõso. ff.de officio eius cui mandata est iurisdictio. At qm̃ d.clausula in d. rescripto contenta, in quo agi vr̃ de concessa potestate visitãdi, & puniendi ipsos Monachos:etsi re uera à iure pitis fuerit omniuo restringẽda quo ad Monachos trãsgressores d.priuilegij, seu rescripti,in dictis obseqjs pręstãdis ab eis;vt sup.docuimus,& in seq.fundamento latiùs probabimus: tũ dato,& non concesso;nec de iure concedendo, qp fuerit generalis concessio, nihilominus p se patet ipsam forè restringendã,nè iurisdictio ordinaria priuilegialiter cõcessa Pręlatis Monachorũ Congregationis Cassinẽsis deseruientium d.Ecclesiæ Cathedrali Montis Regalis, pacto aliquo veniat restringenda, seu minuenda: sed omnino integraliter conseruãda iuxta p̃dicta iura,ac Doctorũ vota,inter quos est Pan.& Deci⁹, q ex c.sanè. de priuileg. colligũtur
6 qp priuilegiũ † vergens in alterius detrimentũ strictissime foret interpretandũ:qd & multi alij Doctores docuerunt, quos recensuit Carolus Tappia in suis cõmentarijs in rubr. & l. fin. ff. de const. princip.capitulo 6.

Secundum fundamentum est. Qm̃ est regula iuris vulgatissima,
7 qp propositio† indefinita,reposita ĩ aliquo rescripto, seu priuilegio non referatur ad oĩa, vbi non est vniformis rõ,sed tãtummodo ad ea,in qbus vniformẽ rõnem militare constat.Cui regulæ se subscripserũt inter alios Bal. in l.tres fratres in princip. ff.de pact.Decius

in

in conſ.309.nn. 13.Socin. iun. in conſ.115.& conſ.23.n.27.lib.primo.conſ.9.n.7.conſ.168.nu.19.& 50.& in cõſ.186.n.10.lib.2. cùm ergo Sũmus Pontifex in d. reſcripto docuiſſet ea,quæ obſeruanda eſſent à Monachis in Cathedrali Eccleſia,& in funeralibus nè forſan ipſi Monachi cognoſcentes ſe regulariter exẽptos à iuriſdictione Archiepiſcopali, & ideo obedire renuiſſent in his,quæ ipſe Sũmus Pontifex eos ſubdiderat iuriſdictioni Archiepi. ſtatim poſt alia obſequia ibidẽ pſtanda enarrata ſubdidit. [Et ꝙ Archieps eſt caput Monachorũ] & nè ipſe Archieps ꝑ illa generalia verba voluiſſet vſurpare iuriſdictionẽ Monachorũ, ſtatim ſubdidit,dicẽdo [illorumq; exẽptionẽ à viſitatione & correctione Archiepi prẽfati,quo ad regularia eorũ inſtituta tantum,]ſ.fore ſeruandam illibatam.& ne ipſi Prẽlati Monachi pro tẽpore deſeruientes d.Eccleſiæ Cathedrali auderent tranſgredi dictas ordinationes Põtificias ſubdidit.[& non quo ad ſupradicta] .ſ.quo ad ea obſequia pſonalia,quæ exequẽda mandauerat ꝑ Monachos in dicta Eccleſia: cũ cõſtet inibi de nulla alia materia loquutum fuiſſe Summum Pontificẽ, niſi ſolùm de d.obſeqjs prẽſtandis,vt ergo ipſi Monachi terrerentur,ſaltẽ timore pœnarũ ab excelſibus hmõi, ſeu tranſgreſſionibus ſupradictis perpetratis, vel ꝑpetrãdis: ſtatim ſubdidit [In qbus correctioni & viſitationi eorum &c.] Ac ſi aptiſſimè dixerit ipſe Sũmus Pontifex,ꝙ licet Prẽlati & Monachi Congregationis Caſſinenſis protẽpore deſeruientes d.Eccleſiç Cathedrali,regulariter non veniunt priuandi exemptione indulta per Sedẽ Apoſtolicã reliquis Prælatis,& Monachis eiuſdem Congregationis.Nihilominus ſi tranſgreſſi fuiſſent ipſum mandatũ Apoſtolicũ, quo ad ſupradicta exequẽda in eadem Eccleſia tanq̃ tranſgreſſores mãdati Apoſtolici ab eiſdẽ Archiepo,vel Vicario tãq̃ delegatis in hoc à Sede Apoſtolica, erunt puniẽdi pro tali trãſgreſſione.Et ꝙ hęc noſtra interpretatio ſit à iure pitis oĩno recipiẽda,tanq̃ veriſſima,probatur nõnullis ſacrorum Canonum auctoritatibus, Doctorumq; ſententijs,& rõnibus,quarum prima eſt,quã regula generalis eſt,ꝙ prę- 8
cedentia † verba limitant, ſed declarant ſequentia verba obſcura, adeo ꝙ ipſa videntur repetita;vt ꝙplurimi Doctores docuerunt, videlicet Guid. Pap. in 485. deciſ. incip. ſi in aliqua diſpoſitione. n. 2.verſ.& facit pro hoc.in cuius regulæ fauorem facit text. in l.ſi ita inſtitutus. §.Griſogonus.cùm ibi not.per Bar.ff.de verb.obliga. ad hoc ipſum facere vĩ tex. in l. talis ſcriptura.§. hãc ſcripturam. ff.de leg.1.& ibi per Bart. cuius ſnĩam reaſſumens Aret.ibidẽ col.2. not. vlt.dixit valde ſingulariter,quòd clauſula † poſita in medio, ẽt ſi 9
appoſita fuerit per verba præteriti temporis refertur ad ſequentia, & ad præcedẽtia,de quo ibidem ꝑ Bart.& alios plenè. At qm̃ vt diximus (volens ipſe Summus Pontifex declarare in quibus ipſi Mo-

Monachi essent puniendi ab Archiepo in excessibus suis, distinguẽdo processit dicens [Quòd si delinquerit Monachi in regularibus statutis, quo ad ipsa sint exẽpti à visitatione & correctione Archiepi: si verò i executione obsequiorum prestandorũ in Ecclesia, subsint visitationi & corectioni Archiepi, seu eius Vicarij.] vt patuit p adducta precisa rescripti verba recẽsita hucusq;, in cui⁹ vti que veritatis cõfirmationẽ sũmopere deseruit memoriæ cõmendare, q̃ id ipsum eliciat ex clarissimis verbis, q̃bus vsus fuit Sixtus Quartus felicis recordationis in anno 1483. in suo rescripto, i quo vniuit Monasterium Montis Regalis Congregationis nr̃æ Cassinensi, ibi vtentis infrascriptis verbis, videlicet. [Quiq; ex Monasterij Mõtis Regalis vnione, annexione, & icorporatione predictis nullũ dignitati Archiepali, & p̃fato Cardinali, eiusq; successoribus Archiepis Mõtis Regalis prorsus preiudiciũ generet: sed illius seruent prehẽminentię Archiepales illęsæ, ac iura immunitates, priuilegia, cęteraq; oĩa, & singula ad dignitatem, & Archiepalem mẽsam nunc pertinentia, & q̃ in posterũ ptinebunt, integra sẽp, & inuiolata pmaneant. ipsius tñ Monasterij Monachi visitationi, & correctioni Presidentis, & visitatorũ d. nouæ Congregationis, qui pro tẽpore fuerint. dumtaxat sint subiecti, mandãtes, vt debeãt pro diuinorũ decenti celebratione in eadẽ Ecclesia, q̃ insignis est, & famosa, ad minus sint sexdecim numero in Ecclesiasticis ordinibus constituti] hęc ibi. ex q̃b. oĩb. luce meridiana clarius patuit, q̃ diximus fuisse, & esse verissimum, s. q̃ Prelati pro tẽpore existentes in Monasterio Montis Regalis habeãt plenã & merã iurisdictionẽ in monachos d. Ecclesię deseruiẽtes, & non Archiep̃s, seu eius Vicarius pro tẽpore. & q̃ visitationis & punitionis munus resideat apud ipsũ Prælatũ; & visitatores ac Præsidentẽ d. Congregationis ipsemet Sixtus Quart⁹ in eodem priuilegio, seu rescripto vnionis paulò post p̃dicta declarauit infrascriptis vtẽs verbis, videlicet. [Visitatoribus aũt prædictis suæ visitationis officium exercẽtibus annuales Abbates, & Priores de grauibus culpis, & defectibus cũ cõsilio Præsidẽtis Cõgregationis & seniorum Monasterij visitati à regimine, & ministratione Monasterij sui suspendendi, & illã Priori clausirali eiusdẽ Monasterij & Ecclesię, vsq; ad subseq̃ns Capitulũ cõmittendi, & alios officiales minores pro defectib. p̃ter correctionẽ, & pnĩam ob eorũ grauitatem, & depositionẽ ipsorũ demeritis exigentib. cũ consilio Præsidẽtis ex consensu Abbatis, & aliorũ officialiũ, & patrũ Monasterij ab eorũ officijs, q̃bus se indignos reddiderunt amouendi, & alios amotorum loco vsq; ad subsequẽs Capitulũ, qui pari, qua deputati a Capitulo potestate fungantur, subrogandi, plenã tribuimus motu, scientia, & auctoritate p̃dictis potestatẽ.] Et q̃uis non negemus fuisse derogatũ in nonnullis, huic priui-

priuilegio ſeu reſcripto dicti Sixti Quarti per reſcriptū ad inſtantiam Illuſtriſſimi olim Cardinalis Farneſij: pro eo q̄ Paulus Tertius fœlicis recordationis in anno 1549. in fauorem Illuſtriſſimi Archiep̄i nonnulla obſequia prę-ſtanda in Eccleſia Mōtis Regalis per ipſos Monachos inibi pro tēpore cōmorantes ſubdiderit per ſup. ſępe recēſita verba, videlicet. [& q̄ Archiep̄s eſt caput Monacorū &c.] In quibus verbis tradidit iuriſdictionē tam ipſi Archiep̄o, q̄ eius Vicario viſitandi, & puniendi exceſſus dictorū Monachorū ꝓpetratos, vel perpetrādos in exhibitione nōnullorū obſeq̄o rum in d. Eccleſia exhibendorum per ipſos Monachos, & nō alia de cauſa. iccircò ibidē ſtatim, & immediatè ſubintulit hæc p̄ciſa verba [Deniq; q̄ Prior, Decanus, & Monachi prędictis non contrauenıantur, q̄ ſi ſecus in aliquo prędictorum per eos factū fuerit, Vicarius ſuus p̄fatus Vice, ac noīe ſuo circa ea prouidere, ac eorū defectui ſupplere poſſit &c. [Qui Summus Pontifex volens, vt inuiolabiliter eius reſcriptū ſeruaret, & q̄ per eius tenorē nullus moleſtaret, quibuſdam Prælatis dedit in mādatis, eis delegādo poteſtatē cōpellendi ad obſeruantiā cōtentorū in ipſo ſub his verbis, videlicet [De nouo ēt ꝓpetuò ſtatuimus, & ordinamus quo circa venerabilibus fratribus nr̄is Cerenant. Felerin. & Albigañ. Ep̄is, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorū per ſe, vel aliū, ſeu alios faciant auctoritate nr̄a p̄ſentes literas, & in eis cōtenta q̄cunq; plenū effectū ſortiri, & inuiolabiliter ſeruari, non permittentes quemcunq; circa illorū tenorem qūolibet moleſtari, perturbāri, aut inquietari vel cōtra eos, vel eadē p̄miſſa aliquid intētari, cōtradictores quoſlibet rebelles cōpeſcēdo, &c.] Ex q̄bus ergo oībus patuit, q̄ etſi Paulus Tertius fœl. record. aliquantulū derogauerit iuriſdictioni ordinariæ cōceſſæ ſup Monachos pro tēpore exiſtentes in Monaſterio Mōris Regalis Cōgregationi Caſſinēſi, tribuēdo poteſtatem ipſi Archiep̄o vel eius Vicario viſitādi d. Monachos, ac ipſos puniendi pro exceſſibus perpetratis vel ꝓpetrandis p ipſos Monachos, q̄ per ſup. recenſitū reſcriptū ipſe Sixtus Quartus denegauerat: Hoc ſolùm cōceſſit ipſe Paulus Tertius non ſimpliciter exceſſibus ꝓpetratis vel ꝓpetrādis à Monachis, ſed ſolū pro exceſſibus perpetratis vel ꝓpetrandis p ipſos in exhibitione obſeq̄o rū p̄ſtandorū ab ipſis Monachis iuxta præſcriptam formam inibi expreſſam, vt ex præciſis ſup. d. reſcripti verbis aptiſſimè colligit.

Tertiū fundamentū eſt. qm̄ dato, & nō conceſſo, nec de iure vnq̄ concedendo, q̄ eſſemus in dubio, qūo illa verba ſic generaliter ꝓlata a fœl. record. Paulo Tertio forent intelligenda, adhùc firmiſſimè aſſeueramus, illa oīno fore intelligenda, prout paulò antè expoſuimus, cū veriſſima, & vulgatiſſima iuris regula ſit, q̄ volūtas
10† Principis in dubio ſit præſumēda conformis iuri, ſeu talis, qualis de iure eſſe debebat, prout aptiſſi-

tissimus docuit text. & ibi cõiter Doct. in l.1. §.meritò ait prætor. & §.si quis a Principe . ff.ne quid in loco publico. Nam in d.§.meritò.hęc habentur, videlicet [Meritò ait prętor.Qua ex re quid illi damni datur. Nam quoties aliqd in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusque fiat,& ita solet Princeps quoties aliquid noui operis instituendum petitur,permittere,] & in d.§.si quis a Principe. hæc habentur, videlicet [Si quis a Principe simpliciter impetrauerit, vt in publico loco ędificet, non est concedendum sic ædificare, vt cũ incommodo alicuius id fiat,neq; si conceditur ędificare: nisi fortè quis hoc impetrauerit.] hæc ibi. & in l.nec auus.C.de emancip.libero.hęc habẽtur,videlicet [Nec auus neptẽ suam liberare potesta te cogitur,nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere moris est nostri.] hæc ibi. Idipsum docuit sedes Apostolica in infrascriptis iurib.videlicet in c. super eo. de offic.deleg.c.quãuis. de rescr.lib. 6.c.licet.de offic.ord.c.ex tuarũ. de auth.& vsu pal.c.cũ dicat Apostolus.de eccle.ędific.c.parentib. & c. cùm Capella. de priuileg. & in nonnullis alijs iurib.quæ referre superfluum potius , q̃ necessariũ fore duximus,cũ id ipsũ paulò post probãdum sit multorũ sentẽtijs Doct. Cũ ergo Principis be
11 neficiũ deceat † esse mansurũ . vt in c.decet.de regu.iur.in sexto,& Monachorũ personę,quoad ipsorũ excessus,prout latissimè habẽt tam in Sixti IIII.q̃ aliorũ Sũmorum Põtificum priuilegijs & demostrari poterunt, sint exẽptæ à iurisdictione Archiepali,indesequit verum esse qꝺ diximus nec refragat nobis Sacrum Cõcil. Trid. in sess.7.de ref.c.3.etsi ibi indulgeat ordinarijs locorũ correptio psonæ regularis extr. monasteriũ degentis,& in casu nro loq̃ns ipsum Sacrũ Concil.in sess. 25.c. 14. de reformatione, hęc statuerit, vi
12 delicet.[Regularis † non subditus Epo, qui intra claustra monasterij degit,& extr.ea ita notoriè deliquerit,vt populo scãdalo sit, Epo instãte à suo Superiore intra tẽpus ab Epo præfigẽdum seuerè puniat. & de punitione Epm certiorẽ faciat.sin minus à suo Superiore officio priuet, & delinquẽs ab Epo puniri possit]hæc ibi. In cuius apertam declarationẽ Clemẽs Papa Octauus in sua cõstitutione asseruit,nullã iurisdiction: habere locum Ordinarios super personas regularium ẽt scandalosè peccãtiam extra Claustra,nisi taliũ Prælati moniti ab Epis neglexerint ipsos punire,& de taliũ punitione certiores reddere ipsos Ordinarios:qꝺ vtiq;sine rubore nescio aliquẽ cõtrariũ posse asserere:cùm regula iuris verissima sit,qꝺ sẽper forma rescripti Ponti-
13 ficij † est sequẽda, qñ illa forma non esset contra ius cõe,& qꝺ pp formã rescripti nõ esset recedendum à iure cõi,nisi constaret expresse Papã aliter voluisse. Arg. in c.cùm dilectus filius .§. ceterùm. ext.de consuetudine.arg.in c.Ecclesia vestra destituta.§. neque enim credendum. de electione &

in

in c.licèt.ext.de prębend..ſm Felin.& in c.ſuper eo.de off. dele. & in l.vnica.C.de inoff.teſta. & in l. ſi qñ.C.de eod.titulo.cum ſimilibus. Inde apertiſſimè ſequitur, ꝙ cùm nõ conſtet expreſsè de mẽte Sũmi Pontificis,ſ.ex̨l.record. Pauli Tertij,ꝙ voluerit derogare diſpoſitioni iuris cõis,in quo(vt diximus)prębipit beneficiũ Principis eſſe manſurũ.nec d. reſcripto Sixti Quarti.Inde ſequitur veriſſimã fuiſſe nr̃am interpretationem d.Pontificij reſcripti ipſius Pauli Tertij, cùm ipſa verba reſcripti
14† ſint conformãda ęquitati;etſi ipſa verba forſan hoc non paterent, prout cõiter Doctor. ſemper docuerunt,cũ(vt diximus) in dubio voluntas Principũ prębſumenda ſit conformis iuri cõi;ſeu talis; qualis de iure cõi eſſe debeat,ꝙ & ꝓbatur infraſcriptis auctoritatibus Doctorum, inter quos ſunt infraſcripti,videlicet Ant.But. Pan. & Mar.Soci.in d.c. cum Capella, & alijs ſup.citatis.n.14.de priuileg. gl.& Bar.in d.l.2.in princ. & in l. 2. ff.ſol.matr.And.Iſer.ĩ c.1.q ſucceſ.tene.col.6.idem in c.1.§.naturales N.ſed hoc perrarò ſi de feu. defun.mili. ꝓno.in tit.de Principe,col.4.Bal.in l.in fraude.n.1. in fin.de teſt.mili. in l.2.C. de bon. vacan.lib.10.in c.1.§.cùm vero.q feu.dare poſ.& in §.actionum.nu. 14.inſt.de actio.Ang.in l.hoc iure.§.ex flumine,ff.de aqua quo.& ęſtiua.& in l.conſenſiſſe. §. in oĩbus de iudi.Paul.Caſtr.in l. 2.nu. 2.C.de in ius voc.Dec.in l.1.n.20. in fin.C.de ſecund.nupt. Roderi. Suarez alleg.11.n.3.& alleg.7.nu. 4.Alciatus tract. præſumpt.reg.3. prębſump.11. Crauet. de antiquit. temp. 1.part. princ.par.1. nu.13. Decius in conſi.520. num.3. Riminal.Sen.conſ.103.n.48.& 296. n.34.& hæc ẽt ꝙ locum habent, ſi agatur de modico prębiudicio iuris alieni,non ſolùm re, verum ẽt ſpe probabili quæſiti. Dec.conſil. 520.n.8.Rol.à Val.conſ.45.n. 14. lib.4.Menoch.conſ.36.n. 24.ẽt ſi fauore pię cauſæ diſponat, vt idẽ Menoch.d.conſ. 36.num.55. poſt Alex.Iaſon. & Dominicum, quos adducit ipſe ibidem .

Ad hoc idem facit,ꝙ licèt Prin
15 ceps † in diſpoſitione vtaẽ clauſula ex certa ſciẽtia,tñ per ipſam non præſumit velle tertio prębiudicare Alex.conſ.123.n.25.lib.4. Dec.conſ.407.n.20.& 23.& 468. nu.21.Curt.iun.conſ.142.num.9. Gram.deciſ.10.nu. 2. & latiſſimè alios adducit Rol.conſ.7. n. 103. lib.3.Iac.Menoc.cõſ. 103.n.83.& Sena.Pedem.deciſ.139.n.19.licèt Alex.in l.1.§.ſi is,qui.ff.ꝙ qſ.iur. Rui.cõſ.12.nu.24.lib.3. Cur.iun. conſ.142.n.8.& alij,quos adducit Menoch.d.conſ.36.nu. 59.voluerint cenſeri Principem hmõi clauſula voluiſſe tertio prębiudicare, cum agitur de modico ꝓiudicio. ꝓut latiſſime docuit Carolꝰ Tappia in rubr.ff.de cõſt. Principum. c.2.nu.23. & 24.

Idipſum probaẽ,& aliorũ Doctorum auctoritate , nam Glo. in d.c.paratus.23.q.1.in verſ. ſi verba.his prębciſis verbis vſus fuit,vi-
16 delicet,Verba.n.in reſcriptis † poſita, vel in lege,conformare debemus æquitati : & licèt verba hoc non

Digitized by Google

non patiãtur, vt inc. causam, q̃ inter. extra de rescript. & in c. cùm dilectus. extra de consuetu. idem docuit Glo. in d.c. causam. in versic. fuerat inserenda. dicens, quòd non sit verisimile Dominum Papam vnico verbo tollere velle totam iuris obseruationem, tot laboribus, ac vigilijs multis excogitatam: quoniam qui tutorem præcipit cõfirmari, secundum ius intelligitur præcipere, vt in l. tutores. ff. de confirmat. tuto. & eadem Glo. in vers. præcedat. dixit, quòd ex ipso textu eliciat, quòd verba rescriptorum fm ius commune intelligenda ſint, vt in l. si quando. C. de inofficioso testamento. Glo. verò in dicto c. cùm dilectus. in vers. iuri communi. dixit, quòd vbi aliquid à iure com-
17 muni discrepare † vr̃, reducẽdum est ad ius cõe, si põt fieri, nè pereat. quia promptũ est leges legibus concordare, cui consonat Gl. in c. 1. vers. noscat de const. in sexto, dicens, ꝙ si rescriptũ concederet aliquid contra ius, iã in eo mutat nomen rescripti, & dicendum est priuilegium, vt ĩ c. priuilegia. dist. 3. & in c. Abbate ext. de verb. signif. & ideo rescripta data contra ius non valent, nisi in ipsis fiat mentio de lege, & maximè cùm ibi cadat error facti, vt in c. nonnulli. de rescriptis & rõ. est, quia maturius, & deliberatius fit legis ꝓmulgatio, q̃ rescripti cõcessio. In rescripto, inquit, ẽt diximus, ꝙ si cõstaret de certa sc̃ia Principis valeret rescriptũ contra ius elicitũ, sed prima facie præsumit̃ per importunitatẽ obtentũ: vnde expectari solet secunda iussio, vt in Authẽ. vt nulli Iudicũ. §. & hoc verò iubemus. col. 9. & in Authen. de iudicijs. §. oẽs aũt. col. 6. hęc Glo. illa singularis. Idem docuit Innocẽtius in c. dudum, col. 1. vers. priuilegia. n. ext. de priuilegijs. vbi his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet
18 cet. Priuilegia† n. alijs ꝓiudicialia strictè interpretanda sunt. & q̃tũ põt ad iuris cõsonantiã reducenda, vt in l. ex facto. ff. de vulgari, & pupill. Idẽ implicitè docuit Glos. in d.l. ex facto in vers. auferret. ff. de vulgari, & pupill. dicens fore modò recedẽdũ ab eo, quod diu æquũ visum est ꝓp vtilitatem supuenientẽ. Idipsum colligit̃ ex glos. in d.l. si qñ. in vers. tuetur. dicens indè notandum fore, quod in gñali cõcessione ea videri cõcessa, q̃ verisimile est specialiter concessa. & hoc dictum firmat̃ regula ĩ generali cõcessione de reg. iur. in sexto. Idipsũ docuit Innoc. in d.c. causã, quæ inter. dicens, ꝙ
19 in rescriptis verba † ambigua sint interꝓtanda fm ius cõe, vt in l. si qñ. C. de inofficio. testõ. Idẽ & apertius docuit Pan. ĩ d.c. causã quæ. col. 2. vers. nota primò. his ꝓcisis verbis vtẽs, videlicet. Rescriptum Principis debet in dubio reduci ad ius cõe, ẽt si oporteat id facere ꝓ importunitatẽ verborũ, seu trãspositionẽ clausularũ. & rõ huius dicti est, inqt ibi Pan. qa rescriptũ cõcedit̃ ad iuris obseruãtiã, nec aliqd debet cõtinere cõtra i⁹: qa tũc esset priuilegiũ, vt notãter docuit gl. in c. 1. in vers. noscatur. de consti. in sexto, & ꝙ Cynũ in l. rescripta. C. de præcibus Imper. offer. Ideo si rescriptum non operetur contra naturam suam debet

Digitized by Google

ita,& taliter intelligi, vt non obuiet iuri cõi. Quod(intelligo subdit Pan.) qñ verba hoc patiãtur. Nã vbi nulla est ambiguitas,cessat illa cõis interpretatio. hæc oĩa Pan.vbi supra. Idẽ breuiter innuit Host.in sũma sub titulo de rescriptis. §.de ipsius interpretatione, circa finẽ. in vers.Item interpretatur dicens,q̃ ius interpretatur rescriptũ.Idem latissimè,& elegantissimè docuit Fel.in d.c.causamque,col.6.nu.30. vers.interpretatio,dicẽs q̃ fiat rescripti interpretatio ẽm ius cõe, sequens dictam Glo.in d.c.paratus. in vers.,pdesse. dicentis, q̃ verba † rescripti debeant conformari equitati, ẽt si natura verborum hoc nõ patiatur.Idem docuit Dec.in d.c.causam que.in princ.dicens, q̃ rescriptum Principis debeat reduci ad ius cõe, & sequitur d.glo.in d.c. paratus,addens, q̃ hoc ipsum docuerit Orlandus in consi.268.incip.Quæstio est vtrum.Et Calder. in cons.2.tit.de rescript.& in cõs. 1.tit.de sent.excom.dicens,q̃ rescriptum mandans quem absolui, præstita satisfactione exponitur, vel prẽstita cautione de satisfaciendo, vt sit conforme iuri cõi. de quo in c.ex tenore,c.cum desideres & c.sacro.cum concord.de sent.excom.idem docuit Gemin. in c.licet Canon. §. fin. col.2. de elect.in sexto,colligens ex verbis Io.Mo.& Ioan And ibi, q̃ clausulę inserte † in rescriptis Apostolicis, quæ sunt ẽm ius, recipiunt omnes limitationes, & interpretationes, quas recipit ius cõe disponens,de materia illius clausulæ. Vnde si in rescripto beneficiali est clausula de residentia facienda: tamen poterit Ep̃s super ea dispensare, sicut posset si illa nõ esset in rescripto. Et subdidit ipse Geminianus ibidẽ respondens ad illud Brocardũ,s. q̃ verba debeãt aliquid operari,dicens hoc esse verũ,si iuris ratio patiatur: secus si non patietur,vt qa inest de necessitate,& in quolibet contingẽte illius generis. Nam si Iudex dicit assigno tibi terminũ ad petendum Apostolos, iste non erit terminus Iudicis,sed Legis:refert.n. legẽ,sed nõ statuit diem de nouo, & allegat Clem.2.de appell.& sic ista expressio relatiua simpliciter legis nihil operabitur ẽm ius,sed expressio dispositiua bene operatur. Hanc eandem singularem regulam latè deducit Ludo.in cõs. 334.incip.Circa primum. Volẽs, q̃ rescriptum mandans quem nõ audiri,nisi prius pareat iudicatis per certum Cardinalẽ. Debet intelligi dummodo a snĩa non fuerit appellatũ, & ibi ẽt inducit ad hanc regulam Glo. in c.super eo. in vers.ordinet.ex.de offic.deleg. dum exponit,ordinet,i.pręsentatum a patrono instituat, quę expositio non fit, nisi causa euitãdi præiudicium tertij,& absonũ iuris intellectum.Quapropter meritò dixit Cardinalis in consi.suo 94.incipien. Nobiles viri Dñi de Vinciguerra, q̃ licet in literis Papę diceretur feudũ quoddam esse deuolutum ad Ecclesiam pp̃non petitam inuesturam. Tñ illa verba debent intelligi, q̃ fuerit deuolutum eo modo, quo ius dispo nit.s.quoad potestatẽ reuocandi cùm iura punientia nõ petentem

inue-

inuestituram loquantur ꝑ verbū, amittet quod est futuri temporis. Ad quod probandū adducit text. in c.1.in titu. Quo tempore miles inuest.in vers.damnētur, ergo requiritur (inquit Cardinalis) sñia. vt in c.si diligenti. cū glo. in vers. perdant. ext. de foro compet. Ex cuius sñię relatione ipse Felinus in c.causam quę.col.7.vers.sed ex ista aurea.ext.de rescriptis,singulariter dicit, ꝙ si Papa diceret in suis literis Titium esse priuatum iure beneficiorum ꝓp tale crimē, & ipsum beneficium alteri cōferret:si tñ de iure nō esset priuatus, sed priuandus, d. verba deberent reduci ad sensum iuris, i. quòd esset priuādus,tum per istum textū, videlicet in d.c.causam quę, & prędicta,tum per hoc cōs.Cardinalis peroptimè seruiens. & subdidit ibidem Felin.ꝙ licet Petrus de Anchar.in cons.288.velit, ꝙ Princeps disponendo scienter contra ius tollat iuris obstaculum, vt in l.idem Vlpianus. ff. de execut. tut. Nihilominus ipse nō credit istud esse tenendū per prędicta,& per ea,quę dixit in c.nōnulli.in 2.reg.circa rescripta contra ius concessa.Ex quib.ipse Felinus concludit, ꝙ Papa non intendat disponere contra ius per suum rescriptum, nisi dicat non obstante, &c. vt docuit Glo.in c.1. vers.noscatur de constit.in sexto, vnde subdit ibidem Felinus, ꝙ si quis sit priuatus nulliter scribitur,& contra mentē Papæ fate-
23 tur tamen ibidem,ꝙ Papa † possit derogare iuri, sed illud verū, quando constat de certa scientia, quæ non pręcipitur ex hoc solo, ꝙ scribat contra ius, quia sequeretur tūc necessario d.absurdum. Et ideo ipsemet Felin.in d.c.causam quæ. col.13. num.42. verbo. Quidem declaratio dixit, quòd licèt rescriptum in dubio debeat accommodari iuri communi, vt hic,tñ fallit,qñ manifestè constat de voluntate Papæ.Et ꝙ rescriptū
24 Principis † reducēdum sit ad ius commune, docet idem Dec.in d. c.causam quæ. cùm ergo dictum rescriptū (de quo est sermo)si esset interpretandum,prout nōnulli sine fundamento iuris interpretari non erubescūt, procul dubio per p̄dicta verba generalia ipsius rescripti generare maximū prędiudicium intēdisset ipse Paulus III. Papa Monachis Congregationis Cassinēsis pro tempore cōmorantib.in Monasterio Montis Regalis,eo ꝙ indè sequeretur:ꝙ Monachi haberent inde duos Prędatos, & sic esset vnicū corpus sub duo capita.Vnde necessariò foret asserendum(ne tale absurdum sequeretur, ꝙ ipsi Monachi cōmorantes in d.Monasterio nō possent legitimè puniri per suos speciales Prędatos eiusdē Congregationis de criminib.ꝑpetratis ab ipsis tā ī Monasterio, q̄ extra,cū venirēt potius ſm talē intellectū puniendi ab Archiepō,vel eius Vicario, q̄ ab Abbate suo, in maximā pnicīem,& dedecus Congregationis Cassinensis,quod q̄ sit absurdū asserere, ex supra adductis hucusq; non tm̄ a iure peritis,verum ēt ab oīb.hoīb.cordatis,q̄ facillimè cōprehendit. Sed ne videamur alijs

medijs nos non posse contrarium gratis sentientib. respõdere operæ pretium duximus, hanc aliam rationem prædictis addere. Obtecramus igitur contrarium sentientes, vt responsum det subsequenti nostrę obiectioni. Enim verò eorum erit suã fundare intentionem, aut super verba dicti rescripti, aut super constitutione sacri Concilij Tridentini: nam si super verba rescripti se fundauerint, eis satisfactum fuisse per super allata, & infra nonnulla inferenda patet. Cùm probauerimus multis medijs nunquam Principem, seu Summum Pontificem voluisse per verba illa generalia, tam maximum prejudicium inferre personis Monachorum Congregationis Cassinensis, quas semel exemit a iurisdictione Episcoporum, & Archiepiscoporum, quod & omnibus innotescere voluit, dum in dicto rescripto dixerit exemptos esse Monachos a visitatione, & correptione Archiepiscopi, quo ad regularia instituta. Quapropter summoperè miror nonnullos doctoratos, sed non Doctores, dicta verba interpretantes dixisse, quòd indè sublata non fuerit iurisdictio ab Abbate in cohercendis, & puniendis Monachis pro leuibus excessibus, pro quibus veniissent solum puniendi pœna leuissima Monastica: Sed Prælatos eorum indè fuisse priuatos potestate illos puniendi pro criminibus enormibus, tam intra claustra, quàm extra perpetratis, vel perpetrandis, vt sunt furta, adulteria, stupra, & his similia, pro quibus de iurè venirent puniendi pœna perpetui, vel temporalis carceris, vel triremium, vel simili pœna, quod quàm sit absurdum, & a ratione alienum, cum per se pateat, nihil aliud addemus. Sed tantum mittimus pium Lectorem ad accuratissimè (& non lippis oculis) perlegendas omnes supra allatas auctoritates concludentes, quàm apertissimè per dicta generalia verba rescripti nullo pacto Summum Pontificem voluisse præiudicare iuri acquisito Congregationi Cassinensi super psonas Monachorum deseruientium pro tẽpore Ecclesiæ Montis Regalis, & degentium in dicto Monasterio. Sed quàm longè a via iuris aberrare conuincuntur hi, qui ausi fuerunt fundare Illustrissimi Archiepiscopi iurisdictionẽ super personas dictorum Monachorũ pro excessibus eorum perpetratis, vel perpetrandis tam intra, quàm extra Monasterium non versantib. circa obsequium præstandum ab eis in Ecclesia Cathedrali Montis Regalis super constitutione sacri Concilij Tridentini in retro scriptis citatis locis. Cùm ex his constitutionibus sacri Concilij contrarium ad verbũ statutum reperiatur. Cùm ibi precipiatur locorum ordinarijs non punire regulares extra clausstrum scandalosè peccantes: sed tantum illos denunciare proprijs eorũ Prælatis, a quibus puniendi sint: & hoc, vt diximus, habetur in sessione 25. de reformatione capitulo 14. licet sibi tributa fuerit potestas, solum

d by Google

ſolùm illos puniendi in casu, quo dicti criminoſi regulares non fuerint puniti ab eorum Prælatis. Quapropter à prudentibus, & peritis iuris, ſine rubore, ac pallore, nunq negandũ fore, per ſe patet id, quod ex ſup. recenſitis auctoritatibus collegimus. Et nè qs forſan credat ſolúmodo nr̃ę deciſioni aſtipulatos fuiſſe. Canoniſtas, & nõ Iuriſtas, Audiat qd docuerint nos infraſcripti Doctor. Idẽ.n. docuit Bar. in l. ex pacto. ff. de vulgari, & pupilla. ſubſt. col. 3. n. 2. verſ. dr̃ ſic. & rurſus in l. ſi qñ. C. de inoffic. teſtõ, & ĩ l. reſcripta. C. ſi contra ius. Idẽ docuit Bal. in c. ſup eo. extr. de offic. deleg. & in d. l. ſi qñ. Paul. de Caſt. in d. l. ex facto, dicens, q̃ qñ priuilegiũ, † vel beneficiũ Principis ex poſt facto incipit effici iniquũ, nõ eſt ei ſtãdũ: quia non cenſet eſſe de voluntate Principis, q̃ ei ſtet cũ p̃iudicio alicuius. Idẽ docet Iaſon in d. l. ex facto. & in d. l. ſi qñ. & rõ rõnũ eſt, qm̃ vnumquodq; Principis reſcriptũ nõ p̃ſumit cõceſſum in p̃iudiciũ iuris tertio acquiſiti, niſi expreſsè hoc ibi dicat, cùm ipſum ſit interpretãdũ fuiſſe cõceſsũ à Principe ſine p̃iudicio & iniuria tertij. Etiã ſi Sũmus Põtifex ĩ reſcripto aliquo vſus fuiſſet hoc verbo, ſ. motu proprio, qm̃ etſi hu
26 iuſmodi † clauſula adiuncta reſcripto operet̃ (prout cõiter per Doct. tenet̃,) qui latiſſimè recẽſentur p̃ Gabrielẽ in tractatu concluſionũ lib. 6. titu. de clauſulis, concluſ. 2. & ſit tãtæ virtutis, q̃ tollat ſubreptionis ambiguitatẽ, tñ hoc nõ haberet locũ in caſu nr̃o, ſtante regula cãcellariæ edita ab eodẽ Paulo III. ĩ qua declarauit, q̃ p̃ quodcũq; reſcriptũ, ſiue gr̃am, ſiue iuſtitiã cõcernẽs ipſe nunq̃ ĩtẽdiſſet derogare iuri tertio acq̃ſito, niſi de illo expreſſam mẽtionẽ feciſſet. At cũ in tali Pauli Tertij reſcripto talis derogatio non cõtineat, & agat̃ de p̃iudicio generãdo tertio iniuſtè, nulla facta expreſſione voluntatis Principis ſe volentis p̃hmõi reſcriptũ taliter indultũ cũ d. clauſula p̃iudicare iuri ipſi Congregationi Caſſi. acquiſito ſup Monachos ſuæ Congregationi ſubiectos, prout latiſſimè & nos generaliter probauimus in deciſione ſup. recẽſita quadrageſima nona, in probatione ſecũdi fundamẽti ibi allati & eiuſdẽ vnicæ ampliationis, aſſerendo innumeras ſacrorũ Canonũ, Legũ, ac Docto. ſnĩas. Inde ſequitur veritas præſentis nr̃æ deciſionis.

Ad quod probãdũ ſummopere quoq; deſeruiunt & ſubſequentes rõnes meo iudicio irefragabiles: prima rõ (vltra allatas implicitè in probatione ſup. recenſitorum, trium fundamentorũ, quibus aptisſimè probauimus verisſimam fuiſſe nr̃am ſnĩam) eſt; qm̃ nullam iuriſdictionẽ d. Archiep̃o cõpete
27 re ſup. p̃ſonas Monachorũ † dicetur p̃ ſpeciale priuilegiũ d. Congregationis Caſſin. p̃ſonis fęl. recor. Eugenij IIII. ſub datũ Florentię anno ſalutis 1434. motu p̃prio ipſius ſeptimo Calẽ. Martij, ĩ quo declarant̃ exẽpti oẽs Monachi d. Congregationis Caſſinẽſis ab oĩ ditione, auctoritate, poteſtate, dñio, viſitatione, reformatione,

& correctione quorũq; legatorũ, delegatorũ, ſubdelegatorũ, nec nõ nunciorum Apoſtolicorũ, Patriarcharum, Archiepõrũ, Epõrũ electorum, adminiſtratorum & aliorum quoruncunq; Iudicũ ordinariorum quouis noĩe, & poteſtate fungẽtium immediatè Sedi Apoſtolicę ſubiecti.

Secũda ratio eſt, qm̃ hmõi exẽptio priuilegiata a iuriſdictione ſupradictorũ fuit, & eſt in viridi obſeruantia, & per diuerſos Summos Pontifices ſucceſſores confirmatũ, cum decretis irritantib. & clauſula ſublata, & vlterius ſingulis annis in ſignũ perpetuæ libertatis, & pro obſeruatione dictorũ priuilegiorũ Congregatio noſtra Caſſinenſis in die feſtiuitatis Petri & Pauli ſoluit Camerę Apoſtolicæ ducatos octo auri de Camera, vt apertiſſimè probabitur (quaten⁹ opus fuerit) p veriſſimas ſcripturasq; auctentichiſſimas.

Tertia ratio eſt, qm̃ non obſtãt dicto exẽptionis priuilegio dictę cõuentiones, ſeu ordinationes Illuſtriſſimi Dñi Cardinalis Farneſij, & confirmatio ſequuta dicti ſel. recor. Pauli Tertij, cum ſtante d. priuilegio (de quo ſupra latiſſimè loquuti fuimus) dicta confirmatio dictę Ordinationis nõ derogat ipſi priuilegio, p cuius derogatione ſpecialis, & indiuidua mentio requirebat ex diſpoſitione eiuſdem priuilegij, cũ ille Pontifex Summus expreſsè ibi decreuerit hoc ipſum his præciſis verbis vtẽs, videlicet. [ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, q̃ quæcunq; literę Apoſtolicę, & motu proprio contectæ, aut in futurum conficiendę, q̃ obuient, & cõtrafacient p̃ſenti priuilegio, aut cuiuſlibet eius particulę, niſi appareat euidentiſſimè, & apertiſſimè q̃ Summus Pontifex, qui pro tempore huic indulto, vel alicui eius parti velit derogare p̃ literas Apoſtolicas facientes ſpecialẽ mentionẽ de verbo ad verbũ, & ex certa † ſcientia de hmõi priuilegio, ac ipſa Cõgregatione, &c.] Quibus ſic verè ſtantib. luce meridiana clarius elucet non ſuffeciſſe ſpecialẽ illam derogationẽ p̃tensã ab Archiepo Montis Regalis virtute dicti reſcripti Pauli Tertij, cum (vt diximus) requirebatur ſpecialis, & ad verbũ, prout in ſimili fuit deciſum in Rota corã Reuerendiſſimo Dño Seraphino in cauſa Aſſoricenſis Archidiaconatus 19. menſis Martij, & 4. Maij 1576. & corã Reuerendiſſimo Cordubæ in cauſa Siracuſanæ abbatiſſatus 16. Ianuarij 1598. Ad qd accedit, quia dictus Paulus III. Pontifex per verba talis reſcripti non derogauit dicto priuilegio, ſed ſolum Eccleſiæ Montis Regalis, quæ derogatio non poterit extendi aliquo pacto ad dictum priuilegiũ Congregationi Caſſinẽſi indultũ ab Eugenio Quarto ſęl. recor.

Quarta ratio eſt, qm̃ hoc ipſum apertiſſimè elicitur, arguendo a maioritate rõnis, ex reſcripto ſęl. record. Gregorij Tertij decimi ſuper reformatione Ordinis S. Baſilij, ſub datũ Romæ apud S. Petrũ Anno Incarnationis Dñicæ 1579. Kal. Nouẽb. de quã in ſcda parte bullarij f. mihi 1280. in qua ille Sũmus

29 mus Põtifex † monachos & quaſcũq; pſonas illius Ordinis pri⁹ iuriſdictioni, correctioni, & poteſtati cõmendatariorũ in totũ ſubiectas, à d. iuriſdictione exemit, vnà cum oĩbus bonis ſibi applicatis pro victu & veſtitu eorum, ſtatuendo deinceps duntaxat tã dictorum perſonas q̃ bona ſubiecta fore Prelatis d. Ordinis, q̃bus oĩmodã iuriſdictionem contulit, vt tali reſcripto conſuluiſſet paci & decori perſonarum talis ordinis, & inſimul impediſſet tale abſurdũ indè hucuſq; profectum: cùm vtiq; clerici ſeculares ignorent regere regulares: cũ inexpti ſint omnium quę meritò ponderanda veniunt in directione ſeu regimine ipſorum, & profeſſio vtriuſq; hominũ generis ſit ſummopere diſſereus. Arguimus ergo ſic ex d. reſcripto. Si Sedes Apoſtolica ſubditos regulares à iuriſdictione Cõmendatariorũ pro ſupradicto vitando abſurdo exemit non obſtãte, q̃ inde, ſtante tali eorum pacifica poſſeſſione d. iuriſdictionis, ipſis cõmendatarijs videret generatum præiudiciũ in iure ſibi acquiſito. Quãto magis erit aſſeuerandum d. fœl. record. Paulũ Tertium; virtute d. reſcripti ſup. citatis verbis generalibus expreſſi noluiſſe ſubdere perſonas Congregationis Caſſin. d. Archiepi iuriſdictioni prejudicando Cõgregationi ipſi Caſſinenſi in ſuis ſup. recenſitis priuilegijs: nè inde idem abſurdum procuraretur.

Quinta ratio eſt, qm̃ ſupradicta corroborant ex vſu & obſeruãtia ſubſecuta, quæ eſt optima rerum interpres, vt in l. cõſuetudo. ff. de legibus. imò & talis obſeruantia declarat mentem concedentis, & rem dubiã. Nã à d. tempore Pauli Tertij vſque in p̃ſens tempus Prelati d. Congregationis oẽm iuriſdictionẽ priuatiuè ad Archiepos pro tempore in Monachos & regulares pſonas d. Eccleſiæ Mõtis Regalis exercuerunt & exercent, prout in promptu eſt probatio liquidiſſima. Nec huic rõni obſtare de iure poterit id, q̃ ab aliquibus ſine veritate aut rõne aſſerere non erubeſcitur dicẽdo, q̃ aliq̃n & ratò Abbates ſeu Priores nõ habuerint præcedentiam & per conſequens permiſiſſe Clericos ſeculares precedere, & regulares delinquentes fuiſſe inquiſitos ab Archiepo, imò carceri mancipatos ab eodem, & detẽtos in publicis carceribus ipſius Archiepi. Nam huic impugnationi ſatisfaciet duplex reſponſum. Primò. n. dicimus hoc Archiepm feciſſe de facto cũ fuerit potẽtiſſimus tã in diuitijs, q̃ in miniſtris, & præcipuè cùm d. Monachi exiſtentes in d. monaſterio ſint ĩ territorio ipſi Archiepo ſubiecto in temporalibus & ſpũalibus, cùm ſit monaſterium ipſum ſituatum in ciuitate d. Montis Regalis: vnde de facto poterat, non tm̃ ſingulos monachos, verùm ẽt vniuerſos inſimul vincire funibus vel catenis, & ſic tractos ext. claũſtra ducere ad d. publicos carceres, & q̃ hoc de facto aliq̃n exequutus fuerit, & non legitimè, elicitur ex hoc, qm̃ in tali caſu habito recurſu ad Superiores, ſtatim dicti Monachi a tali illegitima

detentione eximebantur, & quis neſciat tali pacto ꝓcedẽdo quẽquã poſſe vim pati, & ꝙ indè talia faciẽs nullã acquirat iuriſdictionem legitimam, immo incurrat meritò pœnam a legib. indictam? Reſpondemus & ſecundò, dicendo, ſed dato, & non conceſſo, quòd Archiepiſcopus propter ignorantiã, aut puſillanimitatem Prælatorum in d. Monaſterio protẽpore exiſtentium hoc facere aufus fuerit: nõ indè ſequi poterit, ꝙ ipſe Archiepꝰ acquiſierit iuriſdictionẽ hmõi ab ipſo prętensã, ſtãte ampliſſimo priuilegio fœl. record. Eugenij IIII. declarantis, ꝙ per vnũ, aut plures actus contra-
31 rios † non derogetur priuilegijs, & exemptionib. perſonarũ dictæ Congregationis Caſſinenſis, & rõ quoq; huius reſponſionis eſt fundata in iure, eo ꝙ negari nõ poterit Monachũ non poſſe ꝓiudicare Congregationi quinimò totũ Capitulum, ſi id feciſſet: nõ indè de iure dici poſſet fuiſſe renunciatũ tali priuilegio: cũ illud fuerit indultum ab Eugenio Quarto fœl. record. non ad priuatam, ſed ad publicam vtilitatem totius Congregationis, prout in ſimili fuit deciſum in Rota coram Reuerendiſſimo Bubalo in cauſa Ceſenatentiam bonorum 15. Feb. 1588.

At quoniam ad nos peruenit Ipſum Archiepiſcopum obtuliſſe ſe probare poſſe, quòd viſitatores a ſe, & a ſuis prædeceſſoribus deputati viſitauerint Monaſteriũ ipſum, & Monachos Montis Regalis, & non Viſitatores deſtinati a Reuerendo regimine Congregationis Caſſinẽſis ad hoc, vt inde probaret prætenſam iuriſdictionem ſuper Monachos d. Monaſterij, & cũ hoc verum non eſſe oĩb. Montis Regalis ciuib. ſit notiſſimũ, idcircò ſolum dicimus, ꝙ hanc prolatã negatiuam erit ſuũ probare: ſed ex abundanti q̃ facilimè nr̃a Congregatio Caſſinenſi poterit contrariũ probare, producendo acta viſitationis ipſius Monaſterij, q̃ a Reuerendis nr̃æ Congregationis viſitatorib. deſtinatis ad viſitãda Monaſteria nr̃a exillẽtia vltra Farũ, quolibet anno fuit facta iuxt. conſtitutionẽ ſacrorum Canonum, & Concilij Tridẽtini, cum obſeruantia ritus formæ, ac Ordinis, quo ipſi viſitatores vtebant in viſitãdis alijs Monaſterijs Siciliæ, & aliarũ Prouinciarũ, & ſemper hmõi viſitatio tẽdebat ad inquirendum de vita, & moribus, & obſeruantia regulari, tã Pręlati, q̃ Monachorum d. Monaſterij, nec nõ & quo ad tẽporalia & cõputa ipſius Monaſterij & reddit⁹ acquiſitos ope diuina p ipſos Monachos propria induſtria, exẽplaritate, & labore, & non munificẽtia Archiepiſcoporum pro tempore exiſtentium, cùm ex aſſignatis redditibus ab Archiepiſcopis nempe ex quingentis ſcutatis argenteis non poſſent alimentari Monachi triginta in circa, computatis famulis, & reparare fabricam Monaſterij, licet ipſi Archiepiſcopi recipiant triginta milia ſcutatorum monetæ Siculæ, & aliquando vltra dictam quantitatem, nec hodie habetur ratio teſtamenti Regis Guglielmi, qui

tot

tot redditus dicto Monasterio reliquit, vt posset alimenta præstare Monachis centum deseruientibus dictæ Ecclesiæ Mõtis Regalis, addẽs se velle, vt ibi ipsi centũ Monachi deseruirent ipsi Ecclesiæ, prout latius in d. testõ patet.

Ad id verò, quòd Archiepiscopus ipse se iactauit, ꝙ tam ipse, & prædecessores sui pro tempore, ac ipsorum Vicarij generales habuerint ingressum ad d. Monasteriũ pro carceri mancipandis Monachis ibi commorantib. Respõdemus eosdem nunquam de iure habuisse talem ingressum, nisi pro puniendis Monachis, qui neglexissent obsequia exhibenda in d. Ecclesia, iuxta tenorẽ rescripti ꝑlic. record. Pauli Tertij supra recensiti. Non autem pro alijs eorum excessibus, si qui fuissent. Nã etsi forsan de facto aliquando Archiepiscop⁹, vel eius officiales attentare præsumpsissent illos carceri mancipare pro dictis, excessib. per supremam Archiepiscopi potentiam vsurpatam, statim contra illos fuit habitus recursus ad eius Superiores, & fuerunt compulsi tam Archiepiscopus, quàm eius officiales eosdem Monachos illegitimè detentos libertati donare, illosque restituere eorũ Superioribus, prout deposuerũt sex testes cum iuramento coram notario promittendo se iterum eadẽ repetere in pleno iudicio quotiescumque requisiti fuissent. His ergo sic verè stantibus Illustrissimos Iudices obsecro, vt ponderẽt dicta testium de hoc deponentium, & illos compellant ad clarè, & distincte in suis depositionibus procedendum, ne & ipsi laborent in æquinoco: ne inquam, dum interrogantur, an sciãt quoquo modo Archiepiscopũ, & eius officiales detinuisse in carcere monacos, respondeant simpliciter, ꝙ sic, nulla habito respectu ad causam carcerationis: cùm potuisset id contingere ex altero ex duob. causis, nempe propter neglectum obsequiorum exhibendorum in Ecclesia, & propter perpetrata crimina alia. Quapropter subnixè Iudices exoro, vt interrogent illos de causa propter quam illos Monachos Archiepiscopus, vel eius officiales carceri mancipauerint, vt sciat in cuius iuris possessione ꝑseuerent supradicti contra iurisdictionẽ ordinariã Prælati d. Monasterij, & quidẽ ad confundendos aduersarios poterunt ꝓduci aliqui ꝓcessus ibi a Prælatis cõpilati. qd & facillimũ erit.

His ergo præmissis pro dilucidatione quæstioni propositæ solummodo superesse videtur, an dictus Archiepiscopus possit priuare Prælatum, & Monachos Monasterij Montis Regalis facultate eligendi, & habendi conseruatorem, iuxta priuilegium, indultum Congregationi nostræ Casinensis ab Eugenio Quarto Papa, & Innocentio Octauo.

Multipliciter responsurus huic vltimo propositæ qõnis articulo nõ possum non mirari, quorsũ illa ꝓtulerint aduersarij nr̃æ Cõgregationis, & quidẽ poterant aĩaduertere, ꝙ non desint ex nostratib. qui vacent obsequio Diuino, & in-

& inſimul ſtudio ſacrorum Cano nũ. Ac ꝑ conſequẽs licet ſciamus regulã iuris eſſe, ꝙ priuilegiũ datum ad aliquid faciendũ perdat̃ ſpacio decem ann. ſi priuilegiatus ipſo nõ vſus fuerit, ꝓut docet tex. ſingularis, & ibi cõiter Doct. in l. 1. ff. de nundinis. Vbi dr̃, ꝙ ſi Princeps cõceſſit Ciuitati priuilegiũ nundinarũ, & Ciuitas eo nõ vtat̃ per decenniũ illud perdit. Quapp aduerſarij noſtræ Cõgregationis probantes, ꝙ Reuerendi nr̃i Monachi inhabitantes in d. Monaſterio Montis Regalis hucuſq; nunq̃ forſan vſi fuerint priuilegio eligẽdi conſeruatorẽ, iuxta priuilegiũ nr̃æ Congregationi Caſſinenſi indultũ a fęl. record. Eugenio Papa IIII. ſub datũ Bononię anno Incarnationis Dñi noſtri Ieſu Chriſti 1436. 8. kal. Decemb. Pontificatus verò ſui anno ſexto, qđ priuilegium poſtea cõfirmatũ, & ampliatum fuit ab Innocentio VIII. fęl. record. ſub datum Romę apud S. Petrũ anno Incarnationis Dñi-cę 1486. Idib. Iunij, Pontificatus ſui verò anno ſecundo, vt latius infra dicet̃. Prætendunt, inq̃, aduerſarij nr̃ę Cõgregationis hodie dictos Prælatũ, & Monachos dicti Monaſterij Montis Regalis non poſſe ipſo priuilegio frui, ac ſi fuiſſet illud conceſſum principaliter in fauorẽ ipſorũ Monachorum, & non potius in fauorẽ totius Cõgregationis nr̃æ Caſſinenſis, cuius vtiq; fauori ét ſi expreſsè illi voluiſſent renũciare d. Monachi, non potuiſſent: vt in ſimili eſt apertiſſimus textus in c. ſi diligenti. & ibi cõiter per Doctor. ext. de foro cõpet. vbi habetur, ꝙ clerici non poterunt renunciare priuilegio fori, ſe ſubdẽdo Iudici ſeculari: cũ hmõi priuilegiũ fuerit conceſſum principaliter, & ꝑ ſe Ordini clericali, & per accidẽs ſingulis inſignitis decore characteris clericalis, ob reuerẽtiã tantæ dignitatis, prout ipſimet Doctor. indiſcriminatim docuerũt, qđ vtiq; q̃ ſit abſurdũ, & a rõne ipſa alienum, nõ eſt, qui nõ aãduertat id qđ ꝓtendunt ipſi aduerſarij nullo iuris innixi fundamẽto.

Reſpõdeo & ſecũdo, ꝙ cùm in priuatione priuilegij incurrenda requiratur eius nõ vſus, ſaltem ꝑ decenniũ regulariter loquẽdo, & Pręlati, & alij officiales d. Monaſterij nunq̃ ſteterint ſpacio decẽ annor. ibi. Inde ſequitur non fore priuandos d. Prælatum, & Monachos dicti Monaſterij tali, & tanto priuilegio, ſine ſua culpa.

Reſpondeo & tertiò, ꝙ licèt non vſus priuilegij regulariter priuet ipſo nõ vtentẽ. Nihilominus & alia ratione hæc regula nõ habebit locũ ĩ dictis Reuerẽdis Monachis, qm̃ & hocaliud priuilegiũ toti corpori nr̃ę Cõgregationis Caſſinenſis, cuius illi ſunt mẽbra reperit indultũ fuiſſe a fęl. recordat. Eugenio Papa IIII. ſub datũ Florentię anno ſalutis 1434. ſeptimo Kal. Martij Põtificat⁹ verò ſui anno quarto ſub his ꝑciſis verbis, videlicet. [Adijciẽtes, ꝙ ſi qm̃que cõtigerit ꝑ aliquẽ, aut ꝑ plures actus contra hmõi, aut quęcunque alia decreta, priuilegia, indulta, gr̃as, & immunitates ꝑfatæ Congregationi cõceſſas, aut ipſorm

aliqđ

aliqđ à quocunq; cuiuscūq; conditionis, dignitatis, gradus, seu status existat ex negligētia, vel ignorātia pſentiū & futurorū, quibus ea cōcedunt. Aut alia quauis causa aliter attentari, vel obseruari ignorāter, vel sciēter. Nullum tñ hoc pręiudicium decretis, priuilegijs, indultis, gratijs, & immunitatibus pfatis volumus generari; sed illa in suo vigore & robore pmanere.] hæc ibi. ad verbum.

Respōdeo & quartò, ꝙ meritò asseuerare possem⁹ (nisi modestia hoc nobis ꝓhibere videret) ꝙ d. mōnachi pro tēpore hucusq; in d. monasterio degētes nō elegerint cōseruatorē: cum munq̄ ita acerrimē infestos habuerint Archiepōs ipsos, ꝓut in dies infestioré, & implicatioré aīaduerterunt sibi fuisse modernum Archiepm & ministros iustitię d. ciuitatis Mōtis Regalis. Quapp zelo accēsus ego dū essē Prælatus d. monasterij cū cōpaterer angustijs quotidianis dictorum monachorū, decreui vti hoc priuilegio ita ipsis necessario, & sibi tanq̄ mēbris d. Congregationis de iure cōpetenti: vt saltē tali pacto cōsulerem indēnitati & quieti ipsorū, & defensioni iuriū sibi cōpetētiū. Quapp meritò dicendū erit nihil incongruū, aut irrationabile me attētasse vtendo pro pace & tutela ac liberatione iniurię vexationis illatę quotidie ipsis monachis, priuilegio indulto a Sede Apostolica nr̄æ Congregationi: & hoc post tot eorū euidētissima signa patiētię erga illatas iniurias sibi à d. Archiepo moderno, prout luce meridiana clarius tā Romæ, quàm in Regno Siciliæ emicuit oībus magnatibus.

Respōdeo & quintò, eidē obiectioni, ꝙ etsi ꝓbauerint nri aduersarij monachos d. monasterij Mōtis Regalis nō vsos fuisse d. priuilegio indulto à Sede Apostolica nr̄æ Cōgregationi Cassi. de eligēdo conseruatore, q̄d inde ipsi spērēt, nō possū aīaduertere: spērāt forsan Illustrissimos Iudices, alioquin eruditissimos vtriusq; cēsurę Doct. indè inhibituros nris monachis afflictis vsū d. priuilegij, ac p cōsequēs eligere ac detinere cōseruatorē tā necessariū sibi? æquidē hoc ipsi non timent: cū eos nō fugiat ipsorū pfectissima integritas & doctrina, cuius lumine iā plegerunt q̄d nos docere voluerint cōiter Doct. dicentes, ꝙ regula tradita in sup. recēsita. l. 1. ff. de nundinis. inter alias ꝑcipuas fallētias nō haberet ipsa regula locū qñ hmōi priuilegium, de eligēdo conseruatorē, vel aliq̄d aliud successiuū faciēdi: fuisset concessū, ꝙ libere eo q̄s posset vti. hoc est, ꝙ esset in sua libertate illo vti, & nō vti: nā ea, q̄ in mera libertate sūt, nunq̄ poterunt de iure prescribi: prout docuerunt cōiter Doct. infra illatum citandi. & ꝙ talis conditionis fuerit priuilegiū eligēdi & vtendi conseruatore indultum nr̄æ Cōgregationi Cassi. & cuilibet monasterio eiusdē à fœlic. record. Eugenio Quarto & Innocētio Octauo, ex tenore præcisorū verborū, quibus ipsi Pōtifices Sūmi ibi vsi fuerunt per se patebit: sciendū igitur, ꝙ Eugenius Papa Quart⁹ in d. priuilegio inter alia

his

his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Nos igit aduersus violatores, occupatores, detẽtores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores hmõi, illo vtẽres eisdem Cõgregationi, Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & personis alijs remedio subuenire, per quod ipsorum cõpescat temeritas, & alijs aditus cõmittẽdi similia p̃cludat. Discretioni vr̃æ ex certa scĩa per Apostolica scripta mãdamus quatenus vos, vel duo, aut singuli vestrũ. p vos, vel aliũ, seu alios ét si sint ext. loca, in qb. deputati estis cõseruatores & Iudices, ipsis Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & p̃sonis: nec nõ cõuentibus, domibus, ac mẽbris eisdẽ subiectis, eosdem sup his, & quibuscũq; alijs bonis & iuribus ad Cõgregationẽ, monasteria, prioratus, nec nõ subiectas domos, & loca p̃dicta spectãtibus ab eisdẽ, vel quibusuis alijs indebitè molestari, vel eius grauamina, seu dãna, vel iniurias irrogari, factũri d. Præsidenti, visitatoribus, prioribus, & personis. Cùm ab eis, vel procuratoribus suis, aut eorũ aliquo fueritis requisiti de p̃dictis, ac alijs p̃sonis qbuslibet sup restitutione hmõi Prioratuũ &c.] ex his ergo p̃cisis Pontificijs verbis q̃ aptissimè emicuit verũ esse q̃ hucusq; diximus nẽpè q̃ semper fuerit in libertate Reuerendorum Prælati & monachorũ pro tẽpore cõmorantium in d. monasterio Montis Regalis eligere cõseruatorem & eo vti in causis & negotijs sibi occurrentibus: ac p̃ consequens, q̃ per talis electionis cessationẽ non indè potuerit p̃scribere Archiep̃s Mõtis Regalis cõtra dictos Monachos, vel cõtra nr̃am Cõgregationem, (cui⁹ illi Monachi sunt mẽbra) vt patuit ex sup. allatis. & q̃ hæc nr̃a sn̄ia sit iuri Pontificio conformis probabit̃ insup auctoritate infrascriptorũ Doctorũ. Nã ex Canonistis, gl. aurea in c. vt priuilegia. in verſ. semel in anno. ext. de priuileg. quærens, an habens priuilegiũ, q̃ semel in anno posset ingredi Ecclesiã interdictã: & q̃ pp̃ talis aduentũ illùc aperiat̃ Ecclesia hmõi, & possint ibi diuina celebrari (de quo agit̃ in tex. eiusdẽ. c. vt priuilegia) dixit quod si steterit per centũ annos, q̃ hmõi priuilegiatus nõ accessisset ad d. Ecclesiã, q̃ isto interim pluries fuerat interdicta: nũquid p̃scriptum dicat̃ contra talẽ priuilegiatũ, vt nõ possit vti tali priuilegio, respõdendo hmõi obiectioni gl. illa dixit hmõi p̃scriptionẽ nõ nocuisse hmõi priuilegiato. cuius sn̄ię ibidem se subscripsit Dñs Anton. de But. & Calder. in tit. de p̃scriptionibus, cons. 1. & Dñs Felinus more solito elegantissimè hoc ipsum probat in c. cũ accessissent. col. 12. verſ. limita secundò hanc regulã. ext. de const. vt intelligat̃ qn̄ fuisset data simpliciter facultas aliquid faciendi: qa nõ vtendo cùm possit, p̃dit̃: secus vbi facultas faciendi aliquid est posita formaliter in expressa & libera voluntate eius, cui fit cõcessio, qa tunc nullo tẽpore p̃scribit̃ contra talẽ facultatẽ: & subdit, q̃ de hoc sit glosa aurea in d. c. vt priuilegia. in glo.

glo. pen. in fin. de qua fecit ibi fe-ctum Dñs Anto. & eã sequit Cald. vbi sup. & addidit ibidẽ Felinus, q̃ Io. And. & Io. de Lign. in c. fi. de cõsuet. in sexto, & ibidem Dominicus plenè in princ. col. 2. vbi latè cõcludunt, q̃ Canonici nõ vtẽdo facultate optandi data eis ex cõsuetudine, nõ p̃dunt facultatẽ ipsam vllo tẽporis spatio: & allegant d. glo. p quàm & Cald. consuluit in tit. de prẽb. cons. 19. incip. in operaria. Quia licèt Canonici multo tẽpore non p̃posuerint clericũ operariæ, sed laicum: per hoc non est præscriptũ per laicos, quo minus Canonici possint ẽt eligere clericũ, & allegat simile de eligẽtibus, qui multo tẽpore elegerunt per scrutiniũ, vel de gremio Ecclesiæ: & q̃ p hoc non ammiserint facultatẽ eligendi aliter: & respõdens ipsemet Felinus Abbati Pan. qui non vr̃ sequi doctrinã d. glosæ ibidẽ, subdens in vers. sed tn̄. dixit, sed tn̄ Dñs Abbas nõ respondet ad decisionẽ oĩum Doct. in d. c. fi. de cõsuet. in sexto, & ideo tenendo ipsã (quã non reperio improbatã) vr̃, q̃ sicut per non vsum non tollit consuetudo optãdi, ita nec priuilegium, quod consistit in mera & expressa facultate: quia si Canonici possunt optare, & sæpe non optent, nõ videnẽ restituere, quia velint consuetudini renũciare: sed quia cũ sit positũ in facultate eorũ, velint optare an nõ: nõ optãdo, satis dicunẽ vti facultate sibi concessa, q̃ est, vt optent, vel non optent, vt potiꝰ vtanẽ cõsuetudine: vt ibi per Dñicum. Qui Felinus respõdendo ad fundamẽtũ d. Abbatis, quod est l. 1. ff. de nundinis. his p̃cisis verbis ibidẽ vtitur in vers. non est sic. in l. 1. ff. de nundinis. Quia (subdidit Felinus vbi sup.) non dr̃ formaliter, vt faciãt, si velint, sed est simplex concessio: & in hoc cõsistit ista difficultas, vt ẽt per Dñm Anton. in d. c. vt priuilegia, & subdidit ibidẽ Felinus, & vidi aliàs in ardua quæstione, cũ Imperator daret in suo priuilegio vni nobili facultatem faciendi molendinũ cũ ista clausula, videlicet. [Ad libitũ voluntatis tuæ] & ipse per multos annos nõ esset vsus hac facultate, q̃ eam non perdit per p̃dicta: q̃ sunt quotidiana & multũ cõferentia: hæc oĩa Felinus vbi sup. cui cõsona per oĩa fuit sn̄ia acuratissimi Doctor. Antonij Burgos in sua Excellenti repetitione. c. cùm accessissent. 2 n. 281. & deinceps. in vers. limitatur & tertiò. ext. de const. vbi repetijt eadẽ ferè formalia verba, quibus vsum fuisse Felinũ in decisione præsentis quæstionis sup. immediatè retulimus. Nã d. Ant. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. limitaꝛ & tertiò ista cõclusio, qñ priuilegiũ esset concessum, q̃ liberè eo vti posset: hoc esset. q̃ esset ĩ sua libertate: ea. n. quæ in mera libertate sunt nunq̃ possunt præscribi: prout docuit Bal. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo: & Bar. in l. cùm in rem verso. ff. de vsur. vbi dixit, quòd si quis ex sua sponte soleret offerre alicui quolibet anno vnum par Caponũ: & per mille annos offerret, non posset per hoc ĩtroduci præscriptio, vt ẽt poterit dici de accedentibus

ad

ad molendinum: Quapp ipſe Ant. Burgos ſubdidit vbi ſup. nu. 288. poſt ſup. recenſitam ſnīam Abbatis (quæ videbaī contraria) dicēs. Tu aūt dicas, ꝙ ſi Princeps in concedendo diceret. Cōcedimus priuilegium, & ſit in libertate vīa vti eo: ꝙ tunc nō perderetur nō vtendo: & licèt priuilegia ſint ſtricti iuris, vt in c. olim. ext. de verb. ſignif. quare ꝓptimè docuit Bart. in l. ſi. in fi. ff. de conſt. princ. vtens hac ſingulari diſtinctione dicendo. ſi verò quæraī, an ꝓ actum contrarium tollaī priuilegiū: tūc aut ipſum priuilegiū habet effectū momētaneum, aut ſucceſſiuū. Primo caſu priuilegium vnico caſu admiſſo in cōtrariū perdiī, vt in l. 2. C. de iure dot. Imperat. ſi verò habet effectum ſucceſſiuum, tūc per vnum actū non ꝓditur, vt in l. voluntariè. & ibi per Cyn. C. de execut. tut. & de hoc vltimo notāt Canoniſtæ in c. cùm acceſſiſſent. ext. de conſtitu. & in eo habeī optima gloſa. At qm̄ per ſe patet, ꝙ actus, qui procurator per tale priuilegiū, ſ. electio conſeruatoris habet effectū ſucceſſiuū, & non momentaneū: cùm hmōi electionis virtute, electus ipſe conſeruator nanciſcaī ſucceſſiuā & verā iuriſdictionē in oībus cauſis ac litibus mouendis ſeu intentandis corā ipſo cōtra hmōi priuilegiatos electores eorundē, & è contra in intentatis litib. a d. priuilegiatis cōtra alios. Quapp apertiſſimè inde ſequitur, ꝙ per non vſum priuilegij de eligendo & determinando conſeruatorem d. Prælatus & Monachi pro tēpore exiſtentes in ipſo Monaſterio Montis Regalis de iurē non veniant priuandi ipſa facultate illum eligendi, & vt facilius percipiaī veritas nr̄ę reſponſionis ponderanda nobis erunt ipſamet verba, qbus Eugenius Papa IIII. & Innocentius Papa Octauus vſi fuerunt in ipſis reſcriptis hmōi facultatis nobis indultę. Cùm ipſe Eugenius IIII. in recenſito ſupra priuilegio inter alia his p̄ciſis verbis vſus fuit, dum tribuere voluit iuriſdictionē electis ipſis conſeruatorib⁹, videlicet. Facturi d. Prę ſidēti, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & ꝑſonis, cùm ab eis, vel procuratoribus ſuis, aut eorū aliquo fueritis requiſiti de prędictis, ac alijs perſonis quibuſlibet ſup reſtitutione hmōi &c.], qđ & aptius idipſum probaī per ſupradictum reſcriptū Innocētij VIII. ſup. relatum in cōfirmationem & extēſionem d. priuilegij Eugenij IIII. Nā ibi priuilegiū literarū cōſeruatorialiū in fauorē oīum Monaſteriorum nr̄æ Congregationis Caſſi. directum Archiep̄o Mediolanēſi, Caſtellan. & Armin. Ep̄is, & Abbati Monaſterij Caſſinenſis, qui virtute ipſius priuilegij electi fuerant cōſeruatores Monaſteriorum d. Congregationis. At cū Monaſteria d. nr̄ę Congregationis in dies ope diuina ita multiplicata fuiſſent, vt alicui ipſorū difficillimum & laborioſum fuiſſet, in occurrentibus litibus & cauſis recurſum ſemper habere ad d. cōſeruatores electos ac deputatos per ipſum Eugenium Quartum. Idcir cò ipſi Reuerendi patres nr̄æ Congregationis obtinuerunt extēſionem

nẽ d.priuilegij ab Innocentio Papa Octauo p ſpeciale eius reſcriptum die quo ſup.vbi hæc pręciſa verba habentur,videlicet.[Quare ex parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt vobis, Monaſterijs,Prioratibus, mẽbris, Abbatibus, Prioribus & cõuentibus præfatis, ꝙ hmõi literarum conſeruatorialium exequutionẽ ab oĩbus, quibus cauſæ per reſcripta Apoſtolica delegari poſſunt obtinere liberè,& licitè valeatis:perinde ac ſi illæ eis oĩbus à principio directæ fuiſſent, concedere, aliàsq; in pręmiſſis opportunè ꝓuidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igit̃ qui regulariẽ vitã profeſſis libenter oẽm inquietitudinis materiã ſubtrahimus:vtrumq; ſtatũ proſperum, & trãquillum paterno deſideramus affectu,hmõi ſupplicationibus inclinati,vniuerſis & ſingulis, qbus cauſæ auctoritate literarum Apoſtolicarum de iure delegari poſſunt,mandamus,vt dum, & quotiens fuerint pro parte veſtra Abbatum, Priorum & conuentuum prædictorum,aut alicuius eorum legitimè requiſiti,ſup.talium literarum exequutionẽ perpetuis futuris temporibus procedere poſſint,& debeãt p ſe vel alios: aliàs iuxta earum continentiam & formã in oĩbus & per oĩa,perinde ac ſi literæ ipſe à principio eis directæ fuiſſent: vt licèt aliàs conſeruatores eſſe nequirent, illas exequerent̃, mandatum nominatim extitiſſet. &c. Non obſtantibus &c.hæc ibi, quæ proculdubio oĩa eſſent deſcribenda characteribus aureis. Cùm ex ipſis patuerit, ꝙ etſi multa Monaſteria nr̃æ Congregationis iã elegerint cõſeruatores iuxta d.priuilegium extenſionis:adhùc poterit modò Monaſterium Montis Regalis & Monachi ibi degentes tanꝙ mẽbra d. Congregationis vti tali priuilegio,ac ꝑ conſequens eligere conſeruatorẽ pręcipuè virtute dictorũ verborum[Vt dum & quotiens fuerit pro parte vr̃a Abbatũ, Priorum & conuentuum prædictorũ, aut alicuius eorũ legitimè requiſiti ſuper taliũ literarum exequutionẽ perpetuis futuris temporibus ꝓcedere poſſint,& debeant.] Quis ergo vnꝙ deinceps ita vecors & indignus titulo Doctoratus audebit aſſeuerare,ꝙ per non vſum priuilegij de eligendo conſeruatorẽ Monaſteriũ Montis Regalis,& Reuerẽdi Prælatus & Monachi ipſius ſint priuandi tam neceſſario beneficio eorum matri Congregationi,ſ. Caſſinenſi conceſſo in tot moleſtis,& grauaminibus ſibi iniuſtè illatis à moderno Archiepõ,de quibus(cũ in Regno Siciliæ & Romæ fama ſit publica,melius erit nobis tacere, q̃ grauare caſtiſſimas aures Illuſtriſſimorum Iudicum cauſæ, quibus illa eſſe notiſſima me non fugit.

Ex his ergo oĩbus(& alijs ſimilibus, quæ omiſimus breuitatis cauſa)luce meridiana clariꝰ emicuit veritas nr̃æ iuridicæ interprętationis d.Põtificij reſcripto Pauli Tertij fęlic. record. & ꝙ nullo pacto ipſe Archiepũs Montis Regalis,aut eius Vicariꝰ generalis poſſit de iure inquirere, vel punire quaſ-

quaſcunque perſonas eiuſdē Congregationis Caſſinenſis pro tempore in dicto Monaſterio commorantes, nec in minima pœna pro quibuſcunque eorum exceſſibus, niſi tantum pro exceſſibus perpetratis in denegatione obſequiorū pręſtandorum ab ipſis in Eccleſia Cathedrali, iuxta formam talis ſupradicti reſcripti, ad verbum relati: quo ad verba inſerta, quorum intelligentiam aduerſarij extorquere nitentes, intendunt probare præſumptam Archiepiſcopi iuriſdictionem ſuper dictos Reuerendum Prælatum, & Monachos dicti Monaſterij Mōtis Regalis. & hæc pauca de multis producta ſufficiant.

Et hæc eſt mea ſententia deciſiua.

Ego D. Alphonſus Villagut a Neapoli Abbas Monaſterij S. Benigni a Ianua Congregationis Caſſinenſis. V.I.P.

F I N I S.

+ m 1.316.23

Digitized by Goo

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google